

Del Collegio de La Compañia de Jesus de Granada


R. 25676

Del aprento del P. M. de ...

QVINTVS TOMVS
OPERVM VENERABI-
lis Bedæ, in sacrosancta quatuor Euangelia, & a-
lios noui Testamenti libros, pijs & breues
expositiones continens: quarum fe-
riem uersa pagina ex-
hibet.

Secundo de orden del Consejo
D. Villavicencio
Primer

BASILEAE.




2 400 40





IV-4



Handwritten signature or name, possibly 'Rafael'.

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
S
5
68

R. 25676

Del Colegio de la Compañía de Jesús de Granada

Del aprento del P. M. de ...

QVINTVS TOMVS

OPERV M VENERABI-

lis Bedæ, in sacrosancta quatuor Euangelia, & alios novi Testamenti libros, pias & breues expositiones continens: quarum feriem uersa pagina exhibet.

Secundo de orden del Consejo

D. Villavicencio
Presm

BASILEAE.



QVINTI TOMI

ELENCHVS.

In Matthæum expositio. Libri IIII. folio 1 a	
In Marcum expositio. Libri IIII. folio 1 a	
In Lucam expositio. Libri VI. folio 181	
In Ioannem expositio.	519
In Acta Apostolorum expositio.	863
De nominibus locorum uel ciuitatum, quæ in li- bro Actuum Apostolorum leguntur.	920
In D. Iacobi Epistolam expositio.	929
In primâ D. Petri Epistolam expositio.	961
In secundam eiusdem Epistolam expositio.	990
In primâ B. Ioannis Epistolam expositio.	1009
In secundâ Epistolam eiusdem expositio.	1046
In tertiam eiusdem Epistolam expositio.	1048
In Epistolam Iudæ Apostoli expositio.	1051
In Apocalypsim Ioannis Apostoli explana- tio.	1063

I Caput I.
Liber primus expositio-
num Venerabilis Bedæ
presbyteri, super
Matthæū.

Liber I. 2

CAPVT I.



LIBER generationis.] Mos et
enim est scripturarum sacra-
rum, disputationis uolumi-
ni nomē imponere, sicut Ge-
nesis dicitur, eo quod inci-
pit de natura & conditione
rerū disputare: & ideo Mat-
thæus istud nomen indidit Euangelio suo, qui
in principio genealogiam humanitatis Christi
memorauit, licet in sequētibz doctrinæ & mi-
raculorum fecerit mentionem.

Iesu Christi.] Iesus enim proprium nomen est
assumptæ carnis, quod latine Saluator interpre-
tatur: Christus nomen est dignitatis, quod lati-
ne unctus dicitur. In ueteri etenim lege sacer-
dotes & reges ungebantur, & iste meritō un-
ctus dicitur, qui uerus sacerdos est, semetipsum
offerens pro peccatis nostris, & rex omnium re-
gum, in cuius nomine omne genu flectitur, &
qui Psalmista teste, oleo sancti spiritus unctus
est præ consortibus suis.

Filij Dauid, filij Abraham.] Queritur cur Dauid
ante Abraham nominauerit, uel cur istos tan-
tummodo tot patribz intermissis: sed ut Hie-
ronymus ait, ordo præposterus est, sed necessa-
riō cōmutatus, alioquin Abraham nominato,
ac deinde Dauid, necesse habuit Abraham ite-
rum nominare, ut eius filium Dauid esse mon-
straret. Et notandum, quod hos ideo nomina-
uit, quia his Christus fuit ex eorum semine na-
sci promissus. Abraham namq; ita: In semine tuo
benedicentur omnes familie terre: quod semē
Christus est: Dauid uerō ita, De fructu uentris
tui ponam super sedem meam.

Iudas autem genuit Phares & Zara de Thamar.] Quæ-
ritur cur Thamar & Raab alienigenas & pec-
catrices tantummodo nominauerit in genea-
logia Christi. Sed respondendum est, ideo hoc
fecisse Euangelistā, ut ostenderet Christum nō
solum Iudæorum, sed & gentium saluatorem.
Thamar interpretatur amaritudo siue palma,
& significat ecclesiam, quæ fuit amara in pec-
catis, sed obdulcata est propter gratiam Chri-
sti: cui etiam palmæ uocabulum conuenire ui-
detur, ob certaminum uictoriam & coronam
cœlestium præmiorum. Raab interpretatur la-
tudo, quæ etiam ecclesiam conuenienter si-
gnificare uidetur, dilatata per totum mundū,
sicut scriptum est, Dilata locum tentorii tui, &
pelles tabernaculorum tuorum extendere ne
parcas. Ruth interpretatur uidens, significat
ecclesiam puritate mentis Deum cernentem,
Bedæ tom. I.

sive definiens, quia ecclesia in fide Christi for-
titer persistere statuit: ut Apostolus, Certus
sum, inquit, quod neq; mors, neque uita, neque
angelus, neque principatus, neque alia aliqua
creatura poterit nos separare à charitate Dei,
quæ est in Christo Iesu Domino nostro.

Dauid autem rex genuit Salomonem, ex ea quæ fuit Vria.]
Queritur cur nomen Vriæ poneret tacito no-
mine Beersabæ. Sed respondendum est, quia
Vriæ nomen quali iusti uiri posuit: Beersabæ
uerò tacuit ob scelus immanissimum adulteri
& homicidij, quod perpetratum est propter eā.
Ioram autem genuit Oziam.] De Ioram autē Ocho-
ziam natum legimus, qui genuit Ioas, cui suc-
celsit filius eius Amalias, & post hunc Azari-
as, qui & Ozias: sed propterea trium regū no-
mina in genealogia Saluatoris omittuntur, quia
Ioram se miscuit impiissimæ generi Iezabel, &
ut iuxta præfinitionem eius tres tessaresce de-
cades fierent.

Iostas genuit Iechoniam, & fratres eius in transmigratione
Babylonis.] Quod Hieronymus uitio scriptorū
inter Græcos & Latinos confusum esse narra-
uit, & patrem qui in Hebræo Ioachim nomina-
tus est, non in Chaldæam ductum, sed defunctū
in terra sua, & filium Ioachim de captiuitate
redientem, Salathiel genuisse perhibebat. Au-
gustinus uerò causa hoc mysterij factū esse nar-
rauit, ut Iechonias qui interpretatur præpara-
tio Dei, bis numeratus est: in fine prioris, & in
capite sequentis catalogi poneretur, lapidem
angularem Christum designans, in quo prapa-
rauit Deus pater duos populos quali parietes
in unam iungere domum.

Iacob autem genuit Ioseph.] Interrogari solet, quo
modo Matthæus Ioseph, Iacob patrem habere
dixerit, Lucas uerò Heli narrauerit. Sed respō-
dendum est quod isti Iacob & Heli fratres erāt,
habentes diuersis tēporibus ex diuerso uenien-
tes genere, qui aut Ioseph esse uidentur, ex una
eademq; uxore Elai, nomine Mathan, qui per
Salomonem genus ducit, filium habuit Iacob
& Mathat, qui per Nathan genus ducit ex ea-
dem tribu, sed nō eodem genere, eo defuncto,
filium accepit Heli: & sic Iacob & Heli diuer-
so genere patrum fratres sunt uterini, quorum
alter, id est Iacob, defuncti fratris Heli accipiēs
uxorem, genuit Ioseph secundum naturā suā:
secundum uerò præceptum legis, fratris filium.

Virum Mariæ.] Id est, ministrum Mariæ. non
tibi subeat nuptiarū æstimatio, sed quod in scri-
pturis sponsæ uocentur uxores memento.

De qua natus Iesus Christus.] Pulchrè posuit nō de
quibus, sed de qua, id est, sola uirgine sine uirili
semine. Omnes ergo generationes ab Abrahā
usque ad Dauid, generationes quatuordecim:
nam prima tessaresce decadis incipiens ab A-
braham in Dauid, terminatur secundū Dauid,
id est, iuxta Dauid à Salomone inchoans, in Ie-
choniam priorem: hoc est, patrē, qui Ioachim
apud Hebræos uocatur, desinit. Tertiā à secun-
do Iechonia, id est, filio Ioachim, qui Hebræicè
Iochin dicitur, initium sumens, usq; ad Christū
per-

pertingit, ut ipse Christus connumeretur: iste uer-
 uer numerus quater denarius ter positus, tri-
 plicem Israelitici populi historicè demonstrat
 ditionem, quarum prima sub patriarchis
 & sacerdotibus & iudicibus fuit ante reges: se-
 cunda sub regibus, & prophetis & sacerdoti-
 bus: tertia sub ducibus, & prophetis & sacerdo-
 tibus post reges. Nam mysticè decem ad Deca-
 logum, quatuor ad Euangelia, tria ad trinitatis
 fidem respiciunt: quia per concordiam legis &
 Euangelij fides sanctæ trinitatis prædicatur: qua
 dragenarius uerò numerus typum præsentis se-
 culi tenere uidetur, dum anni quadrupartitis
 uicibus currunt, & mundus quatuor partibus
 terminatur: quemadmodum denarius numerus
 quater ductus, efficit quadraginta. & bene bi-
 narius numerus additus est, quia duo testamē-
 ta significat per quæ Christus uniuersam regit
 ecclesiam: & quid sibi in bono placeat, quid in
 prauo displiceat, patefecit: seu duo præcepta
 charitatis numerus ipse demonstrat, in quibus
 tota lex pendet & propheta. Potest etiam ali-
 ter quadragenarius numerus intelligi: septies
 seni quadraginta duo faciunt: & quemadmo-
 dum Israeliticus populus de Aegyptiaca serui-
 tute liberatus, septies sena, id est, quadraginta
 duo artissimæ uia in deserto metatus est ca-
 stris: sed accepto duce Iesu, aperto mox Iorda-
 ne promissis, sedes uictis hostibus adit: sic Do-
 minus Iesus quadragesima secunda generatio-
 ne, & quo mundus credente Abraham, cæcitas
 tenebras discussit, in carne ueniens ad par-
 ticipandum nobiscum mortalitatem descen-
 dit. & per tot uiros quasi eiusdem numeri man-
 siones ad intelligibilem Iordanem, id est, uirgi-
 nem Mariam sancti spiritus gurgite plenam,
 duce Iesu Christo uentum sit: qui quali hamus
 positus, tortuosum draconem aduncatum occi-
 sus occidit. Matthæus ab Abraham incipiens
 usque ad Ioseph descendendo, genealogiam
 Christi exposuit. Lucas uerò à Christo incipi-
 ens usque ad ipsum Dominum ascendendo, se-
 ptuaginta septem generationes enumerauit.
 In descensione humilitas Christi designatur,
 qui iuxta Apostolum semetipsum exinanuit,
 formam serui accipiens: in ascensione exalta-
 tio nostra designatur, quia ad hoc humiliatus
 est Christus, ut nos exaltaret. Porro numerus
 iste mysticus prorsus omnium remissionem si-
 gnificat peccatorum: unde in Euangelio dicitur,
 Non dico tibi usque septies, & reliqua.

Christi autem generatio sic erat. Superius iam no-
 minatis progenitoribus, si istam sententiam ad
 priora uis addere: si uerò ad sequentia demon-
 strat quòd isto modo incipiebat fieri.
Cum esset desponsata mater eius Maria Ioseph. Inter-
 rogari solet, quare Christus ex uirgine, & ta-
 men desponsata, nasci uoluisset. Sed respon-
 dendum est, quòd quatuor causis hoc ita ge-
 stum esse credimus, ut Maria in Aegypto su-
 giens, solatiu ministerij haberet à Ioseph, &
 ne quali adultera lapidaretur, & Christus qua-
 si fornicationis filius despiceretur, & ut genus

Christi per Ioseph ostenderet.
Qui fuit propinquus Maria. Quia non erat con-
 suetudo historicis, mulieres in genealogia num-
 merare, & ut diabolus latèret natiuitas eius,
 æstimantem Christum de Ioseph semine natū:
 aliter enim in eū manus extēdere nō auderet.
Inuenta est, in utero habens de spiritu sancto. A Ioseph
 in utero eam habere dicit inuentam: &
 licet quasi specialiter dicat de spiritu sancto, ta-
 men credere debemus, quòd hominem Iesum
 non solus spiritus sanctus, sed tota trinitas in
 utero uirginis formauit. Ideo nanque specia-
 liter quasi de spiritu sancto dicit, quia illum De-
 us trinitas formauit in uirgine: qui aduentu
 suo donum spiritus sancti in se credentibus lar-
 gè ministravit.

Ioseph autem uir eius cum esset iustus, & nollet eam tradere, uoluit occultè dimittere eam.

Ea quippe iustitia ut misericorditer propin-
 que consuleret, iustus erat, de qua scriptura di-
 xit, Misericordiam uolo, & non sacrificium. nō
 ea qua scribe & pharisæi elati, iustos se quasi æ-
 mulatores legis æstimabant, cum crudeliter
 proximorum sanguinem effunderent, propter
 transgressionem legis, quam nequaquam ipi
 obseruabant.

Ipse autem saluum faciet populum suum à peccatis eorum.
 Illum de quo dictum est in Euangelio, populū
 sine dubio: Quotquot autem receperunt eum,
 & reliqua: non illum, de quo dictum est, In pro-
 pria uenit, & sui eum non receperunt.

*Et non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primo-
 genitum.* Non ut quidam male æstimant, Ma-
 ria post Christum alios filios de Ioseph pepe-
 rit, qui fratres sunt Domini dicti: sed donec hoc
 loco pro infinito tempore ponitur, sicut in Psal-
 mis dictum est, Donec ponam inimicos tuos,
 scabellum pedum tuorum. Et notandum, quòd
 omnes unigeniti primogeniti dici possunt. Por-
 ro omnes primogeniti, unigeniti non possunt,
 cum eos alij sequuntur, & rectè primogenitus
 dictus est, quia in multis fratribus primus de-
 uicta morte surrexit, eisq; resurgendi præbe-
 bat exemplum.

CAPVT II.

Cum natus esset Iesus in Bethleem Iuda. Ad distinctio-
 nē alterius Bethleem, quæ est in tribu Za-
 bulon, nominauit.

Ecce Magi ab oriente, usque, Venimus adorare eum. Ma-
 gi non propter magicā artē sic nominantur, sed
 propter aliquā philosophiam, in qua successores
 Balaam esse creduntur, & propter prophe-
 tiam eius incitati, uisa noua stella natum regē
 quærebant, qui confringere omnes duces alie-
 nigenarum prophetatus est ex diuino eorum.

*Et congregans omnes principes sacerdotum, usque, in Beth-
 leem Iuda.* Quòd magis tunc stella non appa-
 ruit, quia eos ante ducebat, ad Iudæorum factū
 est damnationem, ut exquisiti ab Herode, locū
 natiuitatis Christi exprimerent, ne uillā excusa-
 tionem haberent ignorantæ, post neglectam
 fidem: cum ante natiuitatem eius non solum
 quod nasci deberet, sed ubi nasciturus esset, de-
 mon-

monstrarent. Mysticè autem tres Magi, tres
 partes mundi significat, Asiam, Africam, Eu-
 ropam, siue humanum genus, quod à tribus fi-
 lijs Noe seminarium sumpsit.

Et ecce stella quam uiderunt in Oriente, antecedebat eos, usque, Dum ueniens staret supra, ubi erat puer. Porro hæc
 stella prophetiam significat, quæ ab initio pro-
 missæ benedictionis semini Abraham, quali præ-
 teriens Christum uenturum esse promisit, usque
 dum natū, in plenitudine tēporis ostendebat.

Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno ualde.
 Id est, intelligentes finitam esse prophetiā in-
 narrabili gaudio gratulatur, qui de tribus par-
 tibus mundi ad fidem Christi conueniunt.

Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius. Id est, per fidem ecclesiam ingredientibus,
 Christū cum primitiua ecclesia inuenerūt, quæ
 ex Israelitico populo cōuersa est ad fidem eius.

Et procidentes adorauerunt eum. Nequaquam ad-
 orarent, si eum Dominum non crederent. My-
 sticè autem procidebant populi credentiū, &
 adorabant uera fide & pura confessione.

Et aperitis thesauris suis, & reliqua. In auro regalis
 dignitas ostenditur Christi: in thure uerū
 sacerdotium: in myrrha mortalitas carnis. ali-
 ter: In auro spiritualis sensus, in thure olfactus
 uirtutum, in myrrha mortificatio corporis desi-
 gnatur, quæ quotidie omnia ab ista ecclesia in
 tribus partibus mundi dispersa Domino offe-
 rantur. alij tres species philosophiæ in his mu-
 neribus intelligere uolunt: physicam, ethicā,
 logicam, quas post fidem ad laudem Dei iste
 mundus obtulit, cum antea inani studio impē-
 dit, alij in auro allegoriam, in myrrha historiā,
 in thure anagogem dicunt insinuari.

*Et responso accepto, usque, Per aliam uiam reuersi sunt in re-
 gionem suam.* Regio nostra est paradysus, ad quā
 per obedientiam reuerti debet genus huma-
 num, quod inde per inobedientiam expulsum
 est. Herodes uerò significat diabolum, ad quē
 redire post acceptam fidem prohibemur.

*Ecce angelus Domini apparuit, usque, Et secessit in Aegy-
 ptum.* Ioseph significat doctores, Maria eccle-
 siam: Aegyptus uerò, quæ tenebræ interpreta-
 tur, significat istam gentilitatem. & hæc figura
 Christi in Aegyptum, significat transitum eius
 cum ecclesia sua de Israelitico populo per præ-
 dicatores ad gentes. Herodes uerò significat
 odium Iudæorum, qui nomen Christi delere, &
 credentes in eum perdere cupiebant: siue hære-
 ticos, qui Christum alij in humanitate eius, alij
 in diuinitate, necnon & in membris suis occi-
 dere quærebant: nox uerò significat ignoran-
 tiam, quæ Iudæi in errore suo relicti sunt, quan-
 do apostoli lucem fidei gentibus intinabant.

Et erat ibi, usque, Ex Aegypto uocauit filium meum. Obi-
 tus Herodis significat finem odij Iudæorum,
 quando ante diem iudicij Christus ad Iudæos
 per doctores ultimi temporis reuertetur: non
 quòd gentilitatem relinquat, sed ut in utris-
 que regnet.

Tunc Herodes uidens quomodo illusus esset à magis. Ve-
 rissimile est, quòd postquam magi nihil renun-
 Bedæ tom. 5.

ciauerūt Herodi, eum putasse illos fallacis stel-
 læ uisione deceptos, ad se non inuento rege na-
 to, erubuisse reuertere, & ita timore depulso,
 aliquod tēporis quiescisse de persequendo pue-
 ro: sed post rebus diuulgatis, quæ in templo fa-
 ctæ dicteq; fuerant à Simeone & Anna, sensis-
 se se à magis illum, ac deinde ad necem Chri-
 sti cupiens peruenire, non solum in Bethleem,
 uerum in omnibus circa finibus, sicut modum
 in nullo tenuit. Omnes à filio unius noctis usque
 ad filium duorum annorum occidit. Secundū
 tempus, quod exquiserat à magis, tractans in
 quos rex, quod possibile esset regi Deo nascen-
 ti, cui famulabantur sidera cœli in inualidore
 atate anni unius uel duorum puer apparere o-
 culis hominum: & rursus si uellet paruitate cor-
 poris celare ætatem nature, utrum post annum
 natiuitatis Domini, an duos hanc necem cōfi-
 ceret, nō apparet: nisi fortè dicamus, quòd post
 annum euolutū, & quatuor dies sequentis an-
 ni infantes iusserit occidi, ubi dies passionis eo-
 rum à catholica ueneratur ecclesia.

Tunc adimpletum est, usque, Noluit consolari, quia nō sunt.
 Quæritur quomodo Rachel filios Iuda, id est,
 Bethleem, quasi suos pleret, quæ est mater fi-
 liorum Benjamin. Sed respondendum est, siue
 quòd in Bethleem sepulta sit, & inde matris nō
 men acceperit, siue quòd coniuncte sunt tribus
 Iuda & Benjamin per occasionem in Bethleem
 finibus occidendorum puerorum ultra termi-
 nos Iuda, etiam in Benjamin persecutionē de-
 seuisse. Rama nō nomen loci est iuxta Gabaa,
 sed interpretatur excelsus, & significat quòd la-
 mentatio percussiois longè sit lateq; disper-
 sa. Secundum uerò allegoriam Rachel, quæ or-
 uis Dei, siue uidens Deum interpretatur, signi-
 ficat ecclesiam, quæ tota mentis intētionē Deū
 uidere cupit: & ipsa est ouis centesima, quæ re-
 lictis nonaginta nouem ouibus, id est, ordina-
 bus angelorū in cœlo, pastor bonus quærebat
 in terra. Interfectio paruulorum occisionem si-
 gnificat martyrum Christi, quos ecclesia plo-
 rans, non uult temporalem consolationem ac-
 cipere, quia ad istud seculum non sunt reuersi
 ri, qui semel sunt cum Christo coronati: siue in-
 terfectores martyrum deplorat, quos primum
 in filios habere desiderabat. Et non sunt, id est,
 ad uitam destinati, sed ad æternam damnatio-
 nem tendunt.

Defunctio autem Herode. Hic namq; Ioseph, Eno-
 chi & Helix, & prædicatorū nouissimi tempo-
 ris typum tenet, qui à Deo moniti finito odio
 Iudæorum post ingressum gentium ad fidem,
 Christum Iudaico populo prædicabant.

*Audiens autem quòd Archelaus regnaret in Iudæa, usque,
 Quoniam Nazareus uocabitur.* Archelai regnū, im-
 perium Antichristi significat in sequacibus su-
 is, quorum se consortio iungere timent uerè fi-
 dei prædicatores. Galilæa interpretatur trans-
 migratio perpetrata. Nazareth uerò uirgultū
 siue flos: & significat ecclesiam catholicam, in
 qua habitat Christus cum prædicatoribus suis,
 quæ ab infidelitate ad fidē, à uitijs ad uirtutes
 trans-

transmigraverat: & quæ pullulat imperfectio-
ne operû, floreſcitq; in uirtutibus, per prophe-
tas dicit plurali numero, quod fixum testimo-
nium non posuit de scripturis. nam Nazaræus
potest dici sanctus Dei, quia omnes propheta
sanctum Dei uenturum nunciabant.

CAPVT III.

In diebus illis uenit Ioannes baptista, usq; Appropinquabit
enim regnû cælorû.] In deserto Iudææ dicit, quia
sicut illis antè prophetatum est, Eccerelinque-
tur domus uestra deserta: sic in diebus Ioannis
ex multa parte fuit Iudæa deserta, qui reuertens
tibus paulo antè ludæis de captiuitate, quæ sub
Zorobabel fuit, multi propter uxores & filios
in captiuitate acceptos, ad terram suam redi-
re nolentes, in peregrinatione remanserunt. My-
sticè autè Ioannes significat saluatore, qui præ-
dicabat desertæ Iudææ, id est, propter transgres-
sionem legis à Deo derelictæ, regnum appro-
pinquasse dicit: quod ille appropinquabat, qui
aditû cœlestis regni hominibus referauit: siue
ecclesiâ futurâ esse prædicabat, quæ sapiſsimè
in scripturis cœlestis regni nomine notatur.

*Hic est enim, de quo dictum est per isaiam prophetam dicen-
tem, uox clamantis in deserto.]* Vox nominatus, quia
uerbum præcedebat, Clamantis, id est, Domi-
ni per ipsum loquentis, Parate uiam Domini, ad
hoc enim Vox uerbum præibat, ut uiam Do-
mini ad cor nostrum per fidem prædicationis
sterneret: rectas facite semitas eius, ad se ueni-
ti Domino semitas facit, qui nullum ei obstacu-
lum opponit, quo iter festinantis impediatur.

Ipse autem Ioannes habebat uestimētum de pilis camelorû.]
Austeritatem uestium ostendebat, quia pœni-
tentiam prædicabat, eo quod pœnitentiâ sit in
cilicio & cinere faciendâ.

Et zonam pelliceam circa lumbos eius.] Zona pellicea
mortificationem carnis, & frenatam luxuriam
ostendit fieri debere in pœnitentibus.

Esca autem eius erat locusta & mel siluestre.] Locusta
modum digiti tenet, & est bona ad manducan-
dum: habet alacrem uolatum, sed citò deciduû.
hæc ostendit doctrinam Ioannis bonâ esse obe-
dientibus, operetq; eam perficientibus: sed citò
ueniente eminentiore doctrina Christi timen-
dam. Porrò mel siluestre folia sunt arboris mi-
ræ dulcedinis, quod doctrinâ Ioannis nimiam
suauitatem ostendit. Mysticè autem Ioannes
significat Christum, qui susceperat carnis uesti-
mentum de Iudæis, qui certitudine depraua-
tæ legis & pondere peccatorum premebatur.
Porrò zona pellicea significat mortalitatē as-
sumptæ carnis. Alio sensu significat uestimen-
tum Ioannis de pilis camelorum, quod Chris-
tus sibi induit, ecclesiam ex gentilitate conuer-
sam ad fidem eius, quæ antea cultura idolorû
& fœditate uitæ fœtebat. Zona pellicea signifi-
cat mortificationē membrorû, quæ sunt super
terram: locusta, quæ in maritimis solent mane-
re locis, sed à uento raptæ, & in campum spar-
sæ, fructus deuorant: significat credentes in Chri-
stû, qui de infidelitate rapti sancti spiritus uen-
to, in campum proſiciuntur scripturarû, & ibi

de pasto frume uoto sensu & dulcedine allego-
riarum, Iudæis tantum stipulam carnalis obſer-
uatiæ relinquunt.

*Videns autem multos pharisæorum & Sadducæorum, ueni-
entes, etc.]* Pharisei interpretantur diuisi, eo quod
singularem sibi præ cæteris scientiâ legis & ob-
seruantiam mandatorû Dei uindicabant. Sad-
ducaei uerò interpretantur iusti, qui se ipsos ius-
tiores esse cæteris iactabant: nolentes accipere
re prophetias, neq; angelorû officia, neq; resur-
rectionem, nisi tantû quinq; libros legis, quasi
ab ipso Domino dictatos Moyſi. istius hæresis
quidâ Sadduco auctor esse probatur, à quo deri-
uationem nominis ducunt sequaces eius.

*Progenies uiperarum, quis demonstrauit uobis fugere ab ira
uentura?]* Vipera enim mortiferû est animal. nâ
maritus per mortē feminare solet, demerso in
guttur fœminæ capite, à quo illa prociso, semē
mortiferæ prolis accipit: sed instante partus tē-
pore, comesta matris uulua eripunt. sic deniq;
pharisei & Sadducei quando per uerſo dogma-
te filios perditionis generabant, inprimis de-
ceptionis semet ipsos noxa perdebant.

Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ.] Id est, iuxta
modû culpæ emendare studete, & ne uelitis di-
cere, patrem habemus Abraham, nolite de car-
nali prosapia patriarchæ gloriari: quia non qui
filij carnis, hi filij sunt Dei, sed qui fide & operi-
bus eû imitari studēt, hi æstimantur in semine.

*Dico aut uobis: quoniam potens est Deus de lapidibus istis,
etc.]* Lapidibus enim gentes appellat, qui insensibi-
les creaturâ p creatore colebāt, & qui absq;
pietate duritiâ lapidû possidebant in corde, de
quibus Deus spiritale semen Abraham excitauit
per fidem.

Iam securis ad radicē arborum posita est.] Id est, sentē-
tia iudicis, qui sicut ferrû quod secat, per manu-
brium tenetur: ita diuinitas in iudicio apparet
non ad ramos, sed ad radicem posita, facultatē
prauis ultra peccandi abscidit.

Omnis ergo arbor, usque, Et in ignem mittetur.] Id est,
Omnis uoluntas quæ modò fructum bonæ ope-
rationis negat, tunc in igne æternæ damnatio-
nis, iusti iudicis sententia excisa, sententiâ pœnâ.

Ego baptizo uos in aqua, usq; Fortior me est.] In pœ-
nitentiâ baptizare se dicit, qui potestâtē non
habuit peccata dimittere: sed tamen profuit cû
fide susceptum baptisma Ioannis, qui sequenti
baptismati Christi præparabat accipientes.

Qui aut post me uenturus est, fortior me est.] Fortior
est peccata dimittere, qui Deus est & homo,
quàm ego qui tantû modo sum simplex homo.

Cuius ego nō sum dignus calciamenta portare.] Id est, cor-
lestem eius natiuitatē mihi usurpare, qui de ui-
rili semine natus sum. Alter Euangelista dicit,
Non sum dignus ut soluam corrigia calciamen-
ti eius. Mos erat apud Hebræos, ut qui uxorem
defuncti propinquus accipere uoluisset, alte-
ri iure propinquitatis cedenti, de uno pede
calciamentum extrahere debuisset, eiusq; dor-
mus, discalciati domus uocari consueuit. Sed
Ioannes, quem Iudæi Christum æstimabant,
nec falsè sibi nomen sponsi, quod non erat,

nec

nec sponsam, quæ alteri debebatur, uindicauit,
ne perderet quod erat. Aliter corrigia liga-
ta, mysteriû est inenodabile natiuitatis Christi,
iuxta illud propheticum: Generationem eius
quis enarrauit? cuius solutionis indignum se
esse professus est.

Ipse uos baptizabit in spiritu & igni.] Id est, in gratia
spiritus sancti, & remissione peccatorum: siue
ignem dicit tribulationem carnis, quia per con-
tritionem carnis peccata post baptismum perpe-
trata remittuntur.

Cuius uentilabrum, usq; Paleas autem comburet igni inextinguibili.] Manus potentiam significat Christi,
in qua est uentilabrum, id est, discretio iudicij,
& permundat aream ecclesiæ, paleas autem cõ-
buret, id est, leues & instabiles in æternâ dam-
nationem mittet.

*Tunc uenit Iesus à Galilea in Iordanem ad Iohannem, ut ba-
ptizaretur ab eo.]* Hic ostenditur tempus Ioannis
baptismi, in tricesimo fuisse Saluatoris anno,
unde nobis opportuna uidetur ætas prædican-
di, seu sacerdotium accipiendi in ea Dauid re-
gnû suscepit, & Ezechiel donâ prophetie pro-
meruit. interrogant aliqui cur Saluator baptis-
ma Iohannis acciperet, qui omnino culpæ con-
tagione carebat. Sed respondendum est, siue ut
in se primum susciperet quicquid ad salutem
humano generi daret, siue ut baptismum Iohan-
nis à Deo esse comprobaret, siue ut suscepta in
se ad diluendas nostrorum scelerum sordes flu-
enta sanctificaret aquarum.

*Iohannes autem prohibebat eum dicens, Ego à te debeo bap-
tizari, & tu uenis ad me.]* Ad se eum uenisse expauit,
qui per sui spiritus gratiâ totius mudi peccatû
tulit, & à quo ipse debuit ab originalis pecca-
ti cõtatione mundari, qui à muliere natus cul-
pæ neuo non carebat, sicut scriptum est: Quid
est homo, ut immaculatus sit, & ut mundus ap-
pareat natus de muliere.

*Respondens autem Iesus dixit ei: Sine modo, sic enim decet
nos implere omnē iustitiam, tunc dimisit eum.]* Ac si dixisset,
Primum me baptiza in aqua, quod precepi,
ut postmodum in spiritu baptizeris, quod que-
ris: quia sic decet nos omnis iustitiæ implendæ
exemplum prorogare, ut fideles discant nullâ
sine baptismo perfecti iustû existere, ne despi-
ciant potentes ab humilibus meis baptizari,
cum peccata me dimittentem meminerint, ca-
put serui manibus submisisse ad baptizandû.

*Baptizatus autem confestim ascendit de aqua, & ecce aper-
ti sunt ei cœli, & uidit spiritum Dei descendentem sicut colum-
bam, & uenientem super se.]* Hæc ergo nobis sunt ce-
lebranda mysteria, qui sicut nobis sui corporis
intinctu baptisma dedicauit, sic quoque nobis
post acceptum baptismum spiritum sanctû & da-
ri, & cœlestis regni aditum patefactum mōstra-
uit, & flâm eum gladium quo Cherub custos pri-
mum intercludit, secundus in baptismo extin-
gui manifestaui. Bene spiritus sanctus in spe-
cie columbæ apparuit super Christû, ut suæ na-
turæ simplicitatem ostenderet, nostræq; uitæ
post baptismum innocentiam demonstraret. est
enim columba à malitiâ fellis aliena: ita etiam

à nobis omnis amaritudo & ira & indignatio
auferrî debet, cum omni malitiâ: nullû ore uel
ungulis ledit, & nos uideamus, ne mordētes ab
inuicem consumamur, & ut manus nostras à ra-
pinis contineamus. super aquas namq; sedere
fertur, ut prouidens raptum accipitris umbra
declinet in aquis: sic & nos scripturarum fluen-
tis ad sedere conuenit, quarum speculis edocti
antiqui hostis præcauere ualeamus insidias, nec
non alienos pullos columba quasi suos nutri-
re perhibetur. sic deniq; Christianum non tan-
tum quæ sua, sed quæ aliorû sunt querere oportet.
nam ideo spiritus sanctus super Saluatore
in specie columbæ apparuit, qui non ueniebat
ut per zelum peccata puniret, sed adhuc per
mansuetudinē toleraret. in igne uerò super sim-
plices homines apparuit, ut eos ad puniendâ in
se peccata spiritalis feruor accenderet, quæ De-
us per mansuetudinē uindicare parceret.

*Et ecce uox de cœlis dicens, Hic est filius meus, in quo mihi cõ-
placui.]* Ac si diceretur: In te placitum meum cõ-
stitui, hoc est qd mihi placet, salutē generis hu-
mani. sanctæ uerò trinitatis in baptismo decla-
rarum mysterium, dum filius Dei baptizatur in
homine, spiritus Dei descendit in columba, pa-
ter Deus sonat in uoce: ut ostenderetur in homi-
ne patris & filij & spiritus sancti credentes esse
baptizandos.

CAPVT IIII.

Tunc Iesus ductus est in desertum à spiritu, ut tentaretur
à diabolo.] Quod Christus à suo spiritu duc-
tus in desertum locum certaminis uoluntate
ingreditur, admonet nos, ut accepta in bap-
tismo remissione peccatorum, & gratia spiritus
sancti contra antiqui hostis insidias accinga-
mur, mentēq; deserētes seculi qualimanna de-
serti sola æternæ uitæ gaudia discamus esurire.

*Et cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta no-
ctibus, postea esuriit.]* Hoc ieiuniû quadragesimale
antea à Moyse & Helia obseruatum legimus,
& per quod demonstratur Euangelium à lege
& prophetis non discrepare: nec non & hoc ie-
iunio nobis post baptismum omni tempore præ-
sentis seculi sobriè uiuēdum suggeritur, ut à uti-
tibus & amicitia mundi ieiunetur. Porrò ieiuniû
Domini ante passionem, nostrum in se signifi-
cat laborem: refectio uerò eius post resurrectio-
nem, suam in nobis significat consolationem.
Mysticè autem significat esurientes Domini, desir-
derium salutis nostræ.

*Et accedens tentator ait illi: Si filius Dei es, dic ut lapides isti
panes fiant.]* Accessit per adsumptam speciē ten-
tandi permissione, qui longè erat uoto mali-
tiæ. non enim dedignabatur tentari, qui uene-
rat occidi, & quia eius mentem delectatio pec-
cati non momordit. Ideo omnis illa diabolica
tentatio non intus fuit, sed foris. Bene de lapi-
dibus panem facere stultit, ut qui durus est mē-
te, duritiâ ostenderet sermone. Dic, non fac,
dicebat, quia scriptû nouerat, Dixit Deus, fiat
lux, & facta est lux.

*Qui respondens dixit, Scriptum est, non in solo pane uiuit
homo.]* Qui sicut corpus terreno uiuit cibo, sic

sic

sic anima Dei uerbo, quod de eius ore procedit, dum sue uoluntatis consiliū per sacras scripturas reuelare uoluerit nostre fragilitati. Quod aut tentatus per sententias scripturarum Diabolo respondit, exempla nobis humilitatis dedit: ut quoties a prauis hominibus aliquid patimur ad doctrinā magis quā ad uindictā excitemur.

Tunc adsumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum supra pinnaculum templi. Non ista adsumptio ex imbecillitate uenit Saluatoris, sed de superbia inimici: quia uoluntatem Saluatoris putauit necessitatem. Sancta ciuitas, Hierusalē est, ubi unius Dei cultus erat, & obseruatio legis Moysi: pinnaculum autē summitas est templi, quod in superioribus æquale erat, sicut mos est in Aegypto & Palestina domus ædificare.

Et dixit ei: Si filius Dei es mitte te deorsum. In omnibus suis tentationibus hoc agit diabolus, ut intelligat si filius Dei sit: sed Dominus responsionem sic temperat, ut eum ambiguū relinquat. Nam hic ostenditur, quod diabolus, qui omnes cadere uult, persuadere potest, sed præcipitare nō potest: & quemadmodum Dominus super pinnaculū poni uoluit, sed ad eius imperiū deorsum mitti noluit: ita decet ut nos, si quis suadet uia ueritatis ascendere, obtemperemus. Si autem uult nos ad ima de altitudine uirtutum præcipitare, non illum audiamus.

Scriptum est enim, quia angelis suis, & reliqua. Hęc prophetia est de uiro iusto, sed male interpretatur diabolus scripturas, dum ad Christū de angelorum auxilio quasi infirmū loquitur, & tacet, quod de se loquitur ita: Super aspidem & basiliscum ambulabis.

Ait illi Iesus: Rursus scriptū est, Non tentabis Dominū Deū tuum. Notandū quod necessaria testimonia tā tum de Deuteronomio protulerit, ut secundæ legis sacramēta mōstraret. huius ergo rei exemplum præbuit hic uerbis, & postea factis, dum se uidentes in se Iudæos fugiendo ac latendo deuitabat: ut humana disceret infirmitas, ne tentare Deū uadeat, quando habet quid faciat, ut quod cauere oportet euadat.

Iterū adsumpsit eū diabolus in montē excelsū ualde, usque, et gloriam eorū. Mystice mōs iste superbiā diaboli significat, quā ipse deceptus est, & alios decipere gestit, & ostendit ei omnia regna mundi. Non ergo ei amplificare poterat uisum, aut ignotum aliquid ostendere, sed uanitatem pompæ mundanæ, quā ipse quasi speciosam diligebat, & ideo in amorem Christo uenire desiderabat. aliter, Ostendit ei omnia regna mundi: id est, homines huius seculi, quorum alij propter fornicationem, alij propter auaritiā decepti, a diabolo reguntur in mundo.

Et dixit illi: Hęc omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me. Antiquus hostis contra primum hominē tribus tentationibus se erexit, id est, gula, uana gloria & auaritia, iisdem uitijs secundū uincere tētauit. Gula, cū dixerat: Dic ut lapides isti panes fiant, uana gloria, cū dixit: Mitte te deorsum, auaritia, quando dixit: Hęc omnia dabo tibi, si procidēs adoraueris me, sed eo modo a se-

cundo uictus excessit, quo se primum uicisse gloriabatur.

Tunc dicit ei Iesus, Vade satanas. Subauditur in æternam damnationem. si autem secundum aliud exemplar quis uoluerit legere, Vade retrō satanas: potest ita sentire, quod retrō anteriora tēpora respiciat, quibus sibi reum diabolus tenebat mundum, quasi Dominus diceret: Attende retrō, quando decepisti primū hominē & posteros eius per uarios idolorum cultus deludebas, & sufficiat tibi usque huc: nunc aut non solum me subuertere nō ualebis, sed a potestate, quæ re habere plaudebas per me proijceris. Satanas interpretatur aduersarius siue transgressor: & recte retrorsum uadit, quia inimicus est ueritatis, atque transgressor omnis iustitiæ.

Scriptum est enim, Dominum Deum adorabis, & illi soli seruias. Fortē querit aliquis, cur hic præceptū sit soli Deo seruire, cum Apostolus dicat, Per charitatem seruite inuicem. sed facile patet: nam Græca lingua seruitus duobus modis solet appellari, & diuersa significatione. dulia dicitur seruitus cōmunis Deo uel hominī, siue cui libet naturæ: latia uerō uocatur seruitus, quæ est soli diuinitatis cultui debita, & cum nulla est participanda creatura. iubemur per charitatē seruire inuicem, quod græcè duleum dicitur. iubemur uni Deo seruire, quod est Græcè latreum.

Tunc reliquit eum diabolus, & ecce Angeli accesserunt. Diabolus tentat ut humana infirmitas ostendatur, angeli ministrant ut uictoris diuinitas comprobetur. Cognoscamus igitur in illo curam nostrā, quia nisi hunc diabolus hominem cerneret, non tentaret. Veneremur in illo diuinitatē suā, quia nisi Deus super omnia existeret, ei nullo modo angeli ministrarent.

Cum autē audisset Iesus quod Ioānes traditus esset, secessit in Galileam. Marcus dicit, Postea autem cum traditus esset Ioānes, inquit, in carcerē, uenit Iesus in Galileam: Lucas uerō de tradito Ioāne nihil dixit, sed ita narrationem suam contexit. Et consummata, inquit, tētatione diabolus recessit ab eo usque ad tempus. & regressus est Iesus in uirtute spiritus in Galileam, quod tamen secundum Euangelistam Iohannem non contum factum manifestatur, cū dicit: Antequā Ioānes baptista missus esset in carcerē, Iesum in Galileam misit. & hinc post uinum de aqua factum ad Capharnaum descendisse cum matre & discipulis, & sic Hierusalē ascendisse & post aliqua Ioāne in Ennō baptizasse. In his uerō constat quatuor Euangelistas non contraria Euangelio Iohannis narrasse, sed post baptisma primum eius aduentum in Galileam, quando illic de aqua uinum fecit, prætermisisse.

Et relicta ciuitate Nazareth, uenit & habitauit in Capharnaum maritimam in finibus Zabulon & Nephtalim. Nazareth uiculus est in Galilæa iuxta montē Thabor, unde & Dñs saluator noster Nazareus uocatus est: Capharnaū uerō oppidū est iuxta stagnū Genesar in Galilæa gētiū, in finibus Zabulon. Mystice autē quod tradito Ioāne Iesus incipit prædicare, significat quod celsate lege, cōsequēter oritur Euangeliū.

Euangelium. Nazareth interpretatur uirgultum eius, siue flos: & significat florē figurarum, quæ sub lege imperfectæ manebant, quibus relictis Iesus Christus transgreditur ad Capharnaū, quod interpretatur uilla pulcherrima, siue ager pinguedinis, uel uilla cōsolatiōis: & docet nos, ad fructum spiritualis doctrinæ, qui in Euangelio est transire. in sancta quippe ecclesia, quæ est uilla pulcherrima in decore uirtutū, & ager pinguedinis in opulentia bonorum operū, & abundantia charitatis, & uilla cōsolationis in sanctarū scripturarum solatio & spe futurorū habitans, saluator per doctores suos prædicat quod die Euangelium. Hęc bene maritima dicitur, quod iuxta mare mundi posita persecutionum fluctibus runditur, & tamen undis uoluptatum merfos retibus Euangelij liberare non cessat. Quæ in finibus Zabulon, quod est habitaculum fortitudinis posita est, & Nephtalim, quod est dilatio, quod in medio gentium ad dilatandum fortiter uerbum Dei consistit, atque credentibus refugium protectionis impendit.

Vt adimpleretur quod dictum est per prophetā Esaiā, Terra Zabulon & terra Nephtalim, usque, Lux orta est eis. Dux sunt Galilææ: alia trans Iordanē in qua uiginti ciuitates Salomō dedit Hiram regi Tyrorum in sorte tribus Nephtalim. Alia iuxta stagnum Genesaret in tribu Zabulō circa Tyberiadē, ad cuius distinctionem trans Iordanē dicit Galilæa gentium, & reliqua.

Populus qui sedebat in tenebris, uidit lucē magnā. Sancta ecclesia de pristinis erroribus ablata, spiritualis Galilæa, id est, transmigratio facta est, quæ prius ritu gētiū in umbra mortis, id est, carnali luxu conuersata est Christo uenienti lucē Euangelij recepit.

Exinde cepit Iesus predicare & dicere, Penitentiam agite, adpropinquabit enim regnū cælorū. Quod eadē prædicat, quæ ante Iohannes dixerat, ostendit eis, Dei filium se esse, cuius propheta fuit Iohānes,

Ambulans autē iuxta mare Galilæe uidit duos fratres Simonem, qui uocatur Petrus, & Andræ fratrem eius, mittētes rete in mare, erant enim piscatores. Id est, incarnatus est Dominus in mari istius mundi: spiritales uidit piscatores, quos ante constitutionem mundi ad opus prædicationis aptos præsciuit. Simon interpretatur obediens, Petrus agnoscens, Andreas uirilis. & hoc bene ad doctorū personā cōuenit, quia hi solūmodo ad opus magisterij habiles sunt, quod sapientiæ lumine illustrat ad cognoscendū, & bene operātes Dei mādatis obediūt, & hoc alijs ad sciendū faciendūque uiriliter suggerūt.

Et ait illis, Venite post me, faciam uos fieri piscatores hominum. Quod autē secundum Iohannem Euangelistam Andreas ad testimonium Iohannis Baptistæ Dominū iuxta Iordanē esse secutus dicitur, & Petrus nomē accepisse, & Philippus uocatus esse, ceteri tres Euangelistæ uocatos dicunt de piscatione: ita intelligendum, non eos statim inseparabiliter illi adhæsisse, sed tantum quis esset agnouisse, eumque admirantes ad propria remeasse.

At illi continuo relictis retibus suis sicuti sunt cum. Forū

tan dicit aliquis, Quid uterque dimisit piscator, qui penē nihil habuit: sed pensare debemus, quia multum reliquit, qui desideria habendū reclusit.

Et procedens inde, uidit alios duos fratres Iacobū Zebedæi, & Iohannem fratrem eius in nauī cum Zebedæo patre eorum retificientes retia sua, & uocauit eos. Quærit autem potest, quomodo primū binos uocauerit, & post paulū alios duos, sicut narrat. Matthæus et Marcus: cū Lucas dicat, Petri socios fuisse filios Zebedæi, & ab eo uocatos ad adiuuandum extrahere retia expletis nauiculis in ipsa piscium captura, & Dominum Petro dixisse, Ex hoc iam eris homines caprēs: & sic illos adductis in terram nauibus, Dominum fuisse pariter secutos. Vnde intelligendum est, hoc primū factum esse, quod Lucas insinuat: nec tūc eos a Domino uocatos, sed tantum Petro prædicatum fuisse, quod homines esset capturus. & postea fieret, quod Matthæus & Marcus narrant, binos & binos fuisse uocatos, ut sequerentur Dominum.

illi autem statim relictis retibus & patre, secuti sunt eum. Isti quatuor discipuli duos significat populos, de amore & sollicitudinibus huius seculi ad spiritale studium per gratiam Dei uocatos. nam Petrus & Iacobus significat Iudæos fideles, cognoscentes Dominum, supplantantesque uitia: Andreas uerō & Iohannes significant gentes, uiriliter credentes in Christo, & gratia Dei saluatos. dug namque naues duas ecclesias ex circūcisione & preputio significat uocatas: retia, prædicationem Euangelij: mare quoque mundū: pisces, homines uoluptatibus mundi submersos, & carnali sapientia deditos: portus, finem præsentis uitæ. Zebedæus interpretatur fluens, & significat labētium rerum instabilitatem. Morraliter aut quatuor nomina in se unusquisque fidelis potest habere, si illa in quatuor uirtutibus studuerit ostendere. est Simon Petrus, cum agnoscit per prudentiam peccata, & his delictis per mandatorum Dei fortem obedientiam, pœnarum euadit iniuriam. Andreas uerō cum uiriliter per temperantiā sustinet tentationes: Iacob autem non sicē uocatur, qui supplantando per fortitudinem uitia uincit: & conuenienter Iohānes, id est, gratia Dei nominari potest, cum per iustitiā creatoris mādatis impleuerit, & tamen sibi inde nihil tribuerit, sed Deo.

Et circuibat Iesus totam Galileam, docēs in synagogis eorū, & prædicans Euangelium regni, & sanans omnem languorem & omnem infirmitatem in populo. Ut suo exemplo studiosos impigrosque doceret esse debere magistros, & uerbum Dei sine personarum acceptione ministrare: in synagogis eorum ut incōueniculis multorum non inanes fabulas, sed quæ ad utilitatem proficiant audientium, prædicarent. Sanans omnem languorem corporū, & infirmitatem animarum, præbens nobis exemplum, ut in spiritualibus & corporalibus propti sumus ad præstandum proximis nostris solatium.

Et abiit opinio eius in totā Syriā. Quæ generaliter dicitur omnis regio a flumine Eufrate usque ad mare

re magnū, & à Cappadocia & Armenia usq; ad Aegyptū: habēs in se tres prouincias maximas Cōmagenam, Phœniciam & Palestinā, in quā gēs Iudæorum habitat.

Et obtulerunt ei omnes malē habentes uarijs languoribus, usq; Lunaticos & paralyticos, & curauit eos.] Lunatici dicuntur, quorū dolor in accēssione lunæ crescebat, non quōd inde uerē fieret, sed ob dæmonis fallaciam, ut hac creaturæ infamia in creatoris redundaret blasphemiam. Paralytici sunt, qui uigore sunt corporis destituti. nā paralytis græcè, dissolutio dicitur latine. Mysticè Galilæa, quæ uolubilis siue rota interpretatur, & Syria, quæ sublimitatē sonat, hunc mundū significant, qui licet se in sublime erigat, tamen ad defectū uergit, & ad ima rotatur: & fama eius per totū orbem est dispersa: ut, In omnem terrā exiit sonus eorum. tunc quoq; curati sunt dæmoniaci, id est gentiles ad fidē conuersi idola relinquebant, nec non lunatici & paralytici sanati sunt, id est, instabiles & per uarios errores nutantes confortabantur, unde subditur:

Et secuta sunt eum turba multa de Galilæa, & Decapoli, & reliqua.] Decapolis regio est decem urbium trans Iordanem ad orientē circa Hippum. bene autē dicuntur turbae eum fuisse secuta, quia postquā cognitio nominis eius usq; ad fines terræ peruenit, ex omni natione turba fidelium secuta est uestigia mandatorum eius.

CAP V.

Videns autem Iesus turbas ascendit in montem, & cum sedisset accesserunt ad eū discipuli eius, & aperies os suum, dicebat eos dicens.] Nam Lucas narrat eum in montē ascendisse, & illic in oratione pernoctasse: & cū dies sit factus, quōd duodecim de discipulis suis eligeret, quos & Apostolos nominaret: & post descensum de monte, quōd in loco campestri turbis stando prædicaret: quod ita potest intelligi, quōd in aliqua excelsiore montis parte esset primò cū duodecim electis discipulis, ac deinde non de monte, sed de ipsius celsitudine cum ijs descendisset in locum cāpestrem, quasi in latus montis, & hic stetit, donec turbae cōgregarentur ad eum, & post confederet, & accedentibus discipulis & presentibus turbis unum sermonē haberet, quē Matthæus Lucasq; narrauerunt. Mysticè in montem ascendit, qui maiora præcepta iustitiæ cōmendare uoluit, & cum sedisset utiq; in forma serui apparuisset, accesserunt discipuli deuotione animi, & pietate fidei, ut montes æternales suscipere pacis iustitiam populo propinandam. Apertio oris longitudinem sermonis, siue manifestationem doctrinæ demonstrat.

Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum.] Id est, uoluntaria paupertate humiles: nā istas beatitudines Esaias enumerauit alio ordine, sed eodem sensu, & istis congruit spiritus timoris secundum Esaiam, quia per humilitatem regnum adquiretur, quod propter superbiam dimitti uidebatur.

Beati mites.] Utique qui improbitatis amaritudinem cedunt, possidebunt terrā non maledictionis

spinam germinantem, sed animam sine defectu pascentē, quibus cōgruit spiritus pietatis, quia se conformant obediendo diuinis scripturis.

Beati qui lugent.] Videlicet non communi luctu secularis tristitię, sed secundum Deum penitentia peccatorum instinctu, uel etiam æternæ damnationis metu, aut amore celestium desideriorum, seu per compansionem proximorum, quia æterna lætitia cōsolabuntur. sunt namque laetitia his quatuor speciebus distincta: sunt humida ad abluenda peccata, & restituendum perditum baptismum: sunt salia & amara ad restringendam carnis luxuriam: sunt calida cōtra frigus infidelitatis, & ad accendendum ardorem charitatis: sunt puræ ad restituendā uitam munditiā. horū est spiritus scientiæ, & meritū, quia semetipsos in sacris scripturis didicerunt esse lugendos.

Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam.] Id est, qui tota mente implendi pactum iustitiæ desiderant, & studio perseverandi in eo sitiunt, infastidiosa refectione saturabuntur. quibus cōgruit spiritus fortitudinis, id est, sine pigris & defectu boni operis.

Beati misericordes.] Misericordes sunt, qui semetipsis benefaciendo consulunt, & corrigendis proximis diligentiam impendunt, ut à misericordie iudice misericordiam consequantur æternam. quorum est spiritus consilij, quo sibi & alijs consulere non desistunt.

Beati mundo corde.] Id est, simpliciter Deum quærentes, & nihil amaritudinis habentes, tota uanitate uacantes, & sincero amore Deum contemplantes: horum est spiritus intellectus, quia eorum aspectui sapientiæ thesaurus pater.

Beati pacifici.] Utique quorū caro aduersus spiritum non concupiscit, & alios pacificando inuicem, etiam cum his pacem habere desiderant, qui oderunt pacem: & sic meritū filij Dei uocantur, in quibus Deo nihil cōtrarium inuenitur. ad hos enim refertur spiritus sapientiæ, quia eorum rationi cuncta obtemperant, & ipsa ratio subiicitur Deo, octaua utique sententia, qua dicitur:

Beati qui persecutionem patiuntur.] Ad Domini resurrectionem pertinere uidetur, quia septimo die, hoc est, sabbato transiente, & octaua die quasi capite dierum redeunte, caput surrexit ecclesie de uicis persecutionis labore. septenario namque numero septemplex multiplicato, quadraginta octo efficiuntur, cui uni utique octaua, & capite dierum seculi addito, quinquaginta reperitur. unde & nos utique spiritus sancti gratia & remissione peccatorum accepta, in celorum regnum inducimur, ubi hereditatē accipimus, consolamur & pascimur, misericordiam consequimur, & mundamur & pacificamur, ut iam post transactam septimanam huius seculi uitam intremus resurgentes futuram. & sic fit, ut qui primus erat dies labentis uitæ, fiat tunc primus æternæ.

Beati estis cū uobis malē dixerint homines, usq; Mentietes propter me.] Superiores autē sententias generaliter

ter

ter digesserat usq; ad octauam: inde iam cepit loqui, presentes compellans, quamuis non solum ad eos ista pertineant, qui presentes audiebant, sed etiam ad illos qui absentes uel post futuri erant, sicut superius dicta, in quibus dixit, Vestrum est regnum celorum, aut uos possidebitis: sed ipsi ad eos pertinebant tantū, quibus præsentia loquebatur. sed ideo maxime ad eos apostropham facit præsentibus loquens, quia intimare eis uolebat dignitatē gradus eorum prædicens passionem, quas pro nomine eius passi erant.

Gaudete & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in celis.] Qui uanā sequitur gloriam, hoc implere non potest ut laceratus infamie obprobrijs exultet in Domino: sicut scriptum est, Ne quæras gloriam, & non dolebis cum ingloriosus fueris. nos gaudere debemus ut nobis prepararetur merces in celestibus.

Sic enim persecuti sunt prophetae, qui fuerunt ante uos.] Bene exhortatus est eos exemplo prophetarum, qui timore persecutionis non desecerunt a prædicatione ueritatis.

Vos estis sal terræ.] In terra humana natura, in sale sapientia uerbi significatur. Salis enim natura terra efficitur intractuosa, unde quaedam uerbes legimus uictorū ira sale feminatas: & hoc conuenit Apostolicæ doctrinæ, ut sale sapientia compescat in terra humanæ carnis luxuriam, aut fœditatem uitiorum germinare.

Quod si sal euauerit, in quo salietur, ad nihilum ualet ultra nisi ut mittatur foras, & cōculcetur ab hominibus.] Id est, Si uos per quos conditi sunt populi propter meritum perfectionum aut errorem amiseritis regna celorum, extra ecclesiam positi inimicorum obprobria sustinetis non dubium.

Vos estis lux mundi.] Id est, Vos quia uera luce illuminati estis, lux eis qui in mundo sunt esse debetis. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, id est, apostolica doctrina super Christum fundata, siue ecclesia super Christum ex multis gentibus fidei unitate constructa, & charitatis bitumine cōglutinata, quæ sit tuta intrantibus, & laboriosa aduentibus: habitatores custodit, & omnes inimicos secludit.

Neque accendant lucernam, & reliqua.] Sub modio ergo lucernam ponit, quisquis lucē doctrinæ cōmodis temporalibus obscurat & tegit: super candelabrum uerò, qui se ita ministerio Dei subiicit, ut superior sit doctrina ueritatis, quam seruitus corporis. aliter Saluator accendit lucernam, qui humanæ testam naturæ, flamma suæ diuinitatis impleuit, & hanc super candelabrum id est, ecclesiam posuit, quod in frontibus nostris fidem suę incarnationis fixit. Quæ lucerna non potuit sub modio poni, id est, sub mensura legis includi: nec in sola Iudæa, sed in uniuerso illuxit orbe.

Sic luceat lux uestra corā hominibus, & reliqua.] Qui expedit unicuique per opera bona placere Deo, & non hominum fallo fauore gaudere.

Nolite putare quod ueni soluere legem aut prophetas: non ueni soluere, sed implere.] Implere uenit, quæ imper

fecta fuerant, irā tollens, & talionis uicē excludens, & occultā mentis cōcupiscentiā prohibens.

Amen quoque dico uobis, donec transeat cælum & terra, iota unum aut unus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant.] Hæc enim transeunt, quando mutantur in melius, iota uerò, quæ est cæteris literis minor, & apex, quæ est eius summa partituncula, ostendunt quod uel minima legis præcepta ad perfectum perducuntur. & quia omnia legis sacramenta plena sunt spiritalis. Aptè autem iota græcè & non Ioth posuit Hebræum, quia iota in numero decem exprimit, & Decalogū legis enumerat, cuius quidē apex & perfectio Euangelij est.

Qui enim soluerit unū de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno celorum, & reliqua.] Minimum est mors crucis, & qui secundum id quod soluerit, alios docuerit, & non secundum id quod inuenit & legit, minimus uocabitur in regno celorum: uel fortasse ibi non erit, ubi nisi magni esse non possunt. Potest & moraliter accipi, quia quamuis in semetipsa scriptura solui non possit, tamen qui non implet Dei mandatum in semetipso, soluit & fit despectissimus in ecclesia sanctorum.

Dico enim uobis, quod nisi abundauerit iustitia uestra plus quam scribarum & Phariseorum, & reliqua.] Id est, Nisi non solum illa minima legis præcepta impleueritis, quod est iustitia phariseorum, ut non occidant: sed etiam ista quæ à me adduntur, quod est iustitia eorum qui regnum Dei intraturi sunt, ut non irascantur, cæleste regnum intrare idonei non estis.

Audistis quia dictū antiquis est, non occides, &c.] In qui busdā codicibus additur ita: Qui irascitur sine causa, sed radendum est: quia ira uiri iustitiam Dei non operatur.

Qui autem dixerit racha, reus est concilio.] Racha est Hebræum uerbum, id est, inanis aut uacuus: & interpretatur cenos, quem nos uulgata iniuria absq; cerebro possumus nuncupare. quo ergo elogio stultitiæ denotari potest, qui fideliter Deū credit, & Christū Dei sapientiā nouerit.

Qui autem dixerit satue, reus erit gehennæ ignis.] Magni piaculi periculum est, quæ Deus appellauerit salem, & stultorum intelligentiam salientē, contumelia insatiati sensus iacessere, uel male dicto stultitiæ exasperare. Istiusmodi ergo æterni ignis pabulum erit. Gradus itaque sunt in istis peccatis à leuioribus ad grauiora, donec ad gehennam ignis ueniat. Nam in iudicio adhuc defensionis locus datur, dum adhuc motus comprimitur corde conceptus: in concilio autem cum iam uox indignitatis erupit, non cū ipso reo agitur, utrum damnandus sit, sed inter iudicantes cōfertur, quo supplicio culpabilis damnatur. Gehēna uerò ignis certa est damnatio, & poena damnati. isti ergo gradus, quibus modis inuisibiliter exhibeatur animarum meritis, quis dicere potest? Nomen gehennam traxisse putant à ualle idolis consecrata, iuxta murum Hierusalem olim cadaueribus mortuorum repleta, quam & Iosue rex contaminasse in Regum libro legitur.

si

Si ergo offeras munus tuum ad altare, et reliqua.] Istud secundum literam fieri potest, si præsens est frater, qui habeat aliquid aduersum nos, id est, quæ nos læsimus. nam nos aduersus illum habemus, si nos ille læserit, ubi opus non est à faciente in iuriam, ueniam postulare: sed tantum ut dimittas, sicut tibi à Deo commissa cupis dimitti. Spiritu ergo cogimur intelligere fidem esse altare in rēplo Dei, quod nos sumus, super quod spiritale donum siue prophetia siue oratio, siue aliud aliquid quod Deo bene offeratur, aliter acceptum non erit, nisi fidei puritate fulciatur: & si in mentem uenit ut aduersus fratrem aliquid habeamus, necesse est ut corā Deo chara cogitatione ad fratrem recurramus celerrimo dilectionis affectu, atque intentionem inde reuocantes, coeptum munus perficiamus.

Esto consentiens aduersario tuo, usque, Donec reddas nouissimum quadrantem.

Iudicem intellige Christum, ministrum uero angelum: carcerem, poenas tenebrarum. quæ drans hic in alio loco duo minuta, nō quod dissonent Euangelia, sed quod unus quadrans duos habeat minutos nummos. Pars distinctorum membrorum huius mundi terra inuenitur, ideo dicit nouissimum quadrantem, id est, terrena peccata: & quod dicit, Donec soluas, pro infinito ponitur, sicut alibi: Donec ponam inimicos tuos. Aduersarium autem cui iubemur consentire, alij diabolus, alij carnem, alij Deum, alij præceptum Dei intelligere uoluerunt: non ut persuasionibus diaboli aut carnis obedire debeamus, quibus in baptismo abrenuimus, sed beneuoli erga illos esse iubemur, resistendo, ne obtemperantes ultionē eis deceptionis eorum accumulamus.

Audistis quod dictum est antiquis, Non machaberis, usque, iam machatus est eam in corde suo.

Inter passionem & propassionem apud ueteres differentia hæc est: Qui uiderit mulierem & eius anima fuerit titillata, hic propassione percussus est: qui autē delectationi consensum præberit, de propassione ad passionem transit, & sic tribus gradibus peruenit ad peccatum, suggestionem, delectationem, consensum. & isti us peccati tres sunt differentia: in corde, in facto, in consuetudine quasi tres mortes. una in domo, cum in corde consentitur libidini, altera quasi iam extra portam prolata, cū in factum procedit ad sensum: tertia autem cum ui consuetudinis malæ animus tanquam terrena premitur mole.

Quod si oculus tuus dexter scandalizet te, usque, Quam totum corpus tuum eat in gehennam.

Non incongruè enim dexter oculus potest accipi dilectus amicus, & in rebus diuinis consiliarius, cui non est parcendum ne abiciatur, si nos uult scandalizans in hæresim ducere. Et si dextera manus tua scandalizat te, et reliqua.] In dextera accipitur adiutor dilectus & minister in diuinis operibus, ita in sinistra intelligitur, quæ sunt corpori necessaria: quia sicut in oculo contemplatio, ita in manu significatur actio.

possumus etiam in oculo dextro & manu dextra quoslibet intelligere propinquos, qui etiam sunt causa scandalii amputandi.

Dictum est autem, Quicumque dimiserit uxorem, det ei libellum repudij.

Quod in posteriore parte ipse Saluator Moyses fecisse exponit propter duritiam cordis eorum, non ut disidium concederet, sed homicidium auferret.

Ego autem dico uobis, quod omnis qui dimiserit uxorem suam excepta fornicationis causa, facit eam machari: et qui dimissam duxerit, adulterat.

Non hic intelligitur tantum fornicatio in stupro, quod in alienis uiris aut feminis committitur, sed omnis concupiscentia uel auaritia uel idolatria, quæ hominem faciunt à lege Dei aberrare. Si ergo uxor huiusmodi aliquid hominem cogat, qui talem dimittit, causa fornicationis dimittit, non tantum illius, sed & suæ illius qui fornicatur, suæ ne fornicet.

Iterum audistis quod dictum est antiquis, Nō periurabis, usque, Non potes unum capillum album facere, aut nigrum.

Iudæi permittebantur in Deum iurare, non quia facerent recte, sed quod melius est & Deo quam dæmonibus uel alijs creaturis hoc exhibere: quia qui iurat aut ueneratur aut diligit eum, per quem iurat: & qui periurare non potest, qui non iurat. Ideo raro & non nisi necessitate utamur iuramento, cum pigros ad credendum uiderimus homines, ut apostolus ait: Quæ scribo uobis, ecce coram Deo, quia non mentior. Sedes autem iudicium Dei significat, qui in cælo sedere dicitur: non quia habeat membra sicut nos collocata, sed quoniam in uniuerso mundi corpore maximam speciem cælum habeat, & terra minimam, tanquam præsentior excellenti pulchritudini uis diuina: minimam uero ordinet in infimis sedere in cælo, terramque calcare dicitur. Spiritu autem sanctas animas cæli nomine significat: & terra, peccatrices. Spirituales autē qui omnia iudicant, & à nemine iudicantur, conuenienter sedes Dei dicitur. Peccator autem cui dictum est, Terra es, & in terram ibis, per iustitiam digna meritis tribuentem in infimis ordinatur.

Sit autem sermo uester est est, non non: quod autem his abundantius est, à malo est.

Ac si diceret: Quod est sufficiat dicere, & quod non sufficiat non, siue ideo bis dicitur est est, non non, ut quod ore confirmes, operibus probes: & quod uerbo neges, factis non confirmes, nō dixit quod amplius est, malum est: sed à malo est, ab illius uidelicet infirmitate, à quo cogeris iurare: & hæc infirmitas malum est, tu autem bene facis, qui bene iuratione uteris, ut alteri persuadeas, quod utiliter suades.

Audistis quia dictum est, oculus pro oculo, dentem pro dente: ego autem dico uobis, non resistere malo.

In lege emendatur culpa, in Euangelio peccatorum auferuntur exordia. in lege quatuor gradus uidetur esse uindictæ primus est, ne Iesus ulciscatur se grauius: secundus quæ lex posuit, dicens: Oculum pro oculo, ne uindicta iniuriam transeat,

transeat, & hæc est inchoatio pacis, ad quæ perueniendam duo gradus adhuc restant, id est, ut non reddat tantum, sed minus. uerbi gratia, pro duobus pugnis unum ad tertium peruenit, dum nihil mali rependit, immo bonum pro malo: nec tamen adhuc ibi est, quod ait, Non resistere malo, id est, ut non solum irrogatum non rependas, sed etiam ne aliud irrogetur, non resistas, quod etiā consequenter exponit dicens:

Sed si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe illi et alteram.] Non enim ait, Tu percutere noli, sed adhuc ad percutiendum te para: docens medicus animarum, ut quorum salutem consulere uelint, eorum imbecillitates æquo animo tolerant. Mystice iubemur percutienti alteram præbere dexteram, non sinistram, quæ iustus nō habet, id est, si nos hæreticus in disputatione percusserit, & dexterum dogma uulnerauerit, opponatur ei dextra, donec uictus lassescat inimicus.

Et ei qui uult iudicio contendere, et tunicam tuam tollere, remitte ei et pallium.] Lucas hoc capitulum uersa uice posuit, dicens: Ab eo qui aufert uestimentum, etiam tunicam noli prohibere. Quod de uestimento & tunica dictum est, hoc faciendum est de omnibus quæ aliquo iure temporaliter nostra esse dicimus. In tunica, quæ interior uestis est, significantur necessaria: & si ea contemnerent conuenit, quanto magis superflua, quæ per pallium, quod exterior uestis est, significatur moraliter. Spiritu autem omnis doctor alius cuius tunicam aufert, cum ab eo quæ animo latent peccata confitenda depolcit: ut est inuidia, superbia, & his similia. Et pallium ipse dimittit, cum exteriora quæ corpus gessit facinora, simul confiteri non erubescit.

Et quicumque te angarizauerit mille passus, uade cum illo alia duo.] Hoc testimonio consolationis utique affectum præcipit, & studij solati impendere ei, qui à te expetit, quod ultra uires uelle debes insinuare. aliter si quis uolens credere, te interrogauerit, quod sit Deus: tu non solum ei patrem, sed & filium & spiritum sanctum ostendere festina.

Qui petit à te dari, et uolenti mutuari à te ne auertaris.] Nō hoc tantum de eleemosyna dictum intelligimus, cum & diuites pauperes sunt, si semper dederint: sed doctoribus præcipitur ut gratis accepta, gratis tribuant, quia istiusmodi pecunia nunquam deficit. Ita enim omni perenti dabis, quamuis non semper id quod petit dabis, cum eum indicata iustitia, non inanem dimittis: quæ nō petat quod dabis, & insuper oportet spiritalem doctorē auditoribus suis uerbum Dei accommodare, ut boni operis ab illis retributionem possit accipere.

Audistis quia dictum, Diliges proximum tuum, et odio habebis inimicum tuum: ego autem dico uobis, diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderunt uos, et reliqua.

Sciendum est ergo, non impossibilia, ut quidam æstimant, in dilectione inimicorum Christum præcipere, sed perfecta, quæ fecit Dauid in Saul, & martyr Stephanus cum persecutoribus orauit. Hic ergo minus intelligentibus difficilis oritur quaestio, quod inueniuntur Bedæ tom. s.

tur in prophetis aduersus inimicos imprecationes, quæ putantur maledictiones: sicut est, Fiat mensa eorum, & reliqua. sed hæc propheta dixit non uoto optantis, sed spiritu præuidentis. & Dominus dixit, Vg tibi Capharnaum. non hoc maleuolentia optabat, sed merito in fidelitatis futurum ei fore cernebat. Rursus alia oritur quaestio, quia Dominus iubet pro inimicis orare, & Iohannes pro peccantibus usque ad mortem non rogare: & hoc ideo, quia sunt in fratribus quædam peccata inimicorum persecutione grauiora. Peccatum usque ad mortem esse puto, post agnitionem Dei per gratiam sancti spiritus impugnare fraternitatem, & aduersus ipsam gratiam inuidia facibus agitari: & peccatum non ad mortem, cum quis debita officia fraternitati non exhibuerit per aliquam infirmitatem animi.

Ut sitis filij patris uestri, usque, Pluit super iustos et iniustos.] Non ait, Facite ista qui estis filij Dei: sed, ut sitis filij Dei. nam unus est naturaliter filius Dei, nos autem potestate accepta, in quantum ea quæ ab illo præcipiuntur, implemus, efficiamur filij Dei. ortum solem dicit super bonos & malos: Christum, solem iustitiae: pluiam, doctrinam ueritatis, quia bonis & malis apparuit, & est euangelizatus Christus.

Si enim diligitis eos, qui uos diligunt, usque, Nonne ethnici hoc faciunt?

Publicani quidē apud eos Romani exactores dicuntur, qui uectigalia uel publica seculi lucra sectantur. nam ethnos Græcè, gens dicitur latinè. ideo gentiles ethnici dicuntur, qui sunt tales ut fuerunt gentes. & huius sententiæ sensus est talis: Si ergo ethnici & publicani sunt erga amatores suos natura duce beneficii, quantum uos dilectione latiores debetis etiam non amantes amplecti: quia quibus est gradus profersionis eximior, necesse est ut sit cura uirtutis uberior.

Estote ergo uos perfecti sicut et pater uester celestis perfectus est.] Sine dilectione inimicorum quis superior dicta potest implere. perfectio namque misericordiae, qua plurimum consulitur laboranti animæ, ultra dilectionem inimici porrigi non potest: & ideo sic clauditur, Estote ergo perfecti, & reliqua. ita tamen ut Deus intelligatur perfectus tanquam Deus, & anima perfecta tanquam anima. Gradum ergo quendam ascendit, qui proximum diligit: sed beneuolentiam perficiet, qui eam præcepto ad inimici dilectionem perduxerit. nam quod in lege scriptum est, Oderis inimicum tuum: non est accipienda uox iubentis iusto, sed permittentis infirmo.

CAPUT VI.

Atendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis.

Ac si diceret: Cauete ne laudem ab hominibus queratis, & ob hoc fructu priuemini mercedis: unde subditur,

Alioquin mercedem non habebitis apud patrem uestrum qui est in caelis.] Qui enim inanem uulgi fauorem sequitur,

sequitur, hoc illi pro mercede deputabitur, & ob hoc ab æterni regis nuptiis, pulsans ianuas repellitur, quia hic eum amare non probatur.

Cum ergo facis elemosynam, noli tuba canere, & reliqua. Manifestum est, hypocrisis esse, qui se iustos simulant, & non exhibent: & proinde à Deo cordis inspectore non aliud accipiunt, nisi falsicie supplicium.

Te autem faciente elemosynam, usque, Et pater tuus qui uidet in abscondito, reddet tibi.

Videtur enim humanæ laudis delectatio in sinistra significari, & in dextera intentio implendi præcepta diuina. Et quid est elemosyna in abscondito, nisi in ipsa bona conscientia, quæ humanis oculis demonstrari non potest, quæ & efficitur in uoluntate bona, quamuis nõ sit quod tribuatur in pecunia. nam in his solet sinistra operari, qui eam non intus, sed foris faciunt.

Et cum oratis, non eritis sicut hypocritæ, usque, Receperunt mercedem suam. Anguli platearum sunt, ubi uia per transfuersum alterius uia tendit, & quadriuium reddit. non enim te uideri ab hominibus alicubi orantem nefas est, sed propter hoc agere, ut laudandus ab hominibus uidearis.

Tu autem cum orabis intra in cubiculum tuum, usque, Pater tuus qui uidet in abscondito, reddet tibi.

Id est, reuertere in mundam cordis conscientiam de uisibilibus ad orandũ inuisibilem Dominum, & claude ostium carnalium & phantasmatum: turbis. quæ obstrepunt in cogitatione resiste, ut intimo corde ad patrem spiritalis dirigatur oratio.

Orantes autem nolite multum loqui, usque, Nolite ergo assimilari eis. Ethnici ergo sicut hominem tu dicem; ita Deum uerbis arbitratur in sententiam trahi: & ideo putant se in multiloquio suo exaudiri.

Sic enim pater uester quid opus sit uobis, antequam petitis eum. Consurgit enim hoc loco quædam hæresis philosophorum, qui dicunt: Si Deus ante quæ petamus, scit quibus indigemus, frustra scienti loquimur. Quibus respondendum est, non nos esse narratores, sed rogatores. Aliud est narrare, aliud scientem miserabiliter exorare.

Pater noster, qui es in cælis. Id est, in sanctis & iustis, quibus dicitur, Templum Dei sanctum est, quod estis uos.

Sanctificetur nomen tuum. Quomodo sanctificetur ab hominibus nomen Domini, quod semper est sanctum, rogamus: quod nomen Domini sanctum in hoc seculo ostendatur, ut nos qui in baptismo sanctificati sumus, in eo perseueremus. & hoc quotidianum opus est, ut imploremus sanctificationem, qui quotidie delinquimus.

Adueniat regnum tuum. Quando enim Deus nõ regnat, aut quando apud eum incipit, quod semper fuit, & esse non desinit. nostrum quidem regnum petimus à Deo nobis promissum, & Christi passione quaesitum, ut qui in saeculo ante seruauimus, postmodum Christo

dominante regnemus: ut, Venite benedicti, & reliqua.

Fiat uoluntas tua, sicut in cælo & in terra. Id est, sicut est in angelis uoluntas tua, qui sunt in cælis, ita fiat in hominibus, qui sunt in terra, ut nulla miseria impediendo eandem apud te beatitudinem adquirant. aliter, sicut iusti faciunt uoluntatem tuam, ita & peccatores ad te conuertantur. siue cælum & terram, corpus & animam accipimus.

Fiat uoluntas tua. In hoc ut sicut corde condelectamur legi Dei secundum interiorem hominem, ita corpus nullis terrenis uoluptatibus immutatum huic delectationi aduertitur.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Panis quotidianus aut pro omnibus huius uitæ necessitatibus dicitur est, aut pro sacramento corporis Christi, quod quotidie accipimus, & ne moueant quæstionem aliqui, qui non communentur quotidie sacramento Christi: restat ut panem quotidianum intelligamus diuina præcepta, quæ quotidie meditari oportet, & operari.

Et dimitte nobis, & reliqua. Salubriter enim quod peccatores sumus, admonemur, qui pro peccatis orare compellimur. Qui orare nos pro debitis & peccatis docuit, paternam misericordiam promissit, & ueniam securam adiunxit, & certa nos sponsione constringens, ut non alter à Deo, cui debitor sumus, ueniam petamus quæ sicut debitoribus nostris dimittimus: in qua pactione si mentimur, totius orationis nullus est fructus.

Et ne nos inducas in tentationem. Non enim per se ipsum inducit Deus, sed induci patitur, quem suo auxilio deseruerit. & ideo non hic oratur, ut non tentemur, sed ut in tentationem non inferamur. aliud namque est in tentationem induci, aliud tentari. Sine tentatione nullus esse probatus potest, ideo non orat cui necesse est igne examinare, ut igne non contingatur, sed ut non exuratur.

Sed libera nos à malo. Videlicet, ut ab omnibus quæ diabolus & mundus operantur securi stemus ac tuti: ut autem nulla omnino timeatur tentatio, non hic in præsentem sperandum est fieri posse, quia hæc beatitudo hic inchoatur, & in futuro perficietur. Amen autem, quod in fine scribitur, signaculum est Domine orationis, quod Aquila interpretatus est, fideliter: & nos uere possumus dicere, significare totius orationis istius purissimam ueritatem, & indubitanter omnia illis conferri à Domino, quæ rite postulant, si conditionis ultimæ pactum seruare non negligunt.

Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, usque, Nec pater uester dimittet uobis peccata uestra.

Si non dimiseritis hominibus ait, quasi non sint homines, qui dimittunt, id est, non humani neque terreni. unde scriptum est, Ego dixi, dii estis, & reliqua. uos autem sicut homines mortemini. ad eos dicitur, qui propter peccata homines ex dijs esse meruerunt.

Cum autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. ex terminant enim facies suas, ut appareant hominibus ieiunantes. amen dico uobis, quia receperunt mercedem suam.

His uerbis intentio nostra ad interiora gaudia dirigi docetur, ne foris quarentes mercedem, huic seculo conformemur. Quod dicit Exterminant, non est scripturæ tritum. exules quoque exterminantur, qui extra terminos mittuntur. Pro hoc ergo sermone semper accipere solemus demoliuntur, quod hypocritæ facere solent, ut tristitiam & luctum forti animo latanti in uultu simulent. Hoc capitulo intelligitur, quod non solum in mundi pompa, sed etiam in sordibus luctuosus solet esse iactantia.

Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum oleo, & faciem tuam lauam, usque, Et pater tuus qui uidet in abscondito, reddet tibi in propatulo.

Palestini autem, quorum hoc more loquuntur, festis diebus solent capita oleo perungere: & nobis præcipit ut uirtutes exercentes, nõ oleo peccatoris, sed exultationis festiuos nos ostendamus, & principale cordis nostri oleo perungamus spiritali.

Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, usque, Et ubi fures non effodiunt, nec furantur. Per tres species aduersitatis, hoc est aruginis, tinea & furũ, omne uetat auaritiæ genus, & reprehendit: quia alia res sunt, quas rubigo obfuscat uel consumit: ut est aurum, argentum, & cætera metalla. alia quæ à uermibus uel putredine dissoluntur: ut sunt uestes, uasa lignea, quæ carie disperunt. alia per fures auferuntur: ut sunt gemmæ, lapides preciosi, quamuis alia forde non possunt consumi, & ita nulla res semper illasa durare potest, unde dicitur, Omne opus electũ iustificabitur, & qui operatur illud, honorabitur in illo: & omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui operatur illud peribit cum ipso. allegoricè ergo superbiam significat, quæ ubi fuerit, spiritalium donorum thesaurum dissipat, & uirtutum decorẽ obfuscat. tinea autem inuidiam designat, quæ latenter corrodens studium bonum, & unitatis pactionem demoliri non cessat. fures namque sunt demones & hæretici, semper ad hoc intenti, ut spiritalia thesauros habentes deprædent, & onustos ornamentis uirtutum spoliēt. alio sensu, omnis namque res fordescit, cū inferiori miscetur naturæ. sic & animus noster terrenorum cupiditate fordescit, quamuis terra munda sit in suo ordine: in spiritalium uero desiderio mundus perseuerat, quia quæcunq; cælestia sunt, mundi sunt.

Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Hoc non solum de pecunia, sed & de cunctis passionibus sciendum est: lasciuia ludicra, amatoris libido, gulosi Deus uenter est: huic seruit unusquisque, à quo uincitur.

Lucerna corporis tui est oculus tuus, usque, Totum corpus tuum tenebrosum erit.

Est autem oculus mētis intentio, quæ si peruersa præcedit, omne opus prauum est, quod sequitur, quamuis rectum esse uideatur. nam per corpus opera quæ cunctis apparent, signantur.

Beda tom. 5.

tur: quæ si recta quis facit intentione, etiam si coram hominibus aliquid imperfectionis habere uideantur, omnia in bonum cooperantur.

Si ergo lumen quod in te est, tenebræ sunt, ipse tenebræ quantæ erunt. Si cordis intentio appetitu temporalium in uobis cæcatur, quanto magis ipsum factum est tenebrosum, & nihil proderit: quia quomodo tu feceris, tibi imputatur, nõ quomodo accipienti progenerit.

Nemo potest duobus dominis seruire, usque, Et alterum contemnet. Videlicet diabolus uel odit, qui Deum diligit. nullius enim scientia Deum odisse ferre potest: & ideo eum qui non timet, contemnit diuinitatis mandata non custodit.

Non potestis Deo seruire & mammonæ. Audiatur hoc auarus, & studeat diuitias, quæ mammonæ Syriaco nuncupantur sermone, magis ut dominus distribuere, quam ut seruus custodire.

Ideo dico uobis, ne solliciti sitis animæ uestræ, & reliqua.

Quæ ait, Ideo dico uobis ad superiora respicit, ne temporalium sollicitudine conuincamini cum diuitibus huius seculi thesaurizare. De carnali autem cibo & uestimento nos non debere esse sollicitos accipiamus, de spiritali autem cibo & uestimento semper solliciti esse debemus.

Nonne anima plus est quàm esca, & corpus plus quàm uestimentum. Admonet ergo in hac sententia ut meminerimus multo amplius nobis Deum dedisse, qui nos fecit & composuit, quàm quoduis alimentum & tegumentum. Quo loco quæri solet, utrum iste cibus corporeus ad animam pertineat, cum sit ipsa incorporea, an non. sed animam hoc loco pro ista uita positam nouerimus, cuius retinaculum est alimentum istud corporeum.

Respicite uolatilia cæli, usque, Et pater uester pascat illa. Id est, si uolatilia quorum mortalis est anima, Dei aluntur prouidentia: quæto magis homines, quibus æternitas promittitur.

Nonne uos plures estis illis. Hoc est, charius ualeatis, quæ irrationabilia, sicuti sunt aues.

Quis autem uestrũ cogitans potest ad staturam suam cubitum unum, & de uestimento quid sollicitus estis.

Ac si dicat: illi ergo relinquitur curam tegendi corporis, cuius cura factum esse uidetis, ut tæta statura corpus habeatis.

Considerate lilia agri, & reliqua. Ista uero documenta de auiibus & lilijs non allegoricè ponuntur, sed ut de rebus minoribus maiora persuadeerentur.

Dico autem uobis quod nec Salomon, & reliqua. Reuera quod sericum, quæ purpura regum potest floribus comparari, quid ita rubet ut rosa, quid ita candet ut lilium, quod magis est oculorum, quàm sermonis iudicium.

Si autem scenum agri, quod hodie est, & cras in cibatum mittitur, Deus sic uestit, & reliqua.

Cras pro futuro ponitur tempore. & est sensus: Si quæ cito decidua concemantur igne, artifex omnium tam uenusta ornata specie: quanto magis uos procurabit in necessarijs, qui ad æternam hæreditatem pertinetis.

β a Nolite

Nolite solliciti esse, dicentes quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur.

Notandum quod non ait, Nolite querere cibum, & cætera: sed quid inquit manducetis, & reliqua. ubi mihi uidentur argui, qui sprete cõmunione lauitiora uel austeriora sibi alimenta uel indumenta requirunt pro his cum quibus uitam ducunt.

Hæc omnia gentes inquirunt.] Scilicet quibus cura est non futurorum, sed comparati sunt iumentis insipientibus, & similes facti sunt illis.

Scit enim pater uester, usque, Et hæc omnia adijciuntur uobis.] Querite regnum Dei, quod est bonum appetendum, & necessaria sine quibus hæc uita non potest peragi. nõ dixit nobis dari, sed adijci: quia nobis in intentione æternitas, in uero uerò debet esse temporalitas: illud tanquam bonum, hoc tanquam necessarium.

Nolite solliciti esse de crastino. crastinus enim dies sollicitus ipse erit sibi.] Quia annuos fructus terra profert, de presentibus sollicitos esse debere concessit, qui futura, quod cras significat, cogitare prohibuit.

Sufficit diei malitia sua.] Sufficit ergo nobis presentis temporis cogitatio, futurorum curam, que incerta est, relinquamus. hanc ergo curam arbitror ideo nominauit malitiam, quia poenalis est. & ad hanc pertinet mortalitatem, quam peccando meruimus. cauendum namque est, ne aliquem iudicemus, qui commissis sibi procurat necessaria ne desint, cum ipse Dominus loculos habere dignatus est.

CAPVT VII.

Nolite iudicare, ut non iudicemini, usque, In qua mensura mensi fueritis, remetietur uobis.

Hoc loco præcipi existimo, ut ea facta, quæ dubium est quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur: quia incertum est quo animo quid factum sit, uel qualis futurus sit qui nunc uel bonus uel malus apparet. unde apostolus, Nolite, inquit, ante tempus iudicare. de manifestis, quæ bono animo fieri non possunt ita dicitur. Ex fructibus eorum cognoscetis eos: potest mouere, quod ait, In quocunque enim iudicio iudicaueritis, iudicabitur de uobis. nunquid temerè enim, sicut nos de alijs, ita iudicabit de nobis Deus. aut. In qua mensura remetietur, nullo modo hoc est apud Deum: sed dictum est, quomodo ipsa temeritas, qua punis alium, te puniat necesse est. unde dictum est: Omnis qui percussit gladio, gladio peribit. non gladio ferri, sed gladio peccati.

Quid autem uidet festucam in oculo fratris tui, usque, Et trabem in oculo tuo non uidet.

Multi superbia & odio præuerti, acerrimè corripiunt eos quos subita ira uident turbatos, oculum mentis à solito puritatis statu quasi festuca irruente mutasse: atque hinc eos magis amant uituperare quam emendare. & ideo impossibile illis dicitur, ut festucam fratris oculo quis demat, qui suo trabem in oculo gestat. qui fieri potest ut si irasceris homini, uelis

eum corrigi: si autem oderis, non potes eum uelle corrigere. quantum inter trabem & festucam distat, tantum inter odium & iram.

Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc uidebis eijcere, & reliqua.

Primo expelle odium à te, & deinceps iam eum quem diligis, emendare poteris.

Nolite sanctum dare canibus, usque, Et conuersi disrumpanit uos.] Canes & porcos pro contemptoribus accipimus, non conuenit igitur istiusmodi in luto infidelitatis manentibus porcis uel hæreticis, uel hominibus ad uomitum peccatorum reuertentibus, euangelicam pandere margaritam. Ne conculcent, id est, contempnant illud, & conuersi incipiant uos dissipare.

Petite, & dabitur uobis, & reliqua.] Petitio pertinet ad impetrandam sanitatem firmitatemque animi, ut ea quæ præcipiuntur, implere possimus: inquisitio autem ad inueniendam ueritatem. cum quis autem ueram uiam inuenierit, perueniet ad ipsam possessionem, quæ tamen pulsanti aperietur.

Omnis autem qui petit, accipit, & reliqua.] Ergo perseuerantia opus est, ut accipiamus quod petimus, & inueniamus quod quarimus: & quod pulsamus, aperiatur.

Aut quis ex uobis homo, quem si petierit filius suus panem, nunquid lapidem porriget ei?

Panis intelligitur charitas, sine qua cætera nihil sunt, sicut sine pane mensa inops esse uidetur: cui contraria est cordis duritia, quam lapidi comparauit.

Aut si piscem petierit, nunquid serpentem porriget ei.]

Pisces sunt fides inuisibilium, uel propter aquam baptismi, uel quia de inuisibilibus capitur, seu quod huius mundi fluctibus non frangitur: cui contrarium posuit serpentem propter uenena fallacia, quæ primo homini præminauit. quod autem in Euangelio secundum Lucam hæc duo subsequitur out & scorpionis comparatio, in ouo indicatur spes, in quo nondum perfectus fœtus est, sed souendo speratur: uel quod spei contrarium est retro respicere, quæ se in ea quæ ante sunt extendit. & ideo huic cõtrarium posuit scorpionem, cuius aculeus uenenatus retro timendus est, quia mortifera desperatio in fine est formidanda.

Si ergo uos cum stitis mali, nostis bona data dare filijs uestris, usque, Petentibus se.

Malos appellat huius seculi amatores: & in rerum natura bona sunt, quæ dant, quamuis sint temporalia: quia Domini est terra & plenitudo eius. Aliter apostoli, qui electionis merito bonitatem generis humani excefferant, supernæ bonitatis intuitu mali esse dicuntur: quia nihil est per semetipsum immutabile uel bonum, nisi deitas sola. quod Lucas uerò dicit, Dabit spiritum bonum: ostendit spiritum sanctum plenitudinem esse bonorum Dei.

Intrate per angustam portam, usque, Et pauci sunt qui inueniant eam.

Lata uia est, quæ tendit ad seculi uoluptates, cuius inquisitione aut inuentione opus nõ est,

est, quia sponte se offerunt. angustam uerò uiam omnes inueniunt, nec qui inueniunt, statim in grediuntur per eam: siquidem multi de medio itinere ueritatis, seculi uoluptatibus capti, reuertuntur.

Attendite à falsis prophetis, usque, Intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

Specialiter de hæreticis dicitur, qui uidentur continentia, castitate, ieiunio se circum dare quasi quadam ueste pietatis, sed ex intentione uenenati animi, & insidijs rapacibus comparantur lupis.

Aliter, cautius considerate eos, qui per Christianum nomen uos seducere nituntur dulcibus sermonibus scandalum inferentes, sed quomodo isti sunt noscendi ostendit.

A fructibus eorum cognoscetis eos.] Hoc est, ad uultum nolite attendere, sed ad opera. Etenim si non uerbis, moribus blasphemant.

Nunquid colligunt de spinis uinas, aut de tribulis ficus.] Nullus sapientium ab hereticis uel in fidelibus flagrantiam sanctitatis, aut dulcedinem poterit inuenire ueritatis. Aliter spinas reor & tribulos posse significare seculi curas, & uitiorum compunctiones: ut, Terra tua spinas & tribulos germinabit tibi: ficus uerò & uua dulcedinem nouæ conuersationis, quam Dominus eferijit in nobis, & feruorem dilectionis, quæ lætificat cor hominis.

Sic omnis arbor bona fructus bonos facit, mala autem arbor fructus malos facit, & reliqua.

Per arborem intelligimus seu bonam seu malam uoluntatem. fructus autem opera, quæ nec bonæ uoluntatis, mala: nec malæ esse possunt uoluntatis bona, quæ sit etiam bona, dum conuertitur ad summum & incommutabile bonum: & impletur bono, ut faciat fructum bonum. ac per hoc est, quod dicitur auctor omnium bonorum, hoc est, & naturæ bonæ & uoluntatis.

Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.] Quia unusquisque uersus per ualidam iudicij sententiam in gehennæ ignem mittetur, qui hic boni operis fructum fecisse non inuenitur.

Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum caelorum, & reliqua.

Utrunque enim seruis Dei necessarium est, ut & opus sermone, & sermo operibus comprobetur.

Multi mihi dicent in illa die, Domine Domine, nonne in tuo nomine prophetauimus, & in tuo nomina demonia, & reliqua.

Non enim ipsius meritum, qui talia facit, sed inuocatio nominis Christi hoc agit, ob condemnationem eorum qui inuocant, uel ob utilitatem eorum qui audiunt & uident.

Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui uos, & cætera.] Signanter dixit Confitebor, quia multo ante tempore dicere simulabant. Non noui uos dicit, id est, non adprobo uos, quia nullo modo Deus probat, quem fidei pietas non commendat.

Omnis ergo qui audit uerba mea hæc, & facit ea, assimilabo eum uiro sapienti, qui edificauit suam domum supra petram.

Beda tom. 5.

tram.] Si petra Christus est, sicut multa prædicant scripturarum testimonia: ille edificauit in Christo, qui quod audit ab illo, facit.

Et descendit pluuia, & uenerunt flumina, & stauerunt uenti, & irruerunt in domum illam, & reliqua.

Pluuia quoque, quia domum subuertere nititur, diabolus est: flumina, Antichristi: uenti, spirituales nequitia in cælestibus. qui autem nõ solum uerba Dei audit, sed firmiter facit, nihil horum timet, quia domum ædificatam habet supra petram.

Et omnis qui audit uerba mea hæc, & facit ea, similis erit qui edificauit domum suam super arenam.

Fundamentum stabile & firmum Dominus noster Iesus Christus, super quod fundatur catholica ecclesia: super arenam uerò, quæ fluida est, & in unam copulam redigi non potest, omnis hæreticorum sermo ad hoc ædificatur, ut corruat.

Et descendit pluuia, usque, Et cecidit.] Quid enim in pluuia nisi multimodas diabolicas tentationes, per flumina manifestas persecutiones, per uentos malignos spiritus intelligi uoluit, ante quos nullus persistere ualet, qui spe in Deum fixa non permanet. Potest etiam per impetum fluminis, extremi iudicij discrimen intelligi, quando utraq; domo consummata, omnis qui se exultat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.

Et sit ruina eius magna.] Quia non habet subleuatatis solatia, sed audient: Ite in ignem æternum.

Et factum est cum consummasset Iesus uerba hæc, admirabantur turba, & reliqua.

Turba autem infideles dicit, qui stupebant non credendo: aut omnes generaliter demonstrat, qui in eo tantam sapientiam uenerabantur. scriba enim docebant quæ scripta sunt in Moyse & prophetis: Iesus uerò quasi dominus ipsius Moyse pro libertate uoluntatis suæ, uel ea quæ minus in lege uidebantur, addebat: uel commutans prædicabat in populo, sicut supra legimus.

FINIS LIBRI PRIMI.

Liber Secundus.

CAPVT VIII.



Et autem descendisset de monte, usque, Domine si uis, potes me mundare.

Istud miraculum potest intelligi post utrumque sermonem Domini factum fuisse, non solū quæ Matthæus, uerum etiam quem Lucas interponit, licet alio loco Lucas Marcusque illud commemorauerint. Mystice descensio Domini de monte incarnatio eius significat, & post hæc secutæ sunt eum turbæ multæ: quia postquam uerbum caro factum est, & habitauit in nobis, qui antea tantum notus in Iudæa, post admirabilis factus est in uniuersa terra.

Si uis, inquit, potes me mundare.] De uoluntate Domini

B 3

mini

mini non quasi incredulus dubitauit, sed quasi colluuiouis suæ concius non præsumit.

Et extendens Iesus manum, tetigit eum dicens: Volo mundare.] Extendit curationis manum, qui misericordiam suam protendebat affectum. Tetigit ægrotum, quia in potestate habuit sanitatis effectum. dixit, Volo mundare. in uolo ostendit pietatis clementiam: in mundare maiestatis suæ potentiam. quia ipse dixit, & facta sunt. non ut aliqui putant, iungendum est & legendum, Volo mundare: sed separatim, ut primo dicat, Volo deinde imperet mundare. Volo autem propter Photinum dicit: imperat propter Arrium, tangit propter Manichæum.

Et ait illi Iesus, Vide nemini dixeris.] Et reuera quid erat necesse, ut sermone iactaret, quod corpore præferbat, nisi ut doceret nos non solum à mercede abstinemus pecuniæ, sed etiam gratiæ.

Sed uade, ostende te sacerdoti, & offer munus, quod præcepit Moyses in testimonium illis.

Tres ob causas misit eum ad sacerdotes. primum, quia lex præcepit ut mundata lepra offerret sacerdotibus munera. deinde ut leporem uiderent mundatum, & saluarentur credentes: aut si non crederent, inexcusabiles essent, & ne legem frangere uideretur. Si quem mouet, quomodo Dominus Mosaicum uideatur adprobare sacrificium, cum id ecclesia non receperit: meminerit illius sacrosanctum corporis sacrificium nondum in ara crucis oblatum nec esse apostolorum contestatione & fide creditum confirmatum. Mystice uir iste, peccatis lægum genus humanum designat, quod extenta manu Saluatoris, hoc est, incarnato Dei uerbo, humanamque contingente naturam, ab erroris prisci uarietate mundatum est, & sacerdoti ostensum, de quo dicitur, Tur es sacerdos in æternum: cui offerunt corpora sua hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem.

Cum autem introisset Capernaum, usque, Et malè torquetur.] Queritur quomodo conueniat, quod Matthæus ipsum Centurionem ad Dominum accessisse dicat, cum Lacus nuncios ad eum misisse narrat: sed piè quærentibus patet, quod Matthæus causa breuitatis dixerit, accessisse ipsum: cuius uoluntas licet alijs deferentibus perlata est ad Dominum. sicut enim Hæmorhousa, quia credidit, magis Dominum tetigit, quam turbæ, à quibus premebatur: ita Centurio quo magis credidit, eo magis accessit.

Domine puer meus iacet.] Non in una tantum miserabilis, quod iacet: sed in alia, quod paralyticus: tertia, quod malè torquetur. & hoc ideo, ut angustias animæ suæ demonstraret, & bene uolentiam Domini inuitaret: sic decet prælatos sibi subiectis misereri.

Et ait illi Iesus: Ego ueniam & curabo eum.] Magna Domini sublimitas, sed maior humilitas, qui solo uerbo ualebat curare, non dedignatur seruū languentem uisitare.

Et respondens Centurio, ait: Domine non sum dignus ut in-

tres sub tectum meum.] Propter uitæ conscientiam gentilis non ausus est hospitium habere Christum, cuius etiam fide præditus, nondum tamen sacramentis erat imbutus.

Sed tantum dic uerbo, & sanabitur puer meus.] Magna fides Centurionis, qua uerbi opus in Christo consistitur.

Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites.] Hominem se potestate subditum dicit, & tamen se minoribus posse imperare: ut subaudiatur, Quanto magis omnipotens Deus super omnia, per angelicam dicere potest militiam, infirmitati ut recedat, & recedit: & sanitati ut ueniat, & ueniet. unde sequitur.

Et huic dico, uade, & uadit: & alij ueni, & uenit: & sermo meo. Fac hoc, & facit.] Vult ostendere Deum posse implere quod uellet, non tantum per corporis aduentum, sed etiam per ministeria angelorum.

Audiens autem Iesus, miratus.] Miratur intelligentiam suæ maiestatis, quod & nobis mirandum significat. Tales motus cum de Deo dicuntur, non sunt signa perturbati animi, sed docentis magistris.

Et sequentibus se dixit, Non inueni tantam fidem in Israel.]

Non de omnibus retro patriarchis & prophetis loquitur, sed de omnibus æui presentis, qui per legem instructi non credebant. Centurio Christo docente minime credidit, spontaneam gentium fidem significans.

Dico uobis, quod multi ab oriente, & reliqua.] Id est, ex omnibus gentibus sicut oportet Euangelium prædicari, uel ab oriente, qui statim illuminati transeunt: & ab occidente, hi qui passionibus fide usque ad mortem tolerauerunt, recumbent non carnaliter iacentes, sed spiritaliter requiescentes.

Filij autem regni eiicientur, usque, Et stridor dentium.] Filios regni Iudæos dicit, in quibus antea regnauit Deus. Stridor dentium, & fletus oculorum, ueram demonstrat resurrectionem membrorum. Interiores quoque tenebras dicit, cæcitatem cordis, exteriores quoque noctem æternæ damnationis, ubi duplex ostenditur gehenna, id est, nimij frigoris per stridorem dentium, & intolerabilis esse feruoris, per fletum oculorum: ut beatus Iob ait, Ad calorem nimium transeunt ab aquis niuium.

Et dixit Iesus Centurioni, usque, Et sanatus est puer ex illa hora.] Probat fides Domini, & roboratur sanitas serui. Mystice Centurio electos ex gentibus ostendit, qui quasi centenario milite stipati, spiritualium sunt uirtutum perfectione sublimes.

Et cum uenisset Iesus in domum Petri, uidit socrum eius iacentem, usque, Et surrexit & ministrabat eis.] Domus Petri circumsilio est, quæ apostolatui eius tradita erat: socius uero eius Synagoga est, quia illa quodammodo mater est ecclesiæ, quæ à uero sponso taliter commendatur Petro: Tu es Petrus, & super hæc petram ædificabo ecclesiam meam. Porro socius Petri in Synagoga fabricabat, quia persequens ecclesiam inuidiæ facibus laborabat, unde dicitur: Filij matris mee pugnaverunt contra

cõtra me. cuius manum Dominus tetigit, quia carnalia eius opera in spiritalem usum conuertit: quæ eis resurgens ministrabat, quia nunc quotidie per spiritale officium credens Domino ministrat. Moraliter autem unaquæque anima, quæ carnis concupiscentiis militat, quasi se bribus æstuat: sed ad tactum diuinæ misericordiam conualecens, per continentiam frenata lasciuam carnis constringit, & ipsis membris quibus seruiert, immunditiæ ad iniquitatem, feruat iustitiæ in uitam æternam.

Vespere autem facta, obtulerunt ei multos demonia habentes, & eiecit spiritus uerbo, & omnes malè habentes, curauit.] Omnes non mane, non meridiè, sed ad uesperam curantur, quando uerus sol occubuit: ille qui dixit, Quamdiu in mundo sum, lux sum mundi: in cuius occasu plures sanantur ægroti, quam ante, quia in carne uiuens, paucos Iudæorum docuit, postea per orbem gentibus salutis dona permisit.

Videns autem Iesus turbas multas circa se, iussit discipulos suos ire trans fretum.] Exhortatio Iesu semper est, ut amarus seculi fluctus, inconfuso fidei nauigio transeamus, quo ad litus paradisi ipso gubernante, perueniamus.

Et accedens unus scriba, ait illi: Magister, sequar te, quocumque ieris.] Quod Matthæus dicit, Tunc istud gestum esse, quando iussit ut irent. Lucas uero, Ambulantibus illis in uia: non est contrarium, quod utique ambulabant ut uenirent ad fretum. scriba iste si dixisset, Domine, sequar te: non fuisset repulsus, sed qui magistrum unum de pluribus æstimabat, & erat literator, & non spiritualis auditor. Ideo non habet locum, in quo possit reclinare Iesus caput suum.

Ait illi Iesus, Vulpes foueas habent, & uolucres cæli nidus: filius autem hominis non habet, ubi, etc.] Ac si dixisset, Quid me propter diuitias seculi uis sequi, cum tanta sim paupertatis, ut nec proprio utar tecto: Possimus iuxta allegoriam per uulpes hæreticos accipere significatos, qui nihil in uirtutibus Christi, sed in sua confidentes astutia, uelut uulpis callida seducere satagunt: per uolucres, malignos spiritus, qui in cordibus Iudæorum domicilia habent, ubi habitaculum non inuenit caput Christi Deus.

Alius autem de discipulis eius, ait illi: Domine, permittite me primum ire, & sepelire patrem.] Non discipulatum respuit, sed expleta primum paterni funeris pietate, liberior hunc affectum desiderat: in quo & filius hominis caput reclinat, quia in eius humiliter pectore diuinitas familiari quadam requiescat mansione.

Iesus autem ait illi: Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos.] Mortuos enim sepelire, est peccatores in peccatis suis fouere: quod illi faciunt, qui iustificat impium pro muneribus, & iniqua gerentes benedicunt.

Et ascendente eo in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius.] Mare quod Dominus cum suis transire desiderat, presentis seculi tenebrosus accipitur æstus. nauicula, quam ascendunt, nulla melius quam Dominicæ passionis arbor intelligitur: de qua

alibi dicitur, Si quis uult post me uenire, tollat crucem suam, & sequatur me.

Et ecce, motus factus magnus in mare, ita ut nauicula operiretur fluctibus.] Illa tempestas non ex se orta est, sed potestati paret imperantis, quatenus se esse terræ marisque dominum, cunctis ostenderet. Ipse uero dormiebat.] O res mirabilis, is qui nunquam obdormit, dormiuit: dormiebat ergo corpore, ut apostolos euigilare faceret, præcipuè autem ne nos unquam animo dormiamus.

Et accesserunt, & suscitauerunt eum, dicentes: Domine salua nos, perimus.] Suscitant Dominum, ne fluctuum feritate dispereant, quia cuius mortem uiderant, maximis uotis resurrectionem quærebant, ne eius morte carnali, mens eorum in perpetuum periret morte spiritali.

Et ait illis Iesus: Quid timidi estis modicæ fidei? Marcus, Necdum habetis fidem: Lucas autem, Ubi est fides uestrarum id est, si potentem me in terra esse creditis, quare non in mari simul me ut uerè Deum & creatorem omnium suscepistis: quare non omnia à me facta, in mea esse potestate creditis: quare dubitas pusillæ fidei: fragiles in fide corripuntur, alieno omnino à fide puniuntur, sicut Iudæi & hæretici.

Tunc surgens imperauit uentis & mari, & facta est tranquillitas magna.] Ventum quippe surgens increpauit, quod per suam resurrectionem diaboli strauit superbiam: tempestatem aquæ cessare fecit, dum surgendo de sepulchro Iudæorum rabiem labefecit.

Porrò homines mirati sunt, dicentes: Quis est hic, quia uenti & mare obediunt ei?

Non discipuli, sed nauæ dicentes, Qualis est iste qui sicut homo uidetur, & sicut Deus potestiam ostendit. Sunt qui allegoricè hanc nauiculam præsentem uolunt significare ecclesiam, uentos malignos spiritus, & homines iniquos: qui desiderant, ut ecclesia fluctibus & pressuris immergatur: sed licet Iesus ad tempus auxilium subtrahendo dormire uideatur, precibus tamè honestis suscitatus, malignorum spirituum incitationem compefcere facit, & persecutorum minas mitigat, & flante aura spiritus sancti, ecclesiam ad æternæ quietis portam usque perducit. Tropologicè autem nos singuli catholica fide imbuti, nauem conscendimus, mare cum Iesu transire conamur: qui nobis quasi in ter aquoris fremitus obdormit, quando crebescente immundorum spirituum, uel prauorum hominum impetu, inter medias uirtutum nisus, fidei splendor obtenebrescit: spei cellitudo tabescit. Verum inter huiusmodi procellas, necesse est ut illum sedulo excitemus, qualiter ipse gubernator nobis salutis indulgeat litus, unde tumultibus liberati, admiremur eius circa nos beneuolentias, & mirantes gratias agamus.

Et cum uenisset trans fretum in regionem Gerasenorum.] Gerasa urbs est Arabiæ trans Iordanem, iuncta monti Galaad, quem tenuit tribus Manasse, non longè à stagno Tyberiadis, in quod porci præcipitati sunt. Significat gentes, quas Domi-

nis post somnum passionis, & gloriam resurrectionis per prædicatores dignatus est uisitare, unde bene Gerasa interpretatur coloniam eiusciens, uel aduena propinquans.

Occurrerunt ei duo habentes demonia.] Quod Marcus & Lucas unum commemorant, intelligas unum famosioris personæ, quæ regio illa maxime dolebat: sed allegoricè sicut unus à demonio possessus, sic & duo illi gentiles populi idolis occupati, typum non inconuenienter exprimit.

De monumentis exeuntes seui nimis.] Isti duo homines, qui à demonibus uexabantur, duorum populorum non inconuenienter figuram gesta uerunt: gentilis, qui diabolicis doctrinis illusus, idola pro Deo colebat: & Iudaici, qui contemptor diuinæ legis semper extiterat: qui non in domo, id est, in sua conscientia habitabant, sed in monumentis, hoc est, in operibus delectabantur mortuis. Quid enim sunt corpora, nisi sepulchra mortuorum. Sæui nimis, qui diuinas uel humanas leges pro nihilo ducebant, quæ per uincula significata sunt.

Ita ut nemo possit per uiam illam transire.] Ante aduentum namque Saluatoris, prophetis & prædicatoribus sanctis gentilitas inuisa fuit, quia cuiquam cum facultia furoris obedire recusauit: & compedes ac catenas rupit, id est, leges humanas: & ut Lucas scribit, agebatur à demonio in deserto, qui transgressus legibus iam uulgarem consuetudinè excessit cupiditatis sceleribus.

Et exclamauerunt dicentes, Quid nobis & tibi fili Dei.] Non est ista confessio uoluntatis, quia præmiū non sequitur conscientis: sed extortio necessitatis, uelut serui fugitiui, si post multum temporis Dominum uident suum, nihil aliud nisi de uerberibus deprecantur: sic demones Dominum in terris cernentes uersari, ad iudicandos se uenisse credebant.

Uenisti ante tempus torquere nos.] Sciebat enim diabolus, esse sibi certam in iudicio Dei damnationem futuram, cui per Esaiam dicitur: Væ qui prædationem, non ne & ipse prædaberis: sed dispensationem diuini consilij, quæ nobis manifesta erat, scire non potuit, unde Dominici aduentus potentiam pertimescens, ad suam tendere damnationem.

Erat autem non longe ab eis grex porcorum, usque, Mitte nos in gregem porcorum.] Marcus dicit, circa montem fuisse gregem porcorum: cui nihil repugnat, quod Lucas dixit, in monte, grex enim tam magnus fuit, ut aliqui essent in monte, aliqui circa montem.

Et ait Iesus, Ite.] Erubescat Manichæus, qui hominum & bestiarum unam dicit esse substantiam, dum pro unius hominis salute duo milia, ut Marcus commemorat, porcorum suffocantur: in quorum tamen interitu immundi homines indicantur. Non in eum accipiet potestatem diabolus ad perdendum, nisi qui more porci uixerit, & montem superbiæ paicitur.

At illi exeuntes abierunt in porcos, usque, Et mortui sunt in aquis.] Ecclesia à demonum dominatione liberata, sacrilegos suos ritus in additis agunt, qui

Christo credere nolunt. Et notandum est, quod nec pecoribus nocere possunt demones, quanto minus hominibus, nisi concessa à Deo potestate, quam in nobis bonus Deus occulta iustitia dare potest, iniuste non potest.

Pastores autem fugerunt, & uenientes in ciuitatem, nunciauerunt omnia, & de his qui demonia habuerunt.] Quod pastores porcorum fugientes, ista nunciant, significat quosdam etiam primates impiorum, quamquam Christianam legem fugiant, quod potentiam tamen eius per gentes, stupendo & mirando prædicare non cessant.

Et ecce tota ciuitas exiit obviam Iesu, & uiso eo, rogabant ut transiret à sinibus eorum.] Ut nonnulli arbitrantur, non superbia hoc faciunt, sed humilitate, conscientij fragilitatis suæ, iudicantes se præsentia Domini indignos, quod & Petro contigisse legitur, quando dixit: Exi à me Domine, quia homo peccator sum. Mysticè autem quod Gerasani inuenerunt hominem uestitum, & mente sana sedere ad pedes Iesu, ut Lucas dicit: & cognoscentes quod factum sit, rogant Iesum ut discedat ab eis: significat multitudinem uetustam uitam suam honorare, & Christianam legem pati nolle, nec implere posse, admirantes tamem si delem populum à pristina ac perditâ conuersatione sanatum.

CAPVT IX.

Et ascendens nauiculam trans fretauit, & uenit in ciuitatem suam.] Hic oritur quaestio, quia Marcus dicit quod factum sit in Capharnaum: quæ difficultus solueretur, si Matthæus Nazareth nominaret: nunc uero ueniens in Galilæam, rectè dicitur uenisse in suam ciuitatem, in quocumque oppido esset Galilææ, præsertim quia & ipsa Capharnaum ita excellabat in Galilæa, ut tanquam metropolis haberetur.

Ecce obtulerunt ei paralyticum in lecto iacentem.] Paralytici huius curatio post carnale meritum, ad Christum suspirantis, animæ saluationem significat, quæ primo ministris, id est, bonis doctoribus indiget, qui eam Christo adferant: quia bene quatuor Marco narrante, reperiuntur: siue quia quatuor libris Euangelij omnis prædicatorum uirtus firmatur: siue quod quatuor uirtutibus fiducia mentis ad promerendam sospitatè erigitur sobrietate, sapientia, iustitia & uirtute, quibus utilius nihil est in humana uita.

Et uidens Iesus fidem illorum, dixit paralytico, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.] Lucas dicit, Homo, quod si quem mouet, sciat utrumque illum dicere simul posse: &, Fide fili, & dimittuntur tibi homo peccata tua.

Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se, hic blasphematur.] Quid dicant esse blasphemiam, Marcus consequenter exponit, dicens: Quis, inquiunt, potest dimittere peccata, nisi solus Deus: hæc commemorantes, qui eum tantum hominem putabant, licet nescientes uerum, dicebant, Quia nemo potest dimittere peccata, nisi solus Deus, & quibus ipse dat potestatem dimittendi: & ideo Christus probatur esse uerus deus, dimittens peccata quasi deus.

Et cum uidisset Iesus cogitationes eorum, etc.] Et quædam

dam ostendit se Deum, qui potest occulta cordis cognoscere, modo tacens loquitur, dum ueritas cogitationes intueor, ex uobis intelligite quid paralyticus consequatur. Quid est facilius dicere, Dimittuntur tibi peccata: aut dicere, Surge & ambula: utrum sint paralytico peccata dimissa, solus nouerat, qui dimittebat. Surge autem & ambula, tam ille qui surgebat, quam hi qui uidebant, approbare poterant: & ideo sit signum carnale, ut probetur spirituale, & datur intelligi, quod ob peccata corporum in debilitates ueniunt: idcirco primo dimittuntur peccata, ut sanitas restituatur. Quinque siquidem sunt differentiarum causarum, pro quibus in hac uita corporalibus molestijs affligimur: aut ad augendam meritam per patientiam, ut beato Iob: aut ob custodiam uirtutum, sicut apostolo Paulo datus est stimulus carnis suæ, angelus satanæ colaphizans, ne magnitudine reuelationum extolleretur: aut ad corrigenda peccata, sicut Maria soror Aaron, propter temeritatis uerba lepra percussa est: aut ad gloriam Dei, sicut infirmitas Lazari non ad mortem, sed pro gloria Dei fuit: aut ad inchoationem æternæ damnationis, quod reproborum est proprium, sicut Antiochus & Herodes præsentem miseriam cunctis ostendebant, quod passuri perpetuo erant in gehëna: unde dicitur, Duplici contritione contere eos.

Ut scitis autem, quod filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata: tunc ait paralytico, Surge, tolle lectum tuum, & uade in domum tuam.

Tolle ait, lectum tuum, ut quod fuit testimonium infirmitatis, sit probatio sanitatis. uade in domum tuam, ne Christiana fide curatus, in uis Judaicæ perfidiæ iam moreris. spiritualiter sanus qui languidus erat, domum reportat lectum, cum anima peccatorum remissionem accepta, ad internam sui custodiam cum ipso se corpore refert, ne quid post ueniam, unde iterum iuste feriat, admittat.

Uidentes autem turbæ, timuerunt, etc.] Quam admiranda diuinitas potentie uirtus, ubi nulla interueniente mora, tam festina comitatur salus.

Et cum transisset inde Iesus, uidit hominem sedentem in thalamo, Matthæum nomine, & ait illi, Sequere me.

Id est, Misericordie intuitu aspexit humanis studijs deditum, & temporalibus lucris inhiantem, sicut Petrum ut negociationis reatum agnosceret, respexit. Telos enim Græcè, latine uectigal interpretatur. Matthæus Hebraicè, donatus dicitur latine: nec immerito, quia tantum supernæ gratiæ munus accepit. Porro cæteri Euangelistæ propter honorem eius noluerunt eum uulgato nomine appellari, sed Leui dixerunt, ipse uero se Matthæum & publicanum nominat, secundum quod à Salomone præcipitur: Iustus prior accusator est sui. In principio ait, ut in se ostendat nullum de salute desperare debere, cum ipse de publicano sit in apostolum commutatus. Leui hic, præadditus siue assumptus significat, quod assumptus est per electionem à Domino, & additus numero apostolorum.

Et surgens secutus est eum.] Lucas dicit, Relictis

omnibus, secutus est eum. sequi enim imitari est. & bene sequebatur, dum relinqueret propria, qui rapere solebat aliena, & quomodo sequendum sit docuit, quod contemnens negocia humana, factus est fidelis Dominicorum dispensator talentorum.

Et factum est discumbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores, & reliqua.

Lucas dicit ei in domo Leui factum esse grande conuiuium, & significat quod Christus in affectu credentium recumbit, ut fruatur bonorum spiritali conuiuio, quo diues eget, pauper autem epulatur.

Et uidentes pharisæi, dicebant discipulis eius, Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister uester?] Duplici errore tenebantur pharisæi, qui superbiæ fastu à iustitia longè excesserant, & magistro ueritatis derogabant susceptionem peccatorum. Mysticè autem per Matthæi electionem & uocationem publicanorum, fides exprimitur gentium, quæ prius mundi lucris inhiabant: nunc cum Domino epulis charitatis, & sedula reficiuntur bonorum operum deuotione: profectio supercilij scribarum, iudæorumque inuidiam, qua de gentium salute torquentur insinuat, conuiuantiibus cum Domino publicanis murmurantes pharisæi de ieiunio gloriantur: quia qui legem sequuntur, famem patiuntur æternam, qui uero uerbum in interioribus animæ receperunt, cœlestis alimentum ubertate recreati esurire & siti, re non possunt.

At Iesus audiens ait, Non est opus ualentibus medicis, sed male habentibus.] Seipsum medicum dicit, cuius cruore sanati sumus: sanos autem & iustos appellat eos, qui sub lege sua præsumentes, Euangelij gratiam non quaerunt: male habentes eos uocat, qui suæ fragilitatis confisi, Christi gratiæ poenitendo colla submitunt.

Euntes autem discite, quid est, Misericordiam uolo, & non sacrificium.] Quidam stultæ uituperationis, euntes discant per opera misericordie, ut supernæ sibi meritis misericordie præmia consequantur.

Non enim ueni uocare iustos, sed peccatores.] Id est, non ut falso se iustificantes inani fauore extollerent, sed ut poenitentes misericorditer colligerem.

Tunc accesserunt ad eum discipuli Ioannis, dicentes: Quare nos & Pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant?] Marcus & Lucas ita hoc narrant, quasi alij aliqui hanc ei quaestionem intulerint, unde colligendum est à pluribus, quibuslibet hanc quaestionem Domino esse obiectam: spiritualiter autem illi ieiunabant, qui spiritalibus bonis abstinentes, ieiuno corde tabescebant traditiones hominum sequendo: qui uero Christi incorporantur amore, non possunt ieiunare, quia ipsius sanguine epulantur & carne.

Et ait illis Iesus, Nunquid possunt filij sponsi lugere, quam diu cum illis est sponsus? etc.] Sponsus ergo Christus, sponsa ecclesia, de quo spiritali conubio apostoli sunt creati, qui lugere ac ieiunare non possunt, uidentes in thalamo sponsum cum sponsa: quando uero transierunt nuptiæ, & tempus passionis ac resurrectionis adueniat, tunc ieiunare

ieiunabant. Nam iste Lucas ante aduentu Saluatoris cum desiderio sanctoru celebratus, sed & nunc esse non desinit, quoad usq; ueniet spon sus iudicare uiuos & mortuos. tropologicè in lætitia sumus, quam diu nobiscum est sponsus: cum autem ille propter peccata nostra euola uerit, tunc indicendum ieiunium, tunc recipi endus est luctus.

Nemo autem immittit commissurâ panni rudis in uestimen tum uetus, tollit enim plenitudinem eius à uestimento, & peior scissura fit. Docet namq; hoc responso Domi nus, non posse ieiunij & continentie austeriora præcepta sustinere apostolos, necdū passionis suæ & resurrectionis fidei solidatos, quibus ad huc ueteri consuetudini deditis, inconuenien ter nouus pannus adfuitur, id est, aliqua parti cula doctrinæ, quæ ad nouæ uitæ temperantiã pertinet: quia si hoc fiat, & ipsa doctrina quo dammodo scinditur, cuius particula, quæ ad iei unium ciborum ualet, importunè traditur, cū illa doceat generale ieiunium, non à cõcupiscen tia ciborum tantum, sed ab omni lætitia tempo raliū delectationum.

Neq; mittunt uinum nouum in utres ueteres, &c. Vtres ueteres fuerunt apostoli ante infusionem spiri tus sancti, sed illis post triumphum resurrectio nis, & per gloriam ascensionis iam roboratis quasi utribus nouis uinum nouū uenerat, dum spiritus sancti feruor corda illorum repleuerat. Aliter uestimentū insinuat opera nostra bona, q̄ foris agimus, & corā hominib; lucemus: uino aut nouo feruor fidei, spei & charitatis expri mitur, q̄ in nouitate sensus nostri reformamur.

Hæc illo loquente ad eos, ecce princeps unus accessit, usq; impone manum tuam super eam, &c. uiuet.

Hunc Marcus & Lucas archisynagogū, & no mine laicum esse dicunt, & Domino nuncias se non defunctā, sed morti proximā: Matthæus uerò causa breuitatis, attendens nō uerba pa tris, sed uoluntatem, non credebat enim pater uiuam inuenire posse filiam, pro qua rogauerat. Mystice laicus, qui interpretatur illumina tus, siue illuminans, Moyses intelligitur, qui de spiritu sancto illuminatus, uerba uitæ acceperat, ut per hæc alios illuminaret. quid enim per pedes Iesu, nisi ipsius humanitas intelligitur, ad quam iuxta alios Euangelistas, prociidit legis lator cum tota progenie patrum, mediatorem Dei & hominū longè sibi dignitatis gloria præ ferendum esse cognouit. Filia namq; synagoga est, quæ unica erat Moysi, & quam fere pater duodecim annorum modo defunctam esse con queritur, quia post educationē legislatoris, & post instructionem prophetarū, postq; ad intel ligibiles ætates animus peruenerat, & spiritalē solem generare debebat, errorū languore con sternata est, & morte extincta: sed eam ueniens Redemptor dextera potētiæ reuocauit ad uitā.

Et surgens Iesus sequebatur eum, & discipuli eius. Vbi enim aduentus Iesu cum doctoribus appro pinquat, statim ubi mortis exitus, & uitæ pate tet introitus.

Et ecce, mulier que sanguinis fluxu patiebatur duodecim an

nis, accessit retrò, & tetigit fimbriam uestimenti eius.

Mulier ista sanguine fluens, sed à Domi no curata, ecclesia est de gentibus congrega ta. Et notandum, quòd archisynagogi duode nis sit filia, & mulier hæc duodecim annis san guine fluens, hoc est, eodem tēpore, quo nata sit ista, illa cõeperit infirmari. Vna enim penè ætate huius seculi, & synagoga in patriarchis nasci, & extera natio cõcepit idolatriã per orbē fœdari. Accessit aut retrò, siue iuxta, quòd ipse ait, Qui mihi ministrat, me sequatur: siue quia transactio incarnationis sacramento iam per si dem cõcepit eum sequi.

Dicebat intra se, Si tetigero tantū fimbriam uestimenti eius, salua ero. Id est, si fidem percepero incarnationis eius, ab omni peccatorum meorum iniquitate mundabor. credidit, dixit, tetigit. In his enim tribus speciebus omnis sanitas promeretur, id est, fide, uerbo & opere.

At Iesus cõuersus, & uidens eam dixit, Confide filia, fides tua te saluam fecit. Cõuersus à seueritate iusti iudicij, ad suæ largitatem misericordiæ: unde per pro phetam dicitur, Conuertimini ad me, & ego re uertar ad uos. Vidēs eam dixit, Quia quos præ sciuit & prædestinauit, hos & uocauit: confide filia, namq; iam fidem habebat, sed ab ea fidei perseuerantiam postulabat.

Et salua facta est mulier ex illa hora. Ex hora ergo Domini aduentus ad fidem conuertuntur, & à Domino, qui salui fiunt, quotidie in id ipsum augentur.

Et cum uenisset Iesus in domum principis, & uidisset tibici nes & turbam fluctuantem, atq; tumultuantem, dicebat, Recede te tibicines. Magistri sunt, carmen lugubre ca nentes, & qui synagogam lætitiã Dominicæ inhabitationis, merito infidelitatis amisit: quæ si inter flentes & eiulantes usq; hodie in domo principis mortua latet: nec tamē funditus à Do mino dimissa, sed circa finem seculi erit restituta salutis, unde aptè subiungitur:

Non est mortua puella, sed dormit. Allegoricè cum anima peccauerit, & nobis quasi mortua esse uideatur, tamen illi ad uitam eam reuocanti, nō incongruè uiua esse dicitur.

Et deridebant eum. Quod propriè Iudæorum perfidiam blasphemiamq; ostendit, & demon strat puerilitatem sensuum, & lasciuiam mo rû. unde dicitur, Tentauerūt me, & deriserunt.

Et cum eiecta esset turba, intrauit. Moraliter non resurget anima, quæ intrinsecus iacet mortua, nisi prius à secretioribus cordis excludatur in opportuna secularium cogitationū multitudo.

Et tenuit manum eius, & surrexit puella. Quia nisi prius mundatæ fuerint manus Iudæorum san guine plenæ, mortua eorum non confurgit sy nagoga: quæ bene ad tactum diuinæ pietatis surgit & ambulat, quia non solum à fordibus scelerum surgit, sed continuò in bonis operi bus proficit.

Exijt sana hæc in uniuersam terram illam. Quia cœ li enarrat gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentū. Moraliter tres illi mor tui à Dño suscitati, tria resurrectionis animarū signifi

significat genera, sicut superius mōstrauimus.

Et transeunte inde Iesu, sequenti sunt eum duo cæci, usq; Cui uenisset domum, accesserunt ad eum cæci. Domus Iesu cœlestis est Hierusalem: duo cæci, duo populi sunt, obseruatione literæ & ritu gentili obcæcati, de futuris inscij. Domino ergo per hoc seculum transeunte, & in domum suam cupiente reuer ti, secuti sunt eum duo cæci: quia prædicato per apostolos Euangelio, multi ex Iudæis & genti bus cõeperunt sequi Redemptorē, postulantē sibi misereri, ut lumen fidei & bonorum conse querentur operum.

Et dixit eis Iesus, Creditis quia possum hoc facere uobis? Fidem eorum ipse noscens, interrogat ut fidem confessio promat, quia corde creditur ad iusti tiam, ore autem confessio fit ad salutem.

Dicunt ei, Vtiq; Domine. tunc tetigit oculos eorum, dicens, &c. Hoc est, quia iam mentem uestram fides il luminat, ipsa uobis oculorum lucem restituat.

Et comminatus eis Iesus, dicens, Videte, ne quis sciat, illi aut exierit, & reliqua. Dominus hoc humilitatis cau sa præcepit, illi autem propter memoriam gra tiæ beneficium non possunt tacere.

Egressi autem illis, ecce obtulerunt ei hominem mutū, &c. Homo iste gentilem significat populū, qui con fessionem ueræ fidei non habebat, & idola triæ deditus erat: sed per prædicatores ad Sal uatorem ductus, sanatus est.

Et admirate sunt turbæ dicentes, Nunquam sic apparuit in Israel, & reliqua. In turba nationum cõfessio est. Pharisei autem Iudæorum demonstrant infide litatem. hæc de duobus cæcis & muto dæmo nio solus Matthæus ponit: illi autem cæci duo, de quibus & alij non sunt, narrant isti, sed tamē simile factum est. sæpè enim similia & in eis ali quid contrarium, quòd solui non potest, inueni mus: & intelligamus non idem esse factum, sed aliud simile uel similiter factum.

Et circuibat Iesus ciuitates & castella, usq; Curans omnem infirmitatem. Qui urbibus uidelicet & castellis, id est, magnis & paruis Euangelium prædica uit, non considerans potentiam nobilium, sed salutem credentium.

Uidens autē turbas, misertus est eis, quia erant uexati, &c. Intuitu clementiæ suæ aspexit Iesus genus hu manum per uarios errores à diabolo uexatū, & misertus est eis, constituens pastores, magi stros uidelicet ad uiam ueritatis ducentes.

Tunc dicit discipulis suis, Messis quidem multa, & reliqua. Messis multa, omnis turba est crediturū: ope rarij pauci, apostoli sunt, & imitatores eorum, qui mittuntur ad messem.

CAPUT X.

Et conuocatis discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum ut eijcerent eos, & reliqua. Rectè in a postolatum diuina gratia duodecim conuoca tur, ut salutem quam uerbo prædicarent, nume ro suo commendarent. ter quaterni ad prædi candum sunt missi, ut per uniuersas quadrati or bis plagas baptizaret in nomine patris, & filij & spiritus sancti. Hi enim sunt cœlestis Hieru salem ab Oriente portæ, tres ab Aquilonē, Au stro & Occasu: similiter quia ipsis prædicanti

bus cuncte per orbem nationes ecclesiam sunt ingressuri: in quo etenim sacramento ternæ tri bus filiorum Israel ex omni parte tabernaculi castra metabantur.

Duodecim autem Apostolorum nomina hæc sunt. Cata logus autem in Euangelio ponitur, ut pseudapostoli excludantur.

Primus Simon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius. Petrus dicitur ad distinctionem aliterius Simo nis. Idem ergo est latinè Petrus, quod Syriacè Cæphas, & in utraq; lingua nomē à petra est de riuatū: de qua petra Paulus ait, Petra autē erat Christus. Andreas Græcum est, & dicitur à dōs, hoc est, à uiro uiriliter appellatur. Simon, ponens memorem, uel audiens tristitiã interpretatur. Illi tempori congruit, quò mortis Domini uel suæ negationis mœrorem deposuit, sed confe sionem suæ mortis tristitiã audiuit, dicente Do mino, Cum autē tenueris, extēdes manus tuas, &c. Iacobus Zebedæi, & Ioannes frater eius, qui ob eximium uirtutis cultū tonitruū, hoc est Bonarges, siue ut emēdatus scribitur, Bonere est, sunt à Domino uocati atq; cognominati, ut in Euangelio Marci scriptū est, nec frustra, quò rū unus è cœlestibus in tonās, uocē illā theolo gicā, quā nemo prius edicere nouerat, emisit: In principio erat uerbū, &c. sed & ambo seorsum à Domino in montem duci, & aliquando fontē de nube terrificum percipere meruerunt.

Philippus & Bartholomæus. Philippus os lampadis interpretatur, & rectè: quia à Domino uoca tus, mox inuēto Nathanaeli lumen, quòd agno uerat, prædicauit, dicens: Quē scripsit Moyses in lege, &c. Bartholomæus Syrus est, & interpre tatur filius suspēditis aquas: hoc est filius Dei, qui mentes prædicatorū suorum ad cœlestia con templanda suspendit, ut terrenorum corda di ciorum suorum guttis inebriet.

Thomas & Mattheus publicanus. Thomas abyssus uel geminus, inde & Græcè didymus appella tur: quia quo ceteris diutius dubitauit, eo Do minicæ resurrectionis ueritatem altius didicit. Matthæus donatus dicitur, uidelicet quia ma gno munere Domini de publicano in aposto li & euangelistæ delegatus est officium.

Iacobus Alphæi & Taddæus. Iacobus Alphæi ipse est, qui nominatur frater Dñi, quia Maria uxor Alphæi soror fuit, matris Dñi, quā Maria Cleo phe Ioānes euangelista cognominat: uel ideo, quia Alphæus Cleophas sit dictus, seu ipsa Ma ria defunctio Alphæo, post natū Iacobum Cleo phæ nupsit, cui Simeonē genuisse filiū, eūq; cõ sobritum Dñi esse Ecclesiastica tradit historia: merito Alphæi filius scribitur Iacobus, id est, do cti, cuius uita tantæ erat austeritatis, ut uerus sit supplicator carnalis desiderij, uinū & licerā nō bibit, carnē nullā comedit, nunq; attonsus est, neq; usus balneis. Taddæus, quē Lucas Iudam Iacobi, & alibi Lebbaeus dicitur, q̄ inq; circulus, id est, cordis cultor: credendumq; est, eum tri zonomium fuisse, erat enim frater Iacobi fratris Domini, ut ipse in Epistola sua scribit, unde & frater Domini uocabatur.

Simon

Simon Cananæus, et Iudas Iscariotes, qui tradidit eum.] Et hos cum additamento posuit ad distinctionem Simonis Petri, & Iudæ Jacobi. Simon autem Cananæus à Cana uico Galilææ cognomen accipit, quod zelotes, id est, emulato dicitur. Iudas autem Scarioth, aut à uico, in quo ortus est, aut ex tribu Isachar presagium suæ damnationi, uocabulum sumptit Isachar, quod dicitur merces, precium proditiōnis, insinuat. Scarioth memoria mortis dicitur: unde arguitur, non repente persuasus, sed diutius meditādo Dominicæ traditionis patrasse flagitium.

Hos duodecim misit Iesus, præcipiens et dicens eis.] Non solum hos duodecim apostolos appellasse discipulos debemus, sed omnes magisterio eius credentes, ex quibus hos duodecim elegit, quos & apostolos nominauit, sicut Lucas commemorat. Hos duodecim Dominus Iesus misit ad prædicandum, quia multis figurarum indicijs antea erant prænotati ad dispensandum diuina mysteria. hi sunt duodecim ueri filij Iacob, hi duodecim fontes in Helim, hi duodecim exploratores à Moise missi, hi duodecim lapides de Iordane eleuati, hi duodecim leuiculi in throno Salomonis, & alia his similia.

In uiam gentium ne abieritis, usque, ite ad oues quæ perierunt domus Israel.] Non est istud eo loco contrarium, quo dicitur, Euntēs docete omnes gentes, & reliqua: sed Iudæis primum oportebat prædicari, ne se quasi iuste excusarent dicentes, ideo se Dominum resecisse, qui ad alienigenos miserit apostolos. Tropologicè autem nobis præcipitur, ne in errore hæreticorum ambulemus, sed qui graui delicto à domicilio ecclesiæ recessimus, illuc iterum per poenitentiam redeamus.

Euntēs prædicare dicentes: Appropinquabit enim regnū cælorum.] Non aliqua elementorum motione, sed per fidem collocatam in nobis: unde dicitur, Regnum Dei inter uos est.

Infirmos curate, usque, gratis accepistis, gratis date.] Hæc eis dedit potestatem, regnum Dei pollicentibus, ut magnitudinem promissorum, magnitudo probaret signorum: hæc quotidie sancta facit ecclesia, cum infirmos in bono opere curat exhortatione, mortuos in infidelitate uel peccatis per poenitentiam reuocat, leproso uarijs errorum maculis corrigendo sanat, dæmones per exorcismi gratiam ab hominibus expellit.

Nolite possidere aurum, neque, argentum, neque, pecuniam in uobis uestris: non peram in uia, neque, duas tunicas, neque, calciamenta, neque, uirgam, dignus est operarius cibo suo.] Potest etiam intelligi in auro, secularis sapientiæ sensus: in argento rhetoricæ artis facundia: pecunia uero zonis inclusa, sapientia est occultata: unde dicitur, Sapientia abscondita, & thesaurus occultatus, quæ utilitas in utrisque. In duabus tunicis duplicem animam, in pera seculi onera, in uirga præsidium carnis intelligamus: & quid per calciamenta, nisi mortuorum operum ligantur exemplar.

In quacumque, ciuitatem aut castellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus est, et ibi manete, donec exeatis.

Hoc ergo per famam populi legendum est,

ne prædicationis dignitas suscipientis, infamia deturbetur.

Et ibi manete, donec exeatis.] Dat constantiæ generale mandatum, ut hospitalis necessitudinis iura custodiant.

Intrantes autem in domum, salutate eam dicentes, usque, Pax uestra ad uos reuertatur.

Quod enim Græcè ποῦε, & Latinè aue, hoc Ebræo sermone appellatur Salom. quod autem præcipit, tale est: Si autem orta fuerit contradictio, uos tamen mercedem habebitis de oblata pace: illi bellum, quod habere uoluerunt, possidebunt.

Et quicumque, non recipit uos, neque, audierit sermones uestros, exeuntes de domo uel ciuitate, excutite puluerem de pedibus uestris.] Excutitur enim puluis in testimoniū sui laboris, & illorum damnationis, ut in excusabiles sint, quod ad eos usque peruenerit Euangelica prædicatio.

Amen dico uobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum et Gomorrhæorum in die iudicij, quam illi ciuitati.

Quia ipsi unam legem tantum, hoc est naturæ spernentes: Iudæi uerò simul & naturæ & literæ, insuper prophetarum & apostolorum dicta contempserunt. nam Loth aspectu & auditu iustus, aliquid eos docuisse legitur, sed nulla signa ibi fecisse perhibetur: atque ideo cui multum datum est, multum quaritur ab eo.

Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum.] Quod dicit, Ecce ego: auctoritas & fortitudo est Deitatis, & quia oues mei estis, mitto uos: & uolo ut mansuetudinem & humilitatem habeatis, ne propter seditionem luporum, id est persecutorū, patientiā & constantiam uestrā perdatis.

Estote ergo prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbæ.] Deuient insidias per simplicitatē, non faciant. Prudentia serpentis est, quod unam aurem petrae opponit, alteram cauda occludit, ne audiat incantantes, qui in capitibus uenena ad medicamenta querunt: ita uir apostolicus omnem uitam suam circa principalem partem animæ ponit, ut illæsa maneat Christo adiuuante, qui est petra: & imbuente subtili sanctarum scripturarum documento, quod cauda significat: nimium satagit, ne audiat incantantes, hoc est, uigorem mentis emollientes. Item serpens per angustum foramen petrarum ingreditur, sicut se exiit ueteribus: sic debet Christianus per stricturnam poenitentiae deponere ueterem hominem cum actibus suis, ut induat nouum, quia secundum Deum creatus est.

Cauete autem ab hominibus.] Homines enim idem sunt, qui & lupi, qui sunt peccatores & fragiles, sed tamen feroces.

Tradent enim uos in concilijs, usque, in testimoniū illis et gentibus.] Lucas dicit, Continget autem uobis in testimoniū: significat persecutionē nominis Christi non solum Iudæis & gentibus eorum malitiæ, sed ipsi apostolis fieri testimoniū in nocentiæ.

Cum autem tradent uos, nolite cogitare, usque, sed spiritus patris qui loquitur in uobis.

Ac si aperte membrīs suis infirmantibus dicat,

cat, Nolite terreri, uos ad certamen acceditis, sed ego prælor: uos uerba editis, sed ego sum qui loquor.

Tradet autem frater fratrem in mortē, et pater filium, usque, et uisus odio omnibus propter nomen meum.] Nullus inter eos fideus affectus est, quorum diuersa est fides. prædixit ergo eis futuram perturbationem, ut quasi ante cognitam leuius portarent.

Qui autem perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit.] Patientia quæ custos est uirtutum, docet: quia non cœpisse uirtutis est, uel facere, sed perficere.

Cum autem persequerentur uos in ciuitate ista, fugite in aliam.] Non timendo passionem, sed declinando, ut tribulationis occasio seminarium fieret Euangelij.

Amen dico uobis, non consummabitis ciuitates Israel, donec ueniat filius hominis.] Id est, non ad fidē perducetis, antequam resurrectio erit perpetrata, & in toto orbe prædicandi Euangelij concessa potestas. Spiritualiter autem de ciuitate in ciuitatē fugimus, cū de uno scripturarum testimonio cursumus ad alia uolumina, ut ante ueniat prædixit Saluatoris, quā uictoria cōcedatur aduersarijs.

Non est discipulus super magistrum, usque, et seruus sicut Dominus eius.] Ac si diceret: Si ego Dominus & magister patior, necesse est ut uos discipuli & puri homines hanc perfectiōis regulā sequamini.

Si patrem familias Beelzebub uocauerunt, quanto magis do mesticos eius.] Se patrem familias appellat, domesticos dicit discipulos, quibus cœleste regnum promissit. quos Iudæi eodem instinctu malitiæ calumniantur.

Ne ergo timueritis eos.] Quia uana res cito est de nihilo enim opertum quod non reueletur, neque, occultū quod nō sciatur.] Et est sensus: Nolite timere rabie blasphematum, quia ueniet dies iudicij, in qua & uirtus nostra & eorum demōstrabitur nequitia.

Quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine, et quod in aure audistis, prædicare super tella.] Quod didicistis mysticè & abscondite, loquimini publicè: & quod eruditū in paruo Iudææ loco, audacter dicite in toto mundo. Palestino more culminibus sublimata super tecta prædicare docet, quæ ipsi nō nostro more, sed plano schemate faciunt æqualia.

Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem nō possunt occidere, sed potius eū timete, qui potest et animā et corpus perdere in gehennam.] Nomen gehennæ Saluatore primum ponitur. nam idolū Baal iuxta Hierusalem ad radices montis Moria, ubi Syloa fluit, non semel esse legimus. hæc uallis irriua & nemorosa habebat lucū idolo consecratum, ubi populus filios suos dæmoni accendebat: & appellatur lucus ille Gehennō, id est, uallis filiorum Ennon. Ipsum locum cōminatur se Dominus cadaueribus mortuorum impleturum, ut non uocetur Topheth & Baal, sed polyandrum, id est, tumulus mortuorum: & sic huius loci uocabulo duplex poenæ ignis & frigus denotatur.

Nonne duo passeris asse ueniunt, et unus ex illis non cadit super terram sine patre uestro.

Hic est sensus: Si parua & uisua animalia absque Deo actore non decidunt, & in omnibus

Beda tom. 5.

est prouidentia: uos qui æterni estis, timere nō debetis, ut absque Dei prouidentia uiuatis. Quærat aliquis, quomodo dicat apostolus, Numquid de bobus cura est Deo? cum utique bos preciosior existat. Sed aliud est cura, aliud prouidentia.

Uestri autem capilli capitis omnes numerati sunt.] Denique hic numerus non in actu est comparationis, sed in facultate cognitionis.

Nolite ergo timere, multis passeribus meliores estis uos.] Meliores dicit, quia rationales, & ad imaginē Dei creati.

Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, usque, Negabo et ego eum coram patre meo, qui est in cælis.

Confitebitur à filio apud patrem, qui per filium accessum habet ad patrem: bonus uidelicet Christianus Dominum confitetur ea fide, quæ per dilectionem operatur: & Dominus illum confitetur coram patre suo, in æterna scilicet beatitudine remunerando. Et Christum coram hominibus negare, est eius præceptis non uelle acquiescere: quem Dominus coram patre suo denegat, quia sua uisione indignum esse iudicat.

Nolite arbitrari quod uenerim pacem mittere in terram: nō ueni pacem mittere, sed gladium.] Quia unaquæque domus & infideles & credentes habuit, ideo gladio prædicationis missum est bellum bonū, ut pax separaretur mala: his uidelicet cōtra fidē, illis pro fide dimicantibus.

Veni hominem separare aduersus patrem suum, et filiam aduersus matrem suam, et nurum aduersus socrum suam: et inimici hominis, domestici eius.

Lucas dicit, Erunt enim quinq; in domo uana diuisi: tres in duo, & duo in tres diuisentur, & tamen concordant: quia quæ mater est filij, ipsa & socrus est uxoris eius, ideoque illa ipsa & in filiam suam & in nurū dicitur esse diuisa. Allegoricè tria ad eos pertinent, qui fidem summae trinitatis seruant: duo his congruunt, quia fidei unitate dissentiant. Pater diabolus est, cuius eramus filij non creatione, sed imitatione. Mater & socrus Synagoga est, quæ in filiam & nurum est diuisa: quia carnalis Synagoga ecclesiam Christi persequi non cessat.

Qui amat patrem aut matrem, usque, Non est me dignus.] Post Deum ama patrem, ama matrem: si autem utrunque seruari non potest, odiū in suos, pietas in Dominum impendenda.

Et qui non accipit crucem suam, et sequitur me, non est me dignus.] Accipere enim crucem, & post Dominum ire, est abstinentiam carnis uel compassionem proximi æternæ beatitudinis studio exhibere.

Qui inuenit animam suam, perdet illam, et reliqua.] Animam dicit presentem uitam, quā qui negauerit in persecutione, preparat perditioni æternæ. qui tota die pro Christo mortificandam tradiderit, illic uiuificabit.

Qui recipit uos, me recipit: et qui me recipit, recipit eum qui me misit.] Docet in se etiam mediatoris officium, quod Deus per illum transfusus in nobis sit: quia non aliud apostolos, quam Deum receperunt.

Qui recipit uos, me recipit: et qui me recipit, recipit eum qui me misit.] Docet in se etiam mediatoris officium, quod Deus per illum transfusus in nobis sit: quia non aliud apostolos, quam Deum receperunt.

7 pisse

pisce cōstat, quia & in illis Christus, & in Christo Deus habitat.

Qui recipit prophetam, usque, Mercedem iusti accipiet.]

Non dicit personas esse suscipiendas, sed nomina: quia licet indignus sit qui susceptus fuerit, ante Deum tamen mercedem suam non perdidit suscipientes.

Et quicunq; potum dederit uni ex minimis istis calicem aque frigide tanquam in nomine discipuli: amen dico uobis, non perdet mercedem suam.

Leuissimo præcepto deleuit uitium inhospitalitatis, potum suadens dare frigidæ aquæ, ne & in calida lignorum paupertas queratur. & est sensus: Frustra causaris inopiam, cum aliud habet conscientia, & non potes fallere cohortem: sed scio, quod quantumcumq; seminaueris, tantum & messurus es.

CAPVT XI.

ET factum est, cum consummasset Iesus præcipiens duodecim discipulis suis, transit inde, ut doceret in ciuitatibus eorum. Nunc implet bonus magister factis, quod ante promissit uerbis, transit ergo & prædicauit in ciuitatibus Iudæorum, ut eis occasionem credulitatis tribueret: & si oblatum munus supernæ gratiæ sperneret, inexcusabiles foret.

Iohannes autem cum audisset in uinculis opera Christi, usque, An alium expectamus.

Non quasi ignorans interrogat, cum ipse ignorantibus agnum Dei digito demonstraret: sed interficiendus ab Herode discipulos mittit ad Saluatorem, ut per occasionem uidentes signa, crederent in eum. & huius sententiæ sensus talis potest esse: Manda, inquit, mihi ad inferna descendurus sum: utrum te & inferis debeam nutiare, qui nunciaui superis, an non conuentur filio Dei ut gustet mortem, & alium ob hæc sacramenta missurus es.

Et respondens Iesus ait illis: Euntes renunciate Iohanni quæ audistis & uidistis. Cæci uident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, morui resurgunt, pauperes Euangelizantur, & beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me.

Ite inquit, & dicite Iohanni signa quæ cernitis, cæcos uidentes, & cætera: & quod his non minus est, pauperes Euangelizantes. Hæc magistri rigorem, hæc præceptoris comprobant ueritatem, quædo omnis inter nobiles & ignobiles, apud eum qui saluare potest, æqualis est. Quod autem ait, Beatus qui non fuerit scandalizatus in me: interim nuntios percutit, sicut in sequentibus demonstrabitur.

Abeuntibus autem illis, cepit Iesus dicere ad turbas de Iohanne, usque, Ecce qui mollibus uestiuntur, in domibus regum sunt.

Quia turba Iohannem non discipulis, sed sibi de Christo dubitanti interrogare putauit: Quid existis, inquit, in desertum uidere arundinem? num quid ob hoc hominem uideretis calamo similem? qui omni uento circumfertur, & de eo dubitaret, quem antea prædicauerat, an qui contra me inuidiæ stimulis cogitur, ut prædicatione sua lucrum quæreret terrenum, cum delicijs pascitur: sed locustis & camelorum

induitur pilis, istiusmodi cibus & uestis hospitio recipiuntur carceris, nam tale habitaculum habet prædicatio ueritatis. qui autem falso prædicant, adulatores sunt, & delicijs affluunt, & in domibus regum mollibus uestiuntur.

Sed quid existis uidere? prophetam: etiam dico uobis plusquam prophetam.

In eo Iohannes cæteris prophetis maior est quod quem illi prædicauerunt uenturum, hic digito præsentem demonstrat.

Amen dico uobis, non surrexit maior inter natos mulierum Iohanne baptista.

Hominiibus ergo præfertur, qui de mulieribus sunt nati, & de concubitu uiri, non ei qui spiritu sancto & uirgine natus est, non cunctis hominibus, patriarchis & prophetis Iohannem prætulit: sed Iohanni cæteros exæquauit, ut æqualitatem cum cæteris habeat sanctis.

Qui autem minor est in regno cælorum, maior est illo.]

Multi hoc de Saluatore uolunt intelligi, quod qui minor est tempore, maior est dignitate: nos autem simpliciter intelligamus, quod omnis sanctus, qui est cum Deo, iam maior est illo, qui adhuc consistit in prælio.

Adiebus autem Iohannis baptiste, usque, Nunc regnum cælorum uim patitur, & uiolenti diripiunt illud.

Regnum cælorum quid est, nisi locus iustorum: cum uero quis per superbiam tumidus, uel carnis facinore pollutus, ad poenitentiam, quam Iohannes prædicauit redit, & uitam æternam percipit, quasi in locum peccator intrat alienum. Grandis namque uiolentia est, nos in terra generatos, posse regnum cælorum possidere per uirtutem, quod non possumus per naturam.

Omnis namque propheta & lex usque ad Iohannem prophetauerunt.] Non quippe post Iohannem excludit prophetas, sed ipsius Domini tempus ostenditur: quia quem illi dixerunt uenturum, Iohannes ostenderit uenisse.

Et si uultis recipere, ipse est Elias, qui uenturus est. Qui habet aures audiendi, audiat.

Qui habet aures dicendo, mysticum demōstrat esse quod dicit. una namque in amborum uita austeritatis & rigoris erat mensura: ambo in eremo, ambo contra iniquum regem & reginam decertabant. Iohannes præco redemptoris, Helias secundum Malachiã erit iudicis.

Cui similem estimabo generationem istam, similis est pueris sedentibus in foro, qui clamantes cœqualibus dicunt: Cecinimus uobis, & non saltastis, lamentauimus uobis, & non planxistis.

Forum dominicum Synagoga est, uel ipsa Hierusalem, ubi olim sedens gens Iudæorum prophetas accipiebat: cui quotidie patria uoce admonitis recte exprobratur, quod nec psalmis allecti primò Dauidicis, nec threnis postea correcti propheticis, uoluerint annuere.

Venit enim Iohannes neque manducans, neque bibens, & cum demonium habet: uenit Filius hominis, manducans & bibens, & cætera.

Sicut inquit tunc, ita & nunc utramque salutis uiam respicistis: quia cum Iohanne lamentante,

tante, & poenitentiam prædicante, humiliari noluerunt: & cum Christo, qui cum cæteris uendo cibo & potu lætitiarum regni præfigurabat, gaudere renuerunt.

Et iustificata est sapientia à filiis suis.] Ostendit filios sapientiæ intelligere, nec in abstinendo nec in manducando esse iustitiam, sed in equanimitate tolerandi inopiam: & temperantia non se corrumpendi per abundantiam, quia regnum Dei non est esca, &c.

Tunc cepit exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ sunt plurimæ uirtutes eius, quia non egissent poenitentiam.

Ideo exprobrat ciuitatibus his, quia post factas uirtutes & signa quamplurima, non egerunt poenitentiam.

Ve tibi Corozaim, uel tibi Bethsaida.] Corozaim, quæ interpretatur mysterium meum: & Bethsaida, quæ domus fructuum, uel domus uenatorum dicitur, ciuitates sunt Galilææ & Tyberiadis, sitæ iuxta lacum Genesareth, qui Iordane in terfluente efficitur, & ab euangelista mare Galilææ & Tyberiadis dicitur. Plangit ergo Dominus ciuitates, quæ quondam mysterium Dei tenuerunt, & uirtutum fructum gignere debuerunt: in quas & spirituales uenatores missi sunt, quod post tanta miracula deteriores gentilibus extiterunt, & ingrati gratiam Dei sperare non timuerunt.

Quia si in Tyro & Sidone factæ essent uirtutes, quæ factæ sunt in uobis, olim in cilicio & cinere poenitentiam egissent.

In cilicio asperitas peccati significatur, quæ sinistra pars in die iudicij est intuenda: in cinere mortis significatio est, per quam tota generis humani massa in puluerem est redigenda. Cur nolentibus prædicatum sit, & non his qui olim credere uoluerunt, ipsius est scire, cuius uniuersæ uisæ misericordiæ & ueritas. Notandum autem, quod Tyros metropolis est Phœnicie in tribu Nephthalim, quondam in secula alto mari posita, sed nunc terræ contigua: & interpretatur angustia. & Sidon, quæ urbs est Phœnicie, olim terminus Canæorum, ad Aquilonem respiciens, & postea regionis Iudææ, cecidit autem in sortem tribus Aser: sed non eam possedit, quia hostes nequaquam expellere præualuit. Sidon uenatio: significatq; hæc duas gentes, quas uenator diabolus in angustia peccati comprehendit, sed Saluator Iesus per Euangelium liberauit.

Et tu Capharnaum nunquid usque ad cœlum exaltaberis, an usque ad infernum descendes.

In altero exemplari reperimus, Et tu Capharnaum, quæ usque ad cœlum exaltata es, usque ad infernum descendisti. & est duplex intelligentia, uel ideo ad inferna descendes, quia contra prædicationem meam superbissimè restitisti: uel quia exaltata es, usque ad cœlum, meo hospitio & meis signis, maioribus plesteris supplicijs, quod his quoque credere noluit. In Capharnaum autem, quæ interpretatur uilla pulcherrima, condemnatur Hierusalem incredula, cui dicitur per Ezechielē. Iustificata est Sodoma soror tua, &c. Vnde &

Beda tom. 5.

consequenter subditur:

Quia si in Sodomis factæ fuissent uirtutes, forte mansissent usque in hunc diem.

Maioris iniustitiæ reprehenditur Hierusalem, cum Sodoma exemplo Loth non fuerit correctæ, & Hierusalem filij Dei uerbis & miraculis semper extiterit ingrata, & omnes sanctos persecuta est, nec non ipsum Saluatorem.

Veruntamen dico uobis, quod terra Sodomorum remissius erit in die iudicij, quam tibi.

Remissior ergo erit eorum poena, quorum minor est culpa.

In illo tempore respondens Iesus, dixit: Confiteor tibi pater, Domine cœli ac terræ.

Confessio non semper poenitentiam, sed gratiarum actionem significat, confundantur enim, qui Saluatorem non natum, sed creatum calumniatur: quia patrem sibi inuocat Deum, cœli & terræ Dominum.

Quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.

Gratias agit & exultat in patre, quod apostolis aduentus sui aperuerit sacramenta: quæ ignorauerunt scribæ & Pharisei, qui sibi sapientes uidebantur.

Ita tamen, quando sic fuit placitum ante te.] His Domini uerbis exempla humilitatis accipimus, non temere discutere super consilia de aliorum uocatione, aliorum uel repulsionem præsumamus. Cum enim intulisset utrumq;, non mox rationem reddidit, sed sic placitum dixit, hoc uel delictum ostendens, quod iniustum esse non potest, quod placuit iusto.

Omnia mihi tradita sunt à patre meo.] Et tradentem patrem, & accipientem filium mysticè intelligere licet, alioquin cum ceperit habere qui accipit, incipiet non habere cum dederit: cum Omnia legis, omnipotentem patrem agnoscis, cum Tradita legis, filium confiteris, cui per naturam unius substantiæ iure sunt omnia propria, non per gratiam dono collata. Tradita dicit non uisibilia elementa, quæ ipse condidit: sed antè rebelles, nunc per filium ad patrem accessum habentes, tradita autem non alia sunt, quam quæ in filio soli nota sunt patri: nota uero filio soli esse, quæ patris sunt.

Et nemo nouit filium, nisi pater: neque patrem quis nouit, nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare.

Vt & patrem intelligamus, & ipsum filium per filium reuelari, quod ipse est mentis nostræ lumen: uerbo enim suo se pater declarat. Erubescat Eunomius, tantam sibi notitiam patris & filij, quantam habent in se æqualitate naturæ.

Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos.

Ad Euangelij gratiam inuitat Saluator, graui peccatorum pondere oppressos: uel grauissimo legis iugo subiectos, unde & sequitur:

Tollite iugum meum super uos, & discite à me, quia mitis sum,

sum, & humilis corde, & reliqua.

Iugum enim Christi, Euangelium est, quod Iudæos & gentes in unitate fidei coniungit.

CAPVT XII.

A Bije Iesus per sata sabbato.] Iste gressus incarnationem eius significat inter homines conuersantem. Sata significant populos: & bene sabbato, quia tunc erat uacandum à uitis, & in eius contemplatione per fidem immo-

randum. Discipuli autem eius esurientes, coeperunt uellere spicas & manducare.

Secundum alium euangelistam, Fricabant manibus, & manducabant. esuriebant enim salutem generis humani, & coeperunt doctrinis homines à uitis exemplis bonorum operum segregare, & in uiscera ecclesiæ conuertere.

Videntes autem Pharisei dixerunt ei: Ecce, discipuli tui faciunt quod non licet eis facere sabbathis.

Semper enim Iudæi & doctrinæ apostolorum & gentium inuidebant salutem quasi transgressorem legis Christi reprehendebant.

At ille dixit eis, Non legistis quid fecerit Dauid quando esurijt, & qui cum eo erant.

Christus de transgressione legis illi reprehendit, testimonium de scripturis & eximia prophetia opposuit, ac si dixisset, Si typicus Dauid propter necessitatem, legis præcepta fecisse legitur, quanto magis uerum Dauid suorum necessitati consulere licebit.

Aut non legistis in lege, usque, Quia templo maior est hic.] Aduerbiū loci est, & est sensus, Si propter necessitatem uictimarum sabbatum absque culpa uiolatur à sacerdotibus, quanto magis in mea presentia necessitatem patientes, mei discipuli sine culpa sabbata non custodiant, quia sacerdotes & sabbata in mea teneo potestatem.

Si autem sciretis quid est, misericordiam uolo, usque, Innocentes.] Si intelligere uoluissetis, quod misericordiam Deus generi humano per apostolos magis impendere eligit, quam à uobis legalia uictima carnaliter obseruari, nullo modo eos in minimis detrahere oblectasset.

Dominus est filius hominis etiam sabbathi. Et quum inde transisset, uenit in synagogam eorum.

Quia filius hominis is est, & filius Dei: & non solum sacerdotibus, sed etiam sabbatis dominatur.

Et ecce homo manum habens aridam.] Hic homo gentilis est populus qui secundum Lucam dexteram habebat aridam & sinistra sanam, quia dexteram pauperi non porrigebat: & in terrenis laborans, in diuinis uacabat.

Et interrogabant eum, dicentes, Si licet sabbathis curare? ut accusarent eum.

De transgressione legis accusare cogitabant, si sabbatis curare licitum esse dixisset: si uero negaret, inclementem dicere uoluerunt, quia opus misericordiae prohiberet.

Ipsa autem dixit illis, Quis erit ex uobis homo qui habeat o-

uam, & si ceciderit hæc sabbathis in foueam, non tenebit, &c.]

Dignam utique auaritiæ & cupiditatis eorum paradigma opposuit, quod nequamquam in terrena substantia obseruabant ocium sabbati, faucibus auaritiæ succenti, licet eum opus misericordiae hominibus impendere derogarent.

Tunc ait homini, Extende manum tuam, & extendit.] Per prædicatores gentes fidem operibus implere monebat.

Et restituita sanitati sicut altera.] Quemadmodum antea tantum corporis curam gessit, ita postmodum animæ in eleemosynis largiendo curam agere festinauit.

Exeuntes autem pharisei, usque, Quomodo eum perderent.] Bene exire dicuntur, qui se à fide Christi segregabant, & eorum societate alienabant: quibus psalmista ait, Accedite ad eum, & cetera, quia Christum quasi transgressorem legis interficere cogitabant, qui manum iusserat extendere: ac si ipsi saltem in cibi assumptione non extenderent manus.

Iesus autem sciens, usque, Et curauit eos omnes.] Quia Deus erat, secretam cordis eorum nequitiam sciens, & deuitans infidelium turbas, fidelium sibi elegit consortium: quas non tantum à corporis, sed etiam à cordis infirmitate curauit.

Et præcepit eis ne manifestum eum facerent, ut adimpleretur quod dictum est per Esaiam prophetam, dicentem, &c.

Non propter timorem passionis præcepit ne se manifestarent, sed ut occasionem perdendi se ipsos non haberent.

Ecce puer meus quem elegi.] Puer & electus secundum humanitatem Deus est, & eligens diuinitatem.

In quo bene complacuit animæ meæ.] Bene complacuit, quia dolus inuentus non est in ore eius, non quod Deus animam habeat, ita ut aliter sit Deus, aliter anima eius: sed propter infirmitatem humanam dictum est, ut possis intelligere, & sperare in auxilium diuinæ clementiæ, nam uisibilibus est ad inuisibilia perducenda: ut psalmista ait, Sub umbra alarum tuarum protege me.

Ponam spiritum meum super eum.] Secundum quod homo est, pono: secundum quod est Deus, semper habuit.

Et iudicium gentibus nunciabit.] Licet omnibus imminere futurum iudicium nunciet, tamen gentibus nunciasset, qua se specialiter quid misterium nunciationis corde credulo percipere decreuerunt.

Neque audiet aliquis in platea uocem eius.] Id est, non quia latam uiam ambulat, sed quia angustam portam intrare studet, auribus cordis eius uocem audire contendunt.

Harundinem quassatam non confringet.] Israeliticum populum licet unum sit regnum, harundinem quassatam nominat: quia firmamentum fidei, uinculum que charitatis inuicem obseruare neglexit, quod confringere noluit, quia locum eius perditionis in nece eius prebere distulit, aliter harundinem quassatam confringet,

get, quia modo in ecclesia quilibet peccator solatium siue in doctrina, siue in exemplis, siue in quocumque sui indiguerit, negat.

Et linum fumigans non extinguet.] Gentilem uide licet populum non per amarissimum erroris fumum emittat, at nunc in ecclesia linum fumigantem extinguet, quia in aliquo paupere & despecto aliquid boni conspicit esse, quod sibi prodesse potuisset, sed hoc ideo spreuit, quia eum aut peccatorem putat, aut pauperem cernit.

Donec eiciat ad uictoriam iudicium. Et in nomine eius gentes sperabunt.

Ad uictoriam iudicium eiciebat damnationis suæ, quando morte superata surrexit, & adhuc eiciet in die tremendi examinis, quando omnes aduersarios suos in aeternam damnationem trudet.

Tunc oblatus est ei demonium habens, cæcus & mutus: & curauit eum.

Homo iste gentilem populū significat, quia oblatus per prædicatores ad fidem Christi: cæcus, quia uiam ueritatis ignorabat: mutus, quia os ad laudem conditoris non aperuit, demoniacus fuit, quia per idololatriam demonibus seruiabat. Huiusmodi ignorantie deditos adhuc quotidie ecclesia pijs precibus doctrinis & exemplis offerre Domino non cessat.

Et stupebant omnes turbæ, usque, Filius Dauid.] Viso signo stupebant, quia eum simplicem hominem ex semine Dauid natum esse credebant, & Dauid filium nominabant, quem misericordem esse cernebant, quia Dauid misericordem pie parcere deprehenso persecutore nouerat.

Pharisei autem audientes, dixerunt: Hic non eicit demones nisi in Beelzebub principe demoniorum. Iesus autem sciens cogitationes eorum, dixit eis.

Quod negare non potuerunt, male interpretati sunt, quia opus spiritus sancti immundo spiritui deputabant. Baal ipse est beelzebub dicitur musca: & propter muscas quæ ibi putredinem & sanguinem obseruabant uictimarum, Belzebub nominatus est, quod uir est muscarum, siue habens muscas.

omne regnum diuisum contra se, desolabitur: & omnis ciuitas uel domus diuisa contra se, non stabit. Et si Satanas Satanam eiciat, aduersus se diuisus est, quomodo ergo stabit regnum eius.

Et est sensus: Si ego iuxta uestram sententiam, in principe demoniorum demones expello, saltem inde potestis meum regnum stabile fixumque perpendere, quia me simul cum patre tantam habere super illum cernitis potestatem.

Ideo ipsi iudices uestri erunt.] Si ego in Beelzebub eicio, in quo eiciunt exorcista uestri, siue apostoli, qui talem potestatem non tenent super diabolum: sed quia illi Deo & non diabolo deputat opus suum, uos damnabiles ostendunt: quia opus spiritus sancti immundo spiritui adscribitis.

Si autem ego in spiritu Dei, usque, in uos regnum Dei.] Si ego per spiritum sanctum demones eicio, aditum credentibus regni celestis patefacium sci-

Beda tom. 1.

tote, uel etiam ecclesiam, uel sacrum scripturam, regnum Dei nominauit, sicut alibi dicit: Regnum Dei inter uos est, & iterum auferetur à uobis regnum Dei, & reliqua.

Aut quomodo potest quisquam, usque, Tunc domum illius diripiat.

Domus significat mundum: fortis, diabolum: uasa, corda sunt prauorum hominum: hæc uasa diripiebat Christus, uincto diabolo, quando destructa morte surrexit, & nobis spem resurgendi, & ad celeste regnum perueniendi donauit.

Qui non est mecum, contra me est.] Diabolus non cum Christo, sed contra Christum: quia Christus humilis est ac benignus, ille superbus & inuidus, nostram felicitatem à Christo oblatam auferre cupit.

Et qui non congregat mecum, spargit.] Christus congregat, prædicans uirtutes quibus ascendendo ad intuitum diuinæ potentie pertingant: diabolus uero ad uitia trahendo spargit.

Omne peccatum, usque, spiritus blasphemie non remittetur.] Omnia peccata per poenitentiam dixit posse dimitti, spiritum autem blasphemie dimitti posse negauit, quia sibi metipsum conscij erant sceleris sui, opusque sancti spiritus aliorum salutem inuidentes, demoniorum principis esse dixerunt.

Et quicumque dixerit uerbum contra filium hominis, usque, Neque in hoc seculo neque in futuro.

Qui propter uisam carnis infirmitatem in diuinitatem meam credere renuerit, per poenitentiam remissionem potest accipere: qui uero per desperationem spiritum sanctum dicit non posse in baptismo peccata dimittere, seu sacramentum Dominici corporis & sanguinis acceptum, nullam posse remissionis utilitatem, plus cæteris cibis asserere, ne hic nec in futuro seculo percipiet remissionem: & quia desperati hic & in futuro negat ueniam, proculdubio aliquorum remissionem in futuro indicat peccatorum, sicut sunt ociosa uerba, & superflue cogitationes, si bene agere studet, & prauæ gesta ante diem mortis emendare desiderat.

Aut facite, usque, ex fructu arbor agnoscitur.] Arbor bona Christus est, fructificans salutem: arbor mala, diabolus perditionem proferens contentibus sibi: siue Iudæi mala arbor merito dicuntur, qui fructum bonæ operationis arbori malæ, id est, diabolo deputabant, unde digna reprehensione eos increpat dicens:

Ex abundantia cordis os loquitur.] Id est, ex nequitia cordis uestra uerba proferuntur blasphemie.

Dico autem uobis, usque, Reddet de eo rationem in die iudicij.] Ac si dixisset: Si superflua est locutionis ratio reddenda, quanto magis criminosa blasphemie uestræ aeternam damnationem generabunt.

Ex uerbis tuis, usque, condemnaberis.] Id est, De bona locutione coronaberis, de mala autem damnandus eris.

Tunc responderunt ei, usque, Signum uidere.] Lucas dicit, quod à cælo signum uidere desiderarent.

7 3

denique

denique tale signum uoluerunt habere diuinitatis eius, quale factum est sub Helia propheta, quando ignis de celo ueniens duos cōsumpsit pentecontarchos.

Qui respondens, usque, Signum nisi Iona prophete.] Generationem malam dicit, propter transgressionem mandatorum Dei: adulteram, quia derelicto Deo uero diuersarum gentium idolis seruiebat. Cui, inquit, signum de celo diuinitatis meae nolo ostendere, sed de terra passionis meae exemplum ostendam.

Sicut enim fuit Iona, & reliqua.] Si enim parasceue cum præterita nocte numerabis, & sabbatum cum sua nocte, & noctem Dominicam cū subsequente die, tres dies inuenies. Porro cor terræ, sepulchrum nominauit. Iona quia columba, siue dolēs interpretatur, significat Christum, super quem spiritus sanctus in specie columbæ descendit: quia dolores nostros portauit in corpore suo super lignum. Niniue interpretatur speciosa: significat ecclesiam decore uirtutum ornatam. Quod uero Christus duas noctes & unum integrum diē in sepulchro iacuerat, significat quod simplici morte sui corporis duplam mortem corporis & animæ destruxit.

Viri Niniuite, usque, Plusquam Iona hic.] Non sententia potestatis, sed uitæ correctionis. Niniuitæ gentem Iudæorum damnabilem esse ostendunt: quia Iona paruo tempore tantum uerbis prædicabat, Christus uero multo tempore & uerbis docebat, & signa diuinæ potentiae ostendebat.

Regina Austri, usque, Plusquam Iona hic.] Hæc enim gentem Iudæorum dignam damnatione esse ostendit, quia ipsa uenit à finibus terræ discere sapientiam à Salomone. Iudæi uero sapientiam discere à Christo renuerunt, qui est Dei uirtus, & Dei sapientia in medio eorum commorante. Regina Austri, & uiri Niniuitæ uniuersitatem sanctorum significat: quia sancti per poenitentiam emendare student delicta sua, aut præcauent ne per sapientiam peccent.

Cum autem immundus spiritus exierit ab homine.] In tempore datæ legis à Iudæis spiritus immundus exiebat, & modo in baptismo ab unoquoque fidelium exire compellitur.

Ambulat per loca arida, querens requiem, & non inuenit.] Loca arida corda sunt credentium, non habentes humorem luxuriæ: in quibus circumiens, consensum prauæ suggestionis suæ non inueniet.

Tunc dicit, Reuertar in domum meam unde exiui, Et ueniens, inuenit eam uacantem, scopis mundatam & ornatam.]

Vacantem domum, id est, torpentem ab operibus bonis inueniet, & simulatione uirtutū per hypocrisis ornatam.

Tunc uadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & intrantes habitant ibi.] Sumens itaq; septē principalia uitia, unde totius nequitiae germen pululat: ipse uero est octauus.

Et fuit nouissima hominis illius peiora prioribus, sic erit & generationi huic pessime.]

Peius enim fuit Israelitico populo post deprauatam legem, quam in Aegypto ante legem: & unicuique hominum melius est ueram ueritatis non agnoscere, quam de agnita re tro redire.

Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fratres stabant foris, querentes loqui ei. Dixit autem ei quidam, Ecce mater tua & fratres tui foris stant, querentes te.]

Non simpliciter ut æstimatur, sed cum dolo matrem & fratres foris stare perhibebat, cupiens explorare, utrum præponeret maternum effectum prædicationis officio.

At ille respondens, usque, Meus frater, soror & mater.]

Non quasi nesciens interrogat aut matrem, & mater tenere filios despiciens, quia in lege iubebat patrem & matrem honorare: sed ostendere uolens maiorem esse spiritalem propinquitatem, quam carnalem. sicut alibi dixit discipulis suis: Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus. Mystice uero mater Synagoga, & Iudæi foris stare dicuntur, quia credenti gentilitate intrare in fidem Christi nequibant. Sed interrogat aliquis, quomodo populus gentilis uoluntatem patris faciens, mater Christi fieri possit: sed quia credo fratres & sorores efficiuntur, proculdubio mater fit prædicando, quando alios Deo doctrinis ad fidem generat.

CAPVT XIII.

In illo tempore exiens Iesus de domo.] De Israelitico uidelicet populo, in quo ex uirgine carnem sumpsit.

Sedebat secus mare.] Id est, per apostolos diuersis nationibus prædicabatur in mundo.

Et congregatae sunt ad eum turbæ multæ.] Per prædicatores turbæ credentium ad Christum collectæ sunt.

Ita ut nauiculam ascenderet, usque, in parabolis dicens.]

Nauicula significat ecclesiam, quæ fluctibus persecutionum circumdata est in mundo. Qui uero in litore stant, & nec fluctibus maris tanguntur, nec in nauem possunt ascendere, & non carent uerbo Dei: significat eos qui nouiter ad fidem uenientes, errore sunt infidelitatis exuti, & adhuc per lauacrum baptismatis ecclesiam non intrauerunt. Siue turba, quæ in litore stabat, significat eos qui hic in soliditate fidei perseverant, & nec errore infidelitatis tanguntur, nec adhuc ianuam paradisi intrare sinuntur.

Ecce exiit qui seminat seminare semen suum.] Christus exiit de sinu patris in mundum, semen doctrine suæ spargere per se, & per prædicatores suos, ut fructus bonæ operationis in cordibus fidelium crederet.

Quædam ceciderunt secus uiam, & uolucres comederunt ea.] Secus uiam semen cadit uerbi Dei, quando cor auditoris prauis cogitationibus auditæ prædicationem conculcat, & immundi spiritus ea de memoria tollunt.

Alia autem ceciderunt in petrosa, ubi habebant terram multam: & continuo exorta sunt, &c.] Petrosa significant duriciam

duritiam cordis, ubi non est altitudo terræ, id est, studium disciplinæ, sole orto persecutionis, siue occultæ tentationis arefcit uerbum Dei in corde susceptum cum gaudio: quia caret radice charitatis.

Alia ceciderunt inter spinas, & creuerunt spinæ, & suffocauerunt ea.] Spinæ significant diuitias, quæ cor pungunt doloribus, ne à quærentibus inueniantur: & cum inuenta fuerint, ne referentur: & intentionem possidentis uulneratam, ad aternam damnationem trahunt.

Alia uero ceciderunt in terram bonam, usque, Aliud tricesimum.] Bona terra significat corda perfecta, in quibus uerbum Dei in alio generat fidem trinitatis, quam significat tricenarius numerus: in alio loco perfectionem honorum operis, quod sexagenarius: in alio perseverantiam, quæ ad aternam ducit remunerationem, quod in centenario numero figuratur. Alij in tricenario coniugatos, in sexagenario uiduatos, in centenario uirgines uoluerunt intelligere.

Qui habet aures audiendi, audiat.] Qui habet uoluntatem, auribus cordis intelligat.

Et accedentes discipuli, dixerunt ei: Quare in parabolis loqueris eis? & reliqua.]

His non est datum, ut Marcus ait: illis autem, quia fortissimi, omnia in parabolis fiunt. Qui enim intrare student in sanctuarium Dei, intelligunt nouissima mysteriorum regni Dei. Et recte in parabolis audiunt, quia clausis sensibus cordis ueritatem cognoscere nolunt.

Qui autem habet, dabitur ei, & abundabit: qui autem non habet, etiam quod habet, auferetur ab eo.]

Qui amorem habet uerbi, dabitur ei & sensus intelligendi, quod amat: quia uero non habet amorem audiendi, simul naturali ingenio, uel literali exercitio aliquid habere uideatur, etiam hoc non amittat, ut nulla ueræ sapientie dulcedine gaudeat. Et licet specialiter de apostolis dictum esse uideatur, quibus datum est charitatem, fideiq; potius nosse mysterium regni Dei: & Iudæis quia in parabolis uidentes non uidebant, & audientes non intelligebant, quod legis literam essent amissuri: potest tamen & generaliter accipi, quia sæpè ingenio, sus doctor se priuat sapientia, negligendo quam simplex & studiosus elaborando degustat: & idcirco nonnunquam studiosus tarditatem intelligentiæ promittit, ut eo maiora retributionis præmia inueniat, quo magis elaborat studio inuentiois.

Ideo in parabolis loquor eis, quia uidentes non uident, & audientes non audient, neq; intelligunt.]

Nunc aperit apostolis, quod ideo turbis in parabolis loquebatur, quia superba intentione se uidentes & audientes æstimabant: & ob hoc se cœlesti magisterio subdere nolebant, ut simplicibus & humilibus mysteria cœlestia cognoscentibus, ipsi remaneret uacui intelligentiæ spiritalis. non absurde ad hoc dicimus Iudæos fuisse excæcatos, ne dicta in parabolis à Domino intelligerent, ut fide eius irritata, eum crucifigerent, à quo post resurrectionem,

eius miraculis, quæ fiebant in nomine territi: tanto amplius de reatu mortis Domini humiliati, cum uehementius diligerent, quanto sibi tantum scelus dimissum esse gauderent. quod tanta erat superbia, ut tali esset humiliatio dei scienda.

Ut adimpleretur in eis prophetia Esaiæ prophete dicentis, Auditu audietis, & non intelligetis, & uidentes uidebitis, & non uidebitis.]

Hæc de turbis, quæ habent uisum & auditum corporis extrinsecus, & semetipsos priuauerunt uisu & auditu corporis & cordis intrinsecus.

Incrassatum est enim cor populi huius.] Incrassatum dicit cor Iudæorum malitie crassitudine, & abundantia peccati.

Auribus grauius audierunt.] Quia uerbum Domini ingratis susceperunt, & oculos suos clauferunt, & post salutem non meruerunt: quia non natura, sed uoluntate cæci sunt.

Uestri autem beati oculi, quia uident: & aures uestre, quia audiunt. Amen quippe dico uobis, quia multi prophete & iusti cupierunt uidere que uidentis, & non uiderunt: & audire que auditis, & non audierunt.]

Abraham, Esaias & Micha prophete uiderunt, sed à longe aspicientes, & speculum in ænigmate salutantes: apostoli uero Dominum in presentiarum habentes, non opus habebant per angelos aut per uarias doceri uisionū species. Quos uero Mattheus prophetas & iustos appellat, hos Lucas prophetas & reges nominauit. Quia nimirum ipsi sunt reges magni, qui tentationum suarum motibus non consentiendo succumbere, sed regendo nouerunt præesse.

Aliam parabolam proposuit illis, dicens: Simile est regnum cœlorum homini, qui seminauit bonum semen in agro suo.]

Bene similis dicitur, qui ei per omnia aptus esse probatur. Bonum itaque semen in agro corporis sui seminat, quia semen bonæ uoluntatis ad operum perfectionem perducere studet.

Cum autem dormirent homines, uenit inimicus eius, & superseminauit zizania in medio tritici, & abiit.]

Hæc quidem sententia cautos nos esse admonet, nedum torpemus inertia, diabolus cœditatem uitiorum super semen bonæ uoluntatis spargat.

Quum autem creuisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autem serui patrisfamilias, dixerunt ei, Domine, nonne bonū semen seminasti in agro tuo? &c.]

Hic nobis patientiæ exemplū præbetur, ut sicut paterfamilias in dolo inimici patiens fuit, sic in aliqua nos læsione non statim ad uindictam, sed magis ad tolerantiam recurramus.

Serui autem dixerunt ei, usque, Eradicatis simul cum eis & triticum.] Hic denique discretionis & tolerandi malos habemus exemplum, ne si magis ulciscendo talionem malis reddamus, bonis præbeamus scandalum imitationis.

Simile utraq; crescere, usque, Triticum autem congregate in horreum meum.] Hinc habere docemur longanimitatem patientiæ, ut longanimitate iustitiæ meritemur, & in iudicio patientiā non negligamus.

Aliam parabolam proposuit illis, dicens: Simile est regnum celorum grano sinapis, quod accipiens homo, seminavit in agro suo. Quod minimum quidem est omnibus seminibus: quum autem creverit, maius est omnibus oleribus: et fit arbor, ita ut uolucres caeli ueniant, et habitent in ramis eius.

Gratum sinapis, prædicatio est Euangelij, & notitia scripturarum, quæ ducit ad uitam. Qui seminavit, sensus noster & animus est, qui suscipiens granum prædicationis, & humore fidei fouens facit in agro pullulare pectoris sui. Quæ minima est omnibus disciplinis, quia ad primam doctrinam fidem non habet, quando Deum qui est auctor uitæ, mortuum, & scandalum prædicat crucis. Hæc philosophorum dogmatibus multo minor esse uidetur comparata, sed quia eorum documenta in modum oleorum emollita, citò crescunt & corruunt. Hæc minima cum in anima credentis, uel in toto mundo fuerit prædicata, non in olera, sed in arborem crescit, ita ut in ramis eius, id est, dogmata diuersitatibus animæ requiescant. Potest in grano sinapis Dominicæ incarnationis humilitas designari, quod acceptum homo Ioseph sepeliuit in horto, creuit uero in arborem, quia surgens ascendit in cælum. Ramos expandit, id est prædicatores, in quibus quique fideles ab huius uitæ fatigatione requiescerent, spargit.

Aliam parabolam locutus est eis: Simile est regnum celorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farina satis tribus: donec fermentatum est totum.

Hæc mulier est supradicta apostolica prædicatio, siue ecclesia ex diuersis gentibus congregata: hæc tulit fermentum, id est notitiam scripturarum, & abscondit in farina satis tribus: ut spiritus, & anima & corpus non discrepent inter se, sed consentientes in unum, quodcumque à patre postulauerint, impeterent. Siue mulier ecclesia in propagines filiorum Noe, per fermentum fidei non ad triplicem, sed ad diuinitatis unitatem perducit, & secundum Platonem tres passiones humanæ animæ per fermentum adunamus, quando ex rationabili quod in cerebro putauit, prudentiam possidemus. In irascibili contra uitia, quod in felle putabat, rigorem tenemus: in concupiscibili, quod in iecore æstibat, desiderium uirtutum sumimus. Satum genus est mensuræ apud Palæstinos, habens unum & dimidium modium.

Hæc omnia in parabolis locutus est Iesus ad turbas, et sine parabola locutus est nihil.

Nam infidelibus turbis hucusque in parabolis loquitur. Discipuli, id est, credentes domi interrogant, ut secreta mysteria sciunt.

Aperiam in parabolis os meum, etc.] Hoc testimonium de septuagesimo Psalmo sumptum est, & ex persona Domini dicitur. Quia non est inuentus neque in cælo neque in terra, neque sub terra, qui dignus sit aperire librum, & sol uere signacula eius.

Tunc dimissis turbis uenit in domum, et accesserunt ad eum discipuli eius dicentes: Ediffere nobis parabolam zizaniorum a gri.] Dimissis Iudæorum turbis, ingreditur ec-

clesiam gentium, & ibi discipulis fidelibus deuote discuntibus, diuina exponit sacramenta. Quæ ergo à Domino sunt exposita, his debemus fidem accommodare: quæ autem tacita sunt, & nobis relicta, breuiter perstringamus. Homines dormientes, magistri sunt ecclesiæ: serui, angeli sunt, qui quotidie uident faciem patris. Sed magistris uigilandum est, ne inimicus, id est, diabolus superseminet zizania: hoc est hæreticorum dogmata. In eo quod dicit, Sinite utraque crescere: penitentia locus datur, ne citò amputemus fratrem. Huic sententiæ contrarium uidetur illud Apostoli, Cum huiusmodi nec cibum sumite. Sed inter triticum & zizania, quæ diu herba est, aut nulla aut difficilis est distantia: & hic monemur à Domino, ne ubi quid ambiguum est, citò sententiam proferamus, sed Deo iudici terminum referuamus.

Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro, usque, et emit agrum illum.

Thesaurus absconditus, est cælestis desiderium: ager, disciplina cælestis studij est, in quo abscondetur thesaurus à fauore humano, ut ab immundis spiritibus seruetur. Quem profectò agrum uenditis omnibus comparat, qui cuncta sua terrena desideria per custodiam cælestis desiderij calcant. Siue thesaurus in agro, duo sunt testamenta, in quibus multa sententiæ late re, per contemptum temporalium rerum ocium sibi comparat, ut sit diues in agnitione Dei: quod thesaurus tunc non inuidia celat, sed abscondit ne perdat.

Iterum simile est regnum celorum homini negociatori, que renti bonas margaritas, etc.

Inuenta una margarita preciosa, omnia que habuit, uendit: quia in comparatione cælestis uitæ omnia habita uilescunt. Si uero sanctos homines scrutare uis, unum Iesum Christum, qui absque culpa est, omnibus meliorem inuenies. Si intellectum quaris, illum solum ceteris præeminere probaueris. In principio erat uerbum, & mandatis omnibus sic charitas est excellentior, in qua omnia restaurantur, & in cæteris libris Euangelium fortius esse probatur.

uerum simile est regnum celorum sagena missa in mare, usque, malos autem foras miserunt.

Sagena significat ecclesiam, quæ omnes communiter ad ueniam peccatorum inuitat: quæ ad litus, id est, ad finem seculi trahitur per doctrinam prædicatorum, & in fine seculi in cælestes mansiones recipiuntur, impij uero in exteriores tenebras mittuntur.

Ait illis Iesus, ideo omnis scriba doctus, usque, noua et uetera.] Admonet apostolos, ut quicquid in Euangelio prædicarent, legis & prophetarum uocibus comprobarent: ac si aperit diceret, Ille in sancta ecclesia doctus prædicator est, qui & noua scit proferre de suauitate regni, & uetusta dicere de terrore supplicij.

LIBRI SECUNDI
FINIS.

Liber

Liber Tertius.



factum est, cum consummasset Iesus parabolis istas, usque, Sapientia hæc et uirtutes.] Differt inter synagogam, quæ congregatio: & ecclesiam, quæ uocatio interpretatur, quod pecora et inanimata quæque congregari possunt. Conuocari autem nisi ratione uentia non possunt, ideoque rectius noua gratia populum quasi rationabile ad unitatem fidei conuocatum ecclesiam nominare placuit ecclesiasticis uiris, quam Synagogam, quæ irrationalium congregationem.

Nonne hic est fabri filius, usque, et scandalizabantur in eo.] Error Iudæorum, falsus est gentium. Nequaquam sine certi mysterij causa, Christus in carne apparens, fabri filius appellari uoluit. Veraciter faber est pater eius, qui omnia quæ in cælo & in terra sunt, fabricauit ex nihilo, & quia adhuc quotidie uasa iræ in uasa misericordiæ fabricat.

Iesus dixit eis, Non est propheta sine honore, nisi in patria sua.] Non solum ipse prophetarum caput, sed Helias, Hieremias, & ceteri quique minores in proprijs quam in exteris ciuitatibus habebantur: quia propemodum naturale est, ciues ciuibus inuidere, sicut Iudæi non præsentiam operum, sed fragilitatem considerabant naturæ.

Et non fecit ibi uirtutes multas propter incredulitatem illorum.] Notebat enim illis miracula diuinitatis suæ aperire, ne quo magis cernerent clarescere diuinitatis potentiam, eo magis despecta ueritate damnabiles fierent.

CAPVT XIII.

In illo tempore audiuit Herodes Tetrarcha famam de Iesu. Et ait pueris suis, Hic est Ioannes Baptistæ, ipse surrexit à mortuis, et ideo uirtutes operantur in eo.

Herodes beneficiis de resurrectione mortuorum, omni modo pueris suis prædicabat, quod sancti in maiori uirtute resurgent, quia Ioannem nulla signa facientem, resurgere de morte putauit, Iudæi uero Christum non resurgere, sed sublatum à discipulis crediderunt: quia Ioannem ideo uirtutes facere dixit, qui à morte resurrexisset, & promptiorem animum gentium ad fidem alienigena ostendit, quam Iudæorum.

Herodes enim tenuit Ioannem, et alligauit eum, et posuit in carcerem propter Herodiam uxorem fratris sui. Dicebat enim illi Ioannes: Non licet tibi habere eam, etc.

Vetus historia narrat, Philippum maioris Herodis filium, sub quo Christus fugit in Aegyptum, Arethæ regis filiam accepisse uxorem: sed exortis simulatibus inter socerum & generum, necnon & inter fratres tulisse Aretham de Philippo filiam suam, dedisseque eam Herodi quasi inimico Philippi, ad augmentum iniuriæ. Sed Herodes à Ioanne increpatus, eo quod uiuentis fratris uxorem acceperat, magis amans uxorem, quam præcepta Dei, uolebat Ioannem occidere: sed timens populum ab eo ba-

ptizatum, argumentum inuenit iuramenti, ut cogitatum scelus perficeret, sicut in sequentibus manifestatur.

Die autem natalis Herodis, saltauit filia Herodiadis, usque, et propter eos qui pariter recumbebant, iussit dari.

Duo namque mortalium leguntur celebrasse natale suum, sed uterque illud scoldauit sanguine: & monent nos, magis timorem mortis timendo diem, quam natiuitatis celebrare luxuriam. non potest excusari Herodes propter homicidium, quia ad hoc iurauerat, ut futuræ occasioni machinas præpararet. Timebat Herodiadis enim, ut illicitæ nuptiæ soluerentur, propter quod præmonebat filiam caput eius postulasse, ut linguam haberet in potestate, quam sciebat uelle prohibere incestum. nequaquam enim Herodes pro huiusmodi petitione contristatus est, sed mos est historicorum, ita res narrasse, sicut tunc à presentibus facta uisus se uidebantur. simulabat enim tristitiam in facie, cum lætitiâ haberet in mente.

Misit quoque, et decollauit Ioannem in carcere, usque, et tulit matri suæ.] Decollatio Ioannis significat Iudæos Christum, qui caput est prophetarum perdidisse, minutus est Ioannes capite, exaltatus est Christus in cruce, quia Christum oportebat crescere, Ioannem autem minui.

Et accedentes discipuli, usque, uenerunt et nunciauerunt Iesu.] Isti uero qui sepelierunt, & nunciauerunt, illos significare uidentur, qui lege sibi carnaliter extincta, ad gratiam transferunt Saluatoris: quia sepultura Ioannis, abolitionem significat legis.

Quod cum audisset Iesus, secessit, usque, in locum desertum seorsum.] Non timore mortis, sed parcendo inimicis, ne homicidium homicidio iungerent, aliter truncato capite Ioannes, id est, perditio Iudæorum oraculo prophetiæ Christus secessit in desertum ecclesiæ, que ante uirum non habuit.

Et cum audissent turbæ, secute sunt eum pedes de ciuitatibus.] Proprio eum labore secute sunt turbæ gentium de pristinis erroribus ad fidem Christi conuerse.

Et exiens uidit turbam multam, et misertus est eis, et curauit languidos eorum.

Vt plena fides statim præmium consequerentur: egressus ergo Iesus, significat, quod turbæ uoluntatem habuerunt eundi, non uires præueniendi: & ideo egreditur, ut misereatur.

Vespere autem facto, accesserunt ad eum discipuli dicentes, Desertus est locus, et hora iam præterijt: dimitte turbas, etc.]

In illo uespere, quando uerus sol appropinquante fine seculi, occubuit, significat quod Iudæi murmurabant contra gentes, quod magis apti essent querere sibi escas in conuenticulis hæreticorum, quam diuinorum uti pastione librorum.

Iesus autem dixit eis, Non habent necesse ire, date illis uos manducare.

Ad fractionem panis puocat, ut illis se non habere testantibus, exhibitio signi manifestior fieret: & simul insinuans, nostra corda per eos præscenda, quorum sunt exemplis ad amanda cælestia

Iesua suscitata. Si quem mouet, quod Ioannes dicit, Dominum tentare Philippum, unde esse possint turbæ dari, & cæteri Euangelistæ narrauerunt discipulos dixisse Domino, Dimitte turbas, & reliqua. quibus ille secundum Matthæum respondit, Non habent necesse ire. Intelligitur post hæc uerba Dominum inspexisse, & Philippo dixisse, quod Ioannes commemorat: deinde quod Ioannes à Philippo, hoc Marcus à discipulis responsum esse commemorat, uolens intelligi hoc ex ore cæterorum respondisse Philippum.

Respondent ei, Non habemus hic, nisi quinque panes, & duos pisces. Per quinque panes, quinque sunt libri legis Moyli designati: per duos pisces, prophetiæ & psalmodiæ. hanc triplicem distinctionem instrumentum uetus edocet, dicente scriptura: Quia oportet impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moyli & psalmis de me.

Qui ait eis, Afferte illos mihi hic. Audi Marcion, audi Manichæe, iubet ut illa sanctificet, atque multiplicet: in quem sperant oculi omnium, qui omne animal implet benedictione, eam omnibus tribuens.

Et cum inisset turbam discumbere supra scenum. Discumbere, est flores & uoluptates istius seculi, & illecebras carnis, mentis despectu calcare: siue secundum alium Euangelistam, super terram quingenos & centenos, quia per penitentiam quinquagenarij, ad perfectionem centenarij ascenditur. Diuersi discubitus, diuersi sunt ecclesiarum conuentus.

Acceptis quinque panibus, & duobus piscibus. In manus accepit, quia opere omnia ipse compleuit.

Aspiciens in celum. Quia inde nobis auxilium sperare docuit.

Benedixit ac fregit. Quia quicquid haberet sanctitatis lex & prophetæ, ostendit.

Et dedit discipulis panes, usque, Et saturati sunt. Qui uidelicet sacramenta ueteris Testamenti, sua distributione Dominus primum prædicatoribus Euangelij patefecit: deinde illi omnium gentium turbis spiritalis alimonie refectio præbuerunt.

Et tulerunt reliquias duodecim cophinos plenos fragmentorum. Duodecim cophini, duodecim apostoli sunt, qui inde sacramenta collegerunt, quia quæ à rudibus intelligi nequeunt, à perfectis inquirenda sunt.

Manducantium autem fuit numerus quinque milia uirorum, exceptis mulieribus & paruulis.

Necdum ista multitudo ad septenarium peruenit numerum: quatuor milia comedunt, quinque pisces significant eos, qui in seculari adhuc habitu positi, exterioribus bene nouerunt uti. Quatuor milia septem panibus, sublimes sunt spiritali in tus gratia eruditi, mulieres & paruuli, sexus & fragilis ætas minor, qui munere adhuc indigni sunt.

Et statim inisset Iesus discipulos ascendere in nauiculam, & præcedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas.

Quare discipulos abegerit, solus in monte oraturus Ioannes manifestat, cum dicit eum fu-

gere, ne eum regem facerent. Vbi docemur, ut in bonis quæ facimus, humani fauoris retributionem uitemus. Marcus dicit, quod Dominus coegerit discipulos suos trans fretum ad Bethsaidam præcedere, quæ est in Galilæa ciuitas Andreæ & Petri, quid est quod Lucas dicit, quia Ioannes secessit in locum desertum, qui est Bethsaidam, & reliqua, potest intelligi, ni fallor, cum non dicit: Quæ est Bethsaidam, sed qui est: quod ipsam intelligi non uoluerit ciuitatem, sed desertum locum ad confinia eius pertinentem.

Et dimissa turba, ascendit in montem solus orare. Docet nos à terrenis progredi, & ad uerticem curæ sublimioris ascendere.

Vespere autem facta, solus erat ibi, Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus, erat enim contrarius uentus.

Labor hic aduersitates istius seculi & flatus spirituum immundorum, qui ad celestis patriæ litus peruenire conantur, significat.

Quarta autem uigilia noctis, uenit ad eos, ambulans supra mare. Ultima uigilia ostendit, quod his diuina pietas præbet auxilium, qui in pressuris fragilitatem humanam, & puillanimitatem suarum uirum considerant.

Et uidentes eum, usque, Quod phantasma est. O Marcion & Manichæe, si Dominus non est natus ex uirgine, sed in phantasmate uisus, quomodo nunc apostoli timet, ne phantasmata uideantur. Et præ timore clamauerunt. Confusus clamor, & incerta uox magni timoris indicium est: sed iuxta Psalmistam, Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum in ueritate.

Habete fiduciam, ego sum, nolite timere. Quod primum uerabatur in causa hoc curat, dicens: Habete fiduciam: & quod sequitur, Ego sum: nec subiungit, quid sit, fecit ut ex nota uoce eum intelligerent: siue ut eum ipsum esse repeterent, quem locutum ad Moysen nouerant, Hæc dices filijs Israel, qui est, misit me ad uos.

Respondens autem Petrus dixit, Domine, si tu es, iube me ad te uenire super aquam. At ipse ait, Veni.

In omnibus nanque locis ardentissima fidei Petrus inuenitur, & eodem ardore fidei: hic quasi manifeste dicit, Tu præcipe, & subito solidantur aquæ: ac si fiet corpus leue, quod per se ipsum est graue.

Et descendens Petrus de nauicula, ut ueniret ad Iesum. Qui dicunt non ueram carnem Christi ambulare super aquas, dicant quomodo Petrus ambulauerit, quem uerum hominem non negabunt.

videns uero uentum ualidum, timuit: & quum cepisset mergi, clamauit dicens, Domine saluum me fac.

Relinquitur paululum, ut fides augeatur, & intelligat se non facilitate postulationis, sed potentia Domini conseruatum.

Et continuo extendens manum, apprehendit eum, & ait illi, Modice fidei, quare dubitasti? Quem alibi negantem respexit, hic ei manum porrexit, ne in profundum mergeretur. Si Petrus, quem superius ardentissimam fidem habere diximus, taliter reprehenditur, quid nobis dicendum est, qui huius modice

dice fidei, nec minimam habemus portiuinculam. Mysticè uerò Petrus ecclesiam significat ad celestem patriam tendentem, & huius seculi fluctus recto fidei uestigio, & bonorum operum studio calcantem. Quod autem à tenore fidei paululum reflectitur, & intemperate territus, fluctibus mergi cepit, infirmiores in Ecclesia, quos turbo tentationum terret, exprimit, quos ne funditus mergantur, diuinæ protectionis dextera extrahit.

Et cum ascendisset in nauiculam, cessauit uentus. In quocumque enim cor Deus per gratiam suam uenerit, mox uniuersa mundi uitiorum, & spirituum malignorum prælia compressa quiescunt.

Et cum transfretassent, uenerunt in terram Genesar. Terra dicitur Genesar, eo quod sit iuxta stagnum Genesareth: quemadmodum Tyberias dicitur à proxima ciuitate, quæ Geneseth uocabatur, sed ab Herode tetrarcha restaurata, in honore Tyberij Cæsaris, Tyberias appellata est. Interpretatur ergo Genesar ortus principium: tunc enim nobis plena retribuetur tranquillitas, quando nobis per Christum paradisi restituitur hereditas.

Et cum cognouissent eum uiri loci illius, miserunt in uniuersam regionem illam, & obtulerunt ei omnes male habentes. Et rogabant eum ut uel fimbriam uestimenti eius tangerent: & quicumque tetigerunt, salui facti sunt.

In facto hoc firma gentium fides designatur. Qui presentium salute non contenti, per circuitum uarijs erroribus deceptos inuitant, ut ad uerum medicum currant. Fimbriam minimum mandatum intellige, quod transgredi non licet: uel ad assumptionem carnis, per quam uenimus ad uerbum Dei.

CAPUT XV.

Nam Deus dixit, Honora patrem tuum, & matrem: & qui maledixerit patri uel matri, &c.

Honor in uita necessarijs ministrandis, & maledictio in detrahendis insinuatur. Hanc legem scribæ & pharisæi subuertentes, docuerunt pessimos filios dicere parætib: Munus quod ex me est, tibi proderit: ut illi timentes acciperent, quod Deo uiderunt mancipatum, magis eligerent inopem ducere uitam, quam de confectis comedere.

Hypocrite, bene de uobis prophetauit Isaias, dicens. Non quod bonus esset sermo de malitia eorum prophatus: sed quia bene conueniebat moribus eorum. labijs enim eum honorabant, ubi dicebant: Magister, scimus quia uerax es, & uiam Dei in ueritate doces, & non est tibi cura de alio, non enim respicis personam hominum. Sed cor eorum longe fuit ab eo, ubi uoluissent eum capere in sermone, testante Luca, qui ait, quando dicebant: Licet censum dare Cæsari, an non.

Non quod intrat in os, communicat hominem, sed quod procedit ex ore.

Cibi qui in lege prohibiti sunt, & quibus gē-

tes utuntur, Iudæi communes nominant, & comedentem coinquinare putant: sed Saluator omnia munda esse ostendit, quæ cum munda percipiuntur conscientia. Si hæc ita se habent, quomodo potest stare quod Paulus ait: Non potestis calicem Domini bibere, & calicem demoniorum. Sciendum igitur, quod ipsi cibi & Dei creatura per se quidem mundi sunt, sed idolorum ac demoniorum inuocatio facit ea immunda.

Scis quia pharisæi audito uerbo scandalizati sunt. Scis quia in isto sermone omnis superstitionis obseruationum Iudaicarum destruitur, qui in sumendis abominandis quæ cibis religionem suam sitam arbitrantur.

Omnis plantatio, quam non plantauit meus pater celestis, eradicabitur.

Si ita est, quid est quod Paulus ait: Ego plantauit, Apollo rigauit, sed Deus dedit incrementum: sed soluitur quæstio in eo quod dicit, Deus autem incrementum dedit. Plantat Deus, & nemo potest eradicare illam plantationem, nisi illa tribuerit ad sensum, unde in Esaia dicitur: Ego uos plantauit uineam, quomodo conuerli estis in amaritudinem uitis alienæ.

Sinite illos, usque, Ambo in foueam cadunt. Pharisæos præcipit dimittendos arbitrio suo, sicut Apostolus dicit: Hereticum hominem post uanam & secundam contentionem deuita. Merito cæci cæcorum duces dicuntur, qui non solum sibi ne in laqueum incidant, prospiciunt, sed sibi etiam obsequentes ad precipitium mortis secum trahunt.

Adhuc & uos sine intellectu estis. Corripuntur apostoli à Domino, quod in re manifesta mysticam querant intelligentiam.

Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem.

Ergo animæ principale non iuxta Platonem in cerebro, sed iuxta Christum in corde est: unde diabolus adiutor cogitationum malarum, & incensor non auctor esse potest. Non enim scit occulta rimari cordis, sed ex corporis habitu, quid uersemus intrinsecus, æstimare: & cum quem libet alicui uitio intentum uidet, illicet, & seducere festinat.

Et egressus inde Iesus, secessit in partes Tyri & Sidonis. Hic denique calumniatoribus derelictis, in partes exterarum gentium secedit.

Et ecce mulier Cananæa, à finibus illis egressa clamauit, dicens: Miserere mei Domine fili Dauid.

Hæc mulier ecclesiam significat, de prisca uana conuersationis habitaculo ad Dominum uenientem.

Filia mea à demonio nexatur. Ecclesia scilicet iam credens pro populis suis, ut & ipsi ab errore saluentur, diuinæ supplicat pietati. Item hæc filia anima qualibet est, in ecclesia malignorum spirituum deceptionibus mancipata, pro qua mater ecclesia sollicita, Dominum interpellat, ut dum ipsa suis studijs non ualet, ille eam interius ad agnitionem ueræ lucis inspiciendo excitet.

Tropologicè uerò filia à dæmonio uexata, cuiuslibet est conscientia, fœdibus uitiorū poluta, cuius emendationem à pio conditore debet continuis flagitare lamentis.

Qui non respondit ei uerbum.] Nolit respondere, ne contrarius sententiæ suæ uideretur, qua dixit: In uiam gentium ne abieritis, & propter hoc caluminiatoribus occasionem daret. Mysticè autem Dominus, si ecclesiæ primæ lachrymæ postulata nō impetrant, obstinato est clamore frequentandus, & sanctorum eius sunt appetenda suffragia, ut ipsi Domino supplicent pro audienda ecclesia. Sicq; fit, ut si mentem ab intentione non mutauerit, nequaquam fructu petitionis fraudetur.

Dimittite eam, quia clamat post nos.] Hoc faciebant discipuli, ignorantes mysteria Domini: siue pro Syrophœnissa misericordia cōmoti, uel impunitate eius carere cupientes, ne quasi medicum in clementem crebrius in clamaret. Quod Marcus istam mulierem dicit ad Dominum in domo uenisse, & Matthæus quasi post ambulātem clamare: ita intelligendum est, quod primum uenerit ad Iesum mulier, ubi erat in domo, sed ibi responso non impetrato, egredientē sequuta sit, donec meruit audire, qd sequitur:

Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel.] Non quod ad gentes missus nō sit, sed quod primum ad Israel missus sit, ut illis non recipientibus Euangelium, iusta fieret ad gentes transmigrationis eius.

Non est bonum sumere panem filiorum, usq; Dominorum suorum.] Mira sub persona mulieris ecclesiæ fides prædicatur, patientia & humilitas. Fides, qua credidit saluari posse filiam suam. Patientia, qua totiens contempta, in precibus perseverat. Humilitas, qua se non canibus, sed catulis comparat. Mensa quoq; est scriptura sancta, de qua catuli non crustas de pane puerorum edunt, sed micæ. Quia conuersi ad fidem, qui erant in gentibus despecti, non literæ superficiē in scripturis, sed spiritalem sensum, quo proficere possint, inquirunt, & hoc sub mensa, quia sui cordis & corporis officia adimplenda diuina præcepta supponunt.

O mulier, magna est fides tua, &c.] In hac muliere fides laudatur gentium, quæ mox ad prædicationem apostolorum perfectam sibi suisq; obtinebat salutem.

Et sanata est filia eius ex illa hora.] Propter humilē fidelemq; sermonem matris, dæmonium deseruit filiam: ubi datur intelligi, quod per confessionem in baptismo, à diabolo liberentur paruuli, qui necdum per se aliquid possunt boni aut mali.

Et cum transisset inde Iesus, uenit secus mare Galilææ, & ascendens in montem, sedebat ibi.] Id est, peracta dispensatione salutis gentium, per prædicatores ludæam reuertitur. Ascendit in montem, prouocans nos ad cœlestia: sedebatq; ibi, monstrans in cœlestibus requiem esse querendam.

Et accesserunt ad eum turbe multe, habentes secum mutos, &c.] Sedente ergo Domino in monte, hoc est,

glorioso in arce cœlorum regnante, turbæ fideiū deuota mente accedunt, & secum ducunt mutos uerbo confessionis, cæcos errore infidelitatis, surdos prælatorum præceptis inobedientes, claudos in opetibus prauis, debiles peccatorum sarcina: quos omnes Euangelicis documentis, ad pedes Iesu proijciunt, quia eos curā dos humanitati eius subiiciunt.

Iesus autem conuocatis discipulis suis, ait: Misereor turbæ, usq; Ne deficiant in uia.] Hic affectus & compassio humanæ fragilitatis exprimitur, & exemplum magistris præbetur, consilia cum discipulis cōmunicanda. Turbam uerò triduo illum sustinētem, id est, in fide sanctæ trinitatis, siue ante legem, sub lege, sub gratia secum perseverantē: Dominus non uult ieiunam dimittere pastio- ne sacræ monitionis, ne lassescens in huius uite itinere, ad optatam mansionem nō perueniat.

At illi dixerunt, Septem panes, & paucos pisces.] In septem panibus noui Testamenti scriptura designatur, in qua per gratiam sancti spiritus mentium epulas inuenimus: in pisciculis uerò sanctos accipimus, per q̄s fit eadē cōditā scriptura.

Et præcepit turbæ discumbere super terram.] In refectio- ne quinq; panum super fœnum turba discubuit, hic uerò super terrā: quia in lege iubemur desideria carnis calcare, in nouo uerò testamento ipsas facultates temporales relinquere.

Et accipiens Iesus septem panes, & pisces, &c.] Per fractionem panum, apertionē significat sacramentorum, quibus per apostolorum distributionē mundus erat nutriendus. Quod autem gratias egit, gaudium suum ostendit de salute humani, & nos ad agendas Deo gratias in omnibus informauit.

Et comederunt omnes, & saturati sunt.] Saturantur, qui interne dulcedinis pastum inuenire memoriam commendant.

Et quod supersuit de fragmentis, tulerunt septem sportas plenas.] Sporta quæ cōtextitur ex iunco & palma, significat sanctos & perfectos quosq; in ecclesia, qui uiriditate fidei, & altitudine spei cœlestium præmiorum capaces sunt, ad accipienda altiora quæq; præcepta & consilia: quia generalis populi Dei conuersationem mentis atque operis sublimitate transcendunt.

Erant autem qui manducauerunt, quatuor milia hominum, extra mulieres & paruulos.] Bene quatuor milia fuisse leguntur, ut ipso numero eos doceret euangelicis pastos esse cibarijs, siue quatuor uirtutibus resectos. Prudentia scilicet, in qua cognitio fit rerum appetendarum & fugiendarū. Temperantia, in qua est refrenatio terrenæ cupiditatis. Fortitudine, in qua est animi firmitas aduersus temporales molestias. Iustitia, quæ per cæteras omnes diffunditur dilectione Dei & proximi. In mulieribus & paruulis infirmos, & ad seducendum faciles intelligimus.

Et dimissa turba, ascendit in nauiculam, & uenit in fines Magadan.] Hunc locum licet Marcus Dalmanutha nominauerit, tamen non est dubitandum, sub duobus uocabulis unum esse. Interpretatur enim Mageda, poma eius, siue nuncia: significās hortum.

hortum. de quo dicitur, Hortus conclusus sorror mea sponsa. ubi poma uirtutum gignuntur, & à custodibus murorū tota die & nocte cum laude nomen Domini annunciat.

CAPVT XVI.

Et accesserunt ad eum pharisei, usq; Ut signum de celo ostenderet eis.] Post prædictas refectioes, manna de cœlo undiq; missio, in exemplū Moysi uoluerunt multo tempore refici.

At ille respondens ait: Facto uespere, &c.] Ex elementis enim possunt pluuii ferentiq; dies prægnosci: sed legis doctores Saluatoris aduentum nō potuerunt intelligere ex uaticinio prophetarum. Spiritu autem facti uespere, dicitis, Serenum erit, rubicundum est enim cœlum. Significat quod per sanguinē passionis Christi in primo aduentu indulgentia peccatorum datur.

Et mane, Hodie tempestas: rutilat enim triste cœlum.] Significat quod in secundo aduentu, igne præcedente uenturus est.

Et relictis abiit.] Recte abiit relictis adulteris, quia iuxta apostolum, Nulla societas luci ad tenebras.

Et cum uenissent discipuli eius trans fretum, obliui sunt panes accipere.] Hæc obliuio indicium est, quod apostoli minimam carnis curam habebant, Dominum panem uitæ habentes, quo reficiebantur in corde.

Qui dicit illis, Intuemini, & caute à fermento phariseorū & Sadduceorum.] Marcus hoc loco subiungit: Et fermento Herodis. Fermentum phariseorum est, legem uerbis prædicare, factis impugnare: fermentum uerò Herodis est, adulterium; homicidium, & quod origo scelerum est, odium ac persecutio in Christum & sanctos eius.

Tunc uenit Iesus in partes Cæsariæ Philippi.] Hæc ciuitas à Philippo Tetrarcha restaurata, in honorem Tyberij Cæsaris, sic appellata est: nunc uerò Panæas dicitur, & est sita in prouincia Phœnicis, ad radices Libani, ubi duo fontes Iordanis & Dan oriuntur.

Tunc interrogabat discipulos suos, dicens: Quem dicunt homines esse filium hominis.] Pulchrè interrogat, non quem me, sed filium hominis, homines esse dicunt: quia qui de filio hominis loquuntur, homines sunt. Qui uerò de diuinitate eius intelligunt, dī appellantur.

Vos autem quem me esse dicitis?] Non nesciēs de sententiam discipulorum & extraneorum interrogat: sed ut confessionem fidei illorum, digna mercede remuneret.

Respondens Petrus, dixit: Tu es Christus filius Dei uini.] Uium Deum appellat, exprimens nomen & naturam, ad distinctionem falsorum deorum, de quibus canimus: Os habent, & non loquuntur, oculos habent, &c.

Beatus es Simon Bariona.] Bariona Syriacè, latine dicitur filius columbæ. Hic simplicitas Petri ostēditur, qui filius gratiæ spiritalis appellatur. *Quia caro & sanguis non reuelauit tibi.*] Hoc est, sapientia carnali homines inflati.

Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram edificabo ecclesiam meam.] Metaphoricè ei dicitur, Su-

Beda tom. 5.

per hanc petram, id est, Saluatorem, quem confessus es, edificatur ecclesia, qui fidei cōfessori sui nominis participium donauit.

Et portæ inferi non preualebunt aduersus eam.] Portas inferi hæreticam prauitatem nominat, siue uicia & peccata, unde mors ad animam uenit.

Et tibi dabo clauēs regni cœlorum.] Id est, discernendi sciētiam potentiamq; qua dignos debeas in regnum recipere, & indignos secludere.

Et quodcumq; ligaueris, &c.] Hæc potestas sine dubio cunctis datur apostolis, quibus ab eo post resurrectionem dicitur generaliter: Accipite spiritum sanctum, &c. Necnon episcopis & presbyteris, & omni ecclesiæ idem officium cōmittitur: quamuis quidam eorum non rectè intelligentes, arbitrentur se posse damnare innocios, & absoluere eos, quod nequaquam potest: sed tentantes semetipsos concessa potestate priuare.

Et præcepit Iesus discipulis suis, ut nemini dicerent, quia ipse esset Christus.] Causas autem tunc prohibita prædicationis exponit, cum subiungit:

Exinde coepit Iesus ostendere discipulis, usq; Et tertia die resurgere.] Est autem sensus: Tunc me prædicante, cum ista fuero passus: quia nunc nō prodest Christum prædicare, & maiestatem eius diulgare, quem post paululum uisuri sunt flagellatum & crucifixum.

Et assumens eum Petrus, coepit increpare illum, dicens: Absit à te Domine, non erit tibi hoc.] Siue ut melius habetur in Græco: Propitius esto tibi Domine, non erit istud. Seorsum nanq; assumpsit eum, ne præsentibus condiscipulis uideretur arguere magistrum: & coepit increpare amantis affectu, & quasi dicere: Hoc non recipiunt aures meæ, nec fieri potest, ut sit filius Dei occidendus.

Qui conuersus dixit Petro: Vade post me satanas.] Satanas quippe interpretatur aduersarius: quia contraria, inquit, loqueris uoluntati meæ, satanas appellaris: sed sequere conuerrendo uoluntatē tuam, iuxta uoluntatem meam.

Scandalum es mihi.] Quia non sapis ea quæ Dei sunt, sed quæ hominum. Meæ uoluntatis est, ut pro salute hominum moriar: tu autem uoluntatem tuam desiderans, non uis granum tritici cadere in terram, ut multos adferat fructus.

Tunc dixit Iesus discipulis suis: Si quis uult post me uenire.] Reuelato sup passionis mysterio, hortatur eos, & simul omnes ad sequendum stræ passionis exemplū, promittēs in futuro salutē animarū.

Abneget semetipsum.] Tunc enim nos abnegamus, dum uitamus quod per uetustatē suimus, & annitimur, quò per nouitatem uocamur.

Et tollat crucem suam, & sequatur me.] Alter Euangelista dicit, quotidie crucem esse portandam: quia duobus uidelicet modis crux tollitur, cū aut per abstinentiam corpus afficitur, aut per compassionem proximi affligitur animus. ut Apostolus: Castigo corpus meum, &c. & iterū: Quis infirmatur, & ego non infirmor.

Qui enim uoluerit animam suam saluam facere, usq; Inueniet eam.] Ecclesia uidelicet aliud habet tempus persecutionis, aliud pacis. In tempore persecu-

tionis

tionis ponenda est anima, in tēpore pacis frangēda sunt desideria terrena, & ideo felices qui oderunt custodiendo, ne perdant amando.

Quid enim proderit homini, si uniuersum, etc.] Quia nihil prodest tempore pacis lucrifacere caduca, perdantur aeterna. Subiungit:

Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua.] Pro Israele dabitur Aegyptus & Aethiopia, p humana uero anima hoc solum, quod Psalmista canit, Calicem salutaris accipiam, &c.

Filius enim hominis uenturus est, usq; cum angelis suis.] Post terrorem laeta subiungit, quasi diceret: Timentes mortem, sed audite gloriam triumphantis, & angelorum ministeria: quia qui minor est patre in homine, aequalis est in maiestate.

Amen dico uobis, sunt quidam de his stantibus, etc.] Regnum Dei hoc loco ecclesia uocatur, & non nullos ex discipulis promittebat eousq; uicturos in corpore, donec conficerent ecclesiam Dei contra huius mundi gloriam erectam. Veniente filio hominis in regno suo: hoc est potestate extendente. Quod si regnum Dei hoc loco caelestem beatitudinem uelimus accipere, & hoc quidam de adstantibus uiderunt in monte.

CAPUT XVII.

ET post dies sex, assumpsit Iesus Petrum, etc.] Queritur cur Matthæus & Marcus post dies sex Iesum assumpsisse secum discipulos testetur. Lucas dicit: Post dies fere octo. Sed facilis est responsio: quia hic medij dies ponuntur. Ibi primus, quo haec promissit: & extremus, quo promissa compleuit. Et in ratione mystica, illic post sex mēdiates sanctis ab omni labore quiescendum: hic uero tēpore octauo designat esse resurgendum. Tres solummodo ducit secum, uel quia multi uocati, pauci uero electi: uel quia hi qui nunc sanctae trinitatis sunt fide imbuti, tunc eius aeterna uisione merentur letari. Bene addit seorsum, quia tunc iusti a prauis separantur, quorum nunc uitij premuntur: licet fidei intentione distincti sint.

Et transfiguratus est ante eos.] Non substantia uere carnis amittendo, sed gloriam futurae resurrectionis suae uel nostrae ostendendo: quia qualis tūc apostolis apparuit, talis post iudicium omnibus electis apparebit. In ipso autē iudicandi tēpore bonis & malis in forma serui uidebitur, ut ipsum iudicem esse intelligere ualeant peruersi, quem antea respuebant.

Et resplenduit facies eius sicut sol, uestimenta autē eius, etc.] Nam quia nihil sole clarius nouimus uidere, ideo non solum Domini, sed & sanctorum gloria in resurrectione solis aspectui comparatur. Vestimenta autē Domini, sancti eius accipiuntur: quae ante ascensum motis despecta uidebantur: quia iuxta Apostolum, Nondum apparuit quid erimus. Et Marcus dicit, Candida esse ut nix, quia lilia fullo non potest facere super terram: id est, Saluator non uult in terra dare fidelibus suis claritatem, quae eis manet cōseruata in caelis. seu doctor animarum, uel eximius sui corporis mundator tantam munditiam adferre nequaquam potest, quantam Dominus, qui ecclesiam suam purgat

ab omni inquinamento carnis & spiritus.

Ecce apparuit eis Moyses & Elias cum eo loquentes.] Lucas hoc loco manifestius scribit, dicens: Erant autē Moyses & Elias uisi in maiestate, & dicebant excessum eius. Moyses & Elias oracula legis & prophetiae designant, quae in Domino cōpleta, & nunc doctis patent, & in futuro electis manifestius patebunt. In Moyse quidē, qui mortuus est, hi qui ante diē iudicij a morte sunt resuscitandi: & in Helia, qui necdū mortuus est, hi qui uiui sunt inueniendi, designatur: quia simul obuiam Domino in aera rapietur, & ad uitam aeternam ducentur.

Dicit ei Petrus: Domine, bonum est nos hic esse, etc.] Et quidē, ut alius Euangelista testatur, beatus Petrus nesciebat quid dixit, dū sibi in terra posito caelestia promissa dari sperauit, dūq; in caelesti cōuersatione tabernacula figēda putauit, ubi nulla aduersitatis aura remanebit: & dū prophetas & legē ab euangelio sequestrari putauit, cuius quasi ministri fuerunt. Sed nouerat quid ait, cū dixit: Domine, bonum est nos hic esse, quia reuera solum hominis bonum est, intrare in gaudium Domini sui, & huic contēplando adhaerere.

Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos.] Vt inde discat, qui materiale tabernaculum quasi uisit, in resurrectione nō tegmine domorum, sed spiritus sancti gloria sanctos esse protegēdos.

Et ecce uox de nube dicit, etc.] Notandū quod sicut mysteriū trinitatis, Domino in Iordane baptizato declaratur, ita in monte clarificatio: quia quem in baptismo cōfitemur, in resurrectione collaudabimus. Nam hic spiritus sanctus in nube lucida, illic in columba: quia qui nūc simplici corde fidem quam percipit, seruat, tunc aperta luce contēplabitur, quod crediderat.

Et uidentes discipuli, ceciderunt, etc.] Timebant enim, quia se errasse cognouerant, uel uisa nube, uel audita uoce.

Et accessit Iesus, usq; Nolite timere.] Tetigit enim clementer, ut mens metu sublato dicentis, uerbo auditum admitteret.

Leuantes autem oculos suos, neminem uiderunt, etc.] Solum Iesus ablati nube Moyses & Helia cernitur, ne incertū uideretur testimonium dare pater, siue in Christo legis nubila & prophetiae mysteria impleta aperiuntur.

Et descendit illis de monte, etc.] Non uult haec predicari, ne post tantā gloriā crux scandalū fiat.

Quid ergo scribit dicit, quod Helia oportet primū uenire.] Haec traditio pharisaeorum est, iuxta Malachiam, quod Helias ueniat ante aduentū Christi, & restituat omnia in antiquū statū. Ac si dicat: Si ita uenisti in gloria, cur p̄cursor tuus nō apparet?

At ille respondens ait eis: Helias quidem uenturus est, etc.] Helias omnia restituens ante diē Domini magnū uenturus promittitur, ut corda patrum in filios cōuertat, id est, ut Christo credant, & restituant antichristo, & hoc quod morti debet restituat.

Dico uobis, quod Helias iam uenit.] Hoc dicit de Ioanne, qui in spiritu Helias erat.

Et non cognouerunt eum, etc.] Hoc est, spreuerunt & decollauerunt.

Sic

Sic & filius hominis passurus est ab eis.] Quia Herodes & Herodiades illudentes, & ad iudicium Pilati remittentes, crucifigentibus consentirent: licet ipsi eum non interficerent.

Et cum uenisset ad turbā, accessit ad eum homo, etc.] Hūc rumore uulgi Matthæus lunaticū, quem Marcus surdum mutūq; scribit: non quod luna demonibus seruiat, sed quod cursus eius demon obseruans corripit homines, ut per creaturā si possit, infamet creatorem. Iuxta tropologiam lunaticus, qui in cepto non persistit, significat eos qui nunc in ignem libidinis, nunc in aquam cupiditatis feruntur. Accusantur apostoli non posse illū curare, non quia hoc ad illorū referatur imbecillitatē, sed ad curandorū infidelitatē.

O generatio incredula, etc.] Dicit enim hoc nō tēdio superatus, sed ut pius medicus non homini, sed uitio iratus.

Et increpauit illum Iesus.] Ex precedentibus peccatis hunc lunaticum demon inualuisse cognoscitur, dū ipse nō demon a Domino corripitur.

Et exiit ab eo demonium.] Nam secundū Marcū, exiuit clamans multū, & discerpens eum: siue ut odium incuteret uirtutis, siue ut suae indicaret expulsiōnis iniuriā.

Amen quoc; dico uobis, si habueritis fidem sicut granū sinapis, etc.] Non enim, ut aliqui putant, grano sinapis fides cōparatur parua, sed magna: sicut nec carnalis est trāslatio montis, sed eius qui a Domino translatus fuerat ex lunatico.

Hoc autē genus non eicitur, nisi per orationem & ieiunium.] In hoc non solum apostolos, sed & omnes ad uitam instituens: ut nouerimus quoc; maiora tentamenta hoc remedio esse superanda.

Et cum uenisset Capharnaum, accesserunt qui didrachma accipiebant, etc.] Post Augustum Caesare Iudaea tributaria facta est, unde & Ioseph profectus est in Bethlem, nutritus Nazareth, quod est oppidum Galilaeae urbis Capharnaum: ubi censores qui exigebant tributū, nō audent ipsum pro signorum magnitudine, sed discipulum conuenire: siue malitiose, sicut alibi interrogant.

Et cum introisset domum, praeuenit eum Iesus, dicens.] Praeuenit enim Dominus, ne scandalizentur discipuli ad postulationem tributū, cum eum uident nosse, quae gesta sunt se absente.

Quid tibi uidetur Simon, etc.] Qui enim ex utraq; substantia regis filius natus erat, soluere tributū nō debebat: sed per assumptā humanitatem, ut crucē pro nobis sustinuit, sic & tributa dedit.

Vade ad mare, & mitte hamum, etc.] Mystice piscis, qui primus est captus, in profundo maris erat, id est, primus Adam, ut per secundum Adamū primus liberaretur. stater, id est, confessio, duo habet didrachmata: & meritū, quia pro peccatore & iusto reddebatur, diuifum est precium.

CAPUT XVIII.

Quis putas maior sit in regno caelorum? Tributo pro Petro atq; Dño reddito, arbitrati sunt cū apostolis omnibus esse prelatū, & ideo interrogant, quis maior sit in regno caelorum. i. ecclesia.

Et aduocans Iesum paruulum, etc.] Vel simpliciter aetate paruulū, ut similitudinē innocentie demō-

Beda tom. 5.

straret: uel seipsum, qui ministrare, non ministrari uenerat, ut eis humilitatis exemplum tribueret, ostendit.

Nisi conuersi fueritis, etc.] Ut instar aetatis paruulae simplicitatem sine arrogantia conseruent.

Quicumque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, etc.] Qui sicut paruulus non laesus, meminit, nō cernens mulierē delectatur: & se in exemplū mei humiliauerit, hic intrabit in regnū caelorum.

Qui autem scandalizauerit, etc.] Multo utilius est, noxium poena temporalī, quāuis atrocissima, uitam finire corpoream, quā laedendo fratrem mortem animae mereri perpetuam.

Ve mundo a scandalis.] Cum necesse sint in isto mundo scandala, uē qui suo uitio scandalis patet: & generali sententia Iudas percussit, qui proditori animū praeuauerat.

Si autem manus tua, uel pes tuus, scandalizat te, etc.] In manu necessarios, propter opus, amicos: in pede, propter ministeriū discursus, in emēdabiles in laesione animae admonet excludendos.

Et si oculus tuus scandalizat te, etc.] Scandalū Graecū uerbum est, quod nos offendiculum, uel impactionem pedis dicimus. Et si is cuius prouisione opus habem, in iter nos erroris deflectere querit, penitus nobis est eius omittenda societas.

Dico uobis, quia angeli eorum, etc.] Angeli paruulorum, id est humilium, assidua contemplatione Dei perfruuunt. Faciem quoc; humano more ponit pro uisione & agnitione certissima.

Venit enim filius hominis saluare quod perierat.] Id est, restaurare, quod contritū & abiectum erat. & ideo saluatum ab eo nolite perdere.

Quid uobis uidetur, si fuerint alicui centum oves, etc.] Eadem per parabolam, quae antea uerbis docens, ut per bonum pastorem ouiculum humeris ob nimiam infirmitatem reportatam, id est, genus humanum suo sanguine redemptum, & numero angelorum sociatum dissolueret.

Si autē peccauerit in te frater tuus, etc.] Si peccauerit in nos frater noster, dimittendū habemus potestatem: sed corripiendus est frater seorsum, ne permaneat in peccato. Et si quidē audierit, lucrifacimus animā eius: & per alterius remediū, nobis quoc; salus acquiritur. Quo igitur ordine scandala declinare possumus insinuat, si nos ipsos ne quē laedamus attendimus: si peccantē zelo iustitiae corripiamus, si ex corde poenitenti, misericordiae pietatisq; uiscera pandimus.

Si autem non te audierit, etc.] Multis postremo dicēdū est, ut detestationis loco eū habeat: & qui nō potuit pudore saluari, saluetur opprobrijs. Quando autē dicitur, Sit tibi sicut ethnicus & publicanus: ostenditur maioris esse detestationis, qui sub nomine fidelis agit opera infidelis, quā qui perfectē gentiles sunt.

Quicumq; alligaueritis, etc.] Potestatem tribuit apostolis, ut sciant quā talibus condemnantur, humanam sententiam diuina roborari.

Quia si duo ex uobis consenserint, etc.] Possumus & hoc spiritualiter intelligere, quod ubi spiritus & anima, corpusq; cōsenserint, de omni re quam petierint, impetrent a patre: nullūq; dubium,

d. 4. quin

quin honorum rerum postulatio sit, ubi corpus ea uult habere, quæ spiritus.

Tunc accedens Petrus ad eum, dixit: Domine, quoties peccauerit in me frater meus, &c.] Ut peccanti fratri dimitteret, interrogatus respondit, quadringentis nonaginta uicibus: ut torrens peccati fratri dimitteret in die, si poenitentiam ex corde fecisset, quotiens ille peccare non posset.

Ideo assimilatum est regnum celorum homini regi, qui uoluit rationem ponere cum seruis suis, &c.] Iuxta morem Syrorum, & maxime Palæstinorum parabolâ posuit: ut quid per simplex præceptum teneri ab auditoribus non potest, per similitudinem teneatur. Qui rationem cum seruis suis posuit: quis melius quam redemptor noster intelligitur, de quo Psalmista: Deus, inquit, iudicium tuum regi dabit, &c.

Et cum cepisset rationem ponere.] Seruus hic qui decem talenta debuit, Iudaicus est populus, qui Decalogo legis restrictus, multarum transgressionum debitus fuerat obnoxius, quem Dominus suus iussit uenundari cum omnibus quæ habuit: quia propter delictorum magnitudinem, in exterram tradidit potestatem nationum, ut quod non luerit uero persoluere, cogerentur tormeto.

Procidens autem seruus ille, &c.] Cum ergo se legis populus coangustatus fenserat, ad preces conuersus, quod prius sponte noluit postea uicacius se facturum promisit: & cui poenitentiam per Esaiam dicitur, Deleui iniquitates tuas ut nubem, & quasi nebulam peccata tua. Sed quid postea seruus hic ingratus fecerit, audiamus.

Egressus autem seruus ille, &c.] Liberatus ergo de captiuitate Iudaicus populus, non solum redemptori suo minime gratias egit: sed etiam peccatis pristinis noua superadiiciens, in contemptum Domini sui, conseruam suam: hoc est, gentilem populum quasi sibi obnoxium, fatigare non distulit.

Uidentes autem conserui eius quæ fiebant, &c.] Qui sunt conserui isti, nisi apostoli & predicatorum Euangelij qui quotidie pro salute credentium contra dolum persecutorum Dominum implorant: ut in Actibus Apostolorum legitur, Et nunc Domine respice in minas eorum, &c.

Serue nequam, omne debitum dimisti tibi, &c.] Liberati ab angustijs, nullam postea compulsionem erga proximos pauperes habebant: sed debitores suos atrociter repetebant.

Et iratus Dominus eius, tradidit eum tortoribus, &c.] Id est, blasphemum populum in manus Romanorum: siue malignis spiritibus, qui incorrigibilem animam neque quæ eorum æternis cruciatibus, sine fine puniret.

Sic & pater meus celestis faciet uobis, &c.] Ex quibus uidelicet dictis constat, quia si hoc quod in nos delinquitur, non ex corde dimittimus: & illud rursum a nobis exigitur, quod nobis iam per poenitentiam dimissum fuisse gaudebamus.

CAPVT XIX.

Et factum est cum consummasset Iesus sermones istos, &c.] Hinc ergo incipit ea narrare, quæ in Iudæa Dominus fecit, docuit siue passus est: & primo quidem trans Iordanem ad orientem, deinde etiam cis Iordanem, quando uenit Hierichum, Bethphage & Hierosolymam. Nam omnis Iudeorum pro-

uincia, quæ generaliter ad distinctionem aliarum gentium, Iudæa dicta sit: specialius tamen meridiana eius plaga appellatur Iudæa, ad distinctionem Samariæ, Galilææ, Decapolis, & cæterarum in eadem prouincia regionum.

Et secuta sunt turbæ multæ, & curauit eos ibi.] Galilæos in Iudæa finibus curat, ut peccata gentium in eam ueniam, quæ Iudææ parabatur, admitteret.

Si licet homini dimittere uxorem suam quacumque causa.] Interrogat, ut quali cornuto quodcumque derit, teneant syllogismo. Si diceret dimittere esse, & aliam ducendam, sibi met predicator pudicitiam docere uideretur: si non dimittere responderet, quasi sacrilegus aduersus doctrinam Moysi, & per Moysen Dei teneretur. sed scripturam in testimonium ducens Dominus, ut discipulam transeat, & naturalē legem, primamque Dei sententiam secundo opponens, quæ non uoluntate Dei, sed peccantium necessitate concessa est.

Quia qui fecit ab initio masculum & feminam fecit eos, &c.] Singulari numero protulit, ut unius coniugis consortia neceretur. Præmium nuptiarum, ex duobus unam fieri carnem. Castitas iuncta spiritui, unus efficitur spiritus.

Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet.] Quod Deus unam efficiendo carnem coniunxit, non potest homo separare, nisi forte solus Deus. homo separat, quando propter desiderium secundæ uxoris, primam dimittit.

Quomodo Moyses ad duritiam cordis uestri permisit uobis dimittere uxores uestras, &c.] Non Deus, sed Moyses permittit, uidens desiderium secundarum: quia maluit indulgere discordiam, quam odia & homicidia perseverare: ut iuxta Apostolum, consilium esset hominis, non imperium Dei.

Quia quicumque dimiserit uxorem suam, &c.] Vna ergo solummodo carnalis est causa, id est fornicatio: & una spiritualis, id est timor domini, ut uxor dimittatur, sicut multi religiosi causa fecisse leguntur.

Dicunt ei discipuli: Si ita est causa homini cum uxore, non expedit nubere.] Id est, si tam graue est iugum uxorum, non expedit liberum uoluntarie se subijcere seruituti, cum guloſa, maledica & uaga erit sustinenda.

Qui dixit eis: Non omnes capiunt uerbum istud, &c.] Id est, his datum est, qui petierunt uirginitatem, & ut acciperent, laborauerunt: non quibus necessitatem casus & fortuna imposuit.

Sunt enim eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt, &c.] Duo ergo sunt genera eunuchorum carnalia, tertium spirituale, cui præmium promittitur, eo quod propter Christum cum possent esse uiri, sunt eunuchi: cæteris quibus castimoniam necessitas est, non uoluntas, nihil omnino debetur.

Qui potest capere, capiat.] Hortatis uox est, & milites suos ad præmium pudicitiam concitantis. ac si dicat: Qui potest pugnare, pugnet, superet ac triumphet.

Tunc oblati sunt ei paruuli, ut manus imponeret & oraret.] Putabant enim, quia Dominus corpore mundos tantum laudaret, non & uoluntate: nescientes quia Dominus illos non beatificauit eunuchos, quos pueritiæ necessitas facit castos, sed continentiam uirtus.

Disci-

Discipuli autem increpabant eos.] Necdum habentes plenissimam fidem, putabant eum in similitudinem hominum, offerentium importunitate lassari.

Iesus uero ait eis: Simite paruulos uenire ad me, &c.] Significanter dixit, talium, non istorum: ut ostenderet non aetatem regnare, sed mores.

Et cum imposuisset eis manus, abiit inde.] Imponit ergo Dominus paruulis manus, quando humilibus auxilij sui gratiam tribuens, secundum uoluntatem suam eos dirigit, ut suis possint obsequi præceptis.

Et ecce unus accedens ait illi: Magister bone, &c.] Audierat credo tantum eos, qui paruulorum uelint esse similes, dignos esse introitu regni celestis, atque ideo cupiebat non parabolas, sed aperte quibus operum meritis uitam æternam consequi possit, exponit.

Quid me interrogas de bono: unus est bonus Deus.] Non bonitatis testimonium renuit, sed magistri absque Deo excludit errorem, in cuius comparatione nullus est bonus.

Si autem uis ad uitam ingredi, serua mandata, &c.] Adoleſcentem istum tentatorem esse ex eo probare possumus, quod fraudulenter quæ sunt illa mandata, quasi non ipse legerit, interrogat: aut Dominus possit Deo iubere contraria.

Omnia hæc custodiui, &c.] Mentitur adoleſcens, si quod in mandatis propositum est, opere conpleſset.

Diliges proximum tuum sicut teipsum.] Nequaquam tristis abiisset, qui sua uendi, & pauperibus audisset erogari debere.

Si uis perfectus esse, uade, &c.] Facilius enim saccus contemnitur, quam uoluntas. Multi diuitias relinquentes, Dominum non sequuntur: quem se qui, est imitari. In præceptis legalibus actiua uita commendabatur, de cuius perfectione gloriantem ad Euangelicæ contemplationis decorē Saluator transmisit dicens: Uade, uende, &c.

Amen dico uobis, quia diues difficile intrabit in regnum celorum.] Non ait, impossibile est, sed difficile: quia maximi laboris est, in pecunijs confidentes autem regni celestis intrare. unde Salomon ait: Qui amat diuitias, fructus non capiet ex eis.

Facilius est camelum per foramen acus transire, &c.] Quod intelligens Psalmista ait: Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. & de seipso ait: Quonia unicuique & pauper sum ego. Altiori autem sensu, facilius est Christum pati pro dilectoribus secularibus, quam dilectores seculi ad Christum posse conuertere. Cameli enim nomine se uoluit intelligi, quia sponte humiliatus, infirmitatis nostræ onera sustulit.

Auditis his discipuli, &c.] Quod pertinet ista responsio, nisi quia intellexerunt omnes, qui diuitias amant, etiam si adipisci nequeant, in diuitum numero deputari.

Apud homines hoc impossibile est, &c.] Id est, possibile est Deo, ut per uerbum a cupiditate temporarium, ad amorē conuertantur æternorum. Possumus in diuite isto Iudaicum intelligere populum, falso in obseruatione legis gloriantem, & euangelicam perfectionem spernentem: cui merito camellus, id est, gentilis populus præfertur, qui facilius ardua uia mandatorum Dei elegit ingredi: sicut

Beda tom. 5.

in Esaiâ legimus, quæ cameli Madia & Ephraim portas Hierusalē cum donis & muneribus ingrediuntur.

Tunc Petrus respondens, &c.] Ac si diceret: Fecimus quod iussisti, quid dabis nobis præmij.

Amen dico uobis, quod uos qui secuti estis me, &c.] Quia enim duodenario sæpe numero solet uniuersitas designari: per XII. sedes apostolorum, iudicantium omnium uoluntas: & per XII. tribus Israel, uniuersitas eorum qui iudicandi sunt, ostenditur.

Et omnis qui reliquerit domum, &c.] Et est sensus: Qui carnalia pro Saluatore dimiserit, spiritualia recipiet: quæ comparatione & merito sui ita erunt, quasi paruulo numero centenarius comparatur.

Multi autem erunt primi, nouissimi: & nouissimi primi.] Hoc in Iuda & latrone, necnon & quotidie impletur: quia alij quod spiritu inſeipiunt, carne consummant: alij sero incipiunt, sed bono fine consummant.

CAPVT XX.

Simile est regnum celorum homini patrifamilias, &c.] Patrifamilias conditor noster est, qui in uineam suam, id est, ecclesiam, quot sanctos ab Abel iusto, usque ad ultimum sanctum, qui in fine mundi uenturus est, protulit, quasi tot palmites misit.

Conuentione autem facta cum operarijs, &c.] Denarius imaginem regis habet, & unusquisque qui ad ecclesiam propinquat, in Christo debet imaginem recipere Deitatis, quæ in paradiso liuore serpentis perdidit. Huius uineæ operarij primò patres, deinde legis doctores & prophete, ad extremum apostoli, sacrorum in ea morum excolebant, prout tempus dictauerat, uenustatem.

Et egressus circa horam tertiam, &c.] Ab initio enim usque ad finem mundi istius, ad erudiendam fideliū plebem, Dominus destinare predicatorum non desistit: cuius mane ab Adam ad Noe usque protendebat: hora uero tertia, à Noe usque ad Abraham: sexta uero, usque ad Moysen: nona à Moysen usque ad aduentum Domini fuit, in quibus antiquus ille populus, dum recta fide Deum colere studuit, quasi in cultura uineæ laborauit. Unde prima uero est ab aduentu Domini, usque ad finem mundi, in qua gentiles, qui antea ociosi stabant, per operatores apostolos, ad uineam Domini uocantur: qui dicebant, Quia nemo nos conduxit, id est, uisum uias aperuit. Possumus etiam easdem horarum diuersitates ad unumquemque hominem per aratum mometa distinguere: quia ad uitam bonam alius in pueritia, alius in adoleſcentia, alius in iuuetute, alius in senectute, alius in decrepita ætate perducitur.

Cum autem fero factum esset, &c.] Tempore enim præterito, futuri temporis per similitudinem exponit rationem, in quo Christus totius creaturæ procurator & rector omnibus mercedem restituet, ut recipiat unusquisque propria corporis, prout gessit. Et incipiet à nouissimis usque ad primos, uel quia plerumque ante remanerant sero ueniens: quæ prius ad regnum exeat de corpore, uel quæ æqualem uitæ æternæ retributionem sortiuntur.

Cum uenissent ergo qui circa undecimam horam abierant, &c.] Quasi ergo post murmurationem denarium acciperunt, qui post longa inferni tempora ad gaudia regni peruenierunt, quæ nos quasi sine mur-

d 3 mura-

muratione post mediatoris aduentū sumimus, quia mox, ut de corpore eximus, sine mora illa percipimus.

At ille respondens uni eorum, &c.] Iste amicus qui increpatur, protoplastum & eos qui in illo tempore crederant, potest significare, cui dicitur: Non ne ex denario cōuenisti mecum, id est, receperisti mercedem, quam tibi promiseram: hoc est, imaginem & similitudinē meam, quid quæris amplius, & nō tam ipse plus accipere, quam aliud nihil accipere desideras.

Volo autē & huic nouissimo dare, &c.] Verē enim Iudæi oculum prauū, id est, nequam habentes, in reuentionē questi sunt cōtra benignitatem Dei: & stultē, cū collatio regni nō humani est meritū aut dignitatis, sed diuinā est p̄statio bonitatis.

Sic erunt nouissimi, primi: & primi, nouissimi.] Id est, Iudæi de capite uerterent in caudam, & gentes de cauda mutabuntur in caput.

Multi enim sunt uocati, &c.] Quia ad fidem multi ueniūt, & ad cœlestē regnū pauci perducuntur.

Et ascendens Iesus Hierosolymam, assumpsit duodecim, &c.] Crebrō hoc ipsum discipulis dixerūt, sed quia multis in mediō distanibus, poterat labi de memoria, quod audierant: iterat nunc Hierosolymā ascendens, ut ad tentationem eos prępararet, ne cū ueniret persecutio crucis, & ignominia, quasi minus pręmuniti scandalizarentur.

Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi, &c.] Unde opinionem regni sumpsit, cum ille ignominiam nunciaret passionis, nisi ex uerbo, quod Dominus dixerat: Et die tertia resurget. Putabat enim eum post resurrectionem ilico regnaturū, & postulat errore muliebri, & pietatis affectu, nesciēs quid peteret. Quemadmodū Petrus, quādo tria tabernacula putabat astruēda.

Respondens autē Iesus, dixit eis: Nescitis quid petatis.] Mater postulat, & Dominus discipulis loquitur: intelligens preces eius ex filiorū descendere uoluntate. Bonū desiderium, sed inconsiderata petitio: quæ ideo non confunditur, quia de amore Domini nascebatur, quare non uoluntatem eorū, neq; propositū, sed solā ignorantiā culpauit.

Potesis bibere calicem, &c.] Nomine enim calicis siue baptismi, passionē designat martyrii, quæ & ipsum & illos decebat consummare: quā Iacobus ab Herode, Ioānes à Domitiano suscepit, à quo in feruentis olei fuit dolium missus, nec non & in insulam Pathmum relegatus. Inde uidebimus martyriū animo non desuisse, licet non fuderit sanguinem persecutor.

Sedere autē ad dexterā meam, &c.] Hoc est: Non est meum dare superbis, hoc enim adhuc erāt. Sed si uultis illud accipere, nolite esse quod estis: alijs paratum est, & uos alij estote, & uobis paratum est. Quid est, alij estote: prius humiliamini, qui iam uultis exaltari.

Et audientes decē, indignati sunt de duobus fratribus.] Intelligitur uel ex responsione Dñi, uel ex indignatione apostolorum, quod filij matrem ignorantes, mensuram suam immodica cupiditate accensū, immiserunt ad grandia postulanda.

Iesus autē uocauit eos ad se, &c.] Mittis magister

nec duos cupiditatis, nec decem indignationis increpat & liuoris: sed docet exemplo eum maiore esse, qui minor fuerit: & ut si dicta paruipenderent, erubescerent ad opera.

Et egredientibus illis ab Hiericho, &c.] Hoc Marcus de uno factū cæco cōmemorat. Quæ ita soluitur questio, ut illa soluta est de duobus, qui legione demonū in regione Gerasenorū patiebantur. Hiericho, quæ interpretatur luna, defectum nostræ mutabilitatis & mortalitatis significat: de qua Christo ad cœlestem Hierusalē redeunte, multa turba credentiū subsecuta est. Duos uero cæcos pleriq; Phariseos & Sadduceos, alij utrunq; populū ueteris & noui Testamēti interpretantur: qui necdū poterāt dicere, In lumine tuo uidebimus lumē. Secus uia dicit, quia uidebatur habere notitiā: sed uiam, quæ Christus est, ignorabant. Alter quidē scriptā legē, alter naturalē sequens: sed uterq; sine Christo cæcus erat, qui ad cœlos Dño ascendente, quia per se uidere nō poterant, audientes præconia Saluatoris, & confessi sunt filiū Dauid, & suæ salutis & illuminatiōis sp̄e habere studuerūt, & q̄s esset uerū religiōis cultus, inuestigādo p̄quirebāt.

Turba autē increpabat eos, &c.] Multi primō Iudæi, ut in Actib. Apostolorū legimus, deinde etiam gētiles, acriori ac fortiori persecutione frequēter instabāt, ne illuminandus Christus mundus inuocaret. Nec tamē eos qui ad uitā erant prædestinati eternā, uelanus impugnantū furor dispoſita ualebat salute priuare. Moraliter turbā increpantē, tumultum cogitationum curarūq; carnalium, nostro spiritali studio atq; orationi resistentem, interpretari ualemus, quem firma animi constantia oportet superare.

Et stetit Iesus, & uocauit eos, &c.] Stare em̄ Dei est, incommutabili cogitatione, mutabilia cuncta disponere: quod etli propter nos tēporalia pertulit, inde tamen lucem nobis tribuit, unde habere mutabilitatis transitum nescit.

Miserus autē eorū, &c.] Tacitus misericordie, q̄d natura siue debilitas tulerat, donat. Postea sequitur Iesum nō tā pedib; q̄ uirtutibus: quē uidet & sequitur, qui bonum q̄d intelligit, operatur.

CAPUT XXI.

Et cū appropinquassent Hierosolymis, &c.] Bethphage enim erat uiculus sacerdotū, in mōte Oliueti, & interpretatur domus buccę, siue domus maxillarū. Bethania, quā huic Lucas adiungit, uillula siue ciuitas in eiusdē mōtis latere est cōstituta, & dicitur domus obediētiae, quas Hierosolymā uenturus præsentia sua sublimauit: quia multos ante passionem suā docendo donis piæ confessionis & obediētiae spiritalis impleuit. Quæ pulchrē ciuitates in monte Oliueti positæ referuntur, hoc est in ipso Domino, qui nos spiritalium charismatum refouet unctiōe.

Tunc Iesus misit duos discipulos, &c.] Id est, doctores, qui indocta totius orbis litora quasi cōtrapositi castelli mœnia euangelizando penetrarent. Hos quidā duos apostolos Petrū & Philippum interpretatus est, qui primū Iudæicos fines trāsgrediētes, gentiles ad Christū deduxerūt. Philippus

lippus Samariam, quasi alinam: Petrus Corneliū, quasi pullū alinæ præsentauit. *Et statim inueniētis alinā alligatā, &c.]* Alina synagogā, quæ iugū legis traxerat: pullus alinæ, lasciuū ac liberū nationum populū demonstrat. Vtrunq; ingrediētes mundū prædicatores perfidie uinculis & suniculis peccatorū inuenerunt alligatū: ut Apostolus, Omnes enim, inquit, peccauerūt, etc. Solus ergo Mattheus, qui Hebraico sermone Euangelij scripsit, alinā Dño adductam cōmemorat: reliqui tres pullū, ut ostenderet synagogā etiā, si pœniteret, salutē nō esse dubitandā. Porro duo discipuli geminū prædicatorū ordinē in circūcisiōe & præputiū, siue geminæ dilectionis sacramentū ostendunt. *Et si quis uobis aliquid dixerit, &c.]* Præcipitur doctoribus, ne obliuiscerent ad ueritate prædicare desistat, eo q̄ etiā talitū licet peccatores sint, aliqui ordinantur ad uitā. *Hoc autē uerū factū est, &c.]* Hoc testimoniū in Zacharia scriptū est. Sed sciendū est, q̄ secundū literā in paruo itineris spacio super utraq; animal Dñs sedere nō quierit. Ergo cū historia uel impossibilitatē habeat, uel turpitudinē, altiora petamus. Filia Syon, ciuitas est Hierusalē, & significat ecclesiā fidelī, quæ est filia supernæ Hierusalē, quæ est mater omnīū nostrū: quæ ex præputio & circūcisiōe per prædicatores adducta, Iesus suscepit, quia in eorū præcordijs habitauit, dicens eis: Discite à me, quia mitis sum, &c.

Et imposuerunt super eos uestimēta sua, &c.] uestis apostolica, uel doctrina uirtutū, uel disertio scripturarū, uel ecclesiasticorū dogmatū uarietas intelligi potest, quibus nisi anima instructa fuerit & ornata, seſſorem habere Deum nō mereur.

Plurima autē turba strauerūt, &c.] Portate Dñm alino, multi uestimēta sua in uia sternūt: quia sancti martyres proprię se carnis amictu exuētēs, simpliciorib; Dei famulis uia suo sanguine parant, ut uidelicet in offenso gressu mentis, ad supernæ mœnia ciuitatis, quod Iesus ducit, incedāt. Moraliter Iesus alinā sedēs, Hierosolymā tēdit, quādo quilibet fidelis animā regēs, uidelicet iumētū suū, ad pacis intimæ uisionē ducit. uestimēta uero in uia sternūt, q̄ corpora sua edomāt, ut ei iter ad mentē parēt, uel exēpla bona sequētibus præbeāt. *Alij autē cœdebāt ramos, &c.]* Ramos de arborib; cœdūt, qui in doctrina ueritatis sentētias patrū excerptū, & has in uia Dei ad auditoris animū ueniētis humili p̄dicatione summittūt.

Turba autē que precedebāt, &c.] Præcessit fide populū Iudæorū, eadēq; subsequitur gentiliū multitudo. unā oēs uoce Osanna Hebraicū, q̄d Latine sonat, Salua, clamabāt: quia q̄ salus mūdi sit Christus, agnoscebāt. addebāt, In excelsis: quia aduētus eius nō tū hominū salus, sed totius sit mūdi; terrena iungēs cœlestibus, ut omne genu ei flectatur cœlestiū, terrestriū & infernorum.

Et intrauit Iesus in templū Dei.] Ingressus ciuitatem primō tēplū adiit: nos q̄q; informās, ut in omni loco religionis diuine studiū orationis, omnib; terrenis negocijs p̄ponamus. Decima ergo die mēsis præcepit Moyses agnū sumere, & usq; ad decimū quartū diē seruare: præfigurās istū Dñi

aduentū, post habitū in Bethania conuictū. Decima die mēsis in ciuitatē ante Pascha quinq; diebus, in qua sustinebat, donec decimo quarto die mēsis Mosaicū agnū accipiēs, cū discipulis in locū orationis egressus, ubi à Iudæis cōprehēsus & ligatus, suæ iam uictimationis sacramēta inchoaret. *Et eijciebat oēs uendētes, &c.]* Excogitata uerunt hęc prædā de populo sacerdotes, ut hostiā diuersæ de longinquo ueniētibus uenderēt, ut ipsi rursum empta susciperēt, & ne hanc stropham eorū inopia ueniētū dissiparet, posuerūt nūmularios, qui sub hac cautione pecuniā darēt. Sed quia in lege usuras accipere erat prohibitū, & prodesse nō poterat pecunia fœnerata, q̄ nihil cōmodi haberet, excogitauerūt & aliā technā, ut pro nūmularijs colobystas facerēt, qui colibyda, q̄ nos tragemata, uel uilia munitula appellamus: uerbi gratia, uuarū passa & poma diuersi generis, p̄ cōeneratione pecuniæ acciperēt, ut q̄d in nūmo nō licebat, in his rebus exigerēt, quæ nūmis coemuntur. Isto modo latrones tēplum Dei in latronū speluncā cōuerterāt, qui lucra de religione sectabatur. Mysticē ingrediētur Iesus templū, id est, ecclesiā suam, ut episcopos & omne turbā de ea auaritiæ studentes expellat. Obserua p̄pter auaritiā sacerdotū altaria Dei nūmulariorū mēsas appellari, qui uendūt gratiā spiritus sancti, & omnia faciūt ut subiectos deuorēt populos: de quibus dicitur, Qui deuorat plebē meā, &c. Moraliter quoq; in mēte nostra, q̄ debet tēplū Dei esse, si quando in lesione p̄ximī cogitationes profert, quali in spelunca latrones resident, q̄ simpliciter gradiētes interficiūt. *Accesserūt ad eū cæci & claudi, &c.]* Sanauit cæcos, ut & ipsis calūniatorib; suis istorū illuminatio corporalis, fieret spiritalis lucerna cordis. Curauit claudos, ut in fide claudicantes ad Christū currēdo meliores acciperēt pedes. *Uidentes autē principes sacerdotū, &c.]* Quanta demētia sacerdotū. Maximū, ut mihi uidetur, inter omnia signa, q̄ Dñs exhibuit, aspiciēbant, ut homo & in illo contēptibilis, scribis & phariseis cōtra se faciētibus, & uidentib; sua lucra destrui, ad unius flagelli uerbera potuerit tantā eijcere multitudinē, & alia facere, q̄ infinitus nō fecisset exercitus. Igneū em̄ quiddā atq; sidereū radiabat ex oculis eius, & diuinitatis maiestas lucebat in facie: cūq; manū nō audeāt iniijcere, m̄ opera calūniantur, & testimoniū populi & puerorū qui clamabāt, Osanna fili Dauid, uertūt in calūniā: quia uidelicet hoc nō dicitur, nisi soli filio Dei. *Iesus autē dicit eis, Viq; Nunquā, &c.]* Q̄ moderate tēperat responsionē? Nō dixit, q̄ scribę audire cupiebāt: Bene faciūt pueri, q̄ mihi testimoniū perhibēt. Nec rursum errāt pueri, debetis atati ignoscere: sed profert exemplū de s. Psalmo, ut tacētē Dño, testimoniū scripturarū puerorū dicta firmaret. *Et relicto illis, abijt, &c.]* In illo egressu uocationē gentiū p̄figurat, & q̄ in Israel p̄manere nō potuit, & hoc q̄q; intelligendū est, q̄ tāta paupertatis, & ita nullū sit adulatus, ut in urbe maxima nullū hospitiē, nullūq; inueniret mōtionē: sed in agro paruulo

apud Lazarum, sororesq; eius habitaret.

Mane aut reuerſus in ciuitate eſt, &c.] Diſcuſſis no-
ctis tenebris & uicina meridie, qua Dñs paſſio
ne ſua illuſtraturus erat orbē, cū in ciuitatē re-
uerteretur, eſurijt: uel ueritatē humanæ carnis
oſtēdēs, uel ſalutē credētū, & credulitatē Iſrae-
lis eſtuabat. Vidit arborē cū folijs tātū, hoc eſt
ſynagogā cū ſupſtitioib. Phariſeorū & uerborū
ornamento ſine ullo fructu ueritatis immobilē:
& arefacta eſt ficulnea, quia eſuriētē Dño cibos
q̄s ille cupiebat, nō habebat. Siccauerūt folia,
& fractis ramis radix uiuet: de qua in nouiſſimo
tēpore, ſi credere uoluerint, uirgulta fidei pullu-
lēt, impleturq; ſcriptura dicēs: Eſt arbori ſpe-
s uidentes diſcipuli mirati ſunt, dicentes, &c.] In proxi-
mo paſſurus debuit diſcipulorū animos anticipa-
tione miraculi ſignare. Potuit ergo Saluator
eadem uirtute etiā inimicos ſiccare ſuos, niſi
eorum per patientiam expectaret ſalutem.

Reſpōdens aut Ieſus ait eis, &c.] Myſticę propter ſu-
perbiā ſuā diabolus exprimitur, qui prædicāti-
bus uerbum doctōrib. & ab eorū cordibus re-
pellitur, qui ad uitā ſunt præordinati, & in tur-
bulentis amarisq; infidelitū mentib. ueſantiā ſue
tyrannidis exercere permittitur: tātōq; acrius
in eos deſcendit, quanto ampliſ ſe dolet à læſio-
ne piorum fuiſſe depulſum.

Et omnia quecūq; petieritis in oratiōe credētes, accipietis.]
Hic quaritur, cur Paulus q̄ tertio Dñm, ut à ſe
angelus ſatanæ diſcederet rogauit, hoc nō po-
tuerit impetrare. Sed huius motio queſtiōis an-
tiqua iā patrum explanatione reſerata eſt, qui
ueraciter intellexerūt, illos ſolū in nomine Sal-
uatoris petere, qui ea quæ ad ſalutē perpetuā p-
tinent, petunt. Sæpē ſi ea que ad uerā ſalutē re-
ſpiciant petimus, ipſi malē uiuendo auditū no-
bis iuſti iudicis auertimus. & ſi pro peccantib.
ſalubriter ut reſpiciāt oramus, atq; ex noſtro me-
rito digni ſumus auditu: ipſorum tamen puerſi-
tas, ne impetremus, obſiſt it. Sed hic ſperandum
eſt, q̄ quamuis eorum ſaluatiōnē impetrare ne-
queamus, nequaquā tamen fructu precis noſtræ
priuemur: quia amoris quem illis impēdimus,
mercede donabimur. Fit etiā aliquando, q̄ pte
petita, ſi hic ſtatim non obtinemus, in futuro cū
dilatatione aucta poſſideamus.

Et cū ueniſſet in templū, &c.] De potestate calum-
niatur, q̄ Dei dubitant: & ſubintelligi uolunt,
diaboli eſſe q̄ faciat, addentes quoq; Quis tibi
dedit hanc potestatē, maniſteſſimē Dei filium
negāt, quē putāt ſigna alienis uirib. exhibere.

Reſpondens aut Ieſus dixit eis, Interrogabo uos, &c.] Pro-
pterea interrogat, ut ſuo uel ſilentio, uel ſentē-
tia condemnentur.

At illi cogitabant, &c.] Si enim de cœlo eſſe ba-
ptiſimum Ioānis reſpondiſſent, cōſequens erat
reſpōſio: Quare ergo nō eſtis baptizati ab eo?
Si uerò dicere uoluiffēt humana deceptiōe cō-
poſitum, ſeditionem populi formidabāt, qui ab
eo gregatim receperat baptiſimum, & eum ha-
buit ſicut prophetam.

Et reſpōdentes Ieſu dixerunt, &c.] Non neſcire ſe di-
cit q̄ cōſequens erat, quia ueritas mēiri nō po-

teſt: ſed eis nolle oſtendere, qui mendaciotēge-
bant quod ſcīrēt. impleturq; illud propheticū,
Parauit lucernam Chriſto meo, id eſt, Ioannem:
& inimicos eius induam confuſione.

Quid aut uobis uidetur, &c.] Homo iſte Deus pa-
ter eſt, qui omnes homines quos creauit, pater
no diligit affectu. Huius filius maior, gētilis eſt
populus, ex tempore Noe pcreatus, q̄ ſecundū
Lucā in eadem parabola rigidus & luxurioſus
deſcribitur. Vnde præcipiente patre per natu-
ralis legis notitiā. Vade operare in uinea: hoc
eſt, q̄ tibi nō uis fieri, alteri ne feceris. ſupbē re-
ſpōdit, Nolo. Poſtea uerò in aduētū Saluatoris
operatus eſt in uinea Dei, q̄ acta pœnitētia ſer-
monis cōtūmaciā labore correxit. Secūdus au-
tē, populus Iudeorū eſt, q̄ reſpōdit Moyſi: Oīa
quecūq; dixeris, faciemus. & non iuit in uinea.

Uenit enim Ioannes in uia iuſtitie, &c.] Viam ergo iu-
ſtitie Ioannes prædicans uenit, quia Chriſtum,
qui conſummatio legis & prophetarum eſt, ad
eſſe digito demōſtrauit. Porrò regnum Dei po-
teſt Euāgelium Dei intelligi, in quo gentes lu-
dæos præcedunt, quia citius crediderunt.

Alia parabolā audite. Homo erat paterfamilias, qui planta-
uit uinea, &c.] Deus pater plantauit uinea, quia
in terra repromiſſionis eiectis gentibus popu-
lum ſuum collocauit. Sæpē circūdedit, uel mur-
rum urbis, uel auxilia angelorū. Et fodit in ea
torcular, aut altaria, aut illa, quorū tres Paſalmi
titulo prænotatur. Et ædificauit turrim, id eſt, tē-
plum. de q̄ Micheas: Et turris nebulosa. Et loca-
uit eā agricolis, quos alibi operarios cōductos
appellat: & abiſſe dicitur nō loci mutatiōe, ſed
ut uinitoribus liberum reliquiſſe operandi oſtē-
datur arbitrium.

Cū autē tēpus fructuū adpropinquafſet, &c.] Serui qui
primi miſi ſunt, Moyſes & Aarō intelligi poſ-
ſunt, q̄s flagello cęfos uacuos dimiſerunt. uexa-
tus eſt Moyſes ppter eos, &c. Et ipſum Dauid
ſeruū ſummū patrifamilias affectū cōtumelijs
ſiue in capite uulneratū, q̄ Euāgelium Marci ſo-
nat, abiect erūt dicentes: Que nobis pars in Da-
uid, aut q̄ hereditas in filio Iſai: Regnū ſimul e-
ius ignobili, & religionē impietate mutauerūt.

Iterum miſit alios ſeruos, &c.] Seruos iſtos chorum
prophetarū intellige. Sed quē horum non ſunt
perſecuti: & occiderūt eos q̄ pronuntiabāt de
aduentu Dñi Saluatoris. q̄ uerò dicit, Alium cæ-
derūt, aliū occiderūt, aliū uerò lapidauerūt: le-
gam⁹ epistolā Pauli ad hebræos, & ex ea plenif-
ſimē diſcimus, q̄ ſeruorū Dei, quāta ppeſi ſunt.

Nouiſſimē aut miſit ad eos filiū ſuū, &c.] Qd̄ ait, Quia
uerebuntur filiū meū: nō de ignorantia uenit,
ſed ſemper ambigere dicitur Deus, ut libera uo-
luntas homini reſeruetur, & poſt tot ſclera
adhuc eis locum miſericordiæ reſeruauit.

Agricole aut uidentes filium, &c.] Maniſteſſimē p-
bat Dominus, non per ignorantia, ſed per inui-
diā principes Iudæorū crucifixiſſe filiū Dei. In-
tellexerūt hunc eſſe, de quo dictū eſt: Poſtula à
me, & dabo tibi gentes, &c. quādo aiebant: Ecce
mundus totus poſt eū abiſt. Cuius ſibi here-
ditatē uindicabant, quia fidē quæ per eū eſt, eo
occifo

occifo extingueret, & ſuā magis, que ex lege eſt,
iuſtitia præferre, ac gentibus imbuendis cona-
bantur inferere. Quod uerò extra uinea eſt oc-
ciſus, ſignificat uel q̄ extra portā ſit paſſus, uel
quod prius ab incredulorū cordibus repulſus,
ac deinde ſit cruci addictus.

Cū uenerit Dominus uinea, &c.] Interrogāt, non q̄
ignoret quid reſponſuri ſint, ſed ut propria re-
ſponſione damnentur.

Dicit illis Ieſus, Nunq̄ legiſtis in ſcripturis: Lapidē quē, &c.]
Quomodo inquit implebitur hæc pphetia, niſi
quia Chriſtus à uobis rephatus & occiſus, cre-
diturus eſt gentibus prædicandus, ut quali lapis
angularis ex utroq; populo unam ſibi fidelium
ciuitatem ædificet.

Ideo dico uobis, quia auferetur à uobis regnū Dei, &c.] Re-
gnū Dei ſacras dixit ſcripturas, ablatas à Iude-
is, & nobis traditas, ut fructus earū faciamus.

Et qui ceciderit ſuper lapidē iſtū, confringetur, &c.] Qui
per mala opera Chriſtū offēdit, confringetur
quidē, ſed tamen per patientiā Dei reſeruetur
ad ſalutē: qui uerò Chriſtū penitus negauerit,
irruēs ſuper illū lapis cōteret eū, ut ne teſta qui
dē remaneat, in qua hauriatur aque puſillū. A-
lio ſenſū. Peccātes hic quatit, in iudicio autem
ſuperueniet cum pœna perditionis.

CAPVT XXII.

Et reſpōdens Ieſus dixit iterū in parabolis, &c.] Regnū
cœlorum eccleſiā iuſtorū appellat quā regi
ſimilē eſſe dicit, illi utiq; de quo dicitur: Deus
iudiciū tuū regi da, &c. Qui fecit nuptias filio
ſuo: quia ei per incarnationis myſterium ſanc-
tā eccleſiam ſociauit.

Et miſit ſeruos ſuos, &c.] Miſit prophetas de Do-
minica incarnatione prædicatores, quos poſtea
ſub occiſorū nomine taurorū cōmemorat, eo
q̄ ſecundū legē ultionē de inimicis exercēbat.
Miſit iterum apoloſ ſub nomine altiorum
notatos, ob gratiā interne pinguedinis, ſeu deſi-
deria ſublimis contēplatiōis. Hæc epulatiōe p-
phetæ futurā, apoſtoli iam factam nunciabant.
illi aut neglexerūt, &c.] In uillā ire, eſt labori terre
no immoderate incubere: in negociatiōe ue-
rò ire, eſt actionē ſeculariū lucris inhiare, per q̄
quis ſecundum myſteriū incarnationis Domi-
nicæ uiuere diſſimulat.

Reliqui uerò tenuerūt ſeruos eius, &c.] Miſiſ itaq; ex-
ercitibus angelorum ſiue ducibus Romanorū,
perdidit ſuperbos martyrū pſecutores, & ciui-
tatē illorū ſuccedit: quia illorū nō ſolū animæ,
ſed caro quoq; in qua habitauerāt. gehēnā flā-
ma cruciabitur. Qd̄ ſequitur, de reprobatione
Iudæorū, & uocatione gentiū aptiſſimē ſonat.

Et egreſſi ſerui eius in uias, &c.] Viq; intelligitur do-
gmata & errores gentiliū. Sed ex omnibus his
ad nuptias uenerunt. i. Chriſto crediderunt, &
de ipſa qualitate cōuiuantiū apertē oſtenditur,
quod per has regis nuptias præſens eccleſia de
ſignatur, in qua cū bonis mali conueniunt.

Intrauit autē rex ut uideret, &c.] Ingreſſus regis ad-
uentum Dñi in iudicij die oſtendit, quādo fidē
& merita ſingularū diſcernere uenit. Porrò ur-
nus qui ueſte nuptiali nō inuētus aſſeritur, om-

nes qui in malitia ſunt ſociati, deſignat. Veſtis
aut nuptialis, præcepta ſunt Dñi, & opera quæ
ex lege & Euāgelio cōplentur, nouiſq; hominis
efficiunt indumentū. Amicū uocat, quia ad nu-
ptias inuitatus eſt, arguit impudentiæ, q̄ ueſte
fordida munditias polluerit nuptiales. At ille
obmutuit, quia omne tunc ceſſat excuſationis
argumentū, quando ille ſoris increpat, qui teſ-
tis conſcientię animum intus accuſat.

Tunc rex dixit miniſtris, &c.] Ligantur tunc pedes
& manus per diſtinctionē ſententię, qui modò
à prauis operibus ligari noluerunt. Interiores
quoq; tenebras dicimus, cæcitatē cordis: exte-
riores uerò, æternā noctē dñationis: in quā tūc
inuitus proſicitur, qui nunc ſpōte ececidit in cæ-
citatē cordis. illic dentes ſtridere, & oculi flere
perhibentur quatenus ſingula queque mēbra
ſupplicio ſubiaceant. que hic ſingulis quibusq;
uitijs ſubiecta ſeruebant.

Tunc abeūtes Phariſæi, &c.] Cæſar Auguſtus Hero-
dem filiū Antipatri alienigenā & proſelytū re-
gem Iudæis cōſtituerat, ut tributis præſeſt, &
Romano pareret imperio. mittunt igitur Phari-
ſæi diſcipulos ſuos, quaſ minus notos atq; ſu-
ſpectos cū Herodis militib. ſeu illudentes q̄ tri-
buta Romanis ſoluebāt, & nō diuino cuius de-
diti tantū erāt: aut ut abſcōditē facileq; decipe-
rent eū, uel ut deprehenſi, minus erubeſcerent
apud eū. Nā cōſilio malo depreheſo, tātō min⁹
naſcitur cōſilio, quanto fuerit pſona deterior.

Magiſter, ſcimus quia uerax es, &c.] Magiſtrū & uera-
cē uocant, ut quaſi homo honoratus & lauda-
tus, myſteriū eis ſui cordis ſimpliciter aperiret:
& fraudulēter prouocant, ut magis Dominū q̄
Cæſarē timens, dicat tributa ſolui non debere,
ut ſtatim Herodiani audientes teneant quaſi
principem contra Romanos ſeditionis.

Cognita autē Ieſus nequitia eorū, &c.] Non ſecundū
ſermones eorū pacificus blandē reſpondit, ſed
ſecundū conſcientiā eorū crudelē aſpera dixit:
quia Deus plerunq; ad animā loquitur, non ad
corpus: uoluntatibus reſpondet, non uerbis.

Oſtendite mihi numiſſa cenſus, &c.] Sapiētia ſapiēter
agit, ut ſuis potiſſimū tentatores ſermonib. cō-
ſententur: & ad hoc interrogat, ut ad ſermonem
eorum competenter reſpondeat.

Dicunt ei Cæſaris, &c.] Hic Cæſarē Tiberiū ſigni-
ficari, priuignū ei qui in loco præceſſerat uirri-
ci, ſub q̄ & Dñs paſſus eſt, intelligere debemus.

Reddite, inquit, Cæſari quæ eius ſunt.] Numū, tribu-
tū & pecuniā: & quæ ſunt Dei Deo, decimas
& primitias. Aliter, quemadmodū à uobis Cæ-
ſar exigit impreſſionē imaginis ſue, ſic & De-
us ut quæadmodū illi redditur numus, ſic Deo
animā, lumine uultus ei illuſtrata atq; ſignata.

In illa die acceſſerūt ad eum Sadducei, &c.] Qui animas
ſimul cū corporib. credūt interire, rectē illius
modi ſingūt fabulā, quæ deliramētī arguat eos
q̄ reſurrectionem aſſerāt corporum. Poſſe autē
fieri ut hoc aliquando in gente eorū acciderit.

In reſurrectione ergo cuius erit de ſeptem, &c.] Turpi-
tudinem opponunt fabulę, ut reſurrectionis de-
negent ueritatem. Verum myſticę ſeptē hi fra-
tres

tres sine filiis defuncti reprobis quibusque con-
gruunt qui per totâ huius seculi uitam, quæ se-
p̄t diebus uoluitur, à bonis operibus steriles
existunt: quibus uirginitas misera morte præe-
p̄tis, ad ultimum & ipsa mundana cōuersatio,
quam illi absq̄ fructu uitalis operis exegerant,
quali uxor infœcunda transibit.

Respondens autem Iesus, ait illis: Erratis, etc.] Quia lati-
na cōsuetudo Græco idiomati non respondet,
simpliciter dictum intelligamus, quod nubere
de uirginitate, & nubere de uxoribus, scriptum sit. Sunt e-
nim sicut angeli in cœlis absq̄ ullo mortis me-
tu & labe corruptionis, atq̄ sine ullo terreni re-
atus actû perpetua Dei uisione fruuntur.

De resurrectione autem mortuorum non legistis, etc.] De
quinque libris Moysi profert testimonium ad p̄-
bandam æternitatem animarum, propter Saddu-
cæos, qui illostantumodo recipiunt: quia stultū
erat proferre testimonium prophetarum, quorū
illī auctoritatem non sequebantur.

Non est Deus mortuorum, etc.] Postquā probauerat
Deum non posse fieri animarū, nisi persevera-
rent, consequenter corporū introducit resurre-
ctionē, cū quibus simul bona malae gesserūt.

Pharisæi autem audientes quod silentium imposuisset, etc.] In
unum conuenerūt dicentes apud se, Loquatur
pro omnibus, ut si uicerit, omnes uideamur
uictores: si autē uictus fuerit, uel solus uideatur
confusus, & quicquid mandatum magnū sit interro-
gat, ut quicquid ille responderit, occasione habe-
at calūniandi, aliud asserēs magnū esse de pluribus.

Ait illi Iesus: Diliges Dominum Deum tuum, etc.] Primū
ergo & maximū omnium mandatum est, cogni-
tio atq̄ confessio diuinæ unitatis, cū executio
ne bonæ operationis. Bona autem operatio, in
dilectione Dei & proximi perficitur.

Cogregatis autem Pharisæis, interrogauit Iesus, etc.] Nō re-
prehenduntur quod filiū Dauid dicunt, sed quod
Dei filium esse nō credūt. Dominus siquidē Da-
uid est, Deus ante tēpora manēdo, & filius Da-
uid in tempore homo nascendo.

Et nemo poterat respondere ei uerbū, neque ausus fuit, etc.]
Verbum quod pateret insidijs non inueniētes,
confutati ultra nō interrogant: sed apertissime
cōprehensum Romanæ tradunt potestati. Ex
quo intelligimus, uenena inuidiæ posse quidē
superari, sed difficile cōquiescere. Ad istam ergo
qui dolis iniquorū superari non potuit, sim-
plici corde & pia deuotioe, quasi ad salutis au-
ctorē accedamus, ut illuminemur, & uultus no-
stri nō erubescant. quia inuenitur à nō tentati-
bus, & fidem in illum habentibus apparet.

FINIS LIBRI TERTII.

Liber Quartus.



ONFVSIS, ut dignū erat, ac re-
pudiatis tentatoribus ad suos le-
sus sermonē cōuertit, ut illorum
confusio istis fieret disciplina. In
fructuosus namq̄ est sermo, si in
quo ut alter confunditur, sic nō alter erudiatur.

CAPVT XXIII.

Tunc Iesus locutus est ad turbas, usq̄, Dicit enim & nō sa-

ciunt, etc.] Per cathedram legis ostendit, & pro-
pter sacerdotiū nominisq̄ dignitatē exhorta-
tur populos ut subiciantur eis, non opera, sed
doctrinā considerātes. Horū in ecclesia nunc ex-
empla imitātur, qui subiectos docēt, quod ipsi
implere dissimulant, uel peccantibus. pōdus por-
nitentiæ adgrauantes: ut aut necesse est pœni-
tentiā rejiciat, aut suscipiens, dum ferre nō ua-
let, scandalizatus amplius peccet, quasi nō me-
lius sit propter misericordiā dare rationē, quā
propter crudelitātē. De talibus recte subiūxit,
quod sarcinas ipsas uno suo digito non tange-
rent: hoc est, ne in minimis quidem ea perface-
rēt, quæ cōtra morem patrū sine fide & gratia
Iesu Christi & seruare & seruanda tradere præ-
sumebant.

Dilatant enim phylacteria sua, etc.] Pictaciola Deca-
logi phylacteria uocabant, quæ in fronte quasi
ob custodiā & munimentū sui portabant, non
intelligentes quod hæc in corde assidua medi-
tatione portanda sint, non in corpore Domini
mandata. Erat etiā simbrina parua & breuis, in
quatuor pallij summitatibus propter differētā
uestiū eorū posita, sic ut in carne circumsisio ex
præcepto legis, quā mulier in pallio Domini,
quæ sanguine fluebat tetigit, sed non est cōpun-
cta superstitiosis sentibus pharisæorum.

Vos autem nolite uocari abbi, etc.] Hic multi de uo-
catione patrū & magistrorum mouēt quæstio-
nes, sed facile soluuntur, quod quomodo unus
per naturā Deus, & unus filius, nō præiudicat
cæteris, ne per adoptionē dñi uocetur & filij: ita
& unus pater & magister, non præiudicat alijs,
ut abusiue appellētur patres & magistri.

Qui maior est uesterū, erit minister uester.] Ac si dicat:
Quicumq̄ uult fratrem præuenire regnando, pri-
us illum necesse est præueniat obsequendo. un-
de apostolus ait: Honore inuicē præuenientes,
uincat eum officijs, ut possit uincere sanctitate.

Qui autem exaltauerit se, humiliabitur, etc.] Omnis qui
se in caute de meritis extollit, saltem in futuro si
perseuerat, humiliabitur à Domino: & qui pui-
de se de beneficijs humiliat, exaltabitur ab eo.

Ve uobis scribe, usq̄, Nec introeūtes sinitis introire.] Ac
si dicat: Ve uobis qui scitis aduentū meū corpo-
reū à prophetis prædicatū, & nec ipsi credidistis
superari, sed difficile cōquiescere. Ad istam ergo
qui dolis iniquorū superari non potuit, sim-
plici corde & pia deuotioe, quasi ad salutis au-
ctorē accedamus, ut illuminemur, & uultus no-
stri nō erubescant. quia inuenitur à nō tentati-
bus, & fidem in illum habentibus apparet.

Ve uobis scribe & Pharisæi, etc.] Diuersa eos lu-
tam de discipulis, quos de aduenis miscebant
populo Dei, quā per imaginē sanctitatis captā-
tes ostendit, & erat semel filius gehennæ, uidēs
magistrorum uitia: & intelligēs destruere eos
operibus, quod uerbis docebat, & ad uomitū
reuertens gentilitatis suæ, & quasi præuarica-
tor maioris pœnæ dignus extiterat.

Ve uobis duces cæci, etc.] Auaritiæ & impietatis
arguit strophæ inuentores & præceptores, quod
in tēplo aut in altari iurantē, nemo periturū reū
tenebat: eum autē qui in auro, quo ipsi delecta-
bantur, aut in dono, quo pascebantur iurabat,
quali

quali periturū reū, id statim in q̄ iurauerat exol-
uere cogebat, & ideo hæc sanctiora dicebantur,
ut prōptiores homines ad dona offerenda effi-
cerent, quam ad preces in templo fundendas.
Spiritualiter autem templum & altare, ipsum
Christum: aurū & donum, laudes & sacrificia
precū significāt, quæ in eo per eū offerimus. nō
enim ipse per hæc, sed ista per illū sanctificatur,
*Ve uobis scribe & Pharisæi hypocritæ, qui decimas men-
sæ, etc.]* Arguit eos auaritiæ, & propter alimonia
sacerdotum & leuitarum, quorū pars erat Do-
minus, studiose etiā uilium olerum decimas
exigant: & iudiciū in disceptatione negotiorū
misericordiāq̄ in pauperes, pupillos & uiduas:
& fidē in Deū, quæ magna sunt, prætermittāt.

Duces cæci excolātes culicem, etc.] Sicut tunc,
sic & nunc, cōtra præceptū Dei, quæ digna sunt,
sicut est iudiciū, & quæ superius posuit, deuo-
ram atq̄ negligimū: & opinionem religio-
nis in paruīs, quæ lucrum habent, diligentia de-
monstramus. possunt autem hæc per allegoriā
ad Iudæos referri, qui dimiserūt Barrabā, qui
non soluerat sabbatum, quod magna diligentia
observabant: occiderunt autem Dñm, spirita-
liter sabbatum insinuātem, per iudiciū & mi-
sericordiā & fidem, quæ illi maxime contemne-
bant. nā & culicis nomine nō absurde seditio-
sus & homicida figuratur: quia hoc animal &
strepēdo inq̄rat, & sanguine delectatur: & ca-
meli nomine, p̄pter humilitatē se ad subuehē-
da onera magnitudine, congruenter intelli-
gitur Dominus.

Qui mundatis quod de foris est calicis, etc.] Si-
mulationis arguuntur & mendicij, quod foris
in habitu ostenderent sanctitatem, intrinsecus
autem essent uitiorum sordibus pleni.

Munda prius quod intus est calicis, etc.] Hoc est:
Munda prius cor & conscientia à cōcupiscen-
tia & prauis desiderijs, à fraude & dolo, & sic
foris per opera ostēdes ueraciter sanctitatem.
hoc contra illos ualeat, qui corporalia peccata,
fornicationē, furtū, & cetera talia, quasi grauis-
sima detestantur: spiritualia uerò quæ nō minus
damnat apostolus, hoc est, amaritudinem, irā,
indignationem, clamorem, superbiam, & cæte-
ra, ut leuia contemnant.

Ve uobis scribe & Pharisæi hypocritæ, etc.] Sicut sepul-
chra foris calce, marmore & auro ornata sunt,
intus autē ossibus plena mortuorū: sic peruersi
magistri quia alia docēt, & alia faciūt, mūditiā
uestiū & uerborū humilitatē demonstrāt, intus
autem pleni sunt omni spurcitiā & iniquitate.

Qui edificatis sepulchra prophetarū, etc.] Simulabāt
quidē se ob fauorē uulgi captandum, patrū suo-
rum horrere perfidiā, memorias prophetarū,
qui ab eis occisi sunt, magnifice ornando, sed i-
pso opere testificātur, quantum patere nequitie
consentiant, Dominum qui ab eis dē prophetis
est prænunciatus iniurijs agendo occident.

Et uos implete mensuram parum uestrorum.] Hoc est:
Quod illis desuit, uos implete: illi interfecerūt
seruos, uos Dominum crucifigite. non hoc iu-
bendo dixit, sed quod facturi essent ostēdendo,

Serpentes & progenies uiperarum.] Id est: Sicut de-
uiperis uiperæ nascuntur, sic uos de homicidijs
homicidæ nati estis.

Quomodo fugietis à iudicio gehennæ.] Nunquid se,
pulchra sanctorum ædificantes, an potius à ma-
litiâ corda uestra mundantes.

*Ideo ecce ego mitto ad uos prophetas, usq̄, De ciuitate in ci-
uitatē.]* Id est: Ipse filius Dei misit apostolos, qui
prophetas ante mittebat. Simulq̄ obserua iu-
xta apostolum scribentem ad Corinthios, ua-
ria dona esse discipulorum Christi: alios pro-
phetas, qui uentura prædicant: alios sapientes,
qui nouerunt quando debeant proferre sermo-
nem: alios scribas in lege doctissimos, ex qui-
bus Stephanus, Petrus, Paulus occisi sunt, & p̄-
secutione multi à Iudæa expulsi ad gentium po-
pulum transmigrarunt.

Vt ueniat super uos omnis sanguis iustus, etc.]
Quomodo à Iudæis exquiritur sanguis, quem
non ipsi fuderunt: nisi quia moris est scriptura-
rum, duas sæpè generationes hominum, bono-
rum scilicet, malorumq̄ computare.

A sanguine Abel iusti, etc.] Cur Abel, qui pri-
mus fuit, & Zachariam, qui nequaquam ultra-
mus ponere uoluit: nisi forte, quia per Abel pa-
storē, qui in campo: & Zachariam sacerdotē,
qui in atrio templi necatus est, utriusq̄ gradus
martyres esse debere ex laicis, & ex altaris of-
ficio mancipatis sub eorum uolūtū intimare uo-
cabulo. De isto uerò Zacharia multorū fuit cō-
tentio, quis fuerit: sed nos illum putamus qui à
Ioas rege Iudæ inter templum & altare fuit oc-
cisis. Sed queritur, cur hic Barachie dicatur fi-
lius, cum in historia Regum Iosadæ filius asseri-
tur: Barachia scilicet in lingua nostra, benedi-
ctus Dñi dicitur: & sacerdotis Iosadæ iustitia,
Ebræo nomine demonstratur. & in Euāgelio q̄q̄
Nazaraei utitur pro filio Barachie filium Iosadæ.
Hieronymus scriptum se inuenire testatur.

Quoties uolui congregare filios tuos, etc.] Ani-
mantis ponit similitudinem, quæ tam magnum
in filios habet affectum, ut eorū infirmitate affe-
cta, & ipsa infirmetur. Et quod in ceteris dissi-
milis inuenies, alis suis filios protegens, cōtra
miluū pugnat: sic etiam mater nostra sapientia
Dei, q̄ per carnis susceptionē infirmata est, p̄te-
git infirmitatē nostrā, & resistit diabolo, ne nos
rapiat: & q̄ illa contra miluū conatur affectu,
hæc aduersus diabolum perficit potestate.

Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta.] Prædixit
enim, quod hæc de occiso, Romani uentire de-
buerunt: & quasi nidum uacuum diripiētes, tur-
lerunt eorum locum, gentem & regnum.

Dico enim uobis, nō me uidebitis, etc.] Hoc pro-
fecto mystice de illo eius aduentu intelligere co-
gitur, quo in claritate uenturus est. aliter, ha-
bent Iudæi datum sibi tempus pœnitentiæ, con-
fiteantur benedictum, qui uenit in nomine Do-
mini, & Christi ora conspiciant.

CAPVT XXIII.

ET egresus Iesus de tēplo, usq̄, qui nō destruitur. Iuxta
historiam, manifestus est sensus: mystice ue-
rò Dominus prouidens infirmitati nostrā, om-
nia illa

nia illa subuertit fecit, quatenus umbra & typo cessante uerorum, ipsa iam ueritas per orbē de clara palmam teneret.

Sedente autem eo super montem Oliueti, usq; Et consummationis seculi.] Mystice designans, quod quietus manens in sanctis, superborum detestatur amētiā, qui fructiferam sanctæ ecclesiæ cellitudinem semper inhabitare delectatur.

Iesus autem respondens dixit eis: Videte ne quis uos seducat, & reliqua.] Multi quod hic Saluator prædixit, qui falso libi nomen Christi uindicabant, extiterunt: ex quibus fuit Simon magus in Samaria, qui etiam magnam se Dei dicebat esse uirtutem, hæc quoq; inter cætera in suis uoluminibus scripta dimittit: Ego sum speciosus, ego paracletus, ego omnipotens, ego omnia Dei.

Audituri enim estis prelia & opiniones preliorum, & reliqua.] Admonentur ne statim abundante perturbatione præliorum desolationem prouintæ ultimamq; urbis ac templi excidium instare putarent, sed quod potius in quadragelimum differenda sint annum.

Conspurgens enim gens in gentem, & reliqua.] Hæc iuxta literam, excidium urbis præcessisse manifestum est. potest uerò mystice regnum super regnum, & pestilentia eorum quorum sermo serpit ut cæcer, & fames audiēdi uerbi Dei, & commotio uniuersæ terre, & a uera fide separatio: in hæreticis magistris intelligi, qui contra se inuicem dimicantes, ecclesiæ uictoriam

Tradent uos in tribulationem, & reliqua.] Notandum autem quod hæc Domini locutio partim ad captiuitatem Iudaicam, quæ à Romanis facta est, partim ad diem iudicij pertinet: & per Apostolos omnium credentium persona designatur, quod iuxta finem mundi, hi qui apostolicam fidem sequuntur, in tribulationibus probandi sunt.

Et tunc scandalizabuntur multi, & reliqua.] Quod principio factum legitimæ prædicationis Euangelicæ, & per partes agitur: maximè autem erit Antichristo in fine seculi adueniente, quando nimietate tormentorum & portentis lignorum, multiscandalizabuntur.

Et multi pseudoprophetae surgent, & reliqua.] Qui ergo in obsidione urbis & obsidētes alieni à Christo durabant, melius de hæreticis accipiendū putamus: qui contra ecclesiam uenientes, Christos se esse mentiuntur, quorum primus Simon

magus fuit, extremus autem ille maior cæteris est Antichristus.

Et prædicabitur hoc Euangelium regni, usq; Et tunc ueni et consummatio.] Perspicue significat, non ante aduenisse mundi finem, quā Euangelium in toto orbe prædicetur: opportunitatem uerò tunc illius temporis esse, cum prædicatum fuerit Euangelium omnibus gentibus, ad adiutorium scilicet, & salutē credētib; in testimonium uerò & damnationem, illud non credentibus.

Cū ergo uideritis abominationē desolationis, &c.] Hæc de aduētū Antichristi intelligi possunt, sicut ma-

nifesti iisimè apostolus Paulus prædicabat. potest & simpliciter aut de Christo accipi, aut de imagine Cæsaris, quam Pilatus posuit in templo: aut de Adriani equestri statua, quæ in ipso sancto sanctorum loco usq; in presentem diem stetit. abominatio, quoque secundum ueritatem scripturarum idolum nuncupatur.

Tunc qui in Iudea sunt, fugient ad mōtes, usq; nō reuertatur tollere tunicam suam.] Hæc iuxta historiā facta esse constat, iuxta uerò sensus spirituales, cum uiderimus abominationē desolationis stare ubi nō decet: hoc est, hæreses & flagitia regnare inter eos q; cœlestibus mysterijs uidebatur esse consecrati, & operantes iniquitatem, pacem fidelium perturbare. tūc qui in Iudea, hoc est, in cōfessione ueræ fidei persistimus, uirtutum culmen ascendere debemus. tunc qui super tectū est, hoc est, carnalia animo excedens spiritualiter uiuit: ne descendat ad infimos actus pristinæ cōuersationis, neq; ea quæ reliquerat mūdi carnis uel desideria repetat. Domus namq; nostra uel mundus hic, uel ipsa in qua degimus, nostra intelligentia est caro. Et q; in agro, hoc est, ecclesia: nō respiciat rem secularem, & labentis uitæ retina cula, quibus renunciauit.

Ve pregnantibus, &c.] Hoc quoq; secundum historiā dici potest, quod in persecutione Antichristi seu Romanæ captiuitatis prægnantes & nutriendes uteri, filiorum sarcina prægrauati, expeditam fugam habere nō quierint. Spiritualliter anima, quæ desiderijs carnalibus in illa uelima persecutione occupata inuenitur, æternum uæ subire oppressa cogitur.

Orate autem ut non fiat fuga uestra hyeme, uel sabbato.] In hyeme duritia frigoris prohibet ad solitudinē pergere, & in mōtibus desertisq; latitare. In sabbato transgressio legis est, si fugere uoluerint: aut mors imminens, si remāserint. Si autem de consummatione intelligitur, hoc præcipit, ut non refrigescat fides nostra, & in Christum charitas, neq; ociosi in opere Dei uirtutum sabbato torpeamus.

Et nisi breuiati fuissent dies illi, & reliqua.] Hæc enim tribulatio, quanto ceteris pondere grauior, tanto est temporis breuitate futura moderatior. tribus namq; annis & dimidio ecclesiā impugnatūra esse creditur, quantum de prophetia Danielis & Apocalypsi sancti Iohannis cognoscipotest.

Si dixerint uobis, Ecce in deserto est, & reliqua.] Si quis promiserit uobis quod in deserto gentiliū & philosophorum dogmate Christus moratur, aut hæreticorum penetralibus, qui Dei pollicentur arcana se nosse: nolite fidem accommodare, ne locum decipiendi inueniant.

Sicut enim fulgur ab oriente exiit, & reliqua.] Quod ergo dixit ab oriente in occidentem peruenturum aduentum suum, cōtra illos ualeat, qui per terrarum particulas nominantur, & dicunt apud se esse Christum. Quod autē ait, Sicut fugatur: contra eos ualeat, qui occulte congregant tanquam in penetralibus: & paucos tanquam in deserto ad manifestationem quoque claritatemq;

temq; pertinet ecclesiæ fulguris nomen: significans etiam noctē, uel nubila seculi huius. tunc enim fulguris candor apparet.

Ubiq; fuerit corpus, illic congregabuntur aquile.] Id est, in cœlum, quod hinc secum leuauit corpus, in homine suscepto: quod secundum Apostolum, Rapiemur in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum Deo erimus. inuenit etiam studiū sanctorum, quod aquila ceteras aues uolatu transgrediens, in ipsum solis radiū oculos gaudet infingere: nec non & illud quod lapidem uenientis resistentē, suis nidis sollet adferre, illum qui excisus de monte sine manibus diaboli regnum strauit.

Statim autem post tribulationem dierum illorum, usq; Et stellæ cadent de cœlo.

Sidera in die iudicij uidebuntur obscurari, non de minutione suæ lucis accedente, sed superueniente uerē lucis claritate. quod uerò dicit, Et stellæ cœli erunt decedentes: hoc est, suo lumine carentes.

Et uirtutes cœlorum commouebuntur.] Hoc est, Angelicæ tremet potestates. Mystice uerò ecclesia est sol & luna & stellæ. cui dictum est: Speciosa ut luna, electa ut sol: quia tunc non apparebit impijs persecutoribus ultra modum seuenitibus.

Tunc stellæ cadent de cœlis, & uirtutes cœlorum commouebuntur.] Quonia multi qui gratia fulgere uidebantur, persequentibus impijs: & cadēt quidem fideles, & firmissimi turbabuntur.

Et tunc apparebit signum filij hominis in cœlo.] Signum hic aut crucis intelligamus, ut uideant Iudæi, in quem compunxerūt: aut uexillum uictorię triumphantis.

Et tunc plangent se omnes tribus terræ.] Illa scilicet, quæ in terris genitæ, honorem suum non intellexerunt: sed comparatæ sunt iumentis insipientibus, & similes facti sunt illis.

Et mittet angelos suos cum tuba, & reliqua.] De hac tuba loquitur Apostolus, quæ sublimia diuine laudis resonet sacramenta.

Et congregabunt electos eius à quatuor uentis, & reliqua.] Id est, à quatuor mundi climatibus, & non solū hoc, sed à summo terrę usq; ad summum cœli, id est, ab extremis terræ finibus per directum usque ad ultimos fines eius, ubi longē à spectantibus circulus cœli terræ uidetur insidere.

Ab arbore autem sici discite parabolā, usq; Scitote, quod propē est in ianuis.

Ac si dicat, Aestatis aduentū, & fauonij ac ueris introitum: ita cum omnia hæc quæ scripta sunt uideritis, nolite putare iam adesse cōsummationē mundi, sed quasi procemia & præcursores quosdam uenire, ut ostendant quod propē sit, & in ianuis. Mystice, cum uideris synagogam fructum iustitiæ, quem ueniēs ad se Dominus non uenit, proferentē: diem extremi discriminis, & æstatem ueræ pacis ac lucis esse in proximo non ambiges.

Cœlum & terra transibunt, & reliqua.] Cœlum enim & terra per commutationē inuolutionis

Beda tom. 5.

transibunt, sed uerbum Domini sine effectu cōpletionis nullo modo præteribit. Vnde & propheta ex persona Domini ait: Verbum meum quod egreditur de ore meo, non reuertetur ad me uacuum.

De die autem illa & hora, nemo scit, &c.] Ergo post resurrectionem interrogantibus de die iudicij apostolis, manifestius respōdit, Non est uestrū nosse tēpora, & reliqua. unde patet, quod ipse scit: sed nescire dicitur, qui nescientes facit, id est, non eis prodit, quod inutiliter scirent: ut incerti de aduētū iudicis, sic quotidie uiuāt, quasi die alia iudicandi sint.

Sicut enim in diebus Noe, & reliqua.] Subitum aduentus sui diem, plurimis adfirmat exemplis: cum eundem diebus Noe uel Loth æquiparat, quādo mortalibus repētinus superuenit interitus.

Sicut enim fuerunt in diebus illis, usq; Nubentes, & nuptum tradentes.

Non hic iuxta Marcionis & Manichei dogma, coniugia uel alimenta damnantur, sed potius licitorum arguitur usus immoderatus. cū superius bella, fames, & cætera cōmemoratur futura, nunc ea quæ pacis indicia sunt: æstimādum est iuxta apostolum, quod post pugnas & diffensiones breuis secutura pax: ut fides credētium comprobetur, ut ex tranfactis malis sperent iudicem esse uenturum.

Vsq; in eum diem quo introiit arcam Noe.] Mystice autem, arcam perfecte ingreditur, cum Dominus ecclesia in die iudicij, presentia sue uisionis æternus habitator illustrat. & q; sanctis hic certantibus luxuriantes insultant, illic coronatis, æterna damnatione plectentur.

Tunc duo erunt in agro, & reliqua.] Significat autē eos qui operantur in ecclesiæ ministerio, tanquā in agro Dei. assumetur autem ille qui non adulterans uerbum Dei, sed sicut ex Deo corā Deo locutus in Christo fuerit: qui uerò Christum annunciauert non castē, sed occasione, relinquetur ab eo.

Duo molentes in mola, & reliqua.] Molentes appellat eos, qui in plebibus constituti, reguntur à doctōribus ob temporalium negotiorum orbē atque circuitum: & foeminarum nomine significat, quia consilijs eis regi expedit peritorum. assumetur ea pars, quæ connubia propter amorem tantū generis exercuerit, terrenamq; substantiam ob acquirenda cœlestia dispēsa uerit: altera relinquetur.

Duo in lecto, & reliqua.] Illi uidelicet, qui ocium & quietem monasterialis uitę eligunt, quorum duo de duobus generibus affectionum esse perhibentur. qui enim propter Dominum continentia studuerit, ut sine sollicitudine uiuens, cogitet quæ Dei sunt, assumetur à Deo: qui qua alia ratione relinquetur, ut cuiuslibet peccatrici animæ lapsum sub Iudæ specie Hieremias describens ait: Viderunt ea hostes, & deriserunt sabbata eius. Hæc tria genera hominum, tres uirifunt, quos Ezechiel propheta liberatos uiridit, Noe, Daniel & Iob. nam Noe arcam in un-

dis

dis erexit, atque ideo figuram rectorum tenuit. Daniel uitâ cōtinentiū significauit, quod & in aula regia abstinentiæ deditus fuit. Iob in coniugio positus, & curam domus propriæ exercens, placuit: per quem dignè bonorum coniugum ordo figuratur.

Vigilate ergo, usque, *Quia nescitis qua hora filius hominis uenturus est.*

Nesciente enim patrefamiliâs, sur domum perdidit, dum à sui custodia spiritu torpente, improvisa mors carnis habitaculum irrumpens, rapit dominum domus ad supplicium nescientem.

Quis putas fidelis est seruus, & reliqua.] Difficultatem, non impossibilitatem perficiendæ uirtutis ostendit. Dominus Christus super familiam, id est, ecclesiam, quam suo sanguine de manu inimici redemit, constituit apostolos, & sequaces eorum. de quibus unus eorum aiebat: Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei, fidelis enim debet esse seruus in deuotè tribuendo Domini sui pecuniam, & non abscondendo: prudens uerò, in discernendo diligenter capacitatem singulorum famulorum.

Vt det illis cibum in tempore, & reliqua.] Id est, ut spe præmiorum ministrent conseruis in tempore suo cibaria doctrinarum. Lucas dicit, Tritici mensuram: ostendens quòd pro qualitate audientium formari debet sermo doctorum, ut ad sua singulis congruat, & tamen à communis ædificationis arce nunquam recedat.

Beatus ille seruus, usque, Super omnia bona sua constituet eum.] Id est, omnia cœlestis regni gaudia nõ utrique ut horum soli dominium teneant, sed ut eorum abundantius cæteris sanctis æterna possessio fruatur. ut apostolus: Qui præsumunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, &c.

Si autem dixerit malus seruus ille, usque, Manducet autem & bibat cum ebrijs.

Sic in uno fideli dispensatore totus bonorum rectorum, quomodo uel uiuat uel remuneretur ordo docetur: sic & in hoc nequissimo seruo cunctorum præsulum malorum damnandū pariter opus & damnatio narratur æterna: qui neglecto Domini amore, non modò ipsi luxuriæ uacant, sed & subditos iniurijs stimulant. Quamuis typicè possit intelligi percutere conseruos, corda infirmorum, nec adhuc fide, spe & charitate solidatorum ostenso prauæ operationis aut locutionis exemplo uitare.

Veniet Dominus serui illius in die qua non sperat, & reliqua.] Hoc ipsum docet, ut sciant quando non putatur Dominus, tunc eum esse uenturum, & diuidet eum, id est, à cōsortio sanctorum separet, & partem eius ponat cum hypocritis: cum his uidelicet, qui erant in agro, & qui molebant, & nihilominus derelicti sunt. Quòd dicit illic esse fletum & stridorem dentium, duplicem poenā gehennæ exprimit, id est, ignis & frigoris. unde & in Iob scriptum est: Ad calorem nimium transit ab aquis niuium.

Tunc inquit, simile erit regnum cœlorum decē uirginibus, usque, Et quinq; prudentes.

Regnum cœlorum, ecclesiâ nominauit. Geminatus quinaris numerus denarium perficit: & quia ex utroq; sexu fidelium multitudo colligitur, sancta ecclesia decē uirginibus similis denunciatur, in qua quia mali cum bonis, & reprobis cum electis admixti sunt: rectè similis uirginibus prudentibus & fatuis esse perhibetur. Quòd uerò dixit, sponso & sponsæ obuiam uenire uirgines: sic intelligendum puto, ut ex ipsis uirginibus constet ea quæ dicitur sponsa, tanquam si omnibus Christianis in ecclesiam cōcurrentibus, filij ad matrem cōcurrere dicantur, cum ipsis filijs congregatis constet ea quæ dicitur mater. Videntur itaq; mihi quinq; uirgines significare quinquepartitam cōtinentiam in illecebris. cōtinendus enim animi appetitus à uoluptate oculorum, aurium, olfaciendi, gustandi, tangendi.

Sed quinq; fatue acceptis lampadibus, & reliqua.] In oleo lætitiæ mentis exprimitur. qui autem non propterea gaudet, quòd Deo intrinsicè placet, non habet oleum secum. prudentes autem acceperunt oleum secum in uasis suis, cum lampadibus: id est, lætitiæ bonorum operū in corde atq; conscientia posuerunt. Vt apostolus dicit: Probet se ipsum homo, & tunc in semetipso gloriam habebit, & non in altero.

Moram autem faciente sponso, &c.] Dormire enim, mori est: ante somnum uerò dormire, est ante mortem per pondus egritudinis ad somnum mortis peruenire.

Media autē nocte clamor factus est, &c.] Subitò enim quasi in tempesta nocte dies iudicij subrepsit, eo quòd minime ualeat præuideri, quando ueniat, & securis omnibus angelorum clamor & tuba præcedentium fortitudinum, Christi resonabit aduentum.

Tunc surrexerunt omnes uirgines ille, &c.] Id est, electi simul ac reprobis à somno mortis excitati, sua secum opera numerant, pro quibus recipiant.

Fatue autem sapientibus dixerunt, & reliqua.] Testimonium operum suorum tunc frustra foris quærunt, quorum nunc retributionem ob amorem uacua laudis perdunt.

Ne forte non sufficiat uobis & uobis, &c.] Hoc non de avaritiâ, sed de timore respondent. Sibi metipso testimonium uniuscuiusq; uix sufficit, quanto minus sibi & proximo.

Ite potius ad uendentes, &c.] Non consiliū dedisse se putandæ sunt, sed crimen earum ex obliquo cōmemorasse. ac si dicat: Videamus nunc, quid uos adiuuauit, qui uobis laudes uendere cōsuerunt, & uos in errorem inducere, ut non corâ Deo, sed ab hominibus gloriam quæreretis.

Dum autē irent emere, uenit sponso, & reliqua.] Id est, inclinatis, se illis in ea quæ foris sunt, uenit ille qui iudicat. Et quæ paratæ erant, id est, quibus bonum coram Deo testimonium conscientia perhibea-

perhibebat. Intrauerunt cum eo ad nuptias, id est, ubi munda anima; puro & perfecto Dei uerbo fecunda copulatur. Et clausa est ianua, id est, aditus ad regnum cœlorum. non enim post iudicium patet precum aut meritorum locus.

Nonisime ueniunt & reliquæ uirgines, usque, Nescio uos.] Ecce aperire clamant, & repulsionis suæ dolore compulsa, appellationem dominantis ingeminant: preces offerunt, & nesciuntur, quia tunc uelut incognitus Deus deserit, quos modò suos per uitæ meritum non agnoscit.

Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam.] Generalis ad discipulos exhortatio subinfertur: quia semper debemus extremum diem metuere, quem nunquam possumus præuidere.

Sicut enim peregre proficiscens, & reliqua.] Carnis enim proprius locus est terra, quæ quasi ad peregrina ducitur, dum per redemptorem nostrum in cœlo collocatur: qui tamen proficiscens fidelibus suis spiritalia dona concessit.

Et uni dedit quinque talenta, & reliqua.] Quinq; igitur talentis, donum quinq; sensuum exprimitur: duobus uerò intellectus & operatio designantur: unius autem talenti nomine, intellectus tantummodo designatur.

Vnicuiq; secundum propriam uirtutem, & reliqua.] Non pro largitate ergo, & parcitate tribuens, sed pro accipientium uirtutibus. denique & ille qui de quinque talentis decem fecerat, & qui de duobus quatuor, simile recipit gaudium: quia retributor ille non considerat lucri magnitudinem, sed studij uoluntatem. Bene autem alia quinque uel alia duo, in lucrum uenisse referuntur, quia dum utroque sexui impeditur prædicatio, quasi accepta talenta geminantur.

Qui autem unum acceperat, & reliqua.] Talentum ergo in terra abscondere, est acceptum ingenij terrenis actibus implicare: lucrum spirituale nõ quærere, cor à terrenis cogitationibus nunquam leuare.

Post tempus uerò temporis, & reliqua.] Grande uerò tempus est inter ascensionem Saluatoris, & secundum eius aduentum. Cōsideret quisque quid acceperit, & quod lucrum de acceptis reportet: quia is qui nunc piè tribuit, districte in iudicio merita exquirat.

Et accedens qui quinque talenta, usque, Intra in gaudium Domini tui.

Per euge quoq; uerbum, gaudium suum Dominus insinuat, qui bene laborantem seruum ad gaudium inuitat æternum. euge quoque interiectio est lætantis. & bene gaudens Dominus seruum bonum ac fidelem in gaudium suum intrare iubet: quia ipse est solus, ad quem propheta ait: Lætificabis nos in gaudio cum uultu tuo, & reliqua. Et ad bona multa inuitat: quia ad comparationem futurorum, quæ permanent, præsentia quæ transeunt, quasi pauca esse uidentur.

Accedens autem & qui unum talentum acceperat, usque, Ecce habes quod tuum est.

Verè quod scriptum est, ad excusandas excusationes in peccatis, huic sermo cōtigit, ut ad pigritiam & negligentiam, superbiam quoq; crimen accederet: & quem simpliciter orare debuerat, e contrario calumniatur, & dicit se prudenti fecisse cōsilio, ne dum lucra pecuniæ quæreret, etiâ de forte periclitaretur, id est, frustra de alijs ratione reddere cogar: sufficit unicuiq; ut pro se rationem reddat.

Serue male & piger, usque, Quod meum est, cum usura.] Malus appellatur, quia calumniam Domino facit: piger, quia talentum noluit duplicare: ut in altero superbiam, in altero negligentiam damnetur. Si, inquit, durum & crudelem esse me noueras, & aliena sectari, ibi que metere, ubi non seruerim: aliter metere est, ubi non seminasti, etiam eos impietatis reos ostendere, in quibus uerbum legis uel Euangelij non ministratum est. quare non tibi istiusmodi cogitatio incussit amorem: ut scires me mea diligentius quæsiturum, & dares pecuniam nummularijs, seu trapezitis, id est, prædicationem Euangelij cæteris doctoribus, quod fecerunt & apostoli, ordinantes per singulas prouincias presbyteros & episcopos: uel cunctis creditibus, ut quicquid sermone dicerent, opere explerent.

Tollite itaque ab eo talentum, & reliqua.] Quod quotidie in sancta ecclesia cernimus: quia pleriq; dum bene ministrant, exteriora quæ accipiunt, per adiunctam gratiam ad intellectum quoque mysticum perducuntur.

Omni enim habenti dabitur, & abundabit, & reliqua.] Qui fidem & uoluntatem habet bonâ in Domino, etiam si quid minus in opere ut homo habuerit, dabitur à bono iudice: qui autem non habuerit fidem, etiam cæteras uirtutes quas uidebatur naturaliter possidere, perdit. Hæc multis modis de charitate & de ingenio & de scientia possunt interpretari.

Cum autem uenerit filius hominis in maiestate sua, & reliqua.] Idem quoque filius Dei, qui & filius hominis tunc ueniet in maiestate sua, ut iudicet, qui nunc est ac si dicat: Quod in proximo est, uenit in humilitate sua ut iudicaretur, tunc sedebit Dominus super sedem maiestatis sue: id est, regnat super sanctam & gloriosam ecclesiam suam. de qua scriptum est: Sedes tua Deus in seculum seculi.

Et congregabuntur ante eum omnes gentes, & reliqua.] Duo sunt itaque ordines hominum in iudicio collectorum, qui tamen in quatuor diuidentur. Perfectorum ordines duo sunt: unus, qui cū Domino iudicabit, & non iudicatur. de quibus Dominus ait, Sedebitis & uos super sedes duodecim. alius, quibus dicitur, Esuriui, & dedistis mihi māducare. hi iudicabuntur, & regnabunt. item reproborum ordines duo sunt. unus eorum, qui extra ecclesiam inueniendi sunt. hi non iudicabuntur & peribunt. de quibus Psal mista ait: Non resurgunt impij in iudicio. aliter quoque reproborum est eorum, qui iudicabuntur & peribunt: quibus dicitur, Esuriui, & nõ

dedistis mihi manducare, & cætera.

Et statuet oves quidem à dextris suis, & reliqua.] Dextrâ atque sinistram iuxta illud intellige, quod alibi legis: Cor sapiētis in dextera eius, & cor stulti in sinistra illius.

Tunc dicit rex his qui à dextris eius erunt, usque, Et uenistis ad me.

Hæc secundum historiam resonant de perceptione regni, & munificentia beneuolentiæ, qua indigentibus corporaliter consulitur. iuxta altiorem uerò intellectum, perfectionem ostendunt charitatis, qua esuriens & sitiens iustitiam pane uerbi & potus sapientiæ diuinæ reficitur: & qua errans à uia ueritatis, per poenitentiam in hospitium matris ecclesiæ perducitur: & qua infirmus in fide assumitur, & qua in carcere angustiarum, tribulationum & tristitiæ positus, consolationis ope subuehitur.

Domine, quando te uidimus esurientem, & reliqua.] Siue per gloriâ Christi mirâtes dicunt, siue quod paruorum eis tunc uidetur omne bonum quod fecerunt pro magnitudine terroris, & abundantia retributionis.

Quam diu fecistis uni de his fratribus meis, & reliqua.]

Hoc de pauperibus spiritu dixisse uidetur, ad quos manū tendens dixerat: Fratres mei, & mater mea hi sunt, qui faciunt uoluntatem patris mei qui in cælis est.

Et ibunt hi in supplicium æternū.] Frustra Origenes post multa annorum curricula impijs, nec non & diabolo de inferno spondet liberationem, cum Dominus supplicium æternum esse prædicauit.

CAPVT XXVI.

ET factum est cum consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis: Scitis quod post biduum pascha fiet.

Post omnes itaque sermones, quos ab initio Euangelij sui, usque ad tempus passionis in auditu discipulorum aut turbarum faciendo & predicando compleuerat: ex illo ergo die, quo uenit in Bethaniam, atque illud de unguento factum est, usque ad diem, quo ista omnia gesta atque dicta sunt. Intelligimus etiam Euangelistis non commemorantibus consumptum fuisse quadriduū, ut occurreret dies, quæ ante biduum pasche Matthæus & Marcus diffinierunt. Mystice uerò post duos dies clarissimi luminis ueteris ac noui testamenti, uerum pro modo Pascha celebratur, Pascha uerò, quod Hebraicè dicitur pasche, à transitu nominatur, eo quod exterminator uidens sanguinem in foribus Israelitarum pertransierit: siue ideo solemnitate huius diem mysticè per legem transitum esse uocatum, quod agnus Dei in eode hoc mundo, siue ipse transiturus, siue nos salubri transitu, quasi de Aegyptiaca esset seruitute ducturus.

Et filius, inquit, hominis tradetur ut crucifigatur.] Erubescant, qui putant Saluatorem mortem timuisse passionis, præsciuit, & tamen non declinauit insidias, nec terretur nec fugit, in tantum

ut etiam cæteris ire nolentibus, pergat impudus: quando Thomas dixit, Eamus, & nos moriamur cum eo.

Tunc congregati sunt principes sacerdotum, & reliqua.]

Congregantur ineuntes consilium, quomodo Dominum occidant, non timentes seditionem, ut sermo simplex demonstrat: sed cauentes ne auxilio populi de suis manibus tolleretur.

Cum autem esset Iesus in Bethania, & reliqua.] Recapitulando Matthæus & Marcus ad illum diem, redeunt in Bethaniā, qui erat ante sex dies paschæ: & narrant, quod Ioannes de cœna & unguento refert, unde uenturus erat Iesus Hierosolymam, & sic redeunt unde fuerant digressi ad sermonem Domini, quem habuit ante biduum Paschæ. Et factum Iudæa coniungatur ad consilium sacerdotum, quod habuerunt, tractantes de nece Domini. Moratur in Bethania Dominus, id est, in domo obedientiæ, quæ quondam fuit Simonis, iam ante leprosi: sed curati à Domino, nomine pristino permanserunt, ut uirtus curantis appareat. Quidam Simonem leprosum uolunt intelligere partem populi, quæ crediderit Domino, & ab eo curata sit. Simon quoque obediens dicitur.

Accessit ad eum mulier, & reliqua.] Mulier ista Maria Magdalena fuit, quæ aliàs adhuc peccatrix pedes rigauit: nunc uerò iustificata, caput illius oleo sancto perfudit. Alabastrum, est genus candidissimi marmoris, uarijs coloribus interincti, in quo unguenta optimè incorrupta seruari perhibent: & nascitur circa Thebas Aegyptias & Damascum Syriæ cæteris candidius: probatissimum uerò in India. Porro unguentum illud Mariæ iuxta alios Euangelistas ex nardo principali arbore in unguētis esse perhibetur, & pisticum, id est, fidele, eo quod solent aliqui medicorum similibus herbis unguenta adulterare. *wis* enim grece, fides dicitur: unde pisticum deriuatur, & à Marco spicatum asseritur, id est, non solum à radice nardi, sed etiam quo preciosus esset, spicarum quoque & foliorum adiectione odoris ac uirtutis illius erat accumulata gratia. Mysticè hæc deuotio Mariæ, fidem sanctæ designat ecclesiæ, quæ caput Saluatoris unguento sancto perfundit, cum potentiam diuinæ uirtutis eius digna reuerentia confitetur & prædicat. Cum uerò assumptæ humanitatis eius mysteria indigna suscipit reuerentia, in pedes utique Domini unguenti nardi pisticum, id est, fidele ac uerum profunditur.

Videntes autem discipuli, indignati sunt, dicentes, Vt quid perditio hæc? Potuit enim istud uenundari multo, & dari pauperibus.

Matthæus & Marcus hæc synecdochicè, à toto uidelicet parte ponunt. Ioannes distinctius loquens, Iudæa hæc locutum esse testatur, cuius ex hac occasione, furandi consuetudinem uoluit intimare: cæteri uerò quæ locuti sunt, obcuram pauperum proferebant.

Sciens

Sciens autem Iesus, & reliqua.] Senon semper corporaliter presentia cum apostolis esse mansurum dicebat, quos diuinitatis suæ potentia nunquā omitebat, sicut alibi testatur: Ecce ego uobiscum sum, & reliqua.

Mittens enim hæc unguentum hoc, & reliqua.] Quod uos putatis perditionem esse unguenti, officium est sepultura.

Amen dico uobis, ubicunque prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo, &c.

Nō tam in toto ista quæ sepelierit Saluatorem, quod unxerit caput eius. & attende notitiam futurorum, quod passurus post biduum & moriturus, sciat Euangelium suum toto orbe celebrandum.

Tunc abiit unus de duodecim qui dicebatur Iudas Iscariotes, ad principes sacerdotum, &c.

Hæc sententia ad illam iungenda est, ubi superius consilium sacerdotum de interfectione Christi retulit, in eo quod dicit: Abiit unus de duodecim, &c. ostendit eum non inuitatum, non ulla necessitate constructum: sed sponte propria sceleratæ mentis inisse consilium.

Et exinde querebat opportunitatem, & reliqua.] Multi hodie scelus Iudæa nefarium exhorrent, nec tamen cauent cum pro mulieribus falsum contra quemlibet dicunt testimonium: profectio qui ueritatem pro pecunia negant, Dominum pecunia uendunt. ipse enim dixit, Ego sum ueritas: cum societatem fraternitatis aliqua discordiæ peste commaculant, Deum produnt, quod Deus charitas est.

Prima autem die azymorum, & reliqua.] Primum diem azymorum quartumdecimum, quo agnum occidere solebant appellant: quia Pascha propriè debuit nominari, in quo à Iudæis tentus, ac ligatus ipsius immolationis sacrauit exordium, licet sequenti die sit crucifixus.

Ite in ciuitatem ad quendam, & reliqua.] Consultè autem, siue aquæ baiuli, quos alij Euangelistæ inserunt, seu domini domus, sunt prætermissa uocabula: ut omnibus uerum Pascha celebrare uolentibus, hoc est Christi sacramentis imbuatur, eumque siue mentis hospicio suscipere querentibus, danda facultas designetur.

Et fecerunt discipuli, & reliqua.] In alio Euangelio scriptum est, Inuenerunt cœnaculum magnum stratum, & reliqua. Cœnaculum magnum, lex spiritalis de angustijs literæ egrediens, in sublimi loco recipit Saluatorem. Aquæ baiulus, præco est gratiæ, quem qui fuerit in domum secutus, ecclesiæ hic per spiritum illustrantē superficiem literæ transcendendo, in alto mentis solaris Christo refectione preparat: quia cuncta uel Paschæ sacramenta, uel cætera legis decreta eius esse sacramenta cognoscit.

Vespere autem facta, & reliqua.] Vespere ergo tunc facta fuit, quando lux mundi, id est, sol uerus ad occasum mortis properauit. & tunc cum discipulis Dominus discubuit, qui eis quietem æternam præparauit.

Beda tom. 5.

Amen dico uobis, quia unus uestrum me traditurus est.] Prædicit de proditore, & tamen non designat specialiter, ne manifeste coargutus impudētior fieret. mittit crimen in numero, ut agat conscientius poenitentiam. & timentes fragilitatem suam, plus credunt magistro quàm sibi.

Nunquid ego sum Domine.] Tristes de peccato interrogant, cuius conscientiam non habebant.

Qui intingit mecum manum in paropside, & reliqua.] Iudas cæteris contristatis & retrahentibus manū, & interdicentibus cibos ori suo, temeritate & impudentia, qua proditurus erat, etiam manū cum magistro mittit in paropsidem, ut audacia bonam conscientiam mentiretur. est autem paropsis, ut quidam dicunt, quadrangulum uas escarium, ob hoc ita dictum, quod paribus absidibus sit: hoc est, æquis lateribus, pro quo Marcus catinum, uas fictile aptum ad immittere endū liquorem posuit: & potuit fieri ut in ipsa mensa uas fictile, quadrangulum contineret liquorem, in quod cum magistro discipulus manum mittere posset: ut impletur propheta, Homo pacis mee, &c.

Filius quidem hominis uadit, sicut scriptum est de illo: V. a. u. tem homini illi per quem Filius hominis tradetur.

Pœna prædicatur, ut quem pudor non uiceat, corrigant denunciata supplicia. Moraliter uerò, uæ hodie homini illi, qui insidijs in mente positus, ad mensam malignis accedit, & sacro sanctis mysteriorum Christi oblationibus participare non metuit, tradens filium hominis non Iudæis peccatoribus, sed tamen peccatoribus membris uidelicet suis.

Bonum erat ei si natus non fuisset homo ille.] Non ideo putandus est ante fuisse quàm nasceretur: quia nulli possit esse bene, nisi ei qui fuerit, sed simpliciter dictum est, multo melius esse non subsistere, quàm male subsistere.

Respondens autem Iudas qui tradidit eum, dixit, Nunquid ego sum, Rabbi? At illi.

Interrogat ne tacendo se prodere uideretur: & nō Dominum, sicut cæteri, se magistrum uocet, quasi excusationem habeat, si Domino denegato saltē magistrum prodiderit.

Tu dixisti.] Ac lideat: Quia non dixi. *Cœnantibus autem eis, accepit Iesus panem, usque, Hoc est corpus meum.*

Finitis Paschæ ueteris solennijs, quæ in commemoratione antiqui de Aegypto liberationis populi Dei agebatur: transit ad nouum, quod in suæ redemptionis memoriam ecclesiæ frequentare uolebat, ut uidelicet pro carne agni ac sanguine sui corporis sanguinis sacramentum substitueret. Bene dixit, Panem, & fregit, quia hominem adsumptū ita morti subdere dignatus est, ut ei diuinæ immortalitatis ueraciter inesse potentiam demonstraret, ideoque uelocius eum à morte resuscitandum doceret.

Et accipiens calicem, gratias egit: & dedit illis, dicens, Bibite ex hoc omnes.

Gratias agit, ut ostendat, quid unusquisque in flagello culpæ propriæ facere debeat si ipse æquanimiter

quantimater flagella culpe portat alienæ, & qd in correptione faciat subditus, gratias patri agit æqualis.

Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

Quia ergo panis carnem confirmat, uinum uerò sanguinem operatur in carne: hic ad corpus Christi mystice, illud refertur ad sanguinẽ uerũ, quia & nos in Christo, & in nobis Christum manere oportet. uinũ Dominici calicis, aqua miscetur, attestante enim Iohanne, Aquę populi sunt.

Dico autem uobis, non bibam à modo de hoc germine uitis, & reliqua.

Id est, non ultra carnalibus Synagogæ, quæ uitis siue uinea Christi appellatur, ceremonijs delectabor, in quibus etiam ista Paschalis agni sacra locum tenuere præcipuum. aderit enim tempus meæ resurrectionis, aderit dies ille cũ ipso in regno Dei positus, id est, gloria uitæ immortalis sublimatus, de salute eiusdem populi fonte gratiæ spiritalis regenerati, nouo uobiscum gaudio perfundar. Aliter uetus uinũ corpus, quod de propagine Adam susceperat, & nouum uinum immortalitatem renouatorum corporum intelligere debemus. cum uerò dicit, Vobiscum nouum bibam: etiam ipsius resurrectionem ad induendam mortalitatem promittit.

Et hymno dicto, exierunt in montem Oliueti. Pulchre discipulos sacramentis sui corporis ac sanguinis imbutos, hymno etiam piæ intercessionis patri commendatos, in mōtem ducit Oliuarũ: ut typicè designet nos per actionem sacramentorum suorum, per opem suæ intercessionis ad altiora uirtutũ dona & charismata spiritus sancti, quibus in corde perungamur conscendere debere.

Tunc dicit illis Iesus, Omnes uos scandalum patiemini in me, in ista nocte.

Prædicat quod passuri sint, ut cũ passus fuerint non desperent salutem, sed agentes poenitentiam liberentur. & signanter addidit, In ista nocte scandalizabimini: quia qui scandalum patiuntur, in nocte & in tenebris sustinent. Nos uerò dicamus: Nox præcessit, dies autem appropinquauit.

Scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis.

Hoc alij uerbis in Zacharia propheta scriptum est. Percutitur autem pastor bonus, ut ponat animam pro ouibus suis, & de multis gregibus errorum fiat unus grex & unus pastor.

Respondens autem Petrus ait illi: Et si omnes scandalizati fuerint in te, & reliqua.

Non est temeritas, nec mendacium: fides est apostoli Petri, & ardens affectus erga Dominum Saluatorem. In tantum enim & affectu & charitate efferebatur, ut imbecillitatem carnis suæ, & fidem uerborum Dei non contueretur, quã uerò dicta eius efficienda non essent.

Ait illi Iesus, Amen dico tibi, quia in hac nocte antequam gal-

lus cantet, ter me negabis.

Marcus uerò dixit: Prius quàm gallus bis uocem dederit, ter me negaturus es. & apparet, quod trina illa negatio, ante primũ cœpta, ante secundum uerò galli cantum sit peracta, Nec interest, quantis morarum interuallis enunciata sit trina uoce, quam cor eius totam ante primum galli cantum tâta formidine possideret, ut posset Dominum non solum semel, sed iterum & tertio interrogatus, negare.

Ait illi Petrus, Etiam si oportuerit me mori tecum, & reliqua. Valida est ut mors dilectio. Per amorem mentis non timuerunt damnum mortis, sed uana fuit præsumptio humana sine protectione diuina. iuxta illud Psalmographi: Nisi Dominus custodierit ciuitatem, &c.

Tunc uenit Iesus cum illis in uillam, quæ dicitur Gethsamani. Huic sententiæ non est contrarium, quod Iesum Lucas in montem oliuarum, Iohannes in hortum egressum perhibent. Monstratur enim usque hodie locus Gethsamani ad radices montis oliueti, ubi intelligimus illum fuisse hortum, de quo Iohannes narrauit. Neq; ecclesia desuper edificata constat. Cum in monte orat Dominus, quasi tacite nos admonet, pro celestibus tantũ bonis supplicare debere: at cum in ualle orat, & hoc in ualle pinguium, siue pinguedinis, quod Gethsamani sonat, ipsius æque insinuat nobis humilitatem, semper in orationibus & internæ pinguedinem dilectionis esse seruandam. aliter, adpropinquans morti Dominus, orauit in ualle pinguedinis: aperte insinuans, quia per uallem humilitatis, & pinguedinem charitatis pro nobis mortem subiit.

Et dixit Iesus discipulis suis: Sedete hic, & reliqua. In domo, qua Pascha manducabant, iussit paulisper expectare discipulos redeuntem: ostendens quod eius solius oratio, nostrum omnium est redemptio.

Et assumpto Petro & duobus filijs Zebedæi contristari cœpit, & mox tristis esse.

Tristari cœpit, ut ueritatem adsumpti probaret hominis, uere que contristatus sit: sed ne passio in animo illius dominaretur, per passionem cœpit contristari. Aliud est enim contristari, & aliud incipere contristari. contristabatur non timore patiendi, sed propter infelicissimum Iudam & scandalum omnium apostolorum, & reiectionem populi Iudæorũ, & euerisionem miseræ Hierusalem.

Tunc ait illis: Tristis est anima mea usque ad mortem. Non propter mortem tristis est Dominus, quia conditio corporalis affectus, non formido mortis offendit. Nam qui corpus suscepit, omnia debuit subire, quæ corporis sunt: ut esuriret, sitiret, angeretur, contristaretur. diuinitas per hos mutari affectus nescit.

Sustinete hic, & uigilate mecum. Non à somno prohibet, cuius tempus non erat imminẽte discrimine: sed à somno infidelitatis suæ, & torpore mentis. Sciebat enim ingrauate diabolo, fidẽ eorum consopiedam: parem secum uigilantiũ imperat,

imperat, quibus eadem passio immineret.

Et progressus pusillum, procidit in faciem suam, orans, & dicens, Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste.

Ruit in faciem, ut humilitatem mentis, habitus carnis ostendar: & postulat, ut si possibile sit, transeat ab eo calix, non timore patiendi, sed misericordia prioris populi, ne ab illis bibat calicẽ propinatũ. Vnde signanter non dixit, Transeat à me calix: sed, Calix iste. hoc est, populi Iudæorum, qui excusationem ignorantix habere non potest, si me occiderit, habens legẽ & prophetas, qui de me quotidie uaticinantur.

Verum tamen, non sicut ego uolo, sed sicut tu. Non, inquit, fiat hoc quod humano affectu loquor, sed propterea quod ad terras tua uoluntate descendi.

Et uenit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes, & dicit Petro, Sic non potuisti una hora uigilare mecum?

Petrum singillatim infra ceteros increpat, quia præ ceteris nunquam se scandalizaturum fuerat gloriatus, quod nunc tristitiæ magnitudinem somnum non potuisset extergere.

Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem. Hoc est, Ne tentatio uos ultima superet orate, & intra suos casus teneat.

Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Duras in se ostendit uoluntates, humanam uidelicet, quæ est carnis: & diuinam, quæ est deitatis, formidare quippe in passione, humanæ est fragilitatis: suscipere autem dispensationem passionis, diuinæ est uoluntatis & uirtutis. aliter, ad eos hic sermo conuersus est, qui se sponderant nunquam negaturus. illorum enim spiritus promptus, sed caro erat infirma: quia nondum induerant uirtutem ex alto.

Iterum secundò abiit, usque, Fiat uoluntas tua. Secundò orat, ut si Ninie saluari aliter nõ potest, nisiauerit cucurbita, fiat uoluntas patris, quæ non est contraria filij uoluntati, dicente ipso per prophetam: Ut facerem uoluntatem tuam, Deus meus uoluit.

Et uenit iterum, & inuenit eos dormientes, erant enim oculi eorum grauati.

Solus orat Dominus pro omnibus, sicut & solus patitur pro uniuersis: læguescebant autem & opprimebantur oculi Apostolorum negatione uicina.

Et relictis illis, iterum abiit: & orauit tertio, eundem sermone dicens.

Sicut tentatio cupiditatis trina, ita tentatio mortis trina est cupiditati, quæ est in curiositate, opponitur timor mortis. sicut enim in illa cognoscendarum rerum est auditas, ita in ista metus amittendæ talis notitiæ. Cupiditati uerò honorum uel laudis opponitur timor ignominix & contumeliarum: cupiditati autem uoluptatis opponitur timor doloris. Non absurde ergo intelligitur, propter trinam tentationem passionis ter Dominum orasse, ut transtret calix: sed ita, ut potius impleretur uoluntas patris.

Tunc uenit ad discipulos suos, usque, Ecce ad propinquabit, qui me tradet.

Intelligitur post illud quod eis dictum est, Beda tom. 5.

Dormite & requiescite: ad illuissse Dominum aliquantum, ut hoc fieret quod premiserat, & tunc intulisse, Ecce ad propinquabit hora. Ideo post illa uerba secundum Marcum positum est, Sufficit, id est, quod requieuisistis. Iam autem quod ad eos reuertens, dormientesq; reperiens, primum obiurgat, secundo silet, tertio quiescere iubet. ratio ista est, quod primum post resurrectionem dispersos & diffidentes & trepidos reprehendit. Secundo, misso spiritu paraclero grauatos ad continuandam Euangelij libertatem oculos uisitauit. Tertio uerò, id est, claritatis suæ reditu, securitati eos & quieti restituet.

Aduocato loquente, ecce Iudas, usque, Missi à principibus sacerdotum, & senioribus populi.

Concordat factum Iudæ cum mutatione mentis eius qui relictis armis uitalibus, pergit contra magistrum cum fustibus, ad auctorem uitæ accessit cum meditatione mortis.

Qui autẽ tradidit eum dedit eis signum, dicens, & reliqua. Putabat miser signa, quæ Saluatorem uiderat facientem, non maiestate diuinã, sed magicis artibus facta: & qui eum fortè audierat in monte transfiguratum, timebat ne simili transformatione laboretur de manibus ministrorũ. dat ergo signum, ut sciant ipsum esse quem osculo demonstraret.

Aue rabbi, & osculatus est eum. Suscipit autẽ Dominus osculũ traditoris, non qd simulare nos doceat: sed ne prodicionem fugere uideatur, simul & illud Dauidicum complens, Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus.

Amice, ad quid uenisti. Verbum amice hæc uerbi per se est intelligendum, uel certè iuxta illud quod supra legimus Amice, quomodo huc intraisti?

Et ecce unus ex his qui erant cum Iesu extendens manum, & reliqua.

Hoc utiq; Petrus eodẽ mētis ardore, quo cetera fecit. sciebat enim, quomodo Phinees punitendo sacrilegos, mercedum iusticię, & sacerdotij perennis acceperat. iuxta allegoriam uerò scæuus seruus, est populus Iudæorum principibus sacerdotũ in debito mæcipatus obsequio: quia in Domini passione dexteram auriculã, id est, spiritalem legis intelligentiam perdidit: sinistra tamen, hoc est, utilitate literę contentus, quæ uidelicet auris Petri gladio decidit: nõ quod ille sensum intelligendi audientibus tollat, sed diuino ablatum iudicio negligentib. pandat. Verum eadem dextera auris, secundũ Lucam, in his qui ex eodẽ populo credere maluerũt, diuinæ dignatione pietatis pristino est restituta officio. Aliter auris pro Domino amputata, & à Domino curata, significat auditum ablata uetustate renouatũ, ut sit in nouitate spiritus, & non in uetustate literæ: quod cui præstitum fuerit à Christo, præstabitur & regnare cum Christo, quod sonat nomẽ serui Malchus, qui rex siue regnator interpretatur.

Tunc ait illi Iesus, Conuerte gladium tuum, & reliqua. Id est, cesset uindicta, remissio largiatur.

Omnes enim qui acceperint gladium, & reliqua. Id est, ipso

ipso peccato animæ moriuntur, qui semetipsos in præfenti, uice rationis ulcisci desiderant.

An putas quod non possit rogare patrem meum, & reliqua.]

Ac si dicat: non indigeo duodecim apostolorum auxilio, etiam si omnes me defenderent, qui possum habere duodecim legiones angelici exercitus. aliter autem hic numerus omne genus hominum significat cum Romano imperio. hi sunt angeli Dei, qui Dei exercuerunt iudicium, quando post suam resurrectionem, anno quatuordecimo secundo missi à Domino sceleratam urbem perdidērunt.

In illa hora dixit Iesus turbis, & reliqua.] Scutum est, inquit, cum gladijs ultro offerentem querere, & in nocte quasi latitantē per proditorem inue stigare, cum quotidie in tēplo doceat: sed ideo in tenebris aduersum me congregamini, quia potestas uestra in tenebris est.

Hoc autem totum factum est, & c.] Scripturæ ergo prophetarum sunt, Foderunt manus meas, & c.

Tunc relicto eo discipuli fugerunt.] Mystice sicut Petrus, qui culpam negationis lachrymis abluuit, & confessione Domini amoris funditus extirpauit: recuperationem eorum ostendit, qui in martyrio labuntur. Ita ceteri discipuli, qui articulum comprehensionis fugiendo preueniant, docent eos, qui se minus idoneos ad toleranda supplicia sentiunt, quibus tutius est multo præsidia latebrarum petere, quam se discrimini certaminum exponere.

Petrus autem sequebatur à longe, & reliqua.] Mirandus est, & tamen uenerandus, qui Dominum non reliquit, etiam cum timeret. Quod enim timet, naturæ est: quod sequitur, deuotionis: quod negat, obreptionis: quod poenitet, fidei. Mystice quod ad passionem eundem Dominum à longe sequitur Petrus, significabat ecclesiam securam quidem, hoc est imitaturam Domini passionem: sed longe differenter. ecclesia enim pro se patitur, ac ille pro ecclesia.

Et ingressus intro, & reliqua.] Quomodo Petrus ingredi possit, Iohannes manifestat: uel amore magistri, uel humana curiositate, scire cupiens, quid iudicaret de Domino pontifex, utrum eum neci addiceret, an flagellis casum dimitteret.

Principes autem sacerdotum, usque, Cum multi, & c.]

Bene autē conuenit nomen pontificis actionis suæ strenuitate. interpretatur enim Caiphaz, inuestigator, uel sagax, siue uomens ore. sagax enim fuit ad explendā doli sui nequitiam, sed impudēs ad proferendū mēdaciū: & impleta est scriptura, Scrutati sunt iniquitatem, defecerunt scrutantes scrutatio: sagittæ paruulorū factæ sunt plagæ eorum.

Novissime autem uenerunt duo falsi testes, & reliqua.] Falsi testes esse calūniatur, siue quod non eodē sensu intellexerunt quod dicta sunt, & paucis additis uel mutatis quasi iustam calūniam faciūt. commutant & aiunt: Ego dissoluam templum hoc manufactum: & Saluator, Vos, inquit, soluite, non ego: quia illicitum est, ut ipsi nobis inferamus mortem. deinde uertunt, Et post triduum aliud nō manufactum ædificabo: ut pro-

prie de templo Iudaico dixisse uideatur. Dominus autem ut ostenderet animal uiuum & spirans templum, dixerat, Et ego in triduo suscitabo illud. aliud est ædificare, aliud suscitare.

Et surgens princeps sacerdotum, & reliqua.] Ira præceps & impatiens non inueniens calūniæ locum, excutit de solio pontificem, ut infantam mentis motu corporis demonstraret.

Et princeps sacerdotum ait illi, Adiuro te per Deum uiuum, & c.]

In adiurando arguitur cōdonare tacentē, quia confitenti credere noluit.

Dicit illi Iesus, Tu dixisti.] Simili sententia aduersus Pilatum usus est, ut propria sententia condemnentur. Marcus posuit, Ego sum: ut ostenderet tantum ualere, quod ei dicit Iesus, Tu dixisti, quantum si diceret, Ego sum.

Verum tamē dico uobis, usque, Venientem in nubibus caeli.]

Id est, in perpetua felicitate regnaturus probaueritis eum, & uenturum cum maiestate, ut iudicet in equitate, quem modò infirmitate posuit, iniuste iudicatis.

Tunc princeps sacerdotum, & c.] Cōsuetudinis Iudaicæ est, cū aliqd blasphemiae & quasi cōtra Deū audierint, scindere uestimēta sua: qd Paulū & Barnabā fecisse legitur. Mystice uerò in passione Domini scidit ipse potifex uestimēta sua, ut ostendat Iudæos pro sceleribus ipsorum pontificum sacerdotale gloriam perdidisse, & uacuam sedem habere pontifices: quod uerò tunica Domini nec ab ipsis, qui eum crucifixerunt, nec à militibus scindi potuerit, significat quod soliditas sanctæ & uniuersalis ecclesiæ, quæ uestis sui redemptoris solet appellari, nunquā ualeat ullo pacto perturbatiois disrupti.

Alij autem palmas in faciem eius dederunt, & reliqua.]

Qui tunc à Iudæis cæsus est, nunc etiam falsorum Christianorum blasphemias caditur. colaphis uerò caditur ab his, qui ei honores suos præferunt. Spuunt in faciem eius illi, qui eius præsentiam gratiam respuunt. Palmas in faciem ei dant, qui perfidia cæcati eum non uenisse affirmant, tanquam præsentiam eius extermīnantes & repellentes. error hereticorū de Christo tribus generib. terminatur: aut em de diuinitate aut de humanitate, aut de utroq. fallūt.

Petrus uerò sedebat foris in atrio.] Nō adpropinquabat Iesu ministris, ne aliqua suspicio nasceretur.

Et accessit una ancilla ad eum, dicens: Et tu cum Iesu Galileo eras.] Prima utiq. mulier prodit eum, ut etiam iste sexus peccasse in necem Domini uideretur, & per passionē Domini redimeretur, unde resurrectionis accipit prima mysterium, ut uerterem preuaricationis aboleret errorem.

Exiit autem illo ianuam.] Exiit ergo post primam negationem ante atrium, & mox gallus cantauit, quod Marcus commemorat: quo reuerso iterum in atrium, sit quod sequitur.

vidit eum alia ancilla, & c.] A duobus hic compellatus est, ancillæ scilicet, quam commemorat Matthæus & Marcus: & ab alio, quem commemorat Lucas. Post primam igitur negationem rediens in atrium, stabat iuxta Ioannē ad focū, & animaduertit eum ancilla, cum resurgeret ut

ut exiret: & dixit his, qui ad ignem aderant intrus in atrio. Et hic erat cum Iesu Nazareno. ille autem qui foras exierat, hoc audito rediens, iurati illis cōtranitentibus, qd nō nouisset hominē.

Et post pusillum, accesserunt qui stabant, & c.] Matthæus & Marcus plurali numero enunciant eos, qui cum Petro aiebant. Lucas uerò & Ioannes singulari. Intelligendum est, quod aut plurale numerum illi pro singulari ulitata locutione posuerunt, aut quod unus maxime tanquā sciens, & qui eum uiderat, adfirmabat: ceteri autē secuti eius fidem, Petrum simul arguebant.

Nam & loquela tua manifestum te facit.] Non quod alia lingua Galilæi loquerentur, sed quod unaqueq. prouincia & regio suas habendo proprietates, uerna culū loquēdi sonū uitare nō possit.

Et continuo gallus cantauit.] Quod enim Petrus ante primum galli cantū negauit, illos significat, qui Christū ante resurrectionē Deum esse non putauerunt, eius morte turbati. Quod uerò bis ante secundum galli cantū negauit, illos significat credendos est, qui nunc in illo, uel secundum hominē, uel secundum Deū errant in utraque substantia, & ideo ueritatem negant. Primus enim galli cantus, capitū est reuertiōis: hoc est, ipsius Domini. Secundus autem ipsius, sed in corpore uniuersæ ecclesiæ. Moraliter autem gallus aliquem doctorum significat, si per statū temporū uis intelligere meritū causarū.

Et recordatus est Petrus uerbi Domini, & c.] In alio Euangelio legitur, Respexit Dominus Petrus. Mihi uidetur illa resurrectione diuinitus facta, ut ei ueniret in mentē, quoties iam negasset, & quid ei Dominus prædixisset. Atq. misericorditer Domino respiciet, poeniteret eum, & salubriter flet, sicut quotidie dicimus in aliquo periculo, uel labore positi, Dñe respice in me, & c.

Et egressus Petrus, fleuit amare.] Egreditur foras, ut impiorū concilio secretus, pauidæ negationis sordes liberis fletibus abluat: sic quotidie cōuenit poenitentibus à prauorū cōsortio segregari.

CAPUT XXVII.

ET uinctum adduxerunt eum, & c.] Ioānes declarat, quod mox cōprehensum nocte ligauerunt, & sic adduxerunt eum ad Annam primum, & sic ad Caiphaz, deinde ad Pilatum: nec non & ad Herodem, ut uterq. Domino illuderet. Habebant enim hūc morem, ut quem adiudicassent morti, ligatum duci traderent.

Tunc uidens Iudas, qui eum tradidit.] Quid ad nos, inquit, pertinet acceptū precium. Tu illud probaueras, tu fac inde quod uolueris. Nihil quidem nefando proditori profuit egisse poenitentiam, per quam scelus corrigere non potuit. Si quando sic frater peccat in fratrem, ut emendare ualeat, quod peccauit, potest ei dimitti. Si autem permanent opera, frustra uoce adsumitur poenitentia, hoc quod in Psalmo de eodem infelicissimo Iuda dicitur: Et oratio eius fiat in peccatum, ut non solum emendare non quierit prodicionis nefas, sed ad prius scelus etiam proprii homicidij crimen addiderit.

Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, & c.]

Ager interpretate Domino, mundus uocatur: figulus uerò noster Christus est, qui nos primitus de limo terræ creauit, iterumq. per corpus terrenum recreauit. Cuius sanguinis precium in peregrinorū datum est sepulturā: quia nos q. peregrini eramus à lege & prophetis, praua eorum studia suscipimus in salutem, & requiem in precio sanguinis æternam posidemus.

Tunc impletum est quod dictum est per Hieremiam, & c.] Hoc testimoniū in Hieremia non inuenitur, in Zacharia uerò inuenitur quædam similitudo: & quancūq. sensus non multū discrepet, tamen ordo & uerba diuersa sunt. Est apud Hieremiam, quod emerit agrū à filijs fratris sui, & dedit ei argentū: nō quidē sub hoc nomine precij, quod politū est apud Zachariam triginta argenteis, uerum tamen agri emptio non est apud Zachariam: & indubitanter accipere debemus, quancūq. per eos spiritus sanctus dixit, singula esse omniū, & omnia singulorū. Cum igitur & quæ dicta sunt per Hieremiam, tam sint Zacharia, q. Hieremia: & quæ dicta sunt per Zachariam, tam sint Hieremia, q. Zacharia, quid opus erat ut emendaret Matthæus, cum aliud pro alio libi nomen occurrens, à se scriptum relegisset, ac non potius sequēs auctoritatē spiritus sancti, à q. mentē suā regi plus nobis ille utiq. sentiebat.

Iesus autē stetit ante præsidem, & c.] Hunc locum de accusationibus eorū, manifestius Lucas explanaat, & arguuntur Iudæi impietatis, quod accusantes Saluatorem, ne falso quidem aliquid uerū simile, quod ei obijcere possint, inueniunt: & ideo sicut Marcus dicit, conuenientia eorum testimonia non erant.

Dicit ei Iesus, Tu dicis.] Sic ipse sermonem suum temperat, ut & uerum dicat, & sermo eius calūniæ non pateat.

Tunc illi dicit Pilatus, & c.] Ethnicus quidem est, qui condemnat Iesum, sed causam refert in populū Iudæorū. Vide in quātis te accusant: Iesus autē nihil respondere uoluit, ne crimē diluēs, dimitteretur à pūde, & crucis utilitas differretur.

Per diem autē solennem, & c.] Hanc utiq. habebat consuetudinē, qui per talia alienæ genti placere gaudebat.

Habebat autē tunc uinctum in signem, & c.] Barrabam filium magistrī eorum Lucas propter seditionē factā in ciuitate, & homicidiū missum refert in carcerē. A q. uincitur, eius filius appellatur.

Sedente autē illo pro tribunali, & c.] In muliere autē species plebis gentiliū est, quæ iam fidelis eum cum quo conuersabatur, incredulum populū ad Christi fidem aduocat: quæ quia ipsa multū sit passa, pro Christo in eandē gloriā futura, illū cū quo conuersabatur, insinuat. Hac enim uice nō ante se intellexit diabolus p. Christi mortem nudandū, & spolia humani generis siue in mundo siue apud tartaros amissurum: & ideo satagebat per mulierem, per quæ spolia mortis inualerat, Christum eripere de manibus Iudæorum, ne per illius mortem ipse amitteret mortis imperium. Porro tribunal, sedes est iudicij: solium, regum: cathedra, doctorum.

At illi

At illi dixerunt, Barrabam.] Hæret usq; hodie Iudæis sua petitio, qui pro Salvatore, interfectorem: pro datore uitæ, elegerunt adeptorem. & hæcenus eam quam uendidere siue animæ seu corporis libertatē, recipere non meruerint.

Dicunt omnes, Crucifigatur.] Quanta perfidorum crudelitas, quæ innocentem occidere, pessimo ut sibi uidebatur mortis genere, desiderat: sed à Domino electa erat, ipsam enim crucem habiturus erat signum, ipsam diabolo superato, tanquam trophæum in frontibus fidelium positurus.

Videns autem Pilatus, usq; Vos uideritis.] Pilatus accepit aquam, iuxta illud Propheticum: Lauabo inter innocentes manus meas, ut in lauacro manuum eius, gentilium opera purgaretur, & ab impietate Iudæorum, qui clamauerunt, Crucifige eum, nos alienos faceret.

Innocens ego sum à sanguine iusti huius.] Iudex qui cogitur contra Dominum ferre sententiam, non damnat oblatum, sed arguit offerentes, iustum esse pronuncians, qui crucifigendus est. Vos, inquit, uideritis: ego minister sum legum uestrarum, uos sanguinem funditis.

Tunc dimisit illis Barrabam.] Non mirum, si pacē Iudæi habere nequeunt, quibus est auctor seditionis dimissus, id est, diabolus, qui iā olim patriæ lucis ob culpam superbię pulsus, & in tenebrarum fuerat carcerem missus. Quia uerò Barrabas, filius patris, uel filius magistri eorum interpretatur: potest antichristi typum gerere, quæ illi quibus dicitur, Vos ex patre diabolo estis, & Dei filio sunt prælaturi.

Iesum autem flagellati, etc.] Primitus ipse Pilatus flagellauit, post militibus tradidit illudendum, ut satiati pœnis & opprobrijs eius Iudæi, mortem illius sitire ultra desisterent. Mystice autē Pilatus, qui os malleatoris interpretatur: significat diabolum, qui secundum prophetam maleus uniuersæ terræ, per quæ Dominus uascula sua in ministerij usum formada percutit, cū electos suos uarijs tētionibus p̄bare permittit.

Tunc milites presidijs, usq; Aue rex Iudæorum.] Milites quodcumq; fecerunt, tamen nobis qui credimus, sacramenta tribuebant. In chlamyde cocinea, quam Marcus purpuram nominat, eo quod quædam purpura sit rubra, & cocco similima, peragentium cruenta sustentat, siue eius carnem, quam passionibus obiecit, insinuat. In corona spinea, maledictum soluit antiquum, siue susceptionem nostrorum peccatorum, pro qua mortalis fieri dignatus est, ostendit. In calamo uenenata occidit animalia, siue calamum tenebat in manu, ut sacrilegium scriberet Iudæorum. Potest in utroq; Domini habitum inimicorum quidem sententia probroso, sed ipsius Domini electione gloriosissimo, omnis electorum eius multitudo, quæ in martyres uenerandos, & ceteram fidelium plebem distinguitur, apertissime designari. Alba etenim ueste secundum Lucam induitur, cum munda iustorum confessione circumdatur. Purpura siue cocco uestitur, cum triumpho uictoriosorum martyrum gloriatur.

Et expuentes in eum, etc. reliqua.] Hæc faciunt usq;

hodie pagani & hæretici, milites utiq; diaboli, quasi arundine caput Christi ferunt, qui diuinitati illius contradicentes, errorem suum confirmare auctoritate sacre scripturæ conantur. Per arundinem enim solet scriptura confici. Spuunt in faciem eius, qui eius præsentiam gratiæ uerbis execrandis ex interna cæcæ mentis insania conceptis respuunt, & Iesum Christum in carne uenisse denegant.

Et postquam illuserunt ei, etc. reliqua.] Quando flagellatur Iesus, & conspuitur & irridetur, nõ habet propria uestimenta, sed ea quæ propter peccata nostra sumpserat: cum autem crucifigetur, & illusionis atq; irrisionis pompa præterierit, tunc pristinas uestes recipit, & proprium adsumit ornatum.

Exeuntes autem, inuenerunt hominem Cyrenæum, etc.] Primitus secundum Ioannem portabat, post imposita est Simoni, qui obediens interpretatur: uenienti de ciuitate Libyæ Cyrenæ, quæ hæres interpretatur: quia nimirum Christus pro nobis passus, præbens exemplum fidelibus, ut sequatur uestigia eius. Et Simon, de pago egrediens crucem portat post Iesum, cum populus nationum paganis ritibus derelictis, uestigia Domine passionis obedienter amplectitur.

Et uenerunt in locum qui dicitur Golgotha, etc.] Golgotha namq; Syrum nomen est, & interpretatur Caluaria. Est autem ipse locus in Helia tunc extra urbem ad Septentrionalem plagam montis Sion, & Caluarie non ob caluitium primi hominis, quem ibi quidam errantes sepultum frustra suspicantur: sed ob decollationem reorum atq; damnatorum dicitur. & propterea ibi crucifixus est Dominus, ut ubi prius area damnatorum, erigerentur uexilla martyrij. Moralē quoq; crucis figuram describit Apostolus, ubi ait: In charitate radicati & fundati, & ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, &c.

Et dederunt ei uinum bibere, etc.] Amara uitis uinum fecit amarum, quod propinat Domino Iesu, ut impleatur quod scriptum est: Dederunt in cibum meum fel, & in siti mea potauerunt me acetum. Quod autem dicitur, Cum gustasset, noluit bibere: hoc indicat, quod gustauerit quiddam pro nobis mortis amaritudinem, sed tertia die resurrexerit. Marcus uerò quod gustasset, tacuit: quod bibere noluit, aperuit dicendo, Non accepit: quod Marcus ait, myrrhatum uinum. Fel posuit pro amaritudine. & myrrhatum uinum amarissimum est, quanquam fieri possit, ut & felle & myrrha uinum amarissimum redderent.

Postquam autem crucifixerunt eum, etc.] Ioannes autē distinctius explicat, quemadmodum hoc gestum sit. Quadrupartita autē uestis Domini, quadripartitam eius figurauit ecclesiam, toto scilicet quatuor terrarum partibus orbe diffusam, & omnibus eisdem partibus cõcorditer distributam. Tunica uerò illa sortita, omnium partium significat unitatem, quæ quia charitatis uinculo continetur, quæ super eminentiorem habet usum, & super omnia præcepta est: merito uertis, qua significatur, de super contexta perhibetur.

tur. Quid in sorte, quæ non personæ, uel meritis, sed occulto dei iudicio cõceditur, nisi gratia dei cõmẽdata est, quæ in unitate ad oēs puenit.

Et sedentes seruabant eum.] Diligentia militum & sacerdotum nobis proficit, ut maior & apertior uirtus resurgentis appareat.

Et imposuerunt super caput eius, etc.] Pulchrè titulus, qui Christum regem testetur, non infra, sed supra crucem ponitur: quia licet in cruce pro nobis hominis infirmitate dolebat, super crucem tamen regis maiestas fulgebat. qui apte etiã, quia rex iulius & sacerdos est, cum eximia patris suæ carnis hostiam in altare crucis offerret: regis quoq; quia præditus erat titulo, dignitatem præterdit. Ut cunctis legere, hoc est, audire & credere uolentibus innotescat, qui suum per crucem non perdidit, sed confirmari potius, & corroborari imperium. quantum uerò ad litteras, hæc tres linguæ, ibi præ cæteris eminebant. Hebræa, propter Iudæos in lege gloriantes. Græca, propter gentium sapientes. Latina, propter Romanos, iam tunc penè omnibus gentibus imperantes. Velint nolint ergo Iudæi, omne mundi regnum, omnis mundana sapientia, omnia diuinæ legis sacramenta testantur: quia Iesus rex Iudæorum est, hoc est, imperator, credentium & confitentium Deus.

Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones, etc.] Latrones qui cum Domino sunt hinc inde crucifixi, significat eos, qui sub fide & confessione Christi, uel agonem martyrij, uel quælibet cõmentia arctioris instituta subeunt. Sed quicumq; hæc pœterna solum cõlestis gloria gerunt: hi profecto dextri latronis merito ac fide designantur. At qui siue humane laudis intuitu, seu qualibet minus digna intencione mudo abrenuntiant: nõ in merito blasphematoris mētē imitatur & actus.

Similiter & principes sacerdotum, etc.] Itaq; eos hæc confitentes, propria condemnat sententia: Qui enim alios saluos fecit, utiq; seipsum liuere, saluare poterat.

Si rex Israel est, etc.] Fraudulenta promissio. Surrexit ergo, etiã mis de cruce descendit, similiter non creditis.

Idipsum & latrones, etc. reliqua.] Hoc quia secundum Lucam unus fecit, alter uero digna inuectione redarguit, & Dominum fidei supplicatione precatur, potuit usitato locutionis modo per pluralem numerum significari. Usq; hodie hæc generi in ecclesia uidemus, cum mundanis tacti afflictionibus ueri simul ac falsi fuerint Christiani. Illi quidem qui sicca mētē Domine passionis sacramenta gestant, ad presentis uitæ gaudia cupiunt liberari à Domino. At qui simplici intentione cum Apostolo gloriantur in cruce Domini nostri, ita potius à presentibus ærumnis optant erui, ut spiritum suum in manus sui commendent auctoris. Potest in duobus latronibus uterq; populorum designari: quia uterq; blasphemauit, quando in mortem Domini pariter confiterentur. Sed alter magnitudine signorum exterius, egit pœnitentiam, & usq; hodie Iudæos increpat blasphemantes.

A sexta autem hora tenebre factæ sunt, etc.] Quod uerò Marcus recapitulando horam scilicet exprimit, qua maxime Iudæi clamauerunt, ut Dominus crucifigeretur. Quod ergo maxime uideri fecisse nolebant, hoc eos hora tertia fecisse ostendit: uerissime indicas magis fuisse Domini necatricem linguam Iudæorum, quæ militum manus, qui eum hora sexta crucifixerunt. Rationis igitur, imò diuinæ pietatis ordo poscebat, ut eodẽ temporis articulo, quo olim Adæ præuaricanti occluserat ianuam paradisi, nõ latroni Dominus pœnitenti ianuam paradisi refereret: & quæ hora primus Adam peccando mortem huic mundo inuexit, eadem secundus Adam mortem moriendo destrueret.

Et circa horam nonam, etc.] Quorum suscepit naturam, eorum deplorat miseriam. Ipsa enim natura, quæ ille suscepit, propter peccatum derelicta fuerat à patre, nõ filius, qui unum cum patre est. Ostenditq; quantum flere debeant, qui peccant, quando sic fleuit, qui nunquam peccauit: & ostendit q; patientes & sperantes inter flagella debeant esse, qui peccatores sunt: quando ille ad immortalitatem, non nisi per mortem transit.

Quidam autē illic stantes, etc.] Quos puto milites Romanos fuisse, nõ intelligentes sermonis Hebræi proprietatē. Sin autem Iudæos, qui hoc dixerint, intelligere uolueris, & hoc more solito faciunt ut Dominum imbecillitate infament, qui alienum auxilium deprecatur.

Et continuo currens unus ex eis, etc.] Postquã omnia perfererunt, dabant quod essent. Iudæi quoq; ipsi erant acetum. degenerates à uino prophetarum & patriarcharum, tanq; de pleno uase, de integritate mundi huius impleti, cor habentes uelut spongiã cauernosis quodammodo atq; tortuosis latibulis fraudulentum. Hyssopum, cui circumposuerunt spongiã, quoniã herba est humilis, & peccata purgat, ipsius Christi humilitatē congruenter accipimus: quã circumdederunt, & se circum uenisse putauerunt. unde est illud in Psalmo, Asparges me hyssopo, & mundabor. Per arundinem uerò, cui imposita est spongia, scriptura significatur, quæ implebatur hoc facto.

Iesus autē iterum clamans uoce magna, emisit spiritum.] Postq; accepto aceto, dixit, Consummatum est: hæc magna uoce protulit, in hac quid dixerit, Lucas aperte designat: Pater in manus tuas cõmendo spiritum meum. Quod autē dicit, Emisit spiritum: ostendit diuinam potestatis esse emittere spiritum, ut impleat quæ dixerat: nemo potest tollere animã, etc.

Et ecce uelut templi scissum est, etc.] Iosephus quoq; refert, uirtutes angelicas, præsidēs quondã templi, tunc pariter cõclamasse, Transeamus ab his sedibus. Mystice scinditur uelut templi, ut arca testamētis, & omnia legis sacramenta, quæ tegebatur, appareat, atq; ad populum transeant nationum.

Et terra mota est, etc.] Nõ dubium est, quid significet iuxta literam magnitudo signorum: ut crucifixum scilicet Dominum suum, & cœlum & terra omnia demonstrarent. Sed mihi uidetur terræ motus, & reliqua, typum ferre gentium, quod pristinis errorum uitijs, & cordis emollita duritia, qui

qui prius similes erant tumultis mortuorum, postea agnouerint creatorem.

Et multa corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt, etc.] Sanctorum corpora surrexerunt, ut Dominum ostenderent resurgentem: & tantum cum monumenta aperta sunt, non ante surrexerunt, quam Dominus, ut esset primogenitus ex mortuis. Sanctam autem ciuitatem, in qua uisi sunt resurgentes, aut Hierosolymam celestem intelligamus, aut hanc terrenam, quæ ante sancta fuerat appellata, propter templum, & sancta sanctorum, ad distinctionem aliarum urbium, in quibus idola colebantur.

Centurio autem, & qui cum eo erant, custodientes Iesum.] Non solus centurio glorificauit Deum, sed & milites. Quanta ergo cæcitas Iudeorum, qui tot per Dominum uirtutibus factis, tantis in morte eius apparentibus signis credere respuerunt. Unde merito per centurionem, fides ecclesie designatur: quæ uelo mysteriorum celestium per mortem Domini reserato, continuo Iesum, & uerè iustum hominem, & uerè Dei filium synagoga tacente confirmat. Nam & ipsa summa centenaria, quæ in flexu digitorum à sinistra manu transit in dexteram, ecclesie sacramento & fidei apertissime congruit: cui pro lege euangelium creditum: pro terræ diuitijs, regnum est cælestis promissum.

Erant autem mulieres ibi multe à longe, quæ secute, etc.] Ministrabant autem Domino de substantia sua, ut meteret eorum carnalia, cuius illæ merebant spiritualia: non quod indigeret cibus Dominus creatorum, sed ut typum ostenderet magistrorum, quod uictu atque uestitu ex discipulis deberent esse contenti.

Cum autem sero factum esset, uenit quidam homo diues ab Arimathia, etc.] Diues refertur non de iactantia scriptoris, qui uirum nobilem atque ditissimum refert Iesu fuisse discipulum, sed ut ostendat causam, quare à Pilato corpus Iesu potuerit impetrare. Arimathia autem ipsa Ramathaim, est ciuitas Helcanæ & Samuelis, in regione Thamnitica iuxta Diospolim.

Et accepto corpore Ioseph, inuoluit illud in sindone munda.] Ex simplici sepultura Domini, ambitio diuitum condemnatur, qui ne in tumultis quidem possunt carere diuitijs. possumus autem iuxta intelligentiam spiritalem hoc sentire, quod corpus Domini non auro, & gemmis & serico, sed lintamine puro obuoluendum sit. quanquam & hoc significet, quod ille in sindone munda inuoluit Iesum, qui pura eum mente suscepit.

Et posuit illud in monumento nouo, etc.] In nouo ponitur monumento, ne post resurrectionem cæteris corporibus remanentibus surrexisse aliud fingeretur. potest & nouum sepulchrum, Mariæ uirginis uterum demonstrare: saxumque ostio appositum, & saxum magnum illud ostendere, quod non absque auxilio plurimorum potuisset sepulchrum referari. De monumento Domini ferunt, qui nostræ ætatis tempore de Hierosolymis uenere, quod domus fuerit rotunda, de subiacente rupe excisa, tantæ altitudinis, ut in-

tro consistens homo, uix manu extenta culmen possit attingere, quæ habet introitum ab oriente, cui lapis ille magnus aduolutus atque impositus est, in cuius monumenti parte aquilonali sepulchrum ipsum, hoc est locus Domini corporis de eadem petra factus est, septem habens pedes longitudinis: trium uero palmarum mensura, cætero pauimento altius emittens: qui uidelicet locus non desuper, sed à latere meridiano per totum patulus est, unde corpus inferebatur, color autem eiusdem monumenti ac loculi, rubicundo & albo dicitur esse permixtus.

Erant autem ibi Maria Magdalene, etc.] Omnibus ad suaremeantibus solæ mulieres quæ arctius amabant, funus subsecutæ, quomodo poneretur inspicere curabant, ut ei tempore congruo munus possent deuotionis offerre. Sed & hæc uenit sanctæ mulieres dici Parasceue præparationis idem faciunt, cum animæ humiles, & quo maioris sibi conscia fragilitatis, eo maiori Saluatoris amore seruentes, passionis eius uestigijs in hoc seculo, quo requies est præparanda futura, diligenter obsequuntur: & si fortè ualeant imitari, pia curiositate, quo ordine sit eadē passio completa, perpendunt.

Altera autem die, quæ est post Parasceuen.] Quia ergo sexto die homo factus, & tota est mundi creatura perfecta, septimo autem conditor ab opere suo requieuit: unde & hanc sabbatū, hoc est requiem uoluit appellari. Recte Saluator eadem sexto die crucifixus, humanæ restaurationis impleuit arcanum. Sabbato autem in sepulchro resurgens, resurrectionis quæ octaua die erat, uentura expectabat euentum, ubi nostræ simul deuotionis ac beatæ retributionis præluce exemplum, quos in hac quidē sexta seculi ætate pro Domino pati, & uelut mundo necesse est crucifigi. In septimo uero ætate, id est, cum lethi quibus debitum soluit, corpora quidem in tumultis, animas autem secrete in pace cum Domino manere, & post bona oportet opera quiescere, donec octaua tandē ueniēte ætate, & iam corpora ipsa resurrectione glorificata, cum animabus simul incorruptione æternæ hereditatis accipiant.

Conuenerunt principes sacerdotum, etc.] Mystice in nomine seductoris & furto discipulorum, uerū licet ignorantes uaticinantur. Seductor enim erat Christus, non ut illi arbitrantur, à ueritate in errorem mittens, sed à falsitate in ueritatem, quia sicut diabolus est mediator, ad mortem homines seducendo: ita & Christus mediator est ad uitam mundum Deo reconciliando. discipuli quoque Saluatoris fures spiritualiter erant: quia contemptoribus & ingratis scripturam noui & ueteris testamenti, per iustum ablatam iudicium, in usus ecclesie conferebant. & Saluator rem, qui eis promissus & missus fuerat, illis nocte dormitantibus, id est, infidelitate torpentibus distulerant, & gentibus credendum tradebant. Et erat illis peior infidelitas resurrectionis, quam crudelitas crucis.

Illi autem abeuntes, usque, signantes lapidem cum custodiibus.] Quantum in ipsis est, manum imponerent resur-

resurgenti, ut diligentia eorum nostræ fidei proficeret. quanto enim amplius reseruaretur, tanto magis resurrectionis uirtus ipsius ostenditur.

Vespere autem sabbati, usque, Videre sepulchrum.] Vespere quidem sabbati uenire cœperunt: sed luce scente mane in prima sabbati, ad sepulchrum peruenerunt, id est, uespere aromata parauerunt, sed parata mane ad sepulchrum detulerunt, quod Matthæus quidem breuitatis causa obscurius posuit: sed Euangelistæ alij quo ordine sit factū, euidentius ostendunt. Sepulto namque sexta feria Domino, reuersæ à monumento, to mulieres, parauerunt aromata & unguenta, quamdiu operari licebat: & sabbato quidem si uerunt secundum mandatum, sicut Lucas aperre designat. Cum autem transisset sabbatū, uesperaque aduenit tempus operandi redisset, mox promptè ad deuotionem emerunt, quæ minus parauerat aromata, sicut Marcus commemorat, ut uenientes ungerent eum.

Et ualde mane una sabbatorum, uenerunt ad monumentum.] Sed queritur, quomodo dicat Euangelista, Vespere autem sabbati, quæ luce scit in prima sabbati: cum consuetus ordo temporum habeat, uesperam magis tenebre scire in nocte, quam in diem luce scere. Sed mystice loquens Euangelista, quantum dignitatis hæc sacratissima nox de gloria deuitæ mortis acceperit, insinuare studuit. Siquidem ab exordio mundi usque huc, ita temporum cursus distinguebatur, ut dies noctem præcederet, iuxta ordinem primæ conditionis. Hac autem nocte per mysterium resurrectionis Domini, temporum ordo mutatus est. Nam qui nocte surrexit à mortuis, die uero sequente eiusdem resurrectionis effectum discipulis ostendit, rectissime nox illa sequentis diei coniuncta est luci, ac sic temporum ordo statutus, ut dies noctem sequatur. & quidem aptissime quondam diem sequebatur nox, quia homo à luce paradisi peccando lapsus, in huius seculi tenebras decidit. Aptissime nunc sequitur dies noctem, quando resurrectionis per fidem à peccati tenebris & umbra mortis, ad lucem uitæ Christi largiente reducimur. Duæ unius nominis eiusdemque amoris ac deuotionis scemina, quæ Dominicum uenerunt uisere sepulchrū, duas fidelium plebes, Iudaicam scilicet & gentilem designant, quæ uno atque simili studio, passionem resurrectionemque sui redemptoris celebrare desiderant.

Et ecce tremotus factus est magnus.] Tremotus significat corda carnalium per fidem passionis & resurrectionis concutienda ad penitentiam, ac saluberrimo pauore permotæ ad uitam sublimanda perpetuam.

Angelus enim Domini, usque, Et sedebat super eum.] Aduenit angelus, ut obsequium seruitutis, quod Domino debuit, exolueret. Reuoluit lapidem, ut egressus Domini iam facti hominibus præstet indicium. Stans apparuit angelus, qui aduentum Domini in mundo prædicabat: ut etiã stando signaret, quia is quem prædicabat, ad de-

bellandum mundi principem ueniret: iste sedens, ut etiam sedendo figuraret eum superato mortis auctore, sedem regni iam cõscendisse perpetui. Sedebat super lapidem, quo ostium monumenti claudabatur, ut claustra inferorum sua illū uirtute deiecit superasse doceret.

Erant autem aspectus eius sicut fulgur, & uestimenta eius sicut nix.] Ut ipso quoque significaret habitu ac uultu, quia is gloriam resurrectionis nunciabat, qui & terribilis ad damnandum reprobos: & benignus esset ac blandus ad consolandum electos.

Respondens autem angelus, dixit mulieribus, Nolite timere uos.] Ac si apertè dicat: Paueant illi, qui non amant aduentum supernorum ciuium, & carnalibus pressi desiderijs, ad eorum se societatem desperant posse pertingere: non uos, quæ uestros concius uidetis.

Scio enim quod Iesum, qui crucifixus est, queritis, etc.] Scio, inquit, quod funus Saluatoris, charitatis officio celebrare uenistis: sed hic præsentem cernere, non habet is, qui iam sua uirtute surrexit: licet nunquam maiestate sentiat absentem, & si meis uerbis non creditis, ueritatem resurrectionis, uel uacuo probat e sepulchro subiit:

Et citò euntes, usque, ubi eum uidebitis, ecce prædixi uobis.] Felices feminae, quæ angelico doctæ oraculo, triumphum resurrectionis mundo annunciare meruerunt, ac mortis imperiū, quæ Eua serpentina seducta afflatu induxit, prædicare dirutū.

Præcedet uos in Galilæam.] Id est, in uolubrum gentium, ubi ante error erat, & lubricum uestigium stabili pede non ponebat. interpretatur enim Galilæa, uolubilis, siue rota, uel transmigratio facta, moraliter in mortificatione carnis agnoscitur, in transmigratione mētis uidetur.

Et exierunt citò de monumento cum timore magno, etc.] Merito quæ mouet, quomodo Marcus scribat, Et nemini quicquā dixerunt: cum Lucas Matthæo concordans dicit, Et regressæ à monumento, nunciauerunt hæc omnia, &c. Nisi intelligamus ipsorum angelorum, nemini ausus fuisse aliquid dicere, id est, respondere ad ea quæ ab illis audierant: aut certè custodibus, quos iacentes uiderunt.

Et ecce Iesus occurrit illis, dicens, Aue, etc.] Primæ resurgentis Domini salutationem audire merebantur, ut maledictum Eua, mulieribus solueretur. Moraliter occurrit Iesus cum salutatione omnibus uirtutum iter inchoantibus, præbendo auxilium, ut ad salutem perpetuam peruenire queant.

Ille autem accesserunt, etc.] Iste accedunt & tenent pedes eius, quia adorauerunt eum. Cæterum illa quæ quærebatur uiuentem cum mortuis, & nesciebat adhuc filium Dei resurrexisse: merito audit. Ne tangas me, nondum enim ascendi ad patrem meum.

Tunc ait illis, Nolite timere.] Et in ueteri & in nouo instrumento hoc semper obseruandū est, quod quando angustior aliqua apparuerit uisio, primum timor pellatur, ut sic mente placita possint, quæ dicuntur audiri.

Ite

Ite renunciate fratribus meis, ut eant in Galileam, ibi me uidebunt.] Hæc promissio Domini aspectus, qui à multis completa est. propheticè dictum accipiendum est. Galilæa namq; interpretatur uel transmigratio, uel reuelatio. Transmigrauerat enim gratia Christi de populo Israel ad gentes, ut prædicantibus Euangelium apostolis, uiam in cordibus hominum præpararet.

Ibi me uidebunt.] Id est, ibi mea membra inueniunt, & uisum corpus agnoscunt in eis, qui eos suscipiunt: secundum illud quod Galilæa interpretatur reuelatio, nō iam in forma serui intelligendum est, sed in illa in qua æqualis est patri: illic erit reuelatio tanquam uera Galilæa, cum similes ei erimus, ibi eum uidebimus, sicuti est.

Quæ cum abiissent, ecce quidam de custodibus, usq; Et secus uos uos faciemus.] Omnes igitur qui stipe templi, & his quæ conferuntur ad usus ecclesiæ, abutuntur malis rebus, quibus suam expleat uoluptatem: similes sunt scribarum, sacerdotū redimentium mendacium, & sanguinem Saluatoris.

Vndecim discipuli in Galileam abierunt, etc.] Quid est ergo quod Iesus præcedit discipulos in Galileam, ut uideatur ab eis: sequuntur illi, ut uidentes eū adorēt, nisi quia surrexit Christus à mortuis primitiæ dormientium: sequuntur autē hi qui sunt Christi, & ipsi in suo ordine ad uitam de morte transmigrant: ibiq; eum uidentes adorant: quia in specie suæ diuinitatis contemplantur sine fine collaudant. Cui uisioni congruit illud, quod Galilæa etiam reuelatio interpretatur: tunc enim reuelata facie, sicut Apostolus testatur, gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur, quicunq; modò reuelamus ad eum uiam nostram, eiusq; uestigia sequimur fide non ficta.

Quidam autem dubitauerunt.] Cognoscunt ergo Dominum, quem misis in terram uultibus adorant, sed inerat mentibus eorum non contemnedā dubietas, quia se nō corpus in quo passus est, resuscitatum: sed spiritum, quem finita passionē tradidit, solum uidere putabant.

Et accedens Iesus, locutus est eis, dicens: Data est mihi omnis potestas in celo & in terra.] Hæc de assumpta loquitur humanitate, quam suscipiendo minoratus est paulo minus ab angelis, & in qua resurgendo à mortuis, gloria & honore est coronatus, & constitutus super opera manuum patris, omniaq; subiecta sub pedibus eius: interq; omnia, etiam mors ipsa eius pedibus substrata est, quæ ei ad tempus uisa est præualere.

Euntes ergo docete omnes gentes, etc.] Prius ergo docere gentes, id est, scientia ueritatis instituere, ac sic baptizare præcipit, quia sine fide impossibile est placere Deo, & Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei, ad extremum uerò subitigit, Docentes eos seruare omnia quæcunq; mandauimus uobis: quia sicut corpus sine spiritu mortuū est, ita & fides sine operibus mortua est.

Et ecce, ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationem seculi.] Marcus ait, Et Dominus quidem postquam locutus est, assumptus est in cælum, & sedit à dextris Dei: quia enim ipse Deus & homo est, assumptus est in cælum, & sedit à humanitate, quam de terra susceperat: manet cū sanctis in terra diuinitate, qua terram pariter implet & cælum. Notandum interea, quod præsens ubiq; diuina maiestas, aliter electis suris, aliter est reprobis. adest enim reprobis potentia naturæ incomprehensibilis, qua omnia cognoscit nouissima & antiqua, intelligit cogitationes à longe, & omnes uias singulorum præuidet. Adest electis gratia piæ protectionis, qua illos specialiter per presentiam dona uel flagella, quasi filios pater erudit, atq; ad possessionē futuræ hæreditatis erudiendo prouehit.

40 EXPOSITIONVM VENERABILIS BEDAE SVPER MATTHAEVM, FINIS.

Oratio

Oratio Dominica à Beda uenerabili presbytero explanata.

Pater noster qui es in caelis.] Apud Euangelistam Matthæum, septem petitiones continere uidetur oratio. Quarum in tribus aeterna poscuntur, reliquis quatuor temporalia: quæ tamen propter aeterna consequenda, sunt necessaria. Nā quod dicimus:

Sanctificetur nomen tuum: Adueniat regnum tuum, & fiat uoluntas tua sicut in celo & in terra.] Quod non absurde quidam intellexerunt in spiritu & corpore omnino sine fine retinenda esse, & hic inchoantur. Quantumcunq; proficimus, augetur in nobis. Perfecta uerò (quod in alia uita sperandum est) semper possidebuntur. Quod uerò dicimus,

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, etc.: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, etc.: Ne nos inducas in tentationem, etc.: Sed libera nos à malo.] Quis nō uideat ad presentis uitæ indigentiam pertinere: In illa itaq; uita aeterna, ubi nos semper speramus futuros, & nominis Dei sanctificatio, & regnū eius & uoluntas eius, in nostro spiritu & corpore perfecte atque immortaliter permanebunt. Panis uerò quotidianus ideo dicitur

quod est, quia hic est necessarius, quantum animæ carniq; tribuendus est, siue spiritaliter siue corporaliter, siue utroq; modo intelligatur. Hic est etiam remissio quam poscimus, ubi est commissio peccatorum. Hæc tentationes, quæ nos ad peccatum uel alliciunt uel impelluntur. Hic deniq; malum unde cupimus liberari, illic autem nihil istorum est. Euangelista uerò Lucas in oratione Dominica petitiones non septem, sed quinque amplexus est, neq; ab isto utique discrepauit. Sed quomodo ista septem sint intelligenda, sua ipsa breuitate commouit. Nomen quippe Dei sanctificatur in spiritu: Dei autem regnum in carnis resurrectione uenturum est. Ostendens ergo Lucas tertiam petitionem duarum superiorum esse quodam modo repetitionem, magis eam prætermittendo fecit intelligi. Deinde tres illas adiungit de pane quotidiano, de remissione peccatorū, de tētationē uitāda. At uerò quod ille in ultimo posuit, Sed libera nos à malo. Iste non posuit, ut intelligeremus ad illud superius, quod de tētationē dictum est, pertinere: Ideo quippe dicit: Sed libera nos à malo. Et libera: tanquam unam petitionem esse demonstrans. Noli hoc, sed hoc.

Ut sciat unusquisq; in eo se liberari à malo, quod non inferatur in tētationem.

FINIS.

VENERABILIS

Venerabilis Bedæ

Presbyteri, ad Accam Episcopum, in expositionem Euangelij secundum Marcum,

PROLOGVS.



Xpositione Euangelij secundum Marcum, opitulante ipsa Euangelica gratia, scripturi, primo quæ fuerit eidem Marco causa euangelij scribendi, breuiter in sinu adu esse cõsumimus. Cũ Romanæ urbi clarum ueri dei lumen prædicante beato Petro Apostolo fuisset exortũ, adeo sermo ueritatis uniuersorum mentes, placito illustrabat auditu, ut quotidie audiētibus eum nulla unquã satietas fieret. Vnde neq; auditio sola eis suffecit, sed Marcũ discipulũ eius omnibus precibus obsecrãtes orant, ut ea quæ ille uerbo prædicabat, ad perpetuam eorum cõmonitionem habendã scripturæ traderet, quo domi forisq; in huiuscemodi uerbi meditationibus permanerent. Nec prius ab obsecrando desistunt, quã quæ orauerant impetrarent. Petrus uero, ut per spiritum sanctum religioso se spoliatum comperit furto, delectatus est: & fidem eorum deuotionemq; per hæc considerans, factũ confirmauit, & in perpetuum legendam scripturã ecclesijs tradidit. Clemens in sexto Dispositionũ libro hæc ita gesta esse describit. Cui simile dat testimoniũ etiam Hierapolites Episcopus, nomine Papias, qui & hoc dicit, quod Petrus in prima epistola sua, quã de urbe Roma scripsit, meminerit Marcũ, in qua tropice Romã Babylonã nominarit, cum dicit, Salutat uos ea ecclesia, quæ in Babylone electa est, & Marcus filius meus. Assumpto itaq; euangelio quod ipse confecerat, perrexit in Ægyptum, & primum Alexandria Chriřtũ annunciãns, constituit ecclesiã tanta doctrina, et uitæ continentia, ut omnes sectatores Chriřti, ad exemplũ sui cogeret. Deniq; Philo disertissimus Iudæorum, uidens Alexandria primam ecclesiam adhuc iudaizantem, quasi in laudem gentis suæ librũ super eorum conuersatione scripsit. Et quomodo Lucas enarrat Hierosolymæ credentes omnia habuisse communia: sic & ille quod Alexandria sub Marco fieri doctore cernebat, memoriã tradidit. Tradunt autem hunc natione Israelitica, & sacerdotali ortum profapia, ac post passionẽ ac resurrectionem domini saluatoris, ad prædicationẽ apostolorum euangelica fide ac sacramentis imbutũ, atq; ex eorum fuisse numero, de quibus scribit Lucas, quia multa etiã turba sacerdotum obediebat fidei. Quapropter utpote legalibus institutus edictis, optimum per omnia uiuendi ordinem genti, quam ad fidem uocabat præmonstrauit. Sed et canonicam Pa-

Petrus.

Clemens.

Papias.

Marci uita.

Philo.

Marci genus.

schæ obseruantiam, quæ uniuersis Chriřti ecclesijs foret imitabilis, ostendit. In cuius euangelio tuo, dilectissime antistitum Acca, nec non & aliorũ fratrum plurimũ cõmonitus hortatũ, prout Dominus dedit, scripturi, maxime quæ in patrum uenerabilium exemplis inuenimus, hincinde collecta ponere curabimus. Sed & nonnulla propria ad imitationẽ sensus eorum, ubi opportunum uidebitur interponemus. Legeorẽq; supplex obsecro, ut si hæc nostra opuscula transcriptione digna duxerit, annotationẽ nominũ eorum quæ supra in margine appositã sunt, diligens scriptura conseruet, quomodo in expositione euangelij beati Lucę, quam ante annos plurimos auxiliante dei gratia composuimus, constat esse factitatum. Orantẽ pro nobis sanctitatem tuã, cælestis semper gratia protegat. Sed & hoc ante omnia cunctos qui hæc forte lecturi sunt deprecor in Domino, ut pro meis & corporis & animi fragilitatibus, apud piũ iudicẽ intercessores existere dignentur.

LIBER PRIMVS EXPOSITIONUM Venerabilis Bedæ Presbyteri, super Marcum. Caput primum.



Titulum euangelij Iesu Chriřti filij dei. Sicut scriptũ est in Esaiã propheta. Conferendũ hoc euangelij Marci principũ, principio Matthæi, quo ait: Liber generationis Iesu Chriřti filij, Dauid, filij Abraham. Atq; ex utroq; unus dominus noster Iesus Chriřtus, Dei & hominis filius est intelligendus. Et apte primus euangelista filiu hominis eum, secundus filiu dei nominat, ut a minoribus paulatim ad maiora sensus noster exurgeret, ac per fidem & sacramenta humanitatis assumptæ, ad agnitionẽ diuinæ æternitatis ascenderet. Apte, qui humanam erat generationẽ descripsit, a filio hominis coepit, Dauid uidelicet siue Abraham, de quorũ stirpe substantiã carnis assumpsit. Apte is qui librũ suum ab initio euangelicæ prædicationis inchoabat, filiu magis dei appellare uoluit dominũ nostrum Iesum Chriřtum: quia nimirum & humanæ erat naturæ de progenie patriarcharũ siue regum, ueritatem carnis suscipere, & diuinæ fuit potentie et angelicæ in uero prædicare. Euangeliu quippe bonum nunciũ dicitur. Quod autẽ melius est nunciũ, quam Pœnitentiã agite, appropinquet enim regnũ cœlorum: Hominis itaq; est, humanitus nasci: dei uero, regni cœlestis introitu pœnitentibus prædicare. Et ideo Matthæus recte filiu Dauid nuncupat, quem in carne uenientẽ asseuerat. Recte Marcus filiu dei, quem in primã uoluminis sui fronte auctore euangelij, et sponsorem regni designat æterni. Vbi notandum quod Euangelistæ sancti, qui dispensationem

Acca.

Cap. i.

Christus filius dei et hominis.

Euangelium

nobis dominicæ incarnationis scripta reliquere, uno quidem spiritu accensi ad officium scribendi accesserunt: sed diuersum narrationis suæ primordium singuli, diuersum statuerunt terminum. Matthæus namque à natiuitate dominica exordium sumens, ad tempus usque dominicæ resurrectionis seriè suæ narrationis perduxit. Marcus ab initio euangelicæ prædicationis incipiens, pertinet ad tempus usque Ascensionis dominici, & prædicationis discipulorum eius cunctis gentibus per orbem. Lucas à natiuitate præcuratoris in choans Euangelium, terminauit in Ascensione dominica: cum redeuntes discipuli Hierosolymam aduentum sancti spiritus diuinis in laudibus expectant. Ioannes ab æternitate uerbi dei, per quod omnia facta sunt, principium sumens, & ipse ad tempus usque dominicæ resurrectionis euangelizando pertingit. Scripturus ergo euangelium Marcus, congrue primo omnium ponit testimonia prophetarum quibus hoc futurum iam olim præcinebatur. Ut eo cunctis uera ac sine scrupulo dubietatis suscipienda quæ scriberet inueneret: quo hæc à prophetis sancto spiritu impletis antea præscita ac prædicta esse monstraret. Simulque uno eodemque euangelij sui principio & Iudæos qui legem ac prophetas susceperant, ad suscipienda etiam euangelij sacramenta quæ ipsorum prophetæ prædixerant, instituit, & gentiles qui per omnia euangelij præconia ad dominum uenerant, ad auctoritatem quoque legis et prophetarum suscipienda uenerandaque prouocat: ne qui iuxta hæreticos aut uetus solummodo testamentum, aut solummodo nouum suscepisset, alienus à testamento dei remaneret.

Cap. 1. Angelus Ioannes.

Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam ante te. Angelus uocatur Ioannes, non naturæ societate iuxta hæresim Origenis, sed officij dignitate. Angelus enim Græcè, Latine nuncius dicitur. Quo nomine recte appellari potuit homo ille qui fuit missus à deo ut testimoniū perhiberet de lumine, & uenientem in carne dominum mundo nunciaret. Nec mirandum mystice Angelum nominari eum quo inter natos mulierum maior nemo surrexit, cum cõstet omnes qui sacerdotij gradu rite funguntur, ob euangelizandi officium angelos posse uocari, dicente Propheta: Labia sacerdotis custodiēt scientiā, & legem requirēt ex ore eius, quia angelus domini exercituum est. *Vox clamantis in deserto parate uiam domini, rectas facite semitas eius.* Cõstat quia unigenitus filius uerbum patris uocatur, Ioanne attestante qui ait: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum & deus erat uerbum. Et ex ipsa nostra locutione cognoscimus, quia prius uox sonat, ut uerbum postmodum possit audiri. Ioannes ergo uox à propheta uocatur, quia uerbum præcedit. Aduentum itaque dominicum præcurrens uox dicitur, quia per eius ministerium patris uerbum ab hominibus au-

Angeli.

Verbum.

ditur. Qui etiā in deserto clamat: quia derelictæ ac destitutæ Iudææ solatium redemptionis annunciat. Quid autem clamaret, aperitur cum subditur: Parate uiam domini, rectas facite semitas eius. Omnis qui fidem rectam et bona opera prædicat: quid aliud quam uenienti domino ad corda audientium uiam parat, ut hæc uis gratiæ penetret, ut lumen ueritatis illustret, ut rectas deo semitas faciat, dum mûdas in animo cogitationes per sermonem bonæ prædicationis format. Sane notandum quod ex testimonijs prophetis quæ posuit Marcus, unum solummodo in Esaia, alterum uero inuenitur in Malachia. Nec tamē falli aut fallere putandus est euangelista, qui hoc scriptum dicit in Esaia quod Esaia non scripsit, sed potius intelligendum, quod etsi non hæc uerba quæ de Malachia posuit, inueniuntur in Esaia, sensus tamē eorum inuenitur in Esaia, & in nonnullis locis alijs, et manifestus in eo quod hic ipse subiunxit, Vox clamantis in deserto, parate uiam domini, rectas facite semitas eius. Quis enim non uideat, quanta sit in utraque sententia cõcordia? Nam quod dixit Malachias, mittendum angelum ante faciem domini qui præpararet uiam eius, hoc est utique quod dixit Esaia, uoce clamantis audiendā in deserto, quæ diceret, Parate uiam domini, rectas facite semitas eius. Quia sicut Ioannes recte angelus potuit uocari, pro eo quod faciē domini euangelizando præuenit, ita recte appellari & uox potuit, quia uerbum dei sonando præbat: sicut & supra dictum est. In utraque autem sententia similiter paranda uia domini prædicatur. Ideoque non fallitur euangelista, qui hoc dictum ab Esaia scribit: quod etsi non eisdem uerbis, eodem tamen sensu ab ipso scriptum inuenit. Potuit autem fieri ut animo Marci euangelium conscribentis pro Malachia Esaia occurreret, ut fieri solet. Quod tamen sine ulla dubitatione emendaret, saltem ab alijs admonitus, qui ipso adhuc in carne uiuente hoc legere potuerunt, nisi cogitaret recordationi suæ quæ sancto spiritu regebatur, non frustra occurrisse aliud pro alio nomen prophetæ: quia ita dominus hoc scribi constituit. Cur autem ita constituerit dominus, prima illa causa utilissima debet facillime cogitari, etiā sic esse insinuatū, ita omnes sanctos prophetas uno spiritu locutos mirabili inter se consensione constare, ut hoc multo amplius sit, quam si omnium omnia prophetarum uno unius hominis ore dicerentur. Et ideo indubitanter accipi debere quæcumque per eos sanctus spiritus dixit, & singula esse omnium, & omnia singulorum. Cum ergo & quæ dicta sunt per Esaia, tam sint Malachia quam Esaia, & quæ dicta sunt per Malachia tam sint Esaia quam Malachia: quid opus erat ut emendaret Marcus, cum aliud pro alio sibi nomen occurrens à se scriptum legisset, ac non potius sequens auctoritatē spiritus sancti, à quo mentem uitam regi plus nobis ille utique sentiebat ita hoc scriptum

Spiritus unus in omnibus

Cap. 2.

Baptisma Ioannis.

Confitendi exemplum

Act. 10.

Vestitus Ioannis.

V.etus.

ptum relinqueret. Sic enim admonendo constituerat ei dominus ad informandos nos tanta uerborum suorum inter prophetas esse concordiam, ut non absurde, immo congruentissime, etiam Esaia deputaremus quod per Malachiam dictum reperimus.

Fuit Ioannes in deserto baptizans: & prædicans baptismum penitentiae in remissionem peccatorum. Cunctis gentibus liquet quod Ioannes baptismum penitentiae non solum prædicauit, uerum etiam quibusdam dedit, sed tamen baptismum in remissionem peccatorum dare non potuit. Remissio etenim peccatorum in solo nobis baptismo Christi tribuitur. Notandum itaque quod dicitur, prædicans baptismum penitentiae in remissionem peccatorum: quoniam baptisma quod peccata solueret, quia dare non poterat, prædicabat. ut sicut incarnatum uerbum patris præcurrebat uerbo prædicationis, ita baptismum penitentiae quo peccata soluerentur, præcurreret suo baptismate, quo peccata solui non possunt. Et baptizabantur ab illo in Iordane flumine, confitentes peccata sua. Exemplum confitendi peccata, ac meliorem uitam promittendi datur eis qui baptismum accipere desiderant, sicut etiam prædicante Paulo in Epheso multi credentium ueniebant confitentes & annunciantes actus suos, quatenus abdicata uita ueteri, renouari mererentur in Christo. Vnde etiam beato Petro ostensis in limbo caelestis diuersis generis animantibus dicitur: Surge Petre, occide & manduca. Quod est aperte dicere, Occide infideles ab eo quod fuerant prius, abrenūciatione scelerum & promissione pie religionis, ac sic fidei Christianæ sacramentis imbutos in sanctæ ecclesiæ membra cõmuta. Et erat Ioannes uestitus pilis cameli, & zona pellicea circa lumbos eius. Pili, inquit, uestitus non lana. Alterum austeræ uestis indicium est: alterum luxuriæ mollioris. Zona autem pellicea qua acinctus fuit & Helias, mortificationis indicium est. Porro quod sequitur, et locustas, et mel syluestre edebat: habitatori solitudinis cõgruum est. ut non delitias ciborum, sed necessitatem humanæ carnis expleret. Potest habitus, & uictus eius per significationem, etiam qualitatem internæ conuersationis eius non inconuenienter exprimere. Namque austerioribus utebatur indumentis, sicut etiam dominus in laudibus eius profertatus est dicens ad Iudæos: Quid existis in deserto uidere? hominem mollibus uestitum? ecce qui mollibus uestiuntur, in domibus regum sunt: quia uitam peccantium non blandimentis fouit: sed uigore asperæ inuentionis increpauit dicens: Genimina uiperarum qui uobis demonsttrauit fugere à uentura ira: Zonam pelliceam habebat circa lumbos suos: & concupiscentijs, quod eorum esse proprium qui sunt Iesu Christi, apostolo attestante didicimus. Locustas & mel syluestre edebat, quia dulce quidem sapie-

bat turbis prædicationis eius: existimante populo & cogitantibus omnibus in cordibus suis de eo ne forte ipse esset Christus. Sed ocys sine fortita est illa opinio: intelligentibus eius auditoribus quod non ipse Christus sed præcurator & propheta Christi. In melle etenim dulcedo: in aceto alacer uolatus, sed cito decedens.

Edicabat dicens, Veniet fortior me post me, cuius non sum dignus procumbens soluere corrigiam calceamentorum eius. Mos apud ueteres fuit, ut si quis eam quæ sibi competeret, accipere uxorem nollet, ille ei calceamentum soluere, qui ad hæc sponsus iure propinquitatis ueniret. Quid ergo inter homines Christus, nisi sanctæ ecclesiæ sponsus apparuit? De quo & idem Ioannes dicit: Qui habet sponsam, sponsus est. Sed quia Ioannes homines Christum esse putauerunt, quod idem Ioannes negat, recte se indignum esse ad soluendam corrigiam eius calceamenti denuntiat. Ac si aperte dicat: Ego redemptoris uestigia denudare non ualeo, quia sponsi nomen mihi immeritus non usurpo. Quod tamen intelligi & aliter potest. Quis enim nesciat, quod calceamenta ex mortuis animalibus fiunt? Incarnatus uero dominus ueniens quasi calceatus apparuit: qui in diuinitate sua morticina nostræ corruptionis assumpsit. Sed huius incarnationis mysterium, humanus oculus penetrare non sufficit. Inuestigari enim nullatenus potest: quomodo corporatur uerbum: quomodo summus & uiuificator spiritus intra uterum matris animatur: quomodo is qui initium non habet & existit, concipitur. Corrigia ergo calceamenti, est ligatura mysterij. Ioannes itaque soluere corrigiam calceamenti eius non ualet: quia incarnationis mysterium nec ipse inuestigare sufficit: qui hanc per prophetiam spiritum agnouit. Ego baptizauit uos aqua, ille uero baptizabit uos spiritu sancto. Non quidem adhuc Ioannes dominum manifeste deum aut dei esse filium, sed tantum uirum se fortiosem prædicat. Non enim rudes adhuc auditores tanti cupiebant arcana sacramenti, quod filius dei æternus homine assumpto ex uirgine denuo natus esset in mundo: sed paulatim per agnitionem gloriificatæ humanitatis, introducendi erant ad fidem diuinæ æternitatis. Quibus tamen quasi latenter quodam modo ac uelato sermone deum hunc esse uerum declaratum eum spiritu sancto baptizaturum esse confirmat. Cui enim dubium nullum posse alium gratiam sancti spiritus, nisi deum dare. Tempore autem procedente cum capaciores iam ad intelligendum eosdem suos uideret auditores: etiam filium dei illum aperte prædicauit dicens: Sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem uideris spiritum descendentem et manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego uidi, & testimonium perhibui: quia hic est filius dei. Baptizamur autem à domino in spiritu sancto, non solum cum in die

Calceamenti soluendi ratio.

Cap. 4. Christus cur baptizatus.

Trinitatis mysterium.

Spiritus sanctus, ubi maneat.

baptismatis fonte uitae in remissionem peccatorum abluimur: ueruetiam quotidie cum per gratiam eiusdem spiritus ad agenda quae deo placent accendimur.

Et factum est in diebus illis. Venit Iesus a Nazareth Galilaeae, & baptizatus est in Iordane ab Ioanne. Triplitem ob causam saluator ab Ioanne accepit baptismum. Primo ut, quia homo natus erat, omnem iustitiam, & humilitatem legis impleret. Secundo, ut baptismate suo, Ioannis baptisma confirmaret. Tercio, ut Iordanis aquam sanctificans, per descensionem columbae spiritus sancti in Iuacro credentium monstraret, aduentum.

Et statim ascendens de aqua uidit caelos apertos, & spiritum tanquam columbam descendentem & manentem in ipso. Et uox facta est de caelis: Tu es filius meus dilectus, in quo te complacui. Mysterium trinitatis in baptismo domini demonstratur. Dominus baptizatur, spiritus descendit in specie columbae, patris uox testimonium filio praebentis auditur. Aperitur autem caeli, non refectione elementorum, sed spiritalibus oculis, quibus & Ezechiel in principio uoluminis sui apertos eos esse commemorat. Sedit quoque columba super caput Iesu, non quis putaret uocem patris ad Ioannem factam: ne ad dominum. Pulchre autem cum dixisset, Et spiritum tanquam columbam descendentem addidit, & manentem in ipso. Hoc etenim mediator Dei & hominum donum est speciale collatum, ut implens semel eum spiritus sanctus, nunquam recederet, sed perpes in illo maneret. Nam fidelibus eius ad insignia uirtutum & miracula facienda, aliquando gratia spiritalis confertur, aliquando tollitur. Quibus tamen ad operationem pietatis & iustitiae, ad amorem dei & proximi conferendum, nunquam gratia spiritus abest. Unde de illo spiritu promittitur dicente eis domino: Vos autem cognoscetis eum quia apud uos manebit, & in uobis erit. Verum specialiter in domino manet spiritus semper non quomodo in electis eius iuxta mensuram fidei, sed sicut Ioannes ait: Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre, plenum gratiae & ueritatis. Manet autem in illo spiritus, non ex eo tantum tempore quo baptizatus est in Iordane: sed ex illo potius quo in utero conceptus est uirginali. Nam quod in baptizatum descendere uisus est spiritus, signum erat conferendae nobis in baptismo gratiae spiritalis: quibus in remissionem peccatorum ex aqua & spiritu regeneratis, amplior eiusdem spiritus gratia per impositionem manus episcopi solet caelitus dari. Sicut etiam hoc quod apertos caelos uidit post baptismum, nostri utique gratia factum est: quibus per lauacrum undae regeneratis, ianua panditur regni caelestis, quae peccantibus quondam protoplastis ac paradiso ciectis, toti generi humano interpositis Cherubim & flammeo gladio, clausa est. Extinguitur namque haec flamma cuiusque fidelium, cum aquis

uitabilibus tingitur. Reconciliatur angelicis spiritibus, cum ad pacem sui redierit creatoris: adeo ut si percepta fidei sacramenta puro corde & corpore seruauerit, mox solus carne regnare possit intrare caelestia. Alioqui quomodo tunc aperirentur domino caeli: qui cum homo fieret & habitaret nobiscum in terra, caelum pariter diuina potentia continebat & terram? Sed & hoc quod uox paterna de caelis innotuit: Tu es filius meus dilectus, in te complacui: non ipse filius quod nesciebat docetur: sed nobis quod credere debeamus ostendit. Ipsum uidelicet qui baptizandus cum alijs uenit ad Ioannem homo, uerum esse dei filium: non solum ipsius Ioannis, sed & totius mundi dominum, & ideo ueraciter in spiritu sancto baptizari ualentem. Nos quoque uox eadem docuit, per aquam abluitionis & spiritum sanctificationis, dei posse filios effici. Quotquot enim receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. Bene autem in specie columbae descendit spiritus sanctus, quod multum simpliciter animal, atque a malitia fellis alienum. Ut figurate nobis insinuaret, quod simplicia corda quaerit: nec habitare dignatur in mentibus impuris, qualis fuit Simo ille cui dicebat Petrus: Non est tibi pars, neque fors in sermone hoc: in felle enim amaritudinis & obligatione iniquitatis, uide o te esse.

Et statim spiritus expulit eum in desertum, & erat in deserto quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & tabatur a Satana. Matthaeus similiter exposito domini baptismo & uoce de caelis facta, quae diceret. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui: continuo subiunxit, Tunc Iesus ductus est in desertum ab spiritu, ut tentaretur a diabolo. Verum ne cui ueniret in dubium, a quo eum spiritu ductum siue expulsum dicerent in deserto: consulte Lucas primo posuit: quia Iesus plenus spiritu sancto regressus est ab Iordane, ac deinde intulit: Et agebatur in spiritu in deserto, nequid contra eum ualuisse spiritus immundus putaretur, qui plenus spiritu sancto, quo uolebat digrediens, quae uolebat agebat. Quadraginta autem dies & noctes, quibus eum tentat, totum huius seculi tempus insinuat, quibus membra eius uidelicet sanctam ecclesiam tentare nunquam desistit. Quia nimirum quadripertitus est mundus, in quo domino famulamur. Decem uero praeccepta sunt, per quorum obseruantiam domino famulantes contra hostis indefessi malitiam certamus. Decem autem quater ducta quadraginta faciunt. Ideoque totum militiae nostrae tempus apte quadragenario dierum ac noctium numero comprehenditur. Baptizatus ergo dominus expellitur a spiritu in desertum, & tentatur a Satana, ut exemplum uitae suis fidelibus praebear: qui post acceptam in baptismo remissionem peccatorum, non solum ad exercenda opera uirtutum, uerum etiam ad tolerandam propter iustitiam persecutio-

Vox paterna.

Columba.

Cap. 5.

Spiritus a quo ducitur.

Quadraginta dierum & noctium tempus.

Desertum cur petit.

Ioannestra datus in carcerem.

Io. quando traditus.

Euangelium concensus.

neum sint accingendi. Secedit enim in desertum, ut nos doceat, relictis mundi illecebris, & societate prauorum, diuinis per omnia seruire mandatis. Tentatur solitarius a diabolo, ut nobis insinuet, quod omnes qui uolunt pie uiuere in Christo, persecutionem patiantur, et quod per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. Tentatur quadraginta diebus & quadraginta noctibus, ut indicet quod quadraginta uiuentes domino seruimus, siue prospera blandiantur (quod ad dies pertinet) seu nos aduersa feriant (quod noctis figura congruit) semper ambulantes in lege domini adsit toto orbe aduersarius, qui iter nostrum tentando impedire non cessat. Eratque cum bestijs, & angelis ministrabant illi. Inter bestias commoratur ut homo, sed ministerio utitur angelico ut deus. Et nos cum in creta sanctae conuersationis bestiales hominum mores impolluta mente toleramus, ministerium angelorum meremur, a quibus corpore absoluti ad aeterna in caelis gaudia transferamur. Postquam autem traditus est Ioannes, uenit Iesus in Galilaeam praedicans euangelium regni dei, &c. Ioanne tradito, recte incipit ipse praedicare. Desinente lege, consequenter oritur euangelium. Si autem saluator eadem praedicat quae Ioannes Baptista ante dixerat, ostendit se eiusdem dei esse filium, cuius ille propheta est. Nemo autem putet traditionem Ioannis in carcerem, statim post ieiunium quadraginta dierum, & tentationem domini factam. Quisquis enim Ioannis euangelium legerit, inueniet dominum ante traditionem illius multa & docuisse, et miracula fecisse. Denique habes in euangelio ipsius: Hoc fecit initium signorum Iesus in Chana Galilaeae. Et iterum: Necdum enim erat missus in carcerem Ioannes. Ferunt autem quia cum legisset Ioannes Matthaei, Marci, & Lucae uolumina, probauerit quidem textum historiae, et uera eos dixisse firmauerit: sed unius tantum anni in quo & passus est, post carcerem Ioannis historiam texisset. Praetermissa itaque anno cuius acta a tribus exposita fuerant, superioris temporis, antequam clauderetur Ioannis in carcere, gesta narrat: sicut manifestum esse poterit ijs, qui euangeliorum diligenter quatuor uolumina legerint. Quae res & dissonantia quae uidebatur Ioannis esse cum caeteris, tollit. Cum ergo dixisset Marcus quod uenit Iesus in Galilaeam praedicans Euangelium regni dei: subiunxit, & ait: Et dicens, quoniam impletum est tempus, & appropinquauit regnum dei. Poenitemini, & credite euangelio. Impletum est tempus, inquit. Illud nimirum, de quo dicit apostolus: Postquam autem uenit plenitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret. Ergo impleta sunt tempora, poenitemini. Quam olim est quod hoc clamatur, & utinam aliquando audiatur: quoniam impleta sunt tempora, et

Cap. 6.

Binos quomodo uocari.

Piscari non prohibetur.

Sabbatum cur praedicabat.

Doctrina potestas.

appropinquauit regnum dei: Poenitemini & credite euangelio. Renunciate operibus mortuis: credite in deum uiuum. Quid prodest credere sine bonis operibus? Non te bonorum operum meritum adduxit ad fidem, sed fides incipit ut bona opera consequantur.

Et praeteriens secus mare Galilaeae, uidit Simonem & Andream fratrem eius mittentes retia in mare, erant enim piscatores. Et dixit eis Iesus: Venite post me, & faciam uos fieri piscatores hominum, &c. Illi primi uocati sunt, ut dominum sequerentur. Piscatores & illiterati mittuntur ad praedicandum, ne fides creditum non in uirtute dei, sed eloquentia atque doctrina putaretur. Quae autem potest quomodo binos uocauerit de nauiculis piscatores: primo Petrum & Andream, deinde progressus paululum alios duos filios Zebedaei, sicut narrant Matthaeus & Marcus, cum Lucas dicat ambas eorum nauiculas impletas magna illa captura piscium, sociosque Petri commemorat Iacobum & Ioannem filios Zebedaei uocatos ad adiutandum, cum retia plena extrahere non possent: simulque miratos tantam multitudinem piscium quae capta erat, & eum Petro tantum dixisse, noli timere, ex hoc iam homines eris capiens, simul eum tamen subductis ad terram nauibus, secutos fuisse. Unde & intelligendum est, hoc primo esse factum quod Lucas insinuat, nec tunc eos a domino uocatos, sed tantum Petro fuisse praedictum, quod homines esset capturus. Quod non ita dictum est, quasi iam pisces nunquam esset capturus. Nam & post resurrectionem domini legitimus esse piscatos. Dicitur est ergo quod incepit esset homines: non dictum est quod iam non esset capturus pisces. Unde datur secundum Lucam intelligi eos ad capturam piscium ex more remeasse, ut postea fieret quod Matthaeus & Marcus narrant: quando eos binos uocauit, & ipse iussit ut eum sequerentur, primo duobus Petro & Andream, deinde alijs Zebedaei duobus filijs. Tunc enim non subductis ad terram nauibus tanquam cura redeundi: sed ita eum secuti sunt, tanquam uocantem ac iubentem ut sequerentur. Et ingrediuntur Capharnaum, & statim sabbatis ingressus synagogam docebat eos. Quod sabbatis maxime medicinae doctrinaeque suae dona frequentat, docet se non sub lege esse, sed supra legem: qui eandem quoque legem adimplere, non autem soluere uenerit. Nee iudaicum eligere sabbatum, quo uel ignem accendere, uel manum pedemque mouere non liceat, sed uerum sabbatum dilectamque domino esse requiem: si saluti studentes animarum ab opere seruilis, id est a cunctis contineamus illicitis. Et stupebant super doctrina eius. Erat enim docens eos quasi potestatem habens: & non sicut scribae. Illi enim ea docebant populos quae scripta sunt in Moyses & prophetis: Iesus uero quae si deus & dominus ipsius Moysi, pro libertate uoluntatis suae, uel ea quae minus uidebantur

addebat in lege: uel commutans prædicabat populis, ut in Matthæo legimus: Dicitum est a-

Cap. 7.

Erat in synagoga eorū homo in spiritu immūdo: & exclamauit dicens: Quid nobis & tibi Iesu Nazarene? uenisti perdere nos? Scio quia es sanctus dei. Nō uoluntatis ista cōfessio est, quā præmiū sequitur cō-

Spiritus cō- uexans nō nocuit.

fitēdi: sed necessitatis extorsio, quæ cogit inuitos cōfiteri. Eruebat si serui fugitiui post multū temporis dominū suum uideant, nihil aliud nisi de uerberibus deprecantur: sic & dæmones cernentes dominū in terris repente uersari: ad iudicādos se uenisse credebāt. Præsentia Saluatoris tormenta sunt dæmonū. Et comminatus est ei Iesus dicens: Obmutesce, & exi de homine. Quoniam inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum, ideo contra ipsum mortis auctorem primo debuit medicina salutis operari. Primo lingua serpentina ne ultra uirus spargeret obcludi: deinde fœmina quæ prima seducta est, à carnalis concupiscentiæ febre curari: tertio, uir qui male suadentis dicta coniugis audiuit, ab erroris sui lepra mundari, ut ipse esset ordo restorationis in domino, quæ erat & casus in protoplastis. Et discerpens eum spiritus immundus, & exclamans uoce magna exiuit ab eo. Lucas de spiritu immundo ait, quod sic exierit ab homine, ut nihil ei noceret. Potest ergo uideri contrarium, quomodo secundum Marcum discerpens, uel sicut aliqui codices habent conuexans eum: cui nihil nocuit secundum Lucam. Sed & ipse Lucas, Et cum proiecisset illum (inquit) dæmonium in medium: exiit ab illo, nihilq; ei nocuit. Vnde intelligitur hoc dixisse Marcum cōuexans eum, siue discerpens: quod Lucas dixit cum proiecisset eum in medium: ut quod securus ait, nihilq; ei nocuit, hoc intelligatur quod illa iactatio membrorū atq; uexatio non eum debilitauit, sicut solent exire dæmonia etiam quibusdam membris amputatis aut euulsis. Et mirati sunt omnes, ita ut conquirent inter se dicentes: Quidnam est hoc? quæ doctrina hæc noua? Quia in potestate & spiritibus immundis imperat, et obediunt ei. Visa uirtute miraculī, nouitatem dominicæ admirantur doctrinæ, atq; ad inquisitionem eorum quæ audierant, per ea quæ uiderant excitantur. Quia nimirū ad hoc fiebant signa, quæ uel ipse dominus in assumpto homine faciebat, uel discipulis facere dedit, ut per hæc euangelio regni dei quod prædicabatur, certius crederetur: dum hi qui cælestia terigenis gaudia futura promittebant, cælestia in terris ac diuina opera monstrabant. Verum discipuli ut puri homines donante domino cuncta gerebant. At dominus ipse singularis uirtute potentiæ & sanitates ac miracula operabatur: & quæ à patre audiebat, loquebatur in mundo. Nam & prius (teste euangelio) erat docens eos quasi potestatem habens, & non sicut scribæ. Et nunc turba attestante in potestate imperat

spiritibus immundis, & obediunt ei.

Et protinus egredientes de synagoga, uenerunt in domum Simonis & Andreæ cum Iacobo & Ioanne. De cubebat autem socrus Simonis febricitans. Si uirum à dæmonio liberatum moraliter animum ob immunda cogitatione purgatum significare dixerimus: cōsequēter fœmina febris tentata, sed ad imperium dominī curata, carnem ostendit à concupiscentiæ suæ feruore per continentia præcepta frenatam. Omnis enim amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia, spiritus immūdi furor est. Fornicationem uero, immunditiā, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiā (quæ est idolorū seruitus) febrem illecebrosā carnis intellige. Et statim dicūt ei de illa, & accedens eleuauit eam apprehensa manu eius. In euangelio Lucæ scriptum est, quod rogauerūt illum pro ea, & stans super illam imperauit febrī. Modo enim saluator rogatus, modo ultro curat ægrotos: ostendens se contra uitiorum quoq; passiones, & precibus semper annuere fidelium, & ea nonnunquam quæ ipsi minime in se intelligūt, uel intelligenda dare, uel pie petētibus, etiam non intellecta, dimittere: iuxta hoc quod Psalmista postulat: Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me domine. Et continuo dimisit eam febris, & ministrabat eis. Naturale est febricitantibus incipiēte sanitate lassescere, & ægrotationis sentire molestiam. Verum sanitas quæ dominī conferatur imperio, simul tota redit. Nec solum ipsa redit, sed & tanto robore comitante, ut eis continuo qui se adiuuerāt ministrare sufficiat. Et iuxta leges tropologiæ, membra quæ seruiērāt in munditiæ ad iniquitatē ut fructificarent morti, seruiant iustitiæ in uitam æternam. Vespere autem facto cum occidisset sol, afferebant ad eum omnes male habentes, & dæmonia habentes. Et erat omnis ciuitas congregata ad ianuam, et curauit multos qui uexabantur uarijs languoribus. Solis occubitus passionē mortēq; significat illius qui dixit: Quoad in mundo sum, lux sum mundi. Et sole occidente, plures dæmoniaci quā ante, plures sanātur ægroti. Quia qui tēporaliter in carne uiuens paucos Iudæorū docuit, calcato regno mortis, omnibus per orbē gentibus, fidei salutisq; dona transmiserit. Cuius ministris quasi uitæ lucisq; præconibus Psalmista canit: Iter facite ei qui ascendit super occasum. Super occasum quippe dominus ascendit, quia unde in passione occubuit, inde maiorē suā gloriā resurgendo manifestauit. Et dæmonia multa eiecit, & nō sinebat loqui ea, quoniam sciebant eum. Lucas de his scribit apertius: Exhibant etiam dæmonia à multis clamantia, & dicentia, quia tu es filius dei. Et increpans nō sinebat ea loqui, quia sciebāt ipsum esse Christū. Dæmonia ergo filii dei confitebatur: & sciebāt ipsum esse Christū: quia quem dierūt XL. ieiunia fatigatū diabolus hominē cognouerāt: nec tentando ualebat an & dei filius esset experiri: nunc per signorum

Cap. 8.

Moraliter.

Febris noua.

Dæmonia nouerunt. Christum.

per signorum potentiam uel intellexit, uel potius suspicatus est esse filium dei. Nō ergo ideo Iudæis eum crucifigere persuasit: quia Christū siue dei filium non esse putauit: sed quia se morte illius non præuidit esse damnandum. Vere enim de hoc mysterio à seculis abscondito dicit apostolus quod nemo principum huius seculi cognouit. Si enim cognouissent, nunquā dominum se loqui dæmonia prohibeat, Psalmista manifestat qui ait: Peccatori autem dixit deus: quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu uero odisti disciplinam, & cætera. Ne quis dum prædicantē audit, se quatur errantem. Improbis enim magister est diabolus, qui falsa ueris sæpe permiscet: ut specie ueritatis testimonium fraudis obtexat. Et diluculo ualde surgens, egressus abiit in desertum locum: ibiq; orabat. Si occasui solis mors exprimitur saluatoris: quare non diluculo redeunte resurrectio eius indicetur? Cuius manifestata luce abiit in desertum gentium: ibiq; in suis fidelibus orabat: quia corda eorum per gratiam sui spiritus ad uirtutem orationis excitabat. Et erat prædicans in synagogis eorū & omni Galilæa, & dæmonia eiciens. In hac prædicatione quam dicit eum habuisse in omni Galilæa, intelligitur etiam sermo ille habitus in monte: cuius commemoratiōē facit Matthæus. Namque Marcus ita sequitur,

Cur loqui uentur.

Moraliter.

Cap. 9. Leprosus mundatus

Et uenit ad eum leprosus deprecans eum & genu flexo dixit: Si uis, potes me mundare, & cætera. De hoc leproso mundato cōnectit: ut ipse intelligatur quem Matthæus commemorat tunc esse mundatum, quādo post illum sermonem dominus de monte descendit. Sic enim ait Matthæus. Cū autem descendisset de monte, secuta sunt eum turbæ multæ. Et ecce leprosus ueniens adorabat eum dicens: Domine, si uis, potes me mundare, &c. Et quia dominus ait: Non ueni soluere legem, sed adimplere: ille qui excluderetur à lege, purgari se dominī potestate præsumēs: non ex lege sed supra legem esse gratiam iudicabat: quæ leprosi maculam posset abluere. Verum ut in domino potestatis auctoritas, ita in illo fidei constantia declaratur. Ille in faciem procidit, quod humilitatis est, & pudoris, ut unusquisq; de suæ uitæ maculis erubescat: sed cōfessionem uerecundia non repressit. Ostendit uultum, remediū postulauit, & ipsa religionis & fidei plena confessio est. Si uis, inquit, potes me mundare. In uoluntate dominī tribuit potestatem. De uoluntate autem dominī non quasi pietatis incredulus dubitauit, sed quasi colluisionis suæ conscius non præsumpsit. Iesus autem miseratus eius extendit manū suam, & tangens eum ait illi: Volo, mundare. Et cum dixisset, statim discessit ab eo lepra: & mundatus est. Nihil medium est inter opus dei atq; præceptū, quia in præcepto est opus. Deniq; dixit & facta sunt.

Dicere dei est facere.

Vides ergo quod dubitari non potest, quin uoluntas dei potestas sit: Si ergo uoluntas eius potestas est: qui unius uoluntatis asserunt, unus utriusque asserunt potestatis. Itaq; quasi potestatem habens sanandi & iubendi auctoritatem, operandi testimonium non refugit. Volo enim dicit propter Photinū, imperat propter Arrium, tangit propter Manichæū. Et lex qui dem tangit leprofos prohibet: sed quia dominus legis est: nō obsequitur legi, sed legē facit. Non ergo ideo tetigit: quia sine tactu mundari non poterat, sed ut probaret, quia subiectus non erat legi. Nec cōtagiū timebat ut homines: sed quia cōtaminari non poterat qui alios liberabat. lepra tactu dominī fugatur: quæ solebat cōtaminare tãgetē. Simulq; illud mirabile, quod eo sanauit genere, quo fuerat obsecratus. Si uis potes me mundare. Volo, inquit, mundare. Habes uoluntatē, etiā habes pietatis effectū. Non ergo (ut pleriq; latinorū putant) iungendū est & legendū: Volo mundare: sed separatim ut primum dicat, uolo: deinde imperet, mundare.

Photinus, Arrius, Manichæus, Leprosus curtagat.

Et comminatus est ei statim, & eiecit illum, & dixit ei: Vide, nemini dixeris. Quare præcipitur nemini dicere, nisi ut diceret non uulganda nostra beneficia sed præmenda, ut non solū à mercede abstineamus pecuniæ, sed etiā gratiæ. Sed uade & ostende te principi sacerdotum, & offer pro emundatione tua quæ præcepit Moyses in testimonium illis. Ostendere se sacerdoti iubetur, ut intelligeret sacerdos eum non legis ordine, sed gratia dei supra legem esse curatum. Offerre autem sacrificium, ut ostenderet dominus quod legem non solueret, sed adimpleret: qui secundum legem gradiens supra legem sanaret eos, quos remedia legis non sanauerant. Et bene addidit, in testimonium illis. Hoc est si deo credat, si impietatis lepra difcedat. Quod si quem mouet quomodo dominus Mosaicum uideatur approbare sacrificiū, cum id non receperit ecclesia, meminerat nondum cœpisse sacrificium sanctum sanctorum, quod corpus eius est. Nondum enim obtulerat in passione holocaustum suum. Non autem oportebat auferri significantia sacrificia, prius quàm illud quod significabatur confirmatū esset contestatione Apostolorum prædicantiū, & fidei credentium populorum. Quia uero typice uir iste, peccatis languidum gentis designat humanum: recte non solum leprosus, uerū etiam iuxta euangelium Lucæ, plenus lepra fuisse describitur. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei. Illa scilicet ut extenta manu saluatoris, hoc est in carnato dei uerbo, humanam que contingente naturam, ab erroris prisci uarietate mundentur. Possintq; cum Apostolis audire. Iam uos mundi estis propter sermonem quem locutus sum uobis. Et qui diutius abominabiles à populo dei erant castris secreti, iam aliquando templo reddi, & sacerdoti queant offerri, illi utique cui dicitur: Tu es sacerdos

Dicere, cur ueretur.

Mosaicum sacrificiū.

Typice.

in eternum. Audientes ab Apostolo, Templum enim dei sanctum est quod estis uos; offeratque pro emundatione sui sicut precepit Moyses, id est exhibeant corpora sua hostiam uiuentem, sanctam, deo placentem. At ille egressus cepit predicare, & diffamare sermonem, ita ut iam non posset manifeste in ciuitatem introire, sed foris in desertis locis esse: & conueniebant ad eum undique. Vnius perfecta saluatio, multas ad dominum cogit turbas, ut enim ipse se interius exteriusque doceret. esset sanatum, nequaquam perceptum beneficium, ut ab ipso a quo acceptatus esset, taceret: quin potius euangelista functus officio mox egressus cepit predicare & diffamare sermonem. Vnde merito quaeritur, quidnam sit quod dominus nonnulla quae gefit abscondit iussit, & nec ad horam potuerit abscondit: Nunquid enim unigenitus filius patri & spiritui sancto coaeternus, hac in re uelle habuit, quod implere non potuit? Sed notandum quod redemptor noster per mortale corpus, omnne quod egit hoc nobis in exemplo actionis prebuit. Miraculum namque faciens, & taceri iussit, & tamen taceri non potuit. Ut uidelicet electi eius exemplum doctrinae illius sequentes, in magnis quae faciunt latere quidem in uoluntate habeant, sed ut prosint alijs, prodantur inuiti. Quatinus & magnae humilitatis sit quod sua opera taceri appetit: & magnae sublimitatis sit quod eorum opera taceri non possunt. Non ergo dominus uoluit quicquam fieri & minime potuit: sed quid uelle eius membra debeant, quid ue de eis etiam nolentes fiat, doctrinae magisterio exemplum dedit.

Actio Christi.

CAPVT SECVNDVM.

Cap. 10.

Lustrat dominus omnia.



Iterum intrauit Capharnaum post dies octo, & auditum est, quod in domo esset. Et conuenerunt multi, ita ut non caperent neque adire. Et loquebatur eis uerbum. Saluator omnium Deus saluati omnia lustrat in cessu. Et tunc in desertis, nunc in ciuitate, nunc ad mare, doctrinae caelestis & uirtutum dona turbis ministrat. Nunc in monte solus orat, nunc laborantes in mari, ne perire debeant, adiuuat. Vbique munera salutis impertit, ut omnes gradus ac conditiones ad suam gratiam pertinerent demonstrat, iuxta mysticum uero intellectum post factum in ciuitate miraculum secedit in desertum: ubique conuenientes ad se turbas, benigna pietate suscipit, ut ostendat se magis quietam, & a seculi curis remotam diligere uitam: atque ob huius appetitum, se sanandis curam adhibere corporibus. Et quidem more humano, quasi frequentiam se quaerentium declinans, nolēbat manifeste in ciuitatem introire. Sed al legorice docebat, quia tumultuosis carnalium mentibus apertam sui manifestationem ueritas non exhibet sed quoscunque ab illecebris rerum temporalium uiderit esse discretos, ihs suorum lucem donorum largius infundit. Verum quia

nec carnales superna pietas deserit: quin etiam ihs gratiam suae uisitacionis, per quam & ipsi spirituales effici ualeant, indulget: post desertum dominus in ciuitatem rediit: multisque eodem conuenientibus loquitur uerbum: ac sanato paralytico pluribus occasione interna sanacionis que est in fide, tribuit. Quod uero docente domino in domo tam multi conuenerunt, ut non caperent, neque ad ianuam, nostram proprie saluationem qui de gentibus ad fidem uenimus designat: quia praedicante in iudaea domino necdum intrare ad audiendum, ualuisimus. Ad quos tamen etiam foris posita uerba suae doctrinae fecit peruenire: quia nos ipse per sanctorum orationum collegit, & quamuis extra synagogam in qua ipse praedicabat inuentos, euangelij sui fecit esse participes. Et uenerunt ferentes ad eum paralyticum, quia a quatuor portabatur. Curatio paralytici huius saluationem designat animae post diuturnam illecebram carnalis inertiā ad Christum suspirantis: que primo omnium ministris qui eam subleuent & Christo asferant, id est bonis doctoribus qui spem sanacionis operumque intercessionis suggerant, indiget. Qui bene quatuor fuisse referuntur: siue quia quatuor sancti euangelij libris omnis praedicatum uirtutis, omnis sermo firmatur, seu quia quatuor sunt uirtutes quibus ad promerendam sollicitudinem fiduciam erigitur. De quibus in eterna sapientiae laude dicitur: Sobrietatem enim & sapientiam docet & iustitiam & uirtutem, quibus utilius nihil est in uita hominibus. Quas nonnulli diuersis nominibus prudentiam, fortitudinem, temperantiam, & iustitiam nuncupant. Et cum non possent offerre eum illi praeturbam, nauauerunt te etiam ubi erat. Desiderat paralyticum Christo offerre, sed turba interposita ab omni parte intercluduntur: quia sepe anima post infirmi corporis desideria ad deum respiciens, supernae gratiae remedio cupiens innouari, praesentis consuetudinis obstaculo retardatur. Sepe inter ipsas orationis secretae dulcedines, & quasi sua ue cum domino colloquitur, turba cogitationum interueniens aciem mentis ne Christus uideatur impedit. Et quid inter haec agendum. Non utique in infimis exterius qua turbae tumultuantur remanendum, sed rectum domus in qua Christus docet, ascendendum, id est sacrae scripturae sublimitas est appetenda, lexque domini cum Psalmista dienoctumque meditanda. In quo enim corrigit iuniorum suam? In custodiendo, inquit, sermones tuos. Et patefacientes, summiserunt grabatum in quo paralyticus iacebat. Patefacto tecto aeger ante Iesum summittitur, quia reseratis scripturarum mysterijs, ad notitiam Christi peruenitur, hoc est ad eius humilitatem fidei pietate descenditur. Et bene domus Iesu iuxta alterius euangelistae narrationem tegulis esse cõrecta reperitur, quia sub contemptibili literarum uelamine si adsit qui referet diuina, spiritualis gratiae uirtus

Paralytici curatio.

Moraliter.

Virtutes cardinales.

Cogitationes repellenda.

Peccata dimitti.

Iudaeorum error.

Arrianorum.

Cogitationes nosse.

uirtus inuenitur. Denudatio etenim tegularum in domo Iesu, apertio est in uilitate literarum sensus spiritualis & arcanorum caelestium. Quod autem cum grabato deponitur infirmus, significat ab homine in ista adhuc carne constituto Christum debere cognosci. Cum uidisset autem Iesus fidem illorum, ait paralytico, Fili dimittuntur tibi peccata. Curaturus hominem a paralyti dominus, primo peccatorum uincula dissoluit, ut ostenderet eum ob nexum culpae artuum dissolutione fuisse damnatum, nec nisi his relaxatis membrorum posse recuperatione sanari. Sic & illi paralytico qui iuxta Probaticam piscinam diu motum aquae frustra praestolabatur sanato a domino dicitur: Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Fili, inquit, dimittuntur tibi peccata. Omnia humilitas, Despectus & debilem totisque membrorum compaginibus dissolutum filium uocat, quem sacerdotes non dignarentur attingere. Aut recte ideo filium, quia dimittuntur ei peccata sua. Intuendum sane quanti propria cuiusque fides apud deum ualeat, ubi tantum ualuit aliena, ut totus homo repente, hoc est, exterius interiusque iam saluatus exurgeret, aliorumque merito alijs laxarentur errata. Erant autem illic quidam de scribis sedentes & cogitantes in cordibus suis: Quid hic sic loquitur? blasphematur. Quis potest dimittere peccata nisi solus deus? Verum dicunt scribae, quod nemo dimittere peccata nisi deus potest, qui per eos quae dimittit, quibus dimittendi tribuit potestatem. Et ideo Christus uere deus esse probatur, quia dimittere peccata quasi deus potest. Verum deo testimonium reddunt, sed personam Christi negando falluntur. Errant itaque iudaei, qui cum Christum & deum esse & peccata dimittere posse credant, Iesum tamen, Christum esse non credunt. Sed multo dementius errant Arriani, qui cum Iesum & Christum esse, et peccata posse dimittere, euangelij uerbis deuicti negare non audeant: nihilominus deum negare non timet. At ipse perfidos saluare desiderans, & occulorum cognitione & uirtute operum deum se esse manifestat. Nam sequitur: Quo statim cognito Iesus spiritu suo quia sic cogitaret inter se, dicit illis: Quid ista cogitatis in cordibus uestris: Ostendit se deum, qui potest cordis occulta cognoscere. Et quodam modo tacens loquitur, Eadem maiestate & potentia qua cogitationes uestras inuicor, possum & hominibus delicta dimittere. Ex uobis intelligit quid paralyticus consequatur. Quid est facilius dicere paralytico, dimittuntur tibi peccata, an dicere, surge et tolle grabatum tuum et ambula? Intra dicere & facere, multa distantia est. Vtrum sint paralytico peccata dimissa, solus nouerat qui dimittebat. Surge autem & ambula, tam ille qui surgebat, quam ij qui surgentem uidebant approbare poterant. Fit ergo carnale signum, ut probetur spirituale, quanquam eiusdem uirtutis

sit & corporis & animae uicia dimittere. Et datur nobis intelligentia, propter peccata plerisque euenire corporum debilitates. Et idcirco forsitan prius peccata dimittuntur, ut causis debilitatis ablatis sanitas restituatur. Quinque siquidem sunt differentiae causarum, pro quibus in hac uita molestis corporalibus affligimur. Aut enim ad merita augenda per patientiam iusti corporis infirmitate grauamur, ut beati patres, Job & Tobias & innumerati martyres in utroque testamento. Aut ad custodiam uirtutum perceptarum, ne superbia tentate dispereant: sicut Apostolus Paulus, cui ne magnitudine reuelationum extolleretur, datus est stimulus carnis suae angelus Satanae, qui eum colaphizaret. Aut ad intelligenda & corrigenda peccata nostra, sicut Maria soror Aaron in eremo ob uerba temeritatis et superbiae, lepra percussa est. Vel sicut paralyticus de quo tractamus, qui non nisi dimissis primo peccatis, potuit ab infirmitate curari. Aut ad gloriam dei saluantis siue per se ipsum, siue per famulos suos, sicut caecus natus in euangelio, qui neque ipse peccauit neque parentes eius, sed ut manifestaretur opera dei in illo. Sicut Lazarus, cuius infirmitas non fuit ad mortem sed pro gloria dei, ut glorificaretur filius dei per eam. Aut ad inchoationem damnationis aeternae, quod reprobatorum est, & proprium: sicut Antiochus & Herodes, qui utriusque suo tempore aduersus deum repugnantes, quod tormentorum in gehenna perpetuo passuri essent, praesentium afflictionum miseria cum ceteris ostendebant. Quibus congruit illud prophetae, Et duplici contritione conteret eos. Vnde necesse est in omnibus que temporaliter aduersa patimur, cum humilitate domino gratias agamus, et infirmitatis nostrae conscientiam de collatis nobis remedijs gratulemur. Necesse est ut ad conscientiam nostram reuersi solerter opera nostra simul & cogitationes exploremus, & quicquid nos peccasse deprehedimus, digna castigatione purgemus: quicquid de his quae nos recte fecisse credebamus, uitio in nobis elationis perisse cõperimus, & hoc humili satisfactione castigemus. Haec enim nobis sapius fit causa flagellorum. Ceterum innocentes & iustos ob augmenta praemiorum flagellari, perfectorum est, & donum speciale uirorum. Verberibus autem temporalibus ad aeterna tormenta compelli, impoenitentium est poena reprobatorum. Vi autem sciatis, quia potestatem habet filius hominis in terra dimittere peccata, ait paralytico: Tibi dico, Surge, tolle grabatum tuum, & uade in domum tuam. Si & deus est iuxta Psalmistam, qui quantum distat oriens ab occasu elongauit a nobis iniquitates nostras, & filius hominis potestatem habet in terra dimittere peccata, ergo idem ipse & deus, & filius hominis est, ut & homo Christus per diuinitatis suae potestatem peccata dimittere possit, & idem Deus Christus per humanitatis suae fragilitatem, pro peccatoribus mori. Spiritualiter autem

Afflictionum cause quinq.

Hiere. 27.

Potestas dimitte peccata.

Moraliter.

autem de grabato surgere, est animā se a carnalibus desiderijs ubi agra iacebat abstrahere. Grabatum uero tollere, est ipsam quoque carnem per continentia frena correptam, spe celestium pramiōrū a delictijs segregare terrenis. Sublato autem grabato domum ire, ad paradysum redire est. Hac etenim uera est domus nostra, quæ hominem prima suscepit, non iure amissa sed fraude, tandem restituta per eum qui fraudulento hosti nihil debuit. Aliter sanus qui languerat domum reportat grabatum, cum anima remissione accepta peccatorum, ad internam sui custodiam cum ipso se corpore refert, ne quid post ueniam unde iterū iuste feriatur admittat. Et statim ille surrexit, & sublato grabato abiit coram omnibus, ita ut mirarētur omnes, & honorificēt deum dicente, quia nūquā sic uidimus. Quā miranda diuinæ potentia uirtus, ubi nulla temporis interueniente mori la, iussu saluatoris salus festina comitatur. Merito qui adfuerant damnatis blasphemie iaculis, ad laudem rāte matēstatis stupentia corda conuertunt. Et egressus est rursus ad mare, omnisque turba ueniebat ad eum, & docebat eos. Docens in Capharnaū dominus, uirtutem doctrinae suæ celestem paralytici curatione cōmendabat. Quo facto egressus est ad mare, ut non solum ciuilem uitam hominum in uia ueritatis institueret, uerum etiam habitatoribus maris euangelium regni prædicaret, eosq; fluctuāgos rerum labentium motus contemnere ac fidei firmitate superare doceret. Denique aduenientem ad se ibi turbam plurimam docet, ibi publicanum de Teloneo uocatum, apostolum & euangelistā facit. Ibi multos peccatores per poenitentiam correctos, sua dignos cœna, suorum auditu reddit arcanorum: atq; ab undis tumentibus, ac cetis cupiditatum fallentium sequestros, ad soliditatem quietæ conuersationis, quæ est in spe celestium honorū, pertrahit. Nam sequitur,

Cap. 11. **E**T cum præteriret, uidit Leui Alpei sedentem ad teloneum. Et ait illi: Sequere me. Ad Teloneum, ad curam dispensationemq; uectigalium dicit. Teloneum enim græce, latine uectigal nominatur. idem autē Leui qui & Matthæus est. Sed Lucas Marcusq; propter uerecūdiā & honorē euangelistæ, nomen ponere noluerunt uulgatum. Ipse autē Matthæus iuxta illud quod scriptum est, iustus accusator sui est: in primordio sermōnis Matthæum se & Publicanum nominat, ut ostendat legentibus, nullum debere conuersum de salute diffidere, cum ipse de publicano in Apostolum, de Teloneario in Euāgelistam sit repente mutatus. Et surgens secutus est eum. In euangelio Lucæ plenius scriptum est: Et relictis omnibus surgens secutus est eum. Intelligens ergo Matthæus quid sit ueraciter dominum sequi, relictis omnibus sequitur. Sequi enim imitari est. Ideoq; ut pauperē Christum

non tā gressu quā affectu cōsecrari posset, reliquit propria qui rapere solebat aliena. Perfectamq; nobis abrenunciationis, seculi formā tribuens, non solū lucra reliquit uectigaliū, sed periculū cōtēpsit, quod euenire poterat a principibus seculi, quia uectigaliū rationes imperfectas atq; incōpositas reliquerit. Tāta enim cupiditate sequendi dominū ductus est, ut in nullo prorsus huius uitæ respectū uel cogitationē sibi met referuarit. Si quidem ipse dominus qui hunc exterius humana allocutione ut se sequeretur uocauit, intus diuina inspiratione ut mox uocātem sequeretur accēdit: ipse inuisibiliter quomodo sequendum esset edocuit. Propter quod ille merito obediētiæ dū humana cōtemnens negocia deserit, dominicorum fidelis discipulator factus est talentorum.

1. Reg. 21. **E**t factum est cum accuberet in domo illius, multi publicani et peccatores simul discumbebant cum Iesu & discipulis eius. Scribit euāgelista Lucas quod fecerit ei conuiuium magnum Leui in domo sua, quod mysteriorum figuris apte cōgruit. Qui enim domicilio Christum receperit interno, maximis delectationibus exuberantiū paschitur uoluptatum. Itaq; dominus libenter ingreditur, & in eius qui crediderit recūbit affectu. Et hoc est honorum operū spirituale conuiuium quo diues populus eget, pauper epulatur. Publicani autem sicut etiā nomine probant, appelluntur ij qui uectigalia publica exigunt, siue qui cōductores sunt uectigalium fisci, uel rerū publicarū: necnon & ij qui seculi huius lucra per negocia sectantur, eodem uocabulo cēsentur. Viderant itaq; publicanum a peccatis ad meliora conuersum locum inuenisse poenitentia, & ob id etiam ipsi non desperant salutem. Neque uerō in pristinis uitis permanentes publicani ueniunt ad Iesum, ut Pharisei & scribæ murmurantes, sed poenitentiam agētes, ut sequens Euāgelistæ sermo significat, dicens: Erant enim multi, qui & sequebantur eum. Ibat autem dominus ad cōuiuia peccatorum, ut occasione haberet docēdi, & spiritales inuicatoribus suis præberet cibos. Deniq; cum frequenter pergere ad cōuiuium describat, nihil refertur aliud nisi quid ibi fecerit, quid docuerit. Ut & humilitas domini eūdo ad peccatores, & potentia doctrinae eius in conuersione poenitentiu demonstratur. Et scribæ & pharisei uidentes quia manducaret cum peccatoribus & publicanis, dicebant discipulis eius: Quare cum publicanis et peccatoribus maducat & bibit magister uester? Si per Matthæi electionē & uocationē publicanorum fides exprimitur gentiu, quæ prius mūdi lucrū inhābāt, at nūc cū domino epulis charitatis & honorū operum sedula deuotione reficitur profecto supercilium scribarum & phariseorum ludæorum inuidiam qua de gentium salute torquentur insinuat. Quibus ipse loquitur: Amē dico uobis, quia publicani & meretrices

1. Reg. 21.

Cap. 12.

Publicani.

Moraliter

Bani qui.

Moraliter.

Sponsus ecclesie.

precedent uos in regno dei. Hoc audito Iesus ait illis: Non necesse habent sanari medicum, sed qui male habent. Non enim ueni uocare iustos sed peccatores. Sugillat scribas & Phariseos, qui iustos se putantes peccatorū cōsortia declinabant. Se ipsum medicum dicit, qui miro medicadi genere vulneratus est propter iniquitates nostras, & litore eius sanati sumus. Sanos autem & iustos appellat eos qui ignorātes dei iustitiā, & suam uolētes constitutere, iustitiā dei non sunt subiecti: qui ex lege præsumētēs euangelij gratiam non quarunt. Porro male habentes & peccatores uocat eos, qui suæ fragilitatis conscientia deuicti, nec per legē se iustificari posse uidentes, Christi gratia pœnitendo colla summittūt. Et erant discipuli Ioannis & Pharisei ieiunantes, & ueniunt & dicunt illi: Quare discipuli Ioannis & Phariseorū ieiunant, tui autē discipuli nō ieiunant? Alij referunt euāgelistā, ipsos Phariseos ac discipulos Ioannis hac dominum questionē pulsatse. Hic uero ita sonare uidetur euāgelicus sermo, quasi alij aliqui quos huius rei cura mouisset, hanc ei questionem intulerint. Unde colligendū a pluribus hac domino obiectam esse questionē, & a Phariseis scilicet & a discipulis Ioannis, & a conuiuijs, uel alijs quibuslibet, quos hoc mouebat, quare discipuli Ioannis et Pharisei ieiunarent: discipuli autē saluatoris non ieiunarent. Mystico autē sensu potest ita exponi: quod discipuli Ioannis & Phariseorū ieiunant, Christi autem nō ieiunant: quia omnis qui uel de operibus legis sine fide gloriatur, uel quod est grauius traditiones sequitur hominum, uel certe ipsum, etiam Christi præconium aure tantum corporis, non autē & fide cordis percipit, spiritualibus abstinentis bonis ieiuno corde tabescit. Qui uero Christi membris fidei incorporatur amore, non potest ieiunare: qui carne ipsius epulatur et sanguine. Aliter. Ioannes uinū & sycerā nō bibit, dominus cum publicanis & peccatoribus manducat ac bibit: quia ille abstinentia meritum auget, cui potentia nulla nature. Dominus autem cui naturaliter suppetebat delicta donare, cur eos declinaret quos abstinentibus poterat reddere puriores? Sed ieiunauit & Christus, ne præceptum declinare manducauit cum peccatoribus, ut gratiā cerneres, agnosceres potestātē. Et ait illis Iesus: Nunquid possunt filij nuptiarū, quādiu sponsus cum illis est, ieiunare? Quanto tempore habent secum sponsum, non possunt ieiunare. Veniēt autem dies cum auferetur ab eis sponus, & tunc ieiunabunt in illa die. In Matheo ita positū est: Nunquid possunt filij sponsi lugere, quādiu cum illis est sponus? Sponsus ergo Christus, sponsa ecclesia est. De quo sancto & spiritali connubio apostoli sunt creati, qui lugere ac ieiunare nō possunt, quādiu sponsum in thalamo uident, & sciunt sponsum esse cum sponsa. Quando uero transferint nuptiæ & passionis ac reuersionis

tempus aduenierit, tunc sponsi filij ieiunabunt. Iuxta leges autem tropologiae sciendum, quod quādiu sponsus nobiscum est & in lætitia sumus, nec ieiunare possumus, nec lugere. Cum autem ille propter peccata a nobis recesserit & auolauerit, tunc indicendum ieiunium est, tunc luctus recipiendus. Nemo affirmamentum panni rudis assuit uestimento ueteri, Alioquin aufert supplementum nouum a ueteri, & maior scissura fit. Cum interrogatus esset dominus, cur discipuli eius non ieiunarent, respondit carnales adhuc quosque & nec dum passionis resurrectionisque suæ fide solidatos, non posse se ueriores ieiunia & continentia sustinere præcepta, ne per austeritatem nimiam etiam credulitatem quam habere uidebantur amittāt. Ipsos ergo adhuc discipulos tanquam uetera uestimēta dicit, quibus inconuenienter nouus pannus assuitur, id est aliqua particula doctrinae quæ ad nouæ uitæ temperatiā pertinet: quia si hoc fiat, & ipsa doctrina quodam modo scinditur, cuius particula quæ ad ieiuniū ciborum ualet, importune traditur, cum illa doceat generale ieiunium non a concupiscentia ciborum tantum, sed ab omni lætitia temporalium delectationum. Cuius quasi pannū, id est partem aliquā quæ ad cibos pertinet, dicitur non oportere hominibus adhuc ueteri conuersudini deditis impertiri, quia & illinc quasi conscissio uidetur fieri, & ipsi ueritatis non conuenit. Et nemo mittit uinum nouellum in utres ueteres. Alioquin dirumpet uinum utres, & uinum effundetur, & utres peribunt, sed uinum nouum in utres nouos mitti debet. Eisdem quoq; ueteribus comparat utribus, quo uino nouo, id est spiritualibus præceptis facilius dirumpi, quā id posse continere dicit. Erant autem iam utres noui, cum post ascensum domini desiderio consolationis eius orando & sperando innouabantur. Tunc enim acceperunt spiritum sanctum, quo impletis cum linguis omnibus loquerentur, a ludicis nescientibus, sed tamen uere attestantibus dictum est, quia multo pleni sunt isti. Nouum enim uinū iam nouis utribus uenerat, hoc est spiritus sancti feruor spiritualium corda repleuerat. Aliter. Cauendum doctori est, ne animæ nondum renouatæ, sed in uerustate malitiæ perduranti nouorum mysteriorum secreta committat. Quod si querit aliquis quid inter uinum nouum mystice & uestimentum distet nouum, facile patet: quia uino intus reficimur & inebriamur, uestimento autem forinsecus induimur. Cum uero utrunq; ad significantiam uitæ pertineat spiritualis, uestimentum a profecto opera nostra bona quæ foris agimus, & quibus coram hominibus lucemus, insinuat. Uino autem nouo feruor, fidei spei & charitatis, quo in conspectu nostri cōditoris in nouitate sensus nostri intus ipsi reformamur, exprimitur.

Vires ueteres.

Mystice.

Et

ET factum est iterum cum sabbatis ambularet per sata, & discipuli eius ceperunt praegredi & uellere spicas. Legimus in sequentibus quia erant qui ueniebant & redibant multi, & nec manducandi quidem spatium habebant, & ideo quasi homines esuriebant. Quod autem spicas segetum manibus confricant, & in ediam consolantur, uitae austerioris indicium est, non preparatas epulas, sed cibos simplices querentium. Pharisei autem dicebant eis: Ecce quid faciunt discipuli tui sabbatis quae non licent? Nota quod primi apostoli saluatoris literam sabbati destruunt aduersum Hebionitas, qui cum ceteros recipiant apostolos, Paulum quasi transgressorem legis repudiant. Mystice autem discipuli per sata transeunt, illa uel delicta de quibus dominus ait: Leuate oculos uestros & uidete regiones, quia albae sunt iam ad messem. Et qui metit, mercedem accipit. Cum doctores sancti eos quos in fide ueritatis instruere quaerunt, cura pia sollicitudinis inspicunt, & qualiter unum quumque quouere ordine ad salutem attrahere debeant, sedula consideratione perpendunt. Atque ideo nihil melius esurire quam salutem intelliguntur hominum, quam ipse messorum primus quondam inter preces esurientes, mox oblatis sibi eis quas desiderabat dapibus, audiuit: Surge Petre, occide & manduca. Et mira sacramenti concordia, quia & ibi mactari ac manducari iubentur animalia caelestis missa, & hic spicas domino lustrante consecratos uulsi discipuli, atque iuxta aliorum narrationem euangelistarum confricantes manibus manducasse perhibentur. Hoc est enim quod ait apostolus: Mortificate membra uestra quae sunt super terram, & exiite uos ueterem hominem cum actibus eius. Quia non aliter transit quisquam in corpus Christi, non aliter doctorem profectus sui fructibus pascit, quam si ueteribus abdicatis concupiscentiis, nouo dilectionis mandato notus homo fuerit factus. Vellere itaque spicas, est homines a terrena intentione qua solum mentis quasi radicem fixerant, eruere. Fricare autem manibus, exemplis uirtutum ab ipsa etiam carnis concupiscentia quasi folliculis atque integumentis aristarum puritate mentis exuere. Grana uero manducare, est mundatum quumque a fordibus uitiorum per ora praedicantium, ecclesiae membrum incorporari. Et bene haec discipuli praegredientes ante dominum fecisse memorantur, quia doctoris necesse est sermo praecedat, & sic cor auditoris subsequens gratia supernae uisitacionis illustret. Bene sabbatis, quia sancti doctores et ipsi in predicando pro spe future quietis laborant, & auditores aequae suos admonent non propter amoris seculi superuacuis insistere negociis, sed potius pro aeterna requie bonis insudare laboribus. Item per sata ambulant cum domino, qui diuinis obtemperare studentes imperijs solerter eloquia sacra meditari delectantur. Esuriunt in satis, cum in eisdem sacris eloquijs quae legem

Hebionitas

Cordia sacramenti mira.

Moraliter

Sabbatum

do pertrahunt, panem uitae inuenire desiderant. Hoc est ad illa curant uerba peruenire, quibus ampliore in se sui conditoris amore incendunt. Et hoc in sabbatis, cum sopita mente a turbulentis cogitationibus uacare gaudent, & uidere quam suauis est dominus, quamque beatus uir qui sperat in eo. Assumpto quoque pietatis & humilitatis habitu, ad requiem animarum suarum attingere contendunt. Vellunt spicas quae forte occurrunt, & tandiu uersant manibus contritasque purgant, donec ad escam perueniant, cum testimonia scripturarum ad quae legentes perueniunt, meditatio assumunt, & tandiu scrutatione sedula discutunt, donec in eis medullam dilectionis quae latere uidebatur, inuenientes extrahant. Sicut enim asperitate aristarum, quae horrent, uelantur grana tritici quae reficiunt, ita saepe sub ea quae uidebatur utilitate literae teguntur dona diuinae dilectionis, quae mentes si delitum esurientes sitientesque iustitiam suauitatis internae dapibus pascant. Verum haec mentium refectionio stultis quidem sabbati defensoribus displicet, sed a domino sabbati probatur: quia qui solam literae superficiem sequuntur, nec ueram mentium refectionem nosse, nec ad internam peruenire animarum requiem norunt. Unde temeritas eorum merito ueritatis ore confunditur, dum subditur: Et ait illis: Nunquam legistis quid fecerit Dauid, quando necessitatem habuit & esurijt ipse & qui cum eo erant? quomodo introijt in domum dei sub Abiathar principe sacerdotum, & panes propositionis manducauit, quos non licebat manducare nisi sacerdotibus, & dedit eis qui cum eo erant? Ad confutandam calumniam Phariseorum ueteris recordatur historig, quando Dauid fugiens Saul uenit in Nob, & ad Abimelech sacerdote susceptus postulauit cibos. Qui cum panes laicos non haberet, dedit ei consecratos, quibus non licebat uesci nisi sacerdotibus & leuitis. Et hoc tantum interrogauit, si mundi essent pueri a mulieribus: & illo respondente ab heri & nudius tertius, non dubitauerit panes dare, melius arbitratus (propheta dicente, Misericordiam uolo, & non sacrificium) de famis periculo homines liberare, quam deo offerre sacrificium. Hostia enim deo placabilis, hominum salus est. Opponit ergo dominus & dicit: Si & Dauid sanctus est, & Abimelech pontifex a uobis non reprehenditur, sed legis uterque mandatum probabili excusatione transgressi sunt, & famis in causa est, cur eadem famem non probatis in apostolis quam probatis in ceteris? Quanquam & in hoc multa distantia sit. Isti spicas in sabbato manu confricant, illi panes comederunt leuiticos. Ibi & ad sabbati solennitatem accendebant neomeniarum dies, quibus in conuiuijs requisitus fugit ex aula regia. Figurata autem quod dicit, Dauid & pueri eius panes accipere sanctificatos, ostendit sacerdotalem cibum ad usum transiurum esse populo rum, siue quod omnes uitam sacerdotalem debemus

Dominus suauis est.

Literae utilitas.

1. Reg. 21

Pontifex abimelech non reprehensus.

Libri Regum.

Sabbati obseruatio.

Arida manus habes moraliter.

hemus imitari, siue quia omnes filij ecclesiae sacerdotes sunt. Vngimur enim in sacerdotium sanctum, offerentes nos metipsos deo hostias spirituales. De qua tota historia pro captu nostro plenius in expositione libri Regum diximus, & de mensa capibus propositionis, in libro expositionis tabernaculi & uasorum eius. Quod uero dominus Abiathar principem sacerdotum pro Abimelech appellat, nihil habet dissonantiae. Ambo etenim fuerunt illi, cum ueniens Dauid panes petijt & accepit, Abimelech uidelicet princeps sacerdotum, & Abiathar filius eius. Occiso autem Abimelech a Saule, cum uiris dominus suae generis sacerdotalis octoginta quinque, fugit Abiathar ad Dauid, et comes factus est totius exilij eius. Postea regnante eo summi sacerdotij & ipse gradum accepit, ac toto tempore regni illius in pontificatu perseverans, multo maioris excellentiae quam pater suus effectus est. Ideoque dignus fuit cuius memoriam dominus etiam uiuente patre quali summi faceret sacerdotis. Et dicebat eis: Sabbatum propter hominem factum est, & non homo propter sabbatum. Maior est cura sanitati & uitae hominis, quam custodire sabbati adhibenda. Sic enim & mandatum est sabbatum custodiri, ut tamen si necessitas esset, reus non esset qui sabbatum uiolasset. Ideo sabbato circuncidi non est prohibitum, quia necesse erat fieri. Nam & Iosue muros Hiericho septem diebus cum exercitu circuiuit. Et Macchabaei necessitate instante sabbato pugnabant. Unde discipulis esurientibus, quod licitum non erat in lege, necessitate famis factum est licitum. Talis haec causa est, qualis hodie in ieiunijs legitimis: ubi si quis aeger ieiunium contraxerit, nulla ratione reus tenetur. Itaque dominus est filius hominis, etiam sabbati. Si, inquit, Dauid rex sacerdotali cibo pastus excusabilis est, & iuxta alterius euangelistae narrationem sacerdotes sabbatum per templi ministerium uiolantes crimine carent, quanto magis filius hominis qui uerus rex est & uerus sacerdos, & ideo dominus sabbati, euulsarum sabbato spicatum noxa non tenetur?

CAPVT TERTIVM.

Introiuit iterum in synagoga. Et erat homo ibi habens manum aridam. Homo qui manum habet aridam, humanum genus indicat in foecunditate boni operis arefactum, sed domini miseratione curatum. Cuius dextera quae in primo parente dum uetite arboris poma decerneret aruerat, per redemptoris gratiam dum insontes manus in crucis arbore tenderet, bonorum operum succis est restituta saluti. Et bene in synagoga manus erat arida, quia ubi scientiae donum maius, ubi grauius est inexcusabilis noxae periculum. Et ipsi obseruabant eum si sabbatis curaret, ut accusarent illum. Quia destructionem sabbati quam in discipulis arguebant,

probabili magister excusauerat exemplo, nunc ipsum obseruando magistrum calumniari uolunt, ut si sabbato curet, transgressionis: si non curet, crudelitatis aut imbecillitatis arguant. Et ait homini habenti manum aridam: Surge in medium. Et dicit eis: Si licet sabbatis bene facere, an male? Praeueniens dominus calumniam laudatorum quam sibi perfida mente parauerant, arguit eos quia legis praecipua praua interpretatione uiolauerant, aestimando in sabbato etiam a bonis operibus feriandum, cum lex a malis abstineri iubet, dicens: Omne opus seruile non facietis in eo, id est peccatum. Omnis enim qui facit peccatum, seruus est peccati. Quo praecipito etiam futuri seculi formam in praesentibus adumbrat: ubi illi qui per sex huius seculi aetates bona fecerunt, in septima aetate malorum tantummodo non autem & bonorum sunt ferias habituri. Nam et si secularia opera conuiescant, non otiosus tamen boni operis actus est in dei laudibus quiescere. Animam saluam facere an perdere? Hoc est, hominem curare, an non? Idem est quod praemisit, Bene facere an male. Non quod deus summe bonus auctor malinobis aut perditionis esse possit, sed quod eius non saluare scripturae consuetudine perdere dicatur. Sicut dicitur indurasse cor Pharaonis, non quod molle indurauerit, sed quod meritis praecedentibus obduratum misericorditer emollire noluerit. Et nos cum rogamus, Ne nos inducas in tentationem: protinus addendo, Sed libera nos a malo: manifeste docemus eius inducere in tentationem, non esse aliud quam non liberare a malo: eiusque perdere animam, esse a perditione non saluare. Si quem uero mouet quare dominus cum corpus esset curaturus, de animae saluatione interroga uerit, intelligat uel animam more scripturarum pro homine positam, sicut dicit, He sunt animae quae exierunt de femore Iacob, uel quod illa miracula propter animae salutem faciebat, uel quod ipsa manus sanatio salutem animae significabat, quae a bonis (ut praedixi) cessans operibus aridam quodam modo dexteram habere uidebatur. At illi tacebant. Et circumspectus eos cum ira contristatus super caecitate cordis eorum dicit homini: Extende manum tuam. Et extendit: & restituta est manus illi. Sananda manus arida iubetur extendi, quia in fructuosa debilitas animae nullo melius ordine, quam elemosynarum largitate curatur. Unde Iohannes Baptistam turbis sciscitantibus quid faceret, ut non uelut arbores aridae mitterentur in ignem, hoc solum praecipit: Qui habet duas tunicas, det non habenti. Et qui habet escas, similiter faciat. Et in Ecclesiastico dicitur: Fili, non sit manus tua ad accipiendum porrecta, & ad dandum correpta. Frustra enim manus ad deum pro peccatis rogaturus expandit, qui non has ad uiam rogantem beneficium colaturus extenderit.

Sabbato licet bene operari.

Non saluare dei. Indurare.

Inducere in tentationem.

Animae. Exod. 1.

Elemosyna.

Cap. 15. Herodiani.

EXeuntes autem Pharisæi statim cum Herodianis consiliū faciebāt aduersus eum quomodo eum perderēt.] Herodianos Herodis terrarchæ ministros dicit qui propter inimicitias quas dominus ipso- rum aduersus Ioannem exercebat, etiam salu- torem quem Ioannes prædicabat, insidijs in- se- quebantur & odijs. Magna autem insipientia fuit, eos qui salute plurimū indigebant, de ne- ce saluatoris agere cōsiliū. Qui quantum ne- quitia studeant ostēditur, cum et hoc in crimen reputant quod ad uerbum illius saluam qui lan- guebat extendit dexteram, quasi non ipso- rum quisq; maiora sabbatis egerit cibos portando, porrigendo calicē cæteraq; quæ uictui neces- saria sunt exequendo. Neq; enim ille, qui dixit, & facta sunt, sabbato laborasse poterat conuin- ci. Et Iesus cum discipulis suis secessit ad mare.] Se- cessit quasi homo fugiens persequentium insi- dias, quia neq; adhuc uenerat hora passionis e- ius, neq; extra Hierusalem fuit locus passionis. Accessit fugiens sese odio persequētes: sed illic accessit ubi plures inuenit sese per amorem se- quentes. Nam subditur: Et multa turba à Gal- lilea et Iudæa secuta est eum, & ab Hierosolymis & ab Idumæa, & trans Iordanem, & qui circa Tyrum & Sidonem, multitudo magna audien- tes quæ faciebatur, uenerunt ad eum. Ecce Phari- sæi & Herodiani, magistri uidelicet plebis & regis ministri, unanimo dominum consilio per- dere quæruunt. At turba indocta & uulgus un- decunq; collectū unanimit̃ illum dilectione se- quuntur. Illi uidentes opera uirtutū eius, & uer- ba doctrinæ audientes, nihil amplius discere quàm ut eum persequerēt uolebant. Isti opi- nione tantum ducti uirtutū eius, congesto ag- mine permagno ueniunt ad audiendum eum, opemq; salutis flagitandam. Vnde mox suę uoluntatis ac desiderij cōsequi merentur effectū, plurimis à domino sanatis, ut in sequentibus le- gitur. Vbi & exemplū dedit suis, si in una ciuitate persecutionē paterentur, in alteram fugien- di. Deniq; Paulus exemplo simul & præcepto domini edoctus fugit ex Damasco, ubi insidijs appetebatur prauorum. Sed inde digressus, in- numeros alibi qui se ad pietatē sequerentur po- pulos inuenit, luxa uero leges allegoriæ, domi- nus in eo quod egressus de synagoga secessit ad mare, ubiq; uenientem ad se plurimam popu- li multitudinē sanaturus ac docturus excepit, nostram manifeste saluationē præfigurauit, ad quos uenire per fidem relicta ob perfidiam Iu- dæa dignatus est. Recte enim incredulæ diu ac diuersis errorū anfractibus iactatę nationes, in- stabilitati, amaritudinē, obscuritati fluctuantis pelagi comparatur. Sed dominus uenit ad ma- re cum discipulis, multaq; turba à diuersis pro- uincijs secuta est eum, quia prædicantibus apo- stolis corda gentiū adiit. Et postquam in eis di- lectam sibi domum propitijs consecrauit, iam multos ad se ueniētes begnigne suscepit, ac desi-

Passionis locus.

Fugiendi exempla.

Allegoria.

derata salutis donauit esse compotes. Quibus apte cōgruit quod sequitur: Et dixit discipulis suis ut in nauicula sibi deseruirent propter tur- bā, ne comprimerēt eum. Multos etenim sana- bat, ita ut irruerēt in eum ut illū tangerent. Na- uicula etenim deseruiēs domino in mari, eccle- sia est, cōgregata de gentibus, & fluctus seculi labentis liberę mentis uirtute transgressa. Que quāto sinum cordis amplius recipiendæ gratię sui conditoris dilatat, tanto sublimius cum ceteris transeuntium rerum uoluminibus quasi flucti- bus pelagi aestuantis nauicula uentis agitata se- cundis insultat. Distat autem inter cōprimere dominū, & tangere illum. Tangere nanq; eum, qui fidem eius ac dilectionem uero corde susci- pit. Comprimit eum qui carnalibus cogitatio- nibus aut etiam factis pacē eorū in quibus ueri- tas manere consueuerat, turbāt. Vnde apte qui eum tetigerunt saluati esse perhibētur, quia ni- mirum uera fides & dilectio salutē gignere so- let æternā. Propter turbam uero, ne se compri- meret, nauiculam dominus ascendit, quia turbi- das carnalium mētes fugiens, ad eos potius qui fluxam seculi gloriā simul & abiectiōnē sper- nere didicerunt, uenire & mansionē apud eos facere gaudet. Quotquot autē habebant pla- gas, & spiritus immundi cum illum uidebant, procidebant ei. Procidebant quidem utriq; do- mino, id est & qui habebant plagas infirmitatū corporalium, & qui ab spiritibus uexabantur im- mūdis: sed infirmi simplici intentione obtinen- dæ salutis, dæmoniāci autē uel potius habitan- tes in eis dæmones uel diuini timoris coacti, nec solum ad procidendū ei, uerum etiam ad con- fitendū eius maiestātē compulsi. Perculsi enim præsentia uirtutis eius, ac nimium perterriti, ne quaquam celare audebant, quem filiū dei esse iam iamq; cognouerant. Vbi satis superq; Ar- rianorum est miranda uel potius dolenda ceciti- tas, qui illum post resurrectionis & ascensionis ipsius gloriā, post dilatatā toto orbe fidem e- uangelij, post ædificatas in omnibus gentibus ecclesias, laudatumq; in eis nomen domini sal- uatoris, à solis ortu usq; ad occasum, repente negant filiū dei, quem dæmones mortali ad- huc sub habitu carnis indutum, filiū esse dei aperta uoce profitentur. Sic enim sequitur: Et clamabant dicentes, Tu es filius Dei. Et uehe- menter comminabatur eis ne manifestarent il- lum. Quare autem spiritus immundos se loqui debemus prohibeat, Psalmista manifestat, qui ait: Peccatori autē dixit Deus, Quare tu enar- ras iustitias meas, & assumis testamentū meum per os tuum: Tu uero odisti disciplinā, et proie- cisti sermones meos post te. Prohibetur ergo dominū prædicare peccator, ne quis dum præ- dicantē, sequatur errantē. Improbū enim magi- ster est diabolus, qui falsa ueris sæpe permiscet, ut specie ueritatis testimonium fraudis obte- xat. Cæterum, non soli dæmones, qui inuiti confitebantur,

Nauicula, moraliter

Tangere dominum, Cōprimere

Arriani.

Spiritus im- mundi ta- cere iusti.

Diabolus, magister improbus.

Cap. 16. Mons, mo- raliter.

Longæuus super ter- ram.

Ioan. 15.

Duodecim quare Apo- stoli.

Apoc. 21.

Num. 1.

confitebantur, iubenter filere de Christo, sed & illi qui ab eo sanati sponte confiteri uolebant. Immo ipsi Apostoli qui eū post resurrectionē toto erant orbe prædicaturi, ante passionē eius præcipiuntur omnino reticere de illo, ne diuina uidelicet maiestate prædicata, passionis dispen- satio differretur, & dilata passione, salus mundi quæ per hanc futura erat, negaretur. **E**t ascendens in montem uocauit ad se quos uoluit ipse, & uenerunt ad eum, & fecit ut essent duodecim cum illo.] Mons ille in quo apostolus elegit domi- nus, altitudinem designat iustitię qua instituen- di erant, et quam prædicaturi hominibus. Nam quia missus erat eos ad prædicandum euā- gelium regni cælestis, merito per sublimitatem loci in quo electi sunt, admonere uoluit eos, nō in infimis desiderijs animum dissoluere, sed ad superna desideranda & quærenda semper erigere debere. Sic etiam legem daturus priori populo suo in monte apparuit: de monte quæ agenda essent innotuit. Verum quia necdum erat tempus ut diceretur: Pœnitentiā agite, ap- propinquit enim regnum cælorum: sed tan- tum dicebatur, Honora patrē tuum et matrem, ut sis longæuus super terram, quam dominus deus tuus dabit tibi: quamuis hæc eadem uerba typice nobis regnum æternum quod est in ter- raniuitiū promittant: nequaquam populus loquenti in monte domino appropinquare ua- luit: sed de inferioribus quæ dicerētur audiuit, quia necdum mente capaci ad intelligenda my- steria quæ dicebantur, ascendere nouerat: so- lusq; Moyses quia legem spiritaliter, audire di- dicerat, montis in quo erat deus, uerticem con- scendit. Bene autem dicitur, quia ascendens in montem dominus uocauit ad se quos uoluit ip- se. Non enim illorum electionis ac studij, sed diuina erat dignationis & gratię, ut in aposto- latum uocarentur. Vnde & eis alibi dicit, Non uos me elegistis, sed ego elegi uos. Fecitq; ut essent duodecim cum illo.] Certi utiq; gratia mysterij, ut uidelicet mundi salutem quam uerbo prædica- rent, suo quoq; numero cōmendarent. Ter et- enim quaterni duodecim faciūt. Et ter quater- ni ad prædicandum sunt missi apostoli, ut per uniuersas quadratı orbis plagas baptizarent gentes in nomine patris & filij & spiritus san- cti. Vnde & de ciuitate sancta Hierusalem de- scendente de cælo à Deo scriptū est, quia erant ei ab oriente portæ tres, & ab aquilone portæ tres, & ab austro portæ tres, & ab occasu portæ tres. Vbi figuratiter ostenditur, quod prædican- tibus apostolis Apostolorumq; successoribus, cunctę per orbem nationes in fide sanctę tri- nitatis ecclesiā essent ingressurę. In quo etiam sacramento ita quondam filij Israel circa taber- naculum castrametabantur, ut ex omni parte per quadrum ternæ tribus manerent. Quia pri- mitiua nimirum ecclesia quæ erat in Iudæa, un- deq; per circuitū sui credentibus toto orbe na-

tionibus, spiritalia deo castra erat in fide & con- fessione sanctę trinitatis fixura. Et ut mitteret eos prædicare euāgelium. Et dedit illis potestatem curandi infir- mitates, & eijciendi dæmonia.] Postquā nefandos spiritus se prædicare prohibuit, elegit sanctos, qui & immūdos spiritus eijcerēt, & ipsi munda euāgelium mente ac lingua prædicarēt. Quibus etiā ceteras infirmitates curadi, nec non et mor- tuos suscitandi, ut Mattheus euāgelista scribit contulit facultatē, ut promissorū celestium ma- gnitudini, attestaretur etiā magnitudo factorū fidēq; uerbis daret uirtus ostensa, & noua face- rent qui noua prædicarent. Vnde nunc quoq; cum fidelium numerositas excreuit, intra san- ctam ecclesiam multi sunt qui uiam uirtutum tenent, & signa uirtutum non habent. Quia fru- stra miraculum foris ostenditur, si deest quod intus operetur. Nam iuxta magistri gentium uocem, lingua in signum sunt nō fidelibus sed infidelibus. Et imposuit Simon nomē Petrus.] Non nunc primum Simonij Petri nomen indidit, ue- rum longe ante cum à fratre Andrea ad se ad- ductum intuitus, dixit: Tu es Simon filius Ioan- na, tu uocaberis Cephas, quod interpretatur Pe- trus. Sed cum uolens euāgelista nomina duo- decim Apostolorum enumerare, necesse habe- ret Petrū dicere, breuiter intumare curauit, quia non hoc ante uocaretur, sed ita eum dominus cognominauerit, quāuis non tunc, sed quando Ioannes ipsa domini uerba posuit, intentos ui- delicet reddens auditores. Nam si hoc ante uo- caretur, non ita uideres mysteriū petrę, putans eum casu sic uocari, non providentia dei. Ideo uoluit eum prius aliud uocari, ut ex ipsa com- mutatione nominis, sacramenti uiuacitas com- mendaretur. Idē ergo græce siue latine Petrus, quod syriace Cephas. Et in utraq; lingua nomē à petra deriuatum est: haud dubiū quā illa de qua Paulus ait, Petra autē erat Christus. Nam sicut lux uera donauit Christus apostolis ut lux mundi uocentur: sic & Simonij qui credebatur in petram Christum, Petri largitus est nomen. Cu- ius alias alludens etymologię dixit, Tu es Pe- trus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Quod uero Simon ponens mærorem siue audiens tristitiā interpretatur, illi tempori congruit, quando post resurrectionem uisō do- mino, uel mortis illius, uel suę negationis mæ- rorem deposuit: sed suę confestim mortis tristi- tiam audiuit, dicente domino: Cum autē sentu- eris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quō non uis. Et Iacobum Zebedæi & Ioan- nem fratrem Iacobi (Subauditur à superioribus uocant ad se cum ascenderet in montem) Et imposuit eis nomina Boanerges, quod est filij tonitruu.] Apte filij tonitruu sunt cognominati, quorum unus ē cælestibus into- nans uocem illam theologiam, quam nemo prius edere nouerat, emisit. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus e- rat uerbum, &c. Quæ tantę uirtutis pondere

Miracula cur non fi- ant.

Petrus.

Nominis mutandē ratio.

Cephas.

Petra.

Mat. 16.

Tonitruu filij.

Ioan. 1.

Ioannis excellētia. gratia reliquit, ut si aliquāto plus intonare uoluit, nec ipse capere mundus posset. Sed & ambo saepe seorsum & in montē à domino duci, & aliquando sonum de nube terrificum percipere meruerunt. Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Prisca quoque nomina meritis aptissima gestabant, Iacobus enim supplātor. Ioannes in quo est gratia, uel domini gratia dicitur. Namque ille & carnis curam domino uocante supplātare, & ipsam carnem Herode trucidante gauisus est contemnere: iste ob amoris præcipui gratiam quam uirginali gloria meruerat, super redemptoris sui peccus in cœna recubuit. Et *Andrē & Philippum & Bartholomæum, & Matthæum, & Thomam.* Andreas græcū nomen est et interpretatur uirilis, ab eo quod græce uir, appellatur *ἀνδρῆς*. Quo aptissime uocabulo decoratur ille, qui ad prædicationem Ioannis mox agnum dei sequi, uidere et audire curauit: et post modum ipsum se uocātem relicto omnibus sequi, ipsi perpetuo adherere nō tardauit. Philippus os lampadis, siue lampadarū interpretatur. Et recte, quia uocatus à domino lumen gratiæ quo ipse in corde accensus atque illustratus est, cōfestim inuento fratri per oris officium propinare studuit, dicens: Quem scripsit Moyses in lege & propheta, inuenimus, Iesum filium Ioseph à Nazareth. Bartholomeus Syrū est, non Hebræum, & interpretatur filius suspendentis aquas. Quod euidenter filium dei sonat, qui prædicatorum suorum mentes ad cælestia contemplananda suspendit, ut quo celsa liberius peruolant, eo terrenorū corda feracius dictionum suorum guttis inebriet. Matthæus donatus dicitur, uidelicet quia magno domini munere de Teloneario ac publicano, in apostoli est & euangelistæ delegatus officium. Thomas, abyssus uel geminus, quod est græce *διδυμῶν*. quæ utraq; interpretatio eius statui congruit. Didymus & enim recte uocari potuit, propter dubiū cor in credendo, effectu dominicæ resurrectionis. Abyssus idem potuit iure dici, cum altitudinem Dominicæ uirtutis in resurrectione, celebrata certa fide penetrauit. Notandum sane quod apostolorum nomina describens euangelista Matthæus, ita ponit Philippus & Bartholomæus, Thomas, & Matthæus publicanus. Ceteri ergo euangelistæ in coniunctione nominum primum ponit Matthæum, & postea Thomam, & publicanum eum non ascribunt, ne antiquæ conuersationis recordantes, sugillare Euangelistam uiderentur. Ipse uero et Thomam sibi an reponit, & se publicanum appellat, ubi abunda uit peccatum superabundet gratia. Et Iacobum Alphæi, & Thaddæum, Iacobum Alphæi cum additamento posuit, ad distinctionem Iacobi Zebedæi. Ipse est qui in euangelis nominatur frater domini, & in epistola ad Galatas. Quia Maria uxor Alphæi, soror fuit Marię matris domini, quam Mariam Cleophæ Ioanneseuange-

lista cognominat, fortasse quia uel idem Alphæus etiam Cleophas est dictus, uel ipsa Maria de sancto post natū Iacobū Alphæo, Cleophæ nupsit. Quia uero Iacobus merito filius Alphæi, id est docti sic cognominatus, ipsi testantur apostoli, qui eum post domini passionem statim re-gendæ Hierosolymorum ordinauerunt ecclesiæ. Thaddæus autē ipse est, quem Lucas & in euangelio suo, & in actibus apostolorū Iudam Iacobi nominat. Erat enim frater Iacobi fratris domini, ut ipse in epistola sua scribit. Vnde etiā ipse frater domini uocabatur, attestatibus ciuibus ipsius, qui de uirtutibus eius stupentes aiebant. Nonne iste est fabri filius & Mariæ, frater Iacobi & Ioseph, & Iudæ & Simonis? Et Simonem Chananæum, & Iudam Scarioth, qui tradidit illum. Et hos cum additamento posuit, ad distinctionem Simonis Petri, & Iudæ Iacobi. Simon autem Chananæus, à Chana uico Galilææ cognomen accepit, quod euangelista Lucas cum interpretatione posuit, Simon zelotes. Chana, quippe zelus. Chananæus dicitur Zelotes, id est æmulator. Iudas autem Scarioth, aut à uico in quo ortus est, aut ex tribu Isachar prælagitum suæ damnationis uocabulum sumpsit. Isachar quippe, quod dicitur merces, precium proditionis insinuat. Scarioth autē quod memoria mortis interpretatur, arguit eum non repente per-suasum, sed meditatam diutius dominicæ traditionis patrasse flagitium. Qui non per imprudentiā, sed per prouidentiam inter apostolos eligitur. Quanta enim est ueritas, quam nec aduersarius minister infirmat? Quanta moralitas domini, qui periclitari apud nos iudicium suum quam affectum maluit? Susceperat enim hominis fragilitatem, & ideo nec has partes recusauit infirmitatis humanæ. Voluit deseri, uoluit prodi, uoluit ab apostolo suo tradi, ut turba à socio desertus, à socio proditus, moderate feratur errasse iudicium, perijisse beneficium. Ordinatis autē in monte apostolis qui ad prædicandum euangelium mitterentur, apte subditur, *Et ueniunt ad domū.* Electos namque in monte apostolos ad domū reducit, quasi tacite eos admonēs ut post acceptū apostolatus gradum ad conscientiam suam redeat, & quo ampliorem docendorū curam susceperūt populorum, eo solertius ipsi habitacula mentium suarū considerando penetrēt, & ne quid ibi forte quod occultum inspectoris oculos offendat inueniatur, sed uia examinatione perquirat. Sic etenim quisque, sic proximū rite regit, si à suo prius corde studio sa exploratione quicquid inerat prauitatis expurgat. *Et conuenit iterū turba, ita ut nō possent neque panem manducare.* O quam felix occupatio saluatoris, quam beata frequentia turbæ cōfluentis, cui tantum studij ad audiendū uerbum dei, tantū fuit curę ad obtinendā salutē, ut auctori salutis cum eis qui secum erant, ne uescēdi quidā hora à solatio uitæ miseris impendēdo, libera maneret. Utinam

Iacobus
Ioannes
Andreas
Philippus
Bartholomæus
Matthæus
Thomas
Didymus
Nomina apostolorū
Iacobus Alphæi,
Maria Alphæi & Cleophæ.

10
20
30
40
50
60

Thaddæus, Iudas, Iacobus frater domini.
Simon Chananæus.
Iudas Scarioth.
Isachar, Scarioth.
Moralitas Domini.
Venire domum.
Turba stultorum.

Utinam domine Iesu & in nostri tēporibus gustantū gratiæ tuis fidelibus largiaris, qui doctores suos assiduitate discendi, nō solum ab appetitu carnalium uoluptatum, uerum etiam nunquā ab ipsa quoque panis cotidiani percepti one prepediant. Sed quem turba frequētata externa, uideamus quātū hunc propinquoꝝ æstimatione pēdat. Sequitur, *Et cum audissent sui, exierunt tenere eum, dicebant enim quoniā in furorem uersus est.* Vere sicut ipse dicit alibi, Nō est propheta sine honore, nisi in patria sua & in domo sua. Quem enim ceteri quasi auctore uitæ, & sapientiā dei adire, uidere, & audire desiderāt, hunc propinquoꝝ quasi mentis impotem, esse ligandū decernunt. Quia enim altitudinē sapientiæ quam audiebant capere non poterant, quasi alieno eum sensu locutū esse credebant: iuxta exemplū eorum qui sacramentū carnis eius manducandæ & bibendi sanguinis non ferentes aiebant: Durus est hic sermo. Quis eum potest audire? Et propterea retro abiierunt, & iam cum illo non ambulabant. Allegorice autē in eo quod turba ad illū conueniente frequentī, ut furiosus à suis contemnitur, salus credentium de gentibus approbatur, & inuidia Iudæorū perfidiāque notatur. De quibus ait Ioannes: In propria uenit, & sui eum non receperūt. Multū sane distat inter eos qui uerbum dei pro mētis tarditate non intelligunt, & eos qui hoc quod intelligunt de industria blasphemāt ac persequuntur. His etenim spes salutis adhuc, si forte intellexerint, restat: illis autē qui nolētis intelligere ut bene agant, & iniquitatē meditentur in cubili suo, quę spes saluandi ultra remanet, cum & hoc quod pro salute animæ suæ recte intelligendo perceperūt, detestando atque odijs insequendo rejicere contendūt. Vide enim quid sequitur, *Et scribæ qui ab Hierosolymis descenderant, dicebant quoniā Beelzebub habet: & quia in principe demonū eijcit demonia.* Nec sine causa, qui tantum blasphemiam domino inferebāt, ab Hierosolymis descendisse dicitur: sed futurum utique portendebāt, eum à ciuibus turbis illius usque ad mortem esse persequendum. Legimus quidē supra, quia multa turba à Galilæa secuta est eum, & ab Hierosolymis, & ab Idumæa & trans Iordanem, & qui circa Tyrum & Sidonem, multitudo magna audientes quæ faciebat, uenerunt ad eum. Turba ergo ab Hierosolymis ueniēs secuta est dominum, sicut & ab alijs regionibus Iudæorū, siue etiam gentiū. Quis enim nescit Idumæā, Tyrum & Sidonem, prouincias siue ciuitates fuisse gentiliū? Sed Scribæ ab Hierosolymis descendētes blasphemijs illum persequebantur horrendis, quia sic nimirū erat passionis tempore futurū, ut turba illum populi Iudæorū cum palmis ac laudibus Hierosolymā perduceret, gentiles uidere desiderarent, sed scribæ & seniores populi de eius nece tractarēt. Turbis ergo quæ minus erudite uidebatur, domini semper facta mirantibus, illi

Propinquoꝝ rumin
Christum inhumanitas.
Allegorice
Ioan. 1.

contra uel negare hæc, uel quæ negare nequiterant sinistra interpretatione peruertere laborabāt, quasi nō hæc diuinitatis, sed opera essent immundissimi spiritus, id est Beelzebub, qui deus erat Accaron. Nam Beel quidē ipse est Baal, Zebub autem musca uocatur. Nec iuxta quædam mendosa exēplaria litera, uel d in fine est nominis legenda, sed b. Beelzebub ergo Baal muscarū, id est uir muscarū, siue habēs muscas interpretatur, ob sordes uidelicet immolatiij cruoris, ex cuius spurcissimo ritu uel nomine, principem demoniorum cognominabant. *Et conuocatis eis, in parabolis dicebat illis: Quomodo potest Satanas Satanam eijcere? Et si regnum in se diuidatur, non potest stare regnum illud. Et si domus super semetipsam dissipatur, non poterit domus illa stare. Non potest regnum & ciuitas contra se diuisa, perflare.* Sed quomodo cōcordia paruere crescēt, sic discordia maximæ dilabuntur. Si ergo Satanas pugnat contra se, & dæmon inimicus est dæmonis, debet iam mundi uenisse consummatio, ne haberent in eo locum aduersariæ potestatis, quarum inter se bellum, pax hominū est. Si autem putatis o Scribæ & Pharisei quod recessio dæmonū obedientia sit in principē suum, ut homines ignorantibus fraudulenta simulatione deludant, quid potestis dicere de corporum sanitate, quia dominus perpetravit? Aliud est si mēbrorum quoque debilitates, & spiritaliū uirtutum insignia dæmonibus assignatis. Et si satanas cōsurrexerit in semetipsum, dissipatus est, & non poterit stare, sed finē habet. Hoc dicens ex ipsorum confessione uolebat intelligi quod in eum non credendo in regno diaboli esse delegissent, quod utique aduersum se diuisum stare non posset. Eligant ergo Pharisei quod uoluerint. Si Satanas Satanā non potest eijcere, nihil contra dominum quod dicerent inuenire poterint. Si autem potest: multo magis sibi prospiciant, & recedant de regno eius, quod aduersum se diuisum stare non potest. *Nemo potest uia fortis ingressus in domum diripere, nisi prius fortem alligerit, & tunc domum eius diripiet.* Fortem diabolum dicit, uasa eius, homines ab eo deceptos: domum eius, mundum, qui in maligno positus est. In quo usque ad saluatoris aduentum, male pacato potiebatur imperio, quia in cordibus infidelium sine ulla contradictione quiescebat. Alligauit autem fortē dominus, hoc est ab electorū seductione compescuit diabolum, & tunc domū eius diripuit: quia erectos à diaboli laqueis eos quos suos esse prauidit, ecclesiæ suæ membris adunauit, ac per distinctas in ea graduum uariarum dignitates ordinauit. Vel certe domū eius diripuit, quia omnes mundi partes quibus olim hostis dominabatur antiquis, apostolorumque successoribus, ut in sua quisque prouincia reuocatos ab errore populos ad uiam uitæ conuerteret, distribuist. Ostendit ergo per parabalam, sed iam manifestissimā dominus, quod

10
20
30
40
50
60

Beelzebub
Cap. 17.
Sallust.
Regnum diuisum.
Fortis.

non concordi fallax operatione cum dæmoni-
 bus ut calumniabantur, sed diuersa prorsus atq;
 aduersa uirtute diuinitatis homines à dæmoni-
 bus liberaret: ideoq; grande scelus committe-
 rent qui hoc quod dei esse cognouerant, diabo-
 li esse clamabant. Amen dico uobis, quoniam omnia di-
 mittentur filijs hominū peccata, & blasphemiæ quibus bla-
 sphemauerint.] Omnia peccata & blasphemias,
 non passim dimittuntur omnibus hominibus,
 sed ijs qui dignam pro erratibus suis in hac uita
 pœnitentiā egerint. Neq; ullum habet locum
 prauæ assertionis uel Nouatianus ut pœniten-
 tius eis qui in martyrio lapsi sunt ueniā neget
 esse tribuendā: uel Origenes ut asserat post iu-
 diciū uniuersale transactis licet seculorū uo-
 luminiibus innumeris, cumctos peccatores ac
 blasphemos ueniā peccatorum esse consecu-
 tuos, atq; ad regnū cælestē perducendos. Cu-
 ius errorem sequentiā quoq; domini uerba re-
 dardunt, cum subditur, Qui autē blasphemauerit
 in spiritum sanctum, non habet remissionem in æternis: sed
 reus erit æterni delicti.] Qui ergo manifeste intel-
 ligens opera dei cum de uirtute negare nō pos-
 sit, stimulat inuidiā calumniatur, & Christū
 deiq; uerbum & spiritus sancti opera dicit esse
 Beelzebub, isti non dimittetur neq; in præsen-
 ti seculo neq; in futuro. Non quod negemus, &
 ei si pœnitentiā agere uoluerit, posse dimitti
 ab eo qui uult omnes homines saluos fieri, & in
 agnitionē ueritatis uenire: sed quod ipsi iudici
 & largitori ueniā credentes, qui & se pœniten-
 tiā semper accepturū, & hanc blasphemiam
 nūquam dicit esse remittēdam, credamus hunc
 blasphemū exiētibus meritis, sicut nunquam
 ad remissionē, ita nec ad ipsos dignæ pœniten-
 tiæ fructus esse peruenturū. Iuxta hoc quod Io-
 annes Euangelista de quibusdam blasphemias
 suæ merito excecatis, ueracissime scripsit. Pro-
 pterea non poterant credere, quia iterum dixit
 Esaias: Excæcauit oculos eorū, & indurauit cor-
 eorum, ut nō uideant oculis, & intelligant cor-
 de, & conuertantur, & sanē eos. Sola ergo blas-
 phemia in spiritum sanctum, qua quisq; in simi-
 litudinem diaboli & angelorū eius contra con-
 scientiam suam maiestātē deitatis oppugnare
 non trepidat, non habet remissionem in æternis,
 sed reus erit æterni delicti, sicut euangeli-
 sta manifeste declarat, qui posito hoc domini te-
 stimonio subiunxit, atq; ait: Quoniam dicebant,
 spiritum immundū habet.] Nam neq; ij qui spiritum
 sanctum non esse, neq; qui hunc esse quidē sed
 deum non esse, neq; qui hunc deum quidē esse,
 sed patre filioq; minorem credunt & confiten-
 tur, quia non inuidentiā diabolica, sed humana
 ignorantiā ducti faciunt hoc, irremissibilis blas-
 phemiæ crimine tenentur: qua proprie princi-
 pes iudæorum & quicq; simili inuidiæ peste cor-
 rupti, maiestātē blasphemāt, sine fine peribunt.
 Quod uero secundum Mattheum dicitur, eum
 qui blasphemauerit in spiritū sanctum, uel uer-

Peccata quibus dimittantur.

Nouatianus. Origenes.

Blasphemias in spiritu sancto.

Peccato in spiritu sancto qui sunt obnoxij.

De spiritu sancto maiestatem.

bum dixerit contra spiritū sanctum, non habe-
 re remissionē neq; in hoc seculo, neq; in futuro,
 datur intelligi, quasdam culpas in hoc seculo,
 quasdam uero in futuro laxari. Quod enim de
 uno negatur, cōse quens intellectus patet, quia
 de quibusdā conceditur. Sed tamen hoc de mi-
 nimis paruisq; peccatis fieri posse credendum
 est, sicut est alsidius ociosus sermo, immodera-
 tus risus, uel peccatum curæ rei familiaris, quæ
 uix sine culpa uel ab ipsis agitur qui culpā qua-
 liter declinare debeāt sciūt, aut in nō grauibus
 culpis errore ignoratiq; quæ cūcta etiā post mor-
 tem grauāt, si adhuc in hac uita positus minime
 fuerint relaxata. Hoc tamen sciendum est, quia
 illic saltē de minimis nil quisq; purgationis ob-
 tinebit, nisi bonis hoc actibus in hac adhuc uita
 positus, ut illic obtineat promereatur. Et ueni-
 unt mater eius & fratres, & foris stantes miserunt ad eum
 uocantes eum. Et sedebat circa eum turba, &c.] Fratres
 domini, non filij beate semper uirginis Marię,
 iuxta Heluidiū, ne filij Ioseph ex alia uxore, iux-
 ta quosdam, putandis sed eorum potius intelli-
 gendi sunt esse cognati. Sane quod dominus ad
 matrem fratresq; rogatus, ab officio uerbi dis-
 simulat egredi, non maternæ refutat obsequia
 pietatis, cuius præceptū est, Honora patrem tu-
 um & matrem: sed paternis se mysterijs amplius
 quā maternis debere monstrat affectibus: ita
 dem nobis exemplo quod uerbo cōmendans,
 cum ait, Qui amat patrem aut matrem plus quā
 me, non est me dignus. Non iniuriōse fratres
 cōtemnit: sed opus spiritale carnis cognationi
 præferens, religiosiorē cordium copulā docet
 esse quā corporum. Mystice autem mater &
 fratres Iesu, synagoga, ex cuius carne est editus,
 & populus est iudæorū, qui saluatore intus do-
 cente uenientes intrare nequeunt: cuius spirita-
 liter intelligere dicta negligunt. Præoccupans
 enim turba eius ingreditur domū, eius auscul-
 ton sermonibus, ut euangelista Mattheus decla-
 rat: quia differēte iudæa gentilitas confluit ad
 Christū, atq; interna uita mysteria quanto fide
 uicinior, tāto mēte capacior hausit. Iuxta quod
 Psalmista ait, Accedite ad eū & illuminamini.
 Et dicunt ei: Ecce mater tua & fratres tui foris querūt te.
 Et respondens eis ait, Quæ est mater mea & fratres mei.]
 Intus uerbū, intus est lumen. Vnde alibi, Ut in-
 trantes inquit uideant lumē. Si ergo foris stan-
 tes nec ipsi agnoscuntur parentes, & propter no-
 strum fortasse non agnoscuntur exemplum,
 quemadmodum nos agnoscemur, si foris ste-
 mus? Foris enim stantes, uolunt dominum ui-
 dere cognatū ipsius: quum iudæi spiritalem in
 Lege sensum non querentes, sese ad custodi-
 am literæ foris fixerint, & quasi Christum po-
 tius ad carnalia docenda cogunt exire, quā
 se ad discenda spiritalia consentiunt ingredi.
 Et circumspecti eos, qui in circuitu eius sedebant, ait,
 Ecce mater mea, & fratres mei. Qui enim fecerit uo-
 luntatem Dei, hic frater meus, & soror mea, & mater est.]
 Cum

Peccata in altero seculo dimittenda.

Fratres domini. Heluidius.

Mystice mater & fratres Iesu.

Mater quo modo sunt Christi fideles.

Cap. 16.

Matt. 13. Iuenera & loca in quibus operatur dominus.

Gentium conuersio



Iterum cepit docere ad mare.] Si eu-
 angelium Matthei inspicimus, patet profecto hanc doctrinam
 domini ad mare eadem die qua
 superiorem in domo celebratum
 esse sermonem. Terminatio namq; eo sermone,
 subiunxit cōtinuo Mattheus dicens, In illo die
 exiens de domo sedebat secus mare, & congre-
 gatae sunt ad eum turbae multae, &c. Nō solum
 autem facta & uerba domini, uerum etiam ite-
 nera ac loca in quibus uirtutes operatur & præ-
 dicat, cælestibus sunt plena sacramentis. Post
 sermonem quippe in domo habitum, ubi ne-
 fanda blasphemias dæmoniū habere dictus est,
 egrediens docebat ad mare, ut ostenderet se re-
 hicta ob culpam perfidiæ iudæa, ad gentes sal-
 uandas esse transiturum. Gentilium namq; su-
 perba, & incredula diu corda merito tumidis
 amarisq; fluctibus maris assimilantur. Domū
 uero domini, perfidiam fuisse iudæam quis ne-
 sciat? Sed relicta domo in qua blasphemias per-
 pessus est impiorū, cepit docere ad mare quia
 derelicta ob incredulitatem synagoga, ad col-
 ligendam per Apostolos populi gentilis mul-
 titudinem uenit. Vnde apte præmittitur, quod
 eo in domo prædicāte, mater ac fratres eius fo-
 ris steterūt, & quasi agniti ab illo nō sint, ac sic
 de domo exiēs ad mare docturus trāsierit, quia
 postquā synagoga ad custodiam se literę foris
 fixit, internisq; dominicæ fidei arcanis figurās
 legis anteponebat maluit, dominus sacramenta
 salutis quæ illa spreuerat, externis per orbem
 nationibus cōtulit. Et congregata est ad eum turba
 multa, ita ut in nauē ascendens sederet in mari, & omnis tur-
 ba circa mare super terram erat: & docebant eos in parabo-
 lis multa.] Quod turba multa ad dominum do-
 centem ad mare congregata est, significat fre-
 quentiam populorum prædicantibus Apo-
 stolis ad fidem ueritatis confluentium. Quod ue-
 ro ipse natū ascendens sedebat in mari, præfi-
 gurabat ecclesiam in medio nationum non cre-
 dentū & cōtra dicentiū edificandā. Quali enim
 dominus sedet in nauī, medio in mari posita, cū
 mentes fidelium inter infideles cōmorantium
 gratia suæ uisitacionis illustrat: dilectāq; sibi in

his mationē consecrat. Porro, turba quæ circa
 mare super terram posita uerbis domini auscul-
 tabat, ita ut nec fluctibus maris tangeretur, ne
 cum illo in nauī transcens fluctibus federet, il-
 lorum aptissime gestat si guram qui nuper ad
 audiēdū uerbum cōuenerant. Et quidē pietate
 animi à reproborum amaritudine, obscuritate,
 instabilitate, secreti sunt: sed necdū cælesti-
 bus mysterijs quæ desiderant imbuti.
 T dicebat illis in doctrina sua: Audite. Ecce exiit semi-
 nans ad seminandum.] Ipse dominus in sequenti
 bus hanc parabolā exponens, semen esse uer-
 bū dei, seminātē uero seipsum assererat. Quod
 uero dicit, quia exiit seminās ad seminandū, no-
 bis querendū reliquit. Exiit ergo seminans ad
 seminandū, quia dominus de sinu patris egre-
 diēs uenit in mundū, ac uerbū ueritatis quod a
 pud patrem uidit, humano generi uel per seipsum,
 uel per eos quos instituit ipse seminauit. iuxta
 quod in eius laudibus dicit Abacuc, Exiit in sa-
 lutē populū tui, ut saluos facias christos tuos, id
 est eos quos in cōtione spiritus tui cōsecrare, ac
 tui sancti in omnis participes facere dignaris.
 Vel certe exiit ad seminandum, cum post uoca-
 tam ad fidem suam partem synagoge electam,
 ad collectionē quoq; gentium gratiæ suæ do-
 na diffudit. Quod ipsum etiā suo itinere desi-
 gnauit, cum post prædicationem domi habitā
 ad mare docturus exiit. Deniq; in domo præ-
 dicās quosdam ob blasphemias suæ scelus irre-
 missibile deseruit: quosdam ob deuotionē pi-
 etatis matrem suā appellauit & fratres. Quod
 differentiā manifeste iudæa gentis exprimit:
 in qua multi domini rebelles, nonnulli sunt di-
 uina adoptione condigni. Et dum seminans: aliud
 cecidit circa uia, & uenerunt uolucres, & comederūt illud.]
 In Euangelio Lucæ ita de hoc semine scriptū
 est: Aliud cecidit secus uia, & conculcatū est,
 & uolucres cæli comederunt illud. Quæcumq;
 ergo dominus in hac parabolā exponere digna-
 tus est, pia fide suscipienda sunt. Quæ uero ta-
 cita nostræ intelligentiæ dereliquit, æquæ pia
 intētionē perquirēda ac perstringēda sunt bre-
 uiter. Semē quod circa uia cecidit, duplici Iesu
 ra disperit, & ab itinerantibus scilicet concul-
 catū, & a uolucris raptū. Via ergo est mens
 assiduo malarū cogitationū meatu trita atque
 are facta, ne uerbi semē accipere ac germinare
 sufficiat: atq; ideo quicquid boni seminis uici-
 niā talis uiaē cōtingerit, perit: quia improbo pes-
 simæ cogitationis transitu conculcatū a dæmo-
 nib; rapitur, qui recte uolucres cæli, siue quia
 cælestis spiritalisq; sunt naturæ, siue quia per
 aera uolitant, appellatur. Aliud uero cecidit sa-
 per petrosa, ubi non habuit terram multā, & statim exortum
 est: quoniam non habebat altitudinē terræ. Et quādo exortus
 est sol, exarsit, & eo quod non haberet radicē exaruit.]
 Et huius mysteriū seminis dominus exponit. In
 qua uidelicet expositione discimus, quia nequa
 quæ ipsæ res in una eadēq; significacione semper

Cap. 19.

Exiit ad seminandum.

Via.

Diaboli.

allegorice ponantur. Namq; petram duritiam proteritatem mentis, terram lenitatem animae obediētis, solem dicit feruorem persecutionis sicut uentis: cum ipse alibi solem in bono ponat, dicens fulgere iustos in futuro quasi solē in regno patris eorum: & in structura domus spiritalis fodendum in altum, terram efficiendam, & petram in fundamento doceat esse locandam, hoc est ab imo cordis sinu cogitationes terrenas expurgandas, & fortitudinem fidei inuictę pro his in fundamento bonorum operum inferendam esse moneat. In hoc ergo loco, altitudo terrę quę competenter exculta semen uerbi debuerat excipere, prohibet se animi, disciplinis cęlestibus exercitati, atq; ad auscultandum obediendumq; diuini eloquijs regulariter instruiti. Petrosa uero loca, quę tenui cespite coniecta, susceptū semen cito germinare queunt, sed uim radicis figendę non habent, illa nimis sunt precordia quę nullis disciplinę studijs erudita, nullis tentationum probationibus emollita, dulcedine tantum auditu sermonis ac promissis cęlestibus ad horam delectantur, sed in tempore tentationis recedunt: quia cum momentaneę cęlestis oraculi dulcedinem insitę sibi austeritate præterdunt, quasi locus semini sancto de purgatis, magnam lapidum congeriem pauca terrę humo cooperiunt. Quę ideo ad fructum peruenire iustitię non ualent, quia parum eis inest desiderij salutaris, quod semen uitę concipiat, & multum inest duritię nocentes, quod fructui salutis obsistat. Et dicebat, Qui habet aures audiendi, audiat. Quoties hæc admonitum cula uel in Euangelio uel in Apocalypsi Ioannis interponitur, mysterium esse hoc quod dicitur, atq; ad audiendum descendumq; salubre insinuat. Aures enim audiendę, aures sunt cordis, & sensus interiores: aures obediendi & faciendi quę iussa sunt. Illis autem qui foris sunt in parabolis omnia sunt, ut uidentes uideant, & non uideant, & audientes audiant, & non intelligant, ne quando conuertantur, & dimittantur eis peccata. Notandum in his domini uerbis, quod non solum ea quę loquebatur, uerum etiam quę faciebat parabolę fuerunt, id est rerum signa mysticarū, cum dicitur illi quibus in parabolis omnia fiebant, neque quę uidebant, neq; quę audiebant ad intellectum potuisse perducere. Quid enim obstaret inuentibus, ne ea quę uiderent eius facta uel itinera intelligerent, si non his aliquid amplius quā carnis oculis patebat, spiritaliter uellet intelligi: Illis ergo qui foris sunt neq; propinquas pedibus domini, ut accipiant de doctrina eius, in parabolis omnia fiunt, & facta scilicet & uerba saluatoris: quia neq; in his quę operabatur uirtutibus, neque in eis quę prædicabat arcanis, cum cognoscere deum ualent. Ideoq; ad remissionem peccatorū quę per gratiam fidei ipsius obtinenda est, non merentur attingere. Hi autem sunt qui circa uitam, ubi se

minatur uerbum, Et audierint, confestim uenit Satanas, & aufert uerbū quod seminatum est in corde eorum, & cetera. In hac domini expositione omnis eorum qui audire quidē uerba salutis potuerunt, sed ad salutem peruenire nequeunt, distantia comprehenditur. Sunt namq; qui uerbū quod audiūt, nulla fide, nullo intellectu, nulla saltē tentandę utilitatis occasione percipere dignantur. Quorū indisciplinatis ac duris cordibus mandatum uerbum, confestim in mundi spiritus quasi uitę tritę uolucres semen eripiunt. Sunt qui auditū uerbi & utilitatem probant, & desiderij gustāt: sed ne ad id quod probant, perueniāt, alios huius uitę aduersa terrendo, alios prospera bladiędo retardant. Quorum primos dominus terrę petrosę: secundos comparat spinosę. Excipiuntur sane gentiles, qui ne audire quidē uerba uitę merentur. Nec mirū uideri debet, quare spinis diuitias cōparauerit dominus, cum illa pungant, istę delectent. Recte enim spinę uocantur, quia cogitationū suarum punctiōibus mentē lacerant. Et cum usq; ad peccatū pertrahūt, quasi in siccio uulnere cruentāt. Sed & exceptis uitiorū punctiōibus, diuitiarum cupido plurimū mentem deua stat, ac securū esse non sinit. Cum enim quisq; sollicitus inuigilat quo ordine siue arte ea quę nondum habet acquirat, qua rursum prouidentia ea quę iā acquirerat conseruet, qua deniq; gloria ac dignitate acquiritorum copia perfruat: quantis necesse est misera mens per horas singulas curarū stimulis exulceretur? Vnde apud dominū in expositione spinarū appellaturus diuitias, præmisit erumnas dicēs, Et alij sūt qui in spinis seminantur, hij sunt qui uerbum audiunt, & arumnę seculi & deceptio diuitiarum, & circa reliqua concupiscentię introeuntes suffocant uerbum: & sine fructu efficiunt. Arumnę (inquit) seculi & deceptio diuitiarū. Quę cumq; enim super uacuus diuitiarum decipit appetitus, necesse est mox curarum arumna continuarum comitans, siue etiam præcurrans, affligat. Quid enim ærumnosus illis, qui quanto plus habent, tanto plus egent, & minus sibi ipsis habere uidentur? Iuxta quod poetarum quidē philargyris illudēs ait: Crescit amor nūmi quātum ipsa pecunię crescit. Quantoq; feliciores non solum appetitu uerarum diuitiarum, uerum etiam ipso contēptu falsarū, qui se esse ueraciter fatentur tanquam nihil habentes & omnia possidentes? Bene autem cum dixisset, Et arumnę seculi & deceptio diuitiarum, addidit, Et circa reliqua concupiscentię. Præcipit enim scriptura: Concupiscens sapientiā serua mandata, & Deus præbet illam tibi. Et iterum dicit, Beatus uir qui timet dominum, in mandatis eius cupit nimis. Cui contra, qui neglecta sapientia mandatisq; domini contemptis circa reliqua concupiscens aberrat, nec fructum accipere sapientię, nec ad gaudium potest uerę beatit-

Diuitie spinę.

Iuuenalis.

Qui habet aures audiendi audiat.

Facta domini.

beatitudinis attingere. Suffocant enim huiusmodi concupiscentię uerbum, quia importunis cogitationibus suis guttur mentis stranguant. Et dum bonum desiderium intrare ad cor non sinunt, quasi aditum flatus uitalis necant. Cui iusto iudicio contingit, ut quantum circa reliqua concupiscit, tantum longe ablit ab illo pauperū spiritu desiderio, quo cupiunt dissolui & esse cum Christo. Quin potius timet miser quod reuera euenturū est ei, dissolui ab hac uita, & esse cum diabolo. Et hi sunt qui super terram bonam seminati sunt, qui audiunt uerbum & suscipiunt & fructificant, unum triginta, & unum sexaginta, & unum centum. Terra bona, hoc est fidelis electorum conscientia, omnibus terrę, nequam prouentibus contraria facit, quia & commēdatum sibi semen uerbi libenter excipit, & exceptum inter aduersa ac prospera constanter ad fructus usq; tempora conseruat. Fructificat autem & facit unum triginta, & unum sexaginta, & unum centum. Triginta uidelicet, cum sidem sanctę Trinitatis electorum cordibus insinuat. Sexaginta, cum perfectionē docet bonę operationis. Nam quia in senario numero mundi ornatus expletus est, recte per hunc bona operatio designatur. Centum, cum in uniuersis quę agimus, quęrenda nobis in regno cęlesti præmia demonstrat. Centum namq; quę computando in dexteram transferuntur, recte in significatiōe ponuntur perpetuę beatitudinis. Si quidem triginta & sexaginta in læua adhuc manu continentur, centum transeunt ad dexteram. Quamuis enim magna sit fides, quę nobis cognitionem nostri Conditoris reuelat, magna sint opera, quibus fides ne sit otiosa cōsummat, in hac tamen ambo sunt uita necessaria, Præmiū uero fidei & operationis, quę per dilectionē exercētur, in futura est uita sperandū. Et dicebat illis: Nunquid uenit lucerna, ut sub modio ponatur aut sub lecto? Nonne ut super candelabrū ponatur? Quia supra dixerat Apostolis, & eis qui cum illis erant, Vobis datum est nosse mysterium regni dei: illis autem qui foris sunt, in parabolis omnia fiunt. Nunc ostendit per eos, aliquid quando etiam cæteris idem mysterium esse reuelandum, & peccus omnium, qui domū Dei essent intraturi, fidei flammis illustrandū. Quibus etiam uerbis typice, fiduciam docet prædicandi, ne quis timore carnalium incōmodorum lucem scientię, quam nouit, abscondat. Modij namque & Lecti nomine, uitam hanc præsentē, & carnem, in qua uiuimus: lucernę autem uocabulo, uerbum quo illustramur, designat. Nam quia tempus uitę nostrę sub certa diuinę prouisionis mensura continetur, recte modio comparatur. Lectum uero animę, corpus, in quo temporaliter inhabitans, quiescit, recte appellari posse, quis non uideat? Vnde sanato cuidam dicitur: Surge, tolle lectum tuum, & uade in domū tuam. Quod est aperte

Triginta, Sexaginta.

Centum in dextera.

Cap. 10.

Modius.

Lectus.

dicere: Surge, de corpore negligentia: & corpus, in cuius desiderijs diutius iacebas, in exercitia bonorum operum sedulus attolle: & sic, domum æternę habitatiōis, præmia bonorum operum percepturus, ingredere. Qui ergo amore huius uitę temporalis, & illecebrarum carnalium, occultat uerbum Dei: quasi modio, uel lecto lucernam operit: quia concupiscentias carnis præponit manifestatiōi ueritatis, quam prædicare meuit. Super candelabrum autem ponit lucernam, qui corpus suum ministerio Dei subijcit, ut superior sit prædicatio ueritatis, & inferior seruitus corporis: per ipsam tamē corporis seruitutem excelior luceat doctrina, quę per officia corporalia, id est, per uocem & linguam & ceteros corporis motus, in bonis operibus insinuat discipulis. Super candelabrum ergo ponit lucernā, cum dicit Apostolus: Non sic pugno, tanquam aerem cadens, sed castigo corpus meū, & seruituti subijcitur: ne forte alijs prædicans, ipse reprobus efficiar. Non enim est aliquid absconditū, quod non manifestetur: nec factum est occultum, sed ut palam ueniat. Nolite, inquit, erubescere Euangelium Dei, sed inter tenebras persecutorū, lumē uerbi, supra uestri corporis candelabrum leuate: fixa mente retinētes illum retributionis extremę diem: quo illuminabit Dominus abscondita tenebrarū, & manifestabit cogitationes cordium. Tūc enim & uos a Deo laus, & aduersarios ueritatis poena manet æterna. Si quis habet aures audiendi, audiat. Si quis habet sensum intelligendū uerbum Dei, non se subtrahat, non auditum ad fabulas cōuertat, sed scrutandis eis quę ueritas dixit: diligētiter autem accōmmōdet, diligenter manus implendis eis quę iam intellexit, diligenter linguam prædicandis oportune importunęq; subijciat. Et dicebat illis: Videte quid audiat. In qua mensura mensi fueritis, metietur uobis, & adjicietur uobis. Si solerter (inquit) omnia quę ualeatis bona facere, ac proximis intimare studetis: aderit diuina pietas, quę uobis, & in præsentī, sensum altiora capiendi, ac potiora gerendi, effectum conferat: & in futuro, supra id quod sperare nostis, dona uobis æternę retributionis uerę adjiciat. Qui enim habet, dabitur illi. Et qui non habet, etiam quod habet, auferetur ab illo. Tota (inquit) intentione, uerbo quod auditis, reminiscendū & scrutando operam date: quia qui amorem habet uerbi, dabitur illi etiam sensus intelligendū quod amat. At qui uerbi amorem nō habet audiendū, etiam si uel naturalis ingenio uel literarum sibi callere uideatur exercitio, nulla uerę sapientię dulcedine gaudebit. Quod etiam specialiter dictum esse uidetur de Apostolis, quibus charitate fideq; potius datum est scire mysteriū regni dei, & de perfidis Judæis, qui in parabolis uidentes, non uidebant: & audietes, non intelligebāt: quod uidelicet literā legis, in qua

Habenti dabitur.

qua gloriabatur, essent amissuri: potest tamen & generaliter accipi quod nonnunquam lector ingeniosus negligendo se priuaret sapientia, quam tardus ingenio sed studiosus, elaborando degustat. Et dicebat illis: Sic est regnum Dei, quemadmodum si homo iactet sementem in terram & dormiat: & exurgat nocte ac die: & semen germinet & increseat dum nescit ille. Vltro enim terra fructificat, primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica. Et cum se produxerit fructus, statim mittit falcem, quoniam adest tempus messis.] Semen homo iactat in terram, cum cordi suo bonam intentionem inserit. Et postquam semen iactauerit, dormit: quia iam in spe boni operis quiescit. Nocte uero exurgit ac die, quia inter aduersa & prospera proficit. Et semen germinat & crescit, dum ille nescit: quia & cum adhuc metiri incrementa sua non ualeat, semel concepta uirtus ad profectum ducitur. Et ultro terra fructificat: quia praeueniente se gratia, mens hominis spontanea ad fructum boni operis affurgit. Sed haec eadem terra primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum producit in spica. Herbam quippe producere, est inchoationis bonae adhuc tenentudinem habere. Ad spicam uero herba peruenit, cum se uirtutis animo concepta ad profectum boni operis pertrahit. Plenum uero frumentum in spica fructificat: quando iam in tantum uirtus proficit, ut esse robusti & perfecti operis possit. Et cum se produxerit fructus, statim mittit falcem, quoniam adest tempus messis. Omnipotens enim deus productio fructu mittit falcem, & messem suam defecat, quia cum unum quencumque ad opera perfecta perduxerit, eius temporalem uitam per emissam sententiam incidit, ut granum suum ad caelestia horrea perducat. Cum ergo desideria bona concipimus, semen in terram mittimus. Cum uero operari recta incipimus, herba sumus. Cum autem ad profectum boni operis crescimus, ad spicam peruenimus. Cum in eiusdem operationis perfectione solidamur, iam plenum frumentum in spica profertur. Nullus itaque qui ad bonum propositum adhuc in mentis tenentudine esse conspicitur, quia frumentum dei ab herba incipit ut granum fiat. Et dicebat: Cui assimilabimus regnum dei, aut cui parabola comparabimus illud? Sicut granum sinapis, quod cum seminatum fuerit in terra, minus est omnibus seminibus quae sunt in terra.] Regnum dei praedicatio euangelij est, & notitia scripturarum quae ducit ad uitam, & de qua dicitur ad Iudaeos: Auferetur a uobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Simile est ergo huiusce modi regnum grano sinapis, quod iuxta euangelium Matthei accipiens homo seminauit in agro suo. Homo qui seminat, a plerisque Saluator intelligitur, quod in animis credentium seminet. Ab alijs homo ipse seminans in terra siue agro suo, hoc est in semetipso, & in corde suo. Quis est iste qui seminat, nisi sensus noster, & animus?

Regnu dei.


Qui suscipiens granum praedicationis, & fouens sementem humore fidei, facit in agro sui peccatoris pullulare. Quod cum seminatum, inquit, fuerit in terra, minus est omnibus seminibus quae sunt in terra. Et cum seminatum fuerit, ascendit, & fit maius omnibus holeribus, & facit ramos magnos, ita ut possint sub umbra eius aues caeli habitare.] Praedicatio Euangelij minima est in omnibus disciplinis. Ad primam quippe doctrinam fidem non habet ueritatis, hominem dominum deum mortuum & scandalum crucis praedicans. Confert huiusmodi doctrinam dogmatibus philosophorum, & libris eorum & splendore eloquentiae, compositionisque sermonum, & uidebis quanto minor sit caeteris seminibus sementis euangelij. Sed illa cum creuerint, nihil mordax, nihil uisibilem, nihil uitale demonstrat. Totum flaccidum marcidumque ebullit in holera & in herbas, quae arescunt & corrunt. Haec autem praedicatio quae parua uidebatur in principio, uel cum in anima creditis, uel cum in toto mundo lata fuerit, non exurgit in holera, sed crescit in arborem, ut in alijs euangelistis apertissime dicitur. Ascendit ergo granum sinapis seminatum in terra siue agro domini, & de holere mutatur in arborem, cuius natura est altitudine, amplitudine, annositate, herbarum omnium transcendere naturam. Magna est enim huius altitudo arboris, quia mentes auditorum suorum praedicatio euangelij ad appetenda caelestia sustollit. Diffusa est ramis, quia praedicatores ex sese nascentes, totius mundi terminos occupauit. Diurnitate praeminet, quia ueritas quam praedicat, nullo unquam fine debetur. Sub umbra illius uolucres caeli habitant, quoniam animae fidelium quae ad caelestia per desiderium uolare, & neglectis temporalium rerum cupiditatibus sursum cor habere consueuerunt, iuxta Psalmistae uocem, In protectione alarum domini sperabunt. Vnde & sponsa in Canticis canticorum, hoc est una de multis animabus collecta sanctorum ecclesiae, gloriatur & dicit: Sub umbra illius quem desiderabam sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Quod est aperte dicere: Sub protectione illius quem uidere desiderabam, me caeterorum solatio destitutam subieci, & gaudium aspectus ac praesentia illius dulcis cordi meo, quicquid extra illum est me contemnere, immo fasti dire coegit. Et talibus multis parabolis loquebatur eis prout poterant audire. Sine parabola autem non loquebatur eis. Seorsum autem discipulis suis dissebat omnia.] Non hoc ita dictum est, quasi nullum apertum ad turbas sermonem fecerit, sed personae parabolis loquutus eis fuerit: uerum ita potius, quia nullus facile sermone eius inuenitur in quo non aliquid parabolarum sit intermixtum.

Euangelij praedicatione.

Parabola in euangelio.

Liber

LIBER II.



Ita illis illa die cum sero esset factum, Transauius contra. Et dimittentes turbam, assumunt eum ita ut erant in nauis, & aliae naues erant cum illo.] In hac nauigatione Dominus, utranque unius eiusdemque suae personae naturam dignatur ostendere: dum ipse, qui, ut homo, dormit in nauis, furorem maris uerbo compescit ut deus. Porro iuxta allegoriam mare quod cum suis transire desiderat, tenebrosus amarusque seculi praesentis estus accipitur. Nauicula autem quam ascendit, nulla melius, quam sacrosissimae passionis ipsius intelligitur arbor. Cuius beneficio quicquid fidelis adiuti, transcendit mundi fluctibus, ad habitationem patriae caelestis quasi ad stabilitatem securi littoris perueniunt. Aliae autem naues quae fuisse dicuntur cum domino, nec tamen in altum ductae, uel aliquid tempestatis pertulisse narrantur, illos nimirum significant, qui ita fide dominicae crucis imbuti sunt, ut necdum turbine tribulationum pulsati: tantum in pace Ecclesiae suscepta fidei mysteria conferunt: uel certe eos qui post crebras tentationum procellas aliquantula ad tempus serenitate concessae pacis utuntur. Incertum namque est naues illae utrum nuper factae in portum deductae sint, an post experta maris pericula ad portum redierint. Vnde utrosque recte possunt designare, & eos uidelicet qui necdum sunt tentationibus probati, & illos qui post examinationem crebram tribulationum pro Christo aliquantula sospitatis tentationibus sunt rerum tranquillitate potiti. Et facta est procella magna ueni, & fluctus mittebat in nauem, ita ut impleteretur nauis. Et erat ipse in puppi super cervicali dormiens.] Discipulis nauigantibus Christus obdormiuit: quia calcantibus seculi fidelibus futurique regni quietem animo meditantibus, & uel secundo spiritus sancti flatu uel remigio proprii conatus infidos mundi fastus certatim post terga iactantibus, tempus subito dominicae passionis aduenit. Vnde bene hoc sero facto gestum fuisse perhibetur, ut ueri solis occubitus non sola domini dormitio, sed & ipsa decedentis lucis hora significet. Ascendente autem illo puppi crucis, qua somnum mortis caperet, fluctus blasphemantium persecutorum daemontiacis excitati procellis, assurgunt. Quibus tamen non ipsius patientia turbatur, sed discipulorum imbecillitas concutitur, trepidat, periclitatur. Ex excitant eum, & dicunt ei: Magister, non ad te pertinet quia perimus?] Et citant dominum discipuli, ne eo dormiente fluctuum feritate dispereant, quia cuius mortem uiderant, maximum uotis resurrectionem quaerebant, ne si diutius ipse morte carnis sopiretur, eorum mens spiritali in perpetuum morte periret. Vnde bene sequitur, Et exurgens comminatus est uento, &

Mare.

Nauis.

Et dixit mari, Tace, obmutescet. Et cessauit uentus. Et facta est tranquillitas magna.] Vento quippe exurgens comminatus est: quia resurrectione celebrata diaboli superbia iurauit, dum per mortem destruxit eum qui habebat mortis imperium. Mare quoque silere praecipit, ac tranquillitatem reduxit, quia uesanam Iudaeorum rabiem quae caput quatuor clamauerat, Si filius dei est, descendet nunc de cruce & credimus ei, mortem superando ac de sepulchro resurgendo deiecit. Vbi notandum iuxta litteram, quod omnes creaturae sentiant creatorem. Quibus enim increpantur & imperantur, sentiunt imperantem. Non errore haereticorum, qui omnia putant animantia, sed maiestate conditoris. Quae enim apud uos in sensibilibus, illi insensibilia sunt. Et ait illis, Quid timidi estis? Necdum habetis fidem.] Recte arguuntur qui praesente Christo timebant, cum utique qui ei adhaeserit, perire non possit. Cui simile est hoc, quod post mortis somnium discipulis apparens exprobrauit in credulitate illorum & duritia cordis, quia is, qui uiderant eum resurrexisse, non crediderunt. Iterumque dixit ad eos: O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quae locuti sunt prophetae. Nonne haec oportuit pati Christi, & ita intrare in gloriam suam? Ac si per metaphoram nauigij diceret: Nonne oportuit Christum soporari uerentibus undique fluctibus nauem in qua dormiebat, & ita expergefatum sedatis extemplo tumidis gurgitibus astitibus diuinitatis suae cunctis patefacere uirtutem? Et timuerunt timore magno, & dicebant ad alterum: Quis putas est iste? Quia uentus, & mare obediunt ei. Mattheus ita scribit: Porro homines mirati sunt dicentes, Qualis est hic? & caetera. Non ergo discipuli sed nauis & caeteri qui in nauis erant mirabantur, & de eius, cui uentus & mare obediret, persona dubitabant. Sin autem quis contentiose uoluerit eos qui mirabantur fuisse discipulos, respondebimus recte homines appellatos, quia necdum potentiam nouerant saluatoris. Et nos quoque singuli cum signo dominicae crucis imbuti seculum relinquere disponimus, nauem profecto cum Iesu conscendimus, mare transire conamur. Sed qui non dormitabit, neque obdormiet, Israel custodiens semper, nobis tamen saepe nauigantibus quasi inter aequoris fremitus obdormiuit, quando crebrescente inter medios uirtutum nisus, uel immundorum spirituum, uel hominum paucorum, uel ipso nostrorum cogitationum impetu fidei splendor obtenebrescit, spei celsitudo contabescit, amoris flamma refrigescit. Vnde inter huiusmodi procellas ad illud necesse est gubernatorem curramus, illum sedulo excitemus, qui non seruiat sed imperet uentis. Mox tempestates compescet, refundet tranquillitatem, portum salutis indulgebit.

Inanimam quomodo obediunt.


Mar. ult.

Luc. ult.

Caput

CAPVT QVINTVM.

Cap. 21. Gerasa. **T**uenerunt trans fretum maris in regione Gerasenorum. Gerasa est urbs insignis Arabie trans Iordanem iuncta monti Galaad, quem tenuit tribus Manasse non longe a stagno Tiberiadis, in quod porci precipitati sunt.



Significat autem nationem gentium, quam post somnum passionis, resurrectionisque sue gloriam missis predicatoribus Saluator est uisitare dignatus. Vnde bene Gerasa, siue Gergesij (ut quidam legunt) colonum eiciens siue, aduena propinquas interpretatur: uidelicet insinuans quia gentium populus & eum a quo nequiter incolebatur hostem de suo corde repulerit, & qui erat Ioseph, factus sit prope in sanguine Christi. Et exeunte eo de nauis, statim occurrit ei de monumētis homo in spiritu immundo, qui domicilium habebat in monumētis. Homo iste qui spiritu uexabatur im-

20 mundo, & domino uesanus, sed mox curandus occurrit, figuram habet populi gentilis, qui usque ad tempora dominice incarnationis, daemonicis delusis doctrinis idola pro deo colebat. Qui domicilium habebat in monumētis, quia in mortuis operibus hoc est in peccatis delectabatur. Quid enim sunt corpora perfidorum, nisi quaedam desuntorum sepulchra, in quibus non dei habitat sermo, sed anima peccatis mortua recluditur. Et neque catenis iam quisquam eum poterat ligare, quoniam saepe compedibus & catenis uinctus dirupisset catenas, & compedes comminisset. Et nemo poterat eum domare. Catenis & compedibus graues & durae leges significantur gentium, quibus & in eorum republica peccata cohibentur. Ruptisque catenis (ut Lucas scribit) agebatur a demonio in deserto, qui etiam ipsis transgressis legibus ad ea scelera cupiditate ducebatur, quae iam uulgarem consuetudinem excederent. Et semper nocte ac die in monumētis & in montibus erat, & clamans & concidens se lapidibus. Semper nocte ac die furebat daemonicus, quia gentilitas siue aduersarum casibus laboraret, seu pax & prosperitas aliqua mundi blandientis arrideret, nequaquam a seruitio malignorum spirituum collummentis excutere nouerat, sed per operum sceditatem quasi in monumētis iacebat, per factum superbiam in montium iugis errabat, per uerba durissima infidelitatis, quasi arreptis fimbriis cauitibus seipsam concidebat. Sed attestante Ioanne Baptista dominus de lapidibus suscitauit filios Abrahamae, dum dura infidelium corda ad gratiam pietatis conuertit. Videns autem Iesum a longe cucurrit, & adorauit eum, & clamans uoce magna dixit Quid mihi & tibi Iesu filij dei altissimi? Quanta Arrij uesania Iesum creaturam & non deum credere, quae filium dei altissimi daemones credunt & contremiscunt? Quae impietas Iudeorum, eum dicere in principe daemonicorum eiecisse daemones, quae ipsa daemones fatentur nihil secum habere com-

30 muner? Qui hoc ipsum quod tunc per daemones

clamauerunt furorē, postmodum in delubris idolorum dicere & confiteri non cessarunt, lesum uidelicet esse Christum filium dei altissimi, nec sese aliquid cum illo pacis aut societatis habere. Aduro te per deum, ne me torqueas. Dicebat enim illi: Exi spiritus immunde ab homine. Hostis humanitatis salutis non exiguum sibi ducit esse tormentum ab hominis lesione cessare, quantoque hunc diutius possidere solebat, tanto difficiliter dimittere consentit. Vnde studendum summopere est, ut & si quando ut homines, a diabolo superemur, mox eius laqueos euitare satagamus, ne si aliquanto tardius eius uiribus resistatur, laboriosus quandoque pellatur. Et interrogabat eum: Quod tibi nomen est? Et dicit ei: Legio nomen mihi est, quia multi sumus. Non uelut inscius nomen inquirat, sed ut confessa publice peste quam furens tolerabat, uirtus curantis gratior emicaret. Sed & nostri temporis sacerdotes, qui per exorcismi gratiam daemones eicere norunt, solent dicere patientes non aliter ualere curari, nisi quantum sapere possunt, omne quod ab immundis spiritibus uisu, auditu, gustu, tactu, uel alio quolibet corporis aut animi sensu uigilantes dormientes uerperulerint, confitendo patenter exponat. Quod uero dicebat spiritus, Legio nomen mihi est, quia multi sumus; significat populum gentium non uni cuiuslibet, sed innumeris ac diuersis idololatriae cultibus esse mancipatum. Cui contra scriptum est, quod multitudinis credentium erat cor unum, & anima una. Vnde bene in Babylonis constructione linguarum unitas per spiritum superbiam scissa, in Hierosolyma est per gratiam sancti spiritus linguarum uarietas adunata. Et illa confusio, haec uisio pacis interpretatur, quia uidelicet electos in pluribus linguis & gentibus una fides ac pietas toto orbe pacificando confirmat: reprobos autem plures sectae quam linguae dissociando confundunt. Et deprecabatur eum multum ne se expelleret extra regionem. In euangelio Lucae ita scriptum est: Et rogabant eum ne imperaret illis ut in abyssum irent. Sciebant ergo daemones aliquando futurum, ut per aduentum domini mitterentur in abyssum, non ipsi futura praediuinantes, sed prophetarum de se dicta recolentes. Ideoque gloriae dominici aduentus quam mirabantur, ad suam pertimescebant tendere damnationem. Erat autem ibi circa montem grex porcorum magnus pascens. Et deprecabantur eum spiritus dicentes, Mitte nos in porcos, ut in eos introeamus. Et concessit eis statim Iesus. Ideo permisit quod petebant daemonibus, ut per interfectionem porcorum, hominibus salutis occasio praebetur. Pastores enim ista cernentes, statim nunciabant ciuitati. Erubescat Manichaeus. Si de eadem substantia, & ex eodem auctore hominum bestiarumque sunt animae, quomodo ob unius hominis salutem duo milia porcorum suffocantur. In quorum tamen interitu figuratiter homines immundi, uocis & rationis expertes iudicantur, qui

20 30 40 50 60

Legio.

Babylon. Hierosolyma.

Manichaeus.

Manichaeus.

Manichaeus.

tur, qui in monte superbiam pascentes, lutulentis oblectatur in actibus. Talibus enim per cultus idolorum possunt daemones dominari. Nam nisi quis porci uixerit, non in eum diabolus accipiet potestatem, aut ad probandum tantum, non autem etiam ad perdendum accipiet. Et exeuntes spiritus immundi introierunt in porcos, & magno impetu grex precipitatus est in mare ad duo milia, & suffocati sunt in mari. Significat quod iam clarificata ecclesia & liberato populo gentium a dominatione demoniorum, in abditis agunt facilegros ritus suos qui Christo credere noluerunt caeca & profunda curiositate submersi. Et notandum quod spiritus immundi nec in porcos irent, nisi hoc illis benignus ipse saluator petentibus, quos certe in abyssum posset relegere, concederet. Rem necessariam docere nos uolens, ut scilicet nouerimus eos multo minus posse sua potestate nocere hominibus, quin nec peccatoribus qualibuscumque potuerunt. Hanc autem potestatem deus bonus occultata iustitia dare nobis potest, iniusta non potest. Qui autem pascebant eos, fugerunt, & nunciauerunt in ciuitatem & in agrorum. Quod pastores porcorum fugientes ista nunciant, significat quosdam etiam primates impiorum, quanquam Christianam legem fugiant, potestatem tamen eius per gentes stupendo & mirando praedicare. Et egressi sunt uidere quid esset factum. Et ueniunt ad Iesum, & uident illum qui a daemone uexabatur sedentem, uesitum & sanae mentis, & timuerunt. Et caetera. In Euangelio Lucae scriptum est, Sedentem ad pedes eius. Significat autem multitudinem ueritatis sua uita delectata, honorare quidem, sed nosse pati Christianam legem, dum dicunt, quod eam implere non possunt, admirantes tamen fidelem populum a pristina perdita conuersatione sanatum. Sedere namque ad pedes domini, est eum a quo daemones exierant, eos qui a peccatis correcti fuerint, fixa mentis intentione uestigia sui Saluatoris que sequantur inueniri. Vestitum resumere, est uirtutum studia quae uesani perdiderant iam sana mente recipere. Cui figurae apte congruit illa domini parabola, in qua rediens ad patrem filius luxuriosus & prodigus, mox stola prima cum anulo induitur, manifeste insinuans quod quisquis uero corde de amissis poenituerit, potest donante Christi gratia prima iustitiae opera de quibus ceciderat, cum annulo inuolata fidei recuperare. Et rogare eum ceperunt, ut discederet a fratribus eorum. Conscij fragilitatis suae Geraseni, praesentia domini iudicant se indignos, non capientes uerbum dei, nec infirma adhuc mente pondus sapientiae sustinere ualentes. Quod & Petro ipsi uiso piscium miraculo contigisse legitur: Eruidua Sareptana beati Heliae cuius sensit hospitio benedicti, nihilominus se putauit praesentia grauari dicens: Quid mihi & tibi uir Dei? Ingressus es ad me ut rememorarer iniquitates meas, & occideres filium meum;

Sedere ad pedes Domini.

Manichaeus.

Manichaeus.

Cumque ascenderet nauem, cepit illum deprecari qui a daemone uexatus fuerat, ut esset cum illo, & non admisi eum, sed ait illi: Vade in domum tuam ad tuos, & annuncia illis quanta tibi dominus fecerit, et misertus sit tui. Haec ex illa apostoli sententia recte possunt intelligi, cum ait: Dissolui & esse cum Christo, multo magis optimum, manere in carne necessarium propter uos, ut sic quisque intelligat post remissionem peccatorum redendum esse sibi in conscientiam bonam, & seruendum euangelio, propter aliorum etiam salutem, ut deinde cum Christo requiescat, ne cum prepropere iam uult esse cum Christo, negligat ministerium praedicationis fraternae redemptioni accommodatum. Quod uero Matthaeus duos dicit a daemone legiones curatos, Marcus autem & Lucas unum commemorant, intelligas unum eorum fuisse personam alicuius clarioris & famosioris, quem regio illa maxime dolebat, & pro cuius salute plurimum satagebat. Hoc uolentes significare duo euangelistae, solum commemorandum iudicauerunt, de quo facti huius fama latius praclariorum flagrauerat. Sed & allegoria summa concordat, quia sicut unus a daemone possessus, sic & duo gentilis populi typum non inconuenienter expriment. Nam cum tres filios Noe generauerit, unius solum familia in possessionem ascita est Dei, ex duobus reliquis diuersarum nationum quae idolis manciparentur, procreati sunt populi.

Cap. 22. Euenit quidam de Archisynagogis nomine Iairus, & uidens eum, procidit ad pedes eius, et caetera. In hac lectione ubi Archisynagogus saluare filiam perit suam, sed per gente ad domum eius domino praecipitans haemorrhoida mulier praeripit sanitatem, ac deinde filia Archisynagogi ad operatam peruenit sanitatem, immo de morte reuocata est ad uitam, salus ostenditur generis humani, quae domino in carne ueniente ita dispensata est, ut primo aliqui ex Israel ad fidem uenerent, deinde plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret. Quis ergo Archisynagogus iste, quid ad dominum pro filia rogaturus aduenit, melius quam ipse Moyses intelligitur? Vnde bene Iairus, id est illuminans siue illuminatus uocatur, qui accepit uerba uitae dare nobis, & per haec caeteros illuminat, & ipse a spiritu sancto quo uitalia monita scribere uel docere posset, illuminatus est. Qui uidens Iesum procidit ad pedes eius, quia prauidens in spiritu uenturum in carne dominum, humiliter corde se eius potentiae subdidit: quem ita circa finem seculi hominem incarnandum esse cognouit, ut eternum ante omne seculum deum existeret non dubitaret. Si enim caput Christi deus, pedes eius quid aptius quam assumpta humanitas, qua terram nostrae mortalitatis tetigit, accipere disunt? Et procidere Archisynagogum ad pedes Iesu, est legislatorem cum tota progenie patrum mediatorum dei & hominum longe sibi digni.

Iairus.

Iairus.

tatis gloria praeferendum esse cognoscere, & confiteri cum Apostolo, quia quod infirmum est dei, fortius est hominibus. Et deprecabatur eum multum dicens, Quoniam filia mea in extremis est, ueni impone manus super eam, ut salua sit & uiuat. In euangelio Lucae ita scriptum est, quia filia unica erat illi fere annorum duodecim & haec moriebatur. Filia ergo Archisynagogi, ipsa est synagoga, quae sola legali institutione composita, quasi unica Moyli nata erat. Et haec uelut duo decimo aetatis anno, hoc est tempore pubertatis appropinquante, moriebatur, quia nobiliter a prophetis educata, postquam ad intelligibiles annos peruenerat, postquam spiritalem deo sobolem generare debebat, subito errorum languore consternata, spiritalis uitae uias ingredi desperabiliter omisit: & si non a Christo succurreretur horrenda per omnia corruisset in mortem. Et abiit cum illo, & sequebatur eum turba multa: & comprimebant illum. Ad puellam pergens sanandam dominus a turba comprimitur, quia genti Iudaeae salutaria monita praebens, quibus agram uitae eius conscientiam erigeret, noxia carnalium populorum est consuetudine grauat. Et mulier quae erat in profluio sanguinis duodecim annis. Et caetera. Mulier sanguine fluens sed a domino curata, ecclesia est congregata de gentibus, quae ingenito carnalium delectationum polluta fluxu atque a coetu iam fuerat segregata fidelium, sed dum uerbi dei Iudaeam saluare decerneret, illa paratam iam promissamque alijs praecepit spe certa salutem. Notandumque quod & Archisynagogi duodecimo sit filia, & mulier haec ab annis duodecim sanguine fluxerit, hoc est eodem quo haec nata sit tempore, illa coeperit infirmari. Vna enim pene eademque seculi huius aetate, & synagoga in patriarchis nasci, & gentium exterarum natio per orbem coepit idololatriae sanie foedari. Nam & fluxus sanguinis bifariam, hoc est, & super idololatriae pollutione, & super ijs quae carnis ac sanguinis delectatione geruntur, potest recte intelligi. Et fuerant multa perpeffa a compluribus medicis, & erozauerat omnia sua, nec quicquam profecerat, sed magis deterius habebat. Medicos siue falsos intellege theologos, siue philosophos legumque doctores seculariu, qui multa de uirtutibus uirtusque subtilissime disputantes, utilia uiuendi credendi que instituta se mortalibus dare promittebant, seu certe ipsos spiritus immundos qui uelut hominibus consulendo sese pro deo colendos ingerant. Quibus certatim audiendis gentilitas quanto magis naturalis industriae uires expenderat, tanto minus potuit ab iniuitatis suae forde purgari. Sed haec ubi populum Iudaeorum aegrotasse, uerumque de caelo cognouit adesse medicum, coepit & ipsa languoris sui sperare pariter & inquirere remedium. Cum audisset de Iesu uenit in turba retro, & tetigit uestimentum eius. Dicebat enim, quia si tetigero uestimentum eius, salua ero. Et

confestim siccatus est fons sanguinis eius. Venit & dominum tangit ecclesia, cum ei per fidei ueritatem appropinquat. Venit autem retro, siue iuxta id quod ipse ait, Si quis mihi ministrat, me sequatur. Et alibi praecipitur: Post dominum deum tuum ambulabis. Siue quia praesentem in carne dominum non uidens, peractis iam sacramentis incarnationis illius ad fidei & agnitionis eius gratiam peruenit. Sicque dum participatione sacramentorum eius saluari a peccatis meruit, quasi tactu uestimentorum eius fontem sui sanguinis siccavit. Fons quippe sanguinis est origo peccati. Cuiusque fons sanguinis, est immundae primordiae cogitationis, ex quo peccatum omne nascitur. Sed dominus cum uerbis euangelicis non solum opera & uerba mala compescere, sed & cogitationum nequam radicem extirpare curauit, cum haec utraque sacramentis euangelicis emundari donauit, quasi uirtutem exsiccandi fontis obsceni suis uestimentis indidit. Et statim Iesus cognoscens in semetipso uirtutem quae exierat de eo, conuersus ad turbam aiebat, Quis tetigit uestimenta mea? Non ut ipse que nesciat doceatur interrogat, sed ut uirtus quam benouerat, immo quam ipse dederat, in muliere declararetur, & declarata agnitae uirtute fidei multi ad salutem perueniant. Et dicebant ei discipuli sui, uides turbam comprimentem te, & dicis quis me tetigit? Quem turba passim comitans comprimit, una credula mulier dominum tangit, quia qui diuersis inordinate glomerantium heresibus, siue peruersis moribus grauat, solo catholicae ecclesiae fideliter corde ueneratur. Nam sicut quidam uidentes non uident, & audientes non audiunt, ita etiam tangentes non tangunt, qui non simplici sed dubio uel simula to corde Christum tangunt. Vnde cuida amantissimo quidem, sed nondum plene credenti, dicit ipse, Noli me tangere. Nondum enim ascendi ad patrem meum. Aperte dicens quid sit ipsum ueraciter tangere, patri scilicet aequalem credere. Et circumspiciebat uidere eam quae hoc fecerat. Non obliuiscitur fidelium suorum dominus, nec in se sperantes intueri desistit, sed omnes qui saluari merentur, suo digno intuitu ac misericordiae iudicat. Iste autem pauper clamauit, & dominus exaudiuit eum. Mulier autem timens & tremens, sciens quod factum esset in se, uenit & prociudit ante eum, & dixit ei omnem ueritatem. Ecce quo interrogatio domini tendebat, ut uidelicet confitente palam muliere ueritatem suae diuinae infirmitatis, subita credulitatis, diuinae propitiationis, ac donatae sibi sanationis, & ipsa certius confirmaretur in fide, & pluribus salutis & uitae praebetur exemplum. Denique sequitur, Ille autem dixit, Filia fides tua te saluam fecit. Vade in pace, & esto sana a plaga tua. Ideo filia, quia fides tua te saluam fecit. Nec dixit fides tua te saluam facturam est, sed saluam fecit. In eo enim quod credidisti, iam salua facta es. Adhuc eo loquente uenit ad Archisyn

Fons sanguinis.

Tangentes non tangunt. Tangere Christum.

Archisynagogus.

Dormiens deo.

chisynagogum dicens, Quia filia tua mortua est, quid ultra uexas magistrum? Sanata a profluio sanguinis muliere, mox filia Archisynagogi mortua nunciatur, quia dum ecclesia a uitiorum labe mundata, & ob fidei meritum filia est cognominata, continuo synagoga perfidia simul & inuidiae luce soluta est. Perfidia quidem, quia in Christo credere noluit. Inuidiae uero, quia ecclesiam credere doluit: Scriptum namque est in Actibus Apostolorum, Sequenti autem sabba to, pene uniuersa ciuitas conuenit adire uerbum domini. Videntes autem turbas Iudei, repleti sunt zelo, & contradicebant his quae a Paulo dicebantur maledicentes. Et quod aiebant nunciij Archisynagogi, Quid ultra uexas magistrum? per eos hodie dicitur, qui adeo destitutum synagoga statum uident, ut restaurari posse non credant: ideoque per resuscitatione illius supplicandum esse non aestimant. Sed quae impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud deum: unde apte sequitur, Iesus autem uerbo quod dicebatur audito ait Archisynagogi: Noli timere, tantummodo crede. Archisynagogus coetus doctorum legis accipitur, de quo Dominus ait, Super cathedra Moyli sederunt scribae & Pharisei, Qui si credere ipse uoluerit, etiam subiecta ei synagoga salua erit. Et ueniunt in domum Archisynagogi, & uident tumultum, & flentes & euulantes multum. Et laetentur, inquit, omnes qui sperant in te, in aeternum exultabunt & inhabitabis in eis. Quia uero synagoga laetitiam hanc dominicae inhabitatationis, merito infidelitatis amisit, quasi inter flentes & euulantes mortua iacet. Nec tamen superna pietas funditus eam interire patitur, quin potius circa finem seculi reliquias eius secundum electionem gratiae salutis & uitae restituit. Vnde apte subiungitur: Et ingressus ait eis, Quid turbamini & ploratis? Puella non est mortua, sed dormit. Hominibus mortua qui suscitare nequi uerant, deo dormiebat, in cuius dispositione & anima recepta uiuebat, & caro resuscitanda quiescebat. Vnde mos Christianus obtinuit, ut mortui qui resurecturi esse non dubitatur, dormientes uocentur, sicut Apostolus: Nolumus, inquit, uos ignorare fratres de dormientibus, ut non contristemini sicut & caeteri qui spem non habent. Sed & in parte allegoriae cum anima quae peccauerit ipsa moriatur, tamen ea quam Dominus resuscitandam atque ad uitam aeternam praeuidit esse uenturam, nobis quidem mortua fuisse, sed ei obdormiuisse dici non incongrue potest. Et irridebant eum, ipse uero eiecit omnibus assumit patrem & matrem puella. Et caetera. Quia uerbum resuscitantis irridere, quae credere malebant, merito foras excluduntur, utpote indigni qui potestiam resuscitantis ac resurgentis mysterium uiderent. Item foras turbas eiecit ut puella suscitetur, quia si non prius a secretioribus cordis expellitur, importuna secularium multitudo curarum anima quae intrinsecus ia

cet mortua, non resurget. Nam dum se per innumeras terrenorum desideriorum cogitationes spargit, ad considerationem sui sese nullatenus colligit. Et tenens manum puellae ait illi, Tabitha cumi, quod est interpretatum, puella tibi dico, surge. Quae diligens lector, quare uerax euangelista dicitur, Saluatoris exponens interpretauerit de suo tibi dico: cum in Syro sermone quae posuit, non plus sit dictum, quam Puella surge. Nisi forte propter exprimendam uim dominicae iussiois, hoc agendum putauit, magis sensum loquentis, quam ipsa uerba suis curans intimare lectoribus. Nam & familiare constat esse euangelistis atque apostolis, cum de ueteri testamento testimonia assumunt, magis sensum propheticum ponere curare quam uerba. Tenens autem manum puellae Dominus, suscitauit eam, quia nisi prius mundatae fuerint manus Iudaeorum, quae sanguine plenae sunt, synagoga eorum mortua non consurget. Et confestim surrexit puella, & ambulabat. Bene surrexit & ambulabat, quae cumque peccatis mortuum supernae manus miserationis resuscitatura retigerit, non solum a sordibus & uetero scelorum exurgere, sed & in bonis continuo proficere debet operibus, uidelicet iuxta Psalmistam, ingrediens sine macula & opera exercens iustitiae. Et obstupuerunt stupore maximo, Et praecipit illi uehementer, ut nemo id sciret. Et iussit dari illi manducare. Ad testimonium quidem uerae resuscitationis dari puellae manducare praecipit, ne non ueritas sed phantasma quod apparebat ab incredulis putaretur. Sed & si quis a spiritali morte surrexerit, caelesti necesse est mox pane satietur, & diuini scilicet uerbi & sacrosancti altaris particeps effectus. Nam iuxta moralem intellectum, tres illi mortui quos Saluator in corporibus suscitauit, tria genera resurrectionis animarum significant. Siquidem nonnulli consentium molae delectationi praebendo latente tantum cogitatione peccati sibi mortem consciscunt. Sed tales se uiuificare significans Saluator, resuscitauit filiam Archisynagogi nondum foras elatam, sed in domo mortuam, quasi uitium secreto in corde regentem. Alij non solum noxiae delectationi consentiendo, sed & ipsum malum quo delectantur explendo mortuum suum quasi extra portas efferunt. Et hos se si poenitent, resuscitare demonstrans, suscitauit iuuenem sicut uiduae extra portas ciuitatis elatum, & redidit matri suae, quia resipiscentem a peccatis te nebris animam unitati restituit ecclesiae. Quidam uero non solum cogitando, uel faciendo illicita, sed & ipsa peccati consuetudine se quasi sepeliendo corrumpunt. Verum nec ad hos erigendos minor fit uirtus & gratia Saluatoris, si tamen adsint cogitationes sollicitae, quae super eorum salute uelut deuotae Christo sorores inuigilant. Nam ad hoc intinandum resuscitauit Lazarum quatuor dies in monumento habentem, &

Addita causa.


Nota.

Manducet resuscitatus

Resuscitari a domino.

forore attestate iam foetentem, quia nimirum pessima noxios actus solet fama comitari. Notandum autem, quod quanto grauior animae mors ingruerit, tanto acrius necesse est, ut resurgere mereatur, poenitentis fertor insistat. Nam leuiore & cotidiana errata leuioris poenitentiae possunt remedio curari. Quod occulte uolens ostendere dominus, facentem in conclauis mortuam facillima ac breuissima uoce resuscitat dicens: Puella surge. Quam etiam ob facilitatem resuscitandi iam mortuam fuisse negauerat. Delatum autem foras iuuenem mortuum, pluribus ut reuiuiscere debeat dictis corroborat, cum ait: Iuuenis tibi dico surge. Quatriduanus uero mortuus, ut longa prementis sepulchri claustra euadere posset, fremuit spiritu Iesus, turbauit seipsum, lacrymas fudit, rursum fremuit, ac magna uoce clamauit: Lazare, ueni foras. Et sic tandem qui erat desperatus, discusso tenebrarum pondere, uitae lucis reddidit. Sed & hoc notandum, quod quia publica noxa publico eget remedio, leuia autem peccata leuiori & secreta queunt poenitentia deleri, puella in domo facens paucis arbitris exurgit, eisdemque uehementer ut nemini id manifestent praecipitur. Iuuenis extra portam turbamulsa comitante atque intente, suscitatur. Lazarus de monumento uocatus, in tantum populis innotuit, ut ob eorum qui uidere testimonium, plurimam domino turbamulsa cum palmis occurreret, & multi propter illum abirent ex ludaeis, & crederent in Iesum. Quartum uero mortuum nunciante discipulo dominus audiuit, sed quia qui pro eius excitatione precaretur, uiui defuerant: Dimitte, inquit, ut mortui sepeliant mortuos suos, id est mali malos noxijs laudibus grauent, & quia non adest iustus qui corripiat in misericordia, oleum peccatoris impinguet caput eorum.

CAPUT SEXTVM.



T egressus inde abiit in patriam suam, & sequebantur illi discipuli sui. Et facto sabbato cepit in synagoga docere. Et multi audientes admirabantur in doctrina eius dicentes: Vnde huic haec omnia? Et quae est sapientia quae data est illi, & uirtutes tales quae per manus eius efficiuntur? Patriam eius Nazareth dicit, in qua erat nutritus. Sed quanta Nazarenorum caecitas, qui eum quem in uerbis factisque ipsius, si mens non leua fuisset, Christum cognoscere poterant, ob solam generis notitiam contemnant. Sapientiam autem ad doctrinam, uirtutem referunt ad sanitates & miracula quae faciebat. Quae solerti ac pulchra distantia commemorat apostolus dicens: Iudei signa petunt, & Graeci sapientiam quaerunt, nos autem praedicamus Christum crucifixum, Iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. Ipsi uero uocatis Iudaeis & Graecis, Christum dei uirtutem & Dei sapientiam. In qua nimirum sen-

tentia uirtute ad signa retulit propter Iudeos, sapientiam autem ad doctrinam propter Graecos, id est gentes. Nonne iste est faber filius Mariae, frater Iacobi et Ioseph & Iudae & Simonis? No nne & sorores eius hic nobiscum sunt? Et scandalizabantur in illo. Scandalum & error Iudaeorum, salus nostra est, & haereticorum condemnatio. In tantum enim cernebant hominem Iesum Christum, ut hunc fabrum & iuxta alium Euangelistam, fabri clamarent filium: fratres quoque & sorores eius se cum esse testarentur. Qui tamen non liberi Ioseph aut Mariae iuxta haereticos putandi sunt, sed potius iuxta morem sacrae scripturae cognati ipsorum sunt intelligendi, quo modo Abraham & Loth fratres appellantur, cum esset Loth filius fratris Abraham. Et multa habes huiusmodi. Non autem sine certa prouisione sacramenti dominus in carne apparens faber & fabri filius aestimari ac dici uoluit: quin potius etiam per hoc se eius ante secula filium esse docuit, qui fabricator omnium in principio creauit caelum & terram. Nam etsi humana non sunt comparanda diuinis, typus tamen integer est, quia pater Christi igni operatur & spiritus. Vnde & de ipso tanquam de fabri filio praecursor suus ait: Ipse uos baptizabit in spiritu sancto, & igni. Qui in domo magna huius mundi diuersi generis uasa fabricat, immo uasa irae sui spiritus igne molliendo in misericordiae uasa commutat. Sed huius sacramenti Iudaei ignari, diuinae uirtutis opera pro sapientiae carnalis contemplatione despiciunt. Et dicebat eis Iesus, quia non est propheta sine honore nisi in patria sua, & in cognatione sua, & in domo sua. Prophetam dicit in scripturis dominum Iesum Christum & Moyses testis est, qui futuram eius incarnationem praedicans filius Israel, ait, Prophetam uobis suscitauit dominus deus uester de fratribus uestris, tanquam me ipsum audieris. Non solum autem ipse qui caput & dominus est prophetarum, sed & Helias & Hieremias, ceterisque prophetae, minores in patria sua quam in exteris ciuitatibus habiti sunt: quia propemodum naturale est ciues semper ciuibus inuidere. Non enim considerant praesentia uiri opera, sed fragile recordantur in fantiam, quasi non & ipsi per eosdem aetatis gradus ad maturam aetatem uenerint. Et non poterat ibi uirtutem ullam facere, nisi paucos infirmos impositis manibus curauit. Et mirabatur propter incredulitatem illorum. Non quo etiam illis incredulis facere non potuerit uirtutes multas, sed quod ne multas faciens, ciues incredulos condemnaret. Potest autem & aliter intelligi, quod Iesus despiciatur in domo & in patria sua, hoc est in populo Iudaeorum, & ideo pauca signa ibi fecerit, ne penitus in excusabiles fierent. Maiora autem signa cotidie in gentibus per Apostolos facit, non tam in sanatione corporum, quam in animarum salute. Quod autem mirari dicitur dominus incredulitatem illorum, non quasi inopinata & im-

Scandalum Iudaeorum.

Fratres domi ui.

Fabri filii.

Propheta dominus.

Miratur dominus.

prouisa miratur, qui nouit omnia antequam fiant, sicut nec fidem Centurionis, quasi nouam & ante incognitam mirari tunc cepit, quando audiens uerba pie confessionis eius ait, Quia nec in Israel tantam fidem inueni, sed qui nouit occulta cordis, quod mirandum intima uult hominibus mirari se coram hominibus ostendit. Miranda enim erat fides Centurionis, qui sine homine doctore, sine eloquijs scripturarum, sine oraculis angelorum, tantum naturali sensu diuinitus illuminato cognouit per miracula deum esse uerum, quem per humanae fragilitatis infirma hominem esse uerum nouerat. At contra, non minus admiranda Nazarenorum infidelitas, qui & doctoribus abundantes, & eloquijs diuinis in quibus Christi praedicabatur aduentus, ipsum etiam praesentem habentes Christum, agnitionem sui illis & uerbis ingerentem & signis, nihilominus increduli durabant. Sed in uno eorum, Iudaeorum miranda notatur caecitas, qui nec prophetis suis credere de Christo, nec ipsi inter se nato uoluerunt credere Christo. In altero fides coronatur gentium, qui inter Iudeos natum sed expulsum ipsi cum oraculis sacris mediator dei & hominum, hominem Iesum Christum suscipere meruerunt. **Cap. 24.** **E**t circumibat castella in circuitu docens, et uocauit duodecim & cepit eos mittere binos, & dabat illis potestatem spirituum immundorum. Benignus & clemens dominus ac magister non in uideri feruis atque discipulis uirtutes suas: & sicut ipse curauerat omnem languorem & omnem infirmitatem, Apostolis quoque suis dedit potestatem ut curarent omnem infirmitatem, & omnem languorem. Sed multa distantia est inter habere & tribuere, donare & accipere. Iste quodcumque agit, potestate domini agit, illi quid faciunt imbecillitatem suam & uirtutem domini confitentur, dicentes ut Petrus, in nomine Iesu Christi Nazareni, surge & ambula. Et praecipit eis ne quid tollerent in uia, nisi uirgam tantum. Non peram, non panem, neque in zona aes, sed calceatos sandalijs, & ne induerentur duabus tunicis. Tanta praedicatori debet in deo esse fiducia, ut praesentis uitae sumptus quamuis non prouideat, tamen sibi hos non deesse certissime sciat. Nedom mens eius occupatur ad temporalia, minus alijs prouideat aeterna. Solet autem quaeri quomodo Matthaeus & Lucas commemorauerint dixisse dominum discipulis, ut nec uirgam ferrent: cum dicat Marcus, Et praecipit eis ne quid tollerent in uia nisi uirgam tantum. Quod ita soluitur, ut intelligamus sub alia significatione dictam uirgam quae secundum Marcum ferenda est, & sub alia illam quae secundum Matthaeum & Lucam non est ferenda: sicut sub alia significatione intelligitur tentatio de qua dictum est, Deus neminem tentat. & sub alia dictum est, Tentatus dominus deus uester, ut sciat si diligitis eum. Illa seductionis est, haec probationis. Vtrumque

Cap. 24.

Domini in suos candor.

Praedicatoris fiducia in deo.

Concord.

Virga.

ergo accipiendum est a domino Apostolis dictum, & ut nec uirgam ferrent, & ut non nisi uirgam ferrent. Cum enim se eundem Matthaeum diceret eis, Nolite possidere aurum neque argentum, & cetera: continuo subiicit, Dignus est enim operarius cibo suo. Vnde satis ostendit, cur eos haec possidere ac ferre noluerit. Non quod necessaria non sint sustentationi huius uitae, sed quia sic eos mittebat ut eis haec debere monstraret ab illis, quibus euangelium credentibus annunciant. Claret autem haec non ita praecipisse dominum, tanquam euangelistae uiuere alium de non debeant quam eis praebentibus quibus annunciant euangelium. Alioquin contra hoc praecipit fecisset apostolus, qui uictum de manu suarum laboribus transtigerat, ne cuiquam grauis esset: sed potestatem dedisse, in qua scirent sibi ista debere. Cum autem a domino aliquid imperatur, nisi fiat, in obedientiae culpa est. Cum autem potestas datur, licet unicuique non uti, & tanquam de suo iure cedere. Hoc ergo ordinans dominus quod eum ordinasse dicit Apostolus, quis qui euangelium annunciat, de euangelio uiuere, illa Apostolis loquebatur, ut securi non possiderent, nec portarent huic uitae necessaria, nec magna nec minima. Id eo appositum, Nec uirgam, ostendens a fidelibus suis omnia debere ministris suis, nulla superflua requiritibus. Ac per hoc addendo, Dignus est enim operarius cibo suo: prorsus aperuit & illustrauit, unde haec omnia loqueretur. Hanc ergo potestatem uirgae nomine significauit, cum dixit, ne quid tollerent in uia nisi uirgam tantum, ut intelligatur quia per potestatem a domino acceptam (quae uirgae nomine significata est) etiam quae non portantur, non deerunt. Hoc & de duabus tunicis intelligendum est, ne quisquam eorum praeter eam quam esset indutus aliam portandam putaret, sollicitus ne opus esset, cum ex illa potestate posset accipere. Proinde Marcus dicens calceari eos sandalijs uel soleis, aliquid hoc calceamentum mysticae significationis habere admonet, ut pes neque tetus sit, neque nudus ad terram, id est nec occultetur euangelium, nec terrenis comodis innitatur. Et quod non portari uel haberi duas tunicas, sed expressius induti prohibet dicens: & ne induerentur duabus tunicis: quid eos admonet, nisi non dupliciter, sed simpliciter ambulare. Aliter. In duabus tunicis uidetur mihi duplex ostendere uestimentum, non quod in locis Scythiae glaciali niue rigentibus, una quis tunica debeat esse contentus: sed quod in tunica uestimentum intelligamus, ne aliud uestiti, aliud nobis futurorum timore seruemus. Allegorice autem per peram, onera seculi per panem, delicie temporales: per aes in zona, occultatio sapientiae designatur. Qui enim sapientiae uerbum habet, sed hoc erogare proximo negligit, quasi pecuniam in zona clausam tenet, et scriptum est, Sapientia ab

Praedicatori de labore suo uine relicet.

Tunicae duae.

Sandalia.

Perd peram. Aes in zona.

Note.

Palmarum casae.

Nazareth Nazarenus.

Sapientia uirtus.

condita, & thesaurus occultus, quæ utilitas in utrisq;: Nō ergo Apostolis p̄ra, non panis, nō æs in zōna ferendū est: quia quisquis officium doctoris accepit, neq; oneribus seculariū negotiorum deprimi, neq; desiderijs carnalibus resolui, neq; commissum sibi talentū uerbi, sub oratio debet lenti torporis abscondere. Et dicebat eis: *Quocunq; introieritis in domū, illic manete donec exeat inde.* In Matthæo ita scriptum est: In quacū que ciuitatē aut castellum intraueritis, in terrograte quis in ea dignus sit, & ibi manete donec exeat. Dat consuetudinē generale mandatū, ut hospitalis necessitudinis iura custodiant, alientum a prædicatore regni cælestis astruēs cur sitare per domos, & inuolabilis hospitij iura amittere. Nec ociose secundum Matthæum, domus quam ingrediantur apostoli eligenda decernitur, ut mutandi hospitij necessitudinis q̄ uiolandæ causa non suppetat. Et quicunq; non receperint uos, nec audierint uos, exeuntes indie excutite puluerem de pedibus uestris in testimonium illis. Puluis excutitur de pedibus in testimonium laboris sui, quod ingressi sint ciuitatem, & prædicatione Apostolica ad illos usq; peruenierit. Siue excutitur puluis, ut nihil ab eis accipiant, ne ad uitium quidem necessarium, qui euāgelij spreuerint. Et exeuntes prædicabant ut penitentiam agerent, & demonia multa eieciabant, &c.] Dicit apostolus Iacobus: Infirmatur quis in uobis, inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super ipsum, ungentes eum oleo in nomine domini. Et si in peccatis sit, dimittentur ei. Vnde patet ab ipsis Apostolis hunc sanctæ ecclesiæ morē esse traditū, ut energumini uel alij quilibet ægroti ungarur oleo, pontificali benedictione consecrato.

ET audiuit Herodes rex, (manifestum enim factum est nomen eius) & dicebant, quia Ioannes Baptistæ resurrexit. Quanta Iudæorum inuidia, qui contra dominum malitiæ furor extiterit, ex omnibus pene locis euangelij docemur. ecce enim Ioannem de quo dictum est, quia signum fecit nullum, a mortuis potuisse resurgere, nullo attestante credebant. Iesum autem uirum approbatum a deo uirtutibus & signis, in cuius uide licet morte elementa tremuerunt, resurrectio nem uero atq; ascensionem, angeli, Apostoli, uiri ac foemina certatim prædicabant: non resurrexisse, sed furtim esse ablatum credere maluerunt. Qui cum dicerent Ioānem resurrexisse a mortuis, & propterea uirtutes inopinatas siue operatas esse in illo, bene omnimodis de uirtute resurrectionis senserunt, quod maioris potentie futuri sint sancti cum a mortuis resurrexerint, quam fuere cum carnis adhuc infirmitate grauarentur. Sed & ipsum resurrectionis miraculum non esse incredibile docuerūt, quod nullo docete sponte crediderunt, qui tam seipos rem credibile in domino non credidisse, suæ merito cæcitatē & inuidiæ probauerunt. Quo audito Herodes ait, Quem ego decollauit Io

annē, hic a mortuis resurrexit.] Lucas de hic ita scripsit. Audiuit autem Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo, & hæsitabat, eo quod dicebatur a quibusdā quia Ioānes resurrexit a mortuis, a quibusdam uero quia Helias apparuit, & cætera. Intelligendum est ergo aut post hanc hæsitacionem confirmasse eum in animo suo, quod ab alijs dicebatur, cum ait: Quē ego decollauit Ioannem, hic a mortuis resurrexit. Aut ita pronuncian da sunt hæc uerba, ut hæsitacionem adhuc indicent. Si enim diceret, Nūquid nam hic est, aut nunquid forte hic est. Ioannes Baptistæ: nō opus esset admonere aliquid de pronunciatione, quia dubitans atq; hæsitans intelligatur. Nunc quia illa uerba desunt, utroque modo pronunciarī potest, ut aut confirmatum eum ex aliorum uerbis credentem dixisse accipiamus, aut adhuc (sicut Lucas cōmemorat) hæsitantem. Ipse enim Herodes misit actenit Ioannem, & uinxit eum in carcere propter Herodiadē. Vetus narrat historia, Philippū Herodis maioris filium, sub quo dominus fugit in Ægyptū, fratrem eius Herodis sub quo passus est Christus, duxisse uxore Herodiadē filia regis Aræte. Postea uero, socerū eius exortis quibusdā contra generū simulatibus tulisse filiam suam, & in dolorem mariti prioris, inimici eius nuptijs copulasse. Quis sit autē hic Philippus, Euangelista Lucas plenius docet. Anno quintodecimo imperij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæa, tetrarcha autē Galilææ Herode, Philippo autē fratre eius tetrarcha Iudææ & Trachonitidis regionis. Ergo Ioannes Baptistæ qui uenit in spiritu & uirtute Helie, eadē auctoritate qua ille Achab corripuerat & Iezabel, arguit Herodē & Herodiadē quod illicitas nuptias fecerint, & nō liceat fratri ueniente germano illius uxore ducere, malēs periclitari apud regē, quam propter adulationē esse immemor præceptorum dei. Et cum dies opportunus accidisset, Herodes natalis sui eonā fecit principib; &c.] Soli mortaliū Herodes & Pharae leguntur diem natalis sui gaudijs festiuis celebrasse: sed uterq; Rex in fausto auspicio festiuitatē suam sanguine foedauit. Verum Herodes tanto maiore impietate, quāto sanctū & innocentē doctorē ueritatis & præconē uitæ ac regni cælestis occidit, & hoc pro uoto ac petitione saltatricis, neq; eum caput occisi ante conuiuas inferre puduit. Nam Pharae nil talis uesaniæ commisisse legitur, sed tantū peccantem sibi Eunuchum uita priuari iubēs, quo longius a ueræ cultu religionis aberat, eo leuius in uiolacione suæ festiuitatis deliquit. At tamen ex utriusq; exemplo probatur, utilius esse nobis diem mortis futuræ timendo & caste agendo sapius in memoriā reuocare, quam diem natiuitatis luxuriando celebrare. Homo enim ad laborem nascitur in mundo, & electi ad requiē per mortē transeunt in mundo. Cumq; introisset filia ipsius Herodiadis, & saltasset, & placuisset Herodi. Non

Hospitalitatis iura.

Puluis excutitur.

Vnctio nis ratio.

Cap. 25. Iudæorum peruersitas.

Resurrectionis approbatio.

10

20

30

40

50

60

Philippus Herodis filius.

Ioannes Helie imitator.

Natalem celebrantes.

Non

Herodis peccatum. Non excusatur Herodes quod inuitus & nolēs propter iuramentum homicidium fecerit, quia ad hoc forte iurauit, ut futuræ occisioni machinas præpararet. Alioquin si ob iusturandum fecisse se dicit, si patris, si matris postulasset interitum, facturus fuerat an nō? Quod in se ergo repudiaturus fuit, contemnere debuit & in propheta. *Quæ cum exisset, dixit matri suæ, Quid petam? Et illa dixit, Caput Ioannis Baptistæ, &c.]* Herodias timens ne Herodes aliquando respiceret, uel Philippo fratri amicus fieret, atq; illicitæ nuptie repudio soluerentur, monet filiam ut in ipso statim conuiuiō caput Ioannis postulet, digno operi saltationis, dignum sanguinis præmium. Et contristatus est rex, propter iusturandum, & propter simul recumbentes noluit eam cōtristari, sed misso spiculatore præcepit afferrī caput eius in disco, &c.] Consuetudinis scripturarum est, ut opinionem multorum sic narret historicus, quomodo eo tempore ab omnibus credebatur. Sicut Ioseph ab ipsa quorū dē Maria appellatur pater Iesu: ita et nunc Herodes dicitur contristatus, quia hoc discumbentes putabant. Dissimulatore enim mentis suæ et artifex homicida, tristitiā præferbat in facie, cum lætitiā haberet in mente. Scelusq; excusar iuramento, ut sub occasione pietatis, impius fieret. Quod autē subiicit, Et propter simul recumbentes, uult omnes sceleris sui esse consores, ut in luxurioso impuroq; conuiuiō, cruentæ epulæ deferrētur. Et attulit caput eius in disco, & dedit illud puellæ, & puella dedit matri suæ. Hoc iuxta literam factum sit: nos autem usq; hodie cernimus in capite Ioānis propheta, Iudæos Christum qui caput prophetarū est perdidisse. Aliter. Decollatio Ioannis minoracionem famæ illius qua Christus a populo credebatur, insinuat, sicut exaltatio in cruce domini Saluatoris, profectū designabat fidei, quia ipse prius a turbis propheta esse putabatur, dominus prophetarū & Christus Dei filius a cunctis fidelibus est agnitus. Minutus ergo capite Ioānes: exaltatus est in cruce dominus: quia sicut idem Ioannes ait, illum oportebat crescere, Ioannē autem minui. Illum autē qui propheta æstimabatur Christum cognosci, & eum qui Christus pro uirtutum sublimitate putabatur, Christi esse prophetam & præcursores decebat intelligi. Quod ipsum quoq; distinctione temporis quo uterq; illorum natus est, satis aperte signatū est: quia Ioannes quidem quem oportebat minui, cum diurnū lumen decrescere incipit, natus est. Dominus autem, qui uera lux mundi est, eo anni tempore quo dies crescere incipit, luciflua nobis suæ dona natiuitatis exhibuit. Quo audito discipuli eius uenerunt, & uiderunt corpus eius, & posuerunt illud in monumento. Narrat Iosephus uictum Ioannem in castellum Macheruta abductū, ibiq; truncatum. Narrat historia ecclesiastica sepultū eum in Sebaste urbe Palæstinæ, quæ quondam Samaria dicta est. At tēpore Iuliani prin-

cipis inuidentes Christianis qui sepulchrū eius pia sollicitudine frequentabant, paganos inuasisse montem, ossa dispersisse per campos, & rursum collecta igni cremasse, ac denuo disperxisse per agros. Astuisse tunc temporis ibidem de Hierosolymis monachos, quos mixti paganis ossa legētib; maximam eorum partem congregauerūt, & ad patrem suum Philippum Hierosolymam deuulerunt. Et ille misit ea beato Athanasio Alexandria episcopo, ibiq; seruat usq; ad tempora Theophili eiusdē urbis episcopi, quando iubēte Theodosio Principe omnia gentiū sana destructa sunt. Tunc expurgato a fordibus templo Serapis, ibidē illata, & basilicam pro ædicula Serapis in honorem sancti Ioannis esse consecratā. Lege undecimū Historiæ ecclesiasticæ librū. Et conuenientes Apostoli ad Iesum renunciauerūt illi omnia quæ egerāt & docuerant. Non solū quæ ipsi egerant, & docuerant, Apostoli domino renunciant: sed etiā quæ Ioannes eis in docendo occupatis sit passus, uel sui, uel eiusdē Ioannis ei discipuli renunciat, sicut Mattheus describit. Vnde hoc quod sequitur, Et ait illis: Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum, &c.] Non solum causa facit requietionis ipsorum: sed & mysticæ gratia significationis, quia uidelicet derelicta Iudæa, quæ prophetiæ sibi caput non credendo abstulerat, in deserto ecclesiæ quæ uirum non habuerat, uerbi esset ciuaria credentibus, quasi epulas panum largiturus & piscium. Ibi & enim prædicatores sancti, qui apud Iudæam non credentem & contradicentem aliquandiu graui tribulationum sarcina premebantur, requiem nacti sunt: de collata gentibus gratia fidei. Quæ autē necessitas fuerit concedendæ requiē discipulis, subsequēter ostēditur, cum dicitur, Erant enim qui ueniebāt & redibāt multi, & nec manducādi spatij habebāt. Vbi magna temporis illius felicitas de labore docentium simul & discipulorum studio demonstratur, quæ utinam nostro in æuo rediret, ut tanta ministris uerbi frequentia fidelium inlisset auditorum, quæ nec liberum eis curandū corporis spacium concedat. Nam quibus necessaria curandi corporis hora negatur: quanto minus illecebris animæ siue carnis studendi facultas adest? Quin potius a quibus uerbum fidei & salutare ministeriū opportune importune exigitur, horum animus consequenter ad agenda semper & cogitanda cælestia succenditur, ne ea quæ uerbis docent, factis impugnent. Et ascendentes in nauem abierūt in desertum locum seorsum. Non discipuli soli, sed assumpto domino ascenderunt in nauem, et locum petiere desertum, ut euangelista Matthæus aperte demonstrat. Et uiderūt eos abeuntes, & cognouerūt multi, & pedestres de omnibus ei, &c.] Dum pedestres eos præuenisse dicuntur, ostenditur quod non in aliam maris siue Iordanis ripā nauigio peruenērūt discipuli cum domino: sed cū trāsito nauī aliquo freto aut stagno, pro-

Mox euangelium.

Herodes tristitiam simulat.

Capitis ablatio. Christum crescere, Ioannem minui.

Historia de Ioanne Baptistæ.

Desertum.

Cap. 26.

Turbam tentat minus.

Allegoria.

Temporis ratio.

Ioannis Baptistae delationis tempus.

Martyrologium.

ximos eiusdem regionis locos adierunt, quo etiam indigenae pedestres peruenire potuerunt.

ETexiens, uidit turbam multam Iesus, & miserus est super eos, qui erant sicut oves non habentes pastorem, & cepit docere illos multa.] Quomodo miserus sit super eos, Matthaeus exponit plenius dicēs, Et miserus est eis, et curauit languidos eorum. Hoc est enim ueraciter pauperū & non habentium pastorem misereri, & uiam eis ueritatis docēdo aperire, & molestias corporales medicando auferre: sed & ieiunos reficiendo ad laudem supernae largitatis animare. Quod etiā sequentia lectionis huius eum fecisse commemorant. Tentat autem fidem turbarum, & probatam digna mercede recompenfat. Petendo enim solitudinem, an sequi curant explorat. Illae sequendo, & non in iumentis aut uehiculis diuersis: sed proprio labore pedum iter arripiendo deserti, quantam salutis suae curam gerant ostendunt. Rursum ipse ut potens piusq; saluator ac medicus, excipiendo fatigatos, docendo inscios, sanando aegrotos, recreando ieiunos, quantū de uotione credentium deleteretur, insinuat. Iuxta uero leges allegoriae patet deserti gentium Christum multae fidelium cateruae relictis moribus praesca conuersationis, neglectoq; uariorum dogmatum praesidio, sequuntur. Et qui pridem notus in Iudaea deus, postquam dentes Iudaeorum arma & sagittae, & lingua eorum machera acuta facta est, exaltatus est super caelos deus, & super omnē terram gloria eius. Et cum iam hora multa fieret, accesserunt discipuli eius dicentes, Desertus est locus, & iam hora praeteriit. Dimitte illos, ut euntes in proximam uillam & uicos emant sibi cibos quos manducant.] Horam multam uespertinum tempus dicit, Luca teste, qui ait: Dies autem coeperat declinare, & accedentes duodecim dixerunt illi: Dimitte turbas, &c. Die autē declinata turbas Saluator refecit, quia uel sine seculorum propinquitate, uel cum solius iustitiae pro nobis occubuit, a diutina spiritalis inedia sumus tabesaluati. Et respondens ait illis: Date eis manducare, &c.] Pro uocat Apostolos ad fractionē panis, ut illis se non habere testantibus, magnitudo signi notior fiat: simul insinuans quia quotidie per eos ieiuna nostra corda sunt pascenda, uidelicet cum eorum uel exemplis uel literis ac amanda caelestia suscitamus. Notandū autem quod hoc miraculum panum scripturus Euangelista Ioannes, praemisit quod proximū esset Pascha dies festus Iudaeorum, Matthaeus uero & Marcus, hoc interfecto Ioanne, continuo factum esse commemorant. Vnde colligitur Ioannē imminente eadem festiuitate paschali fuisse decollatū, et anno post hunc sequēte, cum denuo tempus paschale rediret, mysterium dominicae passionis esse completū. Et propterea quod in libro Sacramentorum natale eius quarto Calendarum Septembrium denotatum est, & in Martyrologio quod Eusebij & Hieronymi uocabulis in-

signatum est, legitur, quarto Calendas Septembris in Edeffa ciuitate Phoeniciae prouinciae natale Ioannis Baptistae, die quo decollatus est: nō specialiter ipsum diem decollationis eius, sed diem potius quo caput eius in eadem Edeffa ciuitate reperit, atq; in ecclesia est conditum, designat. Si quidē ut Chronica Marcellini Comitibus testantur, tēpore Marciani principis, duo monachi orientales uenerant adorare in Hierosolymis, & loca sancta uidere: quibus per reuelationem assistens idem praecursor domini praecipit, ut ad Herodis quondam regis habitaculum accedentes caput suum ibi requirerent, & inuentum digno honore reconderēt. Quod ibi ab eis inuentū & assumptum, sed non multo post culpa incuriae perditū, perlatū est Edeffam ab alijs, & in quodā specu in una sub terra non pauco tempore ignobiliter reconditum, donec denuo idem Ioannes sese suumq; caput ostendit Marcellino cuidam religioso abbati ac presbytero, dum in eodem specu habitaret. Quod uidelicet caput Iuliano eiusdem episcopo ciuitatis, per praefatum presbyterum constat inuentum. Ex quo tempore cepit in eadem ciuitate beati praecursoris decollatio, ipso (ut arbitramur) die quo caput inuentum siue eleuatum est, celebrari. De quibus latius in praefato Chronicon libro scriptum reperies. Et dicit eis, Quot panes habetis? Ite & uidete. Et cum cognouissent, dicunt, Quinq; & duos pisces. Per quinq; panes Apostolorū, & duos pisces, tota testamenti ueteris scriptura signatur. Per quinq; uidelicet panes, quinq; Moisaicae legis libri, quibus diuinae aeternitatis cognitio, mundi creatio, procurus seculi habētis, & uera deo seruendi religio generi humano innotuit. Per duos uero pisces, psalmi sunt, & prophetae figurati, qui eruditum in lege dei populum de promissione dominicae incarnationis noua gratiae dulcedine pascēbāt. Quatrīna scripturae sacrae distinctione, totam ueteris instrumenti seriem comprehendit dominica autoritate docemur. Apparens enim post resurrectionē discipulis ait dominus ipse, quia oportebat impleri omnia quae scripta sunt in lege Moyli & prophetis & psalmis de me. Et cum aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas, & intellectas spiritaliter fidelibus traderent auditoribus, quasi benedicens panibus Apostolicis ac piscibus, hosq; internae suauitatis dono multiplicans, turbis dispertiri praecipit. Bene autem iuxta Euangelium Ioannis, panes qui legem designant, hordeacei fuisse referuntur, qui iumentorum maxime rusticorumq; est cibus seruatorum, quia incipientibus necdumq; perfectis auditoribus, asperiora & quasi grossiora sunt committenda praeccepta. Animalis enim homo nō percipit ea quae sunt spiritus dei. Atq; ideo Dominus pro suis cuique uinibus dona tribuens, semperq; ad perfectiora prouocans, primo quinq; panibus quinq; milia, secundo septem

Chronica Marcellini

Caput Io. Baptistae.

Marcellus.

Panes quinq; que, pisces duo.

Refectio- nes domi- nice.

Quinq; genarus.

Foenum.

Benedictio- nis forma.

Fragmēta.

Quinq; mi- lia.

septē panibus quatuor hominum milia refecit, tertio discipulis suae carnis & sanguinis mysterium credit: ad ultimū magno munere dat electis, ut edant & bibant super mēsam suam in regno suo. Et praecipit illis, ut accumbere facerent omnes secundum conturbemia super uiride foenum. Et discubuerunt in partes, per centenos, & per quinquagenos.] Diuersi cōiurantium discubitus, distinctos per orbem ecclesiarum conuentus, quae unam catholicam faciunt, designant. Quos bene dominus quinquagenos per turmas uel cētenos discumbere praecipit, ut uidelicet turba fidelium escam suam & locis distincta, & moribus cōiuncta perciperet. Iubilei quippe requies quinquagenarij numeri mysterio continetur, & quinquagenarius bis ducitur, ut ad cētenariū perueniatur. Quia ergo prius a malo quiescit opere, ut post animam plenius quiescat in cogitatione, alij quinquageni: alij autem centeni discumbunt, quoniā sunt nonnulli qui a prauis actibus habēt requie operis, & sunt nonnulli qui a peruersis cogitationibus habēt iam requiem mentis. Bene etiam super uiride foenum discubuerunt. Scriptum quippe est, Omnis caro foenum, Et illi super uiride foenum discumbentes dominicis pascuntur alimentis, qui per studium cōtinentiae calcatis illecebris carnalium concupiscentiarum, audiendis implendisq; dei uerbis operam impendunt. Et accepit quinq; panibus, & duobus piscibus, intus in calum benedixit, & fregit, & dedit discipulis suis ut poneret ante eos, & duos pisces diuisit omnibus.] Turbis esuriensibus Saluator non noua creat cibus, sed acceptis eis quae habuerunt discipuli, benedixit: quia ueniēs in carne nō alia q̄ praedicta sunt, praedicabat: sed legis et prophetarū scripta q̄ sint mysterijs gratiae grauidā demonstrat. Intueatur in caelū, ut illuc dirigendā mentis aciem, sibi lucem scientiae doceat esse quaerendā. Frangit & ante turbas ponēda discipulis distribuit, quia sacramēta prophetiae sanctis doctoribus qui haec toto orbe praedicent, patefacit. Et manducauerunt omnes & saturati sunt, & sustulerunt reliquias fragmentorum duodecim cophinos plenos, et de piscibus.] Quod turbis superest, a discipulis sustollitur: quia sacratoria mysteria quae a rudibus capi nequeunt, nō negligenter omittenda, sed sunt inquirenda perfectis. Nam per cophinos duodecim, Apostoli, & per Apostolos cuncti sequentium doctorum chori figurantur, foris quidem hominibus despecti, sed intus salutatis cibi reliquis ad alenda humilium corda cumulari. Constat enim, cophinis opera seruilia geri solere. Sed ipse cophinos panum fragmētis impleuit, qui infirma huius mundi, ut fortia cōfunderet, elegit. Erant autem qui manducauerunt, quinq; milia uirorum.] Quia quinq; sunt exterioris hominis sensus, quinq; milia uiri dominū sequuntur designant eos, qui in seculari habitū adhuc positi exterioribus quae possident bene uti nouerunt. Qui recte quinq; panibus aluntur, quia tales necessē

est legalibus adhuc praecceptis instituta. Nā qui mundo ad integrū renuntiant, et quatuor sunt milia & septem panibus refecti, hoc est & euangelica perfectione sublimes, et spiritali sunt gratia intus eruditi.

ET statim coegit discipulos suos ascendere nauē, ut praecederent eum trans fretum ad Bethsaidam, dum ipse dimitteret populū, &c.] Quare coegerit discipulos ascendere nauem, & ipse mox dimisso populo in montem oraturus abierit, Ioannes manifeste declarat, qui cōpleta refectioe illa caelesti, continuo subiecit: Iesus ergo cū cognouisset, quia uenturi essent ut raperent eum, & faceret eum regem, fugit iterum in montem ipse solus. Vbi necessariū nobis uiuendi monstrat exemplum, ut in bonis quae agimus, humani fauoris retributionē uitemus, neq; nos operatio uirtutum spiritalium ad concupiscentiam reflectat temporalium uoluptatum. Nonnullis etenim contigit, ut dum ob meritum uitae sublimioris mirandi in moribus ac laudabiles existerēt, & iure honorandi putarētur, acceptis pecunijs siue praedij inchoata iustitiae rudimenta perderent, & cum carnalibus sese illecebris atq; auaritia incauti contumperent, ipsis etiam a quibus honorabatur pro bonis, denuo pro malis actibus nō solum in fastidium, uerum etiam deuenirent in odium. Minusq; multo periculosum est in his quae recte agimus aduersantium nos improbitate fatigari, quam honorantium fauore demulceri. Hic etenim securiorē saepe corrumpit animum, illa circumspectum semper reddit & cautum. Vnde dominus uiam nobis uitae quam sequamur inuilians, cum ij qui uirtutes eius admirabantur regē eum facere uellent, fugit in montem orare. Cum uero illi qui uirtutibus eius inuidebant eum morti tradere disponderēt, occurrit promptus, et uincendū se crucifigendūq; furibus obtulit, euidenti nos in formans exemplo, ut parati simus ad aduersa seculi toleranda, cauti ad blandimenta cum forte arripserint, declinanda: & ne nos prospera mundi si affluant, emolliendo decipiant, crebris a domino precibus imploremus. Praecedebat autem dominum discipuli trans fretum ad Bethsaidam, que est in Galilaea ciuitas Andree & Petri & Philippi Apostolorum prope stagnum Genesareth, ut in locorū libris inuenimus. Vbi merito monet quomodo dicat Marcus peractio miraculo panum discipulos uenisse trans fretum ad Bethsaidā, cum uideatur dicere Lucas quod in locis Bethsaidae factum fuerit miraculū illud memorabile, & refectio caelestis. Ait enim, Assumptis illis, secessit seorsum in locum desertū, qui est Bethsaida. Quod cum cognouissent turbae, secutae sunt illū, & excepit illos. Et caetera quae sequuntur, usq; ad completam factae refectiois historiam. Nisi forte intelligamus in eo quod Lucas ait in locū desertū, qui est Bethsaida, non ipsius uiciniā ciuitatis, sed loca deserti ad eam pertinentis

Cap. 27.

Fuga Christi in montem.

Concord. Euang.

pertinentis esse designata. Marcus enim dicit aperte quod praeceperit eum ad Bethsaidam: ubi ipsius fines ciuitatis constat esse notatos. Lucas uero qui non dicit in locum desertum quae est Bethsaida, sed qui est Bethsaida, potest nisi fallor recte intelligi, quia non ipsam ciuitatem uoluerit intelligi: sed locum desertum ipsius, id est ad eius confinia pertinentem. Narrat autem Euangelista Ioannes manducasse panem turbas iuxta Tiberiadem, & ascendentes nauem discipulos uenisse trans mare in Capharnaum, quae ambae sunt ciuitates in Galilaea iuxta stagnum Genesareth, quod etiam Tiberiadae a ciuitate Tiberiade uocatur.

Cap. 28. **E**t cum dimisisset eos, abiit in montem orare. Non omnis qui orat ascendit in montem: est enim oratio quae peccatum facit. Sed qui bene orat, qui deum orando quaerit, hic a terrenis ad superiora progrediens, uerticem curae sublimioris ascendit. Qui uero de diuitiis, aut de honore seculi, aut certe de inimici morte sollicitus obsecrat, ipse in infimis iacens, uiles ad deum preces mittit. Orat autem dominus non ut pro se obsecret, sed ut pro me impetret. Nam etsi omnia posuerit in potestate filij: filius tamen ut formam hominis impletet, obsecrandum patrem putat esse pro nobis, quia aduocatus est noster. Aduocatus enim, inquit Apostolus, habemus apud patrem Iesum Christum. Si aduocatus est, debet pro meis interuenire peccatis. Non ergo quasi infirmus, sed quasi pius obsecrat. Vis scire quod omnia quae uelit, possit? Et aduocatus & iudex est. In altero pietatis officium, in altero insigne est potestatis. Et cum sero esset factum, erat nauis in medio mari, & ipse solus in terra. Et uidens eos laborantes in remigando: erat enim uentus contrarius eis.] Labor discipulorum in remigando, & contrarius eis uentus, labores sanctae ecclesiae uarios designat: quae inter undas seculi aduersantis, & immundorum flatus spirituum ad quietem patriae caelestis quasi ad fidam littoris stationem peruenire conatur. Vbi bene dicitur, quia nauis erat in medio mari, & ipse solus in terra. Quia nonnunquam ecclesia tantis gentilitium pressuris, non solum afflictis, sed & caedat est, ut (si fieri posset) redemptor ipsius ea prorsus deseruisse ad tempus uideretur. Vnde est illa uox eius inter undas procellasque tetationum uerrentium deprehensa, atque auxilium protectionis illius gemebundo clamore querentis. Ut quid domine recessisti longe, despicias in oportunitatibus, in tribulatione? Quae pariter uocem inimici persequentis exponit in sequentibus Psalmi subiiciens. Dixit enim in corde suo, oblitus est deus: auertit faciem suam, ne uideat usque in finem. Verum ille non obliuiscitur orationem pauperum, neque auertit faciem suam a sperantibus in se: quin potius & certates cum hostibus ut uincat adiuuat, & uictores in aeternum coronat. Vnde hic quoque aperte dicitur,

Oratio non bona.

Oratio domini.

Labores ecclesiae.

quia uidit eos laborantes in remigando. Videri quippe dominus laborantes in mari, quamuis ipse positus in terra: quia etsi ad horam differre uideatur auxilium tribulatis impendere, nihilominus eos ne in tribulationibus deficiant, suae respectu pietatis corroborat, & aliquando etiam manifeste adiuutorio, uictis aduersitatibus, quasi calcatis, sedatisque fluctuum uoluminibus, liberat, sicut hic quoque subsequenter insinuat cum dicitur, *Et circa quartam uigilam noctis uenit ad eos ambulans super mare.* Stationes & uigiliae militares in ternis horarum spatiis diuiduntur. Quando ergo dicit quarta uigilia noctis uenisse ad eos dominum, ostendit tota nocte periclitatos, & extremo noctis tempore eis auxilium praebitum. Laborabant ergo toto noctis operae tempore, sed diluculo appropinquante, & Luciferi solis dieique exortum promittente, uenit Dominus, & superambulans, tumida freti terga comprimit. Quia quum pressuris obsita fragilitas humana, pusillitatem uirium suarum conluderat, nihil erga se aliud qui tenebras angustiarum, & aestus cernit hostium confligentium. Cum uero mentem ad supernum lumen praesidiij, & perpetuae dona retributionis erexerit: quasi inter umbras noctis repente exortum Luciferi conspiciat, qui diem proximum nunciet. Lucifer namque cum plurimum, tres horas noctis, id est totam uigiliam matutinam illuminare perhibetur. Aderitque Dominus, qui sopitis tetationum periculis, plenam libertatis fiduciam suae protectionis attribuat. Sequitur, *Et uolebat praeterire eos. At illi ut uiderunt eum super mare ambulans putauerunt phantasma esse, & exclamauerunt.* Omnes enim eum uiderunt, & conturbati sunt. Adhuc haeretici putant phantasma fuisse dominum, nec ueram assumpsisse carnem de uirgine. Denique Theodorus Pharanitanus quondam episcopus ita scripsit, corporale pondus non habuisse secundum carnem dominum: sed absque pondere & corpore super mare deambulasse. At contra fides catholica, et pondus secundum carnem habere eum praedicat, & onus corporale incedere super aquas non infusis pedibus. Nam Dionysius egregius inter ecclesiasticos scriptores, in opusculis de Diuinis nominibus, hoc modo loquitur: Ignoramus enim qualiter de uirginis sanguinibus alia lege praeter naturalem formabatur, & qualiter non infusis pedibus corporale pondus habentibus & materiale onus deambulabat in humidis & instabilibus substantiam. Quomodo autem uolebat dominus eos praeterire tanquam alienos ad quos de periculo naufragij liberandos aduenerat, nisi ut ad horam turbati & pauceres, sed continuo liberati, amplius ereptionis suae miraculum stuperet, ac maiores ereptori suo gratias referret. Quia et in repestibus passionum quae pro constantia fidei a perfidis ingerunt, talis nonnunquam protulio diuinitus ostendit.

Vigiliae noctis.

Theodori haereses.

Pondus corporale domini, Dionysius.

Saepe

CAPVT VII.



Conueniunt ad eum Pharisei, & quidam de Scribis uenientes ab Hierosolymis. Et cum uidissent quosdam ex discipulis eius communibus manibus (id est non lotis) manducare panes, uituperauerunt. O quam

Saepe enim ita fideles in tribulatione positi sunt perna pietas deseruisse uisa est, ut quasi laborantes in mari discipulos praeterire Iesus uoluisse putaretur. Vnde est & illud in Psalmista, ecclesiae in martyrij certamine defudatis: Quare me oblitus es, quare me repulisti, & quare tristis incedo dum affligit me inimicus? Dum confringuntur omnia ossa mea, & caetera. Sed dicunt inimici terrentes, ubi est Deus eorum: quasi naufragium fessis minitantes Apostolis. Dicit ipse Deus eorum, Cum transieris per aquas tecum ero, & flumina non operient te. Cum ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te. Vnde hic quoque recte subditur, *Et statim locutus est eis, & dixit illis: Confidite, ego sum, nolite timere. Et ascendit ad illos in nauem, & cessauit uentus.* Prima trepidantium & periclitantium subuentio est, incussum cordibus expellere timorem. Secunda tempestatum furias suae praesentiae uirtute compescere. Nec mirandum si ascendente in nauiculam domino uentus cessauit. In quocunque enim corde deus per gratiam sui adest amoris, mox uniuersa uitiorum, & aduersantis mundi, siue spirituum malignorum bella compressa quiescunt. *Et plus magis intra se stupebat. Non enim intellexerant de panibus. Erat enim cor illorum obtectum.* Dominus quidem & in miraculo panum quod esset conditor rerum ostendit: & in ambulando super undas, quod haberet corpus ab omni peccatorum grae dine liberum edocuit: et in placando uentos, undarumque rabiem sedando, quod elementis dominaretur monstrauit. Sed carnales adhuc discipuli, necdum huc deum esse cognoscunt. Et quidem uirtutum magnitudinem stupebant: necdum tamen in eo ueritatem diuinam maiestatis cognoscere ualebant. Cumque egressi essent de nauis, continuo cognouerunt eum. Et percurrentes uniuersam regionem illam, ceperunt in grabatis eos qui se male habebant circumferre, ubi audiebant eum esse. Cognouerunt eum rumore, non facie: uel certe pro signorum magnitudine quae patrabat in populis, etiam plurimis uultu notus erat. Et uide quanta fides sit hominum terrae Genesareth, ut non praesentium tantum salute contenti sint, sed mittant ad alias per circuitum ciuitates, quo omnes currant ad medicum. Et quocumque introibat in uicos uel in uillas, aut in ciuitates: in plateis ponebant infirmos: & deprecabantur eum ut uel fimbriam uestimenti eius tangerent. Et quotquot tangebant eum salui fiebant. Qui male se habent, non tangant corpus Iesu, neque totum uestimentum eius, sed extremam fimbriam. Et quicumque tetigerint, sanabuntur. Fimbriam uestimenti eius minimum mandatum intellige, quod qui transgressus fuerit, minimus uocabitur in regno caelorum: uel assumptionem carnis per quam uenimus ad uerbum dei, & illius postea frui mur maiestate.

Fimbriam tangere.

uera illa confessio domini ad patrem, quia abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Homines terrae Genesareth, qui minus docti uidebantur, non solum ipsi ueniunt, sed & suos infirmos adducunt: immo gestant ad dominum, ut uel fimbriam eius quo saluari queant, mereantur contingere. Ideoque confestim merita cupitae salutis mercede potiuntur. At uero Pharisei, & Scribae, qui doctores esse populi debuerant: non ad uerbum audiendum, non ad quaerendam medelam, sed ad mouendas solum quaestiones pugnas, ad dominum concurrunt: eosque de non lotis corporis manibus uituperant, in quorum operibus quae per manus siue per caetera corporis membra fiunt, nihil immunditiae fordidantis inuenire ualebant: cum se magis ipsos culpae debuerint, qui lotas aqua manus habentes, conscientiam liuore pollutam gestabant. Pharisei enim & omnes Iudaei, nisi crebro lauerint manus, non manducant tenentes traditionem seniorum, & a foro nisi baptizentur non comedunt. Superstitiosa est hominum traditio, semel lotos ad manducandum panem crebrius lauare, & a foro nisi baptizentur non comedere. Sed necessaria est doctrina ueritatis, quae iubet eos, qui cum pane uitae descendente de caelo participare desiderant, crebro elemosynarum, lachrymarum aliorumque iustitiae fructuum lauamento sua opera purgare, ut casto corde & corpore celestibus ualeant communicare mysterijs. Necessarium est in quinamenta quae ex temporaliu negotiorum curis quisque contraxerit, subsequenti bonarum cogitationum & actuum permundet instantia, si internae refectionis cupit epulis perfrui. Sed Pharisei spiritualia prophetarum uerba carnaliter accipientes, quae illi de cordis & operis castigatione praecipiebant, dicentes: lauramini, mundi estote, & mundamini qui fertis uasa domini: isti de corpore solummodo lauando seruabant. Frustra autem Pharisei, frustra omnes Iudaei lauant manus, & a foro baptizantur, quamdiu contemnunt fonte Saluatoris ablui. In uanum baptizata seruant uasorum, qui cordium suorum et corporum eluere sordes negligunt: cum certum sit Moysem, et prophetas qui uasa populi dei uel aquis dilui, uel igne purgari, uel oleo sanctificari quacumque ex causa iusserunt, non in hoc materialium rerum emundatione, sed mentium potius & operum castigatione ac sanctimonia, atque animarum nobis mandare salute. Et interrogabant eum Pharisei & Scribae. Quare discipuli tui non ambulant iuxta traditionem seniorum

Cap. 29.

Pharisei taxantur.

seniorum, sed communibus manibus manducant panem?] Mira Phariseorum scribarumque stultitia. Dei filium arguunt quare hominum traditiones & precepta non seruet. Manus autem id est opera, non corporis utique manus, sed animae laudanda sunt, ut fiat in illis uerbum dei. Et dicebat illis, Bene irriuum facitis preceptum Dei, ut traditione uestram seruetis.] Falsam calumniam uera responsione cofutat. Cum (inquit) uos propter traditionem hominum precepta domini negligatis, quare discipulos meos arguendos creditis quod seniorum iussa paruipendant, ut deis citacustodiant? *Moyfes enim dixit, Honora patrem tuum & matrem tuam. Et qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur.]* Honor in scripturis non tantum in salutationibus & officijs deferendis, quantum in eleemosyna, ac muneru collatione sentitur. *Honora (inquit) Apostolus) uidas quae uere uiduae sunt. Hic honor donum intelligitur. Et in alio loco: Presbyteri duplici honore sunt honorandi, maxime qui laborant in uerbo & doctrina domini. Et per hoc mandatum iubemur, boui triturantri os non claudere, ut dignus sit operarius mercede sua. Vos autem dicitis, Si dixerit homo patri aut matri corban, quod est donum quodcumque, ex me tibi profuerit. Et ultra non dimittitis eum quicquam facere patri suo aut matri. Et caetera.]* Praecepterat dominus uel imbecillitates uel aetates uel penurias parentum considerans, ut filij honorarent etiam in uitae necessarijs ministrandis parentes suos. Hanc prouidentissimam Dei legem uolentes Scribae Phariseique subuertere, ut impietatem sub nomine pietatis inducerent, docuerunt pessimos filios ut si quis ea quae parentibus offerenda sunt, Deo uouere uoluerit, qui uerus est pater, oblatio domini praepnatur parentu muneribus. Vel certe ipsi parentes quae deo consecrata sunt, ne sacrilegij crimen incurrerent, declinantes, egestate conficiebantur: atque ita fiebat, ut oblatio liberorum sub occasione templi & Dei in sacerdotum lucra cederet. Haec pessima Phariseorum consuetudo de tali occasione ueniebat. Multos habentes obligatos aere alieno & nolentes sibi creditum reddere, delegabant sacerdotibus, ut exacta pecunia ministris templi & eorum usibus deseruaret. Potest autem & hunc breuiter habere sensum. Munus quodcumque ex me est, ubi proderit. Compellit is, inquit, filios ut dicant parentibus suis: quodcumque donum oblaturus eram Deo, in tuos consumo cibos; tibi que prodest, o pater & mater: ut illi timentes accipere quod Deo uidebant mancipatu, in opem magis uelent uitam ducere quam comedere de consecratis. *Et aduocatis iterum turbam dicebat illis: Audite me omnes & intelligite. Nihil est extra hominem introiens in eum quod possit eum coquinare. Sed quae de homine procedunt, illa sunt quae communicant hominem.]* Verbum communicat, proprie scripturarum est, & publico sermone teritur. Populus Iudaeorum partem Dei esse se iactans, communes cibos uocat, quibus

omnes utuntur homines. Verbi gratia, Suillam carnem, ostreas, lepores & istiusmodi animantia quae unguia non findunt, nec ruminant, nec squamosa in piscibus sunt. Vnde & in actibus Apostolorum scriptum est, Quod deus sanctificauit, tu ne commune dixeris. Commune ergo quod caeteris hominibus patet, & quasi non est de parte dei, pro immundo appellatur. Nihil est (inquit) extra hominem introiens in eum, quod possit eum coquinare. Sed quae de homine procedunt, illa sunt quae coquinant hominem. Opponat prudens lector & dicat: Si quod intrat in os non coquinat hominem, quare idolothytis non uescimur? Et Apostolus scribit: Non potestis calicem domini bibere, & calicem daemionum. Sciendum ergo quod ipsa quidam cibaria ut dei creatura per se munda sint, sed idolorum ac daemionum inuocatio ea facit immunda. *Et cum introisset in domum a turba, interrogabant eum discipuli eius parabolam. Et ait illis: Sic & uos im prudentes estis.]* Quod aperte dictum fuerat, & patebat auditu, Apostoli per parabolam dictum putant, & in re manifesta mysticam quaerunt intelligentiam. Corripunturque a domino quare parabolice dictum putant quod perspicue locutus est. Ex quo animaduertimus uitiosum esse auditorem, qui obscure manifesta, aut manifeste dicta obscure uelit intelligere. *Non intelligitis quia omne extrinsecus introiens in hominem non potest eum communicare, quia non intrat in cor eius, sed in uentre & in secessum emittitur purgans omnes escas.]* Omnium euangeliorum loca apud haereticos & peruersos plena sunt scandalis. Et ex hac sententia quidam calumniantur quod dominus physicae disputationis ignarus, putet omnes cibos in uentre ire & in secessu digeri, cum statim in uiscera per artus & uenas ac medullas neruosque fundatur. Vnde & multos qui uitio stomachi perpetere sustineant uomitum, post cenas & prandia statim uomere quod ingesserint, & tamen corpulentos esse, quia ad primum tactum liquidioribus & potus per mebra fundatur. Sed istiusmodi homines dum uolunt alterius imperitiam reprehendere, ostendunt suam. Quamuis enim tenuissimus humor & liquens esca cum in uenis & artibus concocta fuerit & digesta, per occultos meatus corporis, quos Graeci *πρόγους* uocant, ad inferiora delabatur, & in secessum uadit. Dicebat autem, quoniam quae de homine exeunt, illa communicant hominem. Abintus enim de corde hominum cogitationes male procedunt, adulteria, fornicationes, homicidia, furta, auaritia, & caetera. De corde, inquit, exeunt cogitationes male. Ergo animae principale non iuxta Platonem in cerebro, sed iuxta Christum in corde est. Et arguendi ex hac sententia, qui cogitationes a diabolo immitti putant, & non ex propria nasci uoluntate. Diabolus adiutor esse & incentor malarum cogitationum potest, auctor non potest. Sin autem semper in insidijs

Honor.

Expositio.

Communi care.

Commune

Cibi unde mundi aut immundi.

Pori.

Diabolus cogitationes nostras nescit.

si dijs positus, leuem cogitationum nostrarum scintillam suis somitibus inflammari, non debemus opinari eum cordis quoque occulta rimari, sed ex corporis habitu & gestibus aestimare quid uersemus intrinsecus. Verbi gratia, si pulchram mulierem nos crebro uiderit respicere, intelligit cor amoris iaculo uulneratum. *Cap. 30.]* *Et inde surgens abiit in fines Tyri & Sidonis.]* Scribis & Phariseis calumniatoribus derelictis transgreditur in partes Tyri & Sidonis, ut Tyrios Sidoniosque curaret. *Et ingressus domum neminem uoluit scire, & non potuit latere.]* Merito quaeritur quomodo dicatur, quod dominus neminem uoluerit iter suum scire, nec tamen latere potuerit. Quid enim est quod ille non potuerit, qui etiam temporaliter inter homines positus, omnia inuisibiliter quae foris agebantur intus cum patre disponebat? Aut quam ob causam putandus est fines Tyri & Sidonis intrasse, nisi ut filiam Syrophoenissae a daemone liberaret, ac per fidem foemine gentilis perfidiam argueret Scribarum ac Phariseorum? Sed fideliter ac pie sentiendum est quia nequaquam de illo hac in re quod ipse noluit factum est, sed fidelibus iter eius sequentibus quid principaliter in bonis quaerunt, uelle debeant, ostensum. Ingressus quippe domum praecipit discipulis, ne se cuiquam in regione ignota quis esset aperiret. Attamen ipse suum illo introitum gentili foeminae, quibuscumque uoluit ipse prudens publicauit, ipse cor illius ad quaerendam a se salutem inuisibili accendit instinctu, ut exemplo eius discerent quibus sanandi in firmos gratiam conferret, in exhibitione miraculorum humani gloriam fauoris quantum possent declinare, nec tamen a pio uirtutis opere cessare, quando haec fieri uel fides honoru iuste mereretur, uel incredulitas prauorum necessario cogeret. *Et non potuit (inquit) latere. Mulier enim statim ut audiuit de eo, cuius habebat filia spiritum immundum, intrauit & prociidit ad pedes eius. Erat autem mulier gentilis sed cum fide ad dominum ueniens ecclesiam designat de gentibus collectam. Quae pro filia daemoniaca dominum rogat cum pro populis suis necdum credentibus, ut & ipsi a diaboli fraudibus absoluantur supernae pietati supplicat. Quae bene iuxta Matthaeum de finibus suis egressa, in hoc uero euangelista ingressa esse ad dominum atque ad pedes eius prociidisse refertur, quatenus ex utriusque assertionem colligatur, quod illi solum fideliter ac recte pro errantibus orant, qui piscas suae perfidiae mansiones relinquunt, atque in domum domini uidelicet ecclesiam pia se deuotione transferunt. Et rogabat, inquit, eum ut daemionum eijceret de filia eius. Qui dixit illi. Sine prius saturari filios.]* Quasi apertius diceret: restat futurum ut etiam uos qui de gentibus estis, salutem consequamini: sed primo oportet Iudaeos qui merito anti qua electionis filiorum dei solent nomine cen

feri, pane caelesti refici, & sic tandem gentibus uitae pabula ministrari. *Non est enim bonum sumere panem filiorum & mittere canibus. At illa respondit, & dixit ei: Vtiq; domine. Nam & catelli comedunt de micis puerorum.]* Mira sub persona mulieris Chananitidis ecclesiae fides, patientia, humilitas praedicatur. Fides, qua credidit sanari posse filiam suam. Patientia, qua totiens contempta (ut Matthaeus scribit) in precibus perseuerat. Humilitas, qua se non canibus sed catulis comparat. Scio me inquit filiorum panem non mereri, nec integros capere posse cibos, nec sedere ad mensam cum patre: sed contenta sum reliquis catulorum, ut humilitate micarum ad panis integri uentam magnitudinem. Mira rerum conuersio, Israel quondam filius, non canes, pro diuersitate fidei ordo nominum commutatur. De illis postea dicitur, Circu dederunt me canes multi. Et uidete canes, uidete malos operarios, uidete concissionem. De nobis a latratu blasphemiae contradictionis, ad pietatis gratiam conuersis ipse alibi dicit. Et alias oues habeo quae non sunt ex hoc uulgi, & illas oportet me adducere, & uocem meam audient. *Notaandum sane, quod mystice loquitur credens ex gentibus mulier, quia catelli sub mensa comedunt de micis puerorum. Mensa quippe est scriptura sancta, quae nobis panem uitae ministrat. Hinc etenim dicit ecclesia. Paraisti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulauit me. Micae puerorum interna sunt mysteria scripturarum, quibus humiliu solent corda refici. De quibus alias sanctae Ecclesiae promittitur, dicente propheta de domino: Qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te. Non ergo crustas sed micas de pane puerorum edunt catelli, quia conuersi ad fidem qui erant despecti in gentibus, non literae superficiem in scripturis, sed spiritualium medullam sensuum qua in bonis actibus proficere ualeant, inquirunt. Et hoc sub mensa minorum, dum uerbi sacri eloquijs humiliter subditu, ad implenda quae praecpta sunt, cum sua sui cordis & corporis officia supponunt, quatenus ad speranda quae a domino promissa sunt praemia in caelis merito se debite humilitatis erigant. Et ait illi, Propter hunc sermonem uade: exijt daemionium de filia tua.]* Propter humilem matris fidelemque sermonem filiam deseruit daemionium. Vbi datur exemplum catechizandi & baptizandi infantes: quia uidelicet per fidem & confessionem parentum in baptismo liberantur a diabolo paruuli, qui necdum per se sapere uel aliquid agere boni possunt aut mali. *Cap. 31.]* *Et iterum exiens de finibus Tyri uenit per Sidonem ad mare Galilaeae inter medios fines Decapoleos.]* Decapolis est (ut ipso nomine probatur) regio decem urbium trans Iordanem ad orientem circa Hippum & Pellam & Gadaram contra Galilaeam. Quid ergo dicitur quod dominus uenit ad mare Galilaeae, inter medios fines Decapoleos, non ipsos sine Decapolis eum intrasse signifi

Chananitidis filia.

Filij ca. 31.

Mensa.

Micae.

Baptizandi infantes: quia uidelicet per fidem & confessionem parentum in baptismo liberantur a diabolo paruuli, qui necdum per se sapere uel aliquid agere boni possunt aut mali.

Cap. 31. Decapolis.

Surdus & mutus.

Digitus dei.

Sputum domini.

Suspiciens in celum.

cat. Neq; enim mare transuigasse dicitur, sed potius ad mare usq; uenisse, atq; ad ipsum peruenisse locum qui medios fines Decapolis longe trans mare positos respiciebat. Et adducunt ei surdum & mutum: & deprecabantur eum ut imponat illi manum.] gurdus & mutus est qui nec aures audiendis Dei uerbis, nec os aperit proloquendis: quales necesse est, ut hi qui loqui iam et audire diuina eloquia longo usu didicerunt, domino sanandos offerant: quatenus eos quos humana fragilitas nequit, ipse gratia suae dextera saluet. Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas.] Prima salutis ianua est infirmum apprehendente domino de turba seorsum educi. Apprehendens namq; infirmum de turba seorsum educit, cum mentē peccatis languidam uisitatione sue pietatis illustrans, a conuersis humanae cōuersionis moribus auocat, atq; ad sequenda praeceptorum suorum itinera prouocat. Mittit digitos suos in auriculas, cum per dona sancti spiritus aures cordis ad intelligenda ac suscipienda uerba salutis aperit. Namque digitum dei appellari spiritum sanctum, testatur ipse dominus cum dicit iudaeis: Si ego in digito dei eicio daemonia, filij uestri in quo eiciunt? Quod exponens alius euangelista dicit, Si ego in spiritu dei eicio daemonia. Quo nimirum digito & magi in Aegypto superati sunt a Moysē dicentes, Digitus dei est hic: & lex in tabulis scripta est lapideis, quia per donū sancti spiritus & ab insidijs defendimur hominū siue spirituum malignorum, & in agnitione diuinae uoluntatis erudimur. Digito ergo dei in auriculas misit eius qui sanandus erat, dona sunt sancti spiritus, quibus corda quae a uia ueritatis aberrauerant, ad scientiam salutis audiendam, discendamq; reuelat. Et quia cognitam ueritatis lucem sequi cōfessio debet, apte subiungitur: Et expuens tetigit linguam eius.] Expuens quippe dominus linguam tangit aegro, cum ad cōfessionem fidei ora catechizatorum instruit. Sputum namq; domini, saporē designat sapientiae, quae teste uiro sapiente loquitur: Ego ex ore altissimi prodiui primogenita. Vnde & alibi sputo eius terrae commixto, caecus natus illuminatur. Sputum etenim quod ex capite domini descendit, diuinam eius naturam quae ex Deo est: portio terrae cui idem sputū immiscuit, humanam quae ex hominibus assumpta est, designat. Et per medicamentū ex sputo suo ac terra compositū, oculos caecinati aperuit, quia genus humanum per confessionem utriusq; suae naturae ab ingenitis errorū suorum tenebris eruit. Expuens ergo dominus linguā muti ut loqui ualeat tangit, cum ora dū bruta ad uerba sapientiae proferenda contactu suae pietatis informat. Bene autem subditur: Et suspiciens in celum, ingemuit: & ait illi, Effeta, quod est adaperire.] Suspexit namque in celum, ut in de mutis loquelam, inde surdis auditum, inde cunctis infirmitatibus mede-

lam doceret esse quarendam. Ingemuit autem non quia ipsi opus esset cum gemitu aliquid petere a patre, qui cuncta petentibus donat cum patre, sed ut nobis gemendi daret exemplum, cum uel pro nostris uel pro nostrorū erratibus proximorum supernae pietatis praesidia inuocamus. Quod autē ait: Effeta, id est adaperire: ad aures proprie pertinet. Aures etenim ad audiendum aperiendae lingua uero ut loqui posset a retinaculis erat suae tarditatis soluenda: unde & subditur, Et statim apertae sunt aures eius, & solutum est uinculum linguae eius, & loquebatur recte.] Vbi utraq; unius eiusdemq; mediatoris dei et hominum natura manifeste distincta est. Suscipiens enim in celum quasi homo deum precaturus ingemuit, sed mox uno sermone quasi diuina potens maiestate curauit. Bene autem dicitur de eo cuius dominus aperuit aures, ac linguae uinculum soluit, quia loquebatur recte. Ille etenim solus recte loquitur, siue deum confitendo, seu alijs praedicando, cuius auditum ut caelestibus possit auscultare & obsecundare mandatis, diuina gratia reserat, cuius linguam Dominus tactu sapientiae, quae ipse est, ad loquendum instituit. Talis autem merito potest dicere cum psalmista: Domine labia mea aperies, et os meum annuntiabit laudem tuam. Et cum Esaias: Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sustentare eum qui lapsus est uerbo. Eri- git mane, mane erigit mihi aurem, ut audiam quasi magistrum. Et praecipit illis ne cui dicerent, Quanto autē eis praecipiebat, tanto magis plus praedicabant, & eo amplius admirabantur dicentes, Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui.] Si sciebat eos, sicut ille qui notas habebat & praesentes & futuras hominum uoluntates, tanto magis praedicaturos, quanto magis ne praedicarent eis praecipiebat, ut quid hoc praecipiebat, nisi quia pigris uolebat ostendere: quāto studiosius, quantoq; feruentius eum praedicare debeant, quibus iubet ut praedicent, quando illi qui prohibebantur, tacere non poterant.

CAPVT VIII.



In illis diebus iterum cum turba multa esset, nec haberent quod manducaret, conuocatis discipulis ait illis: Misereor super turbā, quia ecce iam triduo sustinet me, nec habet quod manducet. Et caetera.] Et in hac lectione consideranda est in uno eodemq; redemptore nostro distincta operatio diuinitatis & humanitatis: atq; error Eutychemis, qui unam tantū in Christo operationem dogmatizare praesumit, procul a Christianis finibus expellendus. Quis enim non uideat hoc quod super turbam misereor dominus, ne uel inedia uel uiae longioris labore deficiat, affectum esse, & compulsionē humanae fragilitatis: Quod uero de septem panibus & pisciculis paucis, quatuor hominum milia saturauit, diuinā opus esse uirtutis: Mystice autem hoc miraculo designatur, quod uiam se-

Ingemere.

Effeta.

Loqui recte.

Questio.

Cap. 32.

Eutychemis error.

Mystice.

Triduo dominum sustinere.

De longinquo ueniens.

culi praesentis aliter incolumes transire nequimus, nisi nos gratia redemptoris nostri alimentum uerbi sui reficiat. Hoc uero typice inter hanc refectioē, & illam quinq; panum ac duorum piscium distat, quod ibi litera ueteris instrumenti spiritali gratia plena esse signata est, hic autem noui ueritas ac gratia testamenti fidelibus ministranda monstrata est. Sane utraq; refectio in monte celebrata est, ut aliorum euangelistarum narratio de clarat: quia utriusq; scriptura testamenti recte intellecta altitudinem nobis caelestium & praeceptorum mandat & praemiorum: utraq; altitudinē Christi, qui est mons domus domini in uertice montium cōsona uoce praedicat. Qui enim aedificatam super se ciuitatem siue domum domini, id est ecclesiam in altum bonorum extollit operum, & cunctis manifestam gentibus exhibet, ipse hāc ab infimis delectationibus abstracta pane caeli reficit, atq; ad appetitum supernae firmitatis dato pignore cibi spiritalis accedit. Misereor, inquit, super turbam, quia ecce iam triduo sustinet me, nec habet quod manducet. Et si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in uia.] Quare triduo turba dominū sustinuerit, Matthaeus exponit plenius, qui ait: Et ascendens in montem sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbae multae habentes secū mutos, caecos, claudos, debiles, & alios multos, & proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos. Turba ergo triduo dominum propter sanationē in firmorum suorum sustinet, cum electi, quiq; fide sancte trinitatis lucidi domino pro suis suorumq; peccatis, animae uidelicet languoribus, perseveranti instantia supplicant. Item turba triduo dominum sustinet, quando multitudo fidelium peccata quae perpetravit per poenitentiam declinat, ad dominum se in opere, in locutione, atq; in cogitatione conuertit. Quos dimittere ieiunos in domum suam dominus non uult, ne deficient in uia: quia uidelicet conuersi peccatores in praesenti uitae uia deficiunt, si in sua cōscientia sine doctrinae sanctae pabulo dimittantur. Ne ergo lassentur in huius peregrinationis itinere, paciscendi sunt sacra admonitione. Valde autem pensanda est pia sententia quae processit ex ore ueritatis, qua dicitur: Quidam enim ex eis de longe uenerunt.] Est enim qui nihil fraudis & nihil carnalis corruptionis expertus ad omnipotentis dei seruitium festinauit. Ille de longinquo non uenit, quia per incorruptionem & innocētiam proximus fuit. Alius nulla impudicitia, nullis flagitijs inquinatus, solum autem coniugium expertus, ad ministerium spirituale cōuersus est. Neq; iste uenit de longinquo, quia usus coniunctione concessa per illicita non errauit. Alij uero post carnis flagitia, alij post falsa testimonia, alij post facta furta, alij post illatas iniurias & uiolētias, alij post perpetrata homicidia, ad poenitentiam redeunt, atq; ad omnipotentis dei seruitium conuertuntur. Hi uidelicet ad dominum

de longinquo ueniunt. Quanto etenim quisq; plus in prauo opere errauit, tanto ab omnipotente domino longius recessit. Dentur ergo alimenta eis etiā qui de longinquo ueniunt, quia conuersis peccatoribus doctrinae sanctae cibi praebendi sunt, ut in Deum uires reparēt, quas in flagitijs amiserunt. Item Iudaei quicunq; in Christo crediderūt, de prope ad illū uenerunt, quia legis & prophetarum erant literis edocti de illo. Credentes uero ex gentibus de longe uenientes uenerunt ad Christum, quia nullis paginarum sanctarum monumentis de eius erant fide praemoniti. Et interrogauit eos, Quot panes habetis? Qui dixerunt, Septem.] Bene septem panes in mysterio noui testamenti ponuntur, in quo septiformis gratia spiritus sancti plenius fidelibus cōstitis & credenda reuelatur, et credita datur. Neq; hordeacei fuisse produntur, sicut illi quinque, de quibus quinq; sunt hominū milia saturata, ne iterū sicut in lege uitale, animae alimentum corporalibus sacramentis obtegeretur. Hordei etenim medulla tenacissima palea tegitur. Et praecipit turbā discumbere super terram.] Supra in refectioe quinq; panum turba super foenum uide discumbere, nunc ubi septem panibus reficienda est, supra terram discumbere praecipitur, quia per scripturam legis carnis desideria calcare et comprimere iubemur. Omnis enim caro foenum, & omnis gloria eius tāquam flos foeni. In nouo autē testamēto ipsam quoq; terram ac facultates temporales derelinquere praecipimur. Vel certe quia mons in quo turba dominicis panibus reficiebatur, altitudinē (ut supra diximus) redemptoris nostri significat, ibi super foenum, hic super terram reficitur. Ibi enim celsitudo Christi propter carnales homines & Hierusalem terrenam, carnali spe & desiderio tegitur: hic autē remota omni cupiditate carnali cōuiuas noui testamēti spei permanentis firmamentū tanq; ipsius mōtis soliditas nullo foeno interposito, continebat. Et accipiens septem panes gratias agens fregit, & dabat discipulis suis ut apponerent, & apposuerunt turbae.] Dominus accipiens panes dabat discipulis ut ipsi acceptos turbae apponerent, quia spiritalis dona scientiae tribuens apostolis, per eorum ministerium uoluit ecclesiae suae, per orbem uitae cibaria distribuī. Quod autē fregit panes quos discipulis daret, apertionem designat sacramentorum, quibus ad perpetuā salutem nutriendus erat mundus. Cum enim ait ipse dominus, Et nemo nouit filium nisi pater, neq; patrem quis nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare: quid nisi panem uitae nobis per se aperiendum demonstrauit, ad cuius interiora cernenda per nos ipsos penetrare nequiuimus: Cui contra propheta miserabilem quorūdam famem deplorans aiebat. Paruuli petierūt panem, nec erat qui frangeret eis. Quod est alijs uerbis dicere: In docti quae serūt pabulum uerbi Dei, quo ad uirtutē bonae ope-

Panes septem.

Hordei natura.

Super terram discumbere.

Panum septem, et eorum distributionis ratio.

rationis cōualeſcerēt reficī, nec erat magiſtris deficientibus, qui eis ſcripturarum arcana patefaceret, eosq; ad uia ueritatis inſtitueret. Acceptis autem ad frangendū panibus dominus gratias agit, ut & ipſe quantum de ſalute generis humani cōgaudeat oſtendat, & nos ad agendas ſemper deo gratias inſormet, cum uel terreno pane carnem, uel animam cæleſti ſuper na gratia largiente reficimus. *Et habebant piſciculos paucos, & ipſos benedixit & uſſit apponi.* Si in panibus ſeptem ſcriptura noui teſtamenti deſignatur, in cuius lectione per gratiā ſancti ſpiritus internas mentis epulas inuenimus, quid in piſciculis quos bene dicens pariter dominus turbæ uſſit apponi, niſi ſanctos accipimus illius temporis, quo eadem eſt condita ſcriptura, uel quorū ipſa ſcriptura fidem, uitam, & paſſiones continet. Qui de turbulentis huius ſeculi fluctibus crepti ac diuina benedictione cōſecrati, refectionem nobis internam, ne in huius mundi tranſeuntis excurſu deficiamus, ex eplo ſuæ uel uitæ præbuere uel mortis. *Et manducauerunt et ſaturati ſunt.* Manducant de panibus domini ac piſcibus & ſaturantur, qui audientes uerba dei & exempla inuenientes, ad proſectum uitæ correctionis per hæc excitari atque aſſurgere feſtinant. Quibus apte congruit illud Pſalmiſtæ, Eſent pauperes & ſaturabuntur, & laudabunt dominū qui requirunt eum. Viuet cor eorum in ſeculum ſeculi. Quod eſt aperte dicere: audient humiles uerbu dei & facient, & ad laudem non ſuam, ſed ſupermi largitoris cuncta quæ bene gerunt referent. Vnde merito ad uitam interioris hominis æternam, utpote pane uitæ ſaturati peruenient. Cui contra tardis auditoribus per prophetam exprobratur, Manducabitis & non eſtis ſaturati. Manducant nanq; & non ſaturantur qui panem uerbi dei audiendo deguſtant, ſed non faciendū quæ audiūt, niſi ex his internæ dulcedinis quo cor ipſorum confirmetur in uentre memoriæ recipiunt. *Et ſuſtulerunt quod ſuperauerat de fragmentis ſeptem ſportas.* Quod turbis ſaturatis ſuperat, apoſtoli ſuſtollunt, & ſeptem ſportas implent, quia ſunt altiora perfectionis præcepta uel potius exhortamenta & conſilia, quæ generalis fidelium multitudo nequit ſeruando & implendo attingere. Quorum executio illos proprie reſpicit, qui maiore ſancti ſpiritus gratiā pleni generalem populi Dei conuerſionem mentis atq; operis ſublimitate tranſcendunt. Qualibus dicitur, Si uis perfectus eſſe, uade, uende omnia quæ habes, &c. Vnde bene ſportæ, quibus dominicorum ſunt condita fragmenta ciborum, propter ſeptiformem ſpiritus gratiā, ſeptem fuiſſe memorantur. Nam quia ſportæ iunco & palmarum folijs ſolēt contexti, merito in ſanctorum ſignificatione ponuntur. Iuncus quippe ſuper aquas naſci conſueuit, palma uero uictoricæ ornat manum. Et iunco uas ſis recte comparantur eleſti, cum radicem cor-

Piſciculoſum ratio.

Saturati.

Fragmenta

Sportarum ſeptem ratio.

dis ne forte ab amore æternitatis areſcat, in ipſo uitæ fonte collocant. Aſimulantur et eis que de palmarum ſunt folijs contexta, cum in deſectiuam æternæ retributionis memoriā purto in corde retinet. Et bene turba quāuis reliquias dominici prandij nō caperet, manducaſſe tamē & ſaturata eſſe narratur. Quia ſunt nonnulli qui etſi omnia ſua relinquere nequeunt, neq; exple re hoc quod de uirginibus dicitur, Qui poteſt capere capiat, cætera q; huiusmodi tamen eſurientes & ſitientes inſtitiam ſaturantur, cum audiendo mā data legis Dei, ad uitam perueniunt æternam. *Erant autem qui manducauerūt quaſi quatuor milia, & dimiſit eos.* Bene quatuor milia, ut ipſo etiam numero docerent euangelicis ſe paſtos eſſe cibarijs. *Et ſtatim aſcendens nauem cum diſcipulis ſuis uenit in partes Dalmanutha.* Pro hoc in Mattheo legimus, Et dimiſſa turba aſcēdit in nauiculam, & uenit in fines Magedan. Non autem dubitandum eſt eundē locum eſſe ſub utroq; nomine. Nam pleriq; codices non habēt etiam ſecundum Marcum niſi Magedan.

E Texierunt Phariſæi et coperunt conquirere cum eo, querentes ab illo ſignum de celo, tentantes eum. Sic ſignum querunt, quaſi quæ uiderant, ſigna non fuerint. Sed quid querant oſtenditur, cum dicitur, Querentes ab illo ſignum de celo. Vel in morē Helia ignem de ſublimi uenire cupiebant: uel in ſimilitudinē Samueſis, tempore eſti uo mugire tonitrua, conuſcare fulgura, imbres ruere quaſi non poſſint & illa calumniari, & dicere ex occultis et uarijs æris paſſionibus accidit ſe. At tu qui calumniaris ea que oculis uides, manu tenes, utilitate ſentis, quid facies de his quæ celo uenerint? Vtiq; respondebis, & magos in Ægypto multa ſigna de celo feciſſe. Vel certe ſignū de celo querunt, ut qui multa hominum milia ſecundo paucis de panibus ſatiauit, nunc in exemplū Moyſi manna cælitus miſſo & per omnia paſſim diſperſo, populū omnem multo tempore reficiat. Quod in euangelio Ioannis poſt edulium panum turbas ab eo queſiſſe legimus, dicentes: Quod ergo ut facis ſignum, ut uideamus & credamus tibi? Quid operaris? Patres noſtri manna manducauerunt in deſerto, ſicut ſcriptū eſt: Panem de celo dedit eis manducare. *Et ingemiſcens ſpiritu ait: Quid generatio iſta querit ſignum? Amen dico uobis ſi dabitur generationi iſti ſignum.* Qui ſupra turbam credentem cæleſti beneficio reſecturus gratias agebat, nunc ob ſtultam Phariſæorum non credentium & tentantium petitionem gemit & cōtriftatur, quia ueram hominis naturam, ueros humanæ naturæ circumferens affectus ſicut de hominū ſalute latatur, ita ſuper eorum dolet & ingemiſcit erroribus. Vnde & alibi, cum multi ad ſalutem apoſtoliſ prædicatibus eſſent perducti, ſcriptū eſt de illo: In ipſa hora exultauit in ſpiritu ſancto, & dixit, Conſiteor tibi pater domine cæli & terræ, quod abſcondiſti hæc à ſapientibus &

10

20

30

40

50

60

Cap. 33

Signum de celo.

Gemere et triſtari dominum.

prudētibus, & reuelati ea paruulis. Et cum Iuda facinus eſſet redarguiturus, turbatus eſt ſpiritu ut Ioānes ſcribit, & proteſtatus eſt, & dixit, Amen amen dico uobis, quia unus ex uobis tradet me. Quod autē ait, Si dabitur generationi iſti ſignum, ſignificat nō dabitur, iuxta illud in Pſalmo, Semel iurauit in ſancto meo, ſi Dauid mentiar, id eſt non Dauid mentiar. Deniq; ſanctus Auguſtinus de conſenſu Euangelistarum loquens ita in Marco ſcriptum eſſe teſtatur. Et ſignum non dabitur ei. Non ergo dabitur generationi iſti ſignum, id eſt tentantium dominum & reſultantium uerbis eius. Tale utiq; ſignum quale tentantes quærebant, hoc eſt de celo. Quibus tamen multa cæleſtia ſigna dabat in terra. Cæterum generationi quæretium dominum requirētium faciem dei Iacob, ſignum de celo oſtendebat quando cernentibus Apoſtoliſ aſcendit in cælum, quādo miſſo de ſuper ſpiritu primitiuam impleuit eccleſiam, quando ad impoſitionē manus Apoſtolorum in Samaria, Cæſarea, Epheso, alijsq; urbibus ac locis plurimis gratiam de celo ſpiritus ſancti credentibus miniſtrauit. *Et dimittens eos aſcendens nauim iterum abiit tranſretum.* Et obliſi ſunt ſumere panes, & niſi unum panem non habebant ſecum in nauī. Querat aliquis & dicat, quomodo panes non habebant qui ſtatim impletis ſeptem ſportis aſcenderunt nauiculam, & uenerunt in fines Magedan, ibiq; audiunt nauigantes quod cauere debeāt à fermento Phariſæorum & Saducæorum. Sed ſcriptura teſtatur quod obliſi ſint eos ſecū tollere. Quod autem nauigaturi trās fretum obliſi ſunt uiaticum ſumere ſecum, in dicitur eſt quāmodi cam carnis curam habent in reliquis, quibus ipſa reficiendū corporis neceſſitas, quæ naturaliter cunctis mortalibus in eſt, intentione dominici comitatus menti exceſſerat. Vno uero panis quem ſecum habebant in nauī, myſtice ipſum panem uitæ, dominū uidelicet ſaluatorem deſignat. Cuius amore quia ſemper intus reficiebantur in corde, minus de terreno pane quo corpus paſci ſolet, curabant. *Et præcipiebat eis dicens, Videte & cauete à fermento Phariſæorum, & fermento Herodis.* Fermentū phariſæorum eſt decreta legis diuinæ traditionibus hominū poſtponere, uel certe legem uerbis prædicare, factis impugnare. Fermentum eorum eſt dominum tentare, nec doctriſ eius aut operibus credere, ſed inſultando alia quibus credere debeant petere. Fermentum Herodis eſt adulteriū, homicidium, temeritas iurandi, ſimulatio religionis, & quod omnium caput eſt & origo ſclerum, odium ac perſecutio in Chriſtum & præcurſorem eius præconq; primū regni cæleſtis. A quo utroqueq; fermento etiam apoſtoliſ non prohibens ait, Itaq; epulemur non in fermento ueteri, neq; in fermento malitiæ, & nequitia, ſed azymis ſinceritatis & ueritatis. *Et cogitabant ad alterutrum dicentes quia panes non habemus. Quo cognito*

Si pronon.

Queſtio.

Fermentum Phariſæorum.

Herodis.

Jeſus ait illis, Quid cogitatis quia panes non habetis? Non dum cognoscitis neq; intelligitis? Adhuc cæcatū habetis cor ueſtrum? Oculos habentes non uidetis, & aures habentes non auditis, nec recordamini quando quinq; panes fregi in quinq; milia, & quot copiosos fragmentorū ſuſtulisti? *Et c.* Per occaſionē præcepti quo ſaluator iuſſerat dicens, Cauete à fermento Phariſæorum & fermento Herodis, docet eos quid ſignificēt quinque panes & ſeptem, ſiue piſciculi, aut quinque milia hominū & quatuor milia quæ paſta ſunt in eremo. Quod licet ſignorū magnitudo perſpicua ſit, tamen aliud ſpiritali intelligentia demonſtratur. Si enim fermentum Phariſæorum & Saducæorum, & fermentum Herodis non corporale panem, ſed traditiones peruerſas & hæretica ſignificat dogmata, quare & cibi quibus nutritus eſt populus dei, non ueram doctrinam integrāq; ſignificent? Iſtiſmodi fermentum quod omni ratione uitandum eſt, habuit Marcion & Valentinus, & omnes hæretici. Fermentum hanc uim habet, ut ſi farina mixtum fuerit, quod paruū uidebatur creſcat in maius, & ad ſaporem ſuum uniuerſam cōſperſionem trahat. Ita & doctrina hæretica, ſi uel modicam ſcintillā in tuum pectus iecerit, in breui ingens flamma ſuccreſcet, & totam hominis poſſeſſionem ad ſe trahet. Hoc eſt de quo & Apoſtoli� loquitur, Modicum fermentum totam maſſam corrumpit.

E T ueniunt Bethſaida, & adducunt ei cæcum, & rogabant eum ut illum tangeret. Cuncti qui à domino curantur languores, ſpiritaliū ſunt ſigna languorum, quibus anima per peccatum æternæ morti propinquat. Sicut enim in ſurdo & muto à domino ſanato ſanatio mentis inſinuat eorum, qui neq; audire uerbum dei neq; loqui nouerant, & mox in refectione turbæ eſurientes quæ dominum ſecuta fuerat, ſua uitas figuratur illa, qua diligentium ſe & querentium ſolet corda nutrire, ita in hoc cæco paulatim curato à domino, illuminatio deſignetur cordiū ſtultorum, ac longe à uia ueritatis aberrantium. Rogabant autem eum ut illum tangeret, ſcientes quia tactus domini ſicut leproſum munda re, ita etiam cæcum illuminare ualere. Tangimus autem dominum nos, cum ei fide integrā & ſincera adheremus. Quem proſecto tactum nobis eſſe ſaluberrimū exemplo mulieris, quæ ſimbriam eius felici audacia tetigit, edoſcimus. Tangit nos dominus cum mentem noſtram aſ flatu ſui ſpiritus illuſtrat, atq; ad agnitionē noſtæ propriæ infirmitatis ſtudiumq; bonæ actionis accendit. *Et apprehendens manū cæci, eduxit eum extra uicum.* Apprehendit manū cæci ut eum ad executionem bonæ operationis quam pro diutina cordis obſcuritate non nouerat, confortaret. Eduxit extra uicum, ut à uita uulgari ſegregatus uoluntatem ſui conditoris qua illumina ri mereret, liberius ſedulo corde ſcrutaretur. Quilquis enim lumen æternitatis uidere deſi-

10

20

30

40

50

60

Marcion Valentinus

Cap. 34.

Languorū curatio.

Tangere dominum

Tangi a domino.

derat, non exempla turbarum, sed ducatu necesse est semper sui redemptoris sequatur. Et ex puen in oculos eius, impositis manibus suis interrogauit eum si aliquid uideret. Et aspiciens ait, uideo homines uelut arbores ambulantes. Deinde iterum imposuit manus super oculos eius & cepit uidere: et restitutus est ita ut uideret clare omnia. Ideo secum hunc dominus paulatim & non statim repente curat, quem uno mox uerbo si uellet, poterat curare, ut magnitudinē humanæ cæcitas ostenderet, quæ quasi pedetentim & per quosdam profectuum gradus ad lucem diuinæ uisionis solet peruenire: seu ut suæ nobis gratiæ crebra daret indicia, per quam singula nostræ perfectionis incrementa, ut proficere aliquid possint nec deficiant, adiuuat. De sputo autem oris domini, quod gratiā spiritus eius designet, sæpe dictum est. De tactu manu eius, quod uirtutem adiutorij ipsius insinuant, nulli dubium est. Sputum quippe ab intus de capite Domini procedit: manus uero sunt membra corporis exterius posita. Expuens ergo in oculos cæci dominus, imponit manus suas ut uideat, quia cæcitatē generis humani & per inuisibilia diuinæ pietatis dona & per exhibita foris sacramēta assumptæ humanitatis absterlit. Primo autem is qui curabatur uidebat homines uelut arbores ambulantes, hoc est formam quidem corporum inter umbras aspiciens, sed nulla membrorum lineamēta uisū adhuc caligante discernere ualens quales condense arbores à longe spectantibus uel certe in luce nocturna solent apparere, ita ut non facile arbor an homo sit possit discerni. Quia primus nimirum cuius uirtutis introitus est, hominum uitam moresq; cæterorum inspicere, ut quicquid uspiam boni uiderit, imitetur, quicquid mali, caueat ac detestetur. Sed quisquis ita desipit, ac longi temporis obscuritate depressus est, ut inter bonum & malum, fidem & perfidiam, sincera pietatis opera & simulationem iustitiæ adhuc discernere nesciat, quasi ambulantes homines instar arborum cernit, quia facta multitudinis absque luce discretionis uidet. Et quid talibus superest, nisi ut diuina dignatio, quæ ei curam hominis considerandi tribuit, etiam donum conferat discernendi quæ maxime hominum uita sequenda, quorum sit audienda doctrina: Vnde apte dicitur, quia secunda impositione manuum suarum dominus ei lucem clare omnia uidendi restituerit. Clare nanque uidet omnia qui cæcus fuit, cum is qui illuminari intus meruit, manifeste didicerit quomodo credendum, qualiter uiuendum, quæ pro fide ueritatis atque operatione iustitiæ præmia sint in futuro speranda. Et misit illum in domum suam dicens, Vade in domum tuam: & si in uicum introieris nemini dixeris. Quod etiam in domum suam ire præcepit, mystice admonet omnes qui agnitione ueritatis illustrantur, ut ad cor suum redeant, & quantum sibi donatum sit sollicita mente per-

Curatio lenta.

Sputum.

pendant, collatisq; sibi beneficijs digna operum executione respondeat. Quod uero eum sicut & multos quos sanauit alios sanationem suam silentio tegere iubet, exemplum suis tribuit, ne de his quæ faciunt mirandis fauorem uulgi requirant, sed diuinis tantum aspectibus ubi & merces operum restat, sint placere contenti. **E**T egressus est Iesus & discipuli eius in castellum Cæsareæ Philippi. Philippus iste est frater Herodis, de quo supra diximus, Tetrarcha Iuræ & Trachonitidis regionis, qui in honorem Tiberij Cæsaris Cæsaream Philippi, quæ nunc Pannæas dicitur, appellauit: et est in prouincia Phœnicis, imitatus Herodem patrem, qui in honorem Augusti Cæsaris appellauit Cæsaream, quæ prius Turris Stratonis uocabatur, & ex nomine filiae eius Libyadem trans Iordanem extulxit. Iste locus est Cæsareæ Philippi, ubi Iordanis ad radices oritur Libani, & habet duos fontes, unum nomine Ior, & alterum Dan, qui simul mixti, Iordanis nomen efficiunt. Et interrogabat in uia discipulos suos dicens, Quem me dicunt esse homines? Qui responderunt illi dicentes, Alii Ioannem Baptistam, Alii Heliam, Alii uero quasi unum de prophetis. Pulchre dominus fidem discipulorum exploraturus primo hominum sententiam interrogat, ne uidelicet illorum confessio non ueritatis agnitione probata, sed uulgi uideatur opinione firmata, nec comperta credens, sed instar Herodis de auditis hæsitare putentur. Vnde & Petro se Christum confitenti secundum Matthæum dicit, Quia caro & sanguis non reuelauit tibi, hoc est doctrina humana fidei te ueritatē non docuit, Pulchre etiam qui diuersam de domino sententiam ferunt, hominum nomine notantur. Nam qui ueritatem potentiae eius fideliter accipiam, cognoscunt, nequaquam homines, sed dii appellari merentur. Quales fuisse Apostolos secunda sua interrogatio dominus ostendit. Nam sequitur, Tunc dicit illis, Vos uero quem me dicitis esse? Attende enim prudens lector, quod ex consequentibus textusque sermonis Apostoli nequaquam homines, sed dii appellantur. Cum enim dixisset, Quem me esse dicunt homines: subiicit, Vos uero, quem me dicitis esse? Illis quia homines sunt humana opinantibus, uos qui dii estis quem me esse existimatis? Respondens Petrus ait, Tu es Christus. Licet cæteri apostoli sciant, Petrus tamen respondit præ cæteris. Complexus est itaq; omnia, qui & naturam & nomen expressit in quo summa uirtutum est. Etiam ne nos de generatione dei deserimus quæstiones: Cum Paulus indicauerit, nihil se scire nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum, Petrus nihil amplius quam Christum dei filium putauerit confitendum: nos & quando & quomodo natus sit, & quantus sit humanæ infirmitatis contemplatione rimamur. Finis ergo fidei meæ Christus est, finis fidei meæ dei filius est. Non licet mihi scire generationis seriem,

Dicere cur uetet.

Cap. 35.

Cæsareæ Philippi.

Libyas.

Iordanis fontes.

Apostoli dii.

Aliora ne que feris.

seriem, non liceat tamen nescire generationis serie. Et comminatus est eis ne cui dicerent de illo. Et cepit docere illos quoniam oportet filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus, & à summis sacerdotibus, & cætera. Idcirco se ante passionem & resurrectionem noluit prædicari, ut completo postea sanguinis sacramento, opportunius Apostolis diceret, Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Quia non prodesset eum publicæ prædicari, & eius uulgi in populis maiestatem, quem post paululum flagellatum uisuri sint & crucifixum multa pati à senioribus & scribis, & principibus sacerdotum. Et notandū quod eum qui multa pati & occidi & resurgere debeat, filium hominis appellat, quia passio in carne Christo, diuinitas impassibilis mansit. Et apprehendens eum Petrus, cepit increpare eum. Quomodo increpauerit eum, Matthæus exponit apertius dicens, Erassumens Petrus cepit increpare illum dicens, Absit à te domine, non erit tibi hoc. Sepe diximus nimij ardoris atque amoris quam maximi fuisse Petrum in Dominum Saluatorem, quia ergo post confessionem suam qua dixerat, Tu es Christus filius dei uiui, & præmium Saluatoris, quo audierat secundum Matthæum, Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cælis est, repente audita domino oportere eum ire in Hierosolymam, ibiq; multa pati à senioribus & scribis & principibus sacerdotum, & occidi, & tertia die resurgere, non uult destrui confessionem suam, nec putat fieri posse ut dei filius occidatur: apprehēditq; eum in affectum suum, uel separatim ducit, ne presentibus cæteris condiscipulis magistrum uideatur arguere. Et cepit increpare illum amantis esse eum, & optantis dicere, Absit à te domine, uel (ut melius habetur in Greco) Propitius esto tibi domine, non erit istud. hoc est, non potest fieri, nec recipiunt aures meæ, ut Dei filius occidendus sit. Qui conuersus & uidens discipulos suos, comminatus est Petro, dicens, Vade post me Satana. Satanas interpretatur aduersarius, sive contrarius. Quia contraria (inquit) loqueris uoluntati meæ, debes aduersarius appellari. Multi putant quod non Petrus correptus sit, sed aduersarius spiritus, qui hæc dicere Apostolo suggererat. Sed mihi error Apostolicus & de pietatis affectu ueniens, nunquam incentium uidebitur diaboli. Vade Satana, diabolo dicitur. Vade post me. Petrus audiat, Vade post me, hoc est sequere sententiam meam. Quoniam non sapis quæ Dei sunt, sed quæ hominum. Meæ uoluntatis est, & patris, cuius ueni facere uoluntatem ut pro hominum salute moriar. Tu tuam tantum considerans uoluntatem, non uis granum tritici in terram cadere, ut multos fructus afferat. **E**mult post me sequi, denegat seipsum, &c. Postquā

Mat. 16.

Satanas.

Cap. 36.

discipulis mysterium suæ passionis & resurrectionis ostendit, hortatur eos, unā cum turba ad sequendum suæ passionis exemplū. Et omnibus quidem propter se tribulationem perpessus, salutem in futuro promittit animarum, non tamen omnibus, uerum perfectioribus: quanta ipse passurus, aperuit. Vbi formam dicendi ministris uerbi præfixit, ut capacitatem considerantes auditorum, pro suo quenque modo instruere meminerint, neque infirmis auditoribus altiora quam capiunt arcana committant. Si quis uult (inquit) post me sequi, denegat seipsum. Tunc autē nosipos abnegamus, cum uitam uisum quod per ueritatē fuimus, & ad hoc nitimur, quo per nouitatem uocamur. Penes semus quo modo se Paulus abnegauerat, qui dicebat, Viuo autem iam non ego. Extinctus quippe fuerat saeuus ille persecutor, & uiuere coeperat prædicator pius. Si enim ipse esset, pius profecto non esset. Sed qui se uiuere denegat, dicat unde est quod sancta uerba per doctrinā ueritatis clamat. Protinus subdit, Viuit uero in me Christus. Ac si aperte dicat: Ego quidem à memetipso extinctus sum, quia carnaliter non uiuo: sed tamen essentialiter mortuus non sum, qui in Christo spiritualiter uiuo. Dicat ergo ueritas, dicat: Si quis uult post me sequi, denegat seipsum. Quia nisi quis à semetipso deficiat, ad eum qui super ipsum est non appropinquat. Nec ualet apprehendere quod ultra ipsum est, si nescierit mactare quod est. Sed iam qui se à uitijs abnegat, exquirendæ ei uirtutes sunt in quibus crescat. Nam cum dictum est: Si quis uult post me sequi, denegat seipsum, protinus adiungitur, Et tollat crucem suam, & sequatur me. Duobus etenim modis crux tollitur, cum aut per abstinentiam afficitur corpus, aut per compassionem proximā affligitur animus. Pensamus qualiter utroque modo Paulus crucem suam tulerat, qui dicebat, Castigo corpus meum & in seruitutem redigo, ne forte alijs prædicans ipse reprobus efficiat. Ecce in afflictione corporis audiuius crucem carnis: nunc in compassione proximī, audiamus crucem mentis. Ait, Quis in se martur, & ego non in firmor. Quis scādalizatur, & ego non uror. Perfectus quippe prædicator, ut exemplum daret abstinentiæ, crucem portabat in corpore. Et quia in se trahebat damna infirmitatis alienæ, crucem portabat in corde. Qui enim uoluerit animam suam saluam facere, perdet eam. Qui autē perdidit animā suam propter me, & euangelium saluam faciet. Sic dicit fidelis, Qui uoluerit animā suam saluam facere, perdet eam. Qui autem perdidit animā suam propter me & euangelium saluam faciet. Ac si agricola dicatur, Frumētum si seruas, perdis: si seminas, renouas. Quis enim nesciat, quod frumētū cum in semine mittitur, perit ab oculis, in terra deficit: Sed unde putre-

Prædicandi lex.


Abnegare se.

Crucem tollere.

scit in puluere, inde uirescit in renouatione. Quia uero sancta ecclesia aliud tempus habet perfectionis, atq; aliud pacis: redemptor noster ipsa eius tempora designauit in præceptis. Nam persecutionis tempore ponenda est anima. Pacis autē tempore, ea quæ amplius dominari possunt, frangenda sunt desideria terrena. Vnde & nunc dicitur, *Quid enim proderit homini, si lucretur mundum totum, & detrimentum faciat anime sue? Aut quid dabit homo commutationis pro anima sua?* Cum persecutio ab aduersarijs deest, ualde uigilantius cor custodiendum est. Nam pacis tempore quia licet uiuere, libet etiam ambire. Plenum autem & auaritiā uincimus, sed adhuc obstat quod uias rectitudinis minori tenemus custodia, perfectioni. Nam sæpe labentia cuncta despiciamus, sed tamen adhuc humanæ ueracundia usu præpedimur, ut rectitudinem quam seruamus in mente, nondum exprimere ualeamus in uoce. Et tantum dei faciem ad iustitiæ defensionem negligimus, quantum humanas facies contra iusticiam ueremur. Sed huic quoque uulneri congruum subiungitur medicamentum, cum dominus dicat, *Qui enim me confessus fuerit, & mea uerba in generatione ista adultera & peccatrice, & filius hominis confitebitur eum, cum uenerint in gloria patris sui cum angelis sanctis.* Sed ecce nunc apud se homines dicunt. Nos iam dominum & sermones eius non erubescimus: quia aperta eum uoce confitemur. Quibus ego respondeo, quod in hac plebe Christiana sunt nonnulli qui Christum ideo confitentur, quia cunctos Christianos esse conspiciunt. Non ergo a probatione fidei uox sufficit professionis: quam defendit a ueracundia professio generalitatis. Et tamen ubi se quisque interroget, ut in confessione Christi se ueraciter probet: si non iam nomen eius erubescit: si plene uirtutis humanum pudorem subdidit. Certe enim persecutionis tempore erubescere poterant fideles substantijs denudari, de dignitatibus deijci, uerberibus affligi. Pacis autem tempore, quia hæc a nostris persecutionibus defunt, est aliud ubi ostēdamur nobis, Veremur sæpe a proximis despici, dedignamur iniurias uerbi tolerare. Si contingat iurgium fortasse cum proximo, erubescimus priores satisfacere. Cor quippe carnale dum huius uitæ gloriā querit, humilitatem respuit.

LIBER TERTIVS.

CAPVT XI.



N dicebat illis, Amen dico uobis, quia sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortē, donec &c.] Regnū dei hoc loco, præfens ecclesia uocatur. Et quia nonnulli ex discipulis usque adeo in corpore uiuenti erant, ut ecclesiā dei constructā conspice-

rent, & contra mundi huius gloriā erectam, consolatoria promissione nunc dicitur. Sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem, donec uideant regnum dei ueniens in uirtute. Sed cum tanta dominus subeundæ mortis præcepta ederet, quid necessarium fuit ut ad hanc subito promissionem ueniret? Quod si subtiliter attendamus, quanta dispensatione pietatis agatur, agnosceamus. Discipulis enim rudibus etiam de præsentī uita aliquid promittendum fuit, ut possent robustius in futura solidari. Sic Israelitico populo ex Aegypti terra liberando repromissionis terra promittitur, ut dum uocandus esset ad dona cælestia, terrenis promissionibus suaderetur. Vnde recte quoque per Psalmistā dicitur: Dedit eis regiones gentium, & labores populorum possederunt, ut custodiant iustificationes eius, & legē eius requirāt. Sic ergo hoc loco rudibus discipulis ueritas loquens, uidentium regnum Dei promittit in terra, ut hoc ab eis fidelius in cælo præsumatur. Quod si regnum dei hac sententia futuram in cælis beatitudinem uelimus accipere, & hoc quidam de astantibus non post multos dies in monte uiderunt. Quod pia utique prouisione factum est, ut contemplatione semper manentis gaudij, tamen si raptim atque ad breue momentum delibata, fortius instantia sensu transeuntis aduersa tolerarent. Decentissimo sane uerbo sanctos mortem gustare testatur, a quibus nimirum mors corporis quasi libando gustatur, uita uero animæ ueraciter possidendo tenetur.

Et post dies sex, assumpsit Iesus Petrum & Iacobum & Ioannem, & duxit illos in montem excelsum seorsum solos, & transfiguratus est coram ipsis.] In euangelio Luca ita scriptū est: Factū est autē post hæc uerba fere dies octo, & assumpsit Petrū, & Iacobū & Ioannem, & ascendit montem ut oraret. Et cætera. Octaua autē die dominus promissionem futuræ beatitudinis gloriā discipulis manifestat, ut & ostensa cælestis uitæ dulcedine, cūctorum qui hæc audire possint corda refoueat, & octonario dierum numero, uerum tempore resurrectionis gaudium doceat esse uenturum. Nam & ipse octaua die, id est post sextam sabbati qua in sepulchro quieuit, a mortuis resurrexit, & nos post sex huius seculi ætates in quibus pro domino pati & labore gaudemus, ac septimam sabbati animarum, quæ interim in alia uita geritur, octaua profecto ætate resurgemus. Nam quod Mattheus dominum Marcusq; post sex transfiguratum dicit dies, nec temporis ordine nec ratione mysterij discrepant a Luca, qui octo dies dicit: quia illi medicos tantum ponit dies, unde & absolute post sex dies factum commemorant. Hic primum quo hæc dominus promisit, & ultimū quo sua promissa cōpleuit, adiungit. Ideoq; tēperantius fere dies octo

Tempus duplex.

Confiteri dominum.

Regnum Dei.

10

20

30

40

50

60

Aliter.

Cap. 37.

Octauæ mysteriū.

Concord. Euangel.

octo ponit. Et in ratione mystica illic post sex mundi ætates sanctis ab omni labore quiescendum: hic uero tempore octauo, designat esse resurgendum. Vnde pulchræ & sextus psalmus Pro octaua scribitur cui initium est, Domine in furore tuo arguas me, quia nimirum per sex ætates quibus operari licet, precibus est insistendum: ne in octauo retributionis tempore a iudice corripiamur irato. Quod & ipse dominus hoc loco uoluit nos ostenso suæ orationis exemplo docere, de quo secundum Lucam dicitur, quia ascendit in montem ut oraret. In montem nanque oraturus & transfiguratus sic ascendit, ut ostendat eos qui fructum resurrectionis expectant, qui regem in decore suo uidere desiderant, mente in excelsis habitare, & continuis precibus incubere debere. Tres solummodo secum discipulos ducit, uel quia multi sunt uocati, pauci uero electi, uel quod ij qui nunc fidem qua imbuti sunt sanctæ trinitatis incorrupta mente seruauerint, tunc æterna eius merentur uisione lætari. Et transfiguratus est (inquit) coram ipsis, & uestimenta eius facta sunt splendida candida nimis uelut nix. Transfiguratus saluator non substantiam ueræ carnis amisit, sed gloriā futuræ uel suæ uel nostræ resurrectionis ostendit. Qui qualis uel Apostolis apparuit, talis post iudicium cunctis apparebit electis. Nam in ipso tempore iudicandi & bonis simul & malis in forma serui uidebitur, ut uideat impij quem spreuerit, iudæi quæ negauerit, milites quem crucifixerit, Pilatus Herodesq; quem iudicauerit, queant agnoscere iudicem. uestimenta autem domini, recte sancti eius accipiuntur, teste Apostolo qui ait, Quicumq; ergo in Christo baptizati estis Christū induistis. Que uidelicet uestimenta domino in terris consistente despecta, aliorumq; similia uidebantur: sed ipso montem petente nouo candore resurgens, quia nunc quidem filij dei sumus, sed nondum apparuit quid erimus. Scimus autem quia cum apparuerit, similes ei erimus. Videbitur enim eum sicut est. Vnde bene de eisdem uestimentis subditur: Qualia fullo super terrā non potest cādida facere. Nam quia ille hoc loco intelligendus est fullo, quem poenitens Psalmista precat, Amplius laua me ab iniustitiā mea, & a delictio meo munda me. Non potest suis fidelibus in terra dare claritatem, quæ eos conseruata manet in cælis. Et apparuit illis Helias cum Moyse, & erant loquentes cum Iesu.] Moyse & Helias quorum unum mortuum, alterum in cælis raptum legimus, uisi in maiestate cum domino (ut Lucas scribit) futuram in illo omnium sanctorum gloriā significant. Qui uidelicet tempore iudicij, uel uiui in carne reperiendi, uel ab olim gustata morte, resuscitandi & pariter sunt regnaturi cum illo. Attestante etenim Apostolo, mortui qui in Christo sunt resurgent primi, deinde nos qui uiuimus, qui relinquit-

Psal. 6.

In monte orare.

Transfiguratio domini.

Iudicaturus domini figura.

Vestimenta domini.

Moyse & Helias.

mur, simul rapiemur cum illis obuia domino in aera, & sic semper cum domino erimus. Aliter, Moyse & Helias hoc est legislator & prophetarum eximius, apparent & loquuntur cum domino in carne ueniente, ut ostendat ipsum esse, quem cuncta legis & prophetarum oracula promiserunt. Apparent autē non in infimis, sed in monte cum illo: quia nimirum soli illi qui mente terrena desideria transcendunt, maiestatem sanctæ scripturæ quæ in domino est adimpleta, perspiciunt. Deniq; & filij Israel uiderunt Moysen: sed ad deum in montana subeuntem, sequi non merentur, ad se quoq; reuersum non sine uelamine cernunt. Heliam nouere, sed solus triumphū ascendentis cum filijs prophetarum contemplatur Heliseus. Quia multi psalmi scripturæ uerba legimus: sed quàm celsa in Christi mysterijs splendeat, per pauci perfectiores intelligunt. Et respondens Petrus ait: Rabbi, bonum est nos hic esse. Faciamus tria tabernacula, tibi unum, & Moyse unum, & Helie unū. Non enim sciebat quid diceret. Erant enim timore exterriti. Quæ uisio dei tatis inter angelorum choros adesse perpetuo: si tantum transfigurata Christi humanitas, duorumq; societas sanctorum ad punctum uisa delectet, ut eos ne discendant, etiam obsequio Petrus sistere uelit, qui & si prostupore humanæ fragilitatis nesciat quid dicat, insiti tamen sibi dat affectus iudicium. Nesciebat enim quid diceret, qui oblitus est regnum dei sanctis a domino, non alicubi terrarum sed in cælis esse promissum. Nec recordatus est se suosq; coapostolos mortali adhuc carne circūspectos, immortalis uitæ statū subire non posse, cui mente excellerat, quod in domo patris quæ in cælis est, domus manu facta necessario non sit. Sed & usq; nunc imperitiæ nota, quibusque legi & prophetis & euangelicis tria tabernacula facere cupit, cum hæc ab inuicē nullatenus ualeant separari unum habentia tabernaculum, hoc est ecclesiam Dei. Et facta est nubes obumbrans eos. Qui materiale tabernaculum quæsiuit, nubis accepit obumbraculum, ut dicitur in resurrectione non tegmine domorum, sed spiritus sancti gloria sanctos esse protegendos. De qua Psalmista: Filij autem hominum in protectione alarum tuarum sperabunt. Et in Apocalypsi sua Ioānes: Et templum, inquit, non uidi in ea, Dominus omnipotens templū illius est, & agnus. Et uenit uox de nube dicens, Hic est filius meus charissimus, audite illum.] Quia imprudenter interrogauerat, propterea responsonem domini non merentur: sed pater respondet pro filio, ut uerbum domini compleatur. Ego testimoniū non dico pro me, sed pater qui me misit, ipse pro me dicit testimoniū. Vox quoq; de cælo patris loquentis auditur, quæ testimoniū perhibeat de filio, & Petrum, errore sublato, doceat ueritatē: immo in Petro cetere ros apostolos. Hic est (inquit) filius meus charissimus

Beatitudo cælestis.

Tabernacula tria facere.

Templum.

Testimoniū patris.

10

20

30

40

50

60

Moyſi.

ſimus: huc figendum eſt tabernaculum, huc obtēperandū. Hic eſt filius, illi ſerui ſunt, Moyſes & Helias. Debent & ipſi uobiſcum in penetralibus cordis ſui domino tabernaculū præparare. Concordat ſane hic euangelij locus cū uerbis ipſius Moyſi, quibus incarnationi dominicæ teſtimonium ferens aiebat: Prophetā uobis ſuſcitabit dominus deus ueſter de fratribus ueſtris: tanquam meipſum audietis, iuxta omnia quæ locutus fuerit uobis. Erit autē: Omnis anima quæcūq; non audierit prophetam illū, exterminabitur de plebe. Quæ ergo Moyſes cum uenerit in carne audiendū ab omni anima quæ ſaluari uelit prædixit, hunc iam ueniētē in carne Deus pater audiendū diſcipulis oſtendit, & ſuum eſſe filium cæleſti uoce ſignauit. Et quaſi maſtius fidem aduētus eius illis inſinuās, Hic uir (inquit) hic eſt ille, quæ Moyſes iſte uobis ſæpius in mundo naſciturū promiſit. Huius uerbis iuxta præceptum ipſius Moyſi & uos auſcultate, & omnes ueri amatores auſcultare iubete. Et notandum quod ſicut domino in Iordane baptizato, ſic & in mōte clarificato totius ſanctæ Trinitatis myſterij declaratur. Quia nimirum gloriæ eius quam in baptiſmo credentes conſitemur, in reſurrectione uidētes collaudabimus. Nec fruſtra ſpiritus ſanctus hic in lucida nube, ut alius Euangelista commemorat, illic apparebat in columba. Quia qui nunc ſimplici corde fidem quam percepit, ſeruat, tunc luce apertæ uifionis quod crederat contemplantur: ipſaq; qua illuſtrabitur in perpetuum gratia protegetur. Et ſtatim circumſpicientes neminem uiderunt amplius, niſi Ieſum tantum ſecum. Vbi cœpit filius deſignari, mox ſerui diſceſſerunt, ne ad illos paterna uox emiſſa putaretur. Aliter, Cum fieret uox ſuper filium, inuentus eſt ipſe ſolus, quia cum maſtata uerit ſeipſum electis, erit deus omnia in omnibus: immo ipſe cum ſuis unus per omnia Chriſtus, id eſt caput cum corpore ſplendebit. Propter quam unitatem alibi dicebat: Et nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo, filius hominis qui eſt in cælo. Et deſcendentibus illis de monte, præcepit illis, ne cui quæ uidiſſent, narraret, niſi cum filius hominis à mortuis reſurrexerit. Futuri regni præmeditatio, & gloriæ triumphantis demōſtrata fuerat in monte. Non uult ergo hoc in populis prædicari, ne & incredibile eiſet pro rei magnitudine, & poſt tantā gloriā apud animos ſequens crux ſcandalum faceret. Et interrogabat eum dicentes, Quid ergo dicunt Phariſæi & Scribæ quia Heliam oportet uenire primum? Tradiſtio Phariſæorū eſt iuxta Malachiam prophetā, qui eſt nouiſſimus in duodecim, quod Helias ueniat ante aduentū Saluatoris, & reducat corporum ad filios, & filiorū ad patres, & reſtituat omnia in antiquum ſtatum. Aſt imant ergo diſcipuli transformationem gloriæ hanc eſſe, quam in monte uiderant, & dicunt: Si iam ueniſti in gloria,

quomodo præcurſor tuus non apparet? Maxime quia Heliam uiderant reſceſſiſſe. Quando autem adſcendunt ſcribæ, & dicunt, quia Helias oportet primum uenire: primum dicendo, oſtendunt quod niſi Helias uenerit, non ſit ſecū dus Saluatoris aduentus. Qui reſpondens ait illis: Helias cum uenerit, primo reſtituet omnia. Omnia reſtituet, utiq; illa quæ propheta præfaſtus oſtendit dicens, Ecce ego mittam uobis Heliam prophetā anteq; ueniat dies domini magnus & horribilis, & cōuertet cor patrū ad filios, & cor filiorū ad patres eorū. Reſtituet & hoc quod morti debet, ac diu uiuendo diſtulit. Quod etiam hic dominus conſequēter in timauit, cū protinus adiunxit: Et quomodo ſcriptum eſt in ſilium hominis ut multa patiat & contemnatur. Id eſt quomodo de Chriſti paſſione multifarie prophetæ multa ſcriperunt, ſic & Helias cum uenerit, multa paſſurus eſt: contemnendus ab impijs. Reſtituet ergo omnia, primo uidelicet cor da hominum illius aui, inſtituendo ad credendum Chriſto, ac reſiſtēdū perfidiæ Antichriſti. Deinde ipſe ſuam animam propter martyriū fidei Chriſti ponendo. De quo in Apocalypſi plenius myſtico ſermone narratur. Sed dico uobis, quia & Helias uenit, & fecerunt illi quæcūq; uoluerunt, ſicut ſcriptum eſt de eo. Ipſe qui uenturus eſt in ſecundo Saluatoris aduentu iuxta corporis fidem, nunc per Ioannē uenit in uirtute & ſpiritu. Feceruntq; ei quæcūq; uoluerunt, hoc eſt ſpreuerunt, & decollauerunt eum. T ueniens ad diſcipulos ſuos uidit turbā magnam circa eos, & ſcribas conquirentes cum illis. Et conſeſtim omnis populus uidens eum ſtupefactus eſt, & expauerunt. Et accurrentes ſaluabant eum. Notanda in omnibus locis diſtantia mentis ſcribarum & turbæ. Erat enim cum diſcipulis turbā, erant & ſcribæ: ſed adueniente Domino, mox omnis turbā ſtupefacta expauit, eumq; ſalutans accurrat. Scribæ nihil deuotionis, fidei, humilitatis, & reuerentiæ ei exhibuiſſe narratur. Quid autem cum diſcipulis domini turbæ ſiue ſcribæ conquirerent, euangelista non dicit. Poſt uero (ni fallor) apte intelligi de hoc quæſtionem fuiſſe motam, quare ipſi cum eſſent diſcipuli Saluatoris, ſaluare dæmoniācum, qui in medio erat poſitus, non poſſent. Quod ex ſequentibus Euangelij uerbis poſſe conſci, dum dicitur. Et interrogauit eos: Quid inter uos conquiritis? Et reſpondens unus de turbā dixit: Magiſter, attuli filium meum ad te, habentem ſpiritum mutum: qui ubicūq; eum apprehenderit, alidit eum, & ſpumat, & ſtridet dentibus, & aſceſcit. Et dixi diſcipulis tuis ut eiecerent illum, non potuerunt. Notandum autem, quod ſemper loca rebus congruunt. In monte dominus orat, transformatur, diſcipulis arcana ſuæ maiſtatis aperit. In inferiora deſcendens turbā occuſu excipitur, miſerorū ſletu pulſatur. Surſum diſcipulis myſteria regni reſerat, deorſum turbis peccata infidelitatis exprobrat.

Helie offi cium.

Cap. 38.

Scribarū duritia.

Loca rebus congruunt.

Surſum

Dæmoni acis quælis fuerit lunaticus.

Surſum patris uocem iſs qui ſequi ſe poterāt, pandit, deorſum ſpiritus malos ab his qui uexa bantur, expellit. Qui etiam nunc pro qualitate meritorum alijs aſcendere, alijs uero non deſiſtit deſcendere. Nam carnales adhuc & incipientes, quali ima petens confortat, docet, caſtigat. Perfectos autem quorū conuerſatio in cælis eſt, ſublimis extollendo glorificat, liberius de æternis inſtruit, & ſæpe quæ a turbis ne audiri quidem ualeant, docet. Dæmoniācum autem hunc, quem deſcendens de monte dominus ſanauit, Marcus quidem ſurdum mutūq; Matthæus uero lunaticum fuiſſe commemorat. Significat autem eos, de quibus ſcriptum eſt: Stultus ut luna mutatur. Qui nunquam in eodem ſtatu permanentes, nunc ad hæc, nunc ad illa uitia mutati, creſcunt atque decreſcunt. Qui muti ſunt, non conſitent fidem: ſurdi, nec ipſum aliquatenus ueritatis audiendo ſermonem. Spumant autem, quum ſtultitia tabeſcunt. Stultorum nanq; & languentium atque hebetum eſt ſpumas ſaluarum ex ore dimittere. Strident dentibus, cum iracundiæ furore flāmeſcunt. Aſceſcunt cum otio torpente languoſcunt, & nulla uirtutis induſtria cōfortati, eneruiter uiuunt. Quod autem ait, Et dixi diſcipulis tuis, ut eiecerent illum, & non potuerunt: ſatenter apoſtolos accuſat, cum impoſſibilitas curandi interdum non ad imbecillitatem curantium, ſed ad eorum qui curandi ſunt fidem referatur, dicente domino: Fiat tibi ſecundum fidem tuam. Qui reſpōdens eis dixit, O generatio incredula, quādiu apud uos ero, quādiu uos patiar? Nō quod tedio ſuperatus ſit, manſuetus ac mitis, qui non aperuit ſicut agnus coram tondente oſtū, nec in uerba furoris eripuit: ſed quo in ſimilitudinem medici ſi ægroto uideat contra ſua præcepta ſe gerere, dicat. Viſque quo accedam ad domum tuā: quouſq; artis meæ perdam induſtriam, me aliquid iubente & te aliud perpetrante? In tantum autem nō eſt iratus homini ſed uitio, & per unum hominem Iudæos arguit infidelitatis, ut ſtatim intulerit. Afferte illum ad me. Et attulerunt (inquit) eum. Et cum uidiſſet illū, ſtatim ſpiritus conturbauit eum, & elyſus in terram uolutabatur ſpumans. Allatum domino puerum ſpiritus conturbat & elidit, quia ſæpe dum conuerſi ad dominum poſt peccata conamur, maioribus nouiſq; antiqui hoſtis pulſamur in ſidijs. Quod ob id utiq; callidus facit aduerſarius, ut uel odiū uirtutis incutiat, uel expulſionis ſuæ uindictet iniuriā. Hinc eſt enim (ut de ſpecie tranſeamus ad genus) quod Eccleſiæ ſanctæ primordijs tot grauiffima inferebat certamina perſecutionum, quod ſuo regno dolebat ſubito animarum illata fuiſſe diſpendia. Et interrogauit patrem eius: Quantum temporis eſt, ex quo hoc ei accidit? At ille ait, Ab infantia. Et frequenter eum & in ignem & in aquas miſit, ut eum perderet. Erubescat Julianus, qui dicere audet omneſ homines abſ

Diaboli in latus aſtutus.

que ulla peccati cōtagione naſci in carne, tãq; innocentes per omnia, quā ſuit Adam quando creatus eſt. Quid enim habuit iſte puer ut ab infantia dæmonio uexaretur acerbiffimo, ſi non ullo originalis peccati uinculo tenebatur, quæ conſtat nullū adhuc propriū potuiſſe habere peccatū? Conſiteatur catholicus, quia nemo immunis à noxa primæ præuarcationis naſcitur, & in uocet gratiam dei, qua liberetur de corpore mortis per Ieſum Chriſtum dominum noſtrū. Intelligat ſcriba doctus in regno cælorū, in hoc dæmoniāco à domino curato, ſaluationem omnium fidelium eſſe deſignatam, qui originalis culpæ reatu aſtricti ueniunt in mundū, nec niſi unius redēptoris Ieſu Chriſti fide ſunt & gratia ſaluandi. Quod autē dictum eſt: Et frequenter eum & in ignem & in aquas miſit, maxima humanæ uecordiæ facinora deſignat. Ignis nãq; ardor ad feruorē iracundiæ referendus eſt. Aqua ad uoluptates carnis, quæ diſſoluere mentem per delicias ſolent. Vel certe in ignem fertur dæmoniācus, quo adulterantium corda ſuccenſa ſunt, & in aquas quæ ſolent extinguere charitatem. Sed ſi quid poteſt adiuua nos, miſertus noſtri, Ieſus autem ait illis: Si potes credere: omnia poſſibilia credenti. Aptum dñs reſpōſum reddit petenti. Ipſe enim ait: Si quid potes, adiuua nos. Et dominus: Si potes inquit credere, poſſum uos miſertus adiuuare, quia fides non fiſta omnia quæ ſalubriter petit, impetrare meretur. Cui cōtra leproſus qui fideliter clamabat: Domine, ſi uis, potes me mundare, congruum ſuæ fidei accepit reſponſum: Volo, mundare. Et continuo exclamans pater pueri cum lacrymis aiebat: Credo domine, adiuua incredulitatem meam. Nemo repente fit ſummus: ſed in bona conuerſatione à minimis quiſq; inchoat, ut ad magna perueniat. Alia nanq; ſunt uirtutis exordia, aliud profeſtus, aliud perfectio. Si enim & ipſa fides ad perfectionē ſuam non quibusdam gradibus duceretur: iſte interrogatus an crederet, non reſpōderet, Credo domine, adiuua incredulitatem meam. Si enim crederat, cur incredulitatē dicebat? Si uero incredulitatem habere ſe nouerat, quomodo crederat? Sed quia per occultam inſpirationē gratiæ meritorū ſuorum gradibus fides creſcit: uno eodemq; tempore is qui necdū perfecte crediderat, ſimul & crederat, & incredulus erat. Et cū uideret Ieſus concurrentem turbam, comminatus eſt ſpiritu immundo, dicens illi: Surde & mute ſpiritus, ego tibi præcipio exi ab eo, & amplius ne introeas in eum. Comminationo domini, diuini eſt uirtus imperij. Non autē puero qui uim patiebatur, ſed dæmoni qui inferebat cōminatus eſt. Quia qui peccatē emendare deſiderat, uitū utiq; increpando & execrando debet exterminare, ſed hominē amando reſouere. Bene autē dominus qui ſpiritu immundū pellit ab homine, ſimul ne amplius in eum in grediat imperat. Quia ille ueraciter à dæmoniāca

Originalis culpa in omnibus.

Ignis. Aqua.

Reſponſio domini ap ta.

Fidei incrementa.

Imperium domini.

Trinitatis declaratio.

Spiritus ſancti ap partitiones.

Solus cur reſtiterit Chriſtus.

Helie præ nentus.

niaca dominatione liberatur, qui ad peccata a quibus semel poenitendo mundatus est, uita male uiuendo reuertit. Et exclamans & multum discerpens eum, exiit ab eo. Exiurus ab homine spiritus immundus discerpit eum, ac ac furēti clamore terruit uidentes. Quia plerumque diabolus dum de corde expellitur, acriores in eo tērationes generat quam prius excitauerat, quando hoc quietus possidebat.

Et factus est sicut mortuus: ita ut multi dicerent, quia mortuus est. Iesus autem tenens manum eius eleuauit illum & surrexit. Quem hostis impius iam fugere compulsus strauit, ac mortuo similem reddidit, hūc pius Saluator miti suae dexterae tactus leuauit. Qui sicut uerum se esse deum potentia saluandi docuit, ita etiam ueram se habuisse carnis naturam more tactus humani declarauit. Negat namque Manichaeus infanus ueraciter eum carne indutum fuisse: sed ipse cum tot languentis suo tactu erexit, mundauit, illuminauit, haeresim illius & antequam nata esset damnauit.

Et cum introisset in domum discipuli eius secreto interrogabant eum. Quare nos non potuimus eijcere eum? Et dixit illis. Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio. Dum docet Apostolos quomodo demone quisquis debet expelli, omnes instituit ad uitam, ut scilicet nouerimus grauisima quaeque uel immundorum spirituum uel hominum tentamenta, ieiunijs & orationibus esse superada.

Iam quoque domini cum in ultionem nostrorum scelerum fuerit accensa, hoc remedio singulari posse placari, ieiunium autem generale est non solum ab aescis, sed & a cunctis illecebris abstinerere carnalibus, immo ab omnibus uitiorum continere passionibus. Sic & oratio generalis non in uerbis solum est, quibus diuinam clementiam inuocamus, uerum etiam in omnibus que in obsequium nostri conditoris fidei deuotione gerimus, teste Apostolo qui ait: Sēper gaudentes, sine intermissione orate. Quomodo enim quis omnibus horis atque momentis sine intermissione deū potest inuocare sermonibus? Sed tunc sine intermissione oramus: cum ea solum opera gerimus quae nos pietati nostri commendat auctoris. Quo nimirum ieiunio, & qua oratione, iuuante domino cunctas antiqui hostis debellabimus ac propulsabimus insidias.

CAPVT IX.

Et inde profecti praetergredebantur Galilaeam, nec uolebat quenquam scire. Docebat autem discipulos suos, & dicebat illis, Quoniam filius hominis tradetur in manus hominum & occidetur. Et occisus tertia die resurget. Semper prosperis miscet tristitia, ut cum repēte tenerint, non terreant Apostolos, sed a praemeditatis ferantur animis. Si enim contristat eos quod occidendus est, debet laetificare quod die tertio resurrexurus est. At illi ignorabant uerbum istud, & timebant interrogare eum. Haec ignoratio discipulorum, non tam de raritate ingenij eorum quam de amore nascitur Saluatoris, qui carnales adhuc, & mysterij crucis ignari, quem

deum uerum cognouerant, moriturum credere nequibant. Et quia per figuras eum saepe loquentem audire solebant, horrentes euentum mortis eius, etiam in eis quae de sua traditione & passione aperte loquebatur, figurate aliud significari uolebant. Et uenerunt Capharnaum.

Qui cum domi essent, interrogabat eos. Quid in uia tractabatis? At illi tacebant. Siquidem inter se in uia disputauerant: quis esset illorum maior. Inde orta uidetur disputatio discipulorum de primatu: qui a uiderant Petrum, Iacobum, & Ioannem seorsum ductos in montem, secretumque eis ibi aliquod esse creditum. Sed & Petro superius iuxta quod Matthaeus narrat, clauis regni caelorum promissas, ecclesiamque domini super petram fidei a qua ipse nomen acceperat, aedificandam esse. Querebantur ergo uel ipsos tres caeteris, uel omnibus Apostolis Petrum esse praelatū.

Et residens uocauit duodecim, & ait illis. Si quis uult primus esse inter uos, erit omnium nouissimus & omnium minister. Et accipiens puerum statuit eum in medio eorum. Quem cum complexus esset, ait illis. Quisquis unum ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit. Videns cogitationes discipulorum dominus, curat desiderium gloriae, humilitatis contentione sanare, primumque non esse quaerendum: & prius simplici humilitatis commonet imperio, & mox pueri innocentiae docet exemplo. Quod enim ait, Quisquis unum ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit: uel simpliciter pauperes Christi, ab his qui uelint esse maiores, procius ostendit honore recipiendos, uel certe malitia paruulos ipsos esse suadet, ut instar aetatis paruulae simplicitatem sine arrogatia, charitatem sine inuidia, deuotionem sine iracundia conferuent. Quod autem complectitur puerum, significat humiles suo dignos esse coplexu ac dilectione: tale seque cum impleuerint quod praecipit, Discite a me, quia mitis sum & humilis corde, iure posse gloriari ac dicere: Laeta est super capite meo, & dextera eius amplexabitur me. Bene autem cum dixisset, quisquis unum ex huiusmodi pueris receperit, addidit in nomine meo, ut uidelicet formam uirtutis, quam natura ducere obseruat, ipse si pro nomine Christi, iuuante rationis industria, sequantur. Sed quia se in pueris recipi docebat, uidelicet quasi caput in membris suis, ne putaretur hoc esse solum quod uidebatur, adiunxit, atque ait: Et quisquis me suscepit, non me suscipit, sed eum qui me misit. Tale se utique ac tantum credi uolens qualis & quantus est pater. Vnde deo enim, inquit, nihil distat inter me & eum, ut qui me receperit, recipiat & eum qui misit me. Respondit illi Ioannes dicens. Magister, uidimus quendam in nomine tuo eijcentem demonia, qui non sequitur nos, & prohibuimus eum. Ioannes praecipua deuotione dominum amans, ideoque redamari dignus, excludendum beneficio putauit eum qui non utatur officio: sed docetur

neminem a bono quod ex parte habet arcendum,

deum, sed ad hoc potius, quod nondum habet, esse prouocandum. Nam sequitur, Iesus autem ait, Nolite prohibere eum. Nemo est enim qui faciat uirtutem in nomine meo, & possit cito male loqui de me. Qui enim non est aduersum uos, pro uobis est. Hac doctus sententia dicit Apostolus, Sed si tunc occasione, siue ueritate Christus annuncietur, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Sed licet ille gaudeat, etiam de his qui Christum annunciant non syncere, & tales aliquando in nomine Christi signa facientes ob aliorum salutem censentur non esse prohibendi: non tamen ipsis per talia signa, secuta sua conscientia redditur, quin potius in illa die cum dixerint: Domine domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo daemonia eiecimus, & in tuo nomine uirtutes multas fecimus: Responsum accipient, Quia nunquam noui uos, Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Itaque in haeretis ac malis catholicis non sacramenta communia, in quibus nobiscum sumus, & aduersum nos non sunt, sed diuisiones pacis ueritati contrariam, qua aduersum nos sunt, & dominum non sequuntur nobiscum, detestari & prohibere debemus. Quisquis enim potum dederit uobis calicem aquae frigidae in nomine meo, quia Christi estis, Amen dico uobis non perdet mercedem suam. Legimus in propheta David. Ad excusandas excusationes in peccatis, quod multi peccatorum suorum quia si iustas praetendebant occasiones, ut quod uoluntate delinquant, uideantur necessitate peccare. Dominus scrutator cordis & renum, futuras cogitationes in singulis contuetur, dixerat, Quisquis unum paruulum receperit in nomine meo, me recipit. Poterat aliquis causari & dicere: paupertate prohibeor, tenuitas me retinet ut hospitalis esse non possim. Et hanc excusationem leuissimo praeepto diluit, ut calicem aquae, & hunc frigidae, iuxta Matthaeum, toto animo porrigamus. Frigidae inquit aquae non calidae, ne & in calida paupertatis & penuriae lignorum occasio quaereretur. Tale quid & apostolus ad Galatas praecipit, Communiceis is qui catechizatur ei qui se catechizat, in in omnibus bonis. Et discipulos ad magistrorum refrigeria cohortatur. Et quia poterat qui libet obtendere paupertatem, & praeeptum eludere, priusquam illud proponat, imminentem soluit quaestione dicens, Nolite errare, deus non iridetur. Quae enim seminauerit homo, haec & metet. Et quisquis scandalizauerit unum ex his pusillis credentibus in me, bonum est ei magis si circumdaretur mola asinaria collo eius, & in mare mitteretur. Quamquam haec generalis possit esse sententia aduersum omnes qui aliquem scandalizant, tamen iuxta consequentiam sermonis, etiam contra Apostolos dictum intelligi potest, qui inter se disputantes, quis esset illorum maior, uidebantur inuicem de dignitate contendere. Et si in hoc uitio permanissent, poterant eos

Contem-
ptionis A-
post. occa-
sio.

Paruuli
malitia.

quos ad fidem trocabant, per suum scandalum perdere, dum Apostolos uiderent inter se de honore pugnare. Quod autem dixit, Bonum est ei magis si circumdaretur mola asinaria collo eius, secundum ritum prouinciae loquitur, quo maiorum criminum est apud ueteres iude os poena fuerit, ut in profundum ligato saxo demergerentur. Et reuera melius est innoxium, poena quamuis atrocissima temporalis, tam en uitam finire corpoream, quam laedendo fratrem, mortem animae mereri perpetuam. Recte autem qui scandalizari potest, pusillus appellatur. Qui enim magnus est, quaecumque uiderit, quaecumque passus fuerit, non declinat a fide. Qui autem pusillus est animo & paruus, occasiones quaerit quomodo scandalizetur. Propterea denique oportet nos maxime ipsi consilium re qui parui sunt in fide, ne occasione nostri offendantur, & recedant a fide, ac decidant a salute. Notandum sane, quod in nostro bono opere, aliquando cauendum est scandalum proximi: aliquando uero pro nihilo contemnendum. In quantum enim sine peccato possumus uitare proximorum scandalum, debemus. Si autem de ueritate scandalum oritur, utilius permittitur scandalum nasci quam ueritas relinquatur. Item per molam asinariam, secularis uitae circuitus ac labor exprimitur, & per profundum maris, extrema damnatio designatur. Qui ergo ad sanctitatis speciem deductus, uel uerbo caeteros destruit, uel exemplo: melius profecto erat, ut hunc ad mortem sub exteriori habitu terrena acta constringerent, quam sacra officia in culpa caeteris imitabilem demonstrarent. Quia nimirum si solus caderet, utcumque hunc tolerantior inferni poena cruciaret. Et si scandalizauerit te manus tua absconde illam. Bonum est tibi debilem introire in uitam, quam duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem. Quia supra docuerat ne scandalizemus eos qui credunt in eum, nunc consequenter admonet quantum cauere debemus eos qui scandalizare nos, id est uerbo uel exemplo suo ad ruinam peccati propellere cequant. Manum quippe nostram appellat necessarium amicum, cuius opere atque auxilio cotidiano opus habemus. Sed talis si nos laedere in causa animae uoluerit, excludendus est a nostra societate, ne si cum perditio in hac uita partem habere uoluerimus, simul in futura cum illo periream. Quod autem subditur, Vbi uermis eorum non moritur, & ignis non exstinguetur. In uerme putredinem gehennae, sicut in igne ardorem designat, siue uermis dicit seram scelentum poenitudinem, quae nunquam in tormentis conscientiam afflictorum mordere cessabit: ut ignis sit poena extrinsecus saeuens, uermis dolor interius accufans. Et si pes tuus scandalizat te, amputa illum. Bonum est tibi claudum introire in uitam aeternam, quam duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis, &c. In pedes dicit & in manu charos, in emendabi-

Excusatio-
nes exclu-
dit domi-
nus.

Scandali
uatiō.

Excusatio-
nes exclu-
dit domi-
nus.

Excusatio-
nes exclu-
dit domi-
nus.

Excusatio-
nes exclu-
dit domi-
nus.

Excusatio-
nes exclu-
dit domi-
nus.

Excusatio-
nes exclu-
dit domi-
nus.

Excusatio-
nes exclu-
dit domi-
nus.

Nota.

Manus
quid.

Vermis.

Ignis.

Ies docet alienandos a nobis, ne per immunditiam eorum quos castigare nequimus, & ipsi polluti pereamus. Sed manus propter opus necessarium nobis, pes sunt dicti tales propter ministerium discursusque in nostris uisibus accommodos. *Quod si oculus tuus scandalizat te, eijce eum. Bonum est tibi luscum introire in regnum dei quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.* In oculo quoque propter scandalum eruendo, isdem nostri carnaliter amici, spiritaliter uero aduersarii designantur. Sed cum noseorum consulti ac pro uisione opus habemus, illi uero consilio nos prauo decipere, atque in iter erroris deflectere querunt, penitus nobis eorum omittenda est societas. Scandalum quippe sermo graecus est, quod nos offendiculum uel ruinam & impactum pedis dicere possumus. Quidam, scandalum Graece, Latine scrupulum dicunt. Ille ergo scandalizat fratrem, qui ei dicto facto uel minus recto occasione ruinam dederit. Potest & simpliciter dici. Si quis ita necessarius nobis esse uideatur, ut manus, pes, & oculus, uel uis uel uelidelicet atque sollicitus & acutus ad perspicendum, scandalum autem nobis facit, & per dissonantiam morum nos trahit in gehennam, ne sic quidem temporalibus eius commodis cum periculo animarum nostrarum uti ac refoveri debemus. Quia uero dominus tertio mentionem uermis & ignis fecit, restat dicere quomodo foetore uermis, & ignis, ualeamus euitare tormentum. Sequitur, *Omnis enim igne salietur, & omnis uictima sale salietur.* Foetor quippe uermium de corruptione solernasci carnis & sanguinis. Ideoque caro recens sale conditur, ut exiccato humore sanguineo uermescere nequeant. Caro ergo & sanguis uermes creant, quia delectatio carnalis, cui condimentum continentiae non resistit, poenam luxuriosis generat aeternam. Cuius foetore quisquis uitare desiderat, & corpus sale continentiae, & mentem studeat condimento sapientiae ab erroris & uisitorum labe constringere. Mire autem dictum est, *Omnis enim igne salietur.* Quod enim sale salitur, uermis putredinem ardet. Quod uero igne salitur, id est ignibus sale aspersis conditur, non solum omnem uermium contagionem longe abigit, sed ipsam quoque quae ita salitur, carnem consumit. Quod in hostijs quae in altari cremabantur, fieri solere diuinae legis scita declarant, ubi in omni uictima & sacrificio sal offerri praecipuum est. Sal ergo dulcedinem sapientiae, ignis spiritus sancti gratiam designat. Et omnis igne salitur, quia omnis electus, sapientia debet spiritali a corruptione concupiscentiae carnalis expurgari, ut uictima diuinis altaribus apta possit effici. Vnde bene, cum dixisset, *Omnis enim igne salietur, addidit, Et omnis uictima sale salietur.* Ille etenim ueraciter uictima domini existit qui suum corpus & animam a uitijs emundando per amorem sancti spiritus deo

consecrat. Nec solum uictima talis sale aspergitur, sed & igni consumitur, quando non peccati tantum contagio pellitur, sed ab electorum mente ipsa etiam uita praesentis quae in carne est delectatio, tollitur, & futurae magis conuerfatio in tenta mente suspiratur. An non hostia sacro igne salita erat qui dicebat, *Nostra autem conuerfatio in caelis est.* Vnde etiam Saluatorem expectamus dominum Iesum Christum qui reformabit corpus humilitatis nostrae configuratum corpori claritatis suae. Qui enim spe certissima futurae immortalitatis quasi iam reformatum in similitudinem dominicae resurrectionis, corpus suae fragilitatis intuebantur, quasi sacrata igne spiritali deo uictima etiam in praesenti uiuebant, iuxta illud eiusdem Apostoli, *Obscuro uos fratres per misericordiam dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, deo placentem.* Possumus & ita recte intelligere quod dictum est, *Omnis enim igne salietur, & omnis uictima sale salietur, quod altare sit dei cor electorum, hostie uero & sacrificia in hoc altari offerenda bona sint opera fidelium.* In omnibus autem sacrificijs sal debeat offerri, quia nullum est opus bonum quod non sal sapientiae ab omni corruptione uanę laudis, ceterisque prauis siue superfluis cogitationibus expurget. Nam cura continentiae a carnalibus castigat illecebris. Ignis autem qui sacrificia in altari consumit, ille est utique de quo Ioannes ait, *Ipse uos baptizabit in spiritu sancto & igni: per quem nostra bona opera, ut uel inchoari uel perfici ualeant, iuuantur, uel certe ignis tribulationis quo patientia fidelium ut perfectum opus habere possint exercetur.* Omnis ergo igne salietur, & uictima sale salietur: quia omnis fidelis qui aeterni uermem tormēti cauere uult igne uel gratiae spiritalis, uel incurrentium de foris tribulationum debet castigari, ut dignum deo sacrificium fieri possit. Respicit hic locus ad superiora, ubi membra scandalizantia euelluntur: quia & hoc igni saliri est, id est tentationibus exerceri, proximos nobis ad dilectos, ob Christi amorem negare. *Bonum est sal. Quod si sal in sulcum fuerit, in quo illud condietis.* Bonum est dei uerbum audire frequentius, sale sapientiae spiritalis cordis arcana condire, immo ipsum cum Apostolis sal terrae fieri, id est eorum quoque qui adhuc terrena sapiunt, imbuentis mentibus sufficere. At si quis semel condimento ueritatis relictus, ad apostasiam redierit, quo alio doctore corrigitur, qui eam quam ipse gustauit sapientiae dulcedinem, uel aduersus seculi perterritus, uel allectus prosperis respuit: Cui apte congruit illud uiri sapientis, *Quis medebitur in cataracta serpentem percussor?* Hac sane sententia specialiter Iudaei Scariothis socios ipsumque designari non immerito credetur, qui philargyria corruptus & gradum Apostolatus perdere, & dominum tradere non dubitauit. Verum

Scandalizans quid.

uiri.

Uictima homini.

Paulus.

Sal.

Ignis.

Sal fieri.

Iudaei.

uit. Verum quia sunt nonnulli, quos dum maior scientia erigit, a caeterorum societate disjungit, & quasi quo plus sapiunt, eo longius a concordia uirtute desipiscunt, recte subiungitur, *Habete in uobis sal, & pacem habete inter uos.* Per sal quippe uerbi sapientia designatur. Qui ergo loqui sapienter nititur, magnopere metuat ne eius eloquio auditum unitas confundatur. Sal quippe sine pace non uirtutis est donum, sed damnationis augmentum. Quo enim quisque melius sapit, eo deterius delinquit. Et in deo inexcusabiliter merebitur supplicium, qui prudenter, si uoluisset, potuit uitare peccatum.

CAPVT X.

Inde exurgens uenit in fines Iudaeae ultra Iordanem. Hucusque Marcus euangelista ea narrauit de domino quae in Galilaea fecit & docuit. Hic incipit ea narrare quae in Iudaea fecit & docuit, iue patius est. Et primo quidem trans Iordanem ad orientem, deinde etiam cis Iordanem, quando uenit Hiericho Bethaniam & Hierosolimam. Nam cum omnis Iudaeorum prouincia generaliter ad distinctionem aliarum gentium Iudaeae dicta sit, specialius tamen meridiana eius plaga appellatur Iudaea, ad distinctionem Samariae, Galilaeae, Decapolis, & caeterarum in eadem prouincia regionum. Et conueniunt iterum turbae ad eum, & sicut consueuerat iterum docebat illos. Et accedentes Pharisaei interrogabant eum si licet uiro uxorem dimittere tentantes eum. Et hic notanda mentium distantia in turbis & Pharisaeis. Haec conueniunt, ut doceantur, & suis auentur infirmi, sicut euangelista Matthaeus aperte commemorat. Illi accedunt, ut Saluatorem ac doctorem ueritatis tentanda decipiant. Neque hoc mirandum. Nam hoc deuotio pietatis, illos stimulus adduxit liuoris. Interrogant ergo, utrum liceat homini dimittere uxorem suam qualibet causa, ut quasi comuto eum teneat syllogismo, & quodcumque responderit captioni pateat. Si dixerit dimittere esse uxorem qualibet ex causa, & ducendas alias, pudicitiae praedicator sibi docere contraria uidebitur. Sin autem responderit non omnem ob causam debere dimittere, quasi sacrilegi reus tenebitur, & aduersus doctrinam Moyli ac per Moysen dei facere. Igitur dominus sic responsum temperat ut decipulam transeat, scripturam sanctam adducens in testimonium, & naturalem legem primamque dei sententiam secundo opponens, quae non uoluntate dei sed peccantium necessitate concessa est. *Quid inquit uobis praecipit Moyses? Qui dixerit. Moyses permisit libellum repudij scribere & dimittere. Quibus respondens Iesus ait: Ad duritiam cordis uestri scripsit uobis, &c.* Quod dicit istiusmodi est. Nunquid potest Deus sibi esse contrarius, ut aliud ante iusserit, & sententiam suam nouo frangat imperio? Non ita sentendum est. Sed Moyses cum uideret propter desiderium secunda-

Sal.

Cap. 40.

Iudae.

Cornutus syllogis.

30

60

rum coniugum, quae uel ditiores uel iuniores uel pulchriores essent, primas uxores interfici, aut malam uitam ducere, maluit indulgere discordiam, quam odia, & homicidia persequere ac perpetrari. Simulque considera quod non dixit, propter duritiam cordis uestri permisit uobis deus, sed Moyses: ut iuxta apostolum, *conuersum sit hominis, non imperium dei.* Ab initio autem creaturae masculum & feminam fecit eos deus. Hoc in exordio Geneleos scriptum est. Dicendo autem masculum & feminam, ostendit secundam uitanda coniugia. Non enim ait masculum & feminas, quod ex priore repudio quarebatur, sed masculum & feminam, ut unius coniugis consortio ne ceterentur. Propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem, & adheret uxori suae. Similiter ait, *Adheret ad uxorem suam, non ad uxores.* Et erunt duo in carne una. Itaque iam non sunt duo, sed una caro. Praemium est nuptiarum e duabus unam carnem fieri. Castitas iuncta spiritui unus efficitur spiritus. *Quod ergo deus coniunxit, homo non separet.* Quae deus coniunxit, unam faciendo carnem uiri & feminae, haec homo non potest separare, nisi forsitan solus deus. Homo separat, quando propter desiderium secundae uxoris primam dimittit. Deus separat qui & coniunxerat, quando ex consensu propter seruitutem dei, eo quod tempus in arcto sit, sic habemus uxores quasi non habentes. Et in domo iterum discipuli eius de eodem interrogauerunt eum. *Et dixit illis, Quicumque dimiserit uxorem suam & aliam duxerit, adulterium committit super eam. Et si uxor dimiserit uirum suum & aliam nupserit, mactatur.* In Matheo scriptum plenius est. *Quicumque dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mactatur.* Vna ergo solummodo causa est carnalis, fornicatio una spiritalis, timor dei, ut uxor dimittatur, sicut multi religionis causa fecisse leguntur. Nulla autem causa est, dei lege per scripta, ut uiuente ea quae relicta est, alia ducatur. *Et offerebant illi paruulos ut tangere illos.* Discipuli autem comminabantur offerentibus. Non quod nollet eis saluatoris & uoce & manu benedici, sed quod necdum habentes plenissimam fidem, putarent eum in similitudinem hominum, offerentium importunitate lassari. *Quos cum uideret Iesus, indigne tulit, & ait illis: Sinite paruulos uenire ad me & ne prohibueritis eos. talium est enim regnum dei.* Si significanter dixit talium est, non istorum, ut ostenderet non aetatem regnare sed mores: & his qui simile haberent innocentiam & simplicitatem, premium repromitti. Apostolo quoque in eandem sententiam congruente, *Frates nolite fieri pueri sensibus, sed malitia paruuli estote, sensu autem ut perfecti sitis.* Amen dico uobis, quisquis non receperit regnum dei uelut paruulus, non intrabit in illud. Sicut puer non perseverat in iracundia, non Iesus meminit, non uidens pulchram mulierem delectatur, non aliud cogitat, aliud loquitur: sic & uos nisi talem habueritis inno-

Vxoris dimittende causa.

Puerimores.

centiam & animi puritatem, regnum celorum non poteritis intrare. Aliter regnum dei, id est doctrinam euangelij sicut paruuli accipere iubemur, quia quomodo paruulus in discendo non contradicit doctoribus, neque rationes & uerba componit aduersum eos resistens, sed fideliter suscipit quod docetur, & cum metu obtemperat & quiescit: ita & nos in obediendo simpliciter & lineulla retractatione uerbis domini facere debemus. *Et complexans eos & imponens manus super illos benedicebat eos.*] Complexus benedixit paruulos, ut humiles spiritu sua benedictione, gratia, & dilectione dignos esse significet. *Et cum egressus esset in uiam, procurrans quidam genu flexo ante eum rogabat eum dicens &c.*] Audierat credo iste quaesitor uitae aeternae a domino, tantum eos qui paruulorum uelint esse similes, dignos esse introitu regni caelestis, atque ideo curam gerens tractatus certioris possit sibi non per parabolas, sed aperte quibus operum meritis uitam aeternam consequi possit, exponi. *Iesus autem dixit ei. Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi unus deus.*] Quia magistrum uocauerat bonum, & non deum uel dei filium confessus fuerat. dicitur quamuis sanctum hominem comparatione dei non esse bonum. de quo dicitur, Confitemini domino quoniam bonus. Vnus autem deus bonus, non pater solus intelligendus est, sed & filius qui dicit, Ego sum pastor bonus, sed & spiritus sanctus: quia pater de caelo dabit spiritum bonum petentibus se, id est ipsa uina & indiuidua trinitas pater, & filius, & spiritus sanctus, solus & unus deus, bonus est. Non ergo dominus se bonum negat, sed esse deum significat: non magistrum bonum se esse negat, sed magistrum absque deo nullum bonum esse testatur. *Praecepta nostrae: Ne adulteres, &c.*] Haec est puerilis innocentiae castitas, quae nobis imitanda proponitur, si regnum dei uolumus intrare. Notandum sane, quod iustitia legis suo tempore custodita, non solum bona terra, uerum etiam suis cultoribus uitam conferebat aeternam. *Et ille respondens ait: Magister haec omnia obseruaui a iuuentute &c.*] Non est putandus homo iste uel uoto tantis (ut quidam putauerunt) dominum interrogasse, uel de sua esse uita mentitus, cum se legis mandata custodisse dicebat, sed simpliciter ut uixerit esse confessus. Quia si mendacii aut simulationis noxa reus teneretur, nequaquam intueretur arcana cordis eius, cum diligere diceretur Iesus. Diligit enim dominus eos qui mandata legis quamuis in lege minus fuerat, sed nihilominus quod in lege minus fuerat, si per se esse desiderant, ostendit, quia non uenit solvere legem aut prophetas, sed adimplere. Ad quam profecto adimplerem pertinet quod hic consequenter adiungatur. *Vade, quaecumque habes uende, &c.*] Quicumque perfectus esse uoluerit, debet uendere quae habet, & non ex parte uendere sicut Ananias fecit & Saphyra, sed

Bonus.

Lex custodita.

Vendenda omnia.

totum uendere, & cum uendiderit dare omnem pauperibus, & sic sibi preparare thesaurum in regno caelorum. Nec hoc ad perfectionem sufficit, nisi post contemptas diuitias saluatorem sequatur, id est relictis malis faciat bona. Facilius enim sacculus contemnitur quam uoluntas. Multi diuitias relinquentes, dominum non sequuntur. Sequitur autem dominum, qui imitator eius est, & per uestigia illius graditur. Qui enim dicit se in Christo credere, debet quomodo ille ambulauit & ipse ambulare. *Qui contristatus in uerbo abiit mœrens. Erat enim habens possessiones multas.*] Haec est tristitia, quae ducit ad mortem, causaque tristitiae redditur, quod habuerit possessiones multas, id est spinas nascentes & tribulos, quae sementem dominicam suffocauerunt. *Et circumspiciens Iesus ait discipulis suis, Quia difficile est uobis uita gaudia quærere contemnunt: sed inter pecunias habere, & pecunias amare, multa distantia est. Multi enim habentes non amant, multi non habentes amant. Item alij & habent & amant. Alij nec habere nec amare se diuitias secilia gaudent, quorum tutior status est, secilia dicere cum Apostolo ualent, Nobis mundus crucifixus est, & nos mundo. Vnde & Salomon non ait, qui habet, sed qui amat diuitias, fructus non capiet ex eis. Et ipse dominus obstupescens in uerbis huius sententiae, discipulis exponendo subiunxit dicens, *Filioli, quam difficile est confidentes in pecunijs, in regnum Dei introire.*] Vbi notandum quod non ait quam impossibile, sed quam difficile est. Quod enim impossibile est, fieri omnino non potest. Quod difficile, cum labore potest. Potest etenim fieri, sed cum maximo labore, iuuante dei gratia, ut pecunias habentes, uel in pecunijs confidentes, exutis phylargyriae retinaculis, tanquam introitu regni caelestis. *Facilius est camelum per foramen acus.*] Si taci lius est camelum in gubibus membrum enormem, angustum foramen acus penetrare, quam diuitem intrare in regnum Dei, nullus ergo diues intrabit in regnum dei. Et quomodo uel in euangelio Mattheus, Zachaeus, & Ioseph, uel in ueteri testamento quam plurimi diuites intrauerunt in regnum dei? Nisi forte quia diuitias uel pro nihilo habere, uel ex toto corde relinquere, domino inspirante didicerunt. *Nam quid enim Dauid in regni diuitijs confidebat? qui & de semetipso canit, Quoniam unicus & pauper sum ego, & alios hortatur, Diuitias si affluant nolite cor apponere. Credo non ausus dicere, nolite suscipere. Nunquid Abraham domino substantiam pretulisse credibile est, pro quo unicum ferre non dubitauit heredem? Altiore autem sensu facilius est Christum pati pro dilectoribus seculi, quam dilectores seculi ad Christum posse conuerti. Camelus enim nomine se intelligi uoluit, qui sponte humilitatis infirmitatis nostrae onera sustulit. In quo enim**

Sequi dominum.

Habere & amare pecuniam.

Camelum foramen intrare acus.

Camelus Christus.

enim manifestius intelligitur quam in ipso, quod scriptum est, Quanto magnus es humilia te in omnibus? Per acum autem perfectiones significat, per punctiones dolores in passione susceptos. Foramen ergo acus dicit angustias passionis. Quia scissa nostrae quasi uestimenta naturae quodam modo refarcire, id est recuperare dignatus est: quatenus post lapsum melius reformati, gaudeamus ad testimonium apostoli dicentis, Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. *Qui magis admirabantur dicentes ad semetipsos, Et quis potest saluus fieri?*] Quo pertinet ista responsio cum incomparabiliter maior sit turba pauperum quam diuitibus perditis potuerit saluari, nisi quia intellexerunt cunctos qui diuitias amant, etiam si adipisci nequeant, in diuitum numero deputari? *Et intuentis illos Iesus ait, Apud homines impossibile est, sed non apud deum.*] Omnia enim possibilia sunt apud deum. Non ita accipiedum est quod cupidi & superbi, qui nomine illius diuitis significati sunt, in regnum caelorum sint intraturi cum suis cupiditatibus & superbia: sed possibile est deo, ut per uerbum eius, sicut etiam factum esse & quotidie fieri uidemus, a cupiditate temporalium ad charitatem aeternorum, & a perniciosa superbia ad humilitatem saluberrimam conuertantur. *Coepit Petrus ei dicere, Ecce nos dimisimus omnia & secuti sumus te.*] Grandis fiducia, Petrus piscator erat, diues non fuerat, cibos manu & arte quarebat, & tamen loquitur confidenter, Dimisimus omnia. Et quia non sufficit tantum dimittere, iungit quod perfectum est, *Et secuti sumus te. Fecimus quod iussisti, quid ergo nobis dabis praemij?* Respondens Iesus ait, *Amē dico uobis: nemo est qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me, & propter euangelium, qui non accipiat centies tantum nunc in tempore hoc, domos, & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros, cum persecutionibus, & in saeculo futuro uitam aeternam.*] Quidam ex occasione huiusmodi sententiae iudaicam mille annorum fabulam post resurrectionem iustorum dogmatizant, quando omnia quae propter Deum dimisimus, multiplici nobis sint faenore reddenda, in super & uita aeterna donanda. Nec uident inepti quod & si in ceteris digna sit repromissio, in uxoriibus tamen iuxta alios euangelistas centenis appareat turpitudine, praesertim cum dominus & in resurrectione nubendum non esse testetur. & ea quae dimissa fuerint propter se, recipienda in hoc tempore cum persecutionibus asseueret. Quas utique persecutiones illi Chilastae sicut & cetera quoque contraria, mille annis suis omnimodis abesse confirmant. Sensus ergo iste est, Qui propter euangelium Christi carnalia reliquerit, spiritalia bona recipiet: quae comparatione & merito sui ita erunt, quasi paruo numero centenarius numerus comparatur. Quia nimirum a fratribus atque consortibus propositum

Acus.

Diuites opinione Apostolorum.

Omnia possibilia.

Recipere centuplum.

Chilastae

sui, qui ei spiritali glutino colligantur, multo gratiore etiam in hac uita recipiet charitatem. *Lege Actus apostolorum, quod multitudinis credentium erat cor unum & anima una, & erant illis omnia communia, nullusque egens erat inter eos, qui sua pro domino reliquerant. De quibus & Apostolus ait, Tanquam nihil habentes & omnia possidentes. Potest sane hoc quod ait, Accipiet centies tantum nunc in tempore hoc, domos, & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros cum persecutionibus, per significationem alius intelligi. Centenarius quippe numerus de laeua translatus in dexteram, licet eandem in flexu digitorum uideatur tenere figuram quam habuerat denarius in laeua, nimirum tamen quantitatatis magnitudine supercrefcit. Quia uidelicet omnes qui propter regnum dei temporalia spernunt, etiam in hac uita persecutionibus plenissima eiusdem regni gaudium fide certa degustant, atque in expectatione patrie caelestis (quae iure in dextera significatur) omnium pariter electorum syncerissimam dilectione fruuntur. Verum quia multi uirtutum studia non eadem qua incipiunt intentione pietatis consummant, sed uel accepro uirtutum amore tepescunt, uel ex integro ad scelerum uolubra relabuntur, terribilis mox sententia subinfertur, *Multi autem erunt primi nouissimi, & nouissimi primi.*] Vide enim Iudam de apostolo in apostata uersum, & dicit quod multi erunt primi nouissimi: uide Ieronimum in cruce factum confessorum, eodemque die quo pro suis crucifixus est peccatis, gratia fidei cum Christo in paradiso gaudentem, & dicit quod & nouissimi erunt primi. Sed & quotidie uidemus multos in laico habitu constitutos magnis uitae meritis excellere, & alios a prima etate spiritali studio feruentem, ad extremum otio torpente facere, atque inerti stultitia, quod spiritu ceperat, carnis consummare. *Erant autem in uia ascendentes Hierosolymam, & praecedebat illos Iesus, & stupebant, & sequentes timebant.*] Ideo Hierosolymam tendentes discipuli cum domino, stupebant & timebant, quia meminerat sermonis eius quo se passurum multa a summis sacerdotibus & scribis & occidendum praedixerat esse, metuentes ne uel ipsi cum eo occiderentur, uel saltem ille cuius uita & magisterio gaudebant, inimicorum manibus occumberet. *Et assumens iterum duodecim coepit illis dicere quae essent ei uentura. Quia ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & scribis, & damnabit eum morte, & tradent eum gentibus, & illudent ei, & conspuent eum, & flagellabunt eum, & interficient eum, & tertia die resurget.*] Redemptor noster prauidens ex passione sua discipulorum animos perturbandos, eis longe ante & eiusdem passionis poenam, & resurrectionis suae gloriam praedicit, ut cum morientem, (sicut praedictum esset) cernerent, etiam resurrectionem non dubitarent. *Videte ganorum quomodo**

10

20

30

40

50

60

que dementiam qua eius crucem deridere solent, apertissime cofutat, cum proxima sue passionis & tempus quasi futurorum praescius ostendit, & locum mortis quasi intrepidus adijt. Et accedunt eum Iacobus & Ioannes filij Zebedaei dicentes, Magister uolumus ut quodecumq; petierimus, facias nobis. At ille dixit eis, Quid uultis ut faciam uobis? Et dixerunt, Da nobis ut unus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram tuam sedeamus in gloria tua. Matthaeus scribit haec matrem filiorum Zebedaei dominum postulasse pro illis. Sed Marcus ipforum desiderium atq; consilium uolens aperire legentibus tacet de interueniente matre, ipsos potius dicit postulare, quod ipforum rogatu per matrem nouerat esse postulatum. Deniq; dominus secundum utrumque euangelistam, non matri, sed ipsis respondit. Nescitis quid petatis. Potestis libere calicem quem ego bibo, aut baptismum quo ego baptizor baptizari? At illi dixerunt ei possumus. Nesciunt quid petant, qui se dem gloria a domino quam nondum merebatur inquirunt. Iam enim delectabat, eos culmen honoris, sed prius uiam habebant exerce laboris. Desiderabant regnare sublimiter cum Christo, sed prius erat pati humiliter pro Christo. Nominem enim calicis siue baptismi, passionem designat martyrij, qua & ipsum, & illos decebat consummari. Vnde & alibi de sua passione loquitur. Baptismo autem habeo baptizari, & quomodo coarctor usq; dum perficiatur? Et eidem passioni approprians, orabat dicens, Pater si uis transfer calicem istum a me. Iesus autem ait eis, Calicem quidem quem ego bibo, bibetis; & baptismum quo ego baptizor, baptizabimini. Quaritur, quomodo calicem martyrij Zebedaei filij, Iacobus uidelicet & Ioannes biberint, aut quomodo baptismum domini fuerint baptizati, cum scriptura narret, Iacobum tantum Apostolum ab Herode capite truncatum: Ioannes autem propria morte uitam finierit. Sed si legamus ecclesiasticas Historias, in quibus fertur quia & ipse propter martyrium sit missus in feruentis olei dolium, & inde ad suscipiendam coronam Christi athleta processerit, statimq; exilio relegatus in Pathmos in suam sit, uidebimus martyrio animum non defuisse, & bibisse Ioannem calicem confessionis, quem & trespueri in camino ignis biberunt, licet persecutor non fuderit sanguinem. Quod autem subiungit, Sedere autem ad dexteram meam uel ad sinistram, non est meum dare uobis sed quibus paratum est. Sic intelligendum est, Regnum caelorum non est dantis, sed accipientis. Non est enim personarum acceptio apud deum, sed quicumq; talem se praebuerit ut regno caelorum dignus sit, hic accipiet quod non personae sed uite paratum est. Si itaq; tales estis qui consequamini regnum caelorum, quod pater meus triumphantibus & uictoribus praeparauit, uos quoque accipietis illud. Item, non est meum dare uobis, sed quibus paratum est. Non est meum dare superbis, hoc enim adhuc

erant. Sed si uultis accipere illud, nolite esse quod estis. Alijs paratum est, & uos alij estote, & uobis paratum est. Quid est, alij estote? Prius humiliamini qui iam uultis exaltari. Et audientes decem ceperunt indignari de Iacobo & Ioanne. Decem Apostoli non indignantur matri filiorum Zebedaei, nec ad mulierem audaciam referunt postulationis, sed ad filios, qui ignorantes mensuram suam immodica cupiditate exarserunt. Quibus & dominus dixerat, Nescitis quid petatis. Iesus autem uocans eos ait illis, Scitis quia hi qui uidentur principari gentibus, dominantur eis, & principes eorum potestatem habent ipsorum. Non ita autem in uobis, & caetera. Humilis magister & mitis nec cupiditatis immodicae duos arguit postulantes, nec decem reliquos indignationis increpat & liuoris, sed tale ponit exemplum, quo doceat eum maiore esse qui minor fuerit, & illum dominum fieri qui omnium seruus sit. Frustra igitur aut illi immoderata quaesierunt, aut isti dolent super maiorum desiderio, cum ad summam uirtutum non potentia, sed humilitate ueniantur. Denique sui proponit exemplum, ut si dicta paruipederent, erubesceret ad opera. Et dicit, Natus filius hominis non uenit ut ministraretur ei, sed ut ministraret, et daret animam suam redemptionem pro multis. Nota quod crebro diximus, eum qui ministraret, filium hominis appellari, & dare animam suam redemptionem pro multis: quando forma serui accepit, ut pro mundo sanguinem funderet. Et non dixit, dare animam suam redemptionem pro omnibus, sed pro multis, id est, pro eis qui credere uoluerunt. Et ueniunt Hiericho, et proficiscente eo de Hiericho et discipulis eius, et plurima multitudo, filius Timaei Bartimaeus caecus sedebat iuxta uiam mendicans. Qui cum audisset, quia Iesus Nazarenus est, cepit clamare, etc. Matthaeus hoc in loco duos iuxta uiam sedentes, & ad dominum clamantes caecos dicit esse illuminatos. Lucas autem cum appropinquaret Hiericho, pari ordine illuminationem ab eo caecum esse perhibet. Vbi nemo sapiens aut uermet Euangelistas sibi met contraria scribere, sed alium scribere plenius quod alter omisit. Quod uero Matthaeo referente, quia dominus duos illuminauerit caecos. Marcus unum maluit ponere illuminatum, cui tamen alterum affuisse non negat, intelligendum est unum eorum fuisse notissimum. Quod ex hoc etiam satis apparet, quod & nomen eius & patris eius Marcus commemorauit, quod in tot superis sanatis a domino non facile occurrit, nisi cum laicum archisynagogum etiam nomine expressit, cuius filia resuscitauit Iesus. In quo etiam magis iste sensus apparet, quia & ille Archisynagogus utiq; in loco illo nobilis fuit. Proculdubio itaq; Bartimaeus iste Timaei filius, ex aliqua magna felicitate deiectus, notissimae & famosissimae miseris fuit, qui non solum caecus, uerum etiam medicus sedebat. Hinc est ergo, quod ipsum solum uoluit commemorare Marcus, cuius illuminatione claram famam

Alieffe.

Nominis expressio.

Baptisma.

Lucae 12.

Ioannis euangelista martyrum

Regnum caelorum dare.

sumam huius miraculo comparuit, quam erat illius nota calamitas. Caeci ergo quos dominus ad se clamantes illuminauit, homines sunt uere lucis (quae Christus est) in se, sed ipso donante ad cognoscendam consistendamq; suam caecitatem ac petendam ueritatis lucem compuncti. Hiericho autem quae interpretari dicitur Iuxta, defectum nostrae mutabilitatis ac mortalitatis significat. Quod ex illa maxime Euangelij parabola claruit, ubi homo descendens ab Hierusalem in Hiericho incidit in latrones, & uulneratus ab eis ac despoliatus, per pietam Samaritanam industriam ad salutem reuocatus est. quia nimirum genus humanum a uisione summae pacis, in desideria seculi huius labe mortifera decidens, per Dominum Saluatore ad uitam quam errando perdidit, reducitur. Appropinquans ergo dominus Hiericho, caeco lumen reddidit, quia ueniens in carnem & passioni appropinquans multos ad fidem & confessionem diuinae cognitionis adduxit. Non enim primis incarnationis suae temporibus, sed paucis antequam pateretur annis, id est postquam triginta esse ceperat annorum, ministerium uerbi mundo quo illuminaretur exhibuit. Sed et de Hiericho proficiscentis, caecos illuminauit: quia resurgens a mortuis atq; ascendens in caelum, misit spiritum sanctum Apostolis, eosq; ad illustrationem omnium populorum dispersit in mundum. Quod autem appropinquans Hiericho unum illuminauit, & proficiscentis de Hiericho duos, hoc intima ueritate typice, quod ante passionem suam unum tantum populo Iudaeorum praedicauit, post resurrectionem uero atq; ascensionem suam manifestius per Apostolos & Iudaeis & gentibus, & aeternae diuinitatis et assumptae se humanitatis arcana patefecit. Quod uero Marcus unum illuminatum scribit, ad gentium salutem specialiter respicit, qui omnimodis a luce ueritatis extorres fuerant. Et ideo quantum famosa fidelitatis eorum erat caecitas, tantum famosa facta est illuminantis eos gratia Saluatoris. Et bene Marcus, qui gentibus scribebat euangelium, unum dicit illuminatum, ut eorum quos instruebat ad fidem saluationi figura cognouerit. Matthaeus uero qui credentibus ex Hebraeis suum scribebat euangelium, quod in gentium quoque notitiam erat peruenturum, recte duos dicit illuminatos, ut ad utrumq; populum unam eandemq; fidei gratiam pertinere doceret. Quod etiam in sequenti lectione de asino, in quo dominus sedere dignatus est, eadem euangelica seruare scriptura curauit. Matthaeus namq; qui fidelibus ex Iudaeis euangelizabat, aliam simul & pullum adductos domino refert. Porro ceteri tres euangelistae qui congregatae nationibus ecclesiae scripserunt, aliam solummodo ad dominum adducti faciunt mentionem, de matre omnino reticent. Quia illi simpliciter fidem gentium figurant: iste autem natus ex fide

Marcus.

Matthaeus

Synagoga fidelem gentium populum proximo ordine suae narrationis in timare curauit. Proficiscente ergo domino & discipulis eius & plurima multitudo de Hiericho, caecus sedebat iuxta uiam mendicans: quia ascendente ad caelos domino, & multis fidelium sequentibus, immo cunctis ab initio mundi electis, una cum illo ianuam regni caelestis ingredientibus, mox gentium populus diu perfidia caecus, audito Saluatoris aduentu coepit & ipse suae salutis atque illuminationis spem habere. De quo bene dicitur, quia sedebat iuxta uiam mendicans. Mendicat enim iuxta uiam sedens, qui necdum iter ueritatis ingrediens, necdum cognoscens, sed uia intentione atq; inquisitione desiderij salutaris ad hoc peruenire contendit, & qui sit uerus religionis cultus inuestigare persequitur. Quod in historia Cornelij Centurionis praecipue declaratum est, qui deum quem colebat crebris precibus ut sese illuminare dignaretur, orabat. Quid est autem transeundo audire, stando lumen restituere, nisi quod per humanitatem suam miseratus est, qui per diuinitatis potentiam a nobis mentis nostrae tenebras exclusit. Qui enim propter nos natus & passus est, qui resurrexit & ascendit in caelum, quasi transijt Iesus: quia haec nimirum actio temporalis est. Sed stans caecum illuminauit, quia non sicut illa temporalis dispensatio, ita uerbi aeternitas transit, quae in se manens innouat omnia. Stare enim dei, est incommutabili cogitatione mutabilia cuncta disponere. Qui ergo uoces petentis transiens audiuit, stans lumen reddidit. Quia et si propter nos temporalia pertulit, inde tamen nobis lucem tribuit unde habere mutabilitatis transitum nescit. Sed qui deum quem colebat, crebris precibus ut sese illuminare dignaretur orabat. Cum audisset quia Iesus Nazarenus est, cepit clamare ac dicere: Fili David Iesu miserere mei. Et comminabatur ei multi ut taceret. At ille magis clamabat multo dicens, Fili David miserere mei. Audiens Iesum caecus, misereri sui precatur, nec multis licet prohibentibus a clamando desistit. Quia populus gentium agnita fama nominis Christi, particeps eius fieri querebat: contradicebant multi, primo Iudaei ut in apostolorum Actibus legimus, deinde etiam gentiles acriori ac fortiori persecutione frequenter instabant, ne illuminandus sanandusque Christum mundus in uocaret: nec tamen eos qui ad uitam erant praedeterminati aeternam, uelanus impugnantium furor disposita ualebat salute priuare. Et stans Iesus praecipit illum uocari. Ecce stat qui ante transibat. Quia in re aliquid nobis Dominus innuit, quod intelligi de humanitate ac diuinitate illius utiliter possit. Clamantem etenim caecum transiens audiuit, sed stans miraculum illuminationis exhibuit. Et uocans caecum dicens ei: Anima quior esto: surge, uocat te. Clamantem ad se caecum dominus uocat, cum populo gentium scientiam ueritatis, desideranti per

Mendicans iuxta uiam

sanctos prædicatores uerbum fidei committit. Qui nimirum uocantes cæcum, animæ quies rem esse, & surgere atque ad dominum uenire præcipiunt, cum prædicatio uerbum in doctis, spem eos salutis habere ac de torpore uitiorum erigi, atque ad uirtutum studia, quibus illuminari mereantur, sese accingere iubent, dicentes cum propheta, Accedite ad eum & illuminamini. Et iterum, Surge qui dormis & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Et quia primitiua de gentibus ecclesia tanto promissi in Christo luminis desiderio feruebat, ut plurimi relictis mundi facultatibus nudè euangelicam uitam sequerentur, quo æternum in cælis mererentur habere thesaurum, recte de illuminando cæco subditur. *Qui proiecto uestimèto suo exiliens uenit ad eum.* Proiecto quippe uestimèto exilit, ut adueniens illuminetur à Christo, qui abiectis mundi retinaculis expedito mentis gressu ad largitorem æternæ lucis properat. *Et respondens Iesus, dixit illi. Quid uis tibi faciam? Cæcus autem dixit ei. Rabbi ut uideam.* Numquid qui lumen reddere poterat, quid uellet cæcus ignorabat? Sed peti uult hoc, quod & nos petere & se concedere prænoscit. Importune namque ad orationem nos admonet & dicit. Scit namque pater uester quid opus sit uobis antequam petatis eum. Ad hoc ergo requirit ut petatur, ad hoc requirit ut cor ad orationem excitet. Vnde & cæcus protinus adiungit. *Rabboni ut uideam.* Ecce cæcus à domino non aurum, sed lucem requirit. Paruipendit extra lucem aliquid querere, quia etsi habere cæcus quælibet potest, sine luce non potest uidere quod habet. Imitemur ergo eum quæ & corpore & mente audiimus saluatum. Non falsas diuitias, non terrena dona, non fugiuos honores à domino, sed lucem quæramus. Illam uidelicet lucem, quam uidere cum solis angelis possumus, quam nec initium inchoat, nec finis angustat. Ad quam profecto lucem, uia fides est. Vnde recte & illuminando cæco protinus respondetur. *Vade, fides tua te saluum fecit. Et confestim (inquit) uidit & sequebatur eum in uia.* Videt & sequitur, qui bonum quod intelligit operatur. Videt autem, sed non sequitur, qui bonum quidem intelligit, sed bene operari contemnit. Iesum enim dominum sequitur, qui imitatur. Hinc namque dicit, *Si quis mihi ministrat, me sequatur.* Consideremus ergo quæ graditur, ut sequi mereamur. Ecce eum sit dominus & creator angelorum, suscepturus naturam nostram quam condidit, in uterum uirginis uenit. Nasci tamen in hoc mundo per diuites noluit, parentes pauperes elegit, unde & agnus qui pro illo offerretur defuit, columbarum pullos & par turturum ad sacrificium mater inuenit. Prosperari in hoc mundo noluit, opprobria irrisionesque tolerauit, sputa, flagella, alapas, spineam coronam, crucem sustinuit. Et quia rerum corporalium delectatione à gaudio interno cecidimus, cum

qua amaritudine illuc redeatur, ostendit,

CAPVT XI.



T cum appropinquarent Hierosolyma, & Bethania ad montem oliuarum, mittit duos ex discipulis suis & ait illis. Ite in castellum quod contra uos est. Bethania est uilla siue ciuitas in latere montis oliueti, quasi stadiis quindecim ab Hierosalem, sicut Iohannes

10 Euangelista manifestat, ubi Lazarus est suscitatus à mortuis, cuius & monumentum Ecclesia nunc ibidem constructa demonstrat. Bethania autem, domus obedientiæ dicitur. Et apte dominus Hierosolymam uenturus ac mundum suo sanguine redempturus primo Bethaniam præsentis suæ dignatione sublimauit, ibique à muliere deuota mystico chrismate perunctus est: quia nimirum multos ante passionem suam docendo, domum sibi obedientiæ in qua per spiritum gratiæ inhabitaret effecit, quorum pia actione delectatus, ipse quasi odorifero delibutus est unguento. Hinc etenim ciuitas hæc in monte oliueti posita esse refertur, ut ecclesiam per gratiam sui conditoris saluandam esse designet, qui nos unctioe spiritali charismatum, & scientiæ pietatisque perpetua luce refouet. Vnde alibi cum dixisset, *Nō potest ciuitas abscondi supra montem posita, cōtinuo subiecit. Neque accendunt lucem & ponunt eam sub modio.* Quia mons idem Oliueti, id est summus spirituum distributor gratiarum, qui ciuitatem suam ut emineat exaltat, hanc quoque oleo exultationis ut lucere possit, ne deficiat, impinguat. Et quia idem lumen sub modio poni noluit, misit discipulos in castellum quod contra eos erat: hoc est doctores qui indocta ac barbara totius orbis loca, quasi contra positi castelli moenia euangelizando penetrarent, destinauit. Recte autem duo mittuntur, siue propter scientiæ ueritatis & operationis mundiciam, seu propter geminam dilectionis, dei uidelicet & proximi, sacramentum toto orbe prædicandum. Et statim introeuntes illud, inuenietis pullum ligatum super quem nemo adhuc hominum sedit. Soluite illum, & adducite. Et si quis uobis dixerit, quid facitis? dicite, quia domino necessarius est, & continuo illum dimittet huc. Introeuntes mundum prædicatores sancti, inueniunt populum nationum perfidiæ uinculis irretitum. Funiculis enim peccatorum suorum unusquisque constrictus erat: nec solum nationum, uerum etiam iudæorum. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei. Vnde bene apud Matthæum asina quoque cum pullo alligata reperitur. Asina quippe, quæ subiugalis fuit & edomita, Synagogam quæ iugum legis traxerat. Pullus asinæ lasciuus & liber, populum nationum significat. Super quem nemo adhuc hominum sedit, quia nemo rationabilium doctorum frenum correptionis, quo uel linguam cohibere à malo, uel in arctam uitæ uiam ire co-

Cap. 41.

Bethania.

Mons.

Duo.

Asina.

Pullus.

geretur, nemo iumenta salutis quibus spiritaliter calefieret, populo gentium utilia suadendo cōtulerat. Sederet namque super illum homo, si qui ratione utens, eius stultitiam deprimendo corrigeret. Vnde non immerito possunt duo discipuli ad exhibenda domino animalia destinati, duo prædicatorum ordines, unus uidelicet ingentes, alter in circūcisione directus intelligi. *Et abeuntes inueniunt pullum ligatum ante ianuam foris in biuio, & soluiunt eum.* Bene pullus ante ianuam foris inuenitur in biuio. Ianua enim ipse est qui ait, Ego sum ianua ouium. Per me si quis introierit saluabitur, & ingredietur & egredietur, & pascuat inueniet. Quibus uitæ pascuus pullus iste, id est populus gentium carebat, cum adhuc extra hanc ianuam in biuio ligatus stabat. Et recte in biuio, quia non unam certus uitæ fideique uiam tenebat, sed plures dubiosque sectarum calles sequebatur erroneus. *Et quidam de illis stantibus dicebant illis, Quid facitis soluentes pullum?* In euangelio Lucæ ita scriptum est: *Abierunt autem qui missi erant: & inueniunt sicut dixit illis, stantem pullum. Soluentibus autem illis pullum, quia dixerunt domini eius ad illos, Quid soluitis pullum? Et apte satis. Multos quippe habebat dominus: quia non uni dogmati & superstitioni deditus, sed pro libitu immundorum spirituum ad uarios diuersosque miser raptabatur errores, ad simulacra muta prout dicebatur incedens. Denique uernacula quadam scripturæ, consuetudine commune esse dicitur quod immundum est. Sicut & ad Petrum uox de celo dicit, *Quid deus mundauit, tu commune ne dixeris. Quia quid sanctus est, solius Dei est, & cum nullo ei communis est. Qui autem peccator est & immundus, multorum est. Multi enim dæmones possident eum, & ideo communis appellatur. Qui dixerunt eis, sicut præceperat illis Iesus, & dimiserunt eis, & duxerunt pullum ad Iesum.* Qui soluendo pullo contradixerat, audito domini nomine quiescit. Quia magistri errorum qui uenientibus ad salutem gentium doctoribus obstitabant, eatenus suas tenebras defendere, donec miraculis attestantibus ueri possessoris ac domini uirtus emicuit. At postquam fidei dominicæ potestas apparuit, cedentes passim aduersariorum querelis, libere credentium coetus, ad deum quem corde portaret, adducebatur. *Et imponit illi uestimenta sua, & sedit super eum.* Vestimenta Apostolorum uel doctrina uirtutum, uel edisertio scripturarum, uel certe ecclesiasticorum dogmatum uarietates intelligi possunt, quibus illa corda hominum ante nuda & frigida, quo Christo sessore digna fiant, operiunt. *Multi autem uestimenta sua strauerunt in uia.* Portante dominum asino multi uestimenta sua in uia sternerunt, quia sancti martyres propria se carnis amictu exuentes, simplicioribus dei famulisuiam suo sanguine parant, ut uidelicet in offenso gressu mentis ad supernæ moenia ciuita-*

Commune

10

20

30

40

50

60

ris, quo Iesus ducit, incedant. Item Sacerator noniter asellum sedens Hierosalem tendit, quando uniuscuiusque fidelis animam regens, uidelicet iumentum suum, ad pacis intimæ uisionem ducit. Iumentum sedet etiam cum sanctæ Ecclesiæ uniuersaliter præsidet, eamque in supernæ pacis desiderium accendit. Multi autem uestimenta sua in uia sternerunt, quia corpora sua per abstinentiam edomant, ut ei iter ad mentem parent, uel exempla bona sequentibus præbeant. Alij autem frondes cadebant de arboribus, & sternerant in uia. Et qui præbant & qui sequebantur, clamabant dicentes, *Osanna, benedictus qui uenit in nomine domini.* Frondes uel ramos de arboribus cadunt, qui in doctrina ueritatis uerba, atque sententias patrum de eorum eloquio excerpunt, & hæc in uia Dei ad auditoris animum uenientis, humiliter prædicatione submitunt. Sed qui præbant & qui sequebantur clamabant, dicentes *Osanna.* Præcessit quippe Iudaicus populus, secutus est gentilis. Et quia omnes electi, siue qui in Iudæa esse poterant, siue qui nunc in ecclesia existunt, in mediatorem dei & hominum crediderunt, & credunt, qui præeunt, & qui sequuntur, *Osanna* clamabant. *Osanna* autem, latine lingua salua nos dicitur. Ab ipso autem salutem & priores quæsierunt, & præsentem quærunt. Et benedictum qui uenit in nomine domini confitentur, quoniam una spes, una fides est præcedentium atque sequentium populorum. Nam sicut illi spectata passione ac resurrectione eius sanati sunt: ita nos præterita passione illius ac permanente in secula, resurrectione saluamur. Quæ enim priores nostri ex Iudaico populo crediderunt atque amauerunt uenturam, hunc nos & uenisse credimus & amamus, eiusque desiderio accendimur, ut eum facie ad faciem contemplemur. *Benedictum quod uenit regnum patris nostri David: Osanna in excelsis. Et introiit Hierosolymam in templum: & cetera.* Legimus in euangelio Iohannis, quod refecta de quinque panibus & duobus piscibus turba, uoluerunt rapere Iesum, & constituere eum regem. Sed ne hoc perficere possent, ipse in montem fugiendo precauit. Nunc autem ubi passus Hierosolymam uenit, non refugit eos qui se regem faciunt, qui agmine glorifico & hymnis dei filio ac rege dignis ad ciuitatem regiam ducunt. Non reprimunt uoces eorum qui regnum patriarchæ David in eo restaurandum & patris benedictionis dona recuperanda concinunt. Ut quid ergo hoc quod prius fugiendo declinauit, modo libens amplectitur, regnumque quod adhuc uiuaturus in mundo suscipere noluit, iam iam exiturus per passionem crucis de mundo non negauit suscipere: nisi ut aperte doceret, quod non temporalis & terreni, sed æterni in cælis rex esset imperij? Ad quod profecto regnum per contemptum mortis gloriam resurrectionis, & triumphum ascensionis perueniret. Hinc est enim, quod post resurrectionem

Osanna.

Regem se saluari finit Christus.

rectionem apparens discipulis ait. Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra, & caetera eiusdem loci. Notandum sane quanta sit consonantia turbæ dominum collaudantis, cum uoce euangelizantis uirgini matri Gabrielis qui ait. Hic enim erit magnus & filius altissimi uocabitur. Et dabit illi dominus deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in aeternum. Accepit autem sedem siue regnum Dauid dominus, ut gentem cui Dauid quondam temporalis regni gubernacula simul & exempli iustitię prebuit, quacumque modulis hymnorum spiritualium ad fidem atque amorem sui conditoris accendere solebant: hanc ipse uerbis, donis, factis, & promissis tanto mediatore Dei & hominum dignis, ad regnum caeleste & immortale uocaret, atque ad ipsam Dei patris uisionem introduceret. In quo iungitur Osanna excelsis, id est salus. Quo perspicue ostenditur, quod aduentus Christi non tantum hominum salus, sed totius mundi sit: terrena iungens caelestibus, ut omne genu flectatur ei, caelestium, & terrestrium & in fernorum. Notandum sane quod Osanna uerbum Hebraicum, compositum est ex duobus, corrupto & integro. Salus namque siue saluifica apud eos dicitur Osi, at uero anna interiectio est deprecantis. Quomodo apud Latinos interiectio est dolentis heu, & interiectio admirantis papae. Denique in Psalmo centesimo decimo septimo, ubi septuaginta interpretes transtulerunt, o domine saluum me fac, in Hebraeo scriptum est, Anna adonai osi osanna, quod interpretes noster Hieronymus diligentius elucidans ita transtulit. Obsecro domine, salua obsecro. Idem namque significat o domine, per interiectionem obsecrantis, quod obsecro domine, per ipsum uerbum obsecrationis. Osanna itaque, salua obsecro, significat, consumpta litera i uocali, quae uerbum prius terminat, cum perfecte dicitur osi, per uirtutem literae uocalis a qua uerbum sequens incipit anna. Quod metricum uersibus scandendis synalæpha uocant, quamuis illi scriptam literam scandentes transiliant: in hoc autem uerbo osanna, i litera nec saltem scribatur, sed sensu loquentium saluo, funditus interimitur. Et introiuit Hierosolymam in templum. Quod ingressus ciuitatem primo templum adiit, formam nobis religionis, quam sequamur, praemonstrat. Ut cum forte uillam aut oppidum, aut alium quemlibet locum in quo sit domus orationis deo consecrata intramus, primo ad hanc diuertamus; & postquam nos domino per orationum studia commendauerimus, sic deinde ad agenda ea propter quae uenimus temporalis negotia secedamus. Appropinquante autem tempore passionis, appropinquare uoluit dominus loco passionis, ibique proximus manere ubi constituto ac praefinito ante secula tempore inueniri posset ab eis per quos eadem erat passio complenda. Quo etiam per hoc cunctis

intimaret audientibus, quod non inuitus mortem, ut prophani putauerunt, sed sua sponte subiret. Cuius hora proximante intrepidus locum adiit, in quo se esse passurum, & per seipsum, & per prophetarum suorum ora longe ante praedixerat. Notandum uero quod hic introitus eius in Hierusalem ante quinque dies Paschae, in quo mysterium sacrosanctae passionis suae implere decreuerat, factus est. Narrat enim Ioannes quod ante sex dies Paschae uenerit Bethaniam, ubi coena ei facta, & discumbentibus multis foror cum Lazari Maria unguento mystico perfuderit: atque in crastinum alino sedens, obuiante cum palmis plurimo turba, uenit Hierosolymam. Vbi non praetereunda silentio est non tantum concordia in rebus, uerum etiam in temporibus ueteris & noui testamenti, umbrae & ueritatis, legis & Euangelij. Scriptum namque in lege est, dicente Domino ad Moysen & Aaron. Mensis iste uobis principium mensium primus erit in mensibus anni. Loquimini ad uniuersum coetum filiorum Israel, & dicite eis: Decima die mensis huius, tollat unusquisque agnū per familias et domos suas. Et paulo post, Et seruetis eum usque ad quartamdecimam diem mensis huius, immolabitque eum uniuersa multitudo filiorum Israel ad uesperam. Decima ergo die mensis primi, agnus qui in Pascha immolaretur, domum introduci iussus est, quia et dominus decima die eiusdem mensis, hoc est ante quinque dies Paschae, in ciuitatem in qua pateretur erat ingressus. Et sicut agnus de toto grege electus certum suae uictimationis diem expectabat, ita & dominus coniurante aduersum se omni seniorum & principum concilio, certus prestolabatur horam, in qua seipsum pro salute mundi oblationem Deo & hostiam in odorem suauitatis offerret. Immolabatur agnus quartadecima die primi mensis ad uesperam, & dominus eadem hora agnum cum discipulis manducans, ubi legalis Paschae decreta compleuit, egressus est cum eis statim ad locum orationis, ubi comprehensus a Iudaeis & ligatus, iam sacramenta beatae suae uictimationis inchoaret. Et circumspicis omnibus, cum iam uespera esset hora, exiit in Bethaniam cum duodecim. Non hoc semel fecit: sed per omnes quinque dies ex quo Hierosolymam ascenderat usque ad tempus passionis hoc ipsum agere solebat, ut per diem in templo doceret, noctibus uero exiens moraretur in monte Oliueti, sicut in Luca legimus. Docendo enim incredulos, officium correctionis sedulus impendebat. Commendo autem apud fideles, gratiam eis benignitatis propitius exhibebat. Bene autem dicitur, quod circumspicis omnibus exiit in Bethaniam. Inspicit quippe internus arbiter omnium corda: & cum in contradicentibus, ac resistentibus ueritati, non inuenit ubi caput reclinet, secedit ad fideles, & in eis qui obediunt uerbo mansionem sibi una

Oblatus quia uoluit

Concordia testamentorum.

Osanna.

Templum primum uisendum.

sibi una cum patre facere gaudet. Bethania namque Domus obedientiae dicitur. Hoc quoque intelligendum est, quod tanta dominus fuerit paupertatis, & ita nulli sit adulatus, ut in urbe maxima nullum hospitem, nullam inuenit mansionem: sed in agro paruulo apud Lazarum fororesque eius habitaret. Eorum quippe uicus Bethania est. Et alia die cum exirent a Bethania, esuriit. Esuriit, uel ueritatem humanae carnis ostendens, uel esuriens salutem credentium, aestuans ad incredulitatem Israel. Cumque uidisset a longe ficum habentem folia, uenit si quid forte inueniret in ea. Et cum uenisset ad eam, nihil inuenit praeter folia. Non enim erat tempus ficorum. Et respondens Iesus dixit ei, iam non amplius in aeternum quisquam ex te fructum manducet. Quomodo dominus multa in parabolis dicere, ita etiam nonnulla in parabolis facere solebat. Quid enim causa erat, ut esuriens fructus in ficuinea quareret, quorum tempus nondum esse quilibet homo nouerat, arboremque quod fructum per id tempus non haberet, aeternae sterilitatis maledictione damnaret, nisi quia plebem, quam uerbo docebat, hoc etiam facto terreat, ne quis habendo folia, & fructum non habendo, hoc est uerba iustitiae absque operibus praetendendo, excidat & in ignem mereretur proijci? Vnaquaeque enim arbor non de floribus, non de folijs, sed de fructu suo cognoscitur: id est unusquisque homo non de aetimatione famae uel sermonum pompa, sed de suarum testimonio probatur actionum. Esuriens ergo dominus uidit ficum habentem folia, & uenit quærere fructum in illa, nec inuenit. Quia salutem desiderans humani generis uidit Iudaeam habentem eloquia legis & prophetarum, uenitque probare docendo, corripiendo, miracula faciendo, si quem forte in eorum corde fructum fidei & uitae posse inuenire. Sed quia folia sine fructibus habere reperta est ficuinea, damnatur: quia Iudaea quae uerba scripturae sine operibus sonabat, digna est ultione punita. Hoc autem dixerim, non quod tota Synagoga fuerit abiecta, ex qua utique constat quod primitiua fuerit Ecclesia constructa. Sed illa nimirum portio Synagogae damnari meruit, quae esuriens Christum pascere bene operando recusauit, quae folijs uerborum spiritualium magis obumbrari, quam fructibus spiritus uoluit honestari. Quibus ipse dicit alibi: Ego uado, & quæratis me, & in peccato uestro moriemini. Congruit sane hic locus illi eius parabola, ubi ait: Arborem fici habebat quidam plantatam in uinea sua, & uenit quærens fructum in illa, & non inuenit. Dixit autem ad cultorem uinea, Ecce anni tres sunt ex quo uenio quærens fructum in ficuinea hac, & non inuenio. Succide ergo illam, ut quid etiam terram occupat: At ille respondens, dixit illi: Domine dimitte illam & hoc anno, usque dum fodiam circa illam & mittam stercora. Et si quidem fecerit fructum: sin autem, in futurum succides illam. Cultor autem uinea, ordo est Apostolorum doctorumque spiritualium, qui Synagogam ne periret, diligenter ad poenitentiam uocare, proque eius salute domino supplicare studuerunt. Praecipue Iacobus frater domini, qui regendae Hierosolymorum ecclesiae praelatus est. Verum quia illa nec in legalibus edictis, nec in prophetis contestationibus, nec in ipsa coruscantis euangelij gratia fructum obedientiae ferre consensit, quali tribus annis ficus sterilis permanens, abiecta est a domino, & aeterna maledictione subuersa. Namque non solum ab electorum sorte repulsa, sed ab ipsa etiam quam inanis occupabat terra, abscissa est. Sed & tu si non uis audire in iudicio a Christo, Discede a me maledicta in ignem aeternum, quia esuriui & non dedisti mihi manducare, arbor esse sterilis in hac uita caueto, quin potius pauperi Christo & esurienti, fructum pietatis quo indiget, offerro. Et ueniunt Hierosolymam. Et cum introisset templum, cepit eijcere uendentes & ementes in templo, & mensas nummulariorum, & cathedras uendentium columbas euerit. Quod maledicendo ficum infertuosam per figuram fecit dominus, hoc idem mox apertius ostendit, eijciendo improbos e templo. Neque enim aliquid peccauit arbor, quod esuriente domino poma non habuisset, quorum necdum tempus aduenerat: sed peccare sacerdotes, qui in domo domini secularia negotia gerebant, & fructum pietatis quem debuerant, quemque in eis dominus esuriebat, ferre superfederant. Arefecit dominus arborem maledictam, ut homines haec uidentes siue audientes, multo magis intelligerent sese diuino condemnandos esse iudicio, si absque operum fructu de plausu tantum sibi religioosi sermonis, uel ut de sonitu & tegumento blandirentur uiridantium foliorum. Verum quia non intellexerunt, in ipsos consequenter distinctionem meritae ultionis exercuit. Et eiecit commercia rerum humanarum de domo illa, in qua diuinas tantum res agi, hostias et orationes deo offerri, uerbum dei legi, audiri, & decantari praecipuum erat. Et quidem credendum est, quia ea tantum uendi uel emi repererit in templo, quae ad ministerium necessaria essent eiusdem templi, iuxta hoc quod alias factum legimus, cum idem templum ingrediens inuenit in eo uendentes et ementes oues & boues & columbas. Quia nimirum haec omnia, non nisi ut offerrentur in domo domini, eos qui de longe uenerant ab indigenis comparare credendum est. Si ergo dominus nec ea uolebat uenundari in templo, quae in templo uolebat offerri, uidelicet propter studium auaritia, siue fraudis, quod proprium solet esse negotiantium facinus, quanta putas animaduersione puniret, si inuenisset ibi aliquos risu uel uaniloquio uacantes, aut alij cuiuslibet uitio maculatos: Si enim ea quae alibi liberi gerere poterant dominus

Paupertas domini.

Parabolica facta domini.

Ficus folia.

Poma ficus

Mercatorum facinus.

dominus in domo sua temporalia negotia geri non patitur, quanto magis ea quae nusquam fieri licet plus caelestis irae merentur, si in aedibus deo sacratis aguntur. Verum quia spiritus sanctus in columba super dominum apparuit, recte per columbas sancti spiritus charismata signantur. Qui autem sunt in templo Dei, hodie, qui columbas uendunt, nisi qui in ecclesia praesentium de impositione manus accipiunt: per quam uidelicet impositione spiritus sanctus caelestis datur. Columba ergo uenditur, quando manus impositio, per quam spiritus sanctus accipitur, ad precium praebetur. Sed redemptor noster cathedras uendentium columbas euertit: quia talium negotiatorum sacerdotium destruit. Hinc est quod sacri canones Simoniacam haeresim damnant, & eos sacerdotio priuari praecipunt, qui de largiendis ordinibus precium quaerunt. Cathedra ergo uendentium columbas euertitur, quia si qui spiritalem gratiam uenundant, uel ante humanos, uel ante Dei oculos sacerdotio priuantur. Et non sinebat ut quisquam transferret uas per templum. De uasis dicit illis quae mercandi gratia inferebatur. Caterum absit ut uasa deo dicata dominus eijceret de templo, uel introferri prohiberet in templum: ubi futuri sui examinis in signe praetendit exemplum: sed potius immunda et prophana eliminat uasa de templo, ac ne amplius inferatur prohibet, quando non solum de Ecclesia omnes repellit ac deturbat reprobos, uerum etiam ne ultra ad turbandam Ecclesiam intrent, aeterno eos uerberare compefcit. Sed & in praesenti haec est uera domus domini, id est cordis fidelium purificatio, ut non tantum peccata quae inerat, diuinitus immissa compunctio tollat, sed etiam ne haec ultra repetant, diuina in eis gratia perseuerans adiuuet. Et docebat, dicens eis, Nonne scriptum est, quia domus mea domus orationis uocabitur omnibus gentibus? Omnibus inquit gentibus non uni genti Iudaicae, nec in uno Hierosolymae urbis loco, sed in toto orbe terrarum, & nequaquam taurorum & hircorum & arietum, sed orationis. Vos autem fecistis eam speluncam latronum. Qui ad accipienda munera in templo residebant, profecto quin quibusdam non dantibus, lesiones exquirerent, dubium non erat. Domus ergo orationis, spelunca latronum facta fuerat, quia ad hoc in templo assistere nouerant, ut aut non dantes munera, studerent corporaliter persequi, aut dantes spiritualiter necare. Templum quoque & domus deest ipsa mens atque conscientia fidelium, quae si quando in laesione proximi peruersas cogitationes profert, quasi in spelunca latronum resident. Et simpliciter gradientes interficiunt, quando in eos qui in nullo rei sunt, laesione gladios defigunt. Mens enim fidelium non iam domus orationis, sed spelunca latronum est, quando relicta innocentia & simplicitate sanctitatis, illud conatur agere, unde ualeat proximis nocere. Et cum mane transi-

rent, uiderunt ficum aridam factam a radicibus. Non rami tantum aut stipites infructuosae fici, sed ipsa etiam radix arefiendo, sententiam diuinam in se reprobationis ostendit. Et Ioannes ait, quia securis ad radicem arborum posita est. Arefacta est itaque ficus a radicibus, ut ostenderetur gens impia, non ad tempus uel ex parte corripienda externorum incurfibus, & mox miserante domino post actam poenitentiam praesentem restituenda libertati, ut sepe factum sacra historia refert: sed aeterna potius damnatione ferienda, arefacta est radicibus, ut intumesceret nefanda plebs non solum humana gloria forinsecus, uerum etiam diuino intus fauore funditus esse destituta. Nam & salutem uitam quam accipere poterat in caelis, & quam iam perceperat patriam, perdidit in terris. Et respondens Iesus, ait illis, Habete fidem dei. Amen dico uobis, quia quicumque dixerit huic monti, tollere et mittere in mare, et non habita uerit in corde suo, sed crediderit, quia quodcumque dixerit fiat, fiet ei. Solent gentiles qui contra ecclesiam maledicta scripsere, impropere nostris quod non habuerint plenam fidem dei, quia nunquam montes transferre potuerint. Quibus respondendum est, non omnia scripta esse quae in ecclesia sunt gesta, sicut etiam de factis ipsius Christi Dei et domini nostri scriptura nostra testatur. Unde & hoc quoque fieri potuisset, ut mons ablatus de terra mitteretur in mare, si necessitas id fieri poposcisset. Quomodo legimus factum precibus beati patris Gregorij Neocaesariae Pontis antistitis, uiri meritis & uirtutibus eximij, ut mons in terra tantum loco cederet, quantum incolae ciuitatis opus habebant. Cum enim uolens aedificare ecclesiam in loco apto uideret eum angustiorem esse, quam res exigebat, eo quod ex una parte rupe maris, ex alia monte proximo coarctaretur, uenit nocte ad locum, & genibus flexis admonuit dominum promissionis suae, ut montem longius iuxta fidem petentis ageret. Et mane facto reuersus inuenit montem tantum spatij reliquisse structoribus ecclesiae, quantum opus habuerat. Poterat ergo hic, poterat alius quis eiusdem meriti uir, si opportunitas exegisset, impetrare a domino merito fidei, ut etiam mons tolleretur et mitteretur in mare. Verum quia montis nomine non nunquam diabolus significatur, uidelicet propter superbiam qua se contra Deum erigit, & esse uult similis altissimo, mons ad praecipitum eorum qui fortes fide sunt, tollitur de terra, & in mare proficitur, cum praedicantibus uerbum doctoribus sanctis immundus spiritus ab eorum corde repellitur, qui ad uitam sunt praordinati, & in turbulentiis amarisque infidelium mentibus uesaniae suae tyrannidis exercere permittitur. Non quo ibi etiam antea sedem regnumque non habuerit, sed quia tanto acrius in eos quos licet defauit, quanto amplius se dolet a laesione priorum fuisse depulsum. Cui simile est illud Apocalypsis, Et secundus angelus tuba

Matth. 3.

Philosophorum calumnia.

Gregorij Neocesar. fides.

Columbas uendentes.

Simoniacam.

Templum dom. n.

Ius tuba cecinit, & ecce tanquam mons magnus igne ardens missus est in mare. Canente etenim angelo tuba, mons igne ardens missus est in mare, quia praedicante uerbum doctore ueritatis, antiquus hostis inuidiae facibus accensus, peruerforum animos grauius corrupturus adijt, ut dolorem expulsionis suae de fidelibus uindicaret in perfidis. Et cum stabitis adorandum, dimittite si quid habetis aduersus aliquem, ut & pater uester qui in caelis est, dimittat uobis peccata uestra, etc. Notanda distinctio deprecantium. Qui perfectam habet fidem, quae per dilectionem operatur, ille orando uel etiam iubendo potest montes transferre spirituales. Quomodo fecit Paulus de Helyma mago, quem et oculis et arte nefanda priuauit. Quomodo de Phitonissa in Philippis, de qua spiritum malignum, montem uidelicet superbissimum, eiecit. Sed idem mons in mare proiectus, quantum furibundi ignis huic intulerit, subsequuta confestim contra eum gentilium persecutio perdoctuit. Qui uero tantae fastigium perfectionis necdum conscendere queunt, postulent sibi peccata dimitti, quo ad uitam intrare mereantur perpetuam, & absque dubio impetrabunt quod petunt: si tamen in se peccantibus alijs primo ipsi dimittunt. Sin autem hoc facere contemnunt, non solum orando uirtutes facere, sed nec suorum possunt ueniam consequi peccatorum. Et cum ambularet in templo, accedunt ad eum summi sacerdotes, & seniores, & dicunt illi, In qua potestate haec facis? & senioribus dedit hanc potestatem ut ista facias? Diuersis modis eandem quam supra calumniam struunt, quando dixerunt, In Beelzebub principe daemoniorum eijcit daemonia. Quando enim dicunt, in qua potestate haec facis? de Dei dubitant potestate, & subintelligi uolunt diaboli esse quae faciat. Addentes quoque, quis tibi dedit hanc potestatem? manifestissime dei filium negant: quem putant non suis, sed alienis uirtutibus signa facere. Iesus autem respondens ait, Interrogabo uos & ego unum uerbum, & respondete mihi, & dicam uobis in qua potestate haec faciam. Baptismum Ioannis de caelo erat, an ex hominibus? Respondete mihi. Poterat dominus aperta responsione tentatorum calumniam confutare, sed prudenter interrogat, ut suo uel silentio uel sententia condemnentur. At illi cogitabant secum dicentes, Si dixerimus, de caelo, dicit nobis: quare ergo non credidistis ei? Quem enim constitimini de caelo habuisse prophetiam, mihi testimonium perhibuit, et ab illo audistis, in qua ista faciam potestate. Si dixerimus ex hominibus, timeamus populum. Omnes enim habebant Ioannem, quia uere propheta esset. Viderunt ergo quod uerumlibet horum respondissent, in laqueum se casuros, timeutes lapidationem: sed magis timeentes ueritatis confessionem. Et respondentes dicunt Iesu, Nescimus. Et respondens Iesus ait illis, Neque ego dico uobis, in qua potestate haec faciam. Non uobis dico quod scio, quia non uultis fateri quod scio-

tis. Iustissime repulsi, utique confusi abcesserunt. Et impletum est quod in Psalmo per prophetam dicit deus pater. Parauit lucernam Christo meo, id est ipsum Ioannem. Inimicos eius in diuina confusione. Notandum autem quod diuina ob causas maxime scientia ueritatis est occulta quarentibus. Cum uidelicet is qui quare rit, aut minus capax est ad intelligendum quod quaerit, aut odio uel contemptu ipsius ueritatis indignus est cui debeat aperiri quod quaerit. Propter quorum unum dominus ait, Adhuc multa habeo uobis dicere, sed non potestis illa portare modo. Propter alterum uero discipulis praecipit, Nolite dare sanctum canibus: neque mittatis margaritas uestras ante porcos.

Scientia quibus occulta.

CAPVT XII.

Incepit illis in parabolis loqui. Vineam parauit homo, & circumdedit sepe, & fodit lacum, & aedificauit turrim. Homo iste qui parauit uineam, ipse est qui in alia parabola conduxit operarios in uineam suam. Qui plantauit uineam de qua Esaias plenissime per canticum loquitur, ad extremum inferens, Vineam domini Sabaoth, domus est Israel. Et in Psalmo, Vineam in quibus de Aegypto transfulisti, eiecisti gentes, & plantasti eam. Et sepe circumdedit ei, uel murum urbis, uel angelorum auxilia. Et fodit in ea lacum siue torcular: aut altare, aut illa torcularia quorum & tres Psalms titulo praenotantur, octauus, & octogesimus, & octogesimus tertius. Et aedificauit turrim, haud dubium quin templum de quo dicitur per Michaeam, Et tu turris nebulosa filiae Sion. Et locauit eam agricolis. Quos alibi uineae operarios appellauit, qui conducti fuerant hora prima, tertia, sexta, & nona. Et peregre profectus est, non loci mutatione. Nam deus unde abesse potest, quo complentur omnia? Et qui dicit per Hieremiam, Ego deus appropinquans & non de longe, dicit dominus? Sed abire uidetur a uinea, ut uinitoribus liberum operandi arbitrium derelinquat. Et misit ad agricolas in tempore seruum, ut ab agricolis acciperet de fructu uineae. Qui apprehensum eum ceciderunt, & dimiserunt uacuam. Bene tempus fructuum posuit, non prouentum. Nullus enim fructus extitit populi corumacis, nullus huius uineae prouetus, tametsi crebrae ac sollicitae quaereretur, inuentus est. Seruus ergo qui primo missus est, ipse legifer Moyses intelligitur, qui quadraginta annos continuos fructum aliquem legis quem dederat, a cultoribus inquirebat: sed caelum eum dimiserunt uacuum. Irritauerunt enim Moysen in castris, & Aaron sanctum domini. Et uexatus est Moyses propter eos, quia exacerbauerunt spiritum eius. Qui & ipse seruus quid de fructu uineae huius sentiat, palam carmine declarat dicens, Et uinea enim Sodomorum, uitis eorum, & propago eorum ex Gomorra. Uua eorum, uua fellis, & botrus

Cap. 42.

Moyse.

amaritudinis in ipsis, furor draconum uinum eorum, & furor aspidum insanabilis. Et uerum mihi ad illos alii seruati, & illi in capite uulnerati, & contumeliosi affecerunt.] Seruus alter Dauid Regem prophetamque & ceteros Psalmistas significat, qui post Moysen missi sunt, ut colonos uineae post edicta legalia psalmodiae modulatione & dulcedine citharae ad exercitium boni operis excitarent. Nam & ipse Dauid, qui cor populi ad caelestia desiderata suspenderet, inter ritus carnalium uictimarum laudes domini continebat, suauis meliora decantari constituit. Sed & hunc affectum contumeliosus in capite uulnerauerunt, quia Psalmistarum carmina quae ad laudem domini uocabant, paruipendentes, ipsum qui psalmodiae caput in spiritu sancto & fons claruerat Dauid abiecerunt. Dicentes enim, quae nobis pars in Dauid? aut quae haereditas in filio Isai? regnum simul eius ignobili stirpe, & religionem impietate mutauerunt. Attamen ipse pro hac uinea, quae de Aegypto translata Palaestinae montes sua obumbratione protexerat, ne radicibus exterminaretur orabat. Dominus deus uirtutum, conuenerere nunc, respice de caelo, & uide, & uisita uineam istam, & dirige eam quam plantauit dextera tua. Vbi pariter exposuit qui sit homo ille qui hanc uineam plantauit, dominus uidelicet Deus uirtutum. Et rursum alium misit, & illum occiderunt, & plures alios, quosdam caedentes, alios uero occidentes.] Tertium cum suis socijs seruum, prophetarum chororum intellige, qui continuis attestacionibus populum conuenerunt, & quae huic uineae uentura imminerent mala praedixerunt. Sed quem prophetarum non sunt persecuti? Et occiderunt eos qui praenunciabant de aduentu domini Saluatoris. Et hi omnes, multa de huius uineae sterilitate dixerunt, sed unius Hieremiae planctu ponere sufficiat. Ego autem (inquit) plantauit te uineam electam, omne semen uerum, quomodo conuersa es in praeuium uineae alienae? His sane tribus seruorum gradibus omnium sub lege doctorum figuram posse comprehendit, dominus alibi manifeste pronunciat, dicens, Quoniam necesse est impleri omnia quae scripta sunt in lege Moysi & prophetis & psalmis de me. Adhuc ergo unum habens filium charissimum, & illum misit ad eos nouissimum dicens, Quia reuerentur filium meum.] Quod ait, quia reuerentur filium meum, non de ignorantia uenit. Quid enim nesciat pater familias qui hoc loco deus pater intelligitur? Sed semper ambigere dicitur deus, ut libera uoluntas homini reueretur. Interrogemus Arrii & Eunomium. Ecce pater dicitur ignorare, & sententiam temperat. & quantum in nobis est, probatur esse mentis. Quicquid pro patre responderint, hoc intelligant pro filio, qui se dicit ignorare consummationis diem. Coloni autem dixerunt ad inuicem, Hic est haeres, uenite occidamus eum, & nostra erit haereditas.] Manifestissime dominus probat Iu-

daeorum principes non per ignorantiam, sed per inuidiam crucifixisse filium Dei. Intellexerunt enim hunc esse, cui dictum est, Postula a me, & dabo tibi gentes haereditatem tuam. Et propterea quasi tibi consulentes aiebant, Ecce mundus totus post eum abit. Et si dimittimus eum sic, omnes credent in eum. Haereditas ergo filij, ecclesia est, cum ceteris ei data de Gentibus, quam non moriens ei pater reliquit, sed ipse sua morte mirabiliter acquisiuit, quam resurgendo possedit. Hanc autem occiso eo mali coloni praeripere moliebantur, cum crucifigentes eum Iudaei fidem quae per eum, extinguere, & suam magis quae ex lege est iustitiam praeripere ac gentibus imbutendis conabantur in serere. Et apprehendentes eum occiderunt, & eiecerunt extra uineam.] Notat eos malitiae pertinaces qui nec crucifixum ac resuscitato a mortuis domino ad praedicationem Apostolorum credere uoluerint: sed quasi cadauer uile proiecerunt. Quia quantum in se erat, a suis eum finibus excludentes gentibus suscipiendum dederunt. Quid ergo faciet dominus uineae? Veniet & perdet colonos, & dabit uineam alijs.] Hunc uersiculum dominus apud Matthaeum mox exposuit ipse dicens, Ideo dico uobis, quia auferetur a uobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Quod ita futurum etiam figuratim ostenderat, cum in exemplum non credentium Iudaeorum instructuoso sico malediceret. Qui contrario postmodum credentes, siue de Iudaeis siue de gentibus, fructiferae atque eximiae comparauit arbori, dicens, Ego sum uitis, uos palmites. Qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum. Cum autem dixisset, quia ueniens dominus uineae post perditionem malorum agriculturalium, uineam daturus esset alijs, hoc idem ita diuinitus fuisse procuratum, propheticum statim affirmauit exemplo, subiiciens, Nec scripturam hanc legistis, Lapidem quem reprobauerunt aedificantes, hic factus est in caput anguli? A domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris.] Quomodo, inquit, implebitur haec propheta, quod lapidem ab aedificantibus reprobatum in caput anguli dicit esse ponendum, nisi quia Christus a uobis reprobatus, & occisus, credituris est gentibus praedicanus, ut quasi lapis angularis duos condat in semetipso, atque ex utroque populo unam sibi fidelium ciuitatem, unum templum aedificet? Eosdem enim Synagogae magistros quos supra colonos dixerat, nunc aedificantes appellat. Quia qui subditam sibi plebem ad ferendos uitae fructus quasi uineam iubebantur excolere, ipsi quoque hanc deo inhabitatore dignam, quasi domum construere atque ornare praecipiebantur. Vnde & Apostolus fidelibus scribens ait: Dei agricultura, dei aedificatio estis. Sed qui fructum uineae dei quasi pessimi coloni reddere magno patri familias negabant, iidem quasi mali caementarii laborant domui dei lapide precioso & electo, qui uel in fundamentis uel in

uel in angulo ponendus erat, subtrahere, hoc est fidem Christi auditoribus suis conabantur eripere. Et querebant eum tenere, & timuerunt turbam. Cognouerunt enim quoniam ad eos parabolam hanc dixerit, & relicto eo abierunt.] Principes sacerdotum & scribae, quasi mentitem contra se dominum querebant interficere. Sed hoc idem quarendo, docebant uera esse quae dixerat. Ipse quippe est haeres, cuius iniustam necem aiebat esse uindicandam a patre. Illi nequam coloni, qui ab occidendo Dei filio ad modicum quidem timore humano retardari donec ueniret hora eius, nunquam uero diuino amore potuerunt cohiberi. Morali sane intellectu, cuique fidelium cum mysterium baptismi quod exerceat operando committitur, quasi uinea quam excolat, locatur. Mittitur seruus unus, alter, & tertius, qui de fructu accipiant, cum lex, psalmodia, prophetia, quarum admonitionem bene agendo sequatur, legitur. Sed missus seruus contumeliosus affectus uel caesus eicitur, cum sermo auditus contemnitur, uel (quod peius est) etiam blasphematur. Missus insuper haereditem (quantum in se est) occidit, qui & filium dei conculcauerit, & spiritui gratiae quo sanctificatus est, contumeliam fecerit. Perdito malo cultore uinea dabitur alteri, quum dono gratiae quod superbus spreuit, humilis quisque ditabitur. Sed & hoc quod principes sacerdotum, scribae, ac seniores manum mittere quarentes in Iesum timore turbae retinentur, quotidie geritur in ecclesia, cum qui libet solo de nomine frater eam, quam non diligit ecclesiasticae fidei ac pacis unitate, propter cohabitantium fratrum bonorum multitudinem aut erubescit, aut timet impugnare. Qui tamen sicut de stultissima auium struthione dominus ait, cum tempus fuerit, in alium alas erigat: quia persequendo Ecclesiam quasi Dominum cruci addicere et ostentui gaudebit habere. Et mittunt ad eum quosdam ex Pharisaeis & Herodianis, ut eum caperent in uerbo.] Herodianos dicit milites Herodis tetraarchae, qui & ipse tunc temporis erat Hierosolymis, atque in spernendo & irritando dominum Pilato & Iudaeis consentiebat, ut Lucas euangelista testatur. Quarentes ergo dominum comprehendere summi sacerdotes, scribae, & seniores timuerunt turbam. Atque ideo quia per se non poterat, terrenae potestatis manibus efficere tentabant, ut uelut ipsi a morte eius uiderentur immunes. Nuper enim sub Caesare Augusto Iudaea subiecta Romanis, quando in toto orbe est celebrata descriptio, stipendiaria facta fuerat, & erat in populo magna seditio, dicentibus alijs pro securitate & quiete, qua Romani pro omnibus militabant, debere tributa persolui: Pharisaeis uero qui sibi applaudebant in iustitia, contrario nitentibus non debere populum dei qui decimas solueret, & primitiua daret, & cetera quae in lege scripta sunt, humanis legibus subiacere. Cuius seditionis

adeo fomes inualuit, ut post domini resurrectionem insistentibus Romanis patriam gentem, et regnum, augustum quoque illud cum sua religione templum, insuper ipsam lucem perdere quam tributa pendere maluerint. Qui uenientes dicunt ei, Magister scimus quia uerax es, et non curas quinquam. Nec enim uides in faciem hominis: sed in ueritate uiam domini doces. Licet dari tributum Caesari, an non dabis?] Blanda & fraudulenta interrogatio illuc prouocat respondentem, ut magis deum quam Caesarem timeat, & dicat non debere tributa solui, ut statim audientes Herodiani, seditionis contra Romanos auctorem eum teneant. Qui sciens ueritatem eorum, ait illis, Quid me tentatis? Afferte mihi denarium ut uideam. At illi attulerunt ei.] Sapientia semper sapienter agit: ut suis potius tentatores sermonibus confutentur, Afferte mihi (inquit) denarium. Hoc est genus nummi, quod pro decem nummis imputabatur, & habebat imaginem Caesaris. Et ait illis, Cuius est imago haec & inscriptio?] Qui putant interrogationem Saluatoris, ignorantiam esse, & non dispensationem, discant ex praesenti loco quod utique poterit scire Iesus, cuius imago esset in nummo: sed interrogat, ut ad sermonem eorum competenter respondeat. Dicunt illi: Caesaris. Respondens autem Iesus, ait illis, Reddite ergo quae sunt Caesaris Caesari, et quae sunt dei, deo.] Quod ait, Reddite quae sunt Caesaris Caesari, nummum, tributum, et pecuniam: & quae sunt dei deo, decimas, primitias et oblationes ac uictimas sentiamus. Quomodo et ipse reddidit tributa pro se et Petro, et deo reddidit quae dei sunt, patris faciens uoluntatem. Aliter, Reddite quae Caesaris sunt Caesari, & quae sunt dei, deo. Quemadmodum Caesari a nobis exigit impressionem imaginis suae, sic & Deus, ut quemadmodum illi redditur nummus, sic Deo reddatur anima lumine uultus eius illustrata atque signata. Vnde Psalmista: Signatum est (inquit) in nobis lumen uultus tui, domine. Hoc quoque lumen est totum hominis, & uerum bonum, quod non oculis sed mente conspiciuntur. Signatum autem dixit in nobis, tanquam denarius signatur regis imagine. Homo enim factus est ad imaginem & similitudinem Dei, quam peccando corrumpit. Bonum ergo eius est uerum atque aeternum si renascendo signetur. Et mirabantur super eo.] Qui credere debuerant ad tantam sapientiam, mirati sunt, quia calliditas eorum inuidiandi non inuenisset locum. Et sicut Matthaeus scribit, relicto eo abierunt, infidelitatem pariter cum miraculo reportantes. Et uenerunt ad eum Saducei, qui dicunt resurrectionem non esse.] Duae erant haereses in Iudaeis, una Pharisaeorum, & altera Saduceorum. Pharisaei traditionum & obseruationum quas illi Deuterosis uocant, iustitiam praeferebant, unde & diuisi uocabantur a populo. Saducei autem qui interpretantur iusti, & ipsi uendicabant sibi quod non erant, Prioribus & corporis & animae resurre-

Moraliter.

Struthio.

10

20

30

40

50

60

Interrogandi quae Dominus ratio.

Imago dei in nobis.

tionem credentibus, confidentibusque et angelos & spiritus, sequentes iuxta acta Apostolorum, omnia denegabant. Et interrogabant eum dicentes: Magister, Moyses scripsit nobis, ut si cuius frater mortuus fuerit, & dimiserit uxorem, & filios non reliquerit, accipiat frater eius uxorem ipsius, & resuscitet semet fratri suo. Septem ergo fratres erant, & primus accepit uxorem, & mortuus est, non relicto semine, &c.] Qui resurrectionem corporum non credebant, animas iudicantes interire cum corporibus, recte istiusmodi fingunt fabulam, quae deliramenti arguat eos qui resurrectionem asserant corporum. Potest autem fieri, ut uere in gente eorum aliquando hoc acciderit. In resurrectione ergo cum resurrexerint, cuius de his erit uxor? Septem enim habuerunt eam uxorem.] Turpitudinem fabulae opponit ut resurrectionis denegat ueritatem: uerum mystice septem hi fratres sine filiis defuncti, reprobis quibusque congruunt, qui per totam huius seculi uitam quae septem dies uoluitur, a bonis operibus steriles exiitunt. Quibus uirum misera morte praereptis, ad ultimum & ipsa mundana conuersatio, qua illi absque fructu uitalis operis exegerant, quasi uxor infœcunda transibit. Et respondens Iesus ait illis Nonne ideo erratis, non scientes scripturas neque uirtutem dei?] Propterea errant quia scripturas nesciunt. Et quia scripturas ignorat, consequenter nesciunt uirtutem dei, hoc est Christum, qui est Dei uirtus & Dei sapientia. Cum enim a mortuis resurrexerint, neque nubent, neque nubentur, sed sicut angeli in caelis.] Latina consuetudo Graeco idiomatinon responderet. Nubere proprie dicuntur mulieres, & uiri uxores ducere. Sed nos simpliciter dictum intelligamus, quod nubere de uiris, et nubi de uxoribus dictum sit. Si in resurrectione non nubent neque nubentur, resurgent ergo corpora quae possunt nubere & nubi. Nemo quippe dicit de lapide & arbore & his rebus quae non habent membra genita: lia, quia non nubant neque nubantur, sed de his qui cum possint nubere, tamen aliqua ratione non nubant. Quod autem inferitur, Sed sunt sicut angeli in caelis: spiritalis repromittitur conuersatio. Sunt enim sicut angeli in caelis, qui gloria resurrectionis innouati, absque ullo mortis metu, absque ulla labe corruptionis, absque ullo terrenti status actu, perpetua dei uisione fruuntur. Ad quam necesse est angelicae dignitatis aequalitatem quisquis ascendere desiderat, nunc minimis fratribus pie agendo descendat. De mortuis autem quod resurgant non legis in libro Moysi super rubum, quomodo dixerit illi deus inquitens, Ego sum deus Abraham & deus Isaac, & deus Iacob?] Ad comprobendam resurrectionis ueritatem multo alijs manifestioribus exemplis uti potuit, e quibus est & illud, Suscitabuntur mortui, & resurgent qui in sepulchris sunt. Et in alio loco, Multi dormientium de terra puluere consurgent, alij in uitam aeternam, & alij in opprobrium & confusionem aeternam. Quæritur itaque quid sibi uo-

luerit dominus hoc proferre testimonium, quod uidetur ambiguum, uel non satis ad resurrectionis pertinere ueritatem. Supra diximus Saducæos, nec angelos, nec spiritum, nec resurrectionem corporum confidentes, animarum quoque interitum prædicasse. Hi quinq; tantum libros Moysi recipiebant, prophetarum uaticinia respicientes. Stultum ergo erat inde proferre testimonia, quorum auctoritatem non sequebantur. porro ad aeternitatem animarum probandam ponit exemplum, Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob, statim quæ inferit, Non est deus mortuorum, sed uiuorum.] Ut cum probauerit animas permanere post mortem (neque enim poterat fieri ut eorum esset deus qui nequaquam subsisterent) consequenter introduceretur & corporum resurrectio, quæ cum animabus bona mala uel gesserunt. Et accessit unus de scribis qui audierat illos conquiretes. Et uidens quoniam bene illis responderit, interrogauit eum, quod esset primum omnium mandatum. Iesus autem respondit ei, quod primum omnium mandatum est. Audi Israel, Dominus deus tuus, deus unus est. Et diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, et ex tota uirtute tua. Hoc est primum mandatum. Secundum autem simile est illi. Diliges proximum tuum tanquam teipsum.] Primum omnium & maximum mandatum dicit, hoc est quod ante omnia debeamus intimo in corde singuli, quasi unicum pietatis fundamentum locare. Quod apertius in conclusione demonstrauit, cum ait, Maius horum aliud mandatum non est. Primum ergo omnium & maximum mandatum est, cognitio atque confessio diuinæ unitatis cum executione bonæ operationis. Bona autem operatio in dilectione dei & proximi perficitur. Quam breuiter alijs uerbis commendat Apostolus, dicens: In Christo enim Iesu neque circumcisio aliquid ualet, neque præputium, sed fides quæ per dilectionem operatur. Et ait illi scriba, Bene magister in ueritate dixisti, quia unus est deus, & non est alius præter eum. Et ut diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine, & diligere proximum tanquam seipsum, maius est omnibus holocaustis et sacrificijs.] Ostenditur ex hac responsione scribae, grauem saepe inter scribas & Phariseos quaestionem esse uersatam, quod esset mandatum primum siue maximum diuinæ legis, quibusdam uidelicet hostias & sacrificia laudantibus, alijs uero maiore auctoritate fidei & dilectionis opera præferentibus, eo quod plurimi patrum ante legem absque omnium uictimarum & sacrificiorum consuetudine ex fide tantum, quæ per dilectionem operatur, placuerent deo, summi quoque apud ipsum loci haberentur: nemo autem unquam absque fide ac dilectione per holocausta solum & sacrificia deo placuisse inueniretur. In qua sententia, scriba iste etiam se fuisse declarauit. Iesus autem uidens quod sapienter respondisset, dixit illi, Non es longe a regno dei.] Non longe fuit a regno Dei, quia sententia illius quæ

Mandatum primum.

Septem fratres mystice

Nubere.

Angeli dei similes.

Resurrectionis probationes.

Euangelist. concordia.

lius quæ noui testamenti & euangelicæ perfectionis est propria, fautor extitisse probatus est. Vnde solertius inquirendum quomodo dicat Matthæus, quod scriba hic siue legis doctor (ut ipse appellat) tentans Dominum de mandato primo siue maximo interrogauerit, quem secundum hunc euangelistam dominus non longe esse a regno Dei asseuerat, cum constet eos qui tentando sapientiam quaerunt, hanc inuenire non posse, ideoque nec regni caelestis quæ sapientibus solum panditur appropinquare inueniunt. Dicit enim scriptura, Et in simplicitate cordis quaerite illum, quoniam inuenitur ab his qui non tentant illum. Nisi forte dicamus quod tentaturus quidem dominum adierit, sed audito eius responso correptus, mox ad pietatis gratiam redierit: & quem prius tentando decipiendum putabat, postmodum amplectendo sequendum esse cognouerit. Aut certe ipsam tentationem non accipiamus malam, tanquam decipere uolentis inimicum, sed cautam potius, tanquam experiri amplius uolentis ignotum. Neque enim frustra scriptum est, Qui facile credit leuis corde minorabitur. Et nemo iam audebat eum interrogare.] Pharisei & Saducæi & cæteri principes Iudæorum quaerentes occasionem calumniae, & uerbum aliquod inuenire quod pateret insidiam, quia in sermonibus confutati sunt, ultra non interrogant, sed apertissime comprehensum Romanæ tradunt potestati. Ex quo intellegimus uenena inuidiæ posse quidem superari, sed difficile conquiscere. Et respondens Iesus, dicebat docens in templo, Quomodo dicunt Scribae Christum filium Dauid esse? Ipse enim dicit in spiritu sancto, Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Ipse enim Dauid dicit eum dominum, & unde est filius eius?] Interrogatio Iesu nobis proficit usque hodie contra Iudæos. Et hi enim qui constituntur Christum esse uenturum, hominem simplicem & sanctum asserunt de genere Dauid. Interrogemus ergo eos docti a domino, si simplex est homo, et tantum filius Dauid, quomodo uocet eum Dauid dominum suum, non erroris incerto, nec propria uoluntate, sed in spiritu sancto. Non autem reprehenduntur, quia Dauid filium dicit, sed quia dei filium eum esse non credunt. Si quidem ipse & dominus Dauid, Deus ante tempora manendo, & filius Dauid apparuit homo in temporis fine nascendo. Quod autem a patre subiciuntur ei inimici, non infirmitatem filij, sed uirtutem naturæ quæ in altero alter operatur, significat. Nam & filius subiicit inimicos patri, quia patrem clarificat super terram. Et dicebat eis in doctrina sua, Caute a scribis qui uolunt in stolis ambulare, et saluari in foro, & in primis cathedris sedere in synagogis, & primos ascumbus in cenis.] Ambulare in stolis, cultioribus uestimentis indutos ad publicum procedere significat: in quo inter cætera diues ille qui epulabatur quo die splendide, peccasse descri-

bitur. Notandum autem quod non saluari in foro, non primos sedere uel discumbere uetat eos, quibus hoc officij ordine competit, sed eos nimirum qui hæc siue habita seu certe non habita in debite amant, a fidelibus quibusque quasi improbos docet esse cauendos: animum uidelicet non gradum iusta distinctione redarguens: quamuis & hoc culpa non careat, si idem in forolibus intersint, qui in cathedra Moysi synagogæ magistri cupiunt appellari. Duplici sane ratione a uanæ gloriæ cupidis attendere iubemur, ne scilicet eorum uel simulatione seducamur, æstimantes bona esse & facienda quæ faciunt, uel æmulatione inflammemur, frustra gaudentes in bonis laudari quæ simulant. Qui deuant domos uiduarum sub obtentu prolixæ orationis, hi accipient prolixius iudicium.] Non tantum ait accipient iudicium, sed adiunxit prolixius: ut insinuet etiam illos qui in angulis stantes orant, ut uideantur ab hominibus, damnationem mererit: sed eos qui hæc prolixius quasi religiosiores agendo, non solum laudes ab hominibus, uerum etiam pecunias quaerunt, grauiori esse iudicio plectendos. Sunt enim qui se iustos & magni apud deum meriti simulantes, ab infirmis quibuslibet & peccatorum suorum conscientia turbatis, quasi patroni pro eis in iudicio futuri pecunias accipere non dubitant: et cum porrecte manus pauperi preces iuuare soleat, illi ob hoc maxime in precibus ut pauperi nummum tollant pernoctant. Quibus illa Iudæa maledictio non immerito congruit. Cum iudicatur exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum. Condemnatus quippe cum iudicatur exit, & orationem suam in peccatum recipit, qui magne nunc æstimationis apud homines habitus, in diuino tunc examine non solum se pro alijs interuenire non posse, sed nec sua sibi merita sufficere posse deprehendit, immo ipsarum quibus humanum iudicium fefellerat precum, inter crimina poenas luit. Et sedens Iesus contra gazophylacium aspicebat quomodo turba iactaret aes in gazophylacium.] Quia sermone greco φυλάξω seruari dicitur, et gazaliqua lingua Perlica diuitiæ uocatur, gazophylacium locus appellari solet, quo diuitiæ seruantur. Quo nomine & arcam in qua donaria populi congregabantur ad usus templi necessarios, & porticus in quibus seruabatur appellabant. Habes exemplum de porticibus in euangelio. Hæc (inquit) uerba locutus est Iesus in gazophylacio, docens in templo. Habes de arca in libro Regum, Et tulit Ioiada pontifex gazophylacium unum, aperuitque foramen desuper, & posuit illud iuxta altare ad dexteram ingredientibus domum domini. Mittebatque in eo sacerdotes qui custodiebant ostia omnem pecuniam quæ deferebatur ad templum domini. Cumque uiderent nimiam pecuniam esse in gazophylacio, ascendebat scriba Regis et pontifex, effundebantque & numerabant pecuniam quæ inueniebatur in

Honores an accepti di.

Gazophylacium.

domo domini. Itaque dominus qui appetitores primarius & uanae gloriae cauendos esse monuerat. qui simulatis orationibus prolixius iudicium praedixerat esse rependendum, etiam dona ferentes in domum domini certo examine discernit, ut retribuatur singulis secundum cor & opera eorum, quia eodem modo semper in ecclesia idem internus arbiter agere non cessat. Et multi diuites iactabant multa. Cum uenisset autem una uidua pauper, misit duo minuta, quod est quatuorans. Quadrantem uocant calculatores quartam partem cuiuscunque rei, uidelicet aut loci aut temporis, aut pecuniae. Forsitan ergo hoc loco quartam partem sicuti, id est quinq; obolos significat. Et conuocans discipulos ait illis, Amen dico uobis, quoniam uidua haec pauper plus omnibus misit qui miserunt in gazophylacium. Hic nobis locus moraliter quidem intimat quod sit acceptabile deo quicquid bono animo obtulerimus: qui non substantiam offerentium, sed conscientiam non sentiat: nec perpendit quantum in eius sacrificio, sed ex quanto proferatur. Iuxta uero leges allegoriae, diuites qui in gazophylacium munera mittebant, Iudaeos de iustitia legis elatos: porro uidua pauper ecclesiae simplicitatem designat. Quae recte pauper appellatur, quia uel superbiae spiritum uel concupiscentias temporalium rerum, quasi mundi diuitias abiecit. Vidua uero, quia uir eius pro ea mortem pertulit, & nunc in caeli penetralibus ab eius oculis occultus, quasi in parte alterius regionis uiuit. Haec in gazophylacium minuta duo mittit, quia in conspectum diuinae maiestatis, qua oblationes deuotae nostrae operationis quasi certo numero conscripta & consignata seruantur, siue dilectionem Dei & proximi, seu fidei orationisque suae munera defert. Quae consideratae propriae fragilitatis minuta, sed merito pie intentionis accepta cum sanctis superbientium Iudaeorum operibus praestant. Omnes enim ex eo quod abundabat illis miserunt. Haec uero de penuria sua omnia quae habuit, misit totum uictum suum. Ex abundantia sibi Iudaeus mittit in munera dei: qui de iustitia sua praesumens haec apud se orat. Deus gratias ago tibi quoniam non sum sicut caeteri hominum raptores, iniusti, & caetera. Omnem autem uictum suum in dei munera mittit Ecclesia, quia omne quod uiuit, non sui esse meriti, sed diuini muneris intelligit, dicens, Deus propitius esto mihi peccatori. Et iterum, Fortitudinem meam ad te custodiam, quia tu deus susceptor meus es, deus meus misericordia eius praeueniet me.

LIBER QVARTVS.

CAPVT XIII.



Egre deretur de templo ait illi unus ex discipulis suis. Magister, aspice quales lapides & quales structurae. Et respondens Iesus ait illi. Vides has omnes magnas aedificationes? Non relinquetur lapis super lapidem, qui non destrua-

tur. Iuxta historiam manifestus est sensus. Recedente autem domino de templo omnia legis aedificia & compositio mandatorum ita destruetur, ut nihil a Iudaeis impleri: & capite sublato uniuersa inter se membra compugnant. Et quia fundata in gentibus fide & ecclesia Christi Iudaea dignas suae perfidiae poenas erat luitura, apte dominus post laudatam in paupere uidua deuotionem ecclesiae, egreditur de templo, ruinae namque eius futuram atque aedificia tunc admiranda non multo post complananda esse praedixit. Diuinitus autem procuratur est, ut patefacta per orbem fidei Euangelicae gratia, templum ipsum quondam augustum cum suis cerimonijs tolleretur: ne quis forte adhuc paruulus ac laetis in fide, si uideret illa permanere quae a prophetis sanctis facta, quae a domino sunt instituta, admirando sanctum seculare, paulatim a sinceritate fidei, quae est in Christo Iesu, ad carnalem laberetur Iudaeismum. Prouidens ergo Deus in firmitati nostrae, & ecclesiam suam multiplicari desiderans, omnia illa subuertit fecit ac penitus auferri, quatenus umbra & typo cessante, ueriores ipsa iam ueritas per orbem declarata palmam teneret. Et cum sederet in monte oliuarum contra templum, interrogabant eum separatim Petrus, Iacobus, & Ioannes & Andreas. Dic nobis quando ista fient, & quod signum erit quando haec omnia incipient consummari? Quia laudantibus quibusdam aedificationes templi, Dominus palam respondit haec esse omnia destruenda, discipuli secreto tempus & signa praedictae destructionis interrogant. Sedit autem Dominus in monte oliuarum contra templum, cum de ruina templi & excidio gentis disputat, ut etiam ipso corporis situ uerbis quae loquitur congruat, mystice designans quia quietus manens in sanctis, superbiorum destratur amentiam. Quis enim non uideat quod Mons oliuae fructiferam designet sanctae ecclesiae celsitudinem, quam dominus semper inhabitare delectatur? Quia uidelicet mons ille non infructuosas habere arbores, & syluam sterilem, sed oliuas gignere solebat, quibus ad repellendas nocuum umbras lumen alitur, soluuntur infirmitates & requies lassus tribuitur. Quae cuncta specialiter in ecclesia fieri probat ipsa cum dicit, Ego autem sicut oliua fructifera in domo domini sperabo in misericordia Dei mei. Et respondens Iesus cepit dicere illis, Videte ne quis uos seducat. Multi enim uenient in nomine meo dicentes quia ego sum & multos seducent. Multi imminente Hierosolymorum excidio Principes extiterunt qui se esse Christos dicerent, tempusque libertatis iam iamque propinquare referrent. Multi in ecclesia ipsi etiam temporibus Apostolorum haereticarum prodire, qui inter alia plurima, ueritati contraria, diem Domini praedicarent instare. Quos apostolus in epistola ad Thessalonicenses damnat. Multi in nomine Christi uenere Antichristi,

Templi destruentis.

Mons Oliuarum.

Dies domini.

Antichristi.

Antichristi, quorum primus est Simo Magus: cui, sicut in actibus Apostolorum legimus, auscultabant omnes qui in Samaria erant a ministro usque ad maximum, dicentes, Hic est uirtus dei quae uocatur magna, eo quod multo tempore magicis artibus suis dementasset eos. Cum audieritis autem bella & opiniones bellorum ne timueritis. Oportet enim fieri, sed nondum finis. Bella ad hostes pertinent seditiones ad ciues. Quae utraque a tempore dominice passionis in populo Iudaeorum, qui sibi pro Salvatore Christo seditionum latro nem elegit, satis superque constat abundasse. Sed his aduentantibus Apostoli ne terreantur, ne Hierosolymam, Iudaeamque deserant, admonentur: quia uidelicet non statim finis, quae in quadragesimum potius differenda sit annum, id est desolatio prouinciae, ultimumque urbis ac templi sequatur excidium. Exurge autem gens contra gentem, & regnum super regnum, & erunt terrae motus per loca, & pestilentiae & fames, initium dolorum haec. In euangelio Lucae ita scriptum est, Et terrae motus magni erunt per loca, & pestilentiae & fames. Constat autem haec ante ultimos acerbissimosque dolores, quibus omnis est uastata, immo erasa prouincia, hoc est tempore Iudaeae seditionis ad litteram contigisse. Potest uero regnum super regnum, & pestilentia eorum quorum sermo serpit ut cancer, & fames audiendi uerbum dei, & commotio uniuersae terrae, & a uera fide separatio, in haereticis magis intelligi, qui contra se inuicem dimicantes, ecclesiae uictoriae faciunt. Quod autem merito Hierosolymis ac prouinciae Iudaeorum uniuersae tot eroganda fuerint aduersa, dominus subdedito manifestat cum dicit, Videte autem uosmetipsos, tradent enim uos in concilia, & in synagogis uapulabitis, & ante reges et praesides stabitis propter me in testimonium illis. Ea quippe Iudaeae genti uel sola uel maxima causa erat exitus, quia post occisionem domini Saluatoris, nominis quoque ac fidei eius praecones simul & confessores impia crudelitate uexabat. Et in omnes gentes primum oportet praedicari euangelium dei. Hoc ita fuisse completum Ecclesiasticae testatur historiae, in quibus refertur quod apostoli omnes multo ante excidium Iudaeae prouinciae ad praedicandum euangelium toto fuerint orbe dispersi, excepto Iacobo Zebedaei, & Iacobo fratre domini, qui prius in Iudaea pro uerbo Euangelii sanguinem fuderant. Quoniam ergo nouerat dominus corda discipulorum, de excidio ac perditione suae gentis esse contristanda. hoc eos solatio alleuat, ut non essent sibi etiam Iudaeis abiectis socios non defore gaudij regnique caelestis: immo plures multo quam de Iudaea perirent, ex omnibus toto orbe nationibus esse colligendos. Et cum duxerint uos tradentes nolite praecogitare quid loquamini, sed quod datum uobis fuerit in illa hora id loquimini. Non enim estis uos loquentes sed spiritus sanctus. Cum propter Christum ducimur ad iudices, uoluntatem tan-

tum nostram pro Christo debemus efferre. Caeterum ipse Christus qui in nobis habitat, loquitur, & spiritus sancti in respondendo gratia ministratur. Tradet autem frater fratrem in mortem, et pater filium, et consurgent filii in parentes, et morte afficient eos. Et eritis odio omnibus, propter nomen meum. Qui autem, &c.] Hoc in persecutionibus scire fieri uidimus, nec ullus est inter eos fidus affectus, quorum diuersa fides est. Cum autem uideritis abominationem desolationis stantem ubi non debet, qui legit intelligat. Pro eo quod Marcus ait, Stantem ubi non debet, in Matthaeo scriptum est, Stantem in loco sancto: qui unum omnimodis idem significat. quoniam nimirum in loco sancto non debet abominatio stare desolationis. Quando autem ad intelligentiam prouocamur, mysticum monstratur esse quod dictum est. Potest autem simpliciter aut de antichristo accipi, aut de imagine Caesaris quam Pilatus posuit in templo, aut de Hadriani equestri statua, quae in ipso sancto sanctorum loco multo tempore stetit. Abominatio quoque secundum ueterem scripturam idolum nuncupatur. Et idcirco additur desolationis, quod in desolato templo atque deserto idolum positum sit. Tunc qui in Iudaea sunt, fugiant in montes. Et qui super te ctum, ne descendat in domum, nec introeat tollere aliquid de domo sua. Et qui in agro erit, non reuertatur retro tollere uestimentum suum. Haec iuxta litteram facta esse constat, cum appropinquante Romano bello & exterminio Iudaeae gentis, oraculo admoniti, omnes qui erant in prouincia Christiani longius discesserunt, ut ecclesiastica narrat historia, & trans Iordanem sedentes manebant ad tempus in ciuitate Pella sub tutela Agrippae Regis Iudaeorum, in actibus Apostolorum mentio est, qui cum cuius ea quae sibi obtemperare uolebat parte Iudaeorum, semper Romanorum imperio subditus agebat. Iuxta uero sensus spirituales, cum uiderimus abominationem desolationis stare ubi non debet, hoc est haereticos & flagitia regnare inter eos qui caelestibus mysticis uidebantur esse consecrati, cum operantes iniquitatem, loquentes mendacium, uiros sanguinum & dolosos quos abominabitur dominus, pacem fidelium turbare perpendimus, tunc quicumque in Iudaea, hoc est in confessione uerae fidei persistimus, non terrenis infirmisque actibus mancipari, sed tanto altius uirtutum culmen debemus ascendere, quanto plures ampla & errabunda uitiorum se qui in terra uidemus. Tunc qui super te ctum est, hoc est qui excedens animo carnalia, tanquam in aura libera spiritualiter uiuit, ne descendat ad infimos actus pristinae conuersationis, neque ea quae reliquerat mundi carnisue desideria reperat. Domus namque nostra, uel mundus hic uel ipsa in qua degimus, nostra intelligenda est caro, de qua dicit Apostolus: Scimus enim quod sit terrefriscus domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod edificatione ex deo habemus. Et qui operatur in

Euangelist. concord.

Antichristus.

Abominatio.

Pella.

Domus nostra.

ecclesia, ac sicut Paulus & Apollo plantat & rigat, non respiciat spem secularem cui renunci-
 auit, nec retinacula uitae labentis quibus se iam-
 iamque ut nudus Christum sequeretur, exuerat,
 resumere incautus praesumat. *Vae autem pra-*
gnantibus & nutrientibus in illis diebus. Vae praes-
 senti captiuitate pregnantibus & nutrientibus,
 quarum uel uteri uel manus filiorum sarcina
 praegrata, fugae necessitatem non minimum
 impediunt. *Lege Regum Historiam, ubi ux-*
or Ionathae malum captiuitatis praepropera fu-
ga uitae lapsus sine filium perpetuo claudu-
recepit. Orate uero ut hyeme non fiant. In Mat-
 thaeo scriptum est, *Orate autem ut non fiat fu-*
ga uestra hyeme uel sabbato. Si de captiuitate
 Hierusalem uoluerimus accipere, quando a Ti-
 to & Vespasiano capta est, orare debent, ne fu-
 ga eorum hyeme uel sabbato fiat: quia in alte-
 ro duritia frigoris prohibet ad solitudinem per-
 gere, & in montibus desertisque latitare: in altero
 aut transgressio legis est, si fugere uoluerint, aut
 mors imminens, si remanserint. Si autem de co-
 summatione mundi intelligitur, hoc praecipit
 ut non refrigescat fides nostra & in Christum
 charitas, neque otiosi in opere dei torpeamus uir-
 tutum sabbato. Haec enim domini locutio par-
 tim ad captiuitatem Iudaicam quae a Romanis
 facta est, partim ad diem iudicii pertinet. Nam
 & apud Matthaeum ita discipuli dominum cum
 haec esset locuturus interrogasse leguntur. *Dic-*
nobis quando haec erunt, & quod lignum ad-
uentus tui & consummationis seculi? Erunt
enim dies illi tribulationis tales, quales non fuerunt ab in-
itio creaturae, quam condidit Deus usque nunc, neque fient.
 Haec temporibus antichristi proprie congruant,
 quando non solum tormenta crebriora & acer-
 biora quam prius consueuerunt, ingerenda sunt
 fidelibus, sed (quod grauius est) signorum quo-
 que operatio eos qui tormenta ingerunt, comi-
 tabitur. teste apostolo qui ait, *Cuius est aduen-*
tus secundum operationem Satanae, in omni se-
ductione, signis, & prodigijs mendacij. Quan-
ta enim sepe miracula, quot uirtutes sancti mar-
tyres coram persecutoribus fecerunt, nec ta-
men credere illi, neque a persecuendo cessare uo-
luerunt. Quis ergo ad fidem conuertitur in cre-
dulis, cuius iam credentis non pauet & concu-
titur fides, quando persecutor pietatis fit etiam
operator uirtutis, idemque ipse qui tormentis sa-
uit ut Christus negetur, prouocat miraculis ut
 antichristo credatur? Quod ergo in his suffugi-
 um, quae spes remanebit electis nisi ut superna
 gratia quae uirtutum patientiaeque pijs largitur, po-
 tentiam perfeque[n]di ac tribulandi citius demar-
 impijs? Vnde prouida pietate subiungitur,
Et nisi breuiasset dominus dies, non fuisset salua omnis caro.
 Sed propter electos quos elegit, breuiauit dies.
 Haec etenim tribulatio quanto ceteris quae pre-
 cessere pressurarum pondere grauior, tanto est
 temporis breuitate moderatior futura. Namque

tribus annis ac dimidio quantum de prophetia
 Danielis & Apocalypsi sancti Ioannis conficit
 potest, ecclesiam per orbem impugnatura esse
 creditur. *Et tunc si quis uobis dixerit, Ecce hic est Chri-*
stus, ecce illic, ne credideritis, Exurgent enim pseudo christi
& pseudoprophetae, & dabunt signa & portenta ad seducen-
do, si fieri potest, etiam electos. Quidam haec ad capti-
 uitatis Iudaicae tempus referunt, ubi multi Chri-
 stos se esse dicentes, deceptas post se cateruas po-
 puli trahebant. Sed notandum, quod in illa mi-
 serabilis & miserae ciuitatis obsidione nullus e-
 rat fidelis ad quem diuina exhortatione perucr-
 sos magistros sequeretur, fieri deberet: uerum
 omnes pariter & minores & maiores & obse-
 si & obsidentes aliena Christo durabant. Vn-
 de melius de haereticis est accipiendum, qui con-
 tra ecclesiam uenientes Christos se esse menti-
 rentur. Quorum primus Simon Magus fuit,
 extremus autem ille maior ceteris est Antichri-
 stus. *Sed in illis diebus post tribulationem illam Sol con-*
tebrabitur, & luna non dabit splendorem suum, stellae ca-
li erunt decedentes. Sidera in die iudicii uidebun-
 tur obscura, non diminutione suae lucis accedente,
 sed superueniente claritate ueritatis, hoc
 est summi iudicii, cum uenerit in maiestate sua,
 & patris, & sanctorum angelorum, quamuis nihil
 prohibeat intelligi ueraciter solem tunc & lu-
 nam cum sideribus ceteris ad tempus suo lunae
 ne priuari, quomodo factum de sole constat
 tempore dominicae passionis. Luna enim tunc
 temporis cum esset plena, sub abdito terrae la-
 tebat. Vnde imperfecta restat usque hodie pro-
 phetia illa Iosel, qui cum dixisset Sol conuertere-
 tur in tenebras, addidit, *Et luna in sanguinem,*
 antequam ueniat dies domini magnus & ma-
 nifestus. Et quod de die iudicii loquens Esaias,
Et erubescet (inquit) luna & confundetur Sol,
 cum regnauerit dominus exercituum in monte
 Sion & in Hierusalem, & in conspectu senum
 suorum fuerit glorificatus. Ceterum peracto
 die iudicii & clarescente futurae gloriae uitae, cum
 fuerit caelum nouum & terra noua, tunc fiet quod
 isem propheta dicit alibi, *Et erit lux lunae sicut*
lux solis, & lux solis erit septemplex sicut
lux septem dierum. *Et uirtutes quae sunt in caelis*
moueuntur. Quid mirum homines qui & natu-
 ra sunt & sensu terrestres, ad hoc iudicium per-
 turbari, cuius aspectum & ipsae caelorum uir-
 tutes, hoc est angelicae tremunt potestates? Be-
 ato quoque Iob attestante qui ait, *Columnae ca-*
li contremiscunt & pauent ad nutum eius, Quid
ergo facient tabulae quando tremet columna-
rum? Quid uirgula deserti pauit, cum cedrum
paradisi concutitur? Et tunc mittet angelos suos
& congregabit electos suos a quatuor uentis a summo ter-
ra usque ad summum caeli. A quatuor uentibus, a quatuor
 or mundi climatibus dicit, oriente, occidente,
 aquilone, & austro. Et ne quisquam putaret a
 quatuor solummodo plagis terrae, & non peti-
 us a cunctis eius finibus simul & medietate: e-
 is regio

Luna de-
 fectio &
 mutatio.

Caelum
 quod tran-
 sibat.
 2. Petri, 3.

is regionibus electos esse congregandos, apte
 subiunxit, A summo terrae usque ad summum cae-
 li, id est, ab extremis terrae finibus per directum
 usque ad ultimos terminos eius, ubi longe aspe-
 ctibus circuitus caeli terrae uidetur incidere.
 Nullus ergo in die illa remanebit electus qui
 non uenienti ad iudicium domino in aera oc-
 currat, siue uiuens adhuc in corpore reperitur,
 seu de morte iam resuscitatus ad uitam. Veni-
 unt ad iudicium reprobi & ipsi, alij in corpo-
 re uiuentes inuenti, alij ad uitam a morte susci-
 tati. Sed ea nimirum distantia, quod iusti con-
 gregantur in gaudium domini sui: inimici au-
 tem eius peracto iudicio dissipentur, & pere-
 rant a facie dei. *A ficu autem discite parabolam, Cum iam*
ramus eius tener fuerit, & nata fuerint folia, cognoscitis
quod in proximo sit aestas, Sic & uos, &c. Sub exemplo
 arboris, docuit consummationis aduentum.
 Quomodo, inquit, cum teneri fuerint in arbo-
 re ficus cauliculi, & gemma erumpit in florem
 cortexque folia parturit, intelligitis aestatis adue-
 tum, & fauonij ac ueris introitum: Ita cum om-
 nia haec quae scripta sunt uideritis, nolite puta-
 re iam ad esse consummationem mundi, sed qua-
 si proemia & praecursores quosdam uenire, ut
 ostendant quod prope sit & in ianuis. Potest
 autem haec fructificatio sicut iuxta mysticos sen-
 sus altius intelligi, uidelicet super statu Synago-
 gae, quae quondam ueniente ad se domino, quia
 fructum iustitiae non habebat, in eis qui tunc
 increduli erant aeterna sterilitate damnata est.
 Sed quoniam dixit Apostolus, quia caecitas ex
 parte facta est in Israel, donec plenitudo genti-
 um intraret, & sic omnis Israel saluus erit,
 cum hoc affuerit tempus ut ablata diutina cae-
 citate perfidia, omnis Israel lucem recipiat &
 salutem, quid nisi diu sterilis arbor sicut fru-
 ctum quem negauerat redderet: iuxta illud bea-
 ti Iob: *Lignum habet spem in praecisum fuerit,*
ruisum uirescit & rami eius pullulant. Si senue-
rit in terra radix eius, & in puluere mortuum
fuerit, truncus illius ad odorem aquae germina-
bit, & faciet comam quasi cum primum planta-
rum est. Quod ubi factum uideris, diem extre-
mi discriminis, & aetatem uerae pacis ac lu-
cis esse in proximo non ambiges. Amen dico
uobis, quoniam non transibit generatio haec donec omnia i-
sta fiant. Nomine generationis aut omne homi-
 num significat genus, aut specialiter Iudaeorum.
 Caelum & terra transibunt, uerba autem mea
 non transibunt. Caelum quod transibit, non ae-
 thareum siue sidereum, sed aereum, a quo & ae-
 ris caeli & nubila caeli cognominantur, in-
 telligere debemus, Petro attestante qui dicit:
Quod caeli erant prius & terra de aqua, & per
aquam consistens dei uerbo: per quae ille tunc
mundus aqua inundatus perijt. Caeli autem qui
nunc sunt & terra, eodem uerbo repositi sunt,
igni reseruati in diem iudicii & perditionis ho-
 minum impiorum, aperte docens quia non alij

caeli sunt igne perituri, quam qui aqua periti,
 hoc est inania haec & nebulosa uentosi aeris spa-
 tia. Neque enim aqua diluunt, quae quindecim tan-
 tum cubitis montium cacumina transcendit, ul-
 tra aeris aetherisque confinia peruenisse credenda
 est. Quocumque autem peruenire potuit, eo nimirum
 iuxta praefata beati Petri sententiam ignis
 quoque iudicii perueniet. Si autem caelum & ter-
 ra transibunt, mouere potest quomodo dicat Ec-
 clesiastes, *Generatio praeterit & generatio ad-*
uenit, terra uero in aeternum stat. Sed aperta ra-
tione caeli & terra per eam quam nunc habent
imaginem transeunt, attamen per essentiam sine fine
subsistunt. Praeterit enim figura huius mundi,
Et ad Ioannem angelus, Erit inquit caelum nouum
& terra noua, quae quidem non alia condenda
sunt, sed haec ipsa renouanda. Caelum ergo & ter-
ra & transit & erit, quia & ab ea quam nunc ha-
bet specie per ignem tergitur, & tamen in sua
semper natura seruat. Vnde & per Psalmistam
dicitur. Mutabis ea & mutabuntur. Quam qui
dem ultimam commutationem suam, ipsi nobis
nunc uicissitudinibus nunciat, quibus nostris
uicibus indefinenter alternant. Nam terra a sua
specie hyemali ariditate deficit, uernali humore
uiriscit. Caelum quotidie caligine noctis obdu-
ctur, & diuina claritate renouatur. Hinc ergo
hinc fidelis quisque colligat, & interire haec, & ta-
men per inuolutionem refici, quae constat nunc
assidue uelut ex defectu reparari. De die autem il-
louel hora nemo scit, neque angeli in caelo neque filius, nisi pa-
ter. Gaudet Arrius & Eunomius, quasi igno-
 rantia magistris, gloria discipulorum sit: & di-
 cunt, Non potest aequalis esse qui nouit & qui
 ignorat. Cum uero omnia tempora fecerit le-
 sus, hoc est uerbum dei (omnia enim per ipsum
 facta sunt, & sine ipso factum est nihil) in omni-
 bus autem temporibus etiam dies iudicii sit, quia
 consequentia potest eius ignorare partem, cu-
 ius totum nouerit? Causa ergo reddenda est, cur
 ignorare dicatur. Apostolus super Saluatore
 scripsit, *In quo sunt omnes thesauri sapientiae &*
scientiae absconditi. Quare abscondit? Post re-
surrectionem interrogatus ab apostolis de die
iudicii, manifestius respondit, Non est uestrum
scire tempora & momenta quae pater posuit in
sua potestate. Quando dicit, non est uestrum scire,
 ostendit quod ipse sciat, sed non expediat nos-
 se apostolis, ut semper incerti de aduentu iu-
 dicis, sic quotidie uiuant quasi die illa iudican-
 di sint. Denique & consequens euangelij ser-
 mo id ipsum cogit intelligi. Docens quoque pa-
 trem solum nosse, in patre comprehendit & fi-
 lium. Omnis enim pater, filij nomen est. *Vide*
te, uigilate, & orate. Nescitis enim quando tempus sit. Si-
cut homo qui peregre profectus reliquit domum suam &
dit seruis suis potestatem, &c. Perpicue ostendit do-
 minus quare dixerit, *De die autem illo uel ho-*
 ra nemo scit, neque angeli in caelo, neque fili-
 us, nisi pater, quia non expediat scire aposto-
 lis, ut

Terra quo
 in aeternu
 stabit.

Arrii ad
 errorem
 anja.

Christus
 quomodo
 ignoret.

lis, ut pendulę expectationis incerto semper esse credant esse uenturum quem ignorat quando uenturus sit. Et non dixit quia nescimus quia hora dominus uenturus sit, sed nescitis. Præmissis quoque patris familias exemplo, cur reticeat consummationis diem manifestius docet, dicens, *Vigilate ergo. Nescitis enim quando dominus domus ueniat, si ro an media nocte, an gallicantu, an mane. Ne cum uenerit repente, inueniat uos dormientes.* Homo autem qui peregre profectus reliquit domum suam, haud dubium quin Christus sit, qui ad patrem post resurrectionem uictor ascendens, ecclesiam corporaliter reliquit: quam tamen nunquam diuinę præsentia destituit, manens in illa omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Carnis etenim locus proprię terra est, quæ uelut ad peregrina ducta est, cum per redemptorem nostrum est in celo collocata. Dedit autem seruis suis potestatem cuiusque operis: quia fidelibus suis concessa, sancti spiritus gratia facultatę tribuit bonis operibus seruicij. Ianitori quoque præcepit ut uigilaret: quia ordinari pastorum ac rectorum spiritualium, commissæ sibi ecclesię curam solerti obseruatiã iubet impendere. *Quod autem uobis dico, omnibus dico, Vigilate.* Non Apostoli tantum & successores eorum rectores nimirum ecclesię, sed & omnes uigilare præcipimur. Vniuersi ianuas cordium nostrorum, ne hostis antiquus mala fuggerendo irrumpat, instante seruire iubemur. Nenos dormientes do dominus ueniens inueniat, sedulo singuli præcauere debemus. Vniuersi quoque enim pro se redderant rationem deo. Vigilat autem, qui ad aspectum ueri luminis mentis oculos apertos tenet. Vigilat, qui seruat operando quod credit. Vigilat, qui a se torporis & negligentię tenebras repellit. Hinc etenim Paulus dicit, *Eui gilate iusti & nolite peccare.* Hinc rursus ait, *Hora est iam nos de somno surgere.*

CAPVT XIII.

Cap. 43.

Pascha.



Rat autem Pascha, & azima post biduum. Pascha, quod hebraice dicitur phasce, non a passione ut plerique arbitrantur, sed a transitu nominatur, eo quod exterminator uidens sanguinem in foribus Israelitarum, pertransierit, nec percussit eos, uel ipse dominus præbens auxiliũ populo suo desuper ambulauerit. Cuius sacramentum uocabulis sublimius exponens euangelista Ioannes ait, *Ante diem autem festum paschæ sciens Iesus, quia uenit hora eius ut transeat ex hoc mundo ad patrem. Vbi manifeste declarat, ideo solennitatis huius diem per legem mystice transitum esse uocatum, quod agnus Dei qui peccata mundi tolleret, in eo, de hoc mundo siue ipse transurus, siue nos salubri transitu, quasi de Ægyptia esset seruitute ducturus. Hoc sane iuxta ueteris instrumenti scripturam inter pascha & azima distat, quod pascha ipse solus dies appellatur,*

Pascha Azima.

in quo Agnus occidebatur ad uesperam, hoc est quartadecima luna primi mensis. Quinta decima autem luna, quando egressum est de Ægypto, succedebat festiuitas azimorum, quæ septem diebus, id est, usque ad uigesimum primum diem eiusdem mensis ad uesperam est statuta solennitas. Verum euangelista indifferenter & diem azimorum pro pascha, & pro diebus azimorum pascha ponere solent. Dicit enim Marcus, *Erat autem pascha & azima post biduum.* Dicit Lucas, *Dies festus azimorum qui dicitur pascha.* Item Ioannes, cum primo azimorum die, id est, quindecima luna res ageretur, ait, *Et ipsi non introierunt in pretorium ut non contaminarentur, sed manducarent pascha.* Quod ideo fecere, quia & paschæ dies in azimis panibus est celebrari præceptus, & nos quasi pascha perpetuum facientes, semper ex hoc mundo transire præcipimur. Vno quippe die agno immolato ad uesperam, septem ex ordine dies sequuntur azimorum: quia Christus Iesus semel pro nobis in plenitudine temporum passus in carne per totum huius seculi tempus (quod septem diebus agitur) in azimis sinceritatis & ueritatis præcepit esse uiuendum: omnique semper nisi, nos desideria terrena, quasi Ægypti retinacula fugere, & uelut mundana cõuersatione secretam solitudinem iter admonet subire uirtutum. *Et querebant summi sacerdotes et scribae, quomodo eum dolo tenerent et occiderent. Dicebant autem, non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo.* Qui debuerant Pascha uicino parare uicimas, leuigare templi parietes, pauimenta uerrere, uasa mundare, & secundum ritum legis purificari, ut esu agni digni fierent, congregantur ineuntes consilium quomodo occidant dominum, non timētes seditionem, ut simplex sermo demonstrat, sed cauentes, ne auxilio populi de suis manibus tolleretur. *Et cum esset Bethania in domo Simonis leprosi, et recubaret.* Passurus pro omni mundo & uniuersas nationes suo sanguine redempturus, moratur in Bethania in domo obediētis, quæ quondam fuit Simonis leprosi: non quod leprosus illo tempore permaneret, sed quia ante leprosus, postea a saluatore mundatus est, nomine pristino permanente, ut uirtus curatis appareat. Nam & in catalogo apostolorum cum pristino uitio & officio Matthæus publicanus appellatur, qui certe publicanus esse desiderat. Quidam Simonem leprosum uolunt intelligere partem populi quæ crediderit Domino, & ab eo curata sit. Simon quoque obediens dicitur, *Venit mulier habens alabastrum unguenti nardi spicati pretiosi, et fracto alabastrum effudit super caput eius.* Mulier ista Maria erat Magdalene soror Lazari, quem suscitauit Iesus a mortuis, ut Ioannes aperte commemorat, qui hoc etiam factum ante sex dies paschæ testatur pri die quam alino sedens cum palmis & laude turbarum Hierosolymam ueniret. Ipsa est autem, non

40

alia, quæ quodam (ut Lucas scribit) peccatrix adhuc, ueniens pedes domini lachrymis poenitentia rigauit, & unguento piæ confessionis liniuit, & quia multum dilexit, multorum ueniam peccatorum a pio iudice promeruit. Nunc uero iustificata & familiaris effecta domino, non tantum pedes eius (ut idem Ioannes narrat) uerum etiam caput (ut Matthæus Marcusque perhibent) oleo sancto perfudit. Est autem alabastrum genus marmoris candidi, uariisque maculis interiecti, quod ad uasa unguentaria cauari solet: eo quod optime seruire ea in corrupta dicatur. Nascitur circa Thebas Ægyptias, & Damascus Syriæ cæteris candidius, probatissimum uero in India. Nardus uero est frutex aromaticus, graui (ut aiunt) & crassa radice, sed breui ac nigra fragilique quamuis pingui, sinum redolente, aut cypressum, aspero sapore, folio paruo densoque, cuius cacumina in aristas se spargunt. Ideoque gemina dote pigmentarii nardi spicas ac folia celebrat. Et hoc est quod ait Marcus, *Vnguentum illud quod attulit Maria domino, non solum de radice confectum nardi, uerum etiam, quo preciosius esset, spicarum quoque & foliorum eius adiectione odoris ac uirtutis illius erat accumulata gratia.* Ferunt autem de nardo physiologi, quod principalis sit in unguentis. Vnde merito unctio capitis & pedum domini oblata est. Sunt quidem multa eius genera, sed omnia hebetiora præter Indicum, quod preciosius est. Mystice autem deuotio hæc Mariæ domino ministrantis fidem ac pietatem de sinat ecclesię sanctæ, quæ loquitur in amoris cantico dicens, *Dum esset rex in accubitu suo, Nardus mea dedit odorem suum.* Quæ nimirum uerba, & semel iuxta litera manibus Mariæ cõpleuit, & quotidie in omnibus suis membris spiritaliter implere non desinit, quæ toto diffusa orbe gloriantur, & dicunt. Deo autem gratias, qui semper triumphat, nos, in Christo Iesu, & odorem notitię suę manifestat per nos in omni loco. Quia Christi bonus odor sumus Deo. Quæ cum potētiam diuinæ uirtutis eius, quæ illi unã cum patre est, digna reuerentiã cõfiteretur, laudat, & prædicat, caput profecto illius unguento perfudit precioso. Cum uero assumptæ mysteria humanitatis æque digna reuerentiã suspicit, in pedes utique Domini unguentum nardi pisticum, id est fidele ac uerum perfundit, quia illam eius naturam qua terram contingere, hoc est inter homines conuersari dignatus est, pia prædicatione commendat, ac deuotis ueneratur obsequijs. *Erant autem quidam indigne ferentes intra semetipsos, & dicentes, Vt quid perditio ista unguenti facta est? Poterat enim unguentum istud uenudari plus quam trecentis denarijs, & dari pauperibus.* Marcus quoque hæc, quomodo & Matthæus, synecdochicos loquitur, pluralem uide licet numerum pro singulari ponens. Nam Io-

50

annes distinctius loquens, Iudam hæc locutum esse testatur. Et hoc gratia cupiditatis, eo quod fur fuisset, & oculos habens ea quæ mittebantur portaret. Potest etiam intelligi quod & alij discipuli aut senserint hoc, aut dixerint, aut eis Iuda dicente persuasum sit, atque omnium uoluntatem Marthæus & Marcus etiam uerbis expresserint, sed de Iuda propterea dixit, quia fur erat, cæteri uero propter pauperum curam. Ioannem autem de solo illo id commemorare uoluisse, cuius ex hac occasione furandi consuetudinem credidit in timendam. Quod uero sequitur, *Et fremebant in eam.* Nequaquam de bonis ac diligentibus Christum Apostolis dictum crediderim: sed de illo potius sub numero plurali, qui nec domino nec discipulis eius fideliter adhaeruisse, neque pauperum curam habuisse probatus est. *Iesus autem dixit, Sinite illam. Quid illi molesti estis? Bonum opus operata est in me. Sæper enim pauperes habetis uobiscum, & cum uolueritis potestis illi benefacere: me autem non semper habebitis.* Alia obortur quaestio, quare Iesus post resurrectionem dixerit ad discipulos, *Ecce ego uobiscum sum usque ad consummationem mundi.* & nunc loquitur, *Me autem non semper habebitis.* Sed mihi uidetur in hoc loco de præsentia dicere corporali: quia nequaquam cum eis ita futuris sit post resurrectionem, quomodo nunc in omni conuictu & familiaritate. Cuius rei memor

60

Apostolus ait, *Et si noueramus Iesum Christum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus eum.* *Quod habuit, hoc fecit. Præuenit unguere corpus meum in sepulturam.* Quod uos putatis perditionem esse unguenti, officium sepulturæ est. Nec mirum, si mihi bonum odorem suæ fidei dederit, cum ego pro ea futurus sim sanguinem meum. *Amen dico uobis, ubicumque prædicatum fuerit euangelium istud in uniuersum mundum, & quod fecit hæc narrabitur in memoriam eius.* Attende notitiam sit

Simon leprosus.

Matthæus publicanus.

Lazari soror peccatrix.

Alabastrum.

Nardus.

Nardi natura.

Euangelist. concordia.

annes distinctius loquens, Iudam hæc locutum esse testatur. Et hoc gratia cupiditatis, eo quod fur fuisset, & oculos habens ea quæ mittebantur portaret. Potest etiam intelligi quod & alij discipuli aut senserint hoc, aut dixerint, aut eis Iuda dicente persuasum sit, atque omnium uoluntatem Marthæus & Marcus etiam uerbis expresserint, sed de Iuda propterea dixit, quia fur erat, cæteri uero propter pauperum curam. Ioannem autem de solo illo id commemorare uoluisse, cuius ex hac occasione furandi consuetudinem credidit in timendam. Quod uero sequitur, *Et fremebant in eam.* Nequaquam de bonis ac diligentibus Christum Apostolis dictum crediderim: sed de illo potius sub numero plurali, qui nec domino nec discipulis eius fideliter adhaeruisse, neque pauperum curam habuisse probatus est. *Iesus autem dixit, Sinite illam. Quid illi molesti estis? Bonum opus operata est in me. Sæper enim pauperes habetis uobiscum, & cum uolueritis potestis illi benefacere: me autem non semper habebitis.* Alia obortur quaestio, quare Iesus post resurrectionem dixerit ad discipulos, *Ecce ego uobiscum sum usque ad consummationem mundi.* & nunc loquitur, *Me autem non semper habebitis.* Sed mihi uidetur in hoc loco de præsentia dicere corporali: quia nequaquam cum eis ita futuris sit post resurrectionem, quomodo nunc in omni conuictu & familiaritate. Cuius rei memor

Apostolus ait, *Et si noueramus Iesum Christum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus eum.* *Quod habuit, hoc fecit. Præuenit unguere corpus meum in sepulturam.* Quod uos putatis perditionem esse unguenti, officium sepulturæ est. Nec mirum, si mihi bonum odorem suæ fidei dederit, cum ego pro ea futurus sim sanguinem meum. *Amen dico uobis, ubicumque prædicatum fuerit euangelium istud in uniuersum mundum, & quod fecit hæc narrabitur in memoriam eius.* Attende notitiam sit

Questio.

Quomodo nobiscum dominus.

Christi prognosticon.

60

inuitatum, non ulla necessitate constrictum, sed sponte propria sceleratae mentis inisse consilium. *Qui audientes gauisi sunt, & promiserunt ei pecuniam se duros. Et querebat quomodo illum opportune traderet.* Multi hodie Iudae scelus quod dominum ac magistrum Deumque suum pecunia uendiderit, uelut immane, & nefarium exhorrent, nec ramen cauent. Nam cum pro mulieribus falsum contra quemlibet testimonium dicunt, profecto quia ueritatem pro pecunia negant, Deum pecunia uendunt. Ipse enim dixit, Ego sum ueritas. Cum societate fraternitatis aliqua discordiae peste commaculant, dominum produnt, quia deus charitas est. Qui ergo charitatis & ueritatis iussa spernunt, Deum utique qui est charitas & ueritas produnt, maxime cum non infirmitate uel ignorantia peccant, sed in similitudinem Iudae quaerunt opportunitatem qualiter arbitris absentibus, mendacio ueritatem, uirtutem crimine mutant. *Et primo die azimorum quando pascha immolabat, dicit ei discipuli, Quo uis eamus, & paremus tibi comedere pascha?* Primum diem azimorum quartumdecimum primi mensis appellat, quanto fermento abiecto pascha immolare, id est agnum occidere solebant ad uesperam. Quod exponens Apostolus ait, Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. Qui licet die sequenti, hoc est quintadecima sit luna crucifixus, hac tamen nocte qua agnus immolatur, & carnis sanguinisque sui, discipulis tradidit mysteria celebranda, & a Iudaeis tentus ac ligatus ipsius immolationis, hoc est passionis suae sacrauit exordium. *Et mittit duos ex discipulis suis & dicit eis, Ite in ciuitatem, & occurret uobis homo lagenam aquae baiulans.* Indicium quidem praesentiae diuinitatis est, quia cum discipulis loquens quid alibi futurum sit nouit. Pulchre autem paraturis pascha discipulis, homo lagenam, siue iuxta alium euangelistam, amphoram aquae baiulans occurrit ut ostendatur huius paschae mysterium pro ablutione perfecta mundi totius, esse celebrandum. Aqua quippe lauacrum gratiae, lagena fragilitatem designat eorum, per quos eadem erat gratia mundo ministranda. Unde aiunt, Habemus autem thesaurum istum in uasis fictilibus. Parant ergo pascha discipuli ubi aqua infertur lagena, ut adesse tempus insinuent quo cultoribus ueri Paschae typicus de limine ac postibus cruor auferatur, & ad tollendam mundi crimina uitijfici fontis baptisma consecretur. *Sequitur enim eum, & quocumque introierit, dicite domino domus, quia magister dicit, Vbi est refectio mea, ubi pascha cum discipulis meis manducem?* Consulte tam aquae baiuli quam domini domus, sunt praeter missa uocabula, ut omnibus uerum pascha celebrare uolentibus, hoc est Christi sacramentis imbuti, eumque suae mentis hospitio suscipere quaerentibus, facultas danda signetur. *Et ipse uobis demonstrabit coenaculum grande stratum, & ibi parate uobis, et caetera.* Coenaculum magnum lex spirita-

Christum prodentes

Azimorum primus.

Luna .15. crucifixus Christus.

Praescientia Christi.

lis est, quae de angustijs literae egrediens, in sublimi loco recipit saluatorem. Nam qui adhuc occidentem literam seruauerit, qui non aliud in agno quam pecus intellexerit, iste nimirum minus pascha facit: quia maiestatem spiritus in uerbis dei comprehendere necdum didicit. At qui aquae baiulum, hoc est gratiae praecone in domum ecclesiae fuerit secutus, hic per spiritum illustrantem superficiem literae transcendendo in alto mentis solarium Christo refectio-

10 nem praeparat, quia cuncta uel Paschae sacramenta, uel caetera legis decreta, eius esse sacramenta cognoscit. *Vespere autem facto, uenit cum duodecim. Et discumbentibus eis, & manducantibus, ait Iesus, Amen dico uobis, quia unus ex uobis me tradet, qui manducat mecum.* Qui de passione praedixerat, & de proditore praedicit, dans locum poenitentiae, ut cum intellexisset sciri cogitationes suas, & occulta conscientia, poeniteret eum facti sui. Et tamen non designat specialiter, ne manifeste coargutus impudentior fieret. Mittit crimem in numero, ut agat conscius poenitentiam. *At illi ceperunt contristari, et dicere ei singillatim, Nunquid ego?* Et certe nouerant undecim Apostoli quod nihil tale contra dominum cogitarent, sed plus credent magistro quam sibi: & timentes fragilitatem suam, tristes interrogabant de peccato cuius conscientiam non habebant. *Qui ait illis, Unus ex duodecim qui intingit mecum manum in catino.* Omnia domini potentia. Primum dixerat, unus ex uobis me tradet, perseuerat proditor in malo, manifestius arguit, & tamen nomen proprie non designat, Iudas caeteris contristatis & retrahentibus manum, & interdicentibus cibis ori suo, temeritate & impudentia qua magistrum proditorus erat, etiam manum cum magistro mittit in catinum, ut audacia bona conscientiam mentiretur. *Et filius quidem hominis uadit, sicut scriptum est de eo, Vobis autem homini illi, per quem filius hominis tradetur.* Nec primo nec secundo correptus a proditore retrahit pedem, sed patientia domini nutrit impudentiam suam, & thesaurizat sibi iram in die irae. Poenam praedicit, ut quem pudor non uicerat, corrigant denuntiata supplicia. Sed & hodie quoque & in sempiternum uadhili homini qui ad mensam domini malignus accedit, qui insidijs mente conditis, qui praecordijs aliquo scelere pollutis, mysteriorum Christi oblationibus sacrosanctis participare non metuit. Et ille enim in exemplum Iudae filium hominis tradit, non quidem Iudaeis peccatoribus sed tamen peccatoribus, membrum uidelicet suis, quibus illud inastimabile & inuolabile dominici corporis ac sanguinis sacramentum temerare praesumit. Ille Deum uendit, qui eius timore atque amore neglecto, terrena pro illo & caduca, immo etiam criminosa, diligere & curare conuincitur. *Bonum esset ei, si non esset natus homo ille.* Non ideo putandus est ante fuisse quam nasceretur, quia nulli

Vendentes Deum.

nulli possit esse bene, nisi ei qui fuerit. Sed simpliciter dictum est, multo melius esse non subsistere, quam male subsistere. *Er manducantibus illis, accepit Iesus panem, & benedicens fregit, & dedit eis, & ait, Sumite, hoc est corpus meum.* Finitis paschae ueteris solennis, quae in commemorationem antiquae de Aegypto liberationis populi Dei agebatur, transijt ad nouum quod in sua redemptionis memoriam ecclesiam frequentare uolebat, ut uidelicet pro carne agni ac sanguine, sui corporis sanguinisque sacramentum substituere ret, ipsumque se esse monstraret, cui iurauit dominus & non poenitebit eum, tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Frangit autem ipse panem quem discipulis porrigit, ut ostendat corporis sui fractionem non absque sponte ac procuracione uentura, sed sicut alibi dicit, potestatem se habere ponendi animam suam, & potestatem se habere iterum sumendi eam. Quem uidelicet panem certi quoque gratia sacramenti, priusquam frangeret benedixit, quia naturam humanam quam passurus assumpsit, ipse una cum patre & spiritu sancto gratia diuinae uirtutis impleuit. Benedixit panem & fregit, quia hominem assumptum ita morti subdere dignatus est, ut ei diuinae immortalitatis ueraciter inesse potentiam demonstraret, ideoque uelocius eum a morte resuscitandum esse doceret. *Et accepto calice gratias agens dedit eis, & biberunt ex illo omnes.* Cum appropinquare passioni dicitur, accepto pane gratias egisse perhibetur. Gratias itaque agit, qui flagella alienae iniquitatis suscipit. Et qui nihil dignum percussione exhibuit, humiliter in percussione benedicit, ut hinc uidelicet ostendat, quid unusquisque in flagello culpae propriae facere debeat, si ipse aequanimiter flagella culpae portat aliena: ut hinc ostendat quid in correptione faciat subditus, si in flagello positus patri gratias agit aequalis. *Et ait illis, Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur.* Quia panis corpus confirmat, uinum uero sanguinem operatur in carne: hic ad corpus Christi mystice, illud refertur ad sanguinem. Verum quia & nos in Christo, & in nobis Christum manere oportet, uino dominici calicis aqua miscetur. Attestante enim Ioanne, aqua populi sunt. Et neque aquam solum, neque solum uinum, sicut nec granum frumenti solum sine aquae admixtione & confectio-

20 ne in panem cupiam licet offerre, ne talis uidelicet oblatio quasi caput a membris secernendum esse significet, & uel Christum sine nostre redemptionis amore pati potuisse, uel nos sine illius passionis saluari ac patri offerri posse con-

30 fingat. Quod autem dicit: Hic est sanguis meus noui testamenti, ad distinctionem respicit ueteris testamenti, quod hircorum & uitulorum est sanguine dedicatum, dicente interpergendum legillatore: Hic est sanguis testamenti quod mandauit ad uos Deus. Necessse est

Vini et aquae mixtura.

enim exemplaria quidem uerorum his mundari: ipsa autem caelestia melioribus hostijs quam istis: iuxta quod Apostolus per totam ad Hebraeos Epistolam inter legem distinguens & euangelium, pulcherrima expositione ac plenaria ratione declarat. *Amen dico uobis, quod iam non bibam de genimine uitae, usque in diem illum, cum illud bibam nouum in regno Dei.* Vitem siue uineam domini appellata esse Synagogam, & omnis scriptura, & apertius testatur Esaias in cantico de illa cantato, Vinea in quiens domini facta baobth, domus Israel est. De qua nimirum uinea dominus multo tempore bibebat, quamuis pluribus ramis in amaritudinem uitae alienae conuersis, quia tamen multis in illa plebe exorbitantibus a recto fidei itinere, non defuere plurimum toto legis tempore, quorum pijs cogitationibus summisque uirtutibus delectaretur deus. Verum passo in carne domino ac resurgente a mortuis, tempus fuit ut legalis illa, & figuralis obseruatio cessaret, atque ea quae secundum litteram gerebantur, in spiritalem translata sensum, melius in nouo testamento, iuuante sancti spiritus gratia, teneretur. Iturus ergo ad passionem dominus ait, Jam non bibam de genimine uitae usque in diem illum, cum illud bibam nouum in regno Dei. Ac si aperte dicat, Non ultra carnalibus Synagogae caeremonijs delectabor, in quibus etiam ista paschalis agni sacra locum tenuere praecipuum. Aderit enim tempus meae resurrectionis, a derit dies ille cum ipse in regno dei positus, id est gloria uitae immortalis sublimatus, de salute eiusdem populi fonte gratiae spiritalis regenerati, nouo uobiscum gaudio perfundar. *Et hymno dicto, exierunt in montem Oliuarum.* Hoc est quod in Psalmo legimus: Edent pauperes & saturabuntur, & laudabunt dominum qui requirunt eum. Potest autem hymnus etiam ille intelligi, quem dominus secundum Ioannem patri gratias agens decantabat, in quo & pro seipso, & pro discipulis, & pro eis qui per uerba eorum credituri erant, eleuatis sursum oculis precabatur. Et pulchre discipulos sacramentis sui corporis ac sanguinis imbutos, & hymno pia intercessionis patri commendatos, in montem educit Oliuarum, ut typice designet nos per acceptionem sacramentorum suorum, perque opem suae intercessionis ad altiora uirtutum dona & charismata sancti spiritus, quibus in corde perungamur, conscendere debere. *Et ait ei Iesus, Omnes scandalizabimini in nocte ista.* Praedicit quod passuri sunt, ut cum passi fuerint non desperent salutem, sed agentes poenitentiam liberentur. Et signanter addidit, in nocte ista scandalizabimini. Quia quomodo qui inebriantur, nocte inebriantur: sic & qui scandalum patiuntur, in nocte & in tenebris sustinent. Nos uero dicamus, Nox praeterit, dies autem appropinquauit. *Quia scriptum est, Percussam pastorem, et dispergentur oves.* Hoc alijs uerbis in Za-

Hymnus.

Nocte scandalizari.

charia propheta scriptum est. Et nisi fallor, ex persona Prophete ad Deum dicitur, Percute pastorem & dispergentur oves. Sexagesimo quoque octavo Psalmo, qui totus a domino canitur, huic sensui congruente. Quoniam quem tu percussisti, ipsi persecuti sunt. Percutitur autem pastor bonus ut ponat animam suam pro ouibus suis, & de multis gregibus errorum, fiat unus grex & unus pastor. Petrus autem ait ei, Et si omnes scandali fuerint, sed non ego. Non est temeritas nec mendacium, sed fides est Apostoli Petri, & ardens affectus erga dominum salutarem. Et ait illi Iesus, Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac priusquam bis gallus uocem dederit, ter me es negaturus. Et Petrus de ardore fidei promittebat, & Saluator, quasi deus futura nouerat. Et nota, quod Petrus in nocte reget, & neget tertio. Postquam autem gallus cecinit, & decreuit tenebris uicina lux nunciata est, conuersus fleuit amare, ternæ negationis sordes lachrymis lauens. Non est sane arbitrandum esse contrarium, quod Marco dicente, Priusquam gallus bis uocem dederit, ter me es negaturus: ceteri Euangeliste simpliciter dixerunt, Priusquam gallus cantet, ter me negabis. Tota enim Petri negatio, trina negatio est. In eadem nanque permansit negatione animi propositoque mendacii, donec admonitus quid ei prædictum sit, amaro fletu & cordis dolore sanaretur. Hæc autem tota, id est trina negatio, si post primum galli cantum inciperet, falsum dixisse uiderentur tres, qui dixerunt dixisse dominum, quia antequam gallus cantaret, ter eum Petrus esset negaturus. Rursus si totam trinam negationem ante peregisset, quam cantare gallus inciperet, superfluo dixisse Marcus deprehenderetur ex persona domini. Amē dico tibi, quia tu in nocte hac priusquam gallus bis uocem dederit, ter me es negaturus es. Sed quia ante primum galli cantum coepta est illa trina negatio, antederunt illi tres non quando eam compleuerus esset Petrus, sed quanta futura esset quandoque coeptura, id est, quæ trina ante galli cantum, quanquam in animo eius, & ante primum galli cantum tota posset intelligi. Quamuis enim uerbis negantis ante primum coepta, ante secundum autem galli cantum perfecta sit tota illa trina negatio, tamē affectione animi & timore Petri ante primum tota concepta est. Nec inter est quantis morarum interuallis trina uoce enunciata sit, cum cor eius etiam ante primum galli cantum tota possideret, tam magna scilicet formidine imbita, ut posset dominum, non solum semel, sed iterum & tertio interrogatus negare, ut rectius diligentiusque attendentibus quomodo iam mox chatius est mulierem in corde suo qui eam uident ad concupiscendum: sic Petrus quando cunctis uerbis ederet timorem quem tam uehementem animo conceperat, ut perdurare posset usque ad tertiam domini negationem, tota tri-

Petri assertio.

Euangelistæ concord. de trina Petri negatione.

na negatio ei temporari deputanda est, quando eum trinæ negationi sufficiens timor inualuit. Et uenit in prædium, cui nomen Gethsemani. Monstratur usque hodie locus Gethsemani, in quo dominus orauit, ad radices montis Oliueti, nunc Ecclesia desuper ædificata. Interpretatur autem Gethsemani uallis pinguium siue pinguedinum. Quod uero non solum dicta uel opera nostri Saluatoris, uerum etiam loca & tempora in quibus operatur, & loquitur, Mystici (ut sæpe dictum est) sunt plena figuris: cum in monte orat dominus: quasi tacite nos admonet sublimiæ tantum oratio inquiri, & pro caelestibus bonis supplicari debere. At cum in ualle orat, & hoc in ualle pinguium siue pinguedinis, ipsius æque inuauat nobis humilitatem semper in orationibus & internæ pinguedine dilectionis esse seruandam, ne quis uidelicet orans Deum, iactare sua merita in exemplum Pharisæi superbientis audeat, quin potius humili uoce ac mente proclamet, Deus propitius esto mihi peccatori. Ne aridum a dilectione proximi cor gestas, ad placandam sibi conditoris gratiam genu flectat, iuxta eum qui centum denarios fratri quos sibi debebat dimittere nolens, decem milia talenta sibi a domino frustra precabatur remitti. Ne seiniuum ab amore conditoris peccus habens, temporalia quælibet potius in oratione quam eius uisionem requirat, ad numeradus in eis, de quibus ait ipse, Quia receperunt mercedem suam. In imo quippe cogitationem ponere, quid est aliud quam quaedam ariditas mentis? Qui autem intellectu caelestium iam per sancta desideria de supernis intimæ delectationis cibo pascuntur, quasi largiori alimeto pinguescunt. Hæc enim pinguedine saginari Psalmista concupierat, cum dicebat, Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Quantum uero ad ipsam dominicæ passionis dispensationem pertinet, apte approprians morti dominus in ualle pinguedinis orauit, quia per uallem humilitatis & pinguedinæ charitatis pro nobis mortem subiit. Humiliauit enim semetipsum factus obediens patri usque ad mortem. Et maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Et assumit Petrum, & Iacobum, & Ioannem secum, & cepit pauere & redere. Et ait illis, Tristis est anima mea usque ad mortem. Timet Christus, cum Petrus non timeat, Christus timet, Petrus dicit, animam meam pro te ponam, Christus dicit, anima mea turbatur. Vtrunque uerum est, & plenum utriusque ratione, quia & ille qui est inferior non timet, & ille qui est superior gerit timentis affectum. Ille enim quasi homo uim mortis ignorat. Ille autem quasi deus in corpore constitutus fragilitatem carnis exponit, ut eorum qui sacramentum in carnationis abiurant, excluderetur impietas. Denique & hoc dixit, & Manicheus non credidit, Valentinus negauit, Marcion phantasma iudicauit. Eo autem usque hominem quem ue-

Gethsemani.

Orandi locus.

Audacia Petri. Timor domini.

Manicheus.

Valentinius Marcion. Voluntas Christi.

quem ueritate corporis demonstrabat, æquabat affectu, ut diceret, Sed tamen non sicut ego uolo, sed sicut tu uis. Suscepit ergo uoluntatem meam, suscepit tristitiam meam. Confidenter tristitiam nomino, quia crucem prædico. Mea est uoluntas, quam suam dixit. Quia ut homo suscepit tristitiam meam, ut homo locutus est. Et ideo ait, Non sicut ego uolo, sed sicut tu uis. Mea est tristitia, quam meo suscepit affectu. Ergo pro me docuit, qui pro se nihil habuit quod doleret. Et sequestrata delectatione diuinitatis æternæ, tedio meæ infirmitatis afficitur. Tristis est, inquit, anima mea usque ad mortem. Non propter mortem tristis est dominus, quia eum conditio corporalis affectus, non formido mortis offendit. Nam qui corpus suscepit, omnia debuit subire quæ corporis sunt, ut esuriret, sitiret, angeretur, contristaretur. Diuinitas autem commutari per hoc nescit affectus. Sustinete hic, & uigilate. Et cum processisset populum procidit super terram. Quod præcipit, sustinete hic, & uigilate: non a somno prohibet, cuius tempus non erat imminente discrimine, sed a somno infidelitatis & torpore mentis. Dato autem eis præcepto ut sustinerent uigilarentque, secum, pa ululum procedens ruit in faciem suam, & humilitatem mentis habitu carnis ostendit. Et orabat ut si fieri posset, transiret ab eo hora, & dixit, Abba &c. Quid erat illa uox, nisi sonus infirmitatis nostræ? Multi adhuc infirmi contristantur futura morte: sed habeant rectum cor, uident mortem quantum possunt: sed si non possunt, dicant, quod ipse dominus non propter se, sed propter nos dixit. Quid enim dixit: Pater si fieri potest, transeat a me calix iste. Ecce habes uoluntatem humanam expressam. Vide iam rectum cor. Sed non quod ego uolo, sed quod tu. Non ueni (inquit) facere uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me. Suam uoluntatem dixit, quam temporaliter sumpsit ex uirgine: uoluntatem uero eius qui eum misit, eam uide licet signans quam intemporaliter æternus habuit cum patre communem. Orat transire calicem, ut ostendat uere quod & homo erat. Remittens autem & propter quod missus est, perficit dispensationem ad quam missus est, & clamat, Sed non quod ego uolo, sed quod tu. Si moritur mors, me non moriente, secundum carnem uidelicet, transeat, ait, calix iste. Verum quia non aliter hoc fieri, ait, Non quod ego uolo, sed quod tu. Quod autem patrem inuocans duplici nomine dicit, Abba pater, utriusque populi illum & Iudæi scilicet & gentilis deum esse ac saluatorem ostendit. Item nanque Abba, quod & pater significat. Sed abba Hebræum, pater Græcum est & Latinum. Vt ergo utrunque populum in eum crediturum, ab utroque eum inuocandum esse doceret, utraque lingua eum prius ipse inuocat. Ipse est enim bonus pastor, qui animam dando pro ouibus suis, unum de duo-

Abba pater.

bus gregibus ouise perficit. Ideoque utriusque uoce gregis auxilium patris flagitat, ut nos utriusque exemplo illius informati, ubi aduersa imminere senserimus: nos, patrem Deum: Hebræi, Abba, inuocantes, una fidei & charitatis deuotione præsidium caeleste queramus. Unde doctor egregius formam docendi a domino sumens, ita suos alloquitur auditores, Acceperitis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba pater, Abba nimirum illi, qui de Israelitico populo, nos pater, qui de gentibus ad fidem Christi uenimus. Et ueniens inuenit eos dormientes, & ait Petro: Simon dormis? Non potuisti una hora uigilare? Ille qui supra dixerat, Etiam si omnes scandalizati fuerint, ego nunquam scandalizabor. nunc tristitiæ magnitudine somnum uincere non potest. Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem. Impossibile est humanam animam non tentari. Unde & in oratione dominica dicimus, Et ne nos inducas in tentationem: quam ferre non possumus: non tentationem penitus resutantes: sed uires sustinendi in tentationibus deprecantes. Ergo & in præsentiarum non ait, Vigilate & orate, ne tentemini, sed ne intretis in tentationem. Hoc est, ne tentatio uos superet ultima, & intra suos casses teneat. Verbi gratia, Martyr qui pro confessione domini sanguinem fudit, tentatus quidem est: sed tentationis retibus non est ligatus. Qui autem negat, in plagas tentationis incurrit. Spiritus quidem promptus est, caro uero infirma. Hoc aduersum temerarios dicitur est, qui quicquid crediderint putant se posse consequi. Itaque quantum de ardore mentis confidimus: tantum de carnis fragilitate timeamus. Sed tamen iuxta Apostolum spiritus carnis operamortificemus. Facit hic locus & aduersus Eutyrianos, qui dicunt unam in mediatore Dei & hominum domino ac Salvatore nostro operationem, unam fuisse uoluntatem. Cum enim dicit, Spiritus quidem promptus est, caro uero infirma, duas uoluntates ostendit: humanam uidelicet, quæ est carnis: & diuinam, quæ est deitatis. Vbi humana quidem propter infirmitatem carnis recusat passionem. Diuina autem eius est promptissima. Quoniam formidare quidem in passione, humanæ fragilitatis est: suscipere autem dispensationem passionis, diuinæ uoluntatis atque uirtutis est. Et iterum abiens, orauit eundem sermonem dicens, Et reuersus de uero inuenit eos dormientes. Solus orat pro omnibus, sicut & solus patitur pro uniuersis. Læguetebat autem & opprimebantur Apostolorum oculi, ne gatione uicina. Et uenit tertio, & ait illis: Dormite iam et requiescite: sufficit, et c. Cum dixisset, Dormite iam, & requiescite: & adiungeret, Sufficit: ac deinde inferret, Venit hora, ecce tradetur filius hominis, & cætera. Vtque intelligitur post illud quod eis dictum est, Dormite & requiescite, si uisisset dominum aliquantum, ut hoc fieret quod præmiserat, & tunc intulisset, Ecce appropin-

Tentari necesse.

Eutyrius.

quat hora siue uenit hora. Ideo post illa uerba positum est, sufficit, id est quod requie uisitiam sufficit. Sed quia commemorata ipsa non est in terpositio silentij domini, propterea coarctat intellectum, ut in illis uerbis alia pronuntiatio requiratur. *Surgite, eamus. Ecce qui me tradet, prope est.* Postquam tertio orauerat, & Apostolorum timorem, sequente poenitentia, imperauerat corrigendum, securus de passione sua pergit ad persecutores, & ultro se interficiendum praebet, dixitque discipulis, *Surgite eamus. Ecce qui me tradet, prope est. Non nos inueniat quali timentes & retractates, ultro pergamus ad mortem, ut confidentiam & gaudium passuri uideant.* *De derat autem traditor eius signum eis dicens, Quae cumque osculatus fuerit, &c.* Impudens quidem & scelerata confidentia, magistrum uocare, & osculum ei ingerere quem tradebat. Tamē adhuc aliquid habet de uerecundia discipuli, cum non eum palam tradidit persecutoribus, sed per signum osculi. Suscepit autem dominus osculum traditoris, non quo simulare nos doceat, sed ne proditorē fugere uideatur, simul & illud Dauidicum cōplens. Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus. *Vnus autem quidam de circumstantibus educens gladium percussit seruum summifacer dotis, & amputauit illi auriculam.* Petrus hoc fecit ut Ioannes euangelista declarat, eodem nimirum mentis ardore, quo cetera fecerat. Sciebat enim quomodo Phinees puniendo sacrilegos, mercedē iustitiae & sacerdotij perennis acceperat. Lucas autem addit, quod dominus tagens auriculā serui sanauerit eum. Nunquā ergo pietatis suae dominus obliuiscitur, qui etiam hostes suos non patitur uulnerari. Illi iusto mortem inferunt, ipse persecutorum uulnera sanat. Mystice docens etiam eos qui in suae mortis cōsensione uulnus animae contraxerant, si fructum poenitentiae facerent dignum, salutem posse mereri. *Et respondens Iesus ait illis, Tanquam ad laionem exiit cum gladijs & lignis comprehendere me, &c.* Stultum est, inquit, cum cum gladijs & fustibus quærere, qui ultro se uestris tradat manibus: & in nocte quasi latitatem & uestros oculos declinantem, per proditorē inuestigare, qui quotidie in templo doceat. Sed ideo aduersum me in tenebris cōgregamini, quia potestas uestra in tenebris est. *Tunc discipuli eius relinquentes eum, omnes fugerunt.* Impletur sermo domini quem dixerat, quod omnes discipuli scandalizarentur in illo in ipsa nocte. Nam etsi turba permittente ad petitionem domini fugerunt, ut Ioannes scribit, pauorem tamen ac timiditatem suae mentis ostendebat, quod ad fugae praesidium promptiores, quā ad fiduciam patiendi cum Christo extiterant. *Adolescens autem quidam sequebatur eum, amictus sindone super nudo, & tenuerunt eum. At ille reiecta sindone nudus profugit ab eis.* Quod ait amictus sindone super nudo, subauditur corpore, id est corpore super nudo, quia non aliud indumentū quam solā

habebat sindonem. Quis autem fuerit iste adolescens, Euangelista non dicit. Quisquis uero fuit, maiorem in se quam in ceteris amorem domini permanisse comprobatur, qui illis iam fugientibus, ipse donec ab hostibus cōprehenderetur, uinculo charitatis astrictus eum prosequi non omisit. Quamuis necdū perfectam habuerit charitatem, qui a comitatu Saluatoris uel tentus pro fugere potuit. Quia sicut perfecta charitas foras mittit timorem, ita timor mentem obsidens, imperfectam arguit charitatem. Sed notandū solertius: quod de hoc adolescente scribens Euangelista, non ait quia fugit a comitatu domini, uel fugit a sequendo dominū, sed reiecta, inquit, sindone, nudus profugit ab eis. Fugit enim ab hostibus, quorum & praesentiam detestabatur & facta: non fugit a domino saluatore ac magistro suo, cuius amorem etiā corpore absens fixum in corde seruauit. Neque aliquid uetat intelligi Ioānem hunc fuisse adolescentem, dilectum praeter ceteris magistro discipulum. Nam & illum eo tempore fuisse adolescentem, longa post haec in carne uita eius indicio est. Potuit enim fieri ut ad horam tenentium manibus elapsus, mox resumpto indumentis redierit, & sub dubia noctis luce sese turbis ducentiū Iesum, quasi unus de ipsis immiscuerit, donec ad atrium pontificis cui erat notus perueniret, iuxta quod in suo ipse Euangelio commemorat. Sicut autē Petrus qui culpam negationis poenitentiae lacrymis abluuit, & confessio ne dominici amoris sumditus extirpauit, recuperationē ostendit eorū qui in martyrio labuntur: ita ceteri discipuli qui articulo cōprehensionis fugiendo praueuerant, cautela fugiendi docent eos, qui se minus idoneos ad toleranda supplicia sentiunt. Quibus tutius est multo, praesidia latibularū petere, quā se discrimini certaminū exponere. Ita etiam iste adolescens qui reiecta sindone nudus profugit ab impijs, illorū & opus designat & animum, qui ut securiores ab incursibus hostiū fiant, quicquid in hoc mundo possidere uidentur abiciunt, ac nudi potius domino famulari, quā adhaerēdo mundi rebus materialia tentādā atque a Deo reuocādā aduersarijs dare didicerūt. Iuxta exemplū beati Ioseph, qui relicto in manibus adulterae pallio, foras exiit, miles deo nudus, quā indutus cupiditatibus mundi meretrici seruire. *Et adduxerunt Iesum ad summū sacerdotē.* Summū sacerdotē Caiphā significat, qui (sicut Euangelista Ioannes scribit) erat pontifex anni illius. De quo consentanea testatur Iosephus, quia Pontificatū sibi abscip meritō dignitatis emerit a principe Romano. Non ergo mirū est si iniquus pontifex inique iudicat, Petrus autem a longe secutus est, &c. Merito a longe sequebatur, quia proxime erat negaturus. Neque enim negare posset, si Christo proximus adhæsisset. Verū in hoc maxima nobis est admiratione uenerandus, quia dominū non reliquit etiā cū timeret.

Ioannes Euangelista.

Caiphā.

Petri etiā negaturus commendatio.

Osculum Ind.

Auriculae sanatio.

Quod enim timet, naturae est: quod sequitur, deuotionis: quod negat, obreptionis: quod poenitet, fidei. Aliter. Quod ad passionem eundē dominum a longe sequitur Petrus, significabat Ecclesiam securam quidem, hoc est imitaturam passionem Domini, sed longe differenter. Ecclesia enim pro se patitur: at ille pro Ecclesia. *Et sedebat cum ministris, & calefaciebat se ad ignem.* Est dilectionis signis, est & cupiditatis. De hoc dicitur, Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo nisi ut ardeat. De illo autem, Omnes adulterantes uelut clibanus corda eorum. Iste supercredentes in coenaculo Sion descendens, uarijs linguis eos deum laudare docuit. Ille in atrio Caiphae instrinctu maligni spiritus accensus ad negandum ac blasphemandum dominum noxias perfidorum linguas ardebat. Quod enim intus in domo principis sacerdotum synodus maligna gerebat: hoc ignis in atrio foris inter frigora noctis materialiter accensus, typice praemonstrabat. Quicunque ergo uitiosum noxiumque in se extinguit incendium, potest dicere cum Propheta Domino, Quia factus sum sicut uter in pruna, iustificationes tuas non sum oblitus. In quibuscunque autem flammae charitatis turbida uitiorum flumina obruerunt, audiunt a domino, quoniam abidauit iniquitas, refrigescit charitas multorum. Quo frigore torpens ad horam Apostolus Petrus, quasi prunis ministrorum Caiphae calefieri cupiebat, quia temporalis commodi solatium, perfidorum societate quaerebat. Sed non mora, respectus a domino cum ignem prauorum corpore, tum infidelitatem in corde reliquit. Ac post Resurrectionem Domini sancto igni recreatus, funditus excessum trinae negationis, trina dilectionis confessione purgauit. Tunc etenim completa illa memorabili piscium captura, cum uenisset ad dominum cum discipulis suis, prunas positas, & piscem superpositum & panem mox uidens, sui cordis arcana prunis inflammauit amoris. *Et quidam surgentes, falsum testimonium ferebant aduersum eum dicentes, Quoniam nos audiuimus eum dicentem, Ego dissoluam templum hoc manu factum, & post triduum aliud non manu factum aedificabo.* Quomodo falsi testes sunt, si ea dicunt quae dominum dixisse legimus? Sed falsus testis est, qui non eodem sensu dicta intelligit, quo dicuntur. Dominus enim dixerat de templo corporis sui. Sed & in ipsis uerbis calūniantur, & paucis additis uel mutatis, quasi iustam calūniam faciunt. Saluatori dixerat, Soluite templum hoc. Ipsi cōmutant & aiunt, Ego dissoluam templum hoc manu factum. Vos (inquit) soluite, non ego. Quia illicitum est ut ipsi nobis inferamus mortem. Deinde illi uerunt, & post triduum aliud non manu factum aedificabo, ut proprie de templo Iudaico dixisse uideatur. Dominus autē ut ostēderet animal uisum & spirans templū dixerat, Et ego in triduo su-

Ignis duplex.

Testes falsi

scitabo illud. Aliud est aedificare, aliud suscitare. *Et exurgens summus sacerdos in medium, interrogauit Iesum dicens, Non respondes quicquam ad ea quae tibi obijciuntur ab his? Ille autē tacebat, & nihil respondit.* Ira praecipuus & impatiēs non inueniens calūniae locū, excutit de folio pontificis, ut in sania mentis, motu corporis demonstraret. Quāto potius Iesus tacebat ad indignos responsione sua falsos testes & sacerdotes impios: tanto magis pontifex furore superatus, eum ad respondendum prouocat, ut ex qualibet occasione, sermonis locum inueniat accusandi. Nihilominus Iesus taceret. Sciebat enim quasi Deus, quicquid respondisset, torquendum ad calūniam. *Rursum summus sacerdos interrogabat eum, & dicit ei, Tu es Christus filius Dei benedicti. Iesus autem dixit illi, Ego sum.* In Matthaeo scriptum est, quod interroganti & adiuranti se pontifici si esset Christus, respondit, Tu dixisti. Pro quo Marcus posuit, Ego sum, ut uidelicet ostēderet tantū ualere quod ei dicit Iesus, Tu dixisti, quantum si diceret, Ego sum. *Et uidebitis filium hominis a dextris sedentē uirtutis, & uenientē cum nubibus caeli.* Si ergo tibi in Christo, o Iudae, pagane, & haeretice, contemptus, infirmitas, & crux contumelia est, uide quia per haec filius hominis ad dexteram dei patris sessurus, & ex partu uirginis homo natus, in sua cum caeli nubibus est maiestate uenturus. Vnde & apostolus cum crucis abiectione descripsisset, dicens quod humiliavit semetipsum, factus obediens, usque ad mortem, mortem autem crucis, adiunxit atque ait, Propter quod & deus illum exaltauit, & donauit illi nomen, quod est super omne nomē, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua cōfiteatur, quia Iesus Christus in gloria est dei patris. *Summus autem sacerdos scindens uestimenta sua ait, Quid adhuc desideramus testes? Audistis blasphemiam.* Quam de folio sacerdotali furor excusserrat, eadem rabies ad scindendas uestes prouocat. Scindit uestimenta sua, ut ostendat Iudaeos sacerdotalem gloriam perdidisse, & uacuum se dem habere pontificis. Sed & consuetudinis Iudaicae est, cum aliquid blasphemiae & quasi contra Deum audierint, scindere uestimenta sua. Quod Paulum quoque & Barnabam quando in Lycaonia deorum cultu honorabatur, fecisse legimus. Herodes autem quia non dedit honorem deo, sed acquieuit immoderato fauori populi, statim ab angelo percussus est. Altiore autem mysterio factum est, ut in passione domini pontifex Iudaeorum sua ipse uestimenta didicerit, cum tunica domini, nec ab ipsis qui eum crucifixere militibus scindi potuerit. Figura batur enim quod sacerdotium Iudaeorum pro sceleribus ipsorum pontificum esset scindendum, & a suae statu integritatis omnimodis soluendum: soliditas uero sanctae uniuersalis ecclesiae quae uestis sui redemptoris solet appellari, nunquam ualeat disrumpi. Quin potius &

Tu dixisti.

Scindere uestimenta.

si Iudaei, si gentiles, si haeretici, si mali catholici humilitatem domini Saluatoris contemnant, eius tamen usque ad consummationem seculi, in illis quos foris electionis inuenerit, inuoluta sit permansura castitas. Et ceperunt quidam conspuere eum, & uelare faciem eius, & colaphis eum cedere, & dicere ei, Prophetiza. Et ministri alapis eum caedebant. Impleta est hoc loco prophetia quae ait, Dedi maxillas meas alapis, & faciem meam non auerti a confusione sputonum. Sed qui tunc caesus est colaphis siue alapis Iudaeorum, caeditur etiam nunc blasphemis falsorum Christianorum. Qui tunc consputus est falsis in fidelium, nunc cusque uesanis nominetenus fidelium exhonoratur atque irritatur opprobrijs. Velauerunt autem faciem eius, non ut eorum ille scelera non uideat, sed ut a se ipsis, sicut quodam Moyse fecerunt gratiam cognitionis eius abscondant. Si enim crederent Moyse, crederent forsitan & domino. Quod uelamentum usque hodie manet super cor eorum non reuelatum. Nobis autem in Christum credentibus ablatum est. Neque enim frustra eo moriente uelum templi scissum est medium, & ea quae toto legis tempore latuerant, & abscondita carnali Israel fuerant, noui testamenti cultoribus sunt patefacta sancta sanctorum arcana. Quod uero dicunt ei prophetiza, & iuxta alios euangelistas, Prophetiza quis est qui te percussit, quasi in contumeliam faciunt eius qui se a populis prophetam uoluerit haberi. Sed ipso dispensante quae patitur omnia pro nobis fiunt, ut sicut Petrus hortatur, Christo in carne passio nos eadem cogitatione armemur, atque ad toleranda pro nomine eius irrisionum opprobria praeparemur. Et cum esset Petrus in atrio deorsum uenit una ex ancillis summi sacerdotis. Et cum uidisset Petrum calefacientem se, aspiciens illum ait, Et tu cum Iesu Nazareno eras, etc. Quid sibi uult quod prima eum prodit ancilla, cum uiri utique magis eum potuerint recognoscere? Nisi ut & iste textus peccasse in necem domini uideretur, & iste sexus redimeret per domini passionem. Et ideo mulier resurrectionis accipit prima mysterium, & mandata custodit ut ueterem praeruaricationis aboleret errorem. Et exiit foras ante atrium, et gallus cantauit. De hoc galli cantu caeteri euangelistae tacent, non tamen factum esse negant, sicut & multa alia alij silentio praetereunt, quae alij narrant. Rursus autem cum uidisset illum ancilla, cepit dicere circumstantibus, quia hic ex illis est. At ille iterum negauit. Non haec eadem quae prius accusabat, illa esse credenda est. Dicit namque Matthaeus apertissime, Exeunte illo tanquam uidit eum alia, & ait Ihs qui erant ibi, & caetera. In hac autem negatione Petri discimus, non solum ab negari Christum ab eo qui dicit eum non esse Christum, sed ab illo etiam qui cum sit, negat se esse Christianum. Dominus autem non ait Petro, discipulum meum te negabis, sed me negabis. Negauit ergo ipsum, cum se negauit eius

Velamē faciei.

Cur ancilla prima etc.

esse discipulum. Et post pusillum, rursus qui astabant dicebant Petro, Vere tu ex illis es. Na & Galilaeus es. Non quod alia lingua Galilaei quam Hierosolymitae loquerentur, qui utriusque fuerint Hebraei, sed quod una quaeque prouincia & regio suas habeat proprietates, ac uernaculum loquendi sonum uitare non possit. Vnde in actibus apostolorum, cum ij quibus spiritus sanctus insederat, omnium gentium linguis loquerentur, inter alios qui de diuersis mundi plagis aduenerant, etiam illi qui habitabant Iudaeam dixisse referuntur. Nonne ecce omnes isti qui loquuntur, Galilaei sunt? Et quomodo nos audiuimus unumquisque linguam nostram in qua nati sumus? Et Petrus fratribus loquens in Hierusalem, Et non inquit factum est omnibus habitantibus in Hierusalem, ita ut appellaretur ager ille linguam eorum Acheldemach. Quare lingua eorum, nisi quia idem nomen aliter illi, hoc est Hierosolymitae, aliter sonabant Galilaei? Ille autem cepit anathematizare et iurare, quia nescio hominem istum quem dicitis. Et statim iterum gallus cantauit. Solet scriptura sacramentum causarum per statum designare temporum. Vnde Petrus qui media nocte negauit, ad galli cantum poenituit. Qui etiam post resurrectionem domini diurna sub luce illum quem tertio negauerat, tertio eque se amare professus est. Quia nimirum quod in tenebris obliuionis errauit, & speratam lucis rememoratione correxit, & eiusdem uerae lucis ad eam praesentia plene totum quicquid natus erat, erexit. Hunc opinor gallum aliquem doctorum intelligendum, qui nos iacentes excitans, & somnolentos increpans dicat, Euigilate iusti, & nolite peccare. Et recordatus est Petrus uerbi quod dixerat ei Iesus, Priusquam gallus cantet bis, ter me negabis. Et cepit flere. Quam nociua prauorum colloquia? Petrus ipse inter infideles uel hominem se nosse negauit, quem inter condiscipulos iam dei filium fuerat confessus. Sed nec in atrio Caiphae retentus poterat agere poenitentiam. Egreditur foras ut alij narrant Euangelistae, quatenus ab impiorum concilio secretus, sordes pauidae negationis liberis sletibus abluat.


CAPVT XV.
In confestum consilium facientes mane summi sacerdotes cum senioribus et scribis et uniuerso concilio uincientes Iesum duxerunt et tradiderunt Pilato. Non solum ad Pilatum, sed etiam ad Herodem ductus est, ut uterque domino illuderet. Et cerne sollicitudinem sacerdotum in malo. Totam noctem uigilauerunt, ut homicidium facerent, & uinctum tradiderunt Pilato. Habebant enim hunc morem, ut quem adiudicassent morti, ligatum iudici traderent. Attamen notandum quod non tunc primum ligauerunt eum, sed mox comprehensum nocte in horto, ut Ioannes declarat, ligauerunt, & sic adduxerunt eum ad Annam primam. Et interrogauit eum Pilatus, Tu es rex Iudaeorum? Pilato

50

60

Temporis ratio.

Cap. 44.



Pilato nihil aliud criminis interrogante nisi utrum rex Iudaeorum sit, arguuntur impietatis Iudaei, quod ne falso quidem inuenire potuerint quod obicerent saluatori. At ille respondens ait illi, Tu dicis. Sic respondit ut & uerum diceret, & sermo eius calumniae non pateret. Et attende quod Pilato qui inuitus ferebat sententiam, aliqua in parte responderit, sacerdotibus autem & principibus respondere noluerit, indignosque suo sermone iudicari. Pilatus autem rursus interrogauit eum dicens, Non respondes quicquam? Vide in quantis te accusant. Iesus autem amplius nihil respondit. Ethnicus quidem est qui condemnat Iesum, sed causam refert in populum Iudaeorum. Vide in quantis te accusant. Iesus autem nihil respondere uoluit, ne crimen diluere dimitteretur a praeside, & crucis utilitas differretur. Pontifices autem concitauerunt turbam ut magis Barrabam dimitteret eis. Haeret Iudaeis usque hodie sua petitio, quam tanto labore intrarunt. Quod enim data sibi optio, pro Iesu latrone, pro saluatore interfectore, pro datore uitae elegerunt ademptore, merito salutem perdidit & uitam, & latrocinijs sese ac seditionibus in tantum subdiderunt, ut & patriam regnumque suum quod plus Christo amare, perdidit, & hactenus eam quam uendidit siue animam siue corporis libertatem recipere non meruerunt. Pilatus autem iterum respondens ait illis, Quid ergo uultis ut faciam regi Iudaeorum? At illi iterum clamauerunt, crucifige eum. Pilatus uero dicebat eis, Quid enim mali fecit? Multas liberandi saluatorum Pilatus occasiones dedit. Primum latronem iusto conferens, deinde in ferens. Quid ergo uultis ut faciam regi Iudaeorum? Cumque responderent, crucifigatur, non statim acquieuit, sed iuxta suggestionem uxoris quae madauerat ei, ut Matthaeus scribit, Nihil tibi & iusto illi ipse quoque respondens, Quid enim (ait) mali fecit hoc dicendo Pilatus absoluit Iesum. At illi magis clamabant, crucifige eum. Ut impleretur quod in uigesimo primo psalmo dixerat, Circumdederunt me canes multi, congregatio malignantium obledit me. Et illud Hieremie, Facta est mihi haereditas mea sicut leo in sylua, dederunt super me uocem suam. Esaiam quoque in hac sententia congruente, & expectaui ut facerent iudicium, fecerunt autem iniquitatem, & non iustitiam, sed clamorem. Pilatus autem uolens populo satis facere dimisit illi Barrabam, & tradidit Iesum flagellis caesum, ut crucifigeretur. Iesus autem flagellatus non ab alio quam ab ipso Pilato intelligendus est. Scribit namque aperte Ioannes, Clamauerunt rursus omnes dicentes, Non hunc sed Barrabam. Erat autem Barrabas latro. Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum & flagellauit. Ac deinde subiungit, Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius, & c. Quod quidem ideo fecisse, atque ideo credendus est militibus eum illudens tradidisse, ut satiati poenis & opprobrijs eius Iudaei mortem eius uultro sitire desisterent. Hoc autem factum est, ut

Petitio Iudaeorum.

Pilati conatus.

Flagellatus Iesus.

quia scriptum erat, Multa flagella peccatorum, illo flagellato nos a uerberibus liberati sumus, dicente scriptura, Flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Milites autem duxerunt eum in atrium praetoris, et conuocant totam cohortem, & induunt eum purpura, et imponunt ei plectentes spineam coronam, & ceperunt salutare eum Aue rex Iudaeorum. Milites quidem quod rex Iudaeorum fuerat appellatus, & hoc ei scribae & sacerdotes crimen obiecerant quod sibi in populo Israelitico usurpare imperium, illudentes hoc faciunt, ut nudatum pristinis uestibus induat purpura, qua reges ueteres utebantur, & pro diademate imponant ei coronam spineam, pro sceptro regali, dent calamum, ut Matthaeus scribit, & adorent quasi regem. Nos autem omnia haec intelligamus mystice. Quomodo enim Caiphas dixit, Oportet unum hominem mori pro omnibus, nesciens quid diceret sic & isti quodcumque fecerunt, licet aliam mente fecerint, tamen nobis qui credimus sacramenta tribuebant. Notandum autem quod pro eo quod Marcus ait, Et induit eum purpura, Matthaeus ita posuit, Et exuentes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei. Vbi intelligitur quod Matthaeus ait, Chlamydem coccineam circumdederunt ei, hoc Marcus dixisse, Indutum purpura. Pro regia enim purpura chlamys illa coccinea ab illudentibus adhibita erat, & est rubra quaedam purpura cocco similima. Potest etiam fieri ut purpuram etiam Marcus commemorauerit, quam chlamys habebat, quamuis esset coccinea. Mystice ergo in purpura qua indutus est dominus, ipsa eius caro quam passionibus obiecit, in sinuatur. De qua praemissa dixerat prophetia, Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & uestimenta tua quasi calcantium in torculari? In corona uero quam portabat spinea, nostrorum susceptio peccatorum, pro qua mortalis fieri dignatus est, ostendit. Iuxta quod praecursor ipsius testimonium ei perhibens ait, Ecce agnus dei, qui tollit peccata mundi. Namque spinas in significatione peccatorum poni sole. restatur ipse Dominus, qui protoplasto in peccatum prolapsus dicebat, Terra tua spinas et tribulos germinabit tibi. Quod est aperte dicere, Conscientia tua punctiones tibi & aculeos uitiorum pro creare non desisset. Quod uero iuxta euangelium Lucae dominus apud Herodem alba ueste induitur, in ceteris uero euangelistis a militibus Pilati sub coccineo siue purpureo habitu illius esse perhibetur, collata utraque narratione in uno, innocentia et castitas assumptae humanitatis: in altero autem ueritas passionis per quam ad gloriam regni immortalis esset peruenurus, exprimitur. Sicut enim purpuram colore sanguinis qui pro nobis effusus est, imitatur: ita et habitus regni quod post passionem intrauit nobis intrandum patefecit, in sinuatur. Verum quia dicit Apostolus, Quotquot enim in Christo baptizati estis Christum induistis, et

Coccinea chlamys.

60

Esatus domino de electis omnibus, His, inquit, uelut ornamento uestieris. potest in hoc utroque domini habitu inimicorum quidem sententia probroso, sed ipsius domini electione gloriosissimo, omnis electorum eius multitudo, quae in martyres uenerandos, & caeteram fidelium plebem distinguitur, aptissime designari. Alba etenim ueste induitur, cum munda iustorum confessione circumdatur. Purpura siue cocco uestitur, cum in triumpho uictoriosorum martyrum gloriatur. Et percutiebant caput eius arundine, & conspuiebant eum. Et ponentes genua adorabant eum. Hanc tunc fecere milites Pilati, haec usque hodie faciunt haeretici & pagani, milites utique diaboli. Quia enim caput Christi deus, caput eius percutiunt qui eum Deum esse uerum denegant. Et quia per arundinem scriptura solet confici, quasi arundine caput Christi ferunt, qui diuinitati illius contradicentes, errorem suum confirmare auctoritate sacre scripturae conantur. Spiritus uero in faciem eius, qui eius praesentiam gratiae uerbis excecandis ex interna caecae mentis infantia conceptis respuunt, et Iesum Christum in carne uenisse denegant. Et quidem milites eum quasi qui Deum se ipse falso dixisset, illudentes adorabant, sed sunt hodie quod est grauioris uesaniae, qui eum certa fide ut deum uerum adorant, sed per ueritas a cibibus mox uerba eius quasi fabulosa despiciunt, ac promissa regni illius temporalibus illecebris longe postponunt. Et educunt illum ut crucifigeret eum. Et angariauerunt praeter eum quempiam Simonem Cyrenaeum uenientem de uilla patrem Alexandri & Rufi, ut tolleret crucem eius. Magnae tunc opinionis fuisse Simonem iste uidetur, cum filij quoque eius quasi iam noti omnibus designentur ex nomine. Sed cauendum ne cui uideatur contrarium, quod Ioannes scribit ipsum Dominum sibi crucem portasse: caeteri uero euangelistae hunc Simonem Cyrenaeum eam baiulasse referunt. Primo namque a domino portata, ac deinde Simonem, quae exeuntes forte obuium habuerunt, portanda imposita est. Et hoc congruo satis ordine mysterij. Quia numerum ipse passus est pro nobis, relinquens nobis exemplum, ut sequamur uestigia eius. Et quia Simon iste non Hierosolymita sed Cyrenaeus esse perhibetur (Cyrene enim Libyae ciuitas est, ut in actibus apostolorum legimus: recte per eum populi gentium designantur, qui quondam peregrini & hospites testamentorum, nunc obediendo ciues sunt & domestici dei, & sicut alibi dicitur, Haeredes quidem dei, cohæredes autem Christi. Vnde apte Simon obediens, Cyrene, haeres interpretatur. Nec pretereundum quod idem Simon de uilla uenisse refertur. Villa enim graece *πύργος* dicitur. Vnde paganos appellamus eos quos a ciuitate dei alienos, & quasi urbanae conuersationis uidemus esse expertes. Sed de pago Simon egrediens crucem portat post Iesum, cum populus nationum paganis ritibus dereli-

ctis, uestigia dominicae passionis obedienter amplectitur. Et perducunt illum in Golgotha locum, quod est interpretatum Caluariae locus. Extra urbis portam loca sunt in quibus truncantur capita damnatorum, & Caluariae, id est decollatorum sumptere nomen. Propterea autem ibi crucifixus est dominus, ut ubi prius erat area damnatorum, erigerentur uexilla martyrum. Et quomodo pro nobis maledictum crucis factus est & flagellatus & crucifixus, sic pro omnium salute quasi noxius inter noxios crucifigitur. Et dabant ei bibere myrrhatum uinum & non accepit. Deus loquitur ad Hierusalem, Ego te plantauit uinea meam ueram, quomodo facta es in amaritudinem uitae alienae? Amara uitis, amarum uinum fecit: quod propinat domino Iesu, ut impleatur quod scriptum est, Dederunt in cibum meum fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Quod autem dicitur, Et non accepit, uel secundum Matthaeum, Cum gustasset noluit bibere, hoc indicat, quod gustauerit quidem pro nobis mortis amaritudinem, sed tertia die resurrexit. Quod enim ait Marcus, non accepit, intelligitur non accepit ut biberet. Gustauit autem sicut Matthaeus testis est, ut quod idem Matthaeus ait, Noluit bibere, hoc Marcus dixerit, Non accepit, tacuerit autem quod gustauerit. Sed & hoc quod ait Marcus, Myrrhatum uinum, intelligendum est Matthaeum dixisse cum felle mixtum. Fel quippe pro amaritudine posuit. Et myrrhatum enim uinum amarissimum est, quamquam fieri possit ut & felle & myrrha uinum amarissimum redderetur. Et crucifigentes eum diuiserunt uestimenta eius, mittentes sortem super eis quis quid tolleret. Haec Ioannes euangelista plenius exponit: quod scilicet milites caetera in quatuor partes iuxta suum numerum diuiserunt, de tunica uero inconfutis erat desuper contexta per totum, sortem miserunt. Quadripertita autem uestis Domini, quadripertita eius figurauit ecclesiam, toto scilicet orbe (qui quatuor partibus constat) terrarum diffusam, & omnibus eiusdem partibus aequaliter, id est concorditer distributam. Tunica uero illa sortita, omnium partium significat unitatem, quae charitatis uinculo continetur. Si enim charitas iuxta apostolum, & supereminetior habet uiam, & supereminet scientiae, & super omnia praecipua est, merito uestis qua significatur, desuper contexta perhibetur. In sorte autem quid nisi gratia Dei commendata est? Sic quippe in uno ad omnes peruenit, cum fors omnibus placuit: quia & dei gratia in unitate ad omnes peruenit. Et cum fors mittitur, non personae cuiuscumque uel meritis, sed occulto dei iudicio ceditur. Et quia sicut dicit apostolus, uetus homo noster simul affixus est cruci cum illo ut euacuetur corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccato, quamdiu id agunt opera nostra ut euacuetur corpus peccati, & quamdiu exterior homo corruptus est, ut interior renouetur de die in diem, tempus est crucis.

Caluariae.

Concord. euang.

Tunica inconfutis.

Tempus crucis.

Caput Christi percutientes.

Euangelist. concord.

Cyrene.

Villa pagani.

est crucis. Haec sunt etiam bona opera quidem, tamen adhuc laboriosa, quorum merces requies est. Sed ideo dicitur, Spe gaudetes, ut requiem futuram cum hilaritate in laboribus operemur. Hanc hilaritatem significat crucis latitudo in transuerso ligno ubi figuntur manus. Per manus enim opera intelligimus, per latitudinem hilaritatem operantis: quia tristitia facit angustias. Per altitudinem autem, cui caput adiungitur, expectatio retributionis de sublimi iustitia dei, qui reddet unicuique secundum opera sua, his quidem secundum tolerantiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem quaerentibus uitam aeternam. Itaque etiam longitudo quae totum corpus extenditur, ipsam tolerantiam significat, unde longanimes dicuntur qui tolerant. Profundum autem quod terrae infixum est, secretum sacramenti praefigurat. Recordaris, nisi fallor, quod uerba apostoli in ista designatione crucis expediantur, ubi ait: In charitate radicati & fundati ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis quae sit longitudo, latitudo, altitudo, & profundum. Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum. Sunt qui arbitrentur hora quidem tertia Dominum crucifixum, a sexta autem hora tenebras factas usque ad nonam, ut consumptae intelligantur tres horae, ex quo crucifixus est, usque ad tenebras factas. Et posset quidem hoc rectissime intelligi, nisi Ioannes diceret hora quasi sexta Pilatum sedisse pro tribunali in loco qui dicitur Licostratos, Hebraice autem Gabatha. Sequitur enim, Parasceue paschae hora quasi sexta. & dicitur Iudaeis, Ecce rex uester, & caetera. Si ergo hora quasi sexta Pilato sedente pro tribunali traditus est crucifigendus Iudaeis, quomodo hora tertia crucifixus est, sicut uerba Marci non intelligentes quidam putauerunt? Iam certe dixerat Marcus, Et crucifigentes eum diuiserunt uestimenta eius. Si ergo eius re gestae tempus uoluit commemorare, sufficeret dicere, Erat autem hora tertia, ut quid adiunxit, & crucifixerunt eum: nisi quia uoluit aliquid recapitulando significare, quod quaesitum inueniretur, cum scriptura ipsa illis temporibus legatur quibus uniuersae ecclesiae notum erat quae hora dominus ligno suspensus est, unde posset huius uel error corrigi, uel mendacium refutari. Sed quia sciebat a militibus dominum crucifixum non a Iudaeis, occulte ostendere uoluit eos magis crucifixum qui clamauerunt ut crucifigeretur, quam illos qui ministerium principis suo secundum suum officium praebuerunt. Intelligitur ergo fuisse hora tertia cum clamauerunt Iudaei ut dominus crucifigeretur. Et ueracissime demonstratur tunc eos crucifixum quando clamauerunt, maxime quia nolent uideri se hoc fecisse, & propterea eum Pilato tradiderant, quod eorum uerba satis indicant secundum Ioannem. Quod ergo maxime uideri fecisse nolent, hoc eos hora tertia fecisse Marcus ostendit.

Crucis latitudo.

Altitudo.

Longitudo.

Profundum.

Concord. euang.

dit, uerissime indicans magis fuisse dominum necatricem linguam Iudaeorum quam militum manus. Et erat titulus causae eius inscriptus, Rex Iudaeorum. Titulus positus supra crucem eius in quo scriptum erat Rex Iudaeorum, illud ostendit, quod nec occidendo efficere potuerunt, ut eum regem non haberent qui eis manifestissima & eminentissima potestate secundum sua opera redditorus est. Vnde in psalmo canitur, Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius. Qui apte etiam quoniam rex simul & pontifex est, cum eximiam patri suae carnis hostiam in altari crucis offerret, regis quoque quae praedictus erat dignitate, titulo praetendit: ut cum eis legere, hoc est audire & credere uolentibus insinuaret, quod per crucis patibulum non perdidit suum, sed confirmari potius & corroborari imperium. Et cum eo crucifigunt duos latrones, unum a dextris, et alium a sinistris eius. Latrones qui cum domino sunt hinc inde crucifixi, significant eos qui sub fide & confessione Christi uel agnitionem martyrii uel quolibet continentiae actionis instituta subeunt. Sed quicumque haec pro aeterna solius caelestis gloria gerunt, hi profecto dextri latronis merito ac fide designantur. Atqui siue humanae laudis intuitu, seu qualibet minus digna intentione mundo abrenuntiant, non immerito blasphematoris, ac sinistri latronis mentem imitantur & actus. De quibus dicit apostolus, Si tradidero corpus meum ut ardeam, si dedero omnes facultates meas in cibos pauperum, si alia plura aut pietatis opera facere, aut dona gratiae spiritalis accepisse uidear, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Beati autem qui sua propter dominum, & propter euangelium relinquunt, Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Similiter et summi sacerdotes illudentes ad alterutrum cui scribis dicebat, Alios, etc. Etiam nolentes consistuntur scribae & pontifices quod alios saluos fecerit. Itaque uos uestra condemnat sententia. Qui enim alios saluos fecit, utique si uellet, seipsum saluare poterat. Christus rex Israel descendat nunc de cruce, ut uideamus & credamus. Fraudulenta promissio. Quid est plus? de cruce adhuc uentem descendere, an de sepulchro mortuum resurgere? Surrexit et non creditis: ergo etiam si de cruce descenderet, similiter non creditis. Et qui cum eo crucifixi erant, conuiciabatur ei. Quomodo qui cum eo crucifixi erant conuiciabatur ei, quando quidem unus eorum conuiciatus est, secundum Lucam testimonium, alter & compercutit eum, & in deum creditur: nisi intelligamus Matthaeum & Marcum breuiter perstringentes, hunc locum pluraliter numerum pro singulari posuisse, sicut in epistola ad Hebraeos legimus pluraliter dictum, Clauserunt ora leonum, cum solus Daniel significari intelligatur. Et pluraliter dictum, Secuti sunt, cum de solo Esaiam tradatur. Quid autem uisita- tius (uerbi gratia) quam ut dicat aliquis, & rusticus mihi in-

Titulus Rex Christi.

Latrones.

Concord. Euangel.

mihī insulant, etiā si unus insultet: Tunc enim esset contrarium quod Lucas de uno manifestauit, si illi dixissent ambos latrones conuictos domino, cum non posset sub numero plurali unus intelligi. Cum uero dictum est latrones uel qui cum eo crucifixi erant, nec additum est ambo, non solum si ambo fecissent posset hoc dici, sed etiā quia unus hoc fecit, potuit usitato locutionis modo per pluralem numerum significari. Quod uero Luca testante unus latro dominum blasphemā dicens, Si tu es Christus saluum fac te metipsum & nos, alter uero illum digna inuectione redarguit, et dominum fidei supplicatione precatur dicēs, Domine memento mei cum ueneris in regnum tuum, usque hodie geri in ecclesia uidemus, cum mundanis tacti afflictionibus ueri simul & falsi Christiani, illi quidem qui ficta mente dominicę passionis sacramenta gestant, ad presentis uitę gaudia cupiūt liberari a domino. At qui simplici intentione cum Apostolo non gloriantur, nisi in cruce domini nostri, ita potius a presentibus erumnis optant erui, ut spiritum suum in manus sui commendent auctoris, unaq; cum ipso regni celestis desiderant esse participes. Vnde bene ille qui fide dubia dominum precabatur, fundus est contemptus a domino, neq; ulla responsione dignus habitus. At uero preces illius qui aeternam a se salutem querebat, pia mox dominus exauditione suscipere dignatus est. Quia nimirum quicumq; in tribulationibus positi temporalia tantum a domino solatia requirunt, temporalibus se pariter & aeternis gaudijs priuant. Qui autem ueraciter bona patrię celestis suspirant, ad hęc absq; ulla dubietate Christo miserante perueniunt. *Et facta hora sexta tenebrę factę sunt per totam terram usq; in horam nonam.* Clarissimum mundi lumen retraxit gladius furios, ne aut pendente uideret dominum, aut impij blasphemantes sua luce fruerentur. Et notandum quod dominus sexta hora, hoc est recessuro a centro mundi sole crucifixus sit: disculo autem, hoc est oriente iam sole resurrectionis suę mysteria celebrant. Statu enim temporis signauit, quod effectu operis exhibuit. Quia mortuus est propter peccata nostra, et resurrexit propter iustificationem nostram. Nam & Adam peccante scriptum est, quod audierit uocem domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem. Post meridiem nemp̄, inclinata luce fidei: ad auram uero, refrigescente feruore charitatis. Deambulans autem audiebatur, quia ab homine peccante recesserat. Rationis ergo immo diuinę pietatis ordo poscebat, ut eodē temporis articulo, quo tunc Adę prauaricanti occluserat, nunc latroni dominus poenitentiam inuam paradisi referaret: & qua hora primus Adam peccando mortem huic mundo inuexerat, eadem hora secundus Adam mortem moriendo destrueret. *Et hora nona exclamauit Iesus uoce magna*

*gna dicēs, Heli Heli lama zababani, quod est interpretatum, Deus meus deus meus ut quid dereliquisti me?] Principio uigesimali primi Psalmi usus est. Illud quod in medio uerliculi legitur, Respice in me, superfluum est, legitur enim in Hebręo, Deus meus deus meus quare me dereliquisti? Nec mireris uerborum humilitatē, querimonias derelicti, cum formam serui sciens, scandalum crucis uideas. Sicut enim esurire & sitire & fatigari non erant propria diuinitatis, sed corporales passiones, ita & quod dicitur, Vt quid me dereliquisti? corporalis uocis erat propriū: quia solet secundum naturam corpus nullatenus uelle a sibi coniuncta uita fraudari. Licet enim & ipse Saluator hoc dicebat, sed proprie ostendebat corporis fragilitatem, manens uirtus & sapientia Dei. Vt homo ergo loquitur meos circumferens motus, quod in periculis positi, a Deo nos deserui putamus. Vt homo turbatur, ut homo flet, ut homo crucifigitur. *Et quidam de circumstantibus audientes dicebat, Ecce Heliam uocat.* Non omnes, sed quidā. Quos arbitror milites fuisse Romanos, nō intelligentes sermonis Hebraici proprietatem, sed ex eo quod dixit, Heli heli, putantes Heliam ab eo inuocatum. Sin autem Iudęos qui hoc dixerint intelligere uolueris, & hoc more sibi solito faciunt, ut dominum imbecillitate infament, qui Helia auxilium deprecetur. *Currens autem unus & implens spongiam aceto circumponensq; calamo potum dabat ei, dicens, Sine, uideamus si ueni at Helias ad deponendum eum.* Quam ob causam domino acetum sit potui datum, Ioānes ostendit plenius dicens, Postea sciens Iesus quia iam omnia consummata sunt, ut consummaretur scriptura dicit Satio. Vas autem positum erat aceto plenum, Illi ergo spongiā plenam aceto hyssopo circumponentes, obtulerunt ori eius. *Vidit ergo quoniam cōsummata sunt omnia quę oportebat, ut fierent antequā acciperet acetum, & traderet spiritum: atq; ut hoc etiā cōsummaretur quod ait, Et in siti mea potauerunt me aceto, Satio, inquit. Tanquam hoc diceret, hoc minus fecistis, date quod estis. Iudęi quippe ipsi erant acetum, degenerantes a uino patriarcharū & prophetarum, tanquam de pleno uase, de iniquitate mundi huius impleto, cor habentes uelut spongiā cauernosis quodammodo atq; tortuosis latibulis fraudulentā. Hyssopum cui circumposuerunt spongiā aceto plenam, quoniam herba est humilis, & pectus purgat, ipsius Christi humilitatē congruenter accipimus, quam circumdederunt, & se circumuenisse putauerunt. Vnde illud in Psalmo; *Asperges me hyssopo & mundabor, Christi nanq; humilitate mundamur, quia nisi humiliasset semetipsum factus obediens patri usq; ad mortē crucis, nō utiq; sanguis eius in peccatorū remissionē, hoc est in nostri mundationē fuisset effusus. Per arundinem uero cui imposta est spongiā, scriptura significat, quę implebatur hoc factio. Sicut enim lingua dicitur***

dicitur uel Gręca, uel Latīna, uel alia quęlibet sonū significans qui lingua promitur, sic arundo dici potest litera quę arundine scribitur. Sed significatiuus sonos uocis humanę usitatissime dicimus linguas: Scripturam uero arundinem dici, quo minus usitatū, eo magis est mystice figuratum. *Iesus autem emissa uoce magna expirauit.* Quid hac uoce magna dixerit dominus, Lucas aperte designat dicēs, Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et hęc (inquit) dicens expirauit. Quod uero scribit Ioānes, quia cum accepisset Iesus acetum dixit, Consummatum est, & inclinato capite tradidit spiritum. inter illud quod ait, Consummatum est, & illud, Et inclinato capite tradidit spiritum, emissa est illa uox magna quam tacuit Ioannes, ceteri autem tres commemorauerunt. *Et uelum templi scissum est in duo a sursum usq; deorsum.* Scinditur uelum templi, ut arca testamēti & omnia legis sacramenta quę tegebantur appareāt, atq; ad populum transeant nationum. Ante etenim dictum fuerat, Notus in Iudęa Deus, in Israel magnum nomen est. Nunc autem, Exaltare super cęlos deus, & super omnem terram (inquit) gloria tua. Et in euāgelio prius dixit, In uiam gentium ne abieritis. Post passionē uero suam, Euntes (inquit) docete omnes gentes. *Videns autem Centurio, qui ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset, ait, Vere homo hic filius dei erat.* Manifesta causa, miraculi Centurionis exponitur, quod uidens dominum sic expirasse, hoc est spiritum emisisse, dixerit, Vere homo hic filius Dei erat. Nullus enim habet potestatem emittendi spiritum, nisi qui animarum conditor est. Et hoc considerandum est, quod Centurio ante crucem in ipso scandalo passionis, uere dei filium confiteatur, & Arius in ecclesia prædicet creaturam. Vnde merito per Centurionem fides Ecclesię designatur, quę uelo mysteriorum celestium per mortem dominū referato, continuum Iesum & uere iustum hominem, & uere dei filium synagoga tacente confirmat. *Erant autem & mulieres de longe aspicientes, inter quas erat Maria Magdalene & Maria Iacobi minoris & Ioseph mater, & Salome.* Et cum esset in Galilęa sequebantur eum & ministrabant ei. Iacobus minorem dicit Iacobum Alphei, qui & frater domini dicebatur, eo quod esset filius Marię materterę domini, cuius in Euāgelio suo meminit Ioannes dicens, Stabat autem iuxta crucē Iesu mater eius & soror matris eius Maria Cleophaę. Maria autē Cleophaę uidetur eam dicere a patre, siue a cognatione. Vocatur uero minor Iacobus, ad distinctionem maioris Iacobi uidelicet filij Zebedæi, qui inter primos Apostolos uocatus est & electus a domino. Consuetudinis autem Iudicę fuit, nec ducebatur in culpam more gentis antiquo, ut mulieris de substantia sua uictum atq; uestitū præceptoribus ministrarent: hoc quia scandalum facere poterat in nationibus, Paulus ab-

fecisse se memorat. Numquid non habemus potestatem sorores mulieres circumducendi, sicut & ceteri apostoli faciunt? Ministrabant autem domino de substantia sua, ut meteret earū carnalia, cuius ille metebant spiritalia. Non quo indigeret cibis dominus creaturarum, sed ut tyrum ostenderet magistrorum, quod uictu atq; uestitu ex discipulis deberet esse contenti. Sed uideamus quales comites habuerit. Marię scilicet Magdalenenę, a qua septē demonia eiecerat, & Marię Iacobi & Ioseph matrē materterę suā, & alias quas in ceteris euāgelis legimus. *Et cum iam sero esse scilicet quia erat pasce, quod est ante sabbatū, uenit Ioseph ab Arimathia nobilis decurio.* Decurio uocatur quod sit de ordine curię, & officium curię administrat. Qui etiam curialis, a procurando munera ciuilita solet appellari. Arimathia autem ipsa est Ramathaim ciuitas Helicę & Samuelis in regione Thamnitica iuxta Diopolim. *Arrius uero Gręce, Latine præparatio dicitur. Quo nomine Iudęi qui inter Gręcos morabantur, sextam sabbati appellabant, eo quod in illo ea quę requiē sabbati necessaria essent, præparare solerent. Iuxta hoc quod de manna quondam præceptum est. Sexta autem die colligitis duplum, &c. Quia ergo sexta die factus est homo, & tota est mundi creatura perfecta, septima autem conditor ab opere suo requiēuit, unde & hęc sabbatum hoc est requiē uoluit appellari, recte Saluator eadem sexta die crucifixus, humanę restaurationis impleuit arcanum. Ideoq; cum accepisset acetum dixit, Consummatum est: hoc est, sextę diei quod pro mundi refectione suscepti, iam totum est opus expletum. Sabbato autem in sepulcro requiescens, resurrectionis quę octaua die uentura erat, expectabat euentum. Vbi nostrę simul deuotionis ac beatę retributionis præluet exemplum, quos in hac quidem sexta sæculi ætate pro domino pati, & uelut mundo necesse est crucifigi. In septima uero ætate, id est cum lethi quis debitum solui, corpora quidem in tumultis, animas autem secreta in pace cum domino manere, & post bona oportet opera quiescere, donec octaua tandē ueniente ætate etiā corpora ipsa resurrectione glorificata cum animabus simul incorruptionē æternę hereditatis accipiant. *Venit (inquit) Ioseph ab Arimathia nobilis decurio, qui & ipse erat expectans regnū dei. Et audacter introiit ad Pilatum, et petijt corpus Iesu.* Magne quidem Ioseph iste dignitatis ad seculū, sed maioris apud deum meritū fuisse laudatur. Talem nanq; existere decebat eum qui corpus domini sepeliret, qui & per iustitiā meritorū tali ministrario dignus esset, & per nobilitatē potētia secularis facultatē posset obtinere ministrandi. Nō enim quilibet ignotus aut mediocris ad præsidē accedere, & crucifixi corpus poterat impetrare. *Ioseph autē mercatus est sindonē, et deponens eum in uoluit sine done.* Et ex simplici sepultura domini, ambitio diuitum*

Hyssopum.

Arundo.

Iacobus minor. Matertera Christi.

60

diuinitum condemnatur, qui ne in tumultis quidem possunt carere diuinitis. Possimus autē iuxta intelligentiam spiritalem hoc sentire, quod corpus domini nō auro, non gemmis, & serico, sed in theamine puro obuoluerunt sit. quāquā & hoc significet quod ille in sindone munda inuoluitur, qui pura eum mente suscepit. Hinc ecclesiæ mos obtinuit ut sacrificiū altaris non in serico, neq; in panno tinctorio, sed in lino terreno celebretur, sicut corpus est domini in sindone munda sepultū, iuxta quod in gestis pontificalibus à beato papa Siluestro legimus esse statutum. Et posuit eum in monumento quod erat excisum de petra, & aduoluit lapidē ad ostium monumenti. De monumento domini ferunt qui nostra ætate de Hierosolymis Britanniam uenere, quod domus fuerit rotunda de subiacente rupæ excisa tanta altitudinis ut intro cōsistens homo uix manu extenta culmen possit attingere, quæ habet introitum ab oriente, cui lapis ille magnus aduolutus atq; impositus est. In cuius monumēti parte aquilonari sepulcrū ipsū, hoc est locū dominici corporis de eadem petra factus est septem habēs pedes longitudinis, triū uero palmarum mensura cætero parimento altius emittens. Qui uidelicet locus non desuper sed à latere meridiano per totum patulus est, unde corpus inferebatur. Color autem eiusdem monumēti ac loculi rubicundo & albo dicitur esse permixtus. Maria autem Magdalene & Maria Ioseph aspiciēbant ubi poneretur. In Luca legimus, quia stabāt omnes noti eius à longe, & mulieres quæ secutæ erant eum. His ergo notis Iesu post depositum eius corpus ad sua remeantibus solæ mulieres quæ arctius amabant, funus subsecutę, quomodo poneretur, inspicere curabant, ut ei tempore cōgruo munus possent deuotionis offerre. Sed & hæc enus sanctæ mulieres die parasceues, id est præparationis idem faciūt, cum animæ humiles, & quo maioris sibi consciæ fragilitatis, eo maiori Saluatoris amore feruentes, passionis eius uestigijs in hoc seculo, quo requies est preparanda futura diligenter obsequuntur, & si forte ualeāt imitari pia curiositate, quo ordine sit eadem passio completa perpendunt.

CAPVT XVI.

Cap. 45.



M cum transisset sabbatum, Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome, emerunt aromata, ut uenientes ungerent Iesum. In euangelio Lucæ scriptum est, quod reuertentes à monumento parauerunt aromata & unguenta, & sabbato quidem siluerunt propter mandatum. Mandatum ergo legis erat, ut sabbati silentiū à uespera usq; ad uesperā seruaretur: ideoq; religioſæ mulieres sepulcro domini, quamdiū licebat operari, id est usq; ad solis occasum, in unguentis præparandis erant occupatę, ut Lucas scribit. Et quia tunc præ angustia tēporis opus explere nequibant, festinauerunt mox transacto sabba

to, id est occidente sole, ubi operandi licentiā remeauerat, emere aromata, sicut Marcus refert, ut uenientes mane ungerent corpus eius. Neq; enim uespere sabbati præoccupate iam noctis articulo monumentum adire ualuerunt. Et ualde mane una sabbatorum ueniunt ad monumentum, orto iam sole. Prima sabbatorum prima dies est à die sabbatorum, id est requietionū, quam nunc diem dominicam propter resurrectionem domini saluatoris mos ecclesiasticus appellat. Id ipsum est cum una sabbati, siue una sabbatorum legimus, id est una dies à sabbatū die, hoc est requietionum, quæ in sabbatis custodiebantur. Sanctæ autem mulieres quæ dominum fuerant secutę, cum aromatibus ad monumentum uenerunt, & ei quem uiuentem dilexerāt, etiam mortuo studio humanitatis obsequuntur. Et nos ergo in eum qui est mortuus credentes, si odore uirtutum referti cum opinione bonorum operum dominum quærimus, ad monumentum profecto illius cum aromatibus uenimus. Quod autem ualde mane mulieres uenerunt ad monumentum orto iam sole, id est cum iam cælum ab orientis parte albesceret, quod non sit uique, nisi solis orientis uicinitate, iuxta historiam quidem magnus quærendi & inueniendi dominū feruor charitatis ostenditur. Iuxta intellectum uero mysticum nobis datur exemplum illuminata facie, decussisq; uitiorum tenebris odorem bonorū operum domino & orationum suauitatem offerre. Et dicebant ad inuicem, Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes uiderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus ualde. Quomodo lapis per angelum reuolutus sit, Matthæus sufficienter exponit. Sed reuolutio lapidis mystice, reſerationē sacramentorum Christi, quæ uelamine literæ legalis tegebantur, insinuat. Lex enim in lapide scripta est, cuius ablato tegmine, gloria resurrectionis ostensa, & abolitio mortis antiquæ, ac uita nobis speranda perpetua toto cœpit orbe prædicari. Et introeuntes in monumentum, uiderunt inuenientem sedentem in dextris coopertum stola candida, & obstupuerunt. Introeuntes ab oriente in domum illam rotundam quæ in petra est excisa, uiderunt angelum sedentem ad meridianam partem loci illius, ubi positum fuerat corpus Iesu, hoc enim erat in dextris. Quia nimirum corpus quod supinum iacens caput habebat ad occasum, dexteram necesse est haberet ad austrū. Scribit autem Matthæus quod angelum qui reuoluit lapidem ab ostio monumenti, primo uiderunt super ipsum lapidem sedentem, qui eas intrare in locum ubi dominus erat positus iusserit, & uiderere quod iam resurrexisset à mortuis. Scribit Lucas, quod intrantes in monumentum duos angelos inibi stantes inuenierunt. Illę ergo mulieres angelos uident quæ cum aromatibus uenerunt, quia uidelicet illæ mentes supernos ciues aspiciunt, quæ cum uirtutibus ad deum per sancta

Corporalis ratio.

Sepulcri domini forma.

Color eiusdem.

Sinistra. Dextera.

Angelorū festiuitas.

Fulgur aspectus.

sancta desideria proficiuntur. Notandum uero nobis est, quidnam sit quod in dextris sedere angelus cernitur. Quid namq; per sinistram nisi uita præſens? Quid uero per dexteram nisi perpetua uita signatur? Vnde scriptum est, Laua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Sinistram namq; dei ecclesia prosperitatem uidelicet uitæ præſentis quasi sub capite posuit, quam intētionē summamoris premit. Dextera uero dei eā amplectitur, quia sub æterna eius beatitudine tota deuotione cōtinetur. Quia ergo redemptor noster iam præſentis uitæ corruptionem transierat, recte angelus qui nunciare perennem eius uitam uenerat, in dextera sedebat. Qui stola candida cōpertus apparuit, quia festiuitatis nostræ gaudia nunciauit. Candor etenim uestis, splendor ē nostræ denunciat festiuitatis. Nostræ dicamus an suæ? Sed ut fateamur uerius, & suæ dicamus & nostræ. Illa quippe redēptoris nostri resurrectio, & nostra festiuitas fuit, quia nos ad immortalitē reduxit, & angelorum festiuitas exiit, quia nos reuocando ad cælestia, eorum numerum impleuit. In sua ergo ac nostra festiuitate angelus in albis uestibus apparuit, quia dum nos per resurrectionem dominicam ad superna reducimur cælestis patriæ damna reparantur. Sed iam qui uenientes scēminas affatur audiamus, Nolite ex pauescere, Iesum quæritis Nazarenū crucifixum, surrexit, non est hic. Ecce locus ubi posuerunt eum. Nolite, inquit, ex pauescere. Ac si aperte dicat, Paueant illi qui non amant aduentum supernorū ciuium. Per timescant qui carnalibus desiderijs preſsi, ad eorum se societatem pertingere posse desperant. Vos autem cur pertimescitis quæ uestros concius uideatis? Vnde & Matthæus angelum apparuisse describēs ait, Erat autem aspectus eius sicut fulgur, & uestimenta eius sicut nix. In fulgure etenim terror timoris est, in nix autē blandimentū candoris. Quia uero omnipotens deus & terribilis est peccatoribus, & blandus iustis, recte testis resurrectionis eius angelus et in fulgure uultus, & in candore habitus demonstrat, ut de ipsa sua specie & terreret reprobos, & mulceret pios. Iesum quæritis Nazarenum, Iesus Latino eloquio salutaris, id est saluator interpretatur. At uero multi hoc nomine dici poterant tunc, non tamen substantialiter, sed nuncupatiue. Ideo que locus subiungitur: ut de quo Iesu dictum sit, manifestetur, Nazarenū: & causam protinus subdit, crucifixum, atq; addidit, resurrexit, non est hic. Non est hic, dicitur per præſentiam carnis, qui tamen nusquam deerat per præſentiam maiestatis. Sed ite & dicite discipulis eius & Petro, quia præcedet uos in Galilæa. Quærendum nobis est cur nominatis discipulis Petrus designatur ex nomine. Sed si hūc angelus nominatim non exprimeret, qui magistrum negauerat, uenire inter discipulos nō auderet. Vocatur ergo ex nomine, ne desperaret ex negati

ōne. Quia in re cōsiderandū nobis est, cur omni potens deus eum quem cunctæ ecclesiæ præferre disposuerat, ancillæ uocem pertimescere, & seipsum negare permisit. Quod nimirum magne actum pietatis dispensatione cognoscimus, ut is qui futurus erat pastor ecclesiæ, in sua culpa disceret qualiter alijs misereri debuisset. Prius itaq; eum ostendit sibi, & tunc præposuit ceteris, ut ex sua infirmitate cognosceret quā misericorditer aliena infirma toleraret. Bene autē de redemptore nostro dicitur. Præcedet uos in Galilæa, ibi eum uidebitis, sicut dixi uobis. Galilæa namq; transmigratio facta interpretatur. Iam quippe redemptor noster à passione ad resurrectionē, à morte ad uitam, à pœna ad gloriam, à corruptione ad incorruptionē, transmigrauerat. Et primum post resurrectionē in Galilæa discipulis uidetur, quia resurrectionis eius gloriam post læti uidebimus, si modo à uitis ad uirtutum celsitudinem transmigramus. Qui ergo in sepulcro nunciatur, in transmigratōne ostenditur, quia is qui in mortificatione carnis agnoscitur, in transmigratōne mentis uidetur. At illæ exeuntes de monumento fugerunt (inuaserat enim eas tremor & paor) & nemini quicquam dixerunt. Timebant enim. Merito mouet quomodo Marcus scribat, Et nemini quicquam dixerunt. Quom dicat Lucas. Et regressæ à monumento nunciauerunt hæc omnia illis undecim & cæteris omnibus. Similiter Matthæus, Et exierunt (inquit) cito de monumēto cum timore & gaudio magno currentes nunciare discipulis eius. Nisi intelligamus, ipsorū angelorum nemini ausas fuisse aliquid dicere, id est respondere ad ea quæ ab illis audierāt. Aut certe custodibus quos iacentes uiderunt. Nam illud gaudium quod Matthæus commemorat, non repugnat timori de quo Marcus dicit, Debemus enim utrunq; in illarum animo factum intelligere, etiam si ipse Matthæus de timore non diceret, Surgens autem Iesus mane prima sabbati apparuit primo Mariæ Magdalene. Hæc apparitio domini quomodo & ubi sit facta, Ioānes plenissime docet. Surrexit autem dominus mane de monumento, in quo sero iam factus erat depositus, ut adimpleretur illud Psalmistæ, Ad uesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Sepultus ergo sexta sabbati, quæ dicitur Parasceue, circa horam uesperinam, sequenti nocte ac die sabbati cum nocte subsequenti in monumento positus, sic diē tertia, id est mane surrexit prima sabbati. Non autē immerito uno diē in sepulcro & duābus noctibus iacuit, quia uidelicet lucem suæ simplæ mortis, tenebris duplæ nostræ mortis adiunxit. Ad nos quippe uenit, qui in morte spiritus carnisq; tenebramur. Vnam ad nos suam, id est carnis mortē detulit, & duas nostras quas reperit soluit. Si enim ipse utranq; susciperet, nos à neutra liberaret. Sed unam misericordiatē accepit, & iuste utranq; damnauit. Simpliciter

Petrū cur se negare permisit dominus.

Galilæa.

Concord. Euangel.

Sepulcri Christi tempus, & eius ratio.

suam duplæ nostræ cõtulit, & duplam nostram mortēs subegit. Apparuit, inquit, primo Mariæ Magdalene, de qua eiecerat septem demonia. Illa uadens nunciauit his qui cum eo fuerant lugentibus & flentibus. Sicut in principio mulier auctrix culpæ uiro fuit, uir executor erroris, ita nunc quæ prior mortē intulerat & gustauerat, resurrectionem prior uicit. Et ne perpetui reatus apud uiros opprobrium sustineret, quæ culpam uiro transfuderat, transfudit & gratiā. Vnde recte & mulier hæc quæ uiris lugentibus ac flentibus lætitiā dominicæ resurrectionis prima nunciauit, à septē demonibus curata esse memoratur, ut uniuersis uis uis plena fuisse, sed ab his omnibus diuino munere mundata esse signetur, & ubi abundauit peccatum, superabundasse gratiā monstratur. Septenarius namq; numerus pro uniuersitate solet mystice poni. Quæ ergo à septem demonibus curata, hoc est ab uniuersis erat liberata sceleribus, prima resurgente à mortuis dominum uidit, ne quisquam digne poenitens de admisso ueniam desperaret, uidens eam quæ tot ac tantis quondam erat subdita uitijs in tantum culminis subito merito fidei ac dilectionis esse promotam, ut ipsis euangelistis atq; apostolis Christi prima illa miraculum patratæ resurrectionis euangelizaret. Et illi audientes quod uiuere, & uisus esset ab ea, non crediderunt. Quia resurrectionem dominicam discipuli tarde crediderunt, non tam illorum infirmitas quam nostra (ut ita dicam) futura firmitas fuit. Ipsa namq; resurrectio illis dubitatibus per multa argumenta monstrata est, quæ dum nos legētes agnoscimus, quid aliud quam de illorum dubitatione solidamur? Minus enim mihi Mariæ Magdalene præstitit, quæ citius credidit, quam Thomas qui diu dubitauit. Ille etenim dubitando uulnere cicatrices tetigit, & de nostro pectore dubitationis uulnus amputauit. Post hæc autem duobus ex eis ambulantis ostensus est in alia effigie euntibus in uillam. Et illi euntes renunciauerunt cæteris, nec illis crediderunt. Quomodo hoc factum sit, Lucas exponit latius. Quod autem dicit Marcus ostensus est in alia effigie, hoc apertius dicit Lucas, quia oculi eorum tenebantur, ne eum agnoscerent donec cum illo ueniētes in castellum quo ibant, & ponentes ei mensam quasi peregrino, tandem cognouerunt eum in fractione panis. Qui sicut idem Lucas consequenter adiungit, surgentes eadem hora regressi sunt in Hierusalem. Et inuenerunt congregatos undecim, & eos qui cum ipsis erant dicentes, quod surrexit dominus uere, & apparuit Simoni. Et ipsi narrabant quæ gesta erant in uia, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis. Quod autem ait Marcus annunciauerunt cæteris, nec illis crediderunt, cum Lucas dicat quod iam inde loquebantur, uere resurrexisse, & Simoni apparuisse, quid intelligendum est, nisi aliquos fuisse ibi qui hoc nolent credere? Cui autem non

Mulierum reparatio.

Septenarij

Concord. Euangel.

eluceat, prætermisisse Marcū quod Lucas narrādo explicauit? Hoc est quæ cum illis locutus fuerit Iesus antequam cognoscerent eum, & quomodo eum in fractione panis agnouerunt, quandoquidem mox ut dixit eis apparuisse in alia effigie euntibus in uillā, continuo coniunxit. Et illi euntes nunciauerunt cæteris, nec illis crediderunt. Quasi possent nunciare quem non cognouerāt, aut possent agnoscere quibus alia effigies eius apparuerat. Quomodo ergo eum agnouerunt ut nunciare possent, Marcus sine dubio prætermisit. Quod ideo memoriæ commendandum est, ut aduescamus aduertere Euangelistarū morem, ita prætermittentiū quæ non commemorant, et coniungentiū quæ commemorant, ut eis qui usum in hac consideratione non habent, non aliunde maxime error oriatur, quo putant eos non sibi congruere. Nouissime recumbentibus illis undecim apparuit, & exprobrauit incredulitatem illorum & duritiam cordis, quia his qui uiderant eum resurrexisse, non crediderunt. Quomodo nouissime, quasi iam ultra eum non uiderint? Nouissimū quippe illud est, quo dominū Apostoli in terra uiderunt, quando ascendit in cælum, quod factū est quadragesimo die post eius resurrectionem. Nunquid nam tunc exprobraturus erat quod non credidissent eis qui eum uiderant resurrexisse, quando iam & ipsi post resurrectionem toties eum uiderant? Illud ergo accipiamus: post multas demonstrationes eius, quibus per dies quadraginta discipulis suis præsentatus est, eum etiam nouissime recumbentibus illis undecim apparuisse, id est ipso quadragesimo die. Et quoniam iam erat ab eis ascensus in cælum, hoc eis illo die maxime exprobrare uoluisse, quia his qui uiderant eum resurrexisse non crediderant antequam eum ipsi uiderent, cum utiq; post ascensionem suam prædicantibus illis euangelium, gentes quæ non uiderunt fuerant credituræ. Post illam quippe exprobrationem secutus ait idem Marcus. Et dixit eis, Euntes in mundum uniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui uero non crediderit, condemnabitur. Hoc ergo prædicatur, quoniam qui non crediderit condemnabitur, cum id utiq; non crediderit quod non uidit, nonne ipsi primitus fuerant obiurgandi, quod antequam dominum uiderent non crediderint eis quibus dominus apparuisset? Quod uero dixit eis, Euntes in mundum uniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ, nunquid sanctum Euangelium uel in sensatis rebus, uel brutis animalibus fuerat prædicandum, ut de eo discipulis dicatur, Prædicate omni creaturæ? Sed omnis creaturæ nomine, potest omnis natio gentiū designari. Ante etenim dictum fuerat, In uiam gentiū ne abieritis: nunc autem dicitur, prædicate omni creaturæ, ut scilicet prius à Iudæa Apostolorum repulsa prædicatio, tunc nobis in adiutoriū fieret, cum hanc illa ad damnationis

10

20

30

40

50

60

Euangelistarum mos.

Nouissime.

Omnis creatura.

nationis suæ testimonium superba repulisset. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui uero non crediderit, condemnabitur. Fortasse unusquisque apud semetipsum dicat, Ego iam credidi, saluus ero. Verum dicit, si fidem operibus tenet. Vera etenim fides est, quæ in hoc quod uerbis dicit, moribus nō contradicit. Hinc est enim quod de quibusdā falsis fidelibus Paulus dicit, Qui consentiunt se nosse deum, factis autē negant. Hinc Ioannes ait, Qui dicit se nosse deum, & mandata eius nō custodit, mendax est. Cum autem dicatur, Qui uero non crediderit, cōdemnabitur, quid hic dicimus de paruulis qui per aetatem adhuc credere nō ualent? Nam de maioribus nulla quæstio est. In ecclesia ergo saluatori per alios paruuli credunt, sicut ex alijs ea quæ illis in baptismo remittuntur peccata, traxerunt. Signa autem eos qui crediderint hæc sequentur. In nomine meo demonia eiciunt, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, & si moriferum quid biberint, non eos nocebit. Super ægros manus imponent, & bene habebunt. Nunquid quia ista signa non facimus, minime credimus? Sed hæc necessaria in exordio Ecclesiæ fuerunt. Ut enim ad fidem crederet, miraculis fuerat nutrienda. Quia & nos cum arbuta plantamus, tandiu eis aqua fundimus, quousq; ea in terra conualuisse uideamus. At si semel ra dicem fixerint, irrigatio cessabit. Hinc est enim quod Paulus dicit, Lingua in signum sunt non fidelibus sed infidelibus. An non habemus de his signis atque uirtutibus quæ adhuc subtilius considerare debeamus? Sancta quippe ecclesia quotidie spiritaliter facit, quod tunc per Apostolos corporaliter faciebat. Nam sacerdotes eius quum per exorcismi gratiā manus credentibus imponunt, & habitare malignos spiritus in eorum mente contradicunt, quid aliud faciunt, nisi demonia eiciunt? Et fideles quicq; qui iam uitæ ueteris secularia uerba derelinquant, sancta autem mysteria in sonant, conditoris sui laudes & potentiam quantum præualent narrant, quid aliud faciunt nisi nouis linguis loquuntur? Qui dum bonis suis exhortationibus malitiā de alienis cordibus auferunt, serpentes tollunt. Et dum pestiferas susationes audiunt, sed tamen ad operationem prauam minime pertrahuntur, mortiferū quidem est quod bibunt, sed nō eos nocebit. Qui quoties proximos suos in bono opere infirmari conspiciunt, dum eis tota uirtute concurrunt, & exemplo suæ operationis illorū uitam roborant quā in propria actione titubant, quid aliud faciunt, nisi super ægros manus imponunt, ut bene habeant? Quæ nimium miracula tanto maiora sunt, quanto magis spiritalia. Tanto maiora sunt, quanto per hæc non corpora sed animæ suscitantur. Et dominus quidē Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in cælum, & sedet à dextris dei. Considerandum nobis est quid est quod Marcus ait, Sedet à dextris dei, & Stephanus dicit, Video cælos apertos, et filium

Credentes qui.

Signa quæ do necessestia.

Signa spiritaliter fieri.

Concord. Euangel.

hominis stantem à dextris Dei. Quid est quod Marcus hunc sedentem, Stephanus uero stantem se uidere testatur? Sed scimus quia sedere indicatis est, stare uero pugnantis uel adiuuantis. Quia ergo redemptor noster assumptus in cælum & nunc omnia iudicat, & ad extremum iudex omnium ueniet, hunc post assumptionē Marcus sedere describit, quia post ascensionis suæ gloriā iudex in fine uidebitur. Stephanus uero in laboris certamine positus, stantē uidit, quem adiutorē habuit. Quia ut iste in terra persecutorum infidelitatē uinceret, pro illo de cælo illius gratia pugnauit. Sequitur, Illi autē profecti prædicauerunt ubiq; domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis. Quid in his considerandū est, quid memoriæ commendandum, nisi quod præceptum obedientiæ, obedientiam uero signa secuta sunt. Inter quæ notandum, quod euangelistā suum Marcus quanto tardius cæteris inchoauit, tanto in longiora scribendo tempora porrexit. Nam neq; de natiuitate ipsius domini aut præcursoris eius, neq; de infantia uel pueritia utriuslibet eorū aliqua commemorans, neq; de natiuitate saluatoris altius scribēs, excepto quod eum in capite euāgelij sui filium dei nominat, ab initio euāgelicæ prædicationis, quod per Ioannem factum est, cœpit: & ad illud usq; tempus narrando peruenit: quo apostoli idem euāgelij uerbum totum prædicando disseminauere per orbē. Restat sane quæstio non minima, quomodo scripserit idē euāgelista, dixisse angelū mulieribus: Ite, dicite discipulis eius & Petro, quia præcedit uos in Galilæam, ibi eum uidebitis sicut dixit uobis, nec tamē ibi uisum à discipulis dominū in ullo post hæc euāgelij sui loco retulerit. Et quidem Matthæus abisse discipulos dicit in Galilæam, ibiq; dominum uidisse & adorasse, & præceptum ab eo accepisse eundi, docendi, baptizandi omnes gentes in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Artamen inspecta aliorum scriptura euāgelistarum docet eum sapius antea uisum discipulis: maxime ipso die resurrectionis eius in Hierosolymis, & in castello Emmaus. Quare ergo specialiter se in Galilæam præcessurum, & ibi à discipulis uidentem prædixit: cum neq; ibi solum, neq; ibi primū fuerit uisus? Videamus ergo cuius mysterij gratia secundum Matthæum & Marcū resurgens ita mandauerit, Præcedam uos in Galilæā, ibi me uidebitis. Quod et si completum est, tamē post multa completū est, cum mandatum sic sit (quamquam sine præiudicio necessitatis) ut aut hoc solum, aut hoc primum expectaretur fieri debuisse. Proculdubio ergo quoniam uox est ista non euāgelistæ narrantis quod ita factū sit, sed angeli ex mandato domini & ipsius domini, Euāgelistæ autem narrantis, sed ita ab angelo & à domino dictum sit, prophetiæ dictū accipiendū est. Galilæa namq; interpretatur uel transigratio uel reuelatio.

10

20

30

40

50

60

Sedere. Stare.

Quæstio.

Galilæa.

Prius itaq; secundum transmigrations significationem, quid aliud occurrit intelligendum, Præcedet uos in Galilæam, ibi eum uidebitis, si eum dixi uobis nisi quia Christi gratia de populo Israel transmigratura erat ad gentes, quibus apostoli prædicantes euangelium nullo modo crederentur, nisi eis ipse dominus uiam in cordibus hominum præpararet? Et hoc intelligimus, Præcedet uos in Galilæam. Quod autem gaudetes mirantur, disruptis & euictis difficultatibus aperiri sibi ostiâ in domino per illuminationem fidelium, hoc intelligitur. Ibi eum uidebitis, id est ibi membra eius inuenietis. Ibi uisus corpus eius in eis qui uos susceperint, agnosceris. Secundum illud autem quod Galilæa interpretatur reuelatio, nō iam in forma serui intelligendum est, sed in illa in qua æqualis est patri, quam promisit apud Ioannem dilectoribus suis cum diceret, Ego diligam eum, & ostendam illi me ipsum. Non utiq; secundum id quod iam uidebat, & quod etiam resurgens cum cicatricibus non solum uidentium, sed etiam tangendum postmodum ostendit: sed secundum illam ineffabilem lucem, qua illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum: secundum quā lucem in tenebris, & tenebræ eum non comprehenderunt. Illuc nos præcessit, unde ad nos ueniens non recessit, & quo nos præcedēs non deseruit. Illa erit reuelatio, tanquam uera Galilæa cum similes ei erimus, ibi eum uidebitis sicuti est. Ipsa erit etiā beatorum transmigratio ex isto seculo in illam æternitatē, si eius præcepta sic amplectamur ut ad eius dexteram aggregari mereamur. Tunc enim ibunt sinistri in combustionem æternam, iusti autem in uitam æternam. Hinc illuc transmigrabūt, & ibi eum uidebunt quomodo non uidēt impij. Tollitur enim impius ne uideat claritatē domini, & impij lumen non uidebunt. Hęc est autē uita æterna, ut cognoscant te unum uerū deum, et quem misisti Iesum Christū, sicut in illa æternitate cognoscitur, quo suos perducet per formā serui, ut eum liberi contēplentur per formā domini.

EPISTOLA ADHORTATORIA ACCÆ EPISCOPI ad Bedam presbyterum.



REVERENDISSIMO in Christo fratri, & cōsacerdoti Bedæ presbytero Accæ, perpetuā in domino salutē. Sæpe quidem tuæ sanctæ fraternitati & absens scribendo, & conloquendo præsens suggessi, ut post expositionē Actuum Apostolorum, in euangelium quoq; Lucæ scribere digneris. Quod ipse haecenus uerecūda excusatione differre, quā facere maluisti, attestando te duas maxime ob causas a tentando hoc opere deterritum. Quia uidelicet & ipsum opus arduum, & a sanctissimo ac doctissimo

Excusationes Bedæ.

mo antistite Ambrosio sit præoccupatum. Nec te negotium uires tuas excedens suscipere ausum, immo nec opus fore ab ullo repeti, quod a summo ingenio cōstaret optime completum, & esse laboris superflui post fortissima tantum dicitur, uel eadem aliter quasi compilatorē dicere, uel quasi minus doctum infirmiora uelle subijcere. Teq; multum timere, ne in reprehensionem studij ueterum noua condere puteris, dicaturq; tibi illud antiqui prouerbi,

10

In mare quid pisces, quid aquas in flumina mittas? Larga sed indignis muneribus funde locis.

Sed huius obiectioni tuæ, breuiter respondeo, quia iuxta Comicū, Nihil sit dictum quod non sit dictum prius: & quod charitas omnia sustinet, nec sanctis unquam mortis fuerit inuicē inuidere, inuicem prouocare, sed unum quencq; in ornanda domo domini pro uiribus suis obtulisse quod potuerit. Neq; enim, uel beatus Papa Gregori⁹ timuit, ne offenderet patres a quibus tot expositas euangelij lectiones in suis ipse retractauit homilij, uel Augustinus, aut quilibet alius patrum antecedentiū tractatorū intuiuit, ne aut Psalmos aut alia quæ rogabatur exponeret, aut quæcunq; sibi uidebantur, scriberet, manum metuendo retraxit. Quin etiam (ut idem Augustinus ait) ideo necesse est plures a pluribus fieri libros diuerso stylo, sed non diuersa fide, etiam de quæstionibus eisdē, ut ad plurimos res ipsa perueniat, ad alios sic, ad alios autē sic. Sunt autem quædam in expositione beati Ambrosii in Lucā tā diferta simul & excelsa (quod tuam quoq; sanctitatē uidisse non ambigo) ut a doctioribus solū intelligi queāt, a rudibus uerō fastidiosius uel lectorib⁹ (quales in præsentia tuo plures inuenies) præ difficultate uel ad se quædā que diferta sunt, uel capiēdi que alta, ne quærenda quidē quasi se celsiora, nec quasi se fortiora putent esse scrutāda. Nec parū dedit iudicij doctissimus pater Augustinus, qui ad Paulinā dei famulā de uidēdo Deo scribēs, non alijs magis quam ex hoc opusculo sumptis beati Ambrosii testimonijs utendū putauit, et ea pariter non solum ponenda simpliciter, sed etiam exponenda iudicauit, adeo ut ex paucissimis memorati tractatoris sententijs non paruū uolumen retractādo cōfecerit. Quod ideo cōmemorandū putauit, ut & tua sancta fraternitas et legentes simul agnoscerent. Volo enim completo a te per dei auxiliū opere quod postulo, hanc simul epistolā in capite præponi, te non ob aliā quam condescensionis fraternæ gratiā in Lucam scribere rogatū, ut qui ob teneritudinē ingenij sublimia uel difficilia intellectu capere nequeāt, hæc simplicioris stylo exposita facilius apprehendāt. Ergo age, dilectissime, memorato operi sedulus insiste, beati Lucæ luculento sermone expone. Et quia sanctus Ambrosius quædam in discussa præterijt, quæ illi quasi summæ eruditōis uiro plana nec quælitu digna uidebātur, hæc quoq; per

Cōpilator.

Ambrosio in Lucam.

Augustino ad Paulinā

50

60

perspectis aliorum patrum opusculis diligentius uel tuis uel eorum dictis explanare curato. Credo etiam tuo uigilantissimo studio, qui in lege dei meditanda dies noctesq; ducis peruiigiles, nōnullis in locis quæ ab eis intermissa sunt, quid sentiri debeat, auctor lucis aperiet. Iustum nanq; satis est, & supernæ pietatis atq; æquitatis moderamini conueniens, ut quineglectis ad integrum mundi negocijs æternum uerumq; sapientiæ lumē indefessa mente persequeris, & hic fructum intelligentiæ purioris adsequaris. & in futuro ipsum in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, regem in decore suo, mundo corde contēpleris. Intimandum sanē tuæ sanctitati credidit, quod mouet quosdam quare in expositione Apocalypsis ubi ad quatuor animalia uentum est, noua interpretatione Matthæum in leone, Marcum in homine de signatum dixeris. Cum nōnulli contra, Matthæum homini, quia quasi de homine scribere incipiat, Marcum leoni, in quo uox in deserto rugientis audiatur, adsignent. Rogoq; in hoc opere plenius quid tibi de his ueris uideatur insinues. Memorē nostri tuam sanctam fraternitatem, Deus dilectionis & pacis conseruare & ad consideranda suæ legis mirabilia semper illustrare dignetur.

Matthæus in leone, Marcus in homine.

DOMINO BEATISSIMO ET NIMIVM DESIDERANTISSIMO Accæ Episcopo Beda humilissimus Presbyter, in Domino æterno salutem.



MIRA uere est, & uera mire, doctoris egregij sententia: quia charitas omnia credit, omnia sperat. Datis nanq; ad me epistolis ut aliqua tibi scribam rogare te dicis, & inter rogandū, necdumq; meæ consensionis accepto responso, quælitus adhuc opusculis quasi iam acquisitis ac perfecte consummatas præfationis signaculum condidit. Nondum fundamine facto, non adlata saltem materia, ipse quasi completo iam tanti laboris edificio, clauis quibus introitus muniatur dirigis, ut pudeat nō cito subire opus quod cito subeundum, citius explendum fides amica præsumat. Non hæc certe alia quam indubitata mutui fiducia facit amoris, quæ de amico pectore (ut dictum est) omnia duntaxat que fieri possunt, credit, omnia sperat. Vnde et ego mox lectis tuæ dulcissimæ sanctitatis paginulis iniuncti me operis labori suppositi, in quo (ut innumera monasticæ seruitutis retinacula præteream) ipse mihi dictator simul notarius & librarius existerem. Aggregatisq; hinc inde quasi insignis ac dignis tantum muneris artificibus, opusculis patrū, quid beatus Ambrosius, quid Augustinus, quid deniq; Græ

Librarius qui scribit.

Gregorius

gorius uigilantissimus (iuxta futurum nomen) nostræ gentis apostolus, quid Hieronymus sacræ interpretis historiæ, quid cæteri patres in beati Lucæ uerbis senserint, quid dixerint, diligentius inspicere fategit: mandatq; continuo schedulis ut iussisti, uel ipsis eorum syllabis, uel certe meis breuiandi causa sermonibus, ut uidebatur edidi. Quorum quia operosum erat uocabula interferere per singula, & quid a quo auctore sit dictum nominatum ostendere, commodum dixi eminus è latere primas nominum literas imprimere, perq; has uirum ubi cuiusq; patrū incipiat, ubi sermo quem transuli desinat, in mare, sollicitus per omnia, ne maiorū dicta furari, & hæc quasi mea propria componere dicar. Multumq; obsecro, & per dominum legentes obtestor, ut si qui forte nostra hæc qualiacunq; sunt opuscula transcriptione digna duxerint, memorata quoq; nominum signa, ut in nostro exemplari reperiunt, adfigere meminerint. Nonnulla etiā quæ (ut uerbis tuæ sanctitatis loquar) mihi auctor lucis aperuit, proprii sudoris indicia ubi opportunum uidebatur adnexui. Qui in legis diuinæ meditatione et si nō (ut ipse scripsisti) dies noctesq; peruiigiles ducere sufficio, non parum tamē studij me in scripturis impendisse non dubito, & ea solum quæ mihi auctor lucis aperire dignatus est, nō in hoc tantū opusculo, sed in omni prorsus lectione potuisse uidere, id est recte sentiendo dinoscere. Quod uero ais mouere quosdā quare in Apocalypsi noua interpretatione Matthæum leoni, Marcum homini adsignari, in tueri debuerat quicunq; illi sunt quos hoc mouet, quod nō hoc mea noua, sed antiqua patrum explanatione traditum dixi. Neq; enim mihi a me ipso ita uisum, sed ita a beato Augustino expositū fuisse memorauit, et paucis etiā unde hoc adfirmaret adiunxi. Cuius non ab re est si ipsa quoq; uerba ponentes, quid de euangelistis uel typis eorum animalibus senserit ostendamus, quibus & illud nostrum opus ab iniusta uituperatione saluetur, & hoc præposita tanti doctoris auctoritate firmetur. Cum ergo multa pulchre & eximie de euangelistis in libro de consensu eorum primo præmisisset, iungit inter cætera dicens, Et quamuis singulorum quendam narrandi ordinem tenuisse uideantur, non tamen unusquisq; eorum uelut alterius præcedentis ignarus uoluisse scribere reperitur, uel ignorata prætermisisset quæ scripsisset alius inuenitur, sed sicut unicuiq; in spiritum est, non superfluum cooperationē sui laboris adiunxit. Nam Matthæus suscepisse intelligitur incarnationem domini secundum stirpem regiam, & plerq; secundum hominum præsentem uitam facta & dicta eius. Marcus enim subsecutus tanquam pedisequus & breuiator eius uidetur. Cum solo quippe Ioanne nihil dixit, solo ipse per pauca, cum solo Luca pauciora, cum Matthæo uero plurima, & multa pene totidem

Hæc signa inspectis exemplaribus sane quam uetustis, in nullo (unde dolemus) reperire potuimus.

De Matthæi & Marci typis.

August. de euangelistis.

Matthæus

10

20

30

40

50

60

Lucas.

atq; ipse uerbis siue cum solo siue cum ceteris
 consonante. Lucas autem circa sacerdotale do-
 mini stirpem atq; personam magis occupatus
 apparet. Nam & ad ipsum Dauid non regium
 stemma secutus ascendit, sed per eos qui reges
 non fuerunt, exit ad Nathan filium Dauid, qui
 nec ipse rex fuit. Non sicut Matthaeus, qui per
 Salomonem regem descendens ceteros etiam
 reges ex ordine persecutus est, seruās in eis (de
 quo postea loquimur) mysticum numerū. Do-
 minus enim Iesus Christus, unus uerus Rex &
 unus uerus sacerdos, illud ad regēdos nos, hoc
 ad expiādos, has duas personas apud patres sin-
 gillatim commēdatas suam figuram egisse de-
 clarauit. Et paulo post, Secundum hominem
 quippe Christus (inquit) & rex & sacerdos esse
 eius est. Cui dedit deus sedem Dauid patris sui,
 ut regni eius non esset finis, & esset ad interpel-
 landum pro nobis mediator Dei & hominum
 homo Christus Iesus. Nō autē habuit tanquam
 breuiatorē coniunctum Lucas, sicut Marcum
 Matthaeus, & hoc forte non sine aliquo sacra-
 mento, quia regum est non esse sine comitum
 obsequio. Unde ille qui regiam personā Chri-
 sti narrandam susceperat, habuit sibi tanquam
 comitem adiunctum qui sua uestigia quodam-
 modo sequeretur. Sacerdos autem quoniam in
 sancta sanctorum solus intrabat, propterea Lu-
 cas (cuius circa sacerdotium Christi erat inten-
 tio) non habuit tanquam focum subsequētē,
 qui suam narrationē quodammodo breuiaret.
 Tres tamen isti Euangelistae in his rebus maxi-
 me diuersati sunt, quas Christus per humanam
 carnem temporaliter gessit. Porro autem Ioan-
 nes ipsam maxime diuinitatem domini qua pa-
 tri est aequalis, intendit, eamq; praecipue suo E-
 uangelio quantum inter homines sufficere cre-
 didit, commendare curauit. Itaq; longe a tribus
 istis superius fertur, ita ut hos uideas quodam-
 modo in terra cum Christo homine conuersari,
 illum autem transcendisse nebulam qua tegi-
 tur omnis terra, & peruenisse ad liquidum cae-
 lum, unde acie mentis acutissima atq; firmis-
 sima uideret in principio uerbum domini apud
 Deum, per quod facta sunt omnia, & ipsum a-
 gnosceret carnem factū ut habitaret in nobis.
 Item post aliquāta. Unde mihi uidentur, inquit,
 qui ex Apocalypsi illa quatuor animalia ad in-
 telligendos quatuor euangelistas interpretati
 sunt, probabiliter aliquid attendisse illi quae
 nem in Matthaeo, hominem in Marco, uittulum
 in Luca, aquilā in Ioanne intellexerunt, quam
 illi qui hominem Matthaeo, aquilam Marco,
 leonem Ioanni tribuerunt. De principiis enim
 librorum quandam coniecturam capere uolue-
 runt, non de tota intentione euangelistarum,
 quae magis fuerat perscrutanda. Multo enim con-
 gruētius ille qui regiam Christi personam ma-
 xime commēdauit, per leonem significatus ac-
 cipitur. Unde & in Apocalypsi cum ipsa tribu

regia leo commemoratus est, ubi dictum est: Vi-
 cit leo de tribu Iuda. Secundū Matthaeum enim
 & magi narrantur uenisse ab oriente ad regem
 quarendum, & adorandum, qui eis per stellam,
 natus apparuit, & ipse rex Herodes regē Chri-
 stum formidat infantem, atq; ut eum possit oc-
 cidere tot paruulos necat. Quod autem per ui-
 tulum Lucas significatus sit propter maximam
 uictimam sacerdotis, neutri dubitauerunt. Ibi
 enim a sacerdote Zacharia incipit sermo nar-
 rantis, Ibi cognatio Mariae & Elisabet commē-
 moratur. Ibi sacramenta primi sacerdotij in in-
 fante Christo impleta narrantur. Et quaecunq;
 alia possunt diligenter aduertī, quibus appare-
 at Lucas intentionem circa personam sacerdo-
 tis habuisse. Marcus uero qui neq; stirpem regi-
 am neq; sacerdotalem uel cognationē uel con-
 secrationem narrare uoluit, & tamen in eis uer-
 satus ostenditur quae homo Christus operatus
 est, tantum hominis figurā in illis quatuor ani-
 malibus significasse uidetur. Hec autem anima-
 lia tria siue leo siue homo siue uittulus in terra
 gradiuntur. Unde isti tres euangelistae in his ma-
 xime occupati sunt quae Christus in carne ope-
 ratus est, & quae praecipua mortalis uitae exercen-
 dae carnem portantibus tradidit. At uero Ioan-
 nes supra nubila infirmitatis humanae uelut a-
 quila uolat, & lucem incommutabilis ueritatis
 acutissimis atq; firmis oculis cordis intue-
 tur. Haec beati Augustini pauca de pluribus ex-
 cerpta testimonia ad repellendam quatuor
 calumniā epistolae praefationis inserui, quae &
 prisco nostro operi (ut dictum est) tutelam de-
 fensionis exhibeant, & praesenti signaculū non
 ignobile praefigant. Orantē pro nobis sanctam
 paternitatem uestram gratia superni adiutoris
 conseruare atq; ad defensionem ecclesiae suae
 sanctae semper corroborare dignetur.

Expositio in Lucā.

LIBER PRIMVS

BEATVS Euangelista Lucas de
 omnibus quae coepit Iesus face-
 re et docere usque in diem qua
 assumptus est sermonem factu-
 rus, primo eorum qui facti de
 illo scribere redarguere cura-
 uit audaciam. Lectorem uidelicet tacite admo-
 nens, ut non solum quae praedicat ipse sequen-
 da, uerum quae aliter sonauerint, nouerit peni-
 tus esse detestanda. Et ne errorum forte infirmis
 oriretur occasio, superflua passim scribentium
 lectionem proferens auersandam. Neq; enim de
 omnibus generaliter, sed de quibusdam specia-
 li fidei uel scientiae uirtute praeditis dici potuit,
 Et si mortiferum quid biberint, non eos noce-
 bit. Sic ergo incipit Lucas.

Prooemium

Ioannes.

Matthaeus
leo, &c.

10

20

30

40

50

60

Lucas.

Prooemium Beati Lucae
in Euangelium suum.

Cap. 1.

Theophi-
lus.

Pseudogra-
phi.

Basilides,
Apelles.

Euangelia
iuxta
Hebraeos.

Lucas &
Marcus
Christum
in carne nō
uiderunt.
Visum quo-
que Lucae
ut scriberet
et.

QUONIAM quidem multi conati sunt
 ordinare narrationē quae in nobis com-
 pletae sunt rerum, sicut tradiderunt no-
 bis qui ab initio ipsi uiderunt & mini-
 stri fuerunt sermonis, uisum est & mihi
 affecuto a principio de omnibus diligēter
 ex ordine tibi scribere, optime Theophile, ut cognoscas eorū
 uerborum de quibus eruditus es ueritatem. Quo ma-
 nifestissime prooemio significat eam sibi maxi-
 me causam Euangelij scribendi, ne pseudo-
 euangelistis facultas esset falsa praedicandi,
 qui ut eorum hodieq; monumenta testantur,
 sub nomine Apostolorum perfidij conati sunt
 inducere sectas. Deniq; nonnulli Thomae, alij
 Bartholomaei, quidam Matthiae, alij etiam
 duodecim Apostolorum titulo reperitur fal-
 so sua scripta praenotasse. Sed & Basilides atq;
 Apelles, quorū unus trecentos sexaginta quin-
 que caelos, alter duos inuicem contrarios deos
 inter alia nefanda dogmatizabant, Euan-
 gelia sui nominis errore foeda reliquisse. Inter
 quae notandum, quod dicitur euangelium iux-
 ta Hebraeos, non inter apocriphas, sed inter ec-
 clesiasticas numerandum historiam. Nam & ip-
 si sacra scripturae interpreti Hieronymo plera
 quae ex eo testimonia usurpare, & ipsum in lati-
 num graecumq; uisum est transferre sermonē.
 Falsa uero euangelia, Lucas prima mox praef-
 atione refellit. Quoniam quidem multi (inquit)
 conati sunt ordinare narrationem. Multos ui-
 delicet eos non tam numerositate, quam haere-
 seos multifariae diuersitate connumerans, qui
 non spiritus sancti munere donati, sed uacua la-
 bore conati imagis ordinarint narrationem, q̄
 historia texerint ueritatē, ideo q̄ alijs complen-
 dum opus in quo frustra sudauerunt reliquerint.
 Illis nimirū, qui cum sint quatuor, non tam qua-
 tuor euangelia, quam unum quatuor librorū
 uarietate pulcherrima consonū ediderunt. Edi-
 derunt enim sicut tradiderūt illis qui ab initio
 ipsi uiderūt, & ministri fuerunt sermonis. Qua
 sententia non solum Lucas & Marcus, qui praesen-
 tem in carne dominum non uiderant, atq; ideo
 quae scriberent auditu discere debebant, uerū
 Matthaeus quoq; & Ioānes Apostoli sunt de-
 signati. Et ipsi enim in multis quae scriberēt ab
 ijs qui infantiam, pueritiā, genealogiamq; eius
 scire & gestis interesse potuerant, audire opus
 habebāt. Quod autem uisum etiam sibi scribere
 dicit, non quasi a se sibi uisum, sed spiritu san-
 cto instigante, sibi quoq; uisum significat. Iux-
 ta quod in epistola sua dicunt apostoli, Visum
 est enim spiritui sancto & nobis, Cuius nimirū
 gratia geritur, ut id quod bonum est, nobis eti-
 am bonum uideatur. Et affecutum quidem se
 non pauca dicit, sed omnia. Verū affecuto om-

nia uisum est scribere non omnia, sed de omni-
 bus quae ad fidem legentium confirmandam
 crederet idonea, quia nec ipse mundus, si scri-
 berentur caperet omnia. Unde etiam consulto
 nonnulla quae ab alijs sunt dicta praeterijt, ut
 multifaria in euangelio gratia refulgeret, & pro-
 prijs quidam singuli libri mysteriorum gesto-
 rūq; miraculis eminent, Theophilus interpre-
 tatur amans deum, uel amatus a deo. Quisquis
 ergo amat deum, siue a deo se desiderat amari,
 ad se scriptum putet Euangelium, & ut sibi da-
 tum munus, sibiq; commendatum pignus con-
 feruet. Ne uidelicet accepta uerbi pecuniam,
 uel tinea dilacerationis haereticae, uel sordidae
 cupiditatis arugo deuaftet. Non autem nouo-
 rum quorumlibet eidem Theophilo & uelut
 ignotum ratio pandenda, sed eorum de quib-
 us eruditus est uerborum promittitur ueritas
 exprimēda. Scilicet ut quo quid ordine de do-
 mino uel a domino gestum dictum uel sit, agno-
 scere queat. Neq; enim qui perfectus esse cupit,
 solummodo in Christū credere, sed & fidē per
 petuae diuinitatis, & temporanae dispensatio-
 nis illis debet ordinem nosse.

CAPVT PRIMVM.

Inter diebus Herodis Regis Iudaeae sacer-
 dos quidem nomine Zacharias, de uice
 Abia, & uxor illi de filiabus Aaron, &
 nomen eius Elisabeth. Sacrosancta
 praecursoris domini nobilitas nō
 solum a parentibus, sed etiam a progenitoribus
 gloriosa descendit, quatenus aduentus illius fi-
 dem non subita inspiratione conceptam, uerū
 auita magis propagatione susceptam liberius
 praedicaret. Et quoniam quidam Aaron primi in
 lege pontificis, cuius est nota dignitas, dicen-
 dum paucis de Abia. Cū Dauid rex & prophe-
 ta magna deuotione peteret, ut inueniret ta-
 bernaculum deo Iacob, dominus autem magis
 hoc a Salomone fieri decerneret, atq; ideo Da-
 uid eidem Salomoni omnia quae ad impensas
 domus pertinebant praepararet, ipsius quoque
 domus per singula, mensuras, & descriptionē da-
 ret, ut cresceret extrinsecus statu culturae, etiā de-
 uotionis interius cultū auergeret, diuisionē ni-
 hilominus sacerdotaliū leuiticorūq; graduū in
 omnia opera domus domini distribuit. Erāt e-
 nim principes sanctuarij, & principes dei, id est
 summi sacerdotes, tā de filijs Eleazar quam de
 filijs Ithamar. Quorū uices secundum ministe-
 ria sua, ut ingrederentur domum dei uiginti
 quatuor sortibus distinxit, in quibus Abia fa-
 miliam, de qua Zacharias ortus est, sortis conti-
 git octaua. Diuisit enim utrasque inter se fa-
 milias sortibus, unam domum quae ceteris praef-
 erat Eleazar, & alteram domum quae sub se ha-
 bebat ceteros, Ithamar. Lege uerba dierum,
 Sed & antiquitatum Iosephi librum septimum,
 ubi statutum refert, ut utraque generatio iux-
 ta ordinem sortitionis ministraret deo per dies

Theophi-
lus.

Cap. 2.

Abias.

Iosephus.

octo à sabbato usque ad sabbatum. Vbi etiam de tribulentiarij, uiginti quatuor partes factas asserit, ut ipsi quoque eodem modo fortiti, iuxta morem sacerdotum octonisdiebus ministrarent. Non autem frustra primus noui testamenti præco in octaua fortis uice nascitur, quia sicut septenario sæpe numero propter sabbatum uetus testamentum, sic nouum aliquotiens octonario propter sacramentum, uel dominicæ uel nostræ resurrectionis exprimitur. Vnde quia non aliter quam per obseruantiam utriusque testamenti regni caelestis aula penetratur, recte & in templo Salomonis mysticus quindecim graduum ascensus fuisse narratur. Et is qui ad Dominum in tribulatione clamans exauditur, totidem graduum psalmis ad superna perducitur, quo tandem in atrijs domus dei posuit, audire possit. Benedicat te dominus ex Sion. Tempus quoque Herodis alienigenæ uidelicet regis etiam ipsum dominico attestatur aduentui. Prædictum nanque fuerat, quia non deficiet princeps ex iuda, neque dux de femoribus eius, donec ueniat qui mittendus est. Ex quo enim patres Aegyptio exierunt, suæ gentis iudicibus usque ad Samuel prophetam, ac deinde regibus usque ad transmigrationem Babylonis regebantur. Post reditum uero de Babylone, per pontifices rerum summa gerebatur usque ad Hyrcanum regem simul & pontificem, quo fratris inuidia multis calamitatibus uexato, & ad ultimum ab Herode (cuius patrem ipse de ignobili aduena, hoc est genere Idumeo sublimem fecerat & ciuem) ui fraudis interepro, iudææ regnum ipsi Herodi iussu Cæsaris Augusti traditur gubernandum. Cuius tricesimo primo anno, iuxta prophetiam supra dictam, qui mittendus erat, aduenit. Erant autem iusti ambo ante deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini sine querela.] Bene iusti ante deum. Non enim omnis qui iustus ante hominem, iustus est ante deum. Aliter uident homines, aliter uidet deus. Homines in facie, deus in corde. Et ideo fieri potest ut aliquis affectata bonitate populari, iustus uideatur mihi, iustus autem ante deum non sit, si iustitia non ex mentis simplicitate formetur, sed adulatione simuletur. Beatus autem ille qui in conspectu dei iustus est. Beatus ille de quo dominus dignatur dicere, Ecce uere Israelita, in quo dolus, non est. Verus enim Israelita qui deum uidet, & uideri se nouit à domino, & ipsi exhibet occulta cordis. Incedentes (inquit) in omnibus mandatis, & iustificationibus domini.] Prius mandatum, secunda est iustificatio. Cum enim mandatis caelestibus obedimus, in mandatis incedimus domini. Cum iudicamus, & congrue iudicamus, tenere domini iustificationes uidemur. Plena igitur laudatio, quæ genus, mores, officium, factum, iudicium comprehendit. Genus in maioribus, mores in equitate, officium in sacerdotio, factum

in mandato, in iustificatione iudicium. Quod ad didit sine querela, hoc est quod apostolus ait, Prouidentes bona, non tantum coram deo, sed etiam coram hominibus. Et Ecclesiastes, Ne sis (inquit) multa iustus. Quia plerumque iustitia durior hominum querelam prouocat. Quæ uero temperata est, ipsa suæ dulcedinis gratia, etiam in iudicia querimonia uitat. Et non erat illis filius, eo quod esset Elisabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis.] Diuinitus est procuratum ut pro ueritate ætatis diuic conjugij fructu priuatis Ioannes parentibus nasceretur, quatenus inopinato prolis ortu & ipsos donum gratius afficeret, & ceteros miraculorum futuri prophetæ pararet auditui. Denique posuerunt omnes qui audierant in corde suo dicentes, quid putas puter iste erit? Factum est autem cum sacerdotio fungeretur in ordine uicis suæ ante deum, secundum consuetudinem sacerdotij.] Per Moysen quidem dominus unum constituit summum sacerdotem, cui mortuo unum per ordinem succedere iussit, & hoc ad Dauid usque tempora seruatum est, à quo plures fieri, (ut diximus) domino nihilominus agere decretum est, qui uicium ministrantes, tempore uicis suæ singuli castimoniam studerent, domumque suam omnino non tangerent. Vnde nunc Zacharias in ordine uicis suæ sacerdotio functus asseueratur. Sorte exijt ut incensum poneret ingressus in templum domini, & omnis multitudo erat populi orans foris, hora incensi.] Non nouam forte lectus est, cum incensum esset adolendum, sed prisca tunc sorte prelectus, cum primo ex ordine sui pontificatus in uicem Abia succederet. Incensum autem in sancta sanctorum à pontifice deferri expectante extra templum omni populo, decima die septimi mensis est iussum. Et hanc diem expiationis, siue propitiationis uocari, quæ apud nos ob uarium lunæ discursum à qua menses computant Hebræi, modo in Septembrem mensis, modo in Octobrem, quia scilicet mensis quo Pascha geritur, & ordine conditio nis, & edicto legis anni principium tenet, dicitur domino ad Moysen: Mensis iste uobis principium mensium, primus erit in mensibus anni. Decima die mensis huius, tollat unusquisque agnum, &c. Huius autem diei Apostolus ad Hebræos scribens, ita meminit. In prius quidem tabernaculum semper introibant sacerdotes sacrificiorum officia consummantes, in secundum autem semel in anno solus pontifex non sine sanguine quem offert, &c. Quibus diei huius mysterium pandens Iesum ostendit pontificem esse uerum, qui consummatis officij sui diebus, hoc est impleta dispensatione carnis in sanguine proprio, cæli secreta subijt, ut propitium nobis faceret patrem, & interpellaret pro peccatis eorum qui adhuc præ foribus orantes expectant, & diligunt aduentum eius. Pulchre igitur ea die descensio eius per angelum nunciatur, qua eius per legem ascensio figurabatur. Quia qui descen-

Iustus sine querela.

Ioannes cum è sterilis.

Sacerdotum numerus.

Christus sacerdos uerus.

Octonarij ratio.

Alienigena rex.

Iudeorum restorcs.

Iusti ante deum.

Laudatio plena.

qui descendit, ipse est & qui ascendit. Et ut psalmus ait, à summo caelo egressio eius, & occursum eius usque ad summum eius. Apparuit autem illi angelus stans à dextris altaris incensi. Bene angelus & in templo & iuxta altare & à dextris apparet: quia uidelicet & ueri sacerdotis aduentum, & mysterium sacrificij uniuersalis, & caelestis doni gaudium prædicat. Nam sicut per sinistram præsentia, sic per dexteram sæpe bona prænunciantur æterna. Iuxta quod in sapientia laude canitur, Longitudo dierum in dextera eius: in sinistra illius diuitiæ & gloria. Et Zacharias turbatus est uidens, & timor irruit super eum. Ait autem ad illum angelus, &c.] Trementem Zachariam confortat angelus: quia sicut humane fragilitatis est spiritalis creaturæ uisione turbari, ita & angelicæ benignitatis est pauentes de aspectu suo mortales mox blandiendo solari. At contra dæmonicæ est ferocitatis, quos sui præsentia terribis senserit ampliori semper horrore cõcutere, quæ nulla melius ratione quam fide superatur intrepida. Et uxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & uocabis nomen eius Ioannem.] De precatorem dicens, exaudita, partum continuo promittit uxoris. Non quod ille qui pro populo oblaturus intrauerat, relictis publicis uotis pro accipiendis filiis orare potuerit, præsertim quia nemo orat quod se accepturum desperat. Adeo autem ille iam suæ ætatis & infœcundæ coniugis memor nasci sibi filios desperabat, ut nec angelo hoc promittenti crederet, sed quod dicit, exaudita est deprecatio tua, pro populi redemptione significat. Quod uero adiungit, Et uxor tua pariet tibi filium, eiusdem redemptionis ordinem pandit, quod uidelicet natus Zachariæ filius redemptor illius populi præcordio sit iter facturum. Singularis autem meriti indicium datur, quod dies hominibus à Deo uel imponitur nomē uel mutatur. Sic Abram quia pater multarum gentium erat futurus, Abraham est uocatus. Sic iacob quia Deum uidit, Israel appellari meruit. Sic Iosias rex ob eximie uirtutis culmen, nominatus à deo est multo ante quàm natus. Ioannes ergo interpretatur in quo est gratia, uel domini gratia. Quo nomine declaratur primo parētibus eius gratiam quibus decrepitis filius nasceretur, esse donatam: dein de ipsi Ioanni, qui magnus coram domino futurus, & adhuc ex utero matris spiritus sancti sit munere ditandus: postremo etiam filiis Israel, quos ad dominum Deum ipsorum erat conuersurus. Et erit gaudium tibi & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt.] Merito gaudet pater quod uel in fenestra natum uel talis gratiæ acceperit filium. Gaudent & alij, quibus inauditum eate nus regni caelestis euangelizari ingressum. Et notandum quod natus præcurfore multi gaudent, nato autem domino adnunciat angelus gaudium magnū quod erit omni populo. Quia uidelicet hic salutem multis prædicare, ille om-

Angeli apparitio.

Sinistra Dextra.

Angelorum benignitas Dæmonum ferocitas.

Preces Zachariae.

Nominis à deo impositio uel mutatio.

Ioannes.

Gaudium natiuitate Ioannis.

nibus qui uelint aduenit donare. Erit enim magnus coram domino, & uinum & siceram non bibet, & spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ.] Magnæ coram domino uirtutis est prædicantem in deserto caelestia gaudia terrenas ex integro spreuisse delicias. Sed & hoc coram domino magnum eminet, quamuis hominibus uideatur esse despectum, quod is cui in natis mulierum maior nemo est, lasciuientis ob ludum puellæ capite truncatus est. Cuius ordinem magnitudinis ipse qui proposuit angelus sublequenter exponens, Et uinum, inquit, & siceram non bibet. Siceram interpretatur ebrietas, quo uocabulo Hebræi omne quod inebriare potest poculum, siue de pomis, siue de frugibus, seu de qualibet alia materia confectum significant. Proprium uero in lege Nazarenorum erat uino & siceram tempore consecrationis abstinere. Vnde Ioannes, Sāpson, & Hieremias ceterique tales, ut semper Nazareni, id est sancti manere possint, semper his abstinere satagunt. Decet enim uas caelestis gratiæ mancipatum, à seculi inlecebris castigari, nec uino, in quo est luxuria, inebriari eum qui multo spiritu sancti desiderat impleri. Vnde recte cui uini ebrietas tollitur, Spiritus gratia cumulat. Qua se tunc (ut prædictum erat) ipse repletum monstrauit, cum intrante beata Maria in utero genitricis exultauit, & præcurfionis suæ cognoscens officium, domini quantum adhuc potuit euangelizauit aduentum. Et multos filiorum Israel conuertet ad dominum deum ipsorum. Et ipse præcedet ante illum in spiritu et uirtute Heliae.] Cum Ioannes qui Christo testimonium perhibens, in eius fide populos baptizabat, dicitur filios Israel ad dominum Deum ipsorum conuertisse, pater profecto Christum esse dominum deum Israel. Si autem Christus est, immo quia Christus est dominus deus Israel, desinant Arrianti Christum dominum deum esse negare. Erubescant Fortuniani Christo ex uirgine principium dare. Cessent Manichæi alium populi Israel, atque alium Christianorum deum credere. Et quia Ioannes præcedere ante illum dicitur, uideant æternum ante secula deum post hominem in seculis natum, ideò que à suo præcurfore modo uirum post se uenturum, modo dei filium esse nominatam. Qui bene in spiritu & uirtute Heliae præcedere dicitur, quia sicut ille præco uertur iudicis, ita hic præco factus est redemptoris. Vnde & conuersatio ne prorsus simillima ambo deserta secuti, uicium frugi, uestitu inculti, cinerum sunt despecti. Ambo regis & reginæ uasantiæ to'erant. Ille Iordanem caelum petiturus diuisit: hic ad lauacrum salutare quo caelum peratur, homines conuertit. Hic cum domino uersatur in terris, ille cum eo manifestatur in gloria. Ve conuertat corda patrum in filios, et incredibiles, etc.] Corda patrum in filios conuertere est spiritalē sanctorum antiquorum scientiam populis prædicando infundere. Prudētia uero iustorum, est non de legis operibus iustitiam præsumere

Sicera.

Arrianti Fortuniani Manichæi.

Ioannis et Heliae similitudo.

Corda patrum.

presumere, sed ex fide salutem querere. Ut quam in lege positi legis iussa perficiant, gratia famam dei per Christum saluandos intelligant. Iustus enim ex fide uiuit. Et Petrus de iugo legis ait, Quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus, sed per gratiam domini Iesu credimus saluari, quemadmodum & illi. Quia prudentia quia diuitius in creduli & per Ioannem imbuti & per Heliam sunt imbuedi, recte haec sententia quae per angelum de Ioanne dicta est, istam pene syllabis est de Helia per Malachiam praedicta. Parate inquit domino plebem perfectam. Quia enim Zachariam pro plebe supplicentem dixerat exaudire, docet quo ordine plebs eadem saluari & perfici debeat, ad praedicationem uidelicet Ioannis poenitendo & credendo in Christum. Et dixit Zacharias ad angelum, Vnde hoc sciam? ego enim sum senex, & uxor mea processit in diebus suis. Ob altitudinem promissorum hesitans signum quo credere ualeat inquirat, cui sola angelus uisio uel allocutio pro signo sufficere debuerat. Vnde meritam diffidentiae tacendo poenam luit, cui taciturnitas eadem & signum fidei quod quaesuit, & infidelitatis esset poena quam meruit. Et respondens angelus dixit ei, Ego sum Gabriel qui adesto ante Deum, & missus sum loqui ad te, & haec tibi euangelizare. Et ecce eris tacens & non poteris loqui usque in diem quo haec fiant, pro eo, &c.] Vult intelligi quod si homo talia promitteret, impune signum flagitare liceret: at cum Angelus promittat, iam dubitari non deceat. Datur signum quod rogatur, ut qui discredendo locutus est, iam tacendo credere discat. Vbi notandum quod angelus se & ante deum ad stare, & euangelizandum Zachariae missum esse testatur. Quia & cum ad nos ueniunt angeli, sic exterius implent ministerium, ut tamen nuquam desint interius per contemplationem. Et mittuntur igitur & adstant, quia & si circumscriptus est angelicus spiritus, summus tamen spiritus ipse qui Deus est, circumscriptus non est. Angeli itaque & missi ante ipsum sunt, quia quolibet missi ueniunt, intra ipsum currunt. Et erat plebs expectans Zachariam, & mirabatur quod tardaret ipse in templo. Egressus autem non poterat loqui ad illos. Et cognouerunt quod uisionem uidisset in templo, & ipse se erat inmens illis, & per mansit mutus. Et factum est ut implerentur dies officij eius, abiit in domum suam. Hoc est quod dixi, quod uicis suae tempore pontifices, templi tantum officijs mancipati non solum a complexu uxorum, sed ab ipso quoque domorum suarum abstinerent ingressu. Vbi nostri temporis sacerdotibus, quibus semper altari feruire iubetur, perpetuo seruandae castitatis exemplum datur. Quia enim tunc sacerdotalis ex stirpe Aaron successio quaerebatur, necessario tempus substitutaedae soboli procurabatur. At quia nunc non carnalis successio, sed perfectio spiritus inquiritur, consequenter sacerdotibus ut semper altari queant adstare, semper ab uxore

ribus continendum, semper castitas obseruanda praecipitur. Post hos autem dies concepti Elisabeth uxor eius.] Post dies uidelicet officij Zachariae completos. Huius sacratissimae conceptionis Ioannes Constantinopolitanae urbis antistes mentionem faciens, Gesta sunt haec, inquit, mense Septembri, octauo Kalendas Octobris, incipiente luna undecima, quando oportebat Iudaeos ieiunium scenophaegiae celebrare. Et inuentum est ipsa die octaua Kalendarum Octobrium esse aequinoctium, in qua est inchoatio noctis maior quam lucis. Illi enim oportet crescere, inquit, me autem minui. Minorata etenim fuerat lux a tenebris, cum Iudaei secundum legem & prophetiam sacrificia Deo offerbantur in qua & Ioannes conceptus est. Haec sunt enim quae ante pro peccatis populi offerebantur, quae iam cessare oportebat, cum Ioannes, id est baptistes coci pereretur. Et ideo Zacharias pater eius, sacerdos Iudaeorum emutuit, quia iam cessare & emutescere oportebat sacrificia eorum quae pro peccatis populi offerebantur. Veniebat enim solus sacerdos, qui de agno suo proprio immolato, sacrificium deo pro peccatis omnium offerret. Quibus beati Ioannis uerbis educemur prima mox die post diem expiationis mutationem tunc sacerdotalis uicis esse celebratam, ideoque in hac praecursoris domini conceptionem fieri. Quae non frustra dies ieiuniorum & afflictionis est ab Angelo praedicta, quia per ipsum erat hominibus afflictio poenitentiae praedicta. Et occultabat se mensibus quinque, dicens, quia sic fecit mihi dominus in diebus quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines.] Quarta sanctis cura sit, ne quid turpe de quo erubescere debeant admittant, ostendit Elisabeth, quae & de ipsis quae accipere cupiebat donis erubescit, & licet de ablato gaudeat opprobrio sterilitatis, de partu tamen anilis uerecundatur aetatis. Sed pudetonus matris, quoadiu latet honor prolis. Nam quae occultabat se, quia conceperat filium, iam intrate beata dei genitrice clamose exultauit, quia paritura erat propheta. Allegorice autem per Zachariam sacerdotium Iudaeorum, per Elizabeth potest lex ipsa designari, quae sacerdotum doctrinis exercita, quasi auxilio uirili fulta, spirituales deos filios gignere debebat, sed quasi ob sterilitatis iniuriam minime ualebat. Non quia non multi & ante legem & in lege perfectissimae uitae fuerint, sed quia neminem ad perfectum adduxit lex, quae regnum caelorum referat, nisi Christo precedente non potuit. Bene autem dicitur, quod erant iusti ambo ante deum, quia sicut bona est lex, & mandatum sanctum & iustum & bonum, ita etiam sacerdotium legale pro dispensatione temporis illius sanctum bonum & iustum est. Et quod sequitur, quia ambo processissent in diebus suis, ita potest exponi, quod legali deuotioni quasi adolescentia uel iuuentus ipsius Moyse temporibus & deinceps effloruerit, incubente

Conceptio nis Ioannis tempus.

Tacendira tio.

Uerecun dia sancto rum.

Allegorica

Zachariae poena.

Angelis credendum. Gregor.

Angeli missi, adstant.

Pontificum castitas. Sacerdotum nostrorum castitatis figura.

autem saluatoris aduentu, dira eam senectus incurauerit, quando & sacerdotum ordo per ambitiones & contentiones pontificum confusus, & ipsa lex per pharisaeorum traditiones discissa, minus habilis est ad gignendum Deo filios effecta. Ingredditur ergo Zacharias templum, quia sacerdotum est intrare in sanctuarium Dei, & intelligere in nouissima mysteriorum caelestium. Orat foris multitudo, quia qui secreta quaeque & mystica penetrare sublimiter nequeunt, doctorum necesse est monitis humiliter intendant. Dum uero Zacharias altari thymiamam imponit, nasciturum Ioannem cognoscit. Quia dum doctores ampliori flamma diuinae lectionis inardescunt, gratiam dei per Iesum Christum uenturam, & de interiori literarum medulla, quasi de uulua Elizabeth proditura esse reperit. Et hoc bene per angelum, quia & lex est ordinata per angelos in manu mediatoris. Sed qui audita credere disimulat, silentij poena multatur, quia mutus est qui non sensum literis intelligit inesse spiritalem. Nec talis iam uerba dare populo quasi magister nouit, sed quasi uerbi & rationis expers, tacitis (ut ita dicam) nutibus innuit. Quale tunc erat sacerdotium Iudaeorum, nec rationem sacrificiorum, nec dicta curaret scire prophetarum. Muto ergo permanente Zacharia concipit Ioannem Elisabeth, quia non intelligant licet pontifices distinctionem fidei, Pharisaei amittant & scribent, ita ut nec ipsi intrent nec auditores suos intrare permittant, interiora tamen legis Christi sacramentis abundant. Et bene conceptum suum Elisabeth quinque mensibus occultat, siue quia ipse legiser Moses quinque libris mysteria Christi parabolatim designat, seu quia tota ueteris instrumenti series eandem Christi dispensationem in quinque mundi aetatibus per sanctorum facta uel dicta praefigurat. Et ideo quia Christi incarnatio uel sexta aetate seculi futura, uel ad completionem legis erat profutura, recte sexto mense concepti Ioannis missus ad Mariam angelus, nasciturum nunciat saluatorum, ut sequens ex ordine lectio demonstrat. In mense autem sexto, missus est angelus Gabriel a Deo in ciuitatem Galilaeae, cui nomen Nazareth.] Idcirco angelus priuatis nominibus consentitur, ut signetur per uocabula etiam in operatione quid ualeant. Neque etenim in illa sancta ciuitate, quae de uisione omnipotentis dei plena scientia perfecit, idcirco propria nomina sortuntur, nec eorum personae sine nominibus sciri non possunt: sed cum ad nos aliquid ministratur ueniunt, apud nos etiam nomina a ministris trahunt. Ad Mariam ergo uirginem Gabriel mittitur, qui dei fortitudo nominatur. Illum quippe nunciare ueniebat, qui ad debellandas aereas potestates humilis apparere dignatus est. De quo per Psalmistam dicitur, Dominus fortis & potens, dominus potens in praelio. Et rursum, Dominus uirtutum ipse est, rex gloriae. Per Dei er

go fortitudinem nunciandus erat, qui uirtutum dominus & potens in praelio, contra potestates aereas ad bella ueniebat. Mensem autem sextum, Martium intellige, cuius uicesimo & quinto die dominus noster & conceptus traditur & passus, sicut & uicesimo quinto die mensis Decembris natus. Quod si uel hoc hodie (ut nonnulli arbitrantur) aequinoctium uernale, uel illo solstitium brumale fieri credamus, conuenit utique cum lucis incremento concipi uel nasci eum qui illuminat omnem hominem uenientem in mundum. At si quis ante dominicae natiuitatis & conceptionis tempus lucem uel crescere, uel tenebras superare conuicerit, dicimus & nos quia & Ioannes tunc ante faciem aduentus eius regnum caelorum euangelizabat, & nunc quoque praedicatoribus imperatur, iter facite ei qui ascendit super occasum. Cur autem Ioannes circa aequinoctium autumnale conceptus, circa solstitium estiuum sit natus, docet ipse, qui uel ex sua uel ex ueteris testamenti (ut multi autumant) persona loquitur, illum oportet crescere, me autem minui. Ad uirginem desponsatam uiro, cui nomen erat Ioseph de domo Dauid, & nomen uirginis Maria.] Multas ob causas saluator non de simplici uirgine, sed de sponsa uoluit nasci. Primo uidelicet, ut per generationem Ioseph, cuius Maria cognata erat, Mariae quoque nosceretur origo. Neque enim moris est scripturae, foeminarum genealogiam texere. Nam & de utroque potest intelligi, quod dicitur de domo Dauid. Deinde, ne uelut adultera lapidaretur a Iudaeis, males aliquos de suo ortu, quam de pudore dubitare parentis. Simul & uirginibus impudicis occasionem tollens, ne matrem quoque saluatoris dicerent falsis suspicionibus infamata. Tertio, ut in Aegyptum fugiens & inde rediens haberet solatiu uiri, qui integerrimae uirginitatis custos pariter ac testis existeret. Quarto, ne partus eius diabolo pateat: qui si eum de uirgine natum cognosceret, forsitan quasi caeteris hominibus eminentiorem morti tradere timeret. Maria autem Hebraice stella maris: Syriae uero, domina uocatur. & merito, quia & totius mundi dominum, & lucem saeculis meruit generare perennem. Et ingressus angelus ad eam, dixit, Aue gratia plena, dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus.] Bene gratia plena uocatur, quae nimirum gratiam quam nulla alia meruerat, adsequitur, ut ipsum uidelicet gratiae concipiat & generet auctorem. Quae cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista saluatio.] Disce uirginem moribus, disce uirginem uerecundiam, disce uirginem oracu Io, disce mysterio. Trepidare uirginum est, & ad omnes uiri ingressus pauere, omnes uiri affatuereri. Disceat mulieres, propositum pudoris imitari. Sola in penetralibus quam nemo uirorum uideret, solus angelus reperit, sola sine comite, sola sine teste, ne quo degeneri deprauaretur affectu, ab angelo salutatur. Disce uirgo, uerborum uitare lasciuia, Maria

Cur desponsata nasci uoluit: domus, eam, & quatuor.

Maria.

Gratia plena.

Amor: suus uirginum trepidum quid.

Cap. 3.

Angelis cur propria uocabula.

Gabriel.

60

Maria etiam salutationem angeli uerebatur. Erat tamē cogitans, inquit, qualis esset hæc salu-
 ratio. Et ideo cum uerecundia, quia pauebat. Cum prudentia, quia benedictionis nouā for-
 mulam mirabatur, quæ nusquam lecta est, nusquam ante comperta. Et ait angelus ei, Ne timeas Maria inuenisti enim gratiam apud deum. Quam salu-
 tatione insolita, utpote quæ ei soli seruabatur, uiderat turbatam, quasi familiariter notam uocans ex nomine, ne timere debeat iubet. Et quia gratia plenam uocauerat, eadem gratiam & astruit plenius, & uberius explicat, dicens: Ecce concipies in utero, & paries filium, & uocabis nomen eius Iesum. Iesus saluator, siue salutaris interpre-
 tatur. Cuius sacramentum nominis adloquens Ioseph angelus exposuit. Ipse enim, inquit, saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Non ait, populum Israël, sed populum suum, hoc est in unitatem fidei ex præputio & circū-
 cisione uocatum, quibus ex diuersa parte congregatis fieret unus pastor & unum ouile. Hic erit magnus, & filius altissimi uocabitur. Et dabit illi dominus deus, se dem David patris eius. Dicitur est & de Ioanne, quod erit magnus, sed ille quasi homo magnus, hic quasi deus magnus. Ille enim magnus coram domino, hic autem erit magnus, inquit, & filius altissimi uocabitur. Idem ergo filius altissimi qui in utero uirginali conceptus & natus est. Idem homo in tempore, creatus ex matre, qui deus est ante tempora natus ex patre. Si autem idem homo qui deus est, omittat Nestorius hominem tantum dicere ex uirgine natum, & hunc à uerbo dei non in unitate personæ, sed in societatem inseparabilem esse receptum. Alioquin non unum Christum uerum deum & hominem, sed duos (quod dici nefas est) adferere, ac per hoc non trinitatem, sed quaternitatem prædicare conuincitur. Catholica autem fides sicut unum quemlibet hominem carnem & animam, ita hominem & uerbum unum Christum rectissime confitetur. Iuxta quod & angeli uerba significant, quæ dandam illi sedem David patris eius asseruerant. Qui enim eundem ipsum patrem habere David, quæ filium altissimi uocari pronunciat, in duabus utique naturis unam Christi personam demonstrat. Accepit autem sedem David, ut nimirum gentem cui David quandam & filij eius temporalis regni gubernacula præbuerunt, ipse perpetuum uocaret ad regnum, quod eis paratum est ab origine mundi. Et regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Et Elia ait, Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis. Super solium David, & super regnum eius, ut confirmet illud & coroboret in iudicio & iustitia. Non dixit in acquisitione gloriæ, gazarumque terrestrium, non in uictoria gentium plurimarum, urbiumque debellationem superbarum, sed in iudicio & iustitia. Per hæc enim, regnum Christi & in singulis quibusque fidelibus, & in

uniuersa per orbem multiplicatur pariter & confirmatur Ecclesia. Domum nanque Iacob totam ecclesiam dicit, quæ uel de bona radice nata, uel cum oleaster esset, merito tamen fidei in bonam est inserta oliuam. Quam post triumphum passionis alloquens Saluator ait, Qui tamen metis dominum laudate eum, uniuersum semel Iacob magnificate eum. Non autem ideo futuri temporis uerbis magnus exiturus Iesus altissimi uocandus, sceptrum David accepturus, & in domo Iacob regnaturus asseritur, quia iuxta quod hæretici sapiunt atque à ueritate desipiunt, Christus ante Mariam non fuerit, sed quod homo assumptus in deum, clarificatus est ea claritate quam uerbum dei habuit priusquam mundus esset apud patrem, hoc est ut idem filij nomen eandem Christi personam, homo cum Deo plenus gratia & ueritate sortiretur. Dixit autem Maria ad angelum, Quomodo fiet istud quoniam uirum non cognosco. Propositum suæ mentis reuerenter exposuit, uitam uidelicet uirginalem se ducere decreuisse. Quæ quia prima femina rum tæte se uirtuti mancipare curauit, iure singulari præ cæteris feminis beatitate meruit excellere. Quomodo, inquit, fiet istud. Non ait unde hoc sciam, sed quomodo, fiet inquit, quoniam uirum non cognosco. Ordinem uidelicet obsequij cui subdatur inquirens, non autem signum cui credat flagitans. Neque enim decebat electam generando deo uirginem dubiam diffidentia sed prudentia cautam existere, quia nec facile poterat homo nosse mysterium, quod in Deo manebat à seculis absconditum. Quia ergo legerat, Ecce uirgo in utero habebit & pariet filium, sed quomodo id fieri posset, non legerat, merito credula ijs quæ legerat, sciscitatur ab angelo, quod in propheta non inuenit. Et respondens angelus, dixit ei, Spiritus sanctus superueniet in te, et uirtus altissimi obumbrabit tibi. Non uirili, inquit, quod non cognoscat semine, sed spiritus sancti quo impletis, opere concipies. Erit in te conceptio, libido non erit. Concupiscentiæ non erit æstus, ubi umbram faciet spiritus sanctus. Verum in eo quod ait, Et uirtus altissimi obumbrabit tibi, potest etiam incarnati Saluatoris utraque natura designari. Umbra quippe, à lumine solet & corpore formari. Et cui obumbratur, lumine quidem uel calore solis quantum sufficit reficitur, sed ipse solis ardor, ne ferri nequeat, interposito uel nubiculo læui, uel quolibet alio corpore temperatur. Beatæ itaque uirginis quia quasi pura homo omnem plenitudinem diuinitatis corporaliter capere nequebat, uirtus altissimi obumbravit, id est in corpore lux diuinitatis corpus in ea suscepit humanitatis. De qua pulchre propheta, Ecce dominus, inquit, ascendit super nubem leuem, & ingredietur Ægyptum, quod est dicere, Ecce uerbum Dei patri coæternum, lumenque de lumine ante seculum natum, carnem in fine sæculorum atque ante

Domus Iacob.

Christus ab æterno

Maria propositum.

Fides de promisso.

Obumbratio.

Magnus dominus aliter quæ Ioannes.

Nestorius error.

Sedes David.

Imperium Christi.

mam nullo peccati pondere grauatam suscipiet, & de utero uirginali tanquam sponsus de thalamo suo procedet in mundum. Ideoque quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius dei. Ad distinctionem nostræ sanctitatis, Iesus singulariter sanctus nasciturus asseritur. Nos quippe & si sancti efficimur, non tamen nascimur, quia ipsa natura corruptibilis conditione constringimur. Ut merito cum propheta gemetes singuli dicamus, Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in delectis peperit me mater mea. Ille autem solus ueraciter sanctus est, qui ut ipsam conditionem naturæ corruptibilis uinceret, & commixtione carnalis copulæ conceptus non est. Sanctum (inquit) uocabitur filius dei. Quid hic dicit Nestorianæ, qui beatam Mariam Dei negans esse genitricem, apertam niteris impugnare ueritatem. Ecce Deum dixit superuenturum, dei filium nasciturum. Quomodo ergo aut dei filius deus, non est, aut que deum edidit quomodo deo roratur, id est Dei genitrix non esse potest. Et ecce Elisabeth cognata tua & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis sextus est illi quæ uocatur sterilis, quia non erit impossibile apud deum omne uerbum. Ne uirgo se parere posse diffidat, accipit exemplum sterilis anus parituræ, ut discat omnia deo possibilia, etiam quæ naturæ ordine uidentur esse contraria. Si quem uero monet quomodo beatæ Mariæ cognatam dicat Elisabeth, cum hæc de domo David, illa de filiabus Aarō originem duxerit, animaduertat proauos earum liberis inuicem nupti traditis utranque tribum potuisse coniungere. Cui si hæc expositio forte non suffecerit contentiosus insistenti, quasi hoc contra interdictum legis, fieri nequiverit, legat Exodum, ubi scriptum est, Accepit autem Aaron uxorem Elisabeth filiam Aminadab sororem Naafon, quæ peperit ei Nadab, & Abiud, & Eleazar, & Ithamar. Videatque ante edictum legis, superna prouisione sacerdotalem, regali iunctam iam fuisse progeniem. Ut uidelicet dominus Iesus Christus qui secundum carnem uerus rex & sacerdos erat futurus, ipsam quoque carnem de utraque, David scilicet & Aarō stirpe susciperet. Unde & in hac utraque tribu christina per legem mysticè celebratur, Christi nimirum nominis pariter & generationis prænuncium. Et ipse David domum dei ingrediens, panem sanctum & gladium quasi rex & sacerdos accepit. Illud uidelicet de suo semine uenturum præfigurans, qui & pro nostra libertate regis iure pugnaret, & pro nostra absolutione panem suæ carnis offerret. Dixit autem Maria, Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum uerbum tuum. Quarta cum deuotione humilitas, quæ & angeli præmissum optat impleri, & se ipsam quæ mater eligitur ancillam nuncupat, apertissime insinuans quam nil sibi meriti uindictæ, in eo quod dominus iussus obsecundet. Fiat (inquit) sine uiri femine conceptus in uirgine, nascatur de spiritu san-

Nasci sanctum.

Elisabeth quæ sit cognata Mariæ.

Christina.

David rex & sacerdos Christus similiter

Mariæ humilis obedientia.

cto integra carne sanctum, quod nascetur de homine matre sine homine patre, uocetur dei filius. Et discessit ab illa angelus. Exurgens autem Maria in diebus illis, abiit in montana cum festinatione in ciuitatem Iuda. Accepto uirginis consensu mox angelus cælestia repetit, illa petit montana. Festinatio inuenire Elisabeth, non quasi incredula de oraculo, uel dubia de exemplo, sed ut laxa pro uoto, religiosa pro officio. Typicum pariter exemplum tribuens, quod omnis anima quæ uerbum dei mente conceperit, uirtutem statim celsa cacumina gressu conscendat amoris, quatenus ciuitatem Iuda, id est confessionis & laudis arcem penetrare, & usque ad perfectionem fidei, spei, & charitatis quasi tribus in ea mensibus ualeat commorari. Et intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elisabeth. Disce uirgo humilitatem Mariæ, ut & corpore casta & peccatore possis esse deuota. Visitat iunior seniore, salutatur uirgo, eo sit humilior, & senioribus deferens, habitum castitatis præconio commendat humilitatis. Aliter Maria ad Elisabeth, dominus uenit ad Ioannem, hæc ut spiritu sancto repleatur, illius ut baptisma consecratur. Maiorumque humiliatio minorum est utique exaltatio. Denique sequitur, Et factum est ut audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultauit infans in utero eius, & repleta est spiritu sancto Elisabeth. Vide distinctionem, singulorumque uerborum proprietates. Vocem prior Elisabeth audiuit, sed Ioannes prior gratiam sensit. Illa natura ordine audiuit, iste exultauit ratione mysticè. Illa Mariæ, iste domini sensit aduentum. Iste gratia loquuntur, illi intus operantur, pietatisque mysterium maternis adorantur profectibus, duplicique miraculo prophetant matres spiritu paruulorum. Exultauit infans, & repleta mater est, non prius mater repleta quam filius, sed cum filius esset repletus spiritu sancto, repleuit & matrem. Et exclamauit uoce magna, et dixit, Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus uentris tui. Notandum quod præmissa de Christo prophetia non rerum tantum miraculis, sed & uerborum proprietate cõpletur. Iste est enim fructus, qui David patriarchæ sub iureiurando promittitur. De fructu uentris tui, ponam super sedem meam. Simulque intuentium quod eadem uoce Maria ab Elisabeth, qua à Gabriele benedicatur, quatenus & angelis & hominibus ueneranda, & cum ceteris merito foeminis præferenda monstratur. Et unde hoc mihi, ut ueniat mater domini mei ad me. Non quasi nescia perquirat quod nimirum sancti spiritus esse cognoscit, seu uidelicet à matre domini ad pigr. ortis sui profectum saluari, sed miraculi nouitate perculsa, non hoc sui meriti, sed muneris fatetur esse diuini. Ecce enim ut facta est uox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo. Erubescibat Elisabeth onus paritatis, quamdiu nesciebat mysterium religionis. Sed quæ occultabat se quia

Visitatio Mariæ cur festina.

Mariæ modestia.

Matrum filiarumque diuersa officia.

Fructus promissus David.

Mariæ laus.

conceperat filium, iactare se cepit quia gene-
rabat prophetam. Et quae ante erubescere, be-
nedicit, & quae dubitabat ante firmatur. Ecce
enim (inquit) ut uox saluationis tuae facta est.
in auribus meis, exultauit gaudio infans in ute-
ro meo. Itaque magna uoce clamauit ubi domi-
ni sensit aduentum, quia religiosum credidit
partu. Nulla enim causa erat pudoris, ubi pro-
phetiae ortus, data non affectat fidei genera-
tionis adscisceret. Et beata quae credidit, quonia[m] per
ficientur ea quae dicta sunt ei a domino. Vides non du-
bitasse Mariam sed credidisse, & ideo fructum
fidei consecutam. Beata (inquit) quae credidit.
Et uere beata, quae sacerdote praestantior. Cum
sacerdos negasset, uirgo correxit errorem. Nec
mirum si dominus redempturus mundum, ope-
rationem suam inchoauit a matre: ut per qua[m]
salus omnibus parabatur, eadem prima fructu[m]
salutis hauriret ex pignore. Pariterque notandum
quanta Elisabeth animum gratia Maria in tran-
situ dicitur, quem simul de praeterito, praesenti, at-
que futuro, per prophetiae spiritum illustrat.
Dicens enim, Beata quae credidisti, aperte
indicat, quia uerba angeli quae dicta ad Mariam
fuerant, per spiritum agnouit. Atque subiungens,
Perficiuntur ea quae dicta sunt tibi a domino,
quae etiam eam in futuro sequentur praeui-
dit. Matrem uero domini sui nominans, quia re-
demptorem humani generis in utero portare
intellexit. Et ait Maria, Magnificat anima mea domi-
num. Et exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Ta-
to (inquit) me dominus tamquam inaudito mune-
re sublimauit, quod non ullo linguae officio ex-
plicari, sed ipso uix intimi pectoris affectu ua-
leat comprehendere, & ideo totas animae uires in
agendis gratiarum laudibus offero, totum in con-
templanda magnitudine eius cui non est finis
quicquid uiuo, sentio, discerno, gratulater im-
pendo, quia & eiusdem Iesu, id est salutaris, spi-
ritus meus, aeterna diuinitate letatur, cuius mea-
caro temporali conceptione foetatur. Cui simili-
le est illud Psalmistae, Anima autem mea exul-
tauit in domino, & delectabitur super salutari-
eius. Et ipse enim patrem filiumque pari uenera-
batur amore. Quia respexit humilitatem ancillae suae,
Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.
Cuius humilitas respicitur, recte beata ab om-
nibus cognominanda gratulatur, sicut e contra-
rio cuius superbia de respectu condempnatur, Euae
id est uae siue calamitatis nomine multata tabe-
scit. Decebat enim ut sicut per superbiam pri-
mae nostrae parentis mors in mundum intrauit,
ita denuo per humilitatem Mariae uitae introi-
tus panderetur. Quia fecit mihi magna qui potens
est, & sanctum nomen eius. Ad initium carminis
respicit, ubi dictum est Magnificat anima mea
dominum. Solet quippe anima illa cui domi-
nus magna facere dignatur, dignis eum praeo-
nijs magnificare, & ad confortes eiusdem uoti
ac propositi potest cohortando dicere, magni-

Credidit =
se Mariam.

Gregorius

Canticum
Mariae.

Humilita-
tislans.

Magnifica
re domini
aptus.

ficat dominum mecum, & exultemus nomen
eius in uicem. Nam qui dominum quem cogno-
uit quantum in se est magnificare & nomen e-
ius sanctificare contempserit, minimus uoca-
bitur in regno caelorum. Sanctum autem no-
men eius uocatur, quia singularis culmine po-
tenti transcendit omnem creaturam, atque ab u-
niuersis quae fecit, longe segregatur. Quod grae-
ca locutione melius intelligitur, in qua ipsum
uerbum quod dicitur *αγιοσ* quasi extra terram
esse significat. Cuius etiam nos imitatione pro-
modulo nostro segregari precipimur ab omni-
bus qui non sunt sancti, nec deo dedicati. Dicē-
te Domino, Sancti estote, quia & ego sanctus
sum. Quicumque enim se consecrauerit, merito
extra terram & extra mundum uidebitur. Po-
test enim & ipse dicere, super terram ambulan-
tes conuersationem in caelis habemus. Et mise-
ricordia eius, in progenies & progenies timentibus eum.
A specialibus se donis ad generalia dei iudicia
conuertens, totius humani generis statum des-
cribit, & quid superbi, quid humiles mereatur,
quid filij Adae per liberum arbitrium, quid filij
dei sint per gratiam, alternis uersibus explicat.
Non ergo, inquit, solimihifecit magna qui po-
tens est, sed & in omni gente & progenie qui
timet eum & operatur iustitiam, acceptus est illi.
Fecit potentiam in brachio suo, dispersit super eos mente cor-
dis sui. In brachio suo, in ipso Dei filio signifi-
cat. Non quod deus pater figura determinetur
carnis humanae, etque filius tanquam membrum
corporis hareat, sed quia omnia per ipsum facta
sunt, ideo brachium domini dictus est. Sicut
enim tuum brachium per quod operaris, sic dei
brachium dictum est eius uerbum, quia per uer-
bum operatus est mundum. Cur enim homo
brachium ut aliquid operetur extendit, nisi quia
non continuo fit quod dixerit? Si autem tanta
potestate praeualeret ut sine ullo motu corpo-
ris sui quod diceret fieret, brachium eius, uer-
bum eius esset. Cum ergo audiuimus brachium
dei patris esse deum filium, non nobis obstre-
pat consuetudo carnalis, sed quantum illo do-
nante possumus Dei uirtutem & sapientiam co-
gitemus, per quam facta sunt omnia. Deposu-
it potentes de sede, & exaltauit humiles. Esurientes impleuit
bonis, & diuites dimisit inanes. Quod dixit in bra-
chio suo, & quod praemissit in progenies & pro-
genies, his quoque *κατωθεν* per singula comma-
ta est adnectendum uersiculis, quia uidelicet
per omnes seculi generationes & perire super-
bi, & humiles exaltari, pia iustaque diuinae poten-
tiae dispensatione non cessant. Suscepit Israel
puerum suum, memorari misericordiae. Pulchre puerum
domini appellat Israel, qui ab eo sit ad saluan-
dum susceptus, obedientem uidelicet, & humi-
lem, iuxta quod Osee dicit, Quia puer Israel, &
dilexi eum. Nam qui contemnit humiliari, non
potest utique saluari, nec dicere cum propheta,
Ecce enim deus adiuuat me, & dominus susce-
ptor est

Brachium
patris.

Vetus le-
ctio, Isra-
el puer do-
mini.

Semen
Abrahae.

Cap. 4.

Impletum
in bonum
accipi.

Nominis
ratio.

ptor est anima mea. Quicumque autem humili-
auerit se sicut paruulus, hic est maior in regno
caelorum. Sicut locutus est ad patres nostros, Abrahā
& semini eius in secula. Semen Abrahāe, non car-
nale, sed spiritale significat, id est non eius tan-
tum carne progenitos, sed siue in circuncisione
, seu in praepotio positus ipse credidit, repu-
tatumque est ei ad iustitiam. Atque eiusdem fidei
signaculum circuncisionem accepit, ut sic utriusque
populi pater fieret per fidem, iuxta quod aposto-
lus ad Romanos plenissime disseruit. Aduetus
ergo Saluatoris Abrahāe est & semini eius in se-
cula promissus, hoc est filijs promissionis qui-
bus dicitur, Si autem uos Christi, ergo Abrahāe
semen estis, secundum promissionem heredes.
Bene autem uel domini uel Ioannis exortum
matres prophetando praeueniunt, ut sicut pec-
catum a mulieribus cepit, ita etiam bona a mu-
lieribus incipiant, & quae per unius deceptio-
nem perijt, durabus certatim praecognantibus
mundo uita reddatur. Mansit autem Maria cum illa
quasi mensibus tribus, & reuersa est in domum suam. Ta-
diu mansit Maria, donec Elisabeth partus tem-
pore completo praecursoris domini sui propter
quam maxime uenerat, natiuitatem uideret. Di-
ctum est autem supra, quod omnis anima casta
quae spiritale uerbi desiderium coeperit, alta-
mox necesse sit exercitij caelestis iuga subeat,
& quasi trium mensium dies ibidem demora-
ta, quousque perfecta principalium uirtutum luce
radietur, perseuerare non desistat. Quos nimis-
rum perfectissimum fulgoris menses describens
Apostolus ait, Nunc autem manent fides, spes,
charitas, tria haec. Maior autem his, est charitas.
Elisabeth autem impletum est tempus pariendi, & pe-
perit filium. Verbum impletionis sancta scri-
ptura in bonorum tantum ortu uel habitu uel
actu ponere consuevit, quorum uitam plenitudo
dinem perfectionis habere significat. Denique
Elisabeth impletum est tempus pariendi. Im-
pleti sunt dies Mariae ut pareret. Impleuit Salo-
mon aedificare domum domini. Defunctus est
Abraham uel alius aliquis patrum, senex & ple-
nus dierum. Et postquam uenit plenitudo tem-
poris, misit deus filium suum. Ac contra dies im-
piorum inanes sunt & uacui. Viri enim sangui-
num & dolosi, non dimidiabunt dies suos. Et
audierunt uicini & cognati eius, quia magnificauit dominus
misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei. Ha-
bet sanctorum aeditio laetitiam plurimorum, quia
commune est bonum. Iustitia enim communis
est uirtus. Et ideo in ortu iusti, futurae uitae insi-
gne praemittitur, & gratia secutura uirtutis, ex-
ultatione uicinarum praefigurata signatur. Et fa-
ctum est in die octaua uenerunt circuncidere puerum, & uocabat
eum nomine patris sui Zachariae. Et respondens mater eius,
dixit, Nequaquam, sed uocabitur Ioannes. Mire san-
ctus Euangelista praemittendum putauit, quod
plurimum infantem patris nomine Zachariae ap-

pellandum putarunt, ut aduertas matri non no-
men alicuius displicuisse de generis, sed id san-
cto infusum spiritu quod ad angelo ante Zacha-
riae fuerat praenunciatum. Et quidem ille mutus
intimare uocabulum filij nequiuit uxori, sed pro-
phetiam Elisabeth didicit, quod non didicerat
a marito. Et dixerunt ad illam, Quia nemo est in cogna-
tione tua, qui uocetur hoc nomine. Innebant autem patri
eius, &c. Ioannes est (inquit) nomen eius, hoc
est non e inos nomen imponimus qui iam a deo
nomen accepit. Habet uocabulum suum quod
agnouimus, non quod elegimus. Nec mireris
si nomen mulier quod non audiuit adseruit, qua[m]
do eis spiritus sanctus qui angelo mandauerat
releuauit, neque poterat domini ignorare praenun-
cium, quae prophetauerat Christum. Et bene
additur quia nemo in cognatione eius uocatur
hoc nomine, ut intelligas nomen non generis
esse, sed uatis. Apertum est autem illico os eius, & lin-
gua eius, & loquebatur benedicens deum. Et factus est ti-
mor super omnes uicinos eorum. Quia uox claman-
tis in deserto est nata, merito est lingua paren-
tis soluta. Neque enim patrem a laudibus silere
decebat, qui uerbi praecone sibi nato gaudebat.
Quippe cui labia quae incredulitas uinxerat, si-
des iam soluit. Verum haec etiam allegorice, si-
quis perscrutari desideret, Ioannis celebrata na-
tiuitas, gratiae noui testamenti inchoata subli-
mitas. Cui uicini & cognati patris nomen quam
Ioannis imponere malebant, quia Iudaei qui le-
gis ei obseruatione quasi adfinitate iuncti erant,
magis iustitiam quae ex lege est sectari, quam fi-
dei gratiam suscipere cupiebant. Sed Ioannis
hoc est gratiae Dei uocabulum, mater uerbis,
pater literis intimare satagunt, quia & lex ipsa
psalmique ac prophetae apertis sententiarum uo-
cibus gratiam Christi praedicant, & sacerdotum
illud uetus figuratis caeremoniarum & sacrifici-
orum umbris eidem testimonium perhibet.
Pulchreque Zacharias octaua die prolis editae
loquitur, quia per domini resurrectionem quae
octaua die, hoc est post septimam sabbati facta
est, occulta sacerdotij legalis arcana patuerunt,
linguaeque pontificum Iudeorum, quam diffiden-
tiae uincula strinxerant, intelligentiae rationabi-
lis est uoce soluta. Et super omnia motana Iudaeae diuul-
gabatur omnia uerba haec. Et posuerunt omnes qui
audierant, in corde suo dicentes, Quid putas pu-
er iste erit? Etenim manus domini erat cum il-
lo. Magna opera domini, exquisita in omnes
uoluntates eius. Ecce enim unum Zachariae si-
lentium, non ipsi tantum cum datur ad poenam
incredulitatis & signum credendi proficit, sed
& cum aufertur omnes uicinos eius miraculo
ac timore stupefacit. Omnia circūquaque mon-
tana, fama nati prophetae perfundit, omnes qui
audire poterant, ad perquirendum diligentius
pueri qui natus est modum, statumque sollicitat,
ut his uidelicet, atque huiusmodi futurus Christi
propheta commendetur auspicijs, iterque uita

Ioannes est
nomen
eius.

Loquendi
in Zachariae
ratio.
Allegoria.

Præteritū
pro futuro.
Plebem su-
am.

Cornu sa-
lutis.

Propheta
omnes de
Christo lo-
cui.

dixerim) præcur fori ueritatis, præcurrentia si-
gna præbeant. Et Zacharias pater eius, impletus est
spiritu sancto, & prophetauit dicens, Benedictus dominus
deus Israel, quia uisitauit & fecit redemptionem plebi suæ.]
Quanta superni muneris est largitas, si prom-
pta ad accipiendum nostræ fidei sit pietas. Ecce
loquela quæ sola est ablata diffidenti, cū spi-
ritu prophetiæ est restituta credenti. Uisitauit
autem dominus plebem suam, quasi longa in-
firmitate rabscentem, & quasi uenditam sub
peccato, unici filij sui sanguine redemit. Quod
quia beatus Zacharias proxime faciendum co-
gnouerat, prophetico more quasi iam factum
narrat. Et notandum quod uisitasse & redemif-
se plebem suam dicitur, non quia uidelicet hæc
ueniens suam inuenit, sed quia uisitando suam
fecit. Cui simile est, quod in Proverbiorū sine
de eadem plebe cantatur, Mulier fortis quis
inueniet? Nec enim eandem mulierem uideli-
cet ecclesiam fortis, id est fide deuotam inue-
nit, sed sibi desponendo fortis reddidit, quia
suæ fidei sublimitate perfecit. Et erexit cornu sa-
lutis nobis, in domo Dauid pueri sui.] Cornu salutis,
firmam celsitudinem salutis dicit. Ossa siquidē
omnia carne inuoluta sunt, cornu excedit car-
nem, & ideo cornu salutis, regnum saluatoris
Christi uocatur, quo mundo spiritalis & quæ
carnis gaudia superet, altitudo nunciatur. In cu-
ius figurā Dauid uel Salomon cornu olei sunt
in regni gloriam consecrati. Sicut locutus est per
os sanctorum, a seculo prophetarum eius.] A seculo, in-
quit, quia tota ueteris testamenti scriptura, pro-
pheta de Christo processit. Nec soli Hieremi-
as, Daniel, & Esaias, ceterique tales, qui & pro-
pheta specialiter appellati, & de eius aduentu
manifeste sunt locuti, uerum ipse pater Adam,
Abel, & Enoch, & ceteri patrum, factis quique
suis eius dispensationi testimonium reddunt.
Vnde dominus ipse Iudeorum duritiam redar-
guens, ait: Si crederetis Moyse, crederetis forsi-
tan & mihi. De me enim ille scripsit, Salutem
ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos.]
Iungendum est a superiori uersiculo, erexit no-
bis, id est erexit nobis salutem ex inimicis no-
stris. Cum enim primo breuiter præmississet, Et
erexit cornu salutis nobis, continuo quasi aper-
tius quid dixerit explanans, Salutem (inquit) ex
inimicis nostris, & de manu omnium qui ode-
runt nos. Omnes autem qui oderunt nos, uel
homines peruersos, uel immundos spiritus si-
gnificat. De quorum manu & interini spe salu-
ui facti sumus, & in futuro re ipsa saluandi.
Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, & me-
morari testamenti sui, iurandum quod iurauit, ad Abra-
ham patrem nostrum, &c.] Dixerat dominum iux-
ta eloquia prophetarum in domo Dauid nasci-
turum, dicit eundem ad explendum testamen-
tum quod Abraham disposuit, nos esse liberatu-
rum. Quia uidelicet ihs præcipue patriarchis
de suo semine, uel congregatio gentium, uel

Christi est incarnatio promissa. Quod Mattha-
us quoque breuiter intimare uoluit, qui euange-
lij sui principium hoc modo coepit: Liber ge-
nerationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abrahæ.
Vbi notandum, quod apud utrumque euangeli-
stam, Dauid præfertur Abrahæ. Quia & si tem-
poris ordine posterior, promissionis tamen est
munere maior, Abrahæ naque qui adhuc in
præputio positus propria dereliquit, deum co-
gnouit, fidei testimoniū meruit, fides tantum
gētium & sacrosanctus ecclesiæ coetus est pro-
missus, dicente ad eum domino, Atque in te be-
nedicentur uniuersæ cognationes terræ. Da-
uid autem oraculo sublimiore, quod ex ipso
Christus secundū carnem nasciturus esset, au-
diuit. Cumque impleueris (inquit) dies tuos, ut
uadas ad patres tuos, suscitabo semen tuū post
te, quod erit de filijs tuis & stabiliam regnum
eius. Ipse ædificabit mihi domum, & firmabo
solium eius usque in æternum. Ego ero ei in pa-
trem, & ipse erit mihi in filiū. In sanctitate & iu-
stitia coram ipso, omnibus diebus nostris.] Aperte &
breuiter quomodo sit domino seruendum de-
signat, uidelicet & in sanctitate ac iustitia, & co-
ram ipso, & omnibus diebus. Nam qui uel ante
mortem ab eius seruitio discedit, uel immundi-
tia qualibet siue iniustitia fidei suæ syncerita-
tem commaculat, uel coram hominibus tantū
& non etiam coram domino sanctus perdura-
re contendit: & iustus, necdum perfecte de ma-
nu spiritalium inimicorum liberatus domino
seruit, sed exemplo ueterum Samaritanorum,
dijs gētium pariter, & domino seruire conatur.
Et tu puer propheta altissimi uocaberis. Præbis enim ante
faciem domini, parare uias eius.] Pulchre cum de do-
mino loqueretur, ad prophetam repente sua
uerba conuertit, ut hoc quoque beneficium esse
domini designaret. Verū quæritur, quomodo
octo dierum alloquatur infantem. Sed qua ra-
tione uocem patris non audierit natus, qui sa-
lutationē Mariæ adhuc utero clausus audiuit?
Nisi forte putandus est Zacharias propter eos
potius qui aderant instruendos futura sui filij
munera, que dudū per angelū didicerat, mox
ut loqui potuit prædicare uoluisse. Audiant sa-
ne Arriani, & erubescant: audiant mansueti &
latentur, quod Christum dominum quem Io-
annes prophetando præibat, altissimum uo-
cat. Iuxta quod & Psalmista deum hominēque
perfectum in una persona collaudans, ait: Ma-
ter Sion dicit homo, & homo factus est in ea,
& ipse fundauit eam altissimus. Eum factum
qui fundauit, eundem hominem, quem altissi-
mum nuncupat. Ad dandam scientiam salutis ple-
bi eius in remissionem peccatorum meorum.] Quasi Ie-
su, id est saluatoris nomen exponere ac diligen-
tius commendare desiderans, salutis mentionē
frequentat, cum cornu salutis erigendum, salu-
tem ex inimicis futuram, scientiam salutis ple-
bi dandam commemorat. Sed ne temporalem
carnalemque

David
Abrahæ
præfertur.

Seruiens
autem quid sit
domino.

Infantem
quomodo
alloquatur
pater.

Arriani,

Altissimus
Christus.

Oriens.

Illuminare
&c.

Pedes no-
stri.

Cap. 5.

Locus nati-
uitatis a do-
mino ele-
ctus.

Pacis indi-
cium.

carnalemque promitti salutem putares, in remis-
sionem (inquit) peccatorum eorum. Verum Iu-
dæi ideo non Christū Iesum suscipere, sed An-
tichristum malunt expectare, quia non intus
sed foris saluari, non a peccati dominio, sed ab
humana seruitutis cupiunt iugo liberari. Per
uiscera misericordie dei nostri, in quibus uisitauit nos ori-
ens ex alto.] Et propheta de domino loquens,
Ecce uir, inquit, oriens nomen eius. Qui ideo
recte oriens uocatur, qui nobis ortum ueræ lu-
cis aperiens, filios noctis & tenebrarum, lucis
effecit filios, iuxta quod beatus Zacharias con-
sequenter exponit dicens, Illuminare his qui in
tenebris & in umbra mortis domino illuminare est his
qui in peccatis, & ignorantie cæcitate uixe-
runt, agnitionis amorisque sui radios infundere.
Qualibus dicit Apostolus, Fuitis aliquando
tenebræ, nunc autem lux in domino. Pedes au-
tem nostri in uiam pacis diriguntur, cum actio-
num nostrarum iter per omnia, redemptoris il-
luminatorisque nostri gratiæ concordat. Con-
gruo sane ordine, primo illuminanda corda,
& post opera dirigenda testatur, quia nemo
quam non ante didicerit, pacem ualet operari.
Vnde recte Psalmista, Inquire (inquit) pacem,
& sequere eam. Quod est dicere, Illuminare
qui in tenebris sedebas, & uiam pacis a qua diu-
tius exulabas, ingredi. Puer autem crescebat &
confortabatur spiritu, & erat in desertis usque ad diem osten-
sionis suæ ad Israel.] Predicator poenitentiae fu-
turus, opportunum iustumque est, ut solitudinis
aspera sequatur: & quo liberius iuuenis audito
res suos a mundi illecebris erudiendo sustol-
lat: ipse etiam primæuam squalidus in desertis
uitam transigat.



CAPVT II.
Actum est autem in diebus illis, exijt edictū
a Cesare Augusto, ut describeretur uniuersus
orbis.] Nasciturus in carne de
filij sicut parentes sibi quos uo-
luit & locum natiuitatis quem uo-
luit elegit, eosque ad ipsum locum priusquam
nascetur quomodo uoluit aduexit, ita etiam
tempore quo uoluit, immo quo ipse una cum
patre & spiritu sancto a sæculis disposuerat,
perque ora prophetarum prædixerat, mundum
ut saluaret intrauit. Quomodo enim de uirgi-
ne matre natus, uirginitatis sibi gloriam & an-
gelicum castimonie decus ostendit esse gratis-
simum, sic quoque pacatissimo seculi tempore
procreatus, quia pacem magnopere quæreret.
atque amaret, edocuit, quia pacis charitatisque se-
ctatores semper inuisere dignaretur, indicauit.
Iuxta quod ipse fidelibus promittens ait: Vbi
enim sunt duo uel tres congregati in nomine
meo, sibi sum in medio eorum. Quod enim ma-
ius regni quietissimi, & pulcherrimæ, quantū
ad homines, potuit esse pacis indicium, quam

una totum orbem descriptione conclusi, eodem
cunctos longe lateque mundi fines census nu-
mismate comprehendit? Cuius auctor ac mo-
derator Augustus, tanta iuxta fidem historia-
rum duodecim annos circa tempus natiuitatis
dominicæ pace regnauit, ut tã foris secis quam
ciuilibus bellis toto orbe sopitis, spirituale pro-
phete prælagium etiam ad literam uideatur im-
plese. Qui uidelicet propheta cum mystica di-
spensationem Christi uoce præcineret dicens,
Et erit in nouissimis diebus præparatus mons
domus Domini in uertice montium, & eleua-
bitur super colles, & fluent ad eum omnes gen-
tes, post pauca etiam temporis illius sacratissi-
mi statū describere curauit. Et constabunt (in-
quit) gladios suos in uomeres, & lanceas suas in
falces. Non leuabit gens contra gentem gladi-
um, nec exercebuntur ultra ad prælium, domus
Iacob uenite & ambulemus in lumine domini.
Non solum autem hæc noua mundi descriptio
illius summi regis aduentui testimonium per-
hibebat, qui congregatos a mundi plagis om-
nibus electos suos æternæ beatitudinis albo
conscriberet, uerū etiam eiusdem regni duces,
quieta sui moderamini pace iuuabat, quia ni-
mirum compressis a preliorum turbine genti-
bus uniuersis, prædicaturos orbi Christi disci-
pulos quolibet propter uerbum ire uellent ab
ingruentium seruore seditionum, tremēda id
temporis (ut ita dixerim) Romani nominis um-
bra protegebat. Exijt ergo edictum a Cesare
Augusto, ut censum profiteretur uniuersus or-
bis, quia imminebat edictū regis Christi, quo
salutem cosequeretur uniuersus orbis. Qui uo-
cabulum Augusti perfectissime complens, ut
pote suos & auferere desiderans, & ipse auge-
re sufficiens, censoribus suæ profectiois non
ablatione pecuniæ subiectos, sed fidei oblatio-
ne signare præcipit. Eumtes, in quiens, in mun-
dum uniuersum, prædicare euangelium omni
creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit,
saluus erit. Hæc descriptio prima, facta est a præside Sy-
riæ Cyrino. Et ibant omnes, ut profiterentur singuli in suam
ciuitatem.] Hunc Cyrini temporibus habitum
censum, etiam Iosephus illustris Hebræorum
historiographus, in octauo decimo antiquitatū
libro hoc modo memorat: Cyrinus autem uir
unus ex consensu curiæ Romanæ per singu-
los magistratus usque ad gradum consulatus as-
cendens, per cætera quoque honorabilis, cum
paucis Syriam uenit, a Cesare ius dare gētibus
missus, & censor simul patrimonium futurus.
Itaque quod ait, Hæc descriptio prima facta est a
præside Syriæ Cyrino, significat hanc descripti-
onem, uel primam esse earum, quæ totum or-
bem concluderint, quia plerumque iam partes ter-
rarum sæpe leguntur fuisse descriptæ, uel cer-
te primo tunc coepisse, quando Cyrinus Syriā
missus est. Quomodo autem tunc imperante
Augusto & Cyrino præside ibant omnes,

Augustus.

Cyrinus.

ut censum profiterentur singuli in suam ciuitatem, ita & nunc imperante per ecclesiæ præfides, id est doctores, immo suadente & præmia pollicente Christo, eamus omnes, nullus excipiatur à celsu iustitiæ. Veniamus ad eum qui laboramus, & onerati sumus, & ipse reficiet nos. Tollamus iugum eius super nos, & discamus ab eo quia mitis est & humilis corde, & inuenimus requiẽ animabus nostris. Hęc est enim nostra ciuitas & patria, requies uidelicet beata & cælestis animarum, ad quam in sæculi nascens exordio à deo Christo creati, ad quam ab homine Christo sumus in fine sæculorum recreati. Ad quam nimirum ciuitatẽ pacis & quietis ire, & deuota regi nostro thesaura ferre, est crescentibus quotidie uirtutis ac fidei profectibus supernę lucis quæ sint gaudia æterna speculari, & pro his acquirendis prospera mædi simul & aduersa contemnere, & his acquisitis, in unum datos nos ab omni inquinamẽto carnis & spiritus, præciosius auro deo munus offerre. Quod si etiam genus nomismatis quod Cæsari pendebatur, diligẽtius inspexerimus non parũ nobis deuotionis & ipsam munda probabimus, quod non aliunde melius quàm de ipso euangelio querere & inuenire ualeamus, ubi tentantibus se de tributo Cæsari reddẽdo, dominus ait, Ostendunt mihi nomisma cæsus. At illi (inquit) obrulerunt ei denarium. Et ait illis Iesus, Cuius est imago hæc & superscriptio? Dicunt ei, Cæsaris. Tunc ait illis, Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt dei deo. Vbi primum notandũ, quod Cæsari denarius qui decẽ nummos habebat, quod etiam nomine prodit, imagine eius & superscriptione titulabatur. Deinde inferẽdum, quia iubente domino quæ Cæsaris Cæsari, & quæ dei sunt deo esse reddenda, nobis quoq; solerter intumatur, in similitudinem denarij regalis deo Regi nostro decalogũ legis offerendũ, hoc est amorem Dei & proximi, quorum unus tribus perceptis septẽ alius cõpletur, integro esse corde seruandũ. In quo uidelicet scripturę sacrę denario, decem mandatis cælestibus quasi totidẽ aureis nummis insignito, uultũ nomenq; regis æterni, hoc est agnitioẽ diuinæ uoluntatis quisquis intueri nouit, inueniet. Quod & in tabulis sui cordis quisq; perfecte credit, sperat, diligit, stilo sedula castigationis exarat. Et hunc nobiscũ denarium quasi sacco inclusum in uia portam, quã do dicere scientes cum Psalmista, Signatũ est super nos lumẽ uultus tui domine, dedisti lætitiã in corde meo, ipsum tamẽ hæcenus fidei signaculũ gaudijq; spei & charitatis, in ocula nostrę cõfiteiũ meditatione seruamus deo recte recõditũ. Verum patriã peruenientes, regi nostro cuius uisionẽ litimus, ad quẽ in suo decore cõtendũ toto nisu uirtutis, tota mētis intentione properamus, quæ in terris latuerat, in cælis coronanda nostrę bonæ conuersationis

donaria proferemus, quando quæ in tenebris diximus, in lumine dicentur, & quod in aurem locuti sumus in cubiculis, prædicabitur in testis. Ascendit autem & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudæam ciuitatem Dauid, &c.] Superna dispensatione professio cæsus ita descripta est, ut suã quisq; patriã ire iuberetur. Non tãtum propter mysteriũ quod diximus, uerum etiam ut dominus alibi conceptus, alibi natus, insidians sibi Herodis furorem facilius euaderet. Quis si Bethleemitis parentibus nasceretur, furem eorum subitam callidus scrutator potuisset habere suspectã, præsertim cum eos de stirpe Dauid, unde Christus erat futurus, cuncti genus ducere nossent. Cui Dauid ipse, suo & nomine & patria, & officio, testimonium perhibet. Dauid quippe, manu fortis, siue desiderabilis, interpretatur. Nomen quidẽ inde mutuans, quod & gigante fortiter strauerit, & pulcher aspectu decoraq; facie fuerit: sed altiori mysterio illum de sua domo ac familia nasciturũ prefigurans, qui singulariter mundi principem debellaret, speciosus forma præ filijs hominũ, & ipse in Bethleem natus, & intellectu alium pastor ouium, hoc est simplicium rector animarum. Cuius non prætereunter tanta tamq; benigna est humilitas, intuenta, qui non solum in carnari pro nobis, sed & eo tempore dignatus sit incarnari, quo mox celsu Cæsaris adscribere tur, atq; ob nostri liberationẽ, ipse seruitio subderetur. Quam etiam nobis humilitatis eius semitam (neq; enim conditiones uenit mutare, sed animos) Petrus insinuat. Subditi (inquies) estote omni humane creature propter deum, si ue regi, quasi præcellẽti, siue dicitur, tãquã ab eo militis. Sed & coapostolus eius Paulus, Reddite (inquit) omnibus debita. Cui tributũ, tributum. Cui ue stigal, ue stigal. Cui timorẽ, timorẽ. Cui honorem, honorem. Nemini quicquã debeatis, nisi ut inuicem diligatis. Factum est autem cum esset ibi, impleti sunt dies ut pareret, &c.] Bene non solum propter indicium regij stemmatis, sed & propter nominis sacramentum dominus in Bethleem nascitur. Bethleem nanq; domus panis interpretatur. Ipse nanq; est, qui ait, Ego sum panis uiuus, qui de cælo descendĩ. Locus ego in quo dominus nasceretur. Domus panis ante uocatus est, quia futurum profecto erat ut ille ibi per materiam carnis appareret, qui electorũ mentes interna satietate reficeret. Sed usq; hodie, & usq; ad consummationẽ sæculi, dominus in Nazareth concipi, nasci in Bethleem non desinit, cum quilibet audientium uerbi flore suscepto, domum se æterni panis efficit. Cotidie in utero uirginali, hoc est in animo credentiũ per fidem concipiunt, per baptisma gignunt. Cotidie dei genitrix ecclesia suã comitata doctorem, de rota mundanæ conuersationis quod Galilæa sonat, in ciuitatem Iudæa, confessionis uidelicet, & laudis ascendens, censum

Denarius.

Decalogi persolutio.

Natus cur non sit ubi habitaturus Christus.

Bethleem.

Ecclesia Mariam imitatur.

censum suæ deuotionis aeterno regi persoluit. Quæ in exemplum beatæ semper uirginis Mariæ nupta simul & immaculata, cõcipit nos uirgo de spiritu, parit nos uirgo sine gemitu, & quasi alij quidẽ desponsata, sed ab alio fecundata, per singulas sui partes quæ unam catholicam faciunt, præposito sibi pontifici uisibiliter iungitur, sed inuisibili spiritus sancti uirtute cumulatur. Vnde & bene Ioseph auctus interpretatur. Indicans nimirũ hoc uocabulo quod instantia magistris loquentis nil ualet, si non augmentum superni iuuaminis ut audiatur acciperit. Quod autem filium suum primogenitũ Mariæ peperisse describit, non iuxta Heluidiã nos accipiendũ est alios quoq; filios eam procreasse, quasi nequeat primogenitũ dici, nisi qui habeat fratres, sicut non unigenitus nisi qui caret fratribus solet appellari. Quia & testimonium legis, & aperta ratio declarat omnes unigenitos etiam primogenitos, non autem omnes primogenitos, etiam unigenitos posse uocari. Hoc est nõ solum esse primogenitũ post quem alij, sed omnem antequã nullus e uulua processerit. Deniq; quia omne masculinũ quod aperit uuluum sanctum domino uocari præcipitur, siue fratres sequantur siue non sequantur, quod primum de uulua nascitur, primogeniti est iure consecrandum. Verum altiori ratione dei filius in carne apparens, & iuxta diuinitatis excellentiam unigenitus à patre, & iuxta fraternã societate primogenitus est omnis creature. De hac dicitur, Nam quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, ut ipse primogenitus in multis fratribus. De illa autem, Et uidimus gloriã eius, gloriã quasi unigeniti à patre. Est ergo unigenitus in substantia deitatis, primogenitus in susceptione humanitatis. Primogenitus in gratia, unigenitus in natura. Inde est quod frater nuncupatur, et dominus. Frater quia primogenitus, dominus, quia unigenitus est. Et panis eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio, quia nõ erat ei locus in diuersorio. Quid retribuã domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Quid enim maior est omni laude, paruulus natus est nobis, ut nos uiri possimus esse perfecti. Qui totum mundũ uario uestit ornatu pannis uilibus inuoluitur, ut nos stolam primã recipere ualeamus. Per quẽ omnia facta sunt, manus pedesq; cunis adstringitur, ut nostrę manus ad opus bonum exerta, nostris sint pedes in uiam pacis directi. Cui cælum sedes est, duri præsepis angustia cõtinetur, ut nos per cælestis regni gaudia dilater. Qui panis est angelorũ, in præsepio reclinat, ut nos quasi sancta animalia carnis sue frumento reficiat. Qui ad dexterã patris sedet, in diuersorio loco eget, ut nobis in domo patris sui, multas mansiones præpararet. Quamuis hoc quod nõ in parentũ domo, sed in diuersorio & in uia nascitur, per significationẽ intelligi altius potest. Ipse nanq; ait, Ego sum uia, & ueritas,

Primogenitus.

Humilitas Christi.

& uita. Qui ergo per diuinitatis essentiam ueritas & uita permanet, per incarnationis mysterium uia factus est, qua nos ad patriam ubi ueritate & uita fruermur adduceret. Et pastores erant in regione eadem uigilantes & custodientes uigilias noctis supra gregem suum. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos, & claritas dei circumfulsit illos. Pulcherrima ratione Domino nato pastores uigilant, gregem suum ab insidijs noctis custodiẽdo defendunt. Ut uidelicet etiam per hoc ostendatur illud adesse tempus, quod uerus & solus bonus pastor olim promissit dicens, Ecce ego ipse requiram oues meas, & uisitabo eas sicut uisitat pastor gregem suum, & liberabo eas de omnibus locis in quibus dispersæ fuerãt in die nubis & caliginis. Et paulo post, Et suscitabo super ea pastore unum qui pascat ea seruũ meum Dauid, & cesare faciam bestias pessimas de terra, & cætera. Quæ mirabiliter à propheta prædicta, mirabilius à Domino uidemus impleta. Meminit & Micha propheta loci huius & temporis dicens, Et tu turris gregis nebulosa, filia Sion usq; ad te ueniet, et ueniet potestas prima regnum filia Sion. Turris quippe gregis quæ Hebraice turris Ader uocatur, mille circiter passibus à ciuitate Bethleem ad orientẽ distat, uaticinio sui nominis pastores hos multo ante demonstrans, ad quam usq; filia Sion angelicæ uidelicet potestates pastoribus apparendo uenerunt. Vigilent itaq; nato domino pastores supra gregem ouium suarum, significant eius dispensatione manifestata uigilatos in Ecclesia pastores animarum castarum. Quibus dicatur, Pascite enim in uobis est gregem dei. Bene autem uigilantibus pastoribus angelus apparet, eosq; dei claritas circumfulget. Quia illi præ cæteris uidere sublimia merentur, qui fidelibus gregibus præesse solliciti sciunt, dumq; ipsi pie super gregem uigilant, diuina super eos gratia largius coruscet. Aliter angelus Mariam, angelus Ioseph, angelus pastores instruit. Et concipiendum, & conceptum, & natum, cæli ciues dominum testantur, ut & mortales sufficienter imbuant, & suum auctori seruitium incessanter impendant. Nam & in sequentibus, tentato, passuro, resurgenti, atq; ad cælos ascendenti, semper adesse perhibentur. Et timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus, Nolite timere. Ecce enim euangelizo uobis gaudium magnum, quod erit omni populo. Non omni populo Iudæorum, quorum plurimi rebelles extitere, sed omni fidelium populo de cunctis tribubus gẽtibus & linguis in unam Christi Ecclesiam congregato, æternum gaudium Euangelizatur & magnum. Quia natus est uobis hodie saluator, qui est Christus Dominus, in ciuitate Dauid. Hæc est potestas prima, hoc regnum filia Sion, quod præfate prophetæ testimonio promissum est in turris gregis uenturum. Vbi notandum quod angelus qui in noctis uitique uigilijs pastores affatur, non ait hac nocte, sed

Pastorum uigilia.

Turris gregis.

Hodie non hodie natus est uobis saluator. Non aliam scilicet ob causam, nisi quia gaudium magnum euangelizare uenibat. Nam ubi tristitia quaeque notumis temporibus gesta uel gerenda significatur, sibi saepe nox uel adiungitur, uel etiam sola nominatur. Ut est illud, Omnes uos scandalum patiemini in me in ista nocte. Et alibi, Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac prius quam bis gallus uocem dederit, ter me es negaturus. Neque enim frustra angelus ratio lumine cinctus apparuit, ut claritas Dei pastores circumfulsisset, hoc est ex omni parte illorum radios luminis aspersisset dicatur, quod nunquam in tota testamenti ueteris serie toties angelis apparentibus adiungitur. Sed mystice premonuit, quod aperte postea monuit apostolus dicens, Nox praecessit, dies autem appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarum & induamur nos armamentis lucis, sicut in die honeste ambulemus. *Et hoc uobis signum. Inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in praesepe.]* Crebris infantia saluatoris & angelorum praeconijs, & euangelistarum nobis est inculcata testimonijs, ut nostris altius cordibus quid pro nobis sit factus infigatur. Quia uidelicet uulneratus est propter iniquitates nostras, & infirmatus est propter peccata nostra. Et notandum solertius, quod signum nati saluatoris datur, infantem non Tyrio exceptum ostro, sed pannis qualentibus inuolutum, non in ornatis auro stratorijs, sed in praesepe inueniendum. Hoc est non tantum humilitatis eum & mortalitatis, sed & paupertatis habitum suscepisse pro nobis. Quia cum diues esset, pauper factus est pro nobis, ut nos illius inopia ditaremur. Cum esset dominus caelorum, pauper factus est in terris, ut terrigenas edoceret paupertate spiritus regnum adquirere posse caelorum. *Et subito facta est cum angelo multitudo militum caelestis laudantium Deum & dicentium, Gloria in altissimis Deo, & in terra pax, hominibus bonae uoluntatis.]* Vno euangelizante nuncio natum in carne Deum, mox multitudo militum caelestis aduolans, consono in laudem creatoris ore prorumpit, ut & sui sicut semper obsequij deuotionem Christo impedit, & nos suo pariter instituat exemplo, quoties uel aliquis fratrum sacre eruditionis uerbis insonuerit, uel ipsi lecta siue audita quae pietatis sunt ad mentem reducerimus, deo statim laudes ore, corde & opere reddendas. Et bene chorus adueniens Angelorum militiae caelestis uocabulum accipit, qui & duci illo potenti in praelio, qui ad debellandas aereas potestates apparuit, humiliter obsecundat, & ipse potestates easdem contrarias ne mortales tantum tentare ualeant quantum uolunt, fortiter armis caelestibus proturbat. Nam sicut imperatoris optimi prouisione cuncta manu militari loca aduersus hostilem muniantur aduentum, ita & Deus quoniam immundi spiritus ad pacis euerfionem ubique uersantur, ad tutelam nostram constituit exercitus angelorum,

Signum nati saluatoris.

Chorus angelorum.

quorum praesentia et daemonum confringatur audacia, & nobis pacis gratia ministretur. Quia uero Deus & homo nascitur, iure hominibus pax, & Deo gloria canitur. Glorificant Angeli Deum pro nostra redemptione incarnatum, quia dum nos conspiciunt recipi, suum gaudent numerum repleti. Optant pacem hominibus, quia quos infirmos prius abiectosque despexerant, nascere in carne domino iam socios uenerantur, qui cum pacem hominibus poscunt, exponunt, & quibus, uidelicet bonae uoluntatis, hoc est eis, qui suscipiunt natum Christum, non autem Herodi, pontificibus, & Phariseis, caeterisque antichristis, qui eius natiuitate audita turbati sunt, eumque quantum ualere gladijs insecti. Non est enim pax impijs, dicit dominus. Pax autem multa diligentibus nomen tuum domine, & non est in illis scandalum. Quibus & hoc quod sequitur, aptissime congruit. Expectabam salutare tuum domine, hoc est uenturum Christi aduentum, longa uotorum praestolatione suspirabam. *Et factum est ut discesserunt ab eis Angeli in caelum, pastores loquebantur ad inuicem.]* Transeamus usque Bethleem & uideamus hoc uerbum quod factum est, quod fecit dominus, & ostendit nobis. Verba pastorum quam sint rationabilia, & pastoribus Ecclesiae digna, diligenter inspice. Vere enim quasi uigilantes non dixerunt, uideamus puerum, uideamus quid dicitur, sed uideamus uerbum quod factum est. In principio erat uerbum, & uerbum caro factum est. Verbum quod semper erat, uideamus quomodo pro nobis factum est, quod fecit dominus & ostendit nobis. Verbum hoc, ipsum se fecit: si quidem hoc ipsum uerbum, dominus est. Videamus igitur quomodo hoc ipsum uerbum, hoc est dominus ipse se fecerit, & ostenderit nobis carnem suam. Quod enim uidere non poteramus dum erat uerbum, uideamus factum quia caro est. Cui simile est, quod Ioannes ait, Quod fuit ab initio, quod auidimus, quod uidimus oculis nostris, quod prospeximus, & manus nostrae tractauerunt de uerbo uita, & uita manifestata est, & uidimus, & testamur, & adnunciamus uobis uitam aeternam quae erat apud patrem, & apparuit nobis. *Et uenerunt festinantes, & inuenerunt Mariam & Ioseph & infantem positum in praesepe. Videntes autem cognouerunt de uerbo, quod dictum erat illis de puero hoc.]* Festinant pastores Christi quem cognouere, tota mentis intentione uidere aduentum desiderant. Neque enim cum desidia, Christi est quaerenda praesentia. Et ideo fortē nulli quaerentes inuenire non merentur, quia desidiose Christum quaerunt. Ideo pastores isti sine mora inuenerunt, quia ad illum fide infixa currebant, ad quem festinanter ire est non pedum gressus accelerare, sed in fide semper ac uirtute proficere. Inuenerunt (inquit) Mariam et Ioseph & infantem positum in praesepe, Sed & dominici gregis pastores quo

Deo gloria, pax hominibus.

Cap. 6.

Videamus uerbum.

Pastorum festinatio.

crebrius ac suauius inter huius uitae tenebras caelesti ad tolluntur oraculo, eo feruentius sublimen patrum praecedentium uitam, in qua pax uitae semper & seruatur & reficit, quasi portus Bethleem contemplando subeunt, nihilque in hac aliud quam uirginalem catholicam ecclesiam pulchritudinem quasi Mariam: uirilem spiritualium doctorum coetum quasi Ioseph: & humilem mediatorum Dei & hominum, hominis Iesu Christi aduentum scripturae sacrae paginis insertum, quasi in praesepe positum infantem Christum prima uisione reperiunt. De quo uidelicet sanctarum scripturarum praesepe exitum illum animal & sacrosanctis hostijs aptissimum pascebatur, quod exultando proclamabat, Dominus pascat me, & nihil mihi deerit, in loco pascae ibi me conlocauit. Et paulo post, Parastrum in conspectu meo meam aduersus eos qui tribulant me. Videntes autem (inquit) cognouerunt de uerbo quod dictum erat illis de puero hoc, quia nimirum iusti est ordinis, ut cognita, amata, & honore digno celebrata uerbi incarnatione, ad ipsum quandoque uerbi gloriae contuendam capacioris longo exercitio mentis acumine pertingatur. *Et omnes qui audierunt, mirati sunt, & de his quae dicta erant a pastoribus ad ipsos.]* A pastoribus populus ad Dei reuerentiam cogitur. Non mediocre fidei tibi hoc uideatur exemplum, non uilis persona pastorum. Certe quousque uisior ad prudentiam, eo pretiosior ad fidem. Non sapientes sed simplices, qui fucare audita nescirent, dominus sui praecone elegerit, non rhetores, sed piscatores ad Euangelizandum destinati. Denique & in ueteri testamento, praecipuos quosque suae dispensationis nuncios pastores ordinauit. Protomartyr Abel qui innocua pastoralis officij conuersationem proprio sanguine dicauit, cuiusque in figuram dominice passionis sanguis clamat de terra, quasi doctissimus ac primus opilionum primitias gregum suorum domino deuotionis offerebat. Abraham pater fidei, qui exultauit ut uideret diem Christi, & uidit, & gauisus est, non auri metalla quibus sui cultui ornamenta conquireret, sed aquarum fontes quibus pecora potaret, in terrae uenis fodiendo quaerere describitur. Iacob duodecim tribuum pater bis denis annis in pascedis pecoribus aestu urebatur & gelu, quorum in figuram ueri pastoris habitum, ostensa in ter doctrinae salutaris aquas uirtutum suarum uarietate, statu sublimiore donabat. Legislator Moyses qui prius in typum ecclesiae septiformis foecores septem pascentes ab irruentium pastorum donec suas oues ad aquarum improbitate defendit, postmodum inter pascuas deserti Dominum uidere & alloqui atque in uirga pastorali signa facere ac populum Dei liberare promeruit. Ipse Dauid cuius Dominus noster uocari & esse dignatus est filius, arietem sui patris de manu uulsi uel leonis eripiens, ostendit eum de sua stirpe & ciuitate nasci-

Pastorum auctoritas.

10

20

30

40

50

60

turum, cui similis non est, eripiens in opem de manu fortioris eius, egenum & pauperem arapiens eum. Et ideo non est parui dudenda pastorum attestatio, qui tunc uigilare & angelicae exultationis hymnum audire meruerunt, quando relictis in deserto nonaginta nouem ouibus, ad requirendum ouem centesimam bonus pastor apparuit. Cuius semper aduentum totus fidelium grex desiderans implorat, Erraui sicut ouis quae perierat, require seruum tuum Domine. *Maria autem conseruabat omnia uerba haec, conseruens in corde suo.]* Quid uult hoc quod dicit, conseruens? Debit dicere, considerabat in corde suo, & conseruabat in corde suo, sed quia sanctas scripturas legerat, & sciebat prophetas, conferebat ea quae secum sunt acta de domino, cum his quae nouerat a prophetis scripta de domino, & conlata adinuicem cognouit instar caelestium Cherubim socia sui uultus luce concordia. Dixerat enim Gabriel, Ecce concipies in utero & paries filium. Praedixerat Esaias, Ecce uirgo concipiet & pariet filium. Praedixerat Michas filias Sion in turre gregis aduenturas, & potestatem primam tunc esse uenturam. Dicebant pastores supernae sibi ciuitatis in turre gregis apparuisse cohortes quae natum canerent Christum. Legerat Maria, Bos cognouit possessorem suum, & alius praesepe domini sui. Videbat in praesepe dei filium uagientem qui homines saluat ac iumenta. *Et in his singulis atque huiusmodi, conferebat quae legerat, & comparabat his quae audiebat & uidebat. Et reuersi sunt pastores glorificantes & laudantes deum in omnibus quae audierant & uiderant, sicut dictum est ad illos.]* Glorificat pastores & laudant Deum in omnibus quae audierant ab angelis, et uiderant in Bethleem, sicut dictum est ad illos, id est & in hoc glorificant quod non aliud uenientes inuenerant, quam dictum est ad illos: siue sicut dictum est ad illos, gloriam deo laudesque referunt. Et hoc enim illis facere dictum est ab angelis, non quidem uerbo imperantibus, sed formam suae deuotionis offerentibus, cum deo in excelsis gloriae unanimi exultatione resonarent. Nam & qui dicit, Euangelizo uobis gaudium magnum quod erit omni populo, ad glorificandum utique deum laudandumque prouocat. Sed & magistrum spiritualium gregum modo caeteris dormientibus contemplando caelestia subeunt, modo fidelium castra lustrando & probitatis exempla quaerendo circueunt, modo ad publicum pastoralis officij docendo redeunt, ut memoriam abundantiae suauitatis dei, quam raptim licet intuentibus gustauerant, praedicando proximis eruant.

Conferens in corde suo.

Cap. 3.

Circuncisionis ritus

Et postquam consummati sunt dies octo ut circumcideretur puer, uocatum est nomen eius Iesus, quod uocatum est ab angelo, priusquam in utero conciperetur.] Ritus & religio circuncisionis a beato Abraham patriarcha sumptis exordium. Qui cum positus adhuc in praepotio perfecte Deo credidisset, reputatumque

reputatumque ei esset ad iustitiam, signum accepit circumcissionis, signaculum iustitiae fidei, quae est in preputio. A quo etiam ut die circumcissionis nomen paruulis aptaretur, exortum est. Quia & ipse cum testamentum a deo circumcissionis acciperet, eadem prius die, cum sua coniuge nominis augmentum promeruit, ut qui eatenus Abraham, id est pater excelsus uocabatur, deinceps ob meritum fidei Abraham, hoc est pater multarum gentium nuncuparetur, Sara quoque, Sara diceretur. Erat autem circumcissionis typus ac figura multiformis. Nam & signaculum (ut dictum est) iustitiae fidei Abraham & semini eius, & indicium castigandi eos qui ad hoc semen hancque fidem pertinere, ab omni inquinamento carnis & spiritus, & prophetiam nascituri de hoc semine saluatoris, qui nos & in praesenti per baptismum ab omni mortiferae actionis pollutione mundaret, & in futuro per resurrectionem ab uniuersa mortis ipsius corruptione, in perpetuum liberaret, & praecipue donum remissionis, quod solueret a peccato preuaricationis Adae, per hanc id temporis ministrari, eidem gratiae legisque latori complacuit. Qui enim nunc dicit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest introire in regnum dei, ipse tunc dicebat, Masculus cuius praeputium caro circumcisa non fuerit, peribit anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit. Non pactum utique circumcissionis, quod non infans qui discernere necdum ualuit, sed maiores qui id seruare nouerant, poterant, debuerant, irritum fecerunt: uerum pactum quod cum primo homine deus inijt, quod omnis qui uel unius diei uitam gessit in terra, praeruaricasse conuincitur, atque in medio salutis aliquo opus habere non ignoratur. Nam qui uel ante tempora circumcissionis, uel etiam post data circumcissionem de exteris gentibus extiterunt fideles, ut ex eplarae patientiae Iob & amici liberique illius, siue uictimis hostiarum, se suosque ab originali peccato, seu certe sola fide saluabant quia iustus ex fide uiuit, et sine fide impossibile est placere deo. Verum his atque huiusmodi remedijs egent, qui de peccati traduce propagati in iniquitatibus concepti & in delictis sunt nati. Redemptor autem noster, qui ut peccata mundi tolleret, sine peccato uenit in mundum, sicut suo baptismate nobis remedia procurauit, id est nostris abluendis sceleribus aquarum quae subijt lauacra consecrauit, ita etiam circumcissione quam suscepit, non sua quae nulla erant admittenda purgauit, sed nostrae in se naturae uetustate docuit in nouandam, & nunc uidelicet eam per se a uitio rum labe purgandam, & in nouissima die significans ab ipsa multifariae mortalitatis ac mortis peste penitus esse restauranda. Vnde congrue Iesus octaua die circumciscus asseritur, quod non facile in ueteri testamento de quoquam legitimus actum, quamuis sepius de omnibus iustum, absque solo duntaxat Isaac, qui quasi filius pro-

missionis primus octaua die circumcissionem accepisse perhibetur. Bene in qua Iesus octaua die circumciditur, Quia uidelicet utraque haec nostra quam praediximus, hoc est & moderna & futura, & spiritus et carnis inuolutio, et in eius resurrectione praefigurata, & in nostra est quadoque perficienda. Si quidem de prima nostra resurrectione, quae interim uitae & fidei emendatione celebratur Apostolus ait, Quicumque enim baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus, ut quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitae ambulemus. De secunda autem quae in fine spectatur, ita dicit, Si enim credimus quod Iesus mortuus est & resurrexit, ita & deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo. Octauum autem numerum, resurrectionis gloriae conueniunt re pene omnibus claret. Nam & dominus octaua die, hoc est post septimam sabbati resurrexit, & ipsi post sex huius saeculi aetates & septimam sabbati animarum, quae nunc interim in alia uita geritur, quasi octauo tempore surgemus, tunc uerissime circumcisi, hoc est ab omnibus carnalis concupiscentiae uitijs & corruptionibus, in quibus maxime luxuria regnat, expoliati, uerissime praeputium incisi. Quia sicut dominus ait, filij saeculi huius nubunt, & traduntur ad nuptias. Illi autem qui digni habebuntur saeculo illo, & resurrectione ex mortuis, neque nubent, neque ducent uxores, neque enim ultra mori poterunt, aequales enim angelis sunt, & filij sunt dei, cum sint filij resurrectionis. Vocatum est (inquit) nomen eius Iesus, quod uocatum est ab angelo priusquam in utero conciperetur. I. Iesus, saluator interpretatur, cuius nominis etiam fideles & electi quique, in utraque sua de qua satis dictum est circumcissione, participes existere gaudent, ut sicut a Christo Christiani, ita etiam a Salvatore saluati nuncupentur, nunc quidem spe salui facti per fidem, tunc autem re ipsa per uisionem gloriae, quae est in Christo Iesu domino nostro, quod illis a deo uocabulum non solum priusquam in utero ecclesiae per fidem conciperentur, sed etiam ante tempora saecularia uocatum est. Cuius sacrosancti nominis non tantum etymologia, sed & ipse quem literis comprehendit numerus, perpetua nostrae salutis mysteria redolet. Sex quippe literis, apud graecos scribitur in nouis, uidelicet $\iota, \kappa, \chi, \sigma, \epsilon, \nu, \rho$, quarum numeri sunt $x, \& viii, \& cc, \& lxx, \& cccc, \& cc$, qui sunt simul, $dccclxxxviii$. Qui profecto numerus quia figurat resurrectionis adgaudeat, satis est supra tractatum. Nam quod octo simpliciter posita, hoc & per eadem decem, siue centum multiplicata significant. Vel certe perfectorum cumulatio numerorum, firmitatis indicium esse credendum est. Possimus & ita dicere, quod nomen Saluatoris octo absoluta contineat, quia resurrectionis in se exemplum mortalibus octaua die resurgendo praestiterit. Contineat & decuplata, quia decalogus legis quomodo

Octauo cur die circumciscus.

10

20

30

40

50

60

Pactum domini.

Circumciscio ne non eguit Christus.

Iesus.

Saluati.

Iesus quem numerum exprimat gregis.

Cultris petris cur circumciscio fiebat.

quomodo debeat impleri suae nos resurrectionis figuris instituerit pariter & iuerit. Ut quomodo ipse surgens a mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur, ita & nos exiistimemus nos mortuos quidem esse peccato, uiuentes autem Deo in Christo Iesu. Contineat etiam centies ducta, quia gloria suae resurrectionis ostensa, quae nos in futurum sequatur retributio portederit. Centenarius namque numerus qui post tot in laua cursum numerorum, primus dexteram petit, illius nimirum saeculi gaudijs figurandis aptissime congruit, quando nouissima inimica, destruetur mors, quado nos qui uiuimus, qui relinquitur, simul rapiemur cum illis qui resurrexerint in nubibus obuiam domino in aera, & sic semper cum domino erimus. Vnde pulchre in typum omnium electorum, primus promissionis filius & centenarius patre natus ac circumciscus, & secundum domini praedictum Isaac, quod risum siue gaudium sonat, est appellatus, illius per omnia temporis dexteram felicitatem praefigurans, de quo dominus ait: Iterum autem uidebo uos, & gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollet a uobis. Verum quia de circumcissione sermo est, libet inquirere quare Moses ipse qui legem circumcissionis & patribus a deo data & sibi toties inculcatam refert, toto ducatus sui tempore neminem circumcidi uoluerit, praeter unum solummodo filium suum, quem mater arrepta petra acutissima ne a domino feriretur circumcidit, sed omnes qui in eremo nati sunt, a Iosue circumcidendos reliquerit, morem uidelicet diuinitus imperatum, quadringentis & sex annis obseruatum, & auita sibi successione contraditum, annis quadraginta continuis intermittens. Nequaquam hoc frustra, sed magno mysterio factum crediderim. De quo saluo maiorum intellectu, dicam breuiter ipse quod sentio. Moyses circumcissionem praedicat, sed Iosue perficit, quia lex per Moysen data est, gratia autem & ueritas per Iesum Christum facta est. Nihilque prodest litera iubens, nisi adfuerit gratia iuuans. Moyses praedicante praeputium crescit, quia sicut Apostolus ait, ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati. Et alibi, Vsq; ad legem enim, peccatum erat in mundo. Peccatum autem non imputatur, cum lex non est. Eriterum, Lex autem subintrauit, ut abundaret delictum. Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces. Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Sed Iosue populo in terram respirationis inducitur, praeputium quod Moyses uiuente adcreuerat, cultris petris incidit. Quia ubi abundauit peccatum, superabundauit gratia. Nam quare petris ad circumciscendum Iosue cultris utatur, intelligit qui legit, quia petra erat Christus, & super hac (inquit) petram

Centenarius dexteram petit.

10

20

30

40

50

60

aedificabo ecclesiam meam. Quod enim impossibile erat legis in quo infirmabatur per carnem, deus filium suum mittens in similitudine carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, ut iustificatio legis impleteretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Haec autem Christi gratia, non solum noui testamenti fideles iustificat, uerum quicumque in lege perfecti fuerint, non ex operibus legis, sed eadem Christi in carne uenturi gratia sunt salui facti per fidem. Et hos populus a Iosue circumciscus, illos Moysi filius designat, qui cum legis seueritate coacti discerent Christi gratiam flagitare, quasi impendentem domini gladium, petra circumcissionem uitabant, Petro adstante qui de iugo legis loquens ait: Quod neque patres nostri, neque nos posuimus portare, sed per gratiam domini Iesu credimus saluari, quemadmodum & illi. Et Psalmista, qui quasi carcerali legis custodia conclusus, & uiam eandem nullam nisi in gratia Christi reperiens, exclamat, Dum anxietur cor meum, in petra exaltasti me. Deduxisti me quia factus es spes mea, turris fortitudinis a facie inimici. Nemo sane cum circumcissionem praedicari audierit, unius solum membri continentiam autumet imperari, quasi uel a fornicatione tutum, uel licito matrimonio temperanter utantem, uel uirginitate gloriosum existere, absque aliarum uirtutum adiectione sufficiat, & non omnium potius quos corde uel corpore gestamus sensuum castigatorem praecipere. Nam & Moyses mundissima de uerba suscipiens, in circumciscum se labijs esse quarebatur, & Stephanus Iudaeis non credentibus, Incircumcisi, inquit, cordibus & auribus, uos semper spiritui sancto restitistis. Ille itaque uera circumcissione mundatus est, qui obrurat aures suas ne audiat sanguinem, & claudit oculos ne uideat malum, qui custodit uias suas ne delinquat in lingua sua, & attendit sibi ne grauetur cor eius in crapula & ebrietate, qui donec superest halitus in eo & spiritus dei in naribus eius, non loquitur labijs iniquitatem, qui lauat inter innocentes manus suas, & ab omni uia mala prohibet pedes suos, qui super omnia castigat corpus suum & seruituti subijcit, omnique custodia seruat suum cor, quonia ex ipso uita procedit. Ille uero post circumcissionem, Hierusalem ad laus & domino oblatum est, qui iuxta eum qui dicit, Declina a malo et fac bonum, postquam desit a peccatis, bonis coepit operibus abundare. Qui dicere potest, Oculi mei semper ad dominum, & circumibo altare tuum domine, ut audiam uocem laudis tuae. Qui dicit, Christi bonus odor sumus deo, et leuauimus manus meas ad mandata tua, & conuertimus pedes meos in testimonia tua. Qui siue manducat, siue bibit, siue aliud quid agit, omnia in gloria dei facit, & dicit, Quae dulcia faucibus meis eloquia tua. & ad extremum, Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum uiuum. Sed & ipsa bona actio sua quae in abscondito

Circumciscio diuersa.

Circumciscio non unius tantum membri.

abscondito est, circumcissione non minus indi-
 get, ut cum ieiunio, oro, elemosynam facio, glo-
 riam intrinsecus quaram. Nam si in angulis pla-
 tearum stes, faciē demolior, tuba ante me cano
 ut uidear, et lauder ab hominibus, foris quidem
 circumcissus appareo, sed immundus in corde per-
 manens, poenas insuper simulate sanctitatis in-
 curro. In exemplum uidelicet Sichemitarū qui
 cum patriarcharum circumcissionem uideretur
 imitari, quia non ob domini testamentū, sed ob
 causam fecere luxuriā, nō modo nō acquiescere
 mercedis, uerum tertia die quādo grauisimus
 uulnerū dolor est, inter suā ciuitatis perire uir-
 tias. Tales namq; obliuī propheticae monitionis,
 Circumcidimini Domino & auferte praeputia
 cordium uestrorū, ubi tempus resurrectionis
 ingruerit, euacuatis quibus confidebant uirtu-
 tibus, in mortem mittentur aeternam. Quapro-
 pter & apostolus absconditā corde circumcissio-
 nem sedulo commendat, cuius laus non ex ho-
 minibus, sed ex deo est. Et postquam impleti sunt dies
 purgationis eius secundum legem Moysi, tulerunt illum in
 Hierusalem, ut sifterent eum domino. Decretum qui-
 dem legis erat, paruulum post tricesimum mē-
 tium circumcissionis diem ad templum domini
 deferri, dariq; hostiam pro eo, primogenitum
 autem masculum, sanctum domino fieri. Mysti-
 ce sicut diximus insinuans, neminē nisi circum-
 cissum uitijs, dominicis dignum esse conspectu-
 bus, neminem nisi mortalitatis nexibus abolu-
 tum, supernae ciuitatis gaudia perfecte posse su-
 bire. Quia non habitauit (inquit) iuxta te mali-
 gnus, neq; permanebunt iniusti ante oculos tu-
 os. Et apostolus, Caro & sanguis, regnum Dei
 non possidebunt. Neq; corruptio, in corrupte-
 lam possidebit. Verum si legis ipsius uerba dili-
 gentius inspexeris, profecto reperies quā non
 solum dominus incarnatus, quantum a peccati
 contagione tantum a conditione legis fuerit li-
 ber, quam ob hoc magis suscipere dignatus est,
 ut & eam sanctam iustam ac bonam esse proba-
 ret, & nos ab eius seruitute ac timore, fidei gra-
 tia liberaret, sed etiam ipsa dei genitrix sicut ab
 admixtione uirili, sic et a legali sit iure immunis.
 Dicit enim Moyses, Mulier si suscepto semine
 pepererit masculum, immunda erit septem die-
 bus iuxta dies separationis menstruae, & die o-
 ctava circumcidetur infans. Ipsa uero, trigin-
 tatribus diebus manebit in sanguine purifica-
 tionis suae. Omne sanctum non tanget, nec in-
 gredietur sanctuarium, donec implerentur dies
 purificationis suae, & caetera quae ad ritum pari-
 entis pertinentia sequuntur. Nota ergo quod
 non omnis mulier pariens, sed ea quae suscepto
 semine pepererit designatur immunda, ritūq;
 legis docetur esse mundanda, ad distinctionem
 uidelicet illius, quae uirgo concepit & peperit
 filium, & uocauit nomē eius Emmanuel, quod
 est interpretatum nobiscum Deus. Non ergo
 filius qui cum homine deus est, non mater quae

spiritu sancto operante peperit, uicinis hostia-
 rum quibus purgaretur indigebat, sed ut nos a
 legis uinculo solueremur, sicut Dominus Chri-
 stus, ita & beata semper uirgo Maria legi est
 sponte subiecta. Sicut scriptum est in lege Domini,
 Quia omne masculinum adaperiens uuluum, sanctum domi-
 no uocabitur. Quod dicit, Omne masculinum
 adaperiens uuluum, & hominis & pecoris pri-
 mogenitum significat, quod utrunq; sanctum
 domino uocari, atq; ideo sacerdotis esse praece-
 ptum est. Ita duntaxat, ut pro hominis primo-
 genito precium acciperet, & omne animal im-
 mundum redimi faceret. Cuius (inquit) redem-
 ptio, erit post unū mensem siclis argenti quinq;
 Vbi saluo subtiliore tractatu breuiter intiman-
 dum, quod illa omnia primogenita, uel figura
 fuerint eius qui cum unigenitus esset dei filius,
 primogenitus fieri dignatus est omnis creatu-
 ra, uere & singulariter sanctus Domino, quia
 peccatū non fecit, nec inuentus est dolus in ore
 eius, uel certe nostrae fuerint deuotionis indicium,
 qui omnia bonae actionis initia, quae quasi
 corde gignimus, domini gratiae deputare, male
 autem gesta redimere debeamus, dignos uide-
 licet poenitentiae fructus pro singulis quinq; cor-
 poris uel animae sensibus offerentes. Itaq; quod
 ait adaperiens uuluum, consuetudine naturae mo-
 re loquitur. Non quod Dominus noster sacri-
 uentris hospitium quod ingressus sanctificarat,
 egressus de uirginali credendus sit, iuxta ha-
 reticos qui dicit beatam Mariam uirginē usq;
 ad partum, non uirginem esse post partum, sed
 iuxta fidem catholicam clauso uirginis utero,
 quasi sponsus, suo processisse de thalamo. De
 quo pulchre propheta, Et conuerti me (inquit)
 ad uiam portae sanctuarij exterioris, quae respi-
 ciebat ad orientem, & erat clausa, & dixit domi-
 nus ad me, Porta haec clausa erit, non aperietur,
 & uir non transiet per eam, quoniam dominus
 Deus Israel ingressus est per eam, eritq; clausa
 principi, princeps in ea sedebit, ut comedat pa-
 nem coram domino. Quamuis possit etiā my-
 stice designari, nullum preter dominum eccle-
 siae uirginis uterum per aquam & spiritum san-
 ctum ad generandos Deo filios posse referare,
 ideoq; hunc masculum incomparabili dignita-
 te domino sanctum uocari. Et ut darent hostiam se-
 cundum quod dictum est in lege domini par turturū, aut du-
 os pullos columbarum. Dicitum est in lege, ut pro
 infante si masculus sit (ut praedixi) quadragesi-
 mo, si foemina, octogesimo die natiuitatis, agn^o
 anniculus immaculatus in holocaustum, et tur-
 tur siue pullus columbinus offerretur pro pec-
 cato. Si autē non inuenerit (inquit) manus eius
 nec potuerit offerre agnum, sumet duos turtu-
 res uel duos pullos columbae, unum in holocau-
 stum, & alterum pro peccato. Dominus ergo
 Christus Iesus cum diues esset, pauper fact^o pro
 nobis, pauperem pro se hostiam uoluit dari. Ut
 uidelicet una sua paupertate nos & hic diuites
 in fide, &

Sanctus do-
mino singu-
lariter.
Christus.

Virgo post
partū Ma-
ria.

Pauper fact^o
et us domi-
nus.

Circūcisio
mystice.

Maria nō
obligaba-
tur purgati-
o.

Immunda
quae sit.

Ouis &
turtur.

Compun-
ctio du-
plex.

Columba.

Columbae
turturisq;
differētia.

in fide, & illic faceret haeredes regni, quod re-
 promissit deus diligētibus se. Moraliter autem,
 siue fortia quis opera seu creauerit infirma, quae
 masculi ac foeminae uocabulo distinguuntur, ut
 haec legitime Domino ualeant consecrari, ouem
 necesse est innocentię, & turturē pariter siue
 columbam compunctionis offerat. Quia enim
 uolucres haec pro cantu gemitus habent, non im-
 merito lacrimas humilium designant, quibus
 plurimum in ipsis etiam bonis operibus indige-
 mus. Quia & si bona esse quae agimus nouerim^{us},
 qua tamen distractione a domino exami-
 nanda, qua a nobis perseverantia sint consum-
 manda, nescimus. Qui uero diuitias uirtutum
 non habendo, de quibus ad Corinthios aposto-
 lus ait, Quia in omnibus diuites facti estis in il-
 lo, in omni uerbo & in omni scientia, agnum ui-
 tae innocuae in actu uirtutum grege non in-
 uenerit, duos saltem turtures, aut duos colum-
 ba pullos offerat, hoc est ad lacrimarum flagi-
 tanda suffragia confugiat. Et bene duos, unum
 pro peccato, & alterum in holocaustum. Holo-
 caustum namq; totum incensum dicitur, quia
 duo sunt nimirum genera compunctionis. De
 uo namq; sitiens anima prius timore compun-
 gitur, post amore. Prius enim sese in lacrimis
 afficit, quia dum malorum suorum recollit, pro
 his perpeti supplicia aeterna pertimescit. At ue-
 ro cum longa mororis anxietate fuerit formi-
 do consumpta, quaedam iam de praesumptione
 uenit securitas nascitur, & in amore caelestium
 gaudiorū animus inflammatur. Contemplatur
 etenim mens qui sint illi angelorum chori, quae
 ipsa societas beatorū spirituum, quae maiestas
 aeternae uisionis dei, et amplius plāgit, quia a bo-
 nis perēnibus deest, quā flebat prius cum ma-
 la aeterna metuebat. Qui ergo prius flendo ne
 duceretur ad supplicium, turturē pro pecca-
 to offerebat, de altero facit holocaustum, cum
 postmodū flere amarissime incipit, quia differ-
 tur a regno. Columbā pro peccato offert, qui
 laborat in gemitu suo, lauat per singulas noctes
 lectum suum, hoc est per singulas pulsantis cul-
 pa tenebras opera sua bona, in quib^o requiesce-
 re debeat, lacrimis abluere non cessat. Colum-
 barum pullos in holocaustum ferūt, qui patriae
 caelestis absentiam desolentē aiunt. Super flumi-
 na Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum re-
 cordaremur tui Sion. Sicut enim columbae su-
 per fluenta residere delectatur, ut accipitris ad
 uentum umbrae cursu per aquas prauidere si-
 milis & euadere queant, sic profecto sic animae
 pauperū spiritu fluctus saeculi mente transcen-
 dentes, quo plura in hac Babylone qua suis ge-
 mitibus pascitur, maligni hostis exempla cons-
 piciunt, eo crebriores ad aeterna sui desiderij
 pennas sustollūt. Hoc sane inter turturis & co-
 lumbae significantiā distat, quod columba quae
 gregatim conuersari uolare, & gemere consue-
 uit, aeternae uitae frequentiam demonstrat. De

qua dicitur, Multitudinis autē credentium, erat
 cor & anima una, nec quā eorum quae pos-
 sidebant, aliquid suum esse dicebat, sed erant il-
 lis communia omnia. Turtur uero qui singu-
 laritate gaudet, adeo ut si coniugem casu perdi-
 derit, solus exinde permaneat, speculatiuae uite
 culmina denunciat, quia & paucorum est ista
 uirtus, & his singillatim attributa. Solus Esaias
 dominum exercituum uidet, laudes Seraphim
 contemplatur, & quia male tacuerit, quasi tur-
 tur singularis ingemit. Moyses pauente procul
 populo solus ascendit ad dominum, & ne idem
 populus feriat, lacrimosis precibus impetrat.
 Solus fugientibus focijs, Daniel inter angelos
 remanet. Solus Ezechiel quadrigas Cherubim,
 & supernae ciuitatis aedificia celsa miratur. So-
 lus Paulus ad delicias paradisi, & uisenda caeli
 tertij secreta raptatur. Item cum intrans cubicu-
 lum clauso ostio oro patrem in abscondito, tur-
 turem offero. At cum eiusdē operis compares
 quero, canendo cum propheta, Venite adore-
 mus & procidamus ante Deum, ploremus co-
 ram Domino qui fecit nos: columbas ad altare
 deporto. Et quia aequae utraq; cōditori accepta
 est hostia, cōsultē Lucas utrum turtures an pul-
 li columbarum pro domino sint oblati, non dixit,
 ne unum alteri uiuendi ordinem praefere-
 ret, sed utrumq; sequendum, utrumq; diuinis culti-
 bus doceret offerendum. Igitur quia de purga-
 tione longior se sermo protraxit, quid ipse die-
 rum purgationis numerus contineat mysterij,
 & quare idē in foeminae genitricae purgatione
 geminari sit uisus, in Leuitico congruentius ex-
 planabitur. Et ecce homo erat in Hierusalē, cui nomen
 Simeon, & homo iste iustus & timoratus, expectans conso-
 lationem Israel, & spiritus sanctus erat in eo. Nato in
 carne domino, non solū Angeli de caelis, sed &
 omnis aetas mortalium, & uterq; sexus testimo-
 nium reddit. Decebat enim omnium saluatore
 sicut uenturum in carne, omnium toto saeculo
 tempore fidelium facto uel dicto praesagari, ita etiam
 uenientē communi omnium laude praedi-
 cari, impleta prophetia quae dicit, Laudate do-
 minum de caelis, & caetera usq; quo ait, Iuuenes
 & uirgines, senes cum iunioribus laudent no-
 men Domini, quia exaltatū est nomen eius so-
 lius. Confessio eius super caelum & terram. Iu-
 stus inquit & timoratus, quia difficile iustitia si-
 ne timore custoditur. Non illum dico timorem
 qui sub lege poenalis temporalia bona sibi sub-
 trahi perhorrescit, quem perfecta dilectio foras
 mittere consueuit, sed timorē domini sanctum
 qui permanet in saeculum saeculi, quo iustus de-
 um suum quanto ardentius diligit, tanto soler-
 tius offendere cauet. Et responsū acceperat ab spiri-
 tu sancto non usurum se mortē, nisi prius uideret Christum
 domini, & uenit in spiritu sancto in templum. Videlo-
 cutiones scripturarū, mortē uideri dixit. Quo-
 modo uidetur quibus ue oculis, quae uentendo
 ipsos oculos claudit, ne aliquid uideant. Sed ui-

Sexus uter-
que et aetas
omnis atte-
statur do-
mino.

Timoratus
qui iustus.

Mors quo-
modo uide-
atur.

deri mortem, experiri significat. Multumq; felix mortem uidebit carnis, quicumq; Christum domini prius oculis cordis uidere fategerit, conuersationem habendo in caelesti Hierusalẽ, templi dei limina frequentando, hoc est pia sanctorum in quibus dominus inhabitat exempla secundo, suspirando cum Psalmista, Vnam petij à Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo domini omnibus diebus uitæ meæ, ut uideam uoluntatem domini. Sic enim & ipse uerbu dei in manibus accipere, et fidei charitatisq; sue brachijs merebitur amplecti. Quod autem ait, Et uenit in spiritu in templu, significat eum eadem spiritus gratia, qua olim uenturum precognouerat, etiam nũc uenientẽ & iam iamq; à se uidendũ cognouisse saluatorem. Et cum inducerent paerum Iesum parentes eius ut facerent secundum consuetudinẽ legis pro eo & ipse accepit eum in uulnas suas.] Magna quidem domini potentia, sed non minor claret humilitas, ut qui caelo terraq; non capitur, grandæui hominis gestetur totus in uulnis. Sed & tropice accipit Simeon Christum, ueteranus infantem, ut doceat nos exuere ueterem hominem qui corrumpitur cum actibus eius, & renouatos spiritu mētis nostræ induere eum qui secundũ deum creatus est in iustitia & sanctitate & ueritate, hoc est deponentes mendacium loqui ueritatẽ, & cætera quæ ad noui hominis statum pertinet, ore, corde, & opere perficere. Accipit senior iustus secundum legem & timoratus puerũ Iesum in uulnas suas, ut lignificet iustitiam operum quæ ex lege erat (Quis enim nesciat, opera per manus & brachia solere figurari?) humili quidẽ, sed salutarĩ fidei euangelicę gratia mutandam, Accipit senior infantem Christum, ut insinuet hoc sæculũ quasi senio iam & longæua ætate defessum ad innocentiam & (ut ita dixerim) infantiam Christianæ conuersationis rediturũ, & sicut aquilæ iuuentutem illius esse renouandam. Et benedixit matrem, & dixit, Nunc dimittis seruum tuum domine, secundũ uerbum tuum in pace.] Vides non solum noui sed & ueteris testamenti iustos spe future uiræ desiderium habuisse dissolui à corpore, immo pacis uiam deputasse sarcinam deponere terrestre, utpote qui se in sinu Abrahæ requiem non dubitarent habituros esse perpetuam. Deniq; & Idithun, hoc est transilitor cupiditatu secularium, postquam multa diu tacitus mundi mala contemplatus interna secũ cordis meditatione calculit, eadem locutus in lingua sua. & quid inuis egerit promens, Notum, inquit, mihi fac domine finem meum, & numerum dierum meorum quis est, ut scia quid desit mihi. Ecce ueteres resposuisti dies meos. Quibus absq; dubio uerbis aperit quàm maximum se presentium calamitatum naturũ speret in sine solatium, quem tantisper aduenire desiderat. Quia uiderunt oculi mei salutare tuum, quod paraisti ante faciem omnium populorum.] Beati oculi qui uident, quæ Simeon ui-

In spiritu uenit in templum.

Humilitas domini.

Tropice.

Pacẽ futuræ uitæ optant iusti.

Idithun.

Oculi beatorum, qui.

dit, beati qui non uiderunt, & crediderunt. Illud ipsum, inquit, quod omnibus post modum gentibus populis & linguis mente ac fide conspicendum paraisti, spe ac dilectione querendum prauidisti, ipse diu desideratum nunc & carnis & cordis oculis tuum salutare contemplor. Lumen ad reuelationẽ gentium, & gloriã plebis tuæ Israel.] Lumen quidem utriq; populo salutare Dei, id est Christus à deo patre paratur. Qui tantũ gloria magis Israel, cui diu speratus, & ex quo prænunciatus aduenit, gentiũ uero dicitur esse reuelatio, quarum mentis oculos profunda iam cæcitate demersos, neq; ulla spe aduentus domini erectos, ipse uisitare, pariter reuelare atque illustrare dignatus est. Et bene reuelatio gentium, Israelis gloriæ præfertur, quia cum plenitudo gentium introierit, tunc omnis Israel saluus fiet. Quomodo & Psalmista cum diceret, Notum fecit dominus salutare suum ante conspectum gentium reuelauit iustitiã suam, subiunxit atq; ait, Memor fuit misericordię suæ Iacob, & ueritatis suæ domui Israel. Et erat pater eius & mater, mirantes super his quæ dicebantur de illo, & benedixit illis Simeon.] Patrem saluatoris appellat Ioseph, nõ quo uere iuxta Fotinianos pater fuerit eius, sed quo ad famam Mariæ conseruandam pater sit ab omnibus æstimatus. Neq; enim oblitus Euangelista, quod eam de spiritu sancto concepisse & uirginẽ peperisse narrarit, sed opinionem uulgi exprimens quæ uera historie lex est, patrem Ioseph nuncupat Christi. Quamuis & eo modo pater illius ualeat dici, quo & uir Mariæ recte intelligitur sine cõmixtione carnis ipsa copulatione coniugij, multo uidelicet coniunctius quàm si esset aliunde adoptatus. Neq; enim propterea non erat appellandus Ioseph pater Christi, quia nemo eum cõcumbendo genuerat, quando quidem recte pater esset etiam eius, quem non ex sua coniuge procreatum alicubi adoptasset. Et dixit ad Mariã matrem eius, Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur.] Bene in resurrectionem, quia lumen est, quia gloria plebis Israel, quia dicit, Ego sum resurrectio & uita, qui credit in me, etiã si mortuus fuerit uiuet, & omnis qui uiuit & credit in me, non morietur in æternum. Quomodo autem in ruinã, nisi quia & lapis offensionis est, & petra scadalit id est ruinæ his qui offendunt uerbũ, nec credunt. De quibus ipse dicit, Si nõ uenissem & locutus eis fuisset, peccatum non haberent. Nunc autem, excusationem non habent de peccato suo. Qui non in seipso tantũ, sed in suis quoq; prædicantibus in ruinam positus est, resurrectio nemq; multoru, testante apostolo qui ait, Christi bonus odor sumus Deo in his qui salui fiunt, & in his qui percunt. Qui enim prædicante Apostolo uerbum quod audit amando sequitur, bono odore resurgit & saluatur. Qui odiendo insequitur, eodem ipso bono odore corrumpitur & moritur.

Lumen.

Gentium reuelatio.

Pater Christi Ioseph.

In resurrectionem.

In ruinam.

Signum cui contradicetur.

Gladus quem passa Maria.

Annæ præconia.

Octoginta quatuor.

moritur. Signum autem cui contradicetur, fidem dominicæ crucis accipe. De qua apostolo Paulo dicit Iudæi, Nam de seclã hac nouum est nobis, quod ubiq; ei contradicetur. Et Apostolus ipse, Nos enim (inquit) prædicamus Iesum Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiã. Et tuam ipsius animam pertransiet gladius.] Nulla docet historia beatam Mariam ex hac uita gladij occisione misgrasse, præsertim cum non anima, sed corpus ferro soleat interfici. Vnde restat intelligi gladium illũ de quo dicitur, Et gladius est in labijs eorum, hoc est dolorem dominicæ passionis, eius animam pertransisse. Quæ & si Christũ utpote dei filium sponte propria mori, mortemq; ipsam nõ dubitaret esse deuiturũ, ut sua tamen carne procreatum non sine doloris affectu potuit uidere crucifigi. Nam & ferrum quod animam Ioseph pertransisse canitur, nullum melius quàm dura tribulatio mentis intelligitur. Ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes.] Incertum erat quondam, qui Iudæorum gratiam Christi quam uenturã utiq; nouerant recipere, qui autem respucere mallent. At eius natuitate audita reuelatis mox cordium cogitationibus Herodes Rex turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Pastores cum timore & gaudio Deo laudem resonant, hominibus pacis nunciũ pandunt. Eius doctrina & uirtute diffamata alij ad eum quasi magistrum ueritatis cõfluunt, alij ab eo quasi seductore refugium. Eius signo crucis erecto, hi quasi iuste morti datũ blasphemates irident, illi quasi uita auctore mori acriter dolent. Sed & usq; hodie, & usq; ad cõsummationẽ sæculi præsentis ecclesiæ animã gladius durissime tribulationis pertransire nõ cessat, cum signo fidei ab improbis cõtradici, cum audito Dei uerbo multos cum Christo resurgere, sed plures à credulitate ruere gemebunda pertractat. Cum reuelatis multoru cordiũ cogitationibus, ubi optimum euangelij seuit semen, ibi zizania uitiorum uel plus iusto præualere, uel etiam quod dictu graue est, sola germinare ac regnare cõspicit. Et erat Anna prophetissa, filia Phanuel de tribu Aser, hæc processerat in diebus multis, &c.] Iuxta historiã deuotæ conuersationis, & uenerandæ pariter ætatis, dignaq; per omnia quæ domino incarnato testimonium ferret, Anna fuisse docetur. Iuxta intellectum uero mysticũ, quia ecclesiã significat, quæ in præsentĩ quasi sponsa Domini sui est morte uiduata, numerus etiã annorum uiduitatis eius, tempus ecclesiæ designat, quo in corpore constituta, peregrinatur à domino, magna q; deuotionis affectu caelestis templi limina seruans, cotidianũ illum domini, præstolatur aduentum. De quo dicit, Veniemus & mansionẽ apud eum faciemus. Septies quippe duodeni, octoginta quatuor faciunt. Et septẽ quidẽ ad huius sæculi cursum, qui diebus septẽ uoluitur, Duodecim uero ad perfectionem do-

ctrinæ apostolicæ pertinet. Ideoq; siue uniuersalis ecclesia, seu quælibet anima fidelis quæ totum uitæ suæ tempus apostolicis mancipare currat institutis, quali septem per duodecim multiplicare, & typicis octoginta quatuor annis domino seruire laudatur. Sicut etiã tempus septẽ annoru, quo cum uiro suo manserat, dominicæ incarnationis tempori decentissime congruit, Septenarioq; nanq; (ut dixi) numero, perfectio solet tẽporis indicari. Sed ibi propter dominicæ priuilegiũ maiestatis quo in carne uersatus docuit, simplex septẽ annoru est numerus expressus. Hic ob Apostolicæ culmen dignitatis, septẽ anni per duodecim multiplicantur. Arridet autem ecclesiæ mysterijs quod Anna & gratia e-

Anna, Phanuel, dei dicitur, cũ psalmographo decantans, Signatum est super nos lumen uultus tui domine. Et de tribu Aser, hoc est beati, descendit, qui inter patriarchas duodecim ordine nascendit est octauus. De quo numero quia nouo testamento sit facer, crebrius est inculcatũ. Et hæc ipsa superueniens confitebatur domino, & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptorem Hierusalem.] Prophetauit Simeon, prophetauerat copulata cõiugio, prophetauerat uirgo, debuit etiã uidua, ne aliqua aut professio de esset aut sexus. Et ideo Anna & stipendijs uiduitatis & moribus talis inducitur, ut digna plane fuisse credatur, quæ redemptorẽ uenisse omnium nunciaret. Et ut perfecerit omnia secundum legem domini, reuersi sunt in Galileam, in ciuitatem suam Nazareth.] Prætermisit hoc loco Lucas quæ à Matthæo satis exposita nouerat, Dominum uidelicet post hæc ne ab Herode necãdus inueniretur, Ægyptum à parentibus esse delatum, de functoq; Herode sic demum Galileam reuersum, Nazareth ciuitatem suam inhabitare cõpisse. Solent enim Euangelistę singuli sic omittere quædam, quæ uel ab alijs commemorata uiderint, uel ab alijs cõmemoranda in spiritu prauiderint, ut continuata suæ narrationis serie quasi nulla prætermisisse uideantur. Quæ tamen alterius euangelistę considerata scriptura, quo loco trãsilita fuerint, diligens lector inueniat. Puer autem crescebat & confortabatur, plenus sapientia, & gratia dei erat in illo.] Notanda distinctio uerborum, quia dominus Iesus Christus in eo quod puer erat, id est habitum humanæ fragilitatis induerat, crescere & confortari habebat. In eo uero quod etiam uerbum dei & deus æternus erat, nec confortari indigebat, nec habebat augeri. Vnde rectissime plenus sapientia perhibetur & gratia. Sapientia quidem, quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Gratia autem, quia eidem mediator dei & hominum, homini Iesu Christo magna gratia donatum est, ut ex quo homo fieri cõpisset perfectus esset & deus. Cui simile est, quod Ioannes scribit, eum plenũ gratia & ueritate, eandem ipse diuinitatis excellentiã ueritatis, quam

Anna, Phanuel.

Sexus uterque & staturus omnis prophetat.

Omittendos Euangelistas.

Crescit Christus.

Sapientia Christi, Gratia.

Lucas bos est in figura.

Cap. 8.

Duodenis cur seruebat Christum

Amisionis Christi ocasio.

Lucas sapientiae nomine commendans. Et ibant parentes eius per omnes annos in Hierusalem, in die sollempni pasche. Vides hunc euangelista inter animalia quatuor non frustra uitulo comparatum, qui quasi hostijs deputatum animal, circa templum maxime & Hierosolyma narrationis suae diuersatur incessu. Si quidem in principijs sacerdotem collocat ad aram orantem, populi multitudinem templi sistit in atrijs, Mariam mox domino concepto Hierosolyma mittit, domum pontificis introuertit. Ibi & Baptistam natum refert, & dominum post natiuitatem continuo cum hostia transfert. Eundem illo singulis annis cum parentibus ducit, et duodennem in templo doctorum choris inserit. Vbi inter alia sapientibus stupenda dicit, Quia in his quae patris mei sunt oportet me esse. Et post caetera talia, laudantes deum in templo discipulos in euangelij sui fine concludit.

Et cum factus fuisset annorum duodecim, ascendens illis in Hierosolyma secundum consuetudinem diei festi, consummatisque diebus cum rediret, remansit puer Iesus in Hierosolyma. Qui a natiuitate, immo a conceptione humana manifestis miraculorum quia deus sit, est approbatus in diebus: ipse etiam mox ubi tempus aetatis congruebat, utramque suam reuerentem pandere coepit atque aperire substantiam, & quid uidelicet patri iuxta ueritatem diuinae maiestatis, & quid iuxta assumptionis humanae fragilitatem debeat matri. Nec absque prouidentia duodennis prima suae fidei rudimenta reuelabat, quae duodecim Apostolorum ministerio cum deum erat reuelanda & elucidanda per orbem. Possumus & hoc dicere, quia sicut septenario, sicut duodenario numero, qui multiplicatus inter se inuicem septenarij partibus constat, uel rerum uel temporum uniuersitas ac profectio designetur. Atque ideo quo omnia loca uel tempora deceat occupari, recte a duodecimo numero iterum sumat exordium. Non igitur otiose suorum perhibetur immemor extitisse parentum, sed ut non instruat, quia non solum antequam parentes ipsi, uerum etiam antequam Abraham fieret ipse est, in ciuitate potius ac templo dei, quasi paterno iure residere delectat. Et non cognouerunt parentes eius. Existimantes autem illum esse in comitatu uenerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos & notos. Et non inuenientes, regressi sunt in Hierosolyma requirentes eum. Quae et aliquis quomodo dei filius tanta parentum cura nutritus, his abeuntibus ponuerit obliuiscendo relinquit. Cui respondendum, quia filius Israel moris fuerit, ut temporibus se sitis uel Hierosolyma confluentes, uel ad propria redeuntes, seorsum uiri, seorsum autem foeminae choros ducentes in cederent, in fantesque uel pueri, cum quolibet parente indifferenter ire potuerint. Ideoque beatam Mariam uel Ioseph uicissim putasse puerum Iesum, quem se comitari non cenebant, cum altero parente reuersum. Et factum est post triduum, inueniunt illum in templo sedentem in medio doctorum audientem illos, & interrogan-

tem. Quasi fons sapientiae doctorum medius fedet, sed quasi exemplar humilitatis, audire prius & interrogare doctores, quam instruere quare in doctos. Ne etenim paruuli a senioribus erubescant discere, & ipse ob aetatis humanae congruentiam, hominibus auscultare non erubescit deus. Ne infirmus docere quis audeat, & ille puer doceri interrogando uoluit, qui per diuinitatis potentiam, uerbum scientiae ipsi suis doctoribus ministravit. Stupebant autem omnes qui eum audiebant, super prudentia & responsis eius, & uidentes admirati sunt. Nota distinctio uerborum, & traxerunt saluationis ac fidei mysteria sedulus intueri. Stupebant qui eum audiebant, & uidentes admirati sunt. Et eo amplius stupebant super prudentia responsionum, quo paucitatem uidentes contemnebant annorum. Diuinam lingua sapientiam prodebat, sed infirmitatem aetatis praetendebat humanam. Verum haec doctores Iudaeorum quasi noua stupeant, inter quae alta quae audiunt, & infirma quae uident, dubia admiratione turbentur: nos autem scientes hunc esse de quo olim propheta gratulabundus exultabat, paruulus natus est nobis, filius datus est nobis, & uocabitur nomen eius, admirabilis, consiliarius, deus fortis: nequaquam miremur eum qui sic paruulus factus est homo, ut nihilominus quod erat semper deus ac fortis permaneret, modo diuinitatis suae, modo humanitatis his quos erudire cupiebat indicia dedisset, sed digna fide, spe, & charitate agamus illi gratias, quia qui magnus erat & laudabilis nimis, sed nos non cognoscebamus: paruulus natus est nobis, ut crescendo & proficiendo inter paruulos, paulatim eos ad capeffenda suae uirtutis ac magnitudinis arcana proueheret. Et dixit mater eius ad illum. Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes, quarebamus te. Et ait ad illos, Quid est quod me quarebatis? nesciebatis quia in his quae patris mei sunt, oportet me esse? Non Ioseph qui nihil in eius generatione praeter ministerium praestitit & affectum, unde & pro fidei ministerio & ab euangelista & ab ipsa Maria pater appellatur, uel ipse Christus suum negat esse parentem, sed simpliciter & aperte qui sit uerus sibi pater, nobis pariter & illis insinuat. Non quod eum quasi filium querunt uituperat, sed quid ei potius cui aeternus est filius debeat, cogit oculos mentis attollere. Quia enim deus & homo est, nunc excelsa deitatis, nunc infima praefert humanae fragilitatis. Quasi homo seniores interrogat, quasi deus quae seniores & docti mirantur, respondet. Quasi dei filius in templo Dei commoratur, & quasi filius hominis cum parentibus quod iubent regreditur. Et ipsi non intellexerunt uerbum, quod locutus est ad illos. Et descendit cum illis, & uenit Nazareth, & erat subditus illis. Quantum pietatis simul in domino & humilitatis exemplum: Patres eius non intelligunt uerbum quod de sua diuinitate loquitur ad illos, & tamen ipse humanae illorum

Medius inter doctores.

Auscultat Christus.

Paruulus Christus.

Christi pietas & obedientia.

erga

Arriani.

Mariae modestia.

Manichei & Apollinarista. Profecit Christus sapientia.

Cap. 9.

Herodes Pilatus.

Archelaus Viennam in exilium missus.

Pilatus.



Arriani. Mariae modestia. Manichei & Apollinarista. Profecit Christus sapientia. Cap. 9. Herodes Pilatus. Archelaus Viennam in exilium missus. Pilatus. Nunc autem quintodecimo Imperij Tiberij Caesaris, procurante Pontio Pilato Iudaeam, Tetrarcha autem Galilaeae Herode, Philippo autem fratre eius Tetrarcha Iturae et Trachonitidis regionis, & Lyfania Abilina tetrarcha. Herodes, Philippus, & Lyfania qui cum Pilato praeside Romano Iudaeam regebant, filij sunt Herodis illius sub quo dominus natus est, inter quos & ipsum Herodem Archelaus frater eorum decem annis regnauit. Qui a Iudaeis ob intolerabilem animi ferocitatem, apud Augustum criminatus, aeterno apud Viennam dispersit exilio. Regnum uero Iudaeae quominus ualidum fieret, idem Augustus per tetrarchias discernere curauit. Porro Pilatus duodecimo anno Tiberij Caesaris Iudaeam missus procuracione gentis suscepit, atque inibi per decem continuos annos usque ad ipsum pene finem Tiberij perdurauit. Sub principibus sacerdotum Anna et

Caipha factum est uerbum domini super Ioannem Zachariae filium in deserto. Ambo quidem incipiente praedicatione Ioanne, id est Annas & Caiphas principes fuere sacerdotum, sed Annas illum antum, Caiphas uero eum quo dominus crucem ascendit, administrabat, & quidem tribus alijs in medio pontificatu perfunctis, uerum his maxime qui ad domini passionem pertinerent, ab euangelista commemoratis. Legalibus namque tunc praecipue uis & ambitione cessantibus, nulli pontificatus honor uita uel generis merito reddebatur, sed Romana potestate alijs nunc, item alijs summa sacerdotij praestabatur. Denique Iosephus refert in hunc modum, dicens, Valerius Gratus Anna sacerdotio deturbato, Ismahelem pontificem designauit filium Bassi, Sed & hunc non multo post abiciens, Eleazarum Ananiae pontificis filium pontificatu subrogauit. Post annum uero etiam hunc carcer officio, & Simonem cuidam Cany filio pontificatus tradidit ministerium. Quo non amplius & ipse quam unius anni spatio perfunctus, Iosephum cui & Caiphas nomen fuit, accepit successorem. Ac per hoc omne tempus quo dominus noster in terris docuisse describitur, intra quadriennij spatia coarctatur. In quo quatuor istas quas Iosephus memorat successiones pontificum describuntur, uix per annos singulos ministratae. Quia ergo Ioannes illam praedicare ueniebat, qui & ex Iudaea quosdam & multos ex gentibus redempturus erat, per regem gentium & principes Iudaeorum, praedicationis eius tempora designantur. Quia autem gentilitas colligenda erat, & Iudaea pro culpa perfidiae dispergenda, ipsa quoque descriptio terreni principatus ostendit, quoniam & in Romana republica unus praefuisse describitur, & in Iudaea regno per quartam partem plurimi principabantur. Voce enim nostri redemptoris dicitur, Omne regnum in seipso diuisum, desolabitur. Liqueat ergo quod ad finem regni Iudaeae peruenerat, quae tot regibus diuisa subiacebat. Aperte quoque non solum quibus regibus, sed quibus etiam sacerdotibus actum sit, demonstratur. Ut quia illum Ioannes baptista praedicaret, qui simul rex & sacerdos existeret, Lucas euangelista praedicationis eius tempora per regnum & sacerdotum designauit. Et uenit in omnem regionem Iordanis, praedicans baptismum poenitentiae in remissione peccatorum. Cunctis gentibus liquet quia Ioannes baptismum poenitentiae non solum praedicauit, uerum etiam quibusdam dedit, sed tamen baptismum suum in remissionem peccatorum dare non potuit. Remissio enim peccatorum, in solo nobis baptismo Christi tribuitur. Norandum itaque quod dicitur, praedicas baptismum poenitentiae in remissione peccatorum, quoniam baptismum quod peccata solueret, quia dare non poterat, praedicabat. Ut sicut in carnatu uerbum patris praecurrebat uerbo praedicationis: ita baptismum poenitentiae quo peccata

Annas & Caiphas.

Sacerdotum Iudaicum.

Iosephus.

Caiphas qui & Iosephus.

Iudaici regni finis.

Ioannis praedicationis.

Vox Ioannis.

Vallis.

Praua in directa. Aspera in uias planas.

Caro omnis uidebit salutare Dei.

Ira uentura.

soluuntur precurreret suo baptisate, quo peccata solui non possunt. Sicut scriptum est in libro Jeremum Esaiam propheta, Vox, &c. Idem uero Ioannes Baptista requisitus quis esset, respondit, Ego uox clamantis in deserto: qui ideo uox a propheta uocatus est, quia uerbum praebat: qui etiam in deserto clamat, quia derelicta ac destituta iudaeae, solatium redemptionis adnunciat. Quid autem clamaret, aperitur cum subditur, Parate uiam domini, rectas facite semitas eius. Omnis qui fidem rectam & bona opera praedicat, quid aliud quam uenienti domino ad corda audientium uiam parat? Ut hec uis gratiae penetret, & lumen ueritatis illustret, ut rectas deo semitas faciat, dum mundas in animo cogitationes, per sermonem bonae praedicationis format. Omnis uallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur. Quid hoc loco uallium nomine, nisi humiles: qui montium & collium, nisi superbi homines designantur? In aduentu igitur redemptoris ualles impletae, montes uero & colles humiliati sunt. Quia iuxta eius uocem, omnis qui se exaltat humiliabitur, et omnis qui se humiliat exaltabitur. Vallis etenim impleta crescit, mons autem & collis humiliatus decrescit. Quia nimirum in fide mediatoris Dei & hominum, hominis Iesu Christi, & gentilitas plenitudinem gratiae accepit, & iudaea per errorem perfidiae hoc unde tunc erat perdidit. Et erunt praui in directa, et aspera in uias planas. Praui in directa fiunt, cum malorum corda per iniustitiam detorta ad iustitiae regulam dirigitur. Et aspera in uias planas immutantur, cum inimicitiae atque iracundiae mentes, per infusio nem supernae gratiae ad lenitatem mansuetudinis redeunt. Quando enim uerbum ueritatis ab iracunda mente non recipitur, quasi asperitas itineris gressum pergentis repellit. Sed cum mens iracunda per acceptam mansuetudinis gratiam correctionis uel exhortationis uerbum recipit, ibi planam uiam praedicator inuenit, ubi prius pro asperitate itineris pergere, id est praedicationis gressum ponere non ualebat. Et uidebit omnis caro salutare dei. Quia omnis caro accipitur omnis homo, salutare dei uidelicet Christum in hac uita omnis homo uidere non potuit. Vbi ergo in hac sententia prophetae gratiae oculus, nisi ad extremi iudicii diem tendit? Vbi cum apertis caelis, ministrantibus angelis, confedentibus Apostolis, in sede maiestatis suae Christus apparuerit, omnes hunc & reprobis pariter uidebunt, ut & iusti de munere retributionis sine fine gaudeant, & iniusti in ultione supplicij in perpetuum gemant. Nam quia hoc ista sententia intendit, quod in extremo examina ab omni carne uidebitur, recte subiungitur. Dicebat ergo ad turbas, quae exibat ut baptizarentur ab ipso. Genimina uiperarum, &c. Ventura enim ira est, animaduersio ultionis extremae. Quam tunc fugere peccator non ualet, qui nunc ad lamenta poenitentiae non recurrit. Et notandum quod

malae soboles, malorum parentum actiones imitantes, genimina uiperarum uocantur. Quia per hoc quod bonis inuidet eosque persequuntur, quod quibusdam mala retribuunt, quod laesiones proximis exquirunt, quoniam in his omnibus priorum suorum carnalium uias sequuntur, quasi uenenati filij de uenenatis parentibus nati sunt. Sed quia iam peccauimus, quia usum malae consuetudinis inuoluti sumus, dicat quid nobis faciendum sit ut fugere a uentura ira ualeamus. Facite ergo fructus dignos poenitentiae. In quibus uerbis notandum est quod non solum fructus poenitentiae, sed dignos poenitentiae admonet esse faciendos. Aliud namque est fructus poenitentiae facere, aliud dignum poenitentiae facere. Neque enim par fructus esse boni operis debet eius qui minus, & eius qui amplius deliquit aut eius qui in nullis, & eius qui in quibusdam facinoribus cecidit. Per hoc ergo quod dicitur, Facite fructus dignos poenitentiae, uniuscuiusque conscientia edocuitur, ut tanto maiora quaerat bonorum operum poenitentiam, quanto grauiora sibi intulit damna per culpam. Sed iudaei de generis nobilitate gloriantes, idcirco se agnoscere peccatores non leuabant, quia de Abraham stirpe descenderant. Quibus recte dicitur, Et ne ceperitis dicere, patrem habemus Abraham. Dico enim uobis, quia potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. Quid enim lapides, nisi corda gentilium fuerunt, ad intellectum dei omnipotentis insensibilia. Sicut etiam quibusdam ex iudeis dicitur, Auferam cor lapideum de carne uestra. Nec immerito lapidum nomine gentes significatae sunt, quae lapides coluerunt. Unde scriptum est, Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. De quibus nimirum lapidibus filij Abraham suscitati sunt. Quia dum dura corda gentilium in Abraham semine, id est in Christo crediderunt, eius filij facti sunt cuius semini sunt uniti. Unde & eisdem gentibus per egregium praedicatorum dicitur, Si autem uos Christi, ergo Abraham semen estis. Si igitur nos per fidem Christi, Abraham iam semen existimus, iudaei propter perfidiam Abraham filij esse desierunt. Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Arbor huius mundi est, uniuersum genus humanum. Securis uero est redemptor noster, qui uelut ex manubrio & ferro tenditur ex humanitate, sed incidit ex diuinitate. Quae uidelicet securis iam ad radicem arboris posita est, quia & si per patientiam expectat, uideatur tamen quid factura est. Omnis ergo arbor non faciens fructum, excidetur & in ignem mittetur. Quia unusquisque per ueritas paratam citius gehennae concremationem inuenit, qui hic boni operis fructum facere contemnit. Et notandum quod securem non iuxta ramos positam, sed ad radicem dicit. Cum enim malorum filij tolluntur, quid aliud quam rami infructuosae arboris absciduntur? Cum uero tota simul progenies cum parente tollitur, infructuosa arbor a radice abscisa est, ne iam

Genimina uiperarum.

Fructus dignos poenitentiae facere.

Lapides qui sunt filij Abraham facti sunt.

Arbor ad quam securis posita.

Securis ad radicem posita.

Tunica diuidentia.

Praedicationis Ioannis uirtus.

Publicani.

Militum regula.

ne iam remaneat unde prauiterum soboles succrescat. In quibus Ioannis baptisate uerbis constat, quod audientium corda turbata sunt, cum protinus subinfertur, Et interrogabant eum turbae dicentes, Quid ergo faciemus? Percussae enim terrore fuerant, quae consilium quaerebant. Respondens autem, dicebat illis, Qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui habet escas, similiter faciat. Per hoc quod tunica plus est necessaria usui nostro quam pallium, ad fructum dignum poenitentiae pertinet. Ut non solum exteriora quaeque minus necessaria, sed ipsa ualde nobis necessaria diuidere cum proximis debeamus, scilicet uel escas qua carnaliter uiuimus, uel tunicam qua uestimur. Quia enim in lege scriptum est, Dilige proximum tuum tanquam teipsum, minus proximum amare conuincitur, qui non cum eo in necessitate illius etiam ea quae sibi sunt necessaria partitur. Idcirco ergo de diuidendis cum proximo duabus tunicis datur praecipitum, quia hoc de una dici non potuit, quoniam si una diuiditur, nemo uestitur. In dimidia quippe tunica, & nudus remanet qui accipit, & nudus qui dedit. Inter haec autem sciendum est quantum misericordiae opera ualeant, cum ad fructus dignos poenitentiae ipsa praeter ceteris praecipitur. Hinc etiam per semetipsum ueritas dicit, Date elemosynam, & ecce omnia munda sunt uobis. Venerunt autem & publicani ut baptizarentur, & dixerunt ad illum, Magister, quid faciemus? At ille dixit ad eos, Nihil amplius quam constitutum est uobis, faciat. Quam beatum baptisate sermo uirtutem habuerit, quantumque mentes concusserit: audientium hinc probatur, cum etiam publicanos & milites ad consilium salutis suae coegerit inquirendum. Quibus ipse non aliter quam turbis iuxta congruum sibi modum misericordiam suadet agendam. Praecipit ergo publicanis, ne ultra praescriptum exigant. Publicani etenim sicut etiam nomine probant, appellantur hi qui uectigalia publica exigunt, siue qui conductores sunt uectigalium fiscalium, uel rerum publicarum. Nec non & hi qui sacculi huius uicibus per negotia sectantur, eodem uocabulo censentur. Quos omnes pariter in suo quocumque gradu, ab agenda fraude coercet, ut dum primo se ab alienorum temperaret appetitu, tandem ad propria cum proximis communicanda pertingerent. Interrogabant autem illum & milites dicentes, Quid faciemus & nos? Et ait illis, Neminem conculcatis, &c. Iustissimo doctor eximius moderamine praemonet, ne ab eis calumniando praedam requirant, quibus militando professe debuerant. Docens idcirco stipendia constituta militum, ne dum sumptus quaeritur, praedo grassetur. Nullum ergo officium, nullum ab agenda misericordia genus excipitur, quae plenitudo uirtutum est, & sola a morte liberat, uitamque conferat aeternam. Ipso iudice attestante qui se dicturum esse promisit, Venite benedicti patris mei, percipite regnum. Esuriui enim,

& dedistis mihi manducare, & cetera. Existi mane autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, ne forte ipse esset Christus, respondit Ioannes dicens omnibus, Quomodo respondit eis qui existimabant de illo, & secreto in corde quia Christus esset, cogitabant? Nisi quia non solum cogitabant, sed etiam sicut alius Euangelista declarat missis ad eum sacerdotibus ac Leuitis an esset Christus inquirebant. Unde patet, iudaeis tunc fuisse notissimum secundum scripturas incarnationis dominicae tempus adesse. Sed miracacitas, quod in Ioanne sponte credebant, hoc in saluatore tantis signis ac uirtutibus approbato & ipso etiam Ioanne attestante, non credere. Ego quidem aqua baptizo uos. Veniet autem fortior me, cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum eius. Ioannes non spiritu, sed aqua baptizat, quia peccata soluere non ualens, baptizatorum corpora per aquam lauat, sed mentem per ueniam non lauat. Cur ergo baptizat qui peccata per baptismum non relaxat? Nisi ut praeruditionis suae ordinem seruans, qui nasciturum nascedo praeuenerat, baptizaturum quoque dominum baptizando praeueneret, & qui praedicando factus est praecursor Christi, baptizando etiam praecursor eius fieret imitatione sacramenti. Mos autem apud ueteres fuit, ut si quis eam qua sibi competeret accipere uoxem nollet, ille ei calceamentum solueret, qui ad hanc sponsus iure propinquitatis ueniret. Quid igitur inter homines Christus, nisi sanctae ecclesiae sponsus apparuit? De quo & idem Ioannes dicit, Qui habet sponsam, sponsus est. Sed quia Ioannem homines Christum esse putauerunt, quod idem Ioannes negat, recte se indignum esse ad soluendum corrigiam eius calceamenti denunciat. Ac si aperte dicat, Ego redemptoris uestigia denudare non ualeo, quia sponsi nomen mihi immeritus non usurpo. Quod tamen intelligi & aliter potest. Quis enim nesciat quod calceamenta ex mortuis animalibus fiunt? Incarnatus uero dominus ueniens quasi calceatus apparuit, qui in diuinitate sua morticina nostrae corruptionis adsumpsit. Sed huius incarnationis mysterium humanus oculus penetrare non sufficit. Inuestigari enim nullatenus potest, quomodo corporatur uerbum, quomodo summus & uiuificator spiritus intra uterum matris animatur, quomodo is qui initium non habet & existit & concipitur. Corrigia ergo calceamenti est, ligatura inysterij. Ioannes itaque soluere corrigiam calceamenti eius non ualet, quia incarnationis mysterium nec ipse inuestigare sufficit, qui hanc per prophetiae spiritum agnouit. Ipse uos baptizabit in spiritu sancto & igni. Hoc est & purgatione sanctificationis, & probatione tribulationis. Potest autem idem spiritus sancti, etiam non mihi ignis significatus intelligi. Quia & incensum replet, illuminat. Unde & illi quibus dicitur est,

Christi ad uenitum tempus iudaeis notum.

Baptisma Ioannis.

Corrigiam calceamenti solueret.

Spiritus sanctus in aqua & igni.

quia Ioannes quidem baptizauit aqua, uos autem baptizabimini in spiritu sancto, idem baptisma spiritus in ignis uisione percipiunt. Sicut qui ita exponunt, quod id praesenti in spiritu, & in futuro baptizemur in igni, ut uidelicet sicut nunc in remissionem omnium peccatorum, ex aqua & spiritu renascimur, ita & tunc de leuibus quibusdam peccatis quae hinc nobis eum iudicium baptisate permundemur. Dicente Apostolo, Si quis superaedificauerit super hoc fundamentum, aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, foenum, stipulam, uniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit quod superaedificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur. Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Quod quamuis & de igne tribulationis in hac nobis uita adhibito possit intelligi, tamen si quis hoc de igne future purgationis accipiat, per seandum sollicitate est quia illum dixit posse per ignem saluari, non qui super fundamentum Christi, ferrum, aes, uel plumbum aedificat, id est peccata maiora & duriora atque tunc iam insolubilia, sed lignum, foenum, stipulam, id est peccata minima atque leuissima, quae ignis facile consumat. Hoc tamen sciendum est, quod illic saltem de minimis nihil quisque purgationis obtinebit, nisi bonis hoc actibus, in hac adhuc uita positus, ut illic obtineat promereatur. Cuius uentilabrum in manu eius, & purgabit aream suam. Per uentilabrum id est palam, discretio iusti exanimis: per aream uero, praesens ecclesia figuratur. In qua proculdubio quod lugubre satis est, multi sunt uocati, pauci uero electi. Pauca grana supernis recipienda mansionibus, in comparatione loliorum, quae flammis sunt macipanda perpetuis. Cuius aree purgatio & nunc uirtutum geritur, cum quisque peruersus uel ob manifesta peccata de ecclesia sacerdotali castigatione reijcitur, uel ob occultata post mortem diuina distinctione damnatur, & uirtutes saliter in fine perficietur, quando mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala. Uentilabrum itaque dominus in manu, id est iudicij discrimen habet in potestate, quia pater non iudicat quemquam, sed iudicium omne dedit filio. Et congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Et ipse dominus parabolam boni seminis cui superseminauit inimicus homo zizania, ita terminauit ut diceret, Et in tempore messis dicam messoribus meis, Colligite primum zizania, & alligate ea fasciculos ad comburendum. Triticum autem congregate in horreum meum. Nimirum docens impios & peccatores gehennae igni tradendos, sanctos uero caelesti gloria coronandos. Verum hoc inter paleas & zizania distat, quia paleae non alio quam triticum semine prodeunt, quamuis a radicis bonae nobilitate degenerent, Zizania autem non fructus

solum merito discrepant, sed & diuersa prorsus origine procreantur. Quod paleae sunt illi qui eiusdem cum electis fidei mysterijs imbuuntur, sed ab eorum solida perfectione uel operum leuitate uel perfidia uacuitate dissentiant. Zizania uero, qui ne audire quidem fidei uerba dignantur, ideoque a bonorum sorte, & opere simul & professione secernuntur. Et ita in agro mundi istius, unus electorum, & duo sunt fructus reproborum, quia & omnia quae inimicus seminat, flammis obnoxia sunt, & quod est grauius, plurima ex his quae bonus sator iacit, aut a uolatilibus rapta, aut sole arefacta, aut spinis suffocata, aut certe in paleas uersa depereunt. Solum autem de terra bona creatum & patientia digna probatum triticum electorum caelestis uitae recondetur in horreum. Quomodo iuxta aliam parabolam, non solum pisces qui Apostolicę fidei retia declinant, imis peccatorum obscuri reddunt in undis, uerum multi ad litus usque discretio nis extremae inter bonos attrahunt, tunc ob suae nequitiae noxam exteriores mitti merentur in tenebras. Ignem autem gehennae bifaria ratione inextinguibilem uocat, id est quia neque ille perpetuo possit extinguere, neque eos quos cruciat unquam extinguitur, sed immortalis ut ita dixerim, sit morte plexurus. Ad distinctionem uidelicet illius sacratissimi ignis, quo electos Christi baptizandos esse praemisera. De quo & Psalmista, Ignem nos examinasti ait, sicut igne examinatur argentum. Et paulo post, Non habemus in aeternum, sed transiimus inquit per ignem & aquam, & induxisti nos in refrigerium. In troiubo in domum tuam in holocaustis, id est defunctis pressurarum angonibus, in gratiarum actione regni tui caelestis atria penetrabo.

Herodes autem tetrarcha cum corripere ab illo de Herodiade uxore fratris sui, & de omnibus malis quae fecit Herodes, adiecit & hoc supra omnia, & inclusit Ioannem in carcere. Plenus haec a Matthaeo commemorantur, & Marco, Ioannem uidelicet Herodiadis insidijs non modo uinculatum, sed etiam capite caesum. Quod non his diebus, sed iuxta euangelium Ioannis post aliquota a domino signa patrata, eiusque tam baptisma diffamatum, sciendum est esse gestum, uerum ab hoc euangelista propter exaggerandum Herodis malitiam praeroccupando commemoratum. Quia cum ad praedicationem Ioannis imperitum uulgus conflueret, milites crederent, publicani poeniterent, totus in commune populus baptisma susceperet, ipse e contrario illum non solum conternere, sed occidere non dubitauit. Altioris autem ratione mysterij, quia Ioannes Euangelista, de diuinitate Christi, tres autem alij de eius humanitate ministerium susceperunt scribendi, Baptista uero Ioannes legis ueteris quae praecursor est gratiae typum tenet, pulchre Ioannes Euangelista praedicante adhuc & baptizate domini praecursore, ipsum dominum plures discipulos

Ventilabrum.

Zizania & paleae.

Ignis gehennae inextinguibilis.

Cap. 10.

Herodis enormitas.

discipulos facere & baptizare testatur. Mystice docens eum prius quam in carne nasceretur aeternum per saecula deum, & fidelium per legem doctorem fuisse populorum. Pulchre & Euangelistae alij post traditum carceri Ioannem dominicae praedicationis exordium sumunt, quorum officij erat, post corruptam a Iudaeis legem & quasi tenebris carceris ignorantia caeca, saeuatque traditione foedatam, domini in carne apparentis ac per carnem operantis, quasi aduentus in Galilaea caelestem padere doctrinam. Factum est autem cum baptizaretur omnis populus, & Iesus baptizato & orante, apertum est caelum. Baptizatus est dominus non ipse aquis mundari, sed ipsas mundare cupiens aquas, quae ablatae per carnem eius peccati utique nesciam baptismi, ius indueret, & quod tam innumera sub lege baptismata non poterant contra praeruaricationis malum, uim regeneratiuae sanctificationis conciperent. Unde bene cum baptizatum diceret omnem populum, nihil magni addidit. Iesu autem baptizato & orante, apertum est inquit caelum. Quia dum corporis humilitate dominus undas Iordanis subiit, diuinitatis suae potentia caeli nobis ianuam pandit. Dumque caro innoxia frigidibus tinguitur aquis, opposita quondam noxiae rophae restinguitur igne. Quod enim, nunquid ei tunc caelum apertum est, cuius oculi caelorum interiora cernebant? Sed uirtus ibi baptismatis ostenditur, de quo quisque cum egreditur, regni caelestis ei ianuam declaratur. Sicut & illud quod Iesus cuius omnia quae patris sunt, baptizatus orasse memoratur, ad nos in formam dos actum non dubitatur, quibus post lauacrum baptismatis uel aula caeli pandatur, non ociose uiuendum, sed ieiunij, precibus, atque eleemosynis est insistendum. Quia & si peccata sunt omnia in baptismo laxata, non adhuc tamen est carnis fragilitas solidata. Nam quasi transitu mari rubro necatos quidem gratulatur Aegyptios, sed in deserto mundanae conuersationis hostes occurrunt alij, qui duce & cooperatrice Christi gratia nostro sudore uincantur, donec promissam uitam aeternam perueniamus ad patriam. Et descendit spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum. Bene corporali specie, quia in natura diuinitatis a mortalibus uideri non potuit. Bene sicut columba, quia spiritus disciplinae effugiet fictum, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Et quia ad exemplum Simonis in selle amaritudinis, & iniquitatis obligatione perdurant, sortem in eo partemque habere nullatenus possunt. Unde cum mundi crimina quondam in figuram baptismi diluuii purgarentur, non corui, sed columbae ore delatus oliuae ramus pacem saeculo reddita nunciauit. Mystice docens solis eis qui in cordis simplicitate baptizati sunt unctioem sancti spiritus ad futuram. Nemo enim putet dominum post baptismum primum spiritus sancti gratia perunctum, aut aliquem diuinae na-

Baptizatio domini.

Corporali specie descendit spiritus sanctus.

turae per tempora gessisse profectam, sed nouerit potius a primo conceptus humani tempore quem uerum hominem, eundem & deum existere uerum. Aduentu autem columbae demonstratum, quod in corpore eius, id est ecclesia praecipue baptizati accipiunt spiritum sanctum. Et uox de caelo facta est, Tu es filius meus dilectus, in te complacuit mihi. Merito Ioannes internatos mulierum nulli secudus est, cui se baptizandum Christus, se uidentem inuisibilis exhibet spiritus suum de caelo filium commendat pater. Neque enim ipsi filio quod optime nouerat, sed uel Ioanni uel ceteris qui aderant, quod nosset, indicabatur. Unde notandum quod idem Ioannes qui eatenus uirum se fortiorum & Christum euankeizabat, exinde iam uel descensione spiritus uel patris attestatione praemonitus aperte dei filium praedicaueit. Hic est inquit de quo dixi, post me uenit uir, qui ante me factus est, quia prior me erat, & ego nesciebam eum. Itemque de columba: Et ego uidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei. Itaque mysterium Trinitatis in baptismo saluatoris ostenditur, ut & nos in eius nomine baptizandos esse doceatur. Quod autem dicit, in te complacuit mihi, tale est ac si dicat, in te placitum meum constitui, hoc est per te gerere quod mihi placet. Quod uero secudum Matthaeum dicitur, in quo mihi complacuit, ita exponitur, Quod omnis qui poenitendo corrigat aliqua quae fecit, eo ipso quo poenitet se sibi displicuisse indicat, qui emendat quod fecit. Et quia omnipotens pater sicut intelligi ab hominibus poterat, humano modo locutus est de peccatoribus dicens, Poenitet me fecisse hominem super terram, quasi sibi metipsum displicuit in peccatoribus quos creauit. In solo autem sibi unigenito domino nostro Iesu Christo complacuit. Quia hunc inter homines, hominem creasse non poenituit, in quo peccatum nullum omnino inuenit, sicut de illo per Psalmistam dicitur, Iurauit dominus & non poenituit eum, tu es sacerdos in aeternum. Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur filius Ioseph. Iesus annorum triginta baptizatur, & tunc demum incipit signa facere & docere, legitimum uidelicet & maturum tempus ostendens gratis, his qui omnem aetatem uel ad sacerdotium uel ad docendum putat opportunitatem. Qui etiam ut supra lectum est, anno duodecimo gratias suae in medio doctorum sedens in templo, non docens sed interrogans uoluit inueniri. Ut enim non auerent homines in infirma aetate praedicare, ille duodennis interrogat homines in terra, qui per diuinitatem suam semper angelos docet in caelo. Nec contra haec mouere quospiam debet, quod Hieremias atque Daniel prophetiae spiritum pueri perceperunt, quia miracula in exemplo operationis non sunt trahenda. Omnipotens enim deus & linguas infantium facit disertas, & ex ore infantium & lactentium perfecit laudem. Sed aliud est quod nos doctrinae usu dicimus, aliud

Ioannis Baptistae praerogatiua.

In te complacuit mihi.

Aetas docendi.

Decalogus

aliud quod de miraculo scimus. Potest autem tricennalis baptizati saluatoris aetas etiam nostri baptismatis intimare mysterium, propter fidem scilicet sanctae Trinitatis, & operationem decalogi legalis. Qui nimirum decalogus reuelata fidei gratia, quo sublimius intelligitur, eo & deuotius impletur. Quasi enim quoddam sacrosanctum triennij tempus baptizandos habere docuit, qui ait, Ite docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Quasi hoc idem triennij per decem multiplicari precepit, cum subiunxit, Docentes eos seruire omnia quaecumque mandauimus uobis. In cuius etiam figuram mare aeneum in quo sacerdotes templum intraturi lauabatur, & triginta cubitorum funiculo circum exierunt, & intus tria milia metretas capere potuisse narratur. Quia corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Cui sensui suffragatur, quod Apostoli percepta sancti spiritus gratia primo animarum tria milia baptizant. Et quia maris aenei mentio incidit, libet & in ceteris quomodo baptismi regulae congruat inquirere. A labio (inquit) usque ad labium cubitorum decem, quia non terrena nos sollicitudine coangustari, sed caelestis denarii oportet expectatione dilatarum. Labium eius quasi labium calicis, uel folium repandi liliij, quorum uno poculum dominicae passionis, altero patefacta resurrectionis eius claritas exprimitur. Nam quod ait Apostolus, Quicumque baptizati sumus Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus, ad labium calicis pertinet. Quod uero subiungit, Ut quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitae ambulemus, ad florem repandi liliij respicit. Crassitudo eius, trium unciam, ut omne baptizatorum robur, fidei, spei, charitatisque perfectione solidetur. Quinque cubitos habebat altitudinis, quia quicquid uisu, auditu, gustu, olfactu, uel tactu delinquitur, totum unda regenerationis abluitur. Boues qui portant, singulas caeli plagas terni aspiciunt, ut in fide sanctae Trinitatis, orbis baptizetur uniuersus. Stabat autem in latere dextro atrij sacerdotum contra orientem ad meridiem, quia fidei non uel testamenti gratia, datum est per eum qui uisitauit nos oriens ex alto. Sed & innumeris scripturae sanctae locis tricennarius numerus Christi & Ecclesiae sacramentis aptatus inuenitur. Nam & Ioseph qui in figuram resurrectionis noui testamenti octoginta annis Aegyptios a fame defendit, tricennarius ablutus ergastuli sordibus regni gubernacula suscepit, & Dauid eadem aetate regnum, quod septuagenarius, hoc est perpetua quiete dignus compleret, inchoauit, & Iezechiel triginta annorum apertis sibi caelis prophetiae dona promeruit. Et quia per fidem & aduersa longanimiter ferri, & sublimiter debent praemia sperari, & arcae uel templi altitudo, & tabernaculi longitudo, triginta cubitis men-

Lilium repandum.

Ioseph.

Iezechiel.

suratur. *Ut putabatur (inquit) filius Ioseph.* Hoc uerbum propter illos posuit, qui eum ex Ioseph sicut alij homines generantur, rebatur esse pro genitum. Vnde si quem mouet, cum Maria de spiritu sancto genuerit Christum, & Ioseph filius non uere sed putatiue pater appelletur, cur non Mariae potius quam Ioseph, quae nihil ad eum pertinere uidebatur, generatio describatur, sciat primum non esse consuetudinis scripturarum ut mulierum in generationibus ordo teneatur. Deinde ex una tribu fuisse Ioseph & Mariam, unde & lege eam accipere cogebatur, ut propinqua. Et quod simul censentur in Bethlehemi, ut de una uidelicet stirpe generati, atque ideo per generationem Ioseph, origo quoque Mariae monstratur. Pulcherrime sane Lucas, genealogia Christi dicturus, ipsum patrem praemissit loquentem, Tu es filius meus dilectus, ut eundem uerum Dei filium diuina attestacione, quae uerum hominis filium humanae successione ordine comprobaret. *Qui fuit Heli, qui fuit Mathat, qui fuit Leui, qui fuit Melchi, & cetera.* Merito mouet quomodo Ioseph duos patres ex diuersa proauorum stirpe uenientes, unum quem Lucas, alterum quem Mattheus commemorat, habere potuerit. Dicit enim Mattheus, Mathan autem genuit Iacob, Iacob autem genuit Ioseph uirum Mariae. Sed huiusmodi quaestionis, Aphricanus de consonantia Euangeliorum scribens, aperitissime soluit. Mathan inquit, & Mathat diuersis temporibus de una eademque uxore Estha nomine singulos filios procreauerunt. Quia Mathan qui per Salomonem descendit, uxorem eam primus acceperat, & relicto uno filio Iacob nomine, defunctus est. Post cuius obitum, quoniam lex uidebat alij uiro non uetat nubere, Mathat qui per Nathan genus ducit, cum esset ex eadem tribu, sed non ex eodem genere, relictae Mathae accepit uxorem, ex qua & ipse accepit filium nomine Heli, per quod ex diuerso patrum genere efficitur Iacob & Heli interim fratres. Quorum alter id est Iacob fratris Heli sine liberis defuncti, uxorem ex mandato legis accipiens, genuit Ioseph, natura quidem germinis suum filium, propter quod & scribitur, Iacob autem genuit Ioseph. Secundum uero legis preceptum Heli efficitur filius, cuius Iacob quia frater erat, uxorem ad suscitandum fratri semen acceperat. Et per hoc rata inuenitur atque integra generatio, & ea quam Mattheus enumerat dicens, Iacob autem genuit Ioseph: & ea quam Lucas competenti obseruatione designat, dicens, Qui putabatur esse filius Ioseph, qui fuit Heli. Qui & ipse sub sanctae distinctione, Heli esse filium putabatur, qui fuerat Mathat, quia legale hanc successione, quae uelut adoptione quadam erga defunctos consistat, magis quam germinis ueritate competenti satis per hoc designauit indicio, obseruans euangelista, ne omnino in huiusmodi successione genuisse aliquem nominaret, per quod digna distinctione non descendens,

Ioseph putabatur Christus filius.

Cur Ioseph non Mariae genealogia describitur.

Ioseph & Maria ex tribu una.

Quaestio de patre Ioseph.

Iacob & Heli.

Euangelist. concordia.

Melchi.

Mattheus in libro generationis Christi.

Lucas ubi & quomodo genealogiam Christi narret.

scendens, sed ascendens usque ad Adam & ad ipsum usque peruenit deum. Haec autem non nobis ad subitum reperta, aut absque ullis auctoribus commetata sunt, sed ipsi haec saluatoris nostri secundum carnem propinqui, seu studio tanti seminis demonstrandi, seu docendi quae secundum ueritatem gesta sunt tradiderunt. Haec Aphricanus his ipsis syllabis profert, excepto quod pro Mattheo, posuit Melchi, quia fortasse uel codex illius sic habuit, uel in historia, in qua haec didicerat, eundem Mattheum inuenit esse dyonymum. Quia ergo Mattheus regalem, Lucas sacerdotalem domini personam suscipere taxandam, unde & in quadriga Cherubim hunc leo fortissimus beftiarum, illum uirtuosus sacerdotum uidelicet hostia designat, eandem uterque sui operis intentionem in genealogia quoque saluatoris texenda seruauit. Acute namque animaduersum est Mattheum qui regiam in Christo instituerat in sinu are personam, excepto ipso Christo quadraginta homines in generationum serie nominasse. Numerus autem iste illum tempus significat quo in hoc seculo & in hac terra regni nos oportet a Christo, secundum disciplinam laboriosam qua flagellat Deus (ut scriptum est) omnem filium quem recipit. Neque enim quadraginta duae, quod faciunt ter quaterni & deni, sed propter unum lechoniam bis numeratum quadraginta una generationes sunt, si & ipsum Christum, ad numeremus, qui huic regendae uitae nostrae temporali atque terrenaetate numero quadragenario regaliter praesidet. Nam quia numerus iste laboriosum huius temporis sacramentum est, quod sub disciplina regis Christi aduersus diabolum dimicatum, etiam illud declarat quod quadraginta dierum ieiunium, hoc est humilitationem animae consecrauit. Et lex & prophetae per Moysen & Heliam, qui quadragenis diebus ieiunauerunt, & euangelium per ipsum dominum ieiunium, quibus diebus quadraginta etiam tentabatur a diabolo, quid aliud quam per omne huius saeculi tempus tentationem nostram in carne sua, quam de nostra mortalitate adsumere dignatus est, praefigurant? Idcirco autem iste numerus hanc temporalem uitam terrenamque significat, quia & tempora annorum quadripartitis uicibus currunt, & mundus ipse quatuor partibus terminatur. Quadraginta autem, quater habent decem. Porro ipsa decem ab uno usque ad quatuor progrediente numero consummantur. Ad istam itaque mortalitatem nobiscum participandam, quia descendente Christum uoluit significare Mattheus, ideo ipsa generatio nes ab Abraham usque ad Ioseph, & usque ad ipsum Christum natiuitatem descendendo commemorauit ab initio euangelij sui. Lucas autem non ab initio euangelij sui, sed a baptismo Christi generationes enarrat, nec descendendo sed ascendendo, tanquam sacerdotem in expiandis peccatis magis adsignans, ubi eum uox de caelo declara-

uit, ubi testimonium Ioannes ipse perhibuit dicens, Ecce qui tollit peccata mundi. Ascendens autem tranfit & ad Abraham & peruenit ad deum, cui mundati & expiati reconciliamur. Merito & adoptionis originem ipse suscepit, quia per adoptionem efficiuntur filij Dei, credendo in filium Dei. Per carnalem uero generationem filius Dei, potius filius hominis factus est. Satis autem demonstrauit non se ideo dixisse Ioseph filium Heli quod de illo genitus, sed quod illi fuerit adoptatus, cum & ipsum Adam filium dixerit, cum sit factus a deo, sed per gratiam quam postea peccando amisit, tanquam filius in paradiso constitutus sit. Quapropter in generationibus Matthei, significatur nostrorum susceptio peccatorum a domino Christo, in generationibus autem Lucae, significatur abolitio nostrorum peccatorum a domino Christo. Ideo eas ille descendens enarrat, iste ascendens. Quod enim dicit Apostolus, Misit deus filium suum in similitudine carnis peccati, haec est susceptio peccatorum. Quod autem addit, Ut de peccato damnaret peccatum in carne, haec est expiatio peccatorum. Proinde Mattheus ab ipso Dauid per Salomonem descendit, in cuius matre ille peccauit. Lucas uero ad ipsum Dauid per Nathan ascendit, per cuius nominis prophetam deus peccatum illius expiauit. *Qui fuit (inquit) Nathan, qui fuit Dauid, qui fuit Iesse.* Iste quoque numerus quem Lucas exsequitur, certissime prorsus abolitionem indicat peccatorum, de quo suo loco uidebis. Nec miretur si Lucas a Dauid usque ad Christum plures successiones, Mattheus pauciores, hoc est iste quadagesimo tertio, ille uigintio octo posuit, cum per alias personas generationem fatearis esse decursam. Potest enim fieri ut alij longaeuam transgerint uitam, alterius uero generationis uiri immatura aetate decesserint, cum uideamus complures senes cum suis nepotibus uiuere, alios uero uiros statim filijs obire susceptis. *Qui fuit Sela, qui fuit Cainan, qui fuit Arfaxat.* Nomen & generatio Cainan iuxta Hebraicam ueritatem, neque in Genesi, neque in uerbis dierum inuenitur, sed Arfaxat Sela uel Sale filium, nullo interposito genuisse perhibetur, sic enim habes: Porro Arfaxat uixit triginta annos, & genuit Sale. Itaque in Paralipomenon, Arfaxat autem genuit Sala, qui & ipse genuit Heber. Scito ergo beatum Lucam, hanc generationem de septuaginta interpretum editione sumpsisse, ubi scriptum est quod Arfaxat centum triginta quinque annorum genuit Cainan, & ipse Cainan cum centum triginta fuerit annorum, genuit Sela. Sed quid horum sit uerius, aut si utrumque uerum esse possit, Deus nouerit. Nos simpliciter admonemus lectorem, tantam inter utrosque codices in serie temporum esse discrepantiam, ut a diluuiio usque ad natiuitatem Abraham in Hebraica ueritate anni cccxii, in septuaginta interpretum translatione m. septuaginta septem

Euangelist. concord.

Arfaxat.

ta septē reperitur esse cōprehēsi. Et quod qui-
dam chronographi medijs horis incedētes, abla-
ta tantū Cainan generatione, nec ceteris annis
ad Hebraum exemplar emendatis, nongentos
quadraginta duos annos eiusdem describant
aetatis. *Qui fuit Mathusala, qui fuit Enoch.* Pulchre
generationum ordo à baptizato dei filio usq[ue]
ad deum patrem ascēdens, septuagesimo gra-
du Enoch habet, qui dilata morte translatus est
in paradīsum, ut significet eos qui in gratiam
adoptionis filiorum ex aqua & spiritu sancto
regerantur, interim post absolutionem cor-
poris, aeternam suscipiendos in requiem. (Sep-
tuagenarius quippe numerus propter septimā
sabbati, ad requiem eorum significandam, qui
iuuante Christi gratia decalogum legis imple-
uerint, aptissime congruit) & in tempore resur-
rectionis, indemutabili dei sapientiae contem-
plandae per secula monstrat esse iungendos.
Qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei. Quia Chri-
sti aliqua iniquitas qui nullam habuit, non est
utiq[ue] coniuncta iniquitatibus hominum, quas
in sua carne suscepit: ideo numerus penes Mat-
thaeum, excepto Christo, est quadragenarius.
Quia uero iustitiae suae patrisq[ue] nos expiatis ab
omni peccato purgatos coniungit, ut fiat quod
ait apostolus, Qui autē adhæret domino unus
spiritus est, ideo in eo numero qui est penes Lu-
cam, & ipse Christus à quo incipit enumera-
tio, & deus ad quem peruenit cōnumeratur, &
fit numerus LXXVII. quo significatur omnium
proflus remissio & abolitio peccatorum. Nam
& huius numeri mentionē dominus fecit, cum
eum Petrus de dimittendis peccatis fratris, in-
terrogasset. Ait enim, non solum septies, sed sep-
tuages septies esse dimittēdū. Vnde recte cre-
ditur commemoratio huius numeri, omnia
peccata iussisse dimitti. Nec temere dominus &
frustra septuagesima & septima generatione
uenit aboliturus omnia peccata, nisi quia in il-
lo numero aliquid latet, quod ad significationē
pertinet omnium peccatorum. Hoc autem in
undenario numero & septenario consideran-
dum est. Qui numeri per se multiplicati, ad tan-
tum perueniunt. Nam undecies septem, uel sep-
ties undeni, LXXVII. fiunt. Vnde decem autem, tras-
gressionem denarij significāt. At si in denario
perfectio beatitudinis significatur, unde est eti-
am illud quod omnes conducti ad uinea dena-
rio renumeratur, quod fit cum septenaria crea-
tura trinitati creatoris adiungitur, manifestum
est quod transgressio denarij peccatum signifi-
cat, per superbiam plus aliquid habere cupien-
tis. & integritatem perfectionemq[ue] amitten-
tis. Hoc autē septies propterea ducitur, ut motu
hominis facta significetur illa transgressio. Ter-
nario enim numero, incorporea pars hominis
significatur. Vnde est quod ex toto corde, ex
tota anima, ex tota mente diligere iubemur de-
um. Quaternario uero, corp[us], multis enim mo-

dis, quadripertita inuenitur natura corporis.
Ex his ergo cōiunctis homo constans, non ab-
surde septenario numero significatur. Motus
autem in numeris nō exprimitur cum dicimus
unum, duo, tria, quatuor, & cetera, sed cum di-
cimus semel, bis, ter, quater. Quapropter (ut
dixi) non septem & undecim, sed septies unde-
cim significatur transgressio, quae motu facta
est hominis peccantis, hoc est perfectionis suae
stabilitatem transgredientis cupiditate ampli-
us aliquid habendi. Conueniēter igitur undecim
nario septies multiplicato, ad numerū septua-
gesimum & septimum cum cetera peccata perue-
niunt. In quo numero etiā fit plena remissio pec-
catorum, expiante nos carne sacerdotis nostri,
à quo nunc cistē numerus incipit, & reconcilian-
te nos Deo ad quem nunc cistē numerus perue-
nit, per spiritum sanctum qui columbae specie
in hoc baptismo, ubi numerus iste cōmemora-
tur, apparuit. Verū praemissa superius expositio
ni, si quis resularē uoluerit, dicēdo Matthaeū nō
quadraginta unam, sed quadraginta duas gene-
rationes posuisse, quia iuxta fidem Paralipome-
non, Iechonias pro duabus personis patre scili-
cet & filio debeat cōputari, intelligat eundem
nihilominus numerum praesens ecclesiae tem-
pus quo domino cooperante in spem futuri sab-
bati laborat, intimare. Septies enim seni, qua-
draginta duo faciunt. Et sex quidem ad opera,
septem uero ad requiem significandam perti-
nere, rarus qui dubitet. Vnde bene populus de
terra Aegypti saluatus, quadraginta quidem an-
nos moratur in deserto, sed quia sub spe intran-
di in requiem sedulus exercetur, septies sena id
est quadraginta duo uia arctissima castrame-
tatur. Quorum ultimo dum Iesum duce[m] sus-
cipit, mox aperto Iordane promissas olim se-
des deuictis hostibus adit. Sicut & dominus Ie-
sus, quadragesima secunda generatione ex quo
mundus cecitatis praesca tenebras Abrahā cre-
dente discussit, adueniens in carne baptisimi no-
bis lauacro calianuas pandit. Et ipsi perfecto
uirtutum cursu, in quo quod non uidemus spe-
rantes, per patientiam expectamus sub eiusdem
(ut dictum est) numeri sacramento, post sicca-
tum Christo duce leti fluium promissa patriae
caelestis perueniemus ad regna. Qui quoniam
ipso quod tricenus inchoauit baptismo, toti
us sit Ecclesiae sordes expiaturus, eorundem
quoq[ue] numerorum mystica cognatio declarat.
Quia uidelicet triginta aequalibus suis parti-
bus computata, pariunt amplius duodecim, qui
est Patriarcharum & Apostolorum numerus,
& sunt quadraginta duo. Habent enim partes,
tricesimam, unum. Quintamdecimā, duo. De-
cimam, tria. Sextam, quinq[ue]. Quintam, sex. Ter-
tiam, decem. Dimidiam, quindecim. Quae si
muh iuncta, quadraginta duo consummāt. Vbi
mystice (ut diximus) innuitur tota Ecclesiae per-
fectionem in Christi fide & gratia consistere,
quae

Enoch.

Numeri
progenito-
rum Chri-
stiratio.

10

20

30

40

50

60

Numerorū
eorundem
ratio mysti-
ca.

quae à patriarchis primo agnita Apostolorū est
laus uoce diffamata. Nec esse nomē aliud sub
celo in quo oporteat nos saluos fieri, quomodo
in quadraginta duobus nulla est particula quae
non aequalibus tricenis numeri contineatur
in partibus. Tricenarius ergo numerus suis par-
tibus quadragessimū complet & secundum,
quia dominus ecclesiam sui baptismatis sacramē-
tis, & nunc laborantē temporaliter munit, & fi-
nitis laboribus ad requiē aeternaliter perducit.

CAPVT QVARTVM.



Iesus autem plenus spiritu sancto regressus
est ab Iordane, & agebatur in spiritu in de-
sertum diebus quadraginta. Hæc bap-
tizato domino confessio facta,
Matthaeus Marcusq[ue] designant.

Quorū unus descriptio eius baptismo, mox
ita subiunxit, Tunc Iesus ductus est in desertū
ab spiritu, ut tentaretur à diabolo. Alter ita, Et
statim spiritus expulit eum in desertum, & erat
ibi quadraginta diebus & quadraginta nocti-
bus, & tentabatur à Satana. Verum ne cui ue-
niret in dubiū à quo eum spiritu ductum siue
expulsum dicerent in desertū, consulte Lucas
primo posuit, quia Iesus plenus spiritu sancto
regressus est ab Iordane, ac deinde intulit, & a-
gebatur in spiritu in desertum: Ne quid contra
eum ualuisse spiritus putaretur immundus, qui
plenus spiritu sancto, quo uolebat gradiendo,
quaeq[ue] uolebat agebat. Nam & infra ubi mani-
feste à diabolo adsumptus siue staturus asseri-
tur, non eius imbecillitas, sed inimici superbia
qui uoluntatem saluatoris ne cessitatem putat,
arguitur. Non ergo uirtute spiritus mali Iesus
agitur in desertum, sed uolūtate sui spiritus bo-
ni locum certaminis quo aduersarium sternat,
de uictoria certus ingreditur. Vbi nobis pari-
ter ordinem recte conuersandi praemonstrat,
ut post acceptam uidelicet in baptismo remis-
sionem peccatorum, spiritusq[ue] sancti gratiam,
arctius contra nouas antiqui hostis insidias ac-
cingi, mente saeculum deserere, & quasi manna
deserti, sola aeternae uitae gaudia discamus esu-
rire. Et nihil manducauit in illis diebus, & consumma-
tis illis, esurijt. Quadragesima ieiuniorum habet
auctoritatem, & in ueteribus libris ex ieiunio
Moysi & Heliae, & ex Euangelio, quia totidem
diebus dominus ieiunauit, demonstrans euan-
gelium non dissentire à lege & prophetis. In
persona quippe Moysi lex, in persona Heliae
propheta accipiuntur. Inter quos in mote glo-
riosus apparuit, ut euidentius emineret quod de
illo dicit Apostolus, Testimonium habens à le-
ge, & prophetis. In qua autem parte anni con-
gruentius obseruatio quadragimes constitue-
re, nisi confinis atq[ue] contigua dominica pas-
sionis, quia in ea significatur hæc uita laborio-
sa, cui opus est continentia, ut ab ipsius mundi
amicitia ieiunetur. Aliter, Ieiunauit dominus
cum tentaretur ante mortem, cibo adhuc indi-

Cap. II.

Spiritus à
quo ductus
Christus
in desertū
est.

Quadra-
gesime aucto-
ritas.

10

20

30

40

50

60

gens. Manducauit autem & bibit, cum glorifi-
caretur post resurrectionē, iam cibo non indi-
gens. Hic enim ostendebat in se nostrum labo-
rē, illic autē in nobis suam cōsolationē, quadra-
genis diebus utruq[ue] definiens. Quo numero
quadragesima huius saeculi significare uidetur
excursus in his qui uocantur per gratiā, ad eum
qui nō uenit legem soluere, sed adimplere. De-
cem namq[ue] praecepta sunt legis, iam gratia Chri-
sti diffusa per mundum, & quadripertitus est
mundus, & decem quadruplicata quadragin-
ta faciūt. Quoniam qui redempti sunt à domi-
no, de regionibus congregauit eos. Ab orien-
te, & occidente, & Aquilone, & mari, Ieiunans
itaq[ue] quadraginta diebus ante mortem carnis
uelut clamabat, Abstinere uos à desiderijs hu-
ius saeculi. Manducans autem & bibens, XL. die-
bus post resurrectionem carnis uelut clama-
bat, Ecce ego uobiscum sum usq[ue] ad consum-
mationem saeculi. Ieiunū quippe est in tribula-
tione certaminis, quoniam qui in agone est, ab
omnibus abstinens est. Cibus autem in spe pa-
cis, quae perfecta non erit, nisi cum corpus no-
strum cuius expectamus redemptionē, induerit
immortalitatē, quod nondum adipiscendo
gloriamur, sed sperando iam pascimur. Vtrūq[ue]
Apostolus simul nos agere ostēdit, dicens: Spe-
gaudentes, in tribulatione patientes. Tāquam
illud esset in cibo, hoc in ieiunio. Simul enim
cum uiam domini carpinus, & à uanitate praes-
entis saeculi ieiunamus, & futuri promissione
reficimur, hic non apponentes cor, illic pascen-
tes sursum cor. Quod autē dominus consum-
matis ieiunij diebus esurijt, cum de Moysē uel
Helia ieiunantibus nihil tale sit scriptum, ideo
factum est, ne ab eo tentando pauens tristis au-
fugeret, quem cum tot signis caelestibus prae-
notatum, tum etiam uiris excellentissimis in ab-
stinendo uideret aequatū. Esurijt enim humilis
Deus homo, ne inimico innotescat sublimis
homo Deus. Dixit autem illi diabolus, Si filius Dei
es, dic lapidi huic ut panis fiat. Antiquus hostis re-
demptorem humani generis debellatorem su-
um in mundum uenisse cognouit, unde & per
obsessum hominem dixit, Quid nobis & tibi
fili dei uenisti huc ante tempus, torquere nos?
Qui tamen prius cum hunc passibilem cerne-
ret, cum posse mortalia perpeti humanitatis ui-
deret, omne quod de eius diuinitate suspicatus
est, ei factu suae superbiae in dubium uenit. Ni-
hil quippe, nisi superbum sapiēs, dum esse hūc
humilem conspicit, Deum esse dubitauit. Vn-
de ad tentationem se argumēta conuertit. Sed
non sicut nos qui puri homines sumus, irruen-
tes se temptatione concutimur, ita redemptoris no-
stri anima temptationis est necessitate turbata. Ho-
stis namq[ue] noster & si in excessum motem eum
permisus adsumpsit, si daturum se regna mun-
di perhibuit, si quasi in panem uertendos lapi-
des ostendit, mentem tamen mediatoris Dei

Manduca-
candiratio

Tentandi
occafio.

& hominum tentatione quassare non ualuit. Sic enim dignatus est hæc exterius cuncta suscipere, ut tamen eius mens interius diuinitati suæ inhærens inconcussa permaneret. Qui & si quando turbatus spiritu infremuisse dicitur, ipse diuinitus disponebat, quantum ipse humanitus turbaretur. *Et respondit ad illum Iesus, Scriptum est quia non in pane solo uiuit homo, sed in omni uerbo dei.* Ideo sic respondit dominus, quia propositum ei erat humilitate diabolum uincere, non potest. Simulq; animaduertendum quod nisi ieiunare cœpisset Dominus, tentandi occasio non fuisset diabolo. Secundum illud, Fili accedens ad seruitutem dei, prepara animam tuam ad tentationem. Sed & ipsa responsio saluatoris, hominem fuisse indicat qui tētatus est. Non in pane solo uiuit homo, sed in omni uerbo dei. Si quis ergo non uescitur uerbo dei, iste non uiuit. Aliter. Hostis noster adhuc in hac uita nos positos, quanto magis nos sibi rebellare cōspicit, tanto amplius expugnare contendit. eos enim pulsare negligit, quos quieto iure possidere sentit. Contra nos uero eo uehementius incitat, quo ex corde nostro quasi ex iure propria habitationis expellitur. Hoc enim in seipso dominus sub quadam dispensatione figurauit, qui diabolum non nisi post baptismate tentare permisit, ut signum nobis quoddam futuræ cōuersationis innueret, quod membra eius postquam ad Deum proficerent, tūc aciores tentationum insidias tolerarent. *Et duxit illum diabolus & ostendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis.* Cum ductus à diabolo deus homo narratur, mens refugit, humanæ hoc audire aures expauescunt. Cui tamen non esse incredibilia ista cognoscimus, si in illo & alia facta pensamus. Certe iniquorum omnium diabolus caput est, & huius capitis mēbra sunt omnes iniqui. Quid ergo mirum si se permisit ab illo in montem duci, qui se pertulit etiam à membris illius crucifigi. Non est ergo indignum redemptori nostro quod tentari uoluit, qui uenerat occidi, iustum quippe erat, ut sic tētationes nostras suis tentationibus uinceret, sicut mortem nostram uenerat sua morte superare. Bene autem in momento temporis sæcularia & temporalia monstrantur. Non enim tam cōspicua celeritas indicatur, quam caduca fragilitas potestatis exprimitur. In momento enim cuncta illa prætereunt, & sæpe honor sæculi abiit antequam uenerit. Quid enim sæculi potest esse diuturnum, cum ipsa diuturna non sint sæcula. *Et ait ei, Tibi dabo potestatem hanc uniuersam, & gloriam illorum, quia mihi tradita sunt, & cui uolo, do illa. Tu ergo procidens adoraueris coram me, & erunt tua omnia.* Arrogas & superbus etiam hoc de iactantia loquitur, non quod id toto mūdo habeat potestatem ut possit omnia regna dare diabolus, cū sciamus plerosq; sanctos uiros à Deo reges factos. Si, inquit, procidens adoraueris coram me. Ergo qui

Responsio nis Christi ratio.

Vita hominis.

Diaboli arrogātia.

adoraturus est diabolum, ante corruit. *Et respondens Iesus, dixit illi: Scriptum est, Dominum deum tuum adorabis, & illi soli serues.* Dicens diabolus saluatori, si procidens adoraueris me: e contrario audit, quod ipse magis adorare eum debeat dominum & deum suum. Querit forte aliquis quomodo conueniat quod hic præcipitur domino soli seruiendum. Apostoli uerbo qui dicit, Sed per charitatem seruite inuicem. Sed huic facile Græcæ linguæ ex qua scriptura trāsata est, origo satisfacit, in qua seruitus duobus modis ac diuersa significatione solet appellari. Dicitur enim *λατρεία*, dicitur & *δουλεύειν*. Sed dulcia inteligitur seruitus communis, hoc est siue Deo, siue cui libet rerum, natura exhibitā. A qua etiam seruus, id est *δούλος*, græce nomē accipit. Latrā autem uocatur seruitus illa, quæ soli diuinitatis cultui debita, neq; ulli est participanda creaturæ. Vnde & idololatræ nuncupantur hi, qui uota, præces & sacrificia, quæ uni deo debuerant, idolis impendunt, lubemur ergo per charitatem seruire inuicē, quod est græce *δουλεύειν*. Vnde dicitur, *Et illi soli serues*: quod est græce *λατρεύεις*. Et iterū, Nos enim sumus circumcisio, spiritui Dei seruientes, quod est in greco *λατρουόντες*. *Et duxit illum in Hierusalem, & stetit eum super pinnam templi.* Vt quem gula uel aurtia superare nō poterat, tentet & uana gloria, si forte illum uel ipsa uictoriae fugacitania deijcere queat. *Et dixit illi: Si filius Dei es, mitte te hinc deorsum.* In omnibus tentationibus hoc agit diabolus, ut intelligat si filius dei sit, sed dominus sic responsionem temperat, ut eum relinquat ambiguū. Mitte te deorsum. Vox diaboli, qua semper omnes deorsum cadere desiderat. Mitte te inquit: persuadere potest, præcipitare non potest. *Scriptum est enim, quod angelis suis mandauit de te, ut conseruent te, & quia in manibus tollēt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.* Hoc in nouagésimo Psalmo legimus. Verum ibi non de Christo, sed uiro sancto propheta est. Male ergo interpretat scripturas diabolus. Certe si uere de saluatore scriptū nouerat, debuerat & illud dicere quod in eodem Psalmo contra se sequitur, Super aspides & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconē. De angelorum auxilio quasi ad infirmum loquitur, de sui conculcatione quasi tergitefator tacet. *Et respondens Iesus, ait illi, Dicitum est, non tentabis dominum Deum tuum.* Falsas de scripturis diaboli sagittas, ueris scripturarum frangit clypeis. Et notandum quod necessaria testimonia de Deuteronomio tantū protulerit, ut secundæ legis sacramenta monstraret. Non tentabis, inquit, dominum deum tuū. Suggerebatur enim tanquam homini, ut signo aliquo exploraret ipse quantus esset, id est quā multū apud deum posset. quod uitiose fit, cum sit. Pertinet namq; ad sanā doctrinā, quādo habet quod faciat homo, non tentare

Seruiendū soli deo & inuicem.

Dulcia.

Latrā.

De gloria uana tentatur.

Deorsum mitti.

Diabolus cauillatur.

Deuteronomij auctoritas.

tentare dominum deum suum. Neq; enim & ipse saluator nō poterat tueri discipulos suos, quibus tamen ait, Si uos persequuti fuerint in una ciuitate, fugite in aliam. Cuius rei prior exemplum præbuit. Nam cum potestatem haberet ponendi animam suam, nec eam poneret nisi cum uellet, in Ægyptum tamen infans portantibus parentibus fugit. Et ad diem festum non euidenter, sed latenter ascendit, cum alias palā loqueretur iudeis irascentibus, & de inimicis simo animo audientibus, nec tamen ualētibus in eum mittere manus, quia nondum uenerat hora eius. Qui ergo palam docendo & arguendo, & tamen inimicorū rabiem ualere in se aliquid non sinendo, dei demonstrabat potestatem, idem tamen fugiendo & latendo hominis infirmitatem, ne deum tentare audeat quādo habet quod faciat, ut quod cauere oportet, euadat. *Et consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo usq; ad tempus.* Vides ipsum diabolum non esse in studio pertinacem, cedere uero sole re uirtuti. Et si inuidere non desinat, tamen instare formidat, quia frequentius refugit triumphari. Audito itaq; Dei nomine, recessit (inquit) usq; ad tempus. Postea enim non tentaturus, sed aperte pugnaturus aduenit. Quamuis sæpe antiquus hostis postquam menti nostræ tentationem certamen inflixerit, ab ipso suo certamine ad tempus recedit, non ut illate malitiam finem præbeat, sed ut corda quæ per quietem securā reddiderit, repente rediens, facilius inopinatus irrumpat. Notandum autem quod tribus solum tentatoris fraudibus expositus, omnem tentationem dicit esse consummatam. Quia uidelicet his omnium uitiorum origine amplectuntur & fontes. Ioanne attestante qui ait, Quia omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia uitæ. Et in euangelica parabola tribus solum reprobis negotijs, ab æternæ uitæ dapibus excluduntur. Primus (inquit) dixit, Villam emi, & necesse habeo exire & uidere illam. Et alter dixit, Iuga bouum emi quinque, & eo probare illa. Et alius dixit, Vxorē duxi, ideo non possum uenire. Vxor is quippe appetitus, sicut & gula, ad concupiscentiam carnis pertinet. Villæ emptio, quæ avaritia non caret, ad superbiam uitæ respicit. Probatio quinque iugorum, id est corporalium rerum curiositas, quæ est uana gloria, ad concupiscentiam refertur oculorum. Nam per oculos maxime curiositas preualet. & his qui dem dominus quasi fortior facie ad faciem tentatur, nos uero cum & ipsi percepto baptismate gratia spiritus, eremum uirtutum adimus, cum ieiuniū quadragesimale suscipimus, id est, ab illecebris sæcularibus toto uitæ nostræ tempore continere disponimus, uel tacitis appetimur insidijs, uel aliquando etiā proximis ore pulsamur. Qui cum blandiens dicit, Homo fortis es, manduca & bibe, & similis ma


Diabolus cedere succinit.

Tentatio omnis de tribus.

ne, uidendum est, ne nobis serpētis antiqui neficius uenena propinet. Dicendum q; Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo dei. Verum multi concupiscentia carnis deuicta, mox avaritia pulsantur, & aliquoties etiam superatur, adeo ut pro oblatiis muneribus diabolum adorare non metuant. Quorum ubi plurimi continentiam laudant, maiores etiam personæ honorant, dona tribuunt, sit ut uoluptatum uictores philargyria uincantur, & crescente per tempus infania, diuites quosq; quos per aperta facinora dæmone plenos agnoscunt, non modo non excrentur & arguant, sed & flexa ceruice adorent & suscipiant. Vnde dicit Apostolus, avaritiam, simulacrorū esse seruitutē. Qui si & hanc saluatoris exemplo triumpharint, dominum uidelicet deū suum adorando, & pro æternis gaudijs illi soli seruiendo, aderit & tertia uana gloriæ pestis, quæ uitiorū præcedentiū uictores de suis uirtutibus extollat, ut quasi in uirtutum culmine positos ulterius se iam cadere nō posse præsumant. Et hoc plane curiosis oculis deum tentare est, de suis quempia meritū gloriari. Contra hoc quod ipse fidem discipulis augens ait, Cū per feceritis omnia quæ præcepta sunt uobis, dicite, Serui inutiles sumus, quæ debuimus facere fecimus. Qui cum alibi præcipere, ne iustitiam nostrā coram hominibus faciamus in eiusdē definitione ieiunium tantū, elemosynam, atq; orationē subiunxit, triplici scilicet hostis telo totidē arma defensionis opponens, ut ieiunio concupiscentia carnis, elemosynis avaritia, precibus iactantia pellatur meritō. Hæc de principijs euangelicæ dispensationis uno libello dixisse sufficiat, uerū quæ sequuntur gesta uel dicta saluatoris, non solum nostræ quieti, sed & legentium commodo consulescentes, ab alio magis intreamur exordio. Nescio quo enim modo, ut Augustinus ait, ita libri termino reficitur lectoris intentio, sicut labor uisitoris hospitio.

Remedia contra tentationes diaboli.

LIBER SECVNDVS.



Celestia narrat historia, beatissimum Ioannem Apostolum usq; ad ultimum penē uite sue tempus absq; ullius scripturæ indicijs euangelium prædicasse. Sed cum trium, inquit, euangeliorum, etiam ad ipsum notitia peruenisset, probasse quidē dicitur fidem & ueritatē dictorum, deesse tamē uidit aliqua, & ea maxime quæ primo prædicationis suæ tempore, dominus gesserat. Certū est enim quod in superioribus tribus Euangelistis hæc uidetur sola contineri, quæ in eo gesta sunt anno quo Ioannes Baptista uel inclusus est in carerē, uel punitus. Deniq; si obserues, statim in initijs narrationū, posteaquā refert Mattheus de quadraginta dierum ieiunio,

Ioannis euangelium.

& de tentatione eius, continuo subiecit dicens, Audiens autem quia Ioannes Baptista traditus est, secessit a Iudaea, & uenit in Galilaeam. Sed & Marcus similiter. Postea quam (inquit) traditus est Ioannes, uenit Iesus in Galilaeam. Lucas uero etiam priusquam incipiat aliquid de actibus referre Iesu, dicit quia adiecit Herodes super omnia mala quae gesserat, & inclusit Ioannem in carcerem. Quia inquam ab his haec uidebantur omissa, rogatus dicitur Ioannes Apostolus, ut ea quae praeterierant priores ante traditionem Ioannis, saluatoris gesta describeret. Et ideo dicitur in Euangelio, Haec fecit initio signorum Iesus. Et iterum in alio loco indicat dicens, Nondum enim Ioannes missus fuerat in carcerem. Ex quibus constat quod ea quae antequam Ioannes traderetur, ab Iesu fuerant gesta, describit his memoratae historiae dictis initium huiusce, hoc est secundi nostri in Lucam libelli praemunere curauimus, ne qui lugentium putaret ea quae per ordinem sunt exponenda, post dicitur XL. ieiunium confestim facta, sed post aliquid quod a domino miracula uel in Iudaea uel in Galilea patrata potius animaduertent esse secuta.

Cap. 12.

Virtus spiritus.

Et regressus est Iesus in uirtute spiritus in Galilaea, & fama exiit per uniuersam regionem de illo, & ipse docebat in synagogis eorum, & magnificabatur ab omnibus. Virtutem spiritus, signa miraculorum dicit. Si autem & alibi Iudaei admirantes, Vnde (inquit) huic sapientia haec & uirtus? Sapientiam uide licet ad doctrinam, uirtutem uero ad opera referentes. Quae utraque pariter & in hoc loco inueniuntur, dum Iesus & in uirtute spiritus ingressus esse, & in synagogis eorum docuisse perhibetur. Vnde merito & magnificatus a praesentibus, & per absentes quoque fama uulgatus asseueratur. Quod non uicque nisi praesentibus factum dicitur, ut fieri possit indicium. Sed hoc tempus & ordinem in Ioannis (ut dictum est) Euangelio, quisque quaelierit inueniet. Cuius ut caetera praetermittens, unum solum modo testimonium ponam. Cum uenisset, inquit, in Galilaeam exceperunt eum Galilaei, cum uidissent omnia quae fecit in Hierosolymis in die festo. Notandum sane, quod primo Iesum uirtutem spiritus demonstrasse, & post doctrinam gratiam ministrasse, primo de uirtutibus famam egresam, & sic doctrinam magnificatam esse commemorat, iuxta ordinem uidelicet, quem & in actibus Apostolorum breuiter commendare curauit. Quae caput Iesu facere & docere. Prius enim facere, & postea posuit docere, ne qui doctor auditoribus suis quae nondum factis ipse patrauit, imperare praesumat. Et uenit Nazareth ubi erat nutritus, & intrauit secundum consuetudinem suam die sabbati in synagogam. Synagoga Graece, Latine dicitur congregatio, quo nomine non solum aduentum turbatum conuenit, sed & domum qua ad audiendum dicendumque Dei uerbum conueniebant Iudaei, appel-

Virtus ante gratiam doctrinae facta.

Synagoga.

lare solebant. Vnde dominus ad Annam pontificem: Ego semper, inquit, docui in synagoga, & in templo, quo omnes Iudaei conueniunt. Si autem & nos Ecclesias fidelium, & loca & choros uocitamus. Verum differt inter synagogam que congregatio, & ecclesiam quae conuocatio interpretatur, quod ueteris testamenti populus utroque uocabulo, noui autem tantum Ecclesia nuncupatur. Quia uidelicet & pecora & inanimata quae res congregari in unum possunt, conuocati autem non nisi ratione utentia possunt. Ideoque nouae gratiae populum quasi maiori dignitate praeditum, rectius conuocatum in unitate fidei, quam congregatum dicere, id est ecclesiam, quam synagogam nominare, a postolicis scriptoribus & doctoribus uisum est. Confluebant autem die sabbati in synagogis, ut iuxta quod Dominus praecipit, Vacate & uidete, quoniam ego sum deus. feriatas mundi negotijs, ad meditando legis monita quieto corde resideret. Cuius eo die de uocationis agendae haecenus in Ecclesia perdurat indicium, quae ad memoriam praesae religionis canticum Deuteronomij, in quo uniuersus ueteris populi status, quid uidelicet offensus, quid propitio deo meruerit, continetur, nonnullis in locis sabbato dicere consueuit. Alioquin esset praeposterum, ut prioribus septimanae diebus prophetarum dictis carminibus, Moyse ultimum diceretur. Intrauit ergo Iesus die sabbati in synagogam, ut ritum legis Moisaicae, cum uolo gratiae caelestis adimpleret. Et surrexit legere, & traditus est illi liber prophetae Esaiam. Indicum quidem humillimae dispensationis est, qua deus inter homines ministrare, non ministrari uenerat, quod etiam lectoris suscipere non dedignatus officium. Sed altiore prouidentia Lucas a lectione & explanatione prophetae gesta dominis scripturam inchoauit, quia scilicet omnis prophetiae scriptura ad ipsum usque pertingens, per ipsum nobis aperienda, & in ipso constiterit adimplenda. Vnde & utrumque hoc in euangelij sui fine manifestius explicat, cum posito prius dicto saluatoris, Quoniam necesse est impleri omnia quae scripta sunt in lege Moyse, & prophetis, & Psalmis de me, mox ipse subiunxit, Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas. Surrexit igitur legere Iesus, ut quos noua signorum operatio non conuerterat, uel propheticae lectionis attestazione corrigeret. Et ut reuoluit librum, inuenit locum ubi scriptum erat. Pulchre librum prophetiae clausum accipit, sed reuolutum legit, quia mysterium incarnationis suae prophetarum uoce praescriptum, & prius suscepit exhibendum, & post intelligendum mortalibus aperuit. Spiritus domini super me, propter quod unxit me euangelizare pauperibus, &c.] Loquens supra de uocatione gentium & ecclesiae confirmatione per prophetam saluator, cum inter caetera diceret, Ego dominus in tempore eius subito faciam istud, confestim hoc quod hic lectum est, intulit, Spiritus domini

Ecclesia.

Differentia utriusque.

Spiritus domini super me, & an Christus sit dominus.

domini super me. Non quod dominus deus habeat dominum deum, sed quod iuxta dispensationem carnis adsumptae, dicat ea quae humilia sunt. Ad quem Psalmista iam dixerat, Dilixisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te deus, deus tuus oleo laetitiae praefortibus tuis. Quando enim confortes nominantur, naturam carnis intellige, qua deus confortes substantiae suae nos habet. Et quia erat unctio spiritualis, & nequaquam humani corporis, ut fuit in sacerdotibus Iudaeorum, ideo praefortibus, id est caeteris sanctis unctus esse memoratur. Cuius unctio, illo expleta est tempore, quando baptizatus est in Iordane, & spiritus sanctus in specie columbae descendit super eum, & mansit in illo. Vinctus est igitur oleo spirituali & uirtute caelesti, ut paupertatem conditionis humanae thesauro resurrectionis rigaret aeterno, captiuitatem mentis auferret, caecitatem illuminare animarum. Beati, inquit, pauperes, quia uestrum est regnum dei. Et iterum, Si uos filius liberauerit, uere liberi eritis. Et iterum. Qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitae. Dimittite contractos in remissionem. Praedicare annum domini acceptum, & diem retributionis. Sacrificium (inquit) deo, spiritus contritus, cor contritum & humiliatum deus non spernit. Atque ideo missum siue unctum se dicit, ad medendum contractis, siue contritis corde. iuxta quod & Psalmista de illo, Qui sanauit (inquit) contritos corde, & alligat contritiones eorum. Vel certe dimittite contractos in remissionem, eos qui legis pondere graui atque inportabili fuerant depressi releuare, atque in remissionem uenit gratiae spiritualis admittere. Et hoc ipsum est predicare annum domini acceptum. Tunc enim uerus Iubilei, id est libertatis annus aderat tempus, uidelicet ecclesiae, quo in corpore uersata peregrinatur a domino. De quo Psalmista canit, Benedices coronam anni benignitatis tuae. Neque enim ille, quo dominus praedicabat, solus fuit acceptabilis, sed etiam iste quo praedicat, postolus dicens, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Post annum sane domini acceptabilem, etiam diem retributionis extremae praedicat, dicens, Filius enim hominis uenturus est in gloria sua cum angelis suis, & tunc reddet unicuique secundum opus eius. Ad cuncta igitur haec euangelizanda ideo se dicit missum, quia spiritus domini est super eum. Et cum plerumque librum, reddidit ministro, & se dicit. Librum Dominus omnibus uoce audientibus legit, lectum uero ministro reddidit. Quia sicut ipse alibi testatur, cum esset in mundo, palam locutus est mundo, semper docens in Synagoga & in templo, quo omnes Iudaei conuenire consueuerant. Sed ad caelestia regressus, his qui ab initio ipsi uiderunt, & ministri fuerunt sermone, Euangelizandi officium tradidit. Et beneficiens quidem legit, sed libro red-

Contritos corde sanauit dominus.

Annus domini.

Libri plerumque reddidit.

dito refedit. Stare enim, operantis. Sedere, quietis uel iudicantis est. Quia dominus Iesus Christus, ut uiam nobis scientiae quae de se erat scripta patefaceret, ad tempus in carne dignatus est operari. Peracto autem praedicationis officio, discipulos suae doctrinae sequaces elegit, seque supernae quietis solio restituit, unde & nunc occulto iudicio cuncta dispenset, & in fine totius saeculi iudex manifestus appareat. Simul exemplum mystice proponens, ut uerbi quilibet praedicator, eiusdem sit etiam factor. Surgat, legat, & resideat: hoc est, operetur, praediceat, & sic praemia quietis expectet. Et notandum quia librum ipse reuolutum legit, ministro autem multiplicatum reddidit. Quia & ecclesiam suam missa a patre spiritu ueritatis, docuit in omnem ueritatem, & tamen non omnibus omnia dicenda, sed pro captu audientium uerbum doctori dispensandum suo praemonstrabat exemplo, cum ait, Multa habeo uobis dicere, sed non potestis illa portare modo. Et omnium in Synagoga oculi, erant intendentes in eum. Coepit autem dicere ad illos, Quia hodie impleta est haec scriptura in auribus uestris. In eo utique impleta, quia sicut illa praedixerat, & magna faciebat, & maiora dominus euangelizabat. Quod igitur maius quaerimus testimonium, quam quod se fuisse qui locutus est in prophetis, propria uoce signauit? Remouens sacrilegia perfidorum, qui alium deum dicunt ueteris testamenti, alium noui, uel qui initium Christi dicunt esse de uirgine. Quomodo enim coepit ex uirgine, qui ante uirginem loquebatur? Et omnes testimonium illi dabant, & mirabantur in uerbis gratiae quae procedebant de ore illius. Testimonium illi dabat, attestando illum uere, ut dixerat eum esse, de quo cecinerat propheta, uere spiritus sancti gratia per unctum, uere se pauperes, caecos, captiuos, atque contractos, illius per omnia indigere muneribus. Et dicebant, Nonne hic est filius Ioseph? Quanta Nazarenorum caecitas, qui eum quem in uerbis factisque Christum esse cognoscunt, ob generis tantum notitiam contemnunt. Quorum tamen error salus nostra est, & haereticorum condemnatio. Intantum enim cernebant hominem Iesum Christum, ut hunc filium Ioseph, & iuxta alios euangelistas fabrum, uel fabri clamarent filium. Inter quae intuentium quare Christus in carne apparens, fabri filius, immo faber appellari uoluerit. Sanoque intellectu sentiendum, quod etiam per hoc se eius ante saecula filium esse docuerit, qui fabricator omnium, in principio creauit deus caelum & terram. Nam & si humana non sunt comparanda diuinis, typus tamen integer est, quia pater Christi igni operatur & spiritu. Vnde & de ipso tanquam de fabri filio, praecursor eius ait, Ipse uos baptizabit in spiritu sancto & igni. Qui in domo magna huius mundi, diuersi generis, uasa fabricat. Immo uasa irae spiritus igne molliendo, in misericordiae uasa commutat. Vnde bene Malachias, cum ex

Christus aeternus.

Nazarenorum caecitas.

Faber cur dominus appellari uoluerit.

persona patris diceret, Ecce mittam angelum meum, & preparabit uiam ante faciem meam, & statim ueniet ad templum suum dominator quem uos queritis. post pauca subiunxit atq; ait, Et sedebit confluens, & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & conflabit eos quasi aurum & quasi argentum. Sed huius sacramenti Iudaei ignari, diuinae uirtutis opera profanae carnalis contemplatione despiciunt, sicut non solum ex precedentibus ipsorum, sed etiam ex subsequentibus Domini uerbis apparet cum subditur, *Et ait illis. Vtiq; dicitis mihi hanc similitudinem, Medice, cura te ipsum, quanta, &c.* Quorum insana perfidia, sanam licet nesciens fidem confitetur, quae dominum Christum fabrum cognominat, & medicum. Faber est enim uerus, quia omnia per ipsum facta sunt. Medicus est, quia omnia per ipsum restaurata sunt in caelis & in terra. Et sicut de se ipse testatur, non habent opus sani medico, sed male habentes. Et quia diximus quo instrumento fabricandi, dicamus & quo utatur genere medicandi. Praetereans uidit caecum a natuitate, exiit in terram, & fecit lutum de sputo, liniuitq; super oculos eius, & dixit ei: Vade, laua in natatoria Siloae, quod interpretatur missus. Abijt ergo & lauit, & uenit uidens. Agnosce igitur magnae modum medicinae, & gaude quia per hanc illuminari meruisti. Lutum de terra, caro Christi est. Sputum de ore, diuinitas eius est, quia caput Christi Deus. Sputum luto immixtum, nos illuminat in natatoria Siloae baptizatos, quia uerbum caro factum est, & habitauit in nobis, & uidimus gloriam eius, quam prius tenebris arcentibus comprehendere non poteramus. Per fabrum ergo Christum creatus es, ut esses. Per medicum Christum recreatus es, ut post uulnera sanus esses. Qui ab irridentibus quidem ciuibus seipsum curare, hoc est in sua patria uirtutes facere monetur, sed non otiose ab Euangelista alio excusatur, quia non poterat tibi uirtutem ullam facere, nisi paucos in firmos impositis manibus curauit. Et mirabatur propter incredulitatem illorum. Ne fortasse quis uisorem nobis fieri debere patrie putaret affectum. Amabat itaq; ciues, sed ipsi se charitate patria qui liuore priuabant. *Ait autem, Amen dico uobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua.* Prophetam dicit in scripturis dominum Christum, & Moyses testis est qui ait, Prophetam uobis suscitabit Deus uester de fratribus uestris tanquam me. Non solum autem ipse qui caput & dominus est prophetarum, sed & Helias, Hieremias, ceteriq; prophetae, minoris in patria q; in extremis ciuitatibus habiti sunt. Quia prope modum naturale est, ciues semper ciuibus inuidere. Non enim considerant praesentia uiri opera, sed fragilem recordantur infantiam, quasi non & ipsi per eosdem gradus ad maritatem aetatem uenerint. *In ueritate dico uobis, multae uiduae erant in diebus Heliae in Israel quando clausum est ca-*

lum annis tr. &c.] Non (inquit) hoc quod diuina fastidiosis ciuibus beneficia subtraho, prophetarum gestis aduersatur. Quia sicut fame quondam omnem terram premete, nemo est in Iudaea repertus Heliae dignus hospitio, sed exteris gentis est uidua quaesita, quae ob fidei gratiam a tanto propheta uisitari deberet, & sicut multis ibidem leprosis Naaman tantum Syrus, quia deuota quaesierat, ab Helia propheta curari promeruit, sic & uos non alia quam inuidiae perfidiaeq; causa, superno munere priuabit. Quorum si facta prophetarum, etiam allegorice discusseris, inuenies profecto dominum in patriae suae a qua receptus non est, perfidia, superbiam notasse Iudaeorum. Nomine uero Capharnaum quae ager consolationis interpretatur, gentium praedicasse salutem, ubi maiora cotidie signa per Apostolos Apostolorumq; successores, non tam in corporum quam in animarum sanatione pertrantur. Igitur uidua ad quam Helias missus est, gentium designat Ecclesiam, quae a suo diuitius conditore deserta, populum recte fidei nesciunt, quasi pauperem filium egenae stipe nutribat, id est uerbo fructus experte docebat, donec adueniens sermo propheticus, qui exsiccato uellere Israelis, utpote clausa caeli ianua, fame periclitabatur in Iudaea, pasceretur ibi simul & pasceret, & receptus uidelicet a credentibus, & refectus ipse credentes. Vnde bene haec eadem uidua, in Sarepta Sidoniae dicitur esse morata. Sidonia quippe, uenatio inutilis: Sarepta uero, incedum, uel angustia panis interpretatur. Quia ubi abundauit peccatum, superabundauit gratia. Vbi rebus superuacuis acquirendis, quasi aucupandi cura impeditur, ubi dirigitur incendium panisq; spiritalis ante fiebat angustia, ibi farina oleumq; ore propheticum benedicitur, id est fructus & hilaritas charitatis, siue gratia corporis dominici & chrisimatis unctio, in deserto uerbi caelestis munere foecundatur. Cuius haecenus in uasis oleum gaudij spiritalis & benedictionis farina non deficit, ceteris quae non credunt gentibus, inopia panis diuini miseris, & uenatui deditis inutili. Na & ipsa pulcherrime mysticum sibi prius quam moreretur panem facturam, duo se ligna colligere uelle testatur, non solo ligni nomine, sed etiam numero lignorum signum crucis exprimens, quo nobis est panis uitae preparatus aeternae. *Et multi leprosi erant in Israel sub Helia propheta, & nemo eorum mundatus est nisi Naama Syrus.* Quia nota est historia, de mysterio necesse est paucis intuemus. Et Naama ergo iste Syrus qui interpretatur decor, populum demonstrat nationum, quondam perfidiae scelerumq; lepreamaculosum, sed per sacramentum baptismatis, ab omni mentis & corporis foeditate purgatus. Qui captus consilio puellae, hoc est inspirationis supernae gratia, quam Iudaeis conseruare non ualentibus, gentes rapuere salutem sperare commonitus, septies lauari iubetur. Quia

Capharnaum.

Vidua in Sarepta.

Panis mysticus.

Ligna duo, crucis figura.

Naaman Syrus.

Faber & medicus dominus.

Propheta, dominus.

nimirum solum baptismi genus quod ex spiritu sancto regenerat, saluat. Vnde iure caro eius post lauacrum, uelut caro pueri parui apparuisse memoratur. Siue quia cunctos in Christo baptizatos, in unam parit gratia mater infantiam, seu magis ille sit intelligendus puer, de quo dictum est, Paruulus natus est nobis, filius datus est nobis, Cuius corpori per baptismum, tota credentium soboles adunatur. Et ut cuncta hic baptismi scires sacramenta praemonstrata, in quo abrenunciare Satanae, fidem confiteri precipimur, negat se Naaman ultra dijs alienis litaturum, soli per omnia domino seruiturus. Partem quoq; terrae sanctae, secum tollere gaudet, quia baptizatos oportet dominici quoq; corporis participatione confirmari. Merito igitur Naaman cuius dum aqua corpus abluatur, fide peccatus abluatur, id est populus gentium, Iudaeis lepra contumaciae squalentibus antefertur. Merito uidua Sareptena, id est Ecclesia ligno crucis refecti desiderans, Iudaeis fame uerbi pereuntibus, pane sacrosancti corporis & uiuifici spiritus unctio recreatur. Probaturq; dominus non ob suam impotentiam ciuibus, sed ob eorum inuidiam uirtutum dona negasse. Atq; hoc exemplo totam postremo gentem, non quia non amaretur, sed quia ipsa se amari non amaret, ab eo derelictam, doctoribus scilicet inde ob saluationem gentium toto orbe dispersis. Sed quod dominus uerbo de Iudaeis, hoc ipsi de se Iudaei facto testantur. Nam sequitur, *Et repleti sunt omnes in Synagoga ira haec audientes, & surrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem.* Sacriligia quippe Iudaeorum quae multo ante dominum praenunciataerat per prophetam dicens, Retribuebant mihi mala pro bonis, in Euangelio docet esse completa. Nam cum ipse per populos beneficia diffunderet, illi iniurias irrogabant. Nec mirum si perdidissent salutem, qui eiecerunt de suis finibus saluatorem. Moraliter enim Dominus, & qui docuerit exemplo sui Apostolos suos omnibus omnino fieri, nec uolentes repudiat, nec inuitos alligat, nec efficiuntibus reluctatur, nec rogantibus deest. Sic Gerasenos alibi cum uirtutes eius sustinere non possent, quasi infirmos & ingratos reliquit. Simul intellige, non ex necessitate fuisse, sed uoluntariae corporis passionem, nec captum a Iudaeis, sed a se oblatum. Etenim quando uult capitur, quando uult labitur, quando uult suspenditur, quando uult non tenetur. *Et duxerunt, inquit, illum usq; ad supercilium montis supra quem ciuitas illorum erat aedificata, ut precipitarent eum. Ipse autem transiens per medium illorum ibat.* O peior magistro discipulorum haereditas. Diabolus uerbo Dominum tentat, Iudaei facto. Ille dicit, mitte te, isti adorantur ut mittant. Et quidem Dominus supercilium montis praecipitandus ascenderat, sed per medium illorum mutata subitito uel obstupefacta furentium mente descendit, quos adhuc sanare quam perdere malebat,

Gentium purgatio.

Saluatoris electio.

Iudaei diabolo peiores.

ut castata uidentes suae coepta nequitiae, a poscendo deinceps eius morte desisterent. Necdum enim uenerat hora passionis, quae non quolibet sabbato, sed in pasceue Paschae futura extiterat. Necdum locum passionis, qui non in Nazareth, sed Hierosolymis hostiarum sanguine figurabatur, adierat. Sed nec hoc genus mortis, qui crucifigendus a saeculo praekonabatur, elegerat. Non igitur a Nazareis praecipitari, non ab Hierosolymitis lapidari, non inter pueros Bethleemitas ab Herode perimi, non alia uel alia uoluit morte consummari. Quod enim tali morte regiae potestatis indicium, quo fidelium frons armaretur, emineret. Sed solum crucis expectatum est uexillum, cuius figura & celerissimo dexterae motu contra maligni hostis tentamenta depingi, & ipsa nihilominus figura monarchie singularis potuisset typus haberi. Vt quomodo triumphum crucis exponens Apostolus ait, in nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, & terrestrium, & inferorum. Hoc est enim quod eiusdem crucis cacumina ad caelos tendunt, ima peunt inferos, cornua terram tegunt. *Et descendit in Capharnaum ciuitate Galilaeae, ibiq; docebat illos sabbat.* Vide clementiam domini Saluatoris, nec indigna tione commotus, nec scelere offensus, nec iniuria uiolatus Iudaeam deserit, quin etiam immemor iniuriae, immemor clementiae, nunc docedo, nunc liberando, nunc sanando, in fide plebis corda demulcet. Quod autem sabbatis maxime medicinae doctrinaeque suae dona frequentat, docet se non sub lege esse, sed supra legem, qui eandem quoque legem adimplere, non autem soluere uenerit, nec Iudaicum eligere sabbatum, quo uel ignem accendere uel manum pedemq; mouere non liceat, sed uerum sabbatum dilectamq; domino esse requiem, si saluti studentes animarum, ab opere seruilium, id est a cunctis contineamus illicitis. *Et stupebant in doctrina eius, quia in potestate erat sermo ipsius.* Sermo doctoris in potestate sit, cum ea quae docet, operatur. Nam qui actus ipse sua dicta destruit, contemnitur. Cui contra doctorem instituens Apostolus ait, Nemo adolescentiam tuam contemnat. Singularem autem Dominus ac principaliter solus ex potestate bona locutus est, quia ex infirmitate, mala nulla commisit. Ex diuinitatis quippe potentia, habuit id quod nobis per humanitatis suae innocentiam ministravit. Aliter, in potestate erat sermo ipsius, siue ut alius euangelista dicit, erat docens eos sicut potestatem habens, & non sicut scribae. Quoniam scribae quae per legem didicerant praeccepta, populis dabant. Ipse uero quasi auctor impletorq; legis, uel mutando uel augendo quae minus uidebantur, libere agendo substituit. *Et in synagoga erat homo habens demonium immun-*

Passionis hora.

Passionis genus.

Crucis figura.

Clementia domini.

Sermo in potestate.

Cap. 13. Synagoga.

exierat. Sicut etiam nunc quidam dicunt se Iudaeos esse & non sunt, sed sunt synagoga Sathanae. Et exclamauit uoce magna dicens: Sine, quid nobis et tibi Iesu Nazarene?] Paululum (inquit) a me tre-xando quiesce, cui nulla est cum nostra fraude societas. Et uere. Quae enim participatio luci ad tenebras? quae comunicatio Christi ad Belial? Venisti perdere nos? scio te quia sis sanctus Dei.] Nō uoluntatis ista confessio est, quam praemium sequitur confitēdi, sed necessitatis extorsio quae cogit inuitos. Et uelut si serui fugitiui post multum temporis dominū suum uideant, nihil aliud nisi de uerberibus deprecantur, sic & dēmones cernentes dominum in terris repente uersari, ad iudicandos se uenisse credebāt. Praesentia saluatoris, tormenta sunt dāmonū. Et increpauit illi Iesus dicens. Obmutescite, & exi ab illo.] Quoniam inuidia diaboli mors intrauit in orbē terrarum, ideo contra ipsum mortis auctorem, primo debuit medicina salutis operari, primo lingua serpentina, ne ultra uirus spargeret obcludi. Ac deinde forma quae prima seducta est, a carnalis concupiscentiae febre curari. Tertio uir qui male fradentis dicta coniugis audiuit, ab erroris sui lepra castigari. Vt ipse apud hūc euangelistam esset ordo restorationis, qui fuerat et casus. Et cum proiecisset illum dāmonū in medium, exiit ab illo, nihilq; illum nocuit.] Diuina permissione liberandus a dāmonē homo proicitur in medium, ut uirtus patefacta saluatoris plures ad fidē uiaq; salutis inuitet. Sed quod dicitur, Nihilq; illū nocuit, uidetur repugnare Marco qui ait, Et discepens eum spiritus immundus, & exclamans uoce magna exiit ab eo. Nisi intelligamus hoc dixisse Marcum, Discepens eum, quod Lucas dixit, Et cum proiecisset illum in medium. Vt quid secutus ait, Nihilq; eum nocuit, intelligatur quia iactatio illa membrorū atq; uexatio non eum debilitauit, sicut solent exire dāmonia etiam quibusdā membris amputatis aut euulsis. Vnde merito pro tam integra restitutione sanitatis qui aderāt parentes, tamen nondum credentes, adinuicē dicebant, Quia in potestate & uirtute imperat spiritibus immundis, & exeunt.] Expellere enim dāmonia & homines sancti, sed in uerbo dei possunt, ipsum autē dei uerbū propria potestate uirtutes operatur.

Cap. 14. **S**urgens autem de synagoga, introiuit in domum Simonis. Socrus autē Simonis, tenebatur magnis febris.] Si uirum a dāmonio liberatum moraliter animum ab immunda cogitatione purgatum significare dixerimus, consequenter forma febris tentata, sed ad imperium Domini curata, carnem ostendit a concupiscentiae suae feruore per continentiae praeccepta frenatam. Omnis enim amaritudo, & ira, et indignatio, & clamor, & blasphemia, spiritus immundi furor est. Fornicationem uero, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam, quae est simulacrorum seruitus, febrem incelebrose car-

nis intellige. Et rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam, imperauit febre, & dimisit illam.] Modo Saluator rogatus, modo ultro curat aegrotos, ostendens se contra peccatorum quoque passiones & precibus semper adnuere fidelium, & ea quae ipsi minime in se intelligunt, uel intelligenda dare, uel etiam non intellecta dimittere, iuxta quod Psalmista postulat, Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me, domine. Et continuo surgens, ministrabat illis.] Naturale est febricitantibus incipiente sanitate lacessere, & aegrotationis sentire molestiam, uerum sanitas quae Domini confertur imperio, simul tota redit. Non solum ipsa redit, sed et tanto robore comitante, ut eis continuo qui se adiuerat, ministrare sufficiat, & iuxta leges Tropologiae, membra quae seruiant immunditiae ad iniquitatem ut fructificarent morti, seruiant iustitiae in uitam aeternam. Cum Sol autem occidisset, omnes qui habebant infirmos uariis languoribus, ducebāt illos ad eum. At ille singulis manus imponens, curabat eos.] Solis occubitus, passionem mortis significat illius qui dixit, Quamdiu in mundo sum, lux sum mundi. Et sole occidente plures dāmoniaci, quam ante plures sanantur aegroti. Quia qui temporaliter in carne uiuens paucos Iudaeorum docuit, calcato regno mortis omnibus per orbem gentibus fidei salutisq; dona transtulit. Cuius ministris, quasi uitae lucisq; praecursoribus, Psalmista canit: Iter facite ei qui ascendit super occasum. Super occasum quippe Dominus ascendit, quia unde in passione occubuit, inde maiorem suam gloriam resurgendo manifestauit. Exhibant etiam dāmonia a multis, clamantia & dicentia, quia tu es filius Dei. Et increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum.] Dāmonia filium Dei confitebantur, & attestante Euangelista sciebant ipsum esse Christum. Quia quem dierum quadraginta ieiunio fatigatum diabolus hominem cognouerat, nec tentando ualebat, an & Dei filius esset experiri, iam nunc per signorum potentiam uel intellexit uel potius suspicatus est esse filium Dei. Non igitur ideo Iudaeis eum crucifigere persuasit, quia Christum siue Dei filium non esse putauit, sed quia se morte illius non prauidit esse damnandum. Vere enim de hoc mysterio a saeculis abscondito dicit Apostolus, Quod nemo principum huius saeculi cognouit. Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriae crucifixissent. Quare autē dāmonia Dominus de se loqui prohibeat, Psalmista manifestat, qui ait, Peccatori aures dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas? & cetera. Ne quis dum praedicantem audit, sequatur errantem. Improbis enim magister est diabolus, qui falsa ueris saepe permiscet, ut specie ueritatis, testimonium fraudis obtineat. Alias autem non solum dāmones qui inuiti confitebantur, iubentur silere de Christo, sed & illi, qui ab eo sanati, sponte confiteri uolebant,

Diaboli de Christo confessio.

Concord. Euangelis.

Dāmonē expellentes.

Rogatus et non rogatus curat dominus.

Febricitantium praerium.

Tropologia.

Solis occubitus.

Diabolus Christum agnoscit.

uolebant. Immo ipsi apostoli qui eum post resurrectionem toto orbe praedicaturi, ante passionem eius praecipuntur omnino reticere de illo, ne diuina uidelicet maiestate praedicata passionis dispensatio differretur, & dilata passione salus mundi quae per hanc futura erat negaretur. Facta autem die, egressus ibat in desertum locum, & turbae requirebant eum, & uenerunt usque ad ipsum.] Si occasu solis domini mors exprimitur, quare non die redeunte resurrectio illius indicetur? Cuius manifestata luce a credentium turbis inquiritur, & in gentium deserto inuentus, ne abeat detinetur. Maxime cum haec prima sabbati, quo resurrectio celebrata est, egressio, quaesitio, & inuentio contigerit.

Resurrectio domini.

Cap. 15.

Genesareth.

Genesar.

Stagnum siue mare.

Naues duae.

Piscatores.

ACTUM EST QUINTVM.
Actum est autem cum turbae irruerent in eum, ut audiret uerbum dei, & ipse staret secus stagnum Genesareth.] Stagnum Genesareth, idem dicitur esse quod mare Galilaeae, uel mare Tiberiadis. Sed mare Galilaeae ab adiacente prouincia dictum, mare Tiberiadis a proxima ciuitate, quae olim Chennereth uocata, sed ab Herode Tetrarcha instaurata, in honorem Tiberij Caesaris Tiberias est appellata. Porro Genesar a lacu ipsius natura, qua crispantibus aquis de seipso sibi excitare auram perhibetur, Graeco uocabulo, quasi generas sibi auram dicitur. Neque enim in stagni morem sternitur aqua, sed frequentibus auris spirantibus agitatur, haustu dulcis, & ad potandum habilis. Sed Hebraeae linguae consuetudine, omnis aquarum congregatio siue dulcis siue salsa, mare nuncupatur. Qui lacus interfluente Iordane centum quadraginta stadiis in longitudinem, & quadraginta extēditur in latitudinē. Quia ergo stagnum siue mare praesens saeculum designat, dominus secus mare stat, postquam uitae labentis mortalitatem deuincens, in ea qua passus est carne, stabilitatem perpetuae quietis adijt. Turbarum conuentus ad eum, gentium in fide concurrentium typus est. De quibus Elaias, Et fluent (inquit) ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi, & dicent, Venite & ascendamus ad montem domini. Et uidit duas naues stantes secus stagnū.] Duae naues secus stagnum positae, circuncisionem & praeruptum figurant. Quas bene Iesus uidisse perhibetur, quia in utroque populo nouit Dominus qui sunt eius. Eorumq; cor a fluctibus saeculi huius, ad futurae uitae tranquillitatem quasi ad soliditatem litoris uideō, hoc est miserit corditer uiuando prouehit. Piscatores autem descenderant, & lauabāt retia.] Piscatores sunt ecclesiae doctores, qui nos retia fidei comprehendunt, & de profundo ad lumen elatos, quasi pisces litori, sic terrae uiuentium aduehunt. Quasi enim quaedam retia piscantium sunt complexae praedicantium dictiones, quae eos quos coeperint in fide, non amittant. Vnde & retia, quasi

retinentia sunt uocata. Sed haec retia modo laxantur in capturam, modo lota plicantur, quia non omne tempus est habile doctrinae, sed nunc exercenda lingua doctore, nunc suimet cura gerenda. Ascendens autem in unam nauem qua erat Simonis, rogauit eum a terra reducere pusillum. Et sedens, docebat de nauicula turbas.] Nauis Simonis, est Ecclesia primitiua, de qua Paulus ait: Qui enim operatus est Petro in apostolatam circuncisionis, operatus est & mihi inter gentes. Bene una dicta, quia multitudinis credentium erat cor & anima una. De qua docebat turbas, quia de auctoritate ecclesiae doceret usque hodie gentes. Ut cessauit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia uestra in capturam.] Quod primo rogauit Simonem nauem a terra reducere pusillum, significat uel temperate utendum uerbo ad turbas, ut nec terrena eis praecipiantur, nec sic a terrenis in profunda sacramentorum recedatur, ut ea penitus non intelligant, uel prius in proximis regionibus gentibus praedicandum, ut quod dicit item Petro, Duc in altum, & laxate retia uestra in capturam: ad remotiores gentes quibus postea praedicatum est, pertineat. Et respondens Simon, dixit illi: Praeceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus. In uerbo autem tuo, laxabo rete.] Nisi dominus aedificauerit domum, in uanum laborauerunt qui aedificant eam. Nisi Dominus cor illustrauerit auditorum, doctor in nocte laborat. Nisi in uerbo gratiae supernae laxata fuerint instrumenta disputationum, frustra uocis suae praedicator iaculum mittit. Quia fides populorum non sapientia uerbi composita, sed diuinae uocationis munere prouenit. Et cum hoc fecisset, conclusit eum multitudinem capiosam. Rumpebatur autem rete eorum.] Prae multitudinem piscium rete rumpebatur, quia nunc ad confessionem fidei etiam cum electis reprobis intrant, qui ipsam quoque ecclesiam haereticis scindant. Rumpitur autem rete, sed non labitur piscis, quia suos, Dominus etiam inter persequentium scandala seruat. Et annuerunt socijs qui erant in alia naui, ut uenirent & adiuerent eos.] Alia nauis (ut praediximus) est ecclesia de gentibus, quae & ipsa non sufficiente una nauicula piscibus impletur electis, quia nouit Dominus qui sunt eius, & apud ipsum certus est suorum numeros electorum. Quumq; tot in Iudaea credituros non inuenit, quor ad fidem uitamque praedestinos nouit aeternam, quasi aliae nauis receptacula piscibus quaerens suis, corda quoque gentium fidei gratia replet. Et bene rupto rete socia nauis aduocatur, quoniam ante Iudas proditor, ante Simon Magus pisces nequissimi capti sunt, ante Ananias & Sapphira fidei rete subdole tentabant ingredi, ante ut Ioannes testatur, multi discipulorum eius abierunt retro, & iam non cum illo ambulabant. Ac deinde Barnabas & Paulus ad gentium sunt, apostolatam segregati.

Nauis Simonis.

Piscium multitudo.

Iudas & Simon Magus.

Barnabas & Paulus.

Et uenerunt

Et uenerunt & impleuerunt ambas nauiculas, ita ut mergere-
rentur. Harum impletio nauium, usq; in finem
seculi crescit. Sed quod impletæ merguntur,
hoc est in submersione premuntur (non enim
submersæ, sed tamen sunt periclitatæ) Apосто-
lus exponit dicens, In nouissimis diebus erunt
tempora periculosa, & erunt homines seipso-
s amantes, etc. Nam mergi naues est, homines in
saeculū, ex quo elati per fidem fuerant, morum
prauitate relabi. Quales & ipse Petrus adhuc
in infirmitate positus, hoc loco demonstrat. Vn-
de sequitur, Quod cum uideret Simon Petrus, proci-
dit ad genua Iesu dicens, Exi a me, quia homo peccator sum do-
mine. Quia carnales quicq; in ecclesia regimini
spiritualium, in quibus maxime Christi persona
eminet, a se quodammodo repellunt. Non enim
hoc uoce linguæ dicunt bonis ministris Dei ut
eos a se repellant, sed uoce morū et actuum suo-
rum suadēt a se recedi, ne per bonos regantur,
& eo uehementius quo deserunt eis honorem,
& eo uehementius quo deserunt eis honorem,
attamen factis suis a se recedere admonēt. Ut
honorificentiam eorum significauerit Petrus,
cadēs ad pedes domini. Mores autē in eo quod
ait, Exi a me domine, quia peccator homo sum.
Quod tamen quia non fecit dominus, nō enim
recessit ab eis, sed eos subductis nauibus ad li-
tus perduxit, significat in bonis & spiritualibus
uiris non esse oportere hanc uoluntatē, ut pec-
catis urbarum commoti, quo quasi securius
tranquilliusq; uiuant, munus Ecclesiasticum
deserant. Et ait ad Simonē Iesus, Noli timere. Con-
fortat dominus timorem carnalium, animosq;
fragilium consolando erigit, ne quis uel de suæ
conscientia culpæ tremens, uel de aliorum in-
nocentia stupens, sanctitatis iter formidet ad-
gredi. Quod autem sequitur, Ex hoc iam homines
eris capiens. Ad ipsum Petrum specialiter perti-
net. Exponit enim ei dominus, quid hæc captu-
ra piscium significet. Quod uidelicet ipse sicut
nunc per retia pisces, sic aliquādo per uerba sit
capturus homines. Totusq; facti huius ordo,
quid in Ecclesia cuius ipse typum tenet, cotidie
geratur, ostendat. Quod uero subiungitur, Et
subductis ad terrā nauibus, relictis omnibus secuti sunt eū. Potest significare finē temporis, quo ab huius-
modi salo qui Christo inhæserint, penitus reces-
suri sunt. Sciendum est autē hanc eandem non
esse lectionem qua Matthæus et Marcus binos
de nauiculis piscatores, primo Petrum & An-
dreā, deinde filios Zebedæi a domino narrant
esse uocatos. Non enim eos Lucas, nunc a Do-
mino uocatos, sed tantum Petro fuisse prædi-
ctum, quod homines esset capturus, insinuat.
Quod non ita dictum est, quali iam pisces nun-
quam esset capturus. Nam & post resurrectionem
domini, legimus eos esse piscatos. Vnde
datur intelligi, eos ad capturā piscium ex mo-
re remeasse, ut postea fieret quod Matthæus &
Marcus narrant, quando eos binos uocauit.
Tunc enim non subductis ad terram nauibus

Mergi na-
ues.

Timorē ue-
lat.

Homines
capiens.

tanquam turare de eūdi, sed ita eum secuti sunt,
tanquam uocantem ac iubentē ut sequerentur.
Et factum est cum esset in una ciuitate, & ecce uir ple-
nus lepra. Et uidens Iesum, & procidens in faciem, ro-
gauit eum dicens, Domine, si uis potes me mundare. Be-
ne ubi leprosus mundatur, certus non exprimi-
tur locus, ut ostendatur non unum populū spe-
cialis alicuius ciuitatis, sed omnium populos fuisse
sanatos. Et quia dominus ait, Non ueni solu-
re legem sed adimplere, ille qui excludebatur a
lege, purgari se Domini potestate præsumens,
non ex lege, sed supra legem esse gratiam iudi-
cabat, quæ leprosi maculam possit abluere. Ve-
rum ut in domino potestatis auctoritas, ita in il-
lo fidei cōstantia declaratur. Ille in faciem pro-
cidit, quod humilitatis est & pudoris, ut unus-
quisq; de suæ uitæ maculis erubescat. Sed con-
fessionem uerecundia non repressit, ostendit
uulnus, remedium postulauit. Et ipsa religio-
nis & fidei plena confessio est. Si uis (inquit) po-
tes me mundare. In uoluntate domini, tribuit
potestatem. De uoluntate autem domini, non
quasi pietatis incredulus dubitauit, sed quasi
collusionis suæ conscius non præsumpsit. Et
extendens manū, tetigit illum dicens, Volo, mundare. Et
cōfestim lepra discessit ab illo. Nihil mediū est
inter opus Dei atq; præceptum, quia in præce-
pto est opus. Deniq; dixit, & facta sunt. Vides
igitur quod dubitari non potest, quia uoluntas
Dei, potestas est. Si ergo uoluntas eius potestas
est, qui unius uoluntatis asserunt, unius utique
asserunt potestatis. Itaque quasi habens pote-
statem sanandi, & iubendū auctoritatem, ope-
randi testimonium non refugit. Volo enim di-
cit, propter Fotinum. Imperat, propter Arrium.
Tangit, propter Manichæum. Et lex quidem
tangi leprosus prohibet, sed qui dominus legis
est, non obsequitur legi, sed legem facit. Non
ergo ideo tetigit, quia sine tactu mundare non
poterat, sed ut probaret quia subiectus non e-
rat legi, nec contagium timebat ut homines,
sed quia contaminari non poterat qui alios li-
berabat, lepra tactu domini fugaretur, quæ so-
lebat contaminare tangentem. Simulq; illud
mirabile, quod eo sanauit genere, quo fuerat
obsecratus, Si uis potes me mundare. Volo, in-
quit, mūdare. Habes uoluntatem, habes etiam
pietatis effectum. Et ipse præcepit illi, ut nemini di-
ceret. Quare præcipitur nemini dicere, nisi ut
doceret nō uulganda nostra beneficia, sed pre-
menda: ut non solum a mercede abstineamus
pecuniæ, sed etiam gratiæ. Sed uade, ostende te sa-
cerdoti, & offer pro emundatione tua, sicut præcepit Moy-
ses, in testimonium illis, &c. Ostendere se sacerdoti
iubetur, ut intelligeret sacerdos eum non le-
gis ordine, sed gratia Dei supra legem esse cu-
ratum. Offerre autem sacrificiū, ut ostenderet
dominus quia legem non solueret, sed imple-
ret: qui secundum legem gradiens, supra legem
sanaret eos, quos remedia legis non sanauerāt.
Et bene

Cap. 16.

Leprosi mū-
datio non
querit lo-
cum certū.

Opus &
præceptum
Dei.

Dicere cur-
ueter.

Ostendere
se sacerdos

Mosaicum
sacrificium
quomodo
probet do-
minus.

Tacere
iussit domi-
nus mira-
culum.

Orare utri-
usque in
Christo
conueniat.

Et bene addidit. In testimonium illis, hoc est si
deo credant, si impietatis lepra discedat. Quod
si quem mouet quomodo dominus Mosaicum
uideatur approbare sacrificium, cum id non re-
ceperit ecclesia, meminerit nondum esse cœpisse
sacrificium sanctum sanctorum quod corpus
eius est. Nondum enim obtulerat in passione
holocaustum suum. Non autem oportebat au-
ferri significatiua sacrificia, priusquam illud quod
significabatur confirmatum esset cōtestatione
apostolorum prædicatiū, & fide credentium
populorum. Quia uero typice uir iste peccatis
languidum genus designat humanū, recte non
solum leprosus, sed & plenus lepra describitur.
Omnes enim peccauerunt, & egent gloriā dei.
Illam scilicet, ut extēta manu saluatoris, hoc est
incarnato dei uerbo humanamq; contingente
naturam ab erroris præfici uarietate mundetur,
possintq; cum Apostolis audire, iam uos mun-
di estis, propter sermonem quem locutus sum
uobis, & qui diutius abominabiles a populi dei
erant castris secreti, iam aliquando templo red-
di, & sacerdoti queant offerri, illi utiq; cui dicitur,
Tu es sacerdos in æternum. Audientes ab
Apostolo, Templū enim dei sanctum est, quod
estis uos. Offerantq; pro emundatione sua sicut
præcepit Moyses, id est exhibeant corpora sua
hostiam uiuentem, sanctam, deo placentem.
Perambulabat autem magis sermo de illo, & conueniebant
turbae multæ ut audirent, & curarentur ab infirmitatibus
suis. Vnius perfecta saluatio, multas ad domi-
num cogit turbas. Ut enim ipse se exterius in te-
riusq; doceret esse sanatum, nequaquam per ce-
ptum beneficiū uel ab ipso a quo acceperat ius-
sus, tacet. Quin potius ut Marcus narrat, euan-
gelistæ functō officio, mox egressus cœpit præ-
dicare & diffamare sermonem, ita ut iam non
posset manifeste in ciuitatem introire, sed foris
in desertis locis esse, & conueniebāt ad eum un-
diq;. Vnde merito queritur, quidnam sit quod
dominus nonnulla quæ gessit, abscondi iussit,
et nec ad horam potuerunt abscondi. Numquid
enim unigenitus filius patri & spiritui sancto
coæternus, hac in re uelle habuit quod implere
non potuit. Sed notandū quod redemptor no-
ster per mortale corpus omne quod egit, hoc
nobis in exemplo actionis præbuit. Miraculum
nanq; faciens & taceri iussit, & tamē taceri non
potuit. Ut uidelicet electi eius exempla doctri-
næ illius sequentes, in magnis quæ faciunt late-
re quidem in uoluntate habeant, sed ut prolint
alijs, prodantur in uita. Quatenus & magnæ hu-
militatis sit, quod sua opera taceri appetunt, &
magnæ sublimitatis sit, quod eorum opera tace-
ri non possunt. Non ergo dominus uoluit quic-
quam fieri & minime potuit, sed quid uelle eius
membra debeant, quid ue de eis etiam nolenti-
bus fiat, doctrinæ magisterio exemplum dedit.
Ipse autem sedebat in deserto, & orabat. Quod se-
cedit orare, non ei naturæ tribus quæ dicit, uo-

lo, mundare, & curabat ab infirmitatibus, sed ei
quæ extendens manum tetigit leprosum. Non
quo iuxta Nestorū gemina sit filij persona, sed
quo eiusdem personæ sicut naturæ, sic & ope-
rationes sint duæ. Aliter. Quod in urbe miracu-
la facit, in deserto uero uel in monte (ut infra le-
gitur) orando pernoctat, utriusq; uitæ nobis, &
actiua scilicet & cōtemplatiua documēta præ-
monstrat, ut nec cōtemplationis studio quis pro-
ximorū curam negligat, nec cura proximorum
immoderatus obligatus, cōtemplationis stu-
dia derelinquat. Quatenus nec amorē dei præ-
p. diat amor proximi, nec amorē proximi, quia
transcendit, abijciat amor Dei. In monte quip-
pe orare est, relictis infirmitatibus cogitationum
curis, tota mente quemlibet ad æterna supernæ
cōtemplationis gaudia festinare. In desertum
secedere & orare est, exurgentem intrinsecus
strepitum terrenorum desideriorum premere,
& quoddam sibi cum Domino intra se secretū
querere, ubi cum illo exteriore cessante tumul-
tu, per interna desideria silenter loquatur.
Et factum est in una diebus, & ipse sedebat docens, &
erant Pharisæi sedentes, &c. Vbi dominus se-
dens docuerit quando scribis & Pharisæis con-
fidentibus paralyticum curauit. Lucas breuiam
narrant, quæstionem facere uidentur. Quoniam
quidē Matthæus in ciuitate sua, Marcus in Ca-
pharnaū hoc eum fecisse testantur. Quæ diffici-
lius solueretur, si Matthæus etiam Nazareth no-
minaret. Nunc uero uel ipsa Galilæa in qua erat
Nazareth, intelligenda est dicta ciuitas Christi,
ad distinctionem uidelicet regionis transmar-
næ Gerasenorū, de qua transfretando, sicut Mat-
thæus scribit, uenerat Galilæam. Vel certe ipsa
Capharnaum ciuitas Christi est dicta, quam nō
nascendo, sed uirtutibus illustrando, suam ipse
fecerat. Et ecce uiri portantes in lecto hominem qui erat
paralyticus, & querebāt eum inferre & ponere ante eum. Curatio paralytici huius, animæ post diuturnā
in celebræ carnalis inertia ad Christū suspiran-
tis indicat saluationē. Quæ primo omnium mi-
nistris qui eā subleuent & Christo adferant, id
est bonis doctoribus qui spē sanationis opemq;
intercessionis suggerāt, indiget. Qui bene Mar-
co narrante quatuor fuisse reperitur, siue quia
quatuor Euangelij libris omnis prædicantium
uirtus, omnis sermo firmatur, seu quia quatuor
sunt uirtutes, quibus ad promerendam sospita-
tem fiducia mentis erigitur. De quibus in æter-
na sapientiæ laude dicitur. Sobrietatē enim &
sapientiam docet, & iustitiam. et uirtutē, quibus
utilius nihil est in uita hominibus. Quas nō nul-
li ueris nominibus, prudentiam, fortitudinem,
temperantiam, & iustitiam appellant. Et non in-
uenientes qua parte illum inferrent præ turba, ascenderunt
supra tectum per tegulas. Desiderant paralyticum
Christo offerre, sed turba interposita ab om-
ni parte recluduntur. Quia sæpe anima post
infimi

Cap. 17.

Euangelis-
concord.

Paralytici,
curatio.

Turba in-
pediens.

infimi corporis desidia ad deum respiciens, super-
pernae gratia remedio cupiens innouari, pri-
scæ consuetudinis obstaculo retardatur. Sape
inter ipsas orationis secreta dulcedines, et quasi
suaue cum Domino colloquium, turba cogita-
tionum interueniens aciem mentis, ne Christus
uideatur, intercludit. Et quid inter hæc agendum?
non utique in infimis exterius qua turbæ tumul-
tuantur remanendum, sed rectum domus in qua
Christus docet ascendendum, id est sacræ scriptu-
ræ sublimitas est appetenda, lexque domini cum
Psalmista die nocteque meditanda. In quo enim
corrigit iunior uiam suam? in custodiendo, in-
quit, sermones tuos. Et submisserunt illum cum lecto
in medium ante Iesum. Patefacto tecto æger ante
Iesum submititur, quia referatis scripturarum
mysterijs ad notitiã Christi peruenitur, hoc est
ad eius humilitatem fidei pietate descenditur.
Et bene domus Iesu tegulis contexta describitur,
quia sub contemptibili literarum uelamine
si adsit qui referet doctor, diuina spiritalis gra-
tiæ uirtus inuenietur. Quod autem cum lecto
deponitur, significat ab homine in ista carne ad
huc constituto Christum debere cognosci.

Literarum uelamen.

Peccata prius resoluunt.

Quorum fidem ut uidit, dixit. Homo, remittuntur tibi peccata tua. Hominem dominus a paralyti cura-
turus primo peccatorum uincula dissoluit, ut
ostenderet eum ob nexum culpã aruum dis-
solutione damnari, nec nisi his relaxatis mem-
brorũ posse recuperatione sanari. Sic & illi pa-
ralytico qui iuxta probaticam piscinam diu mo-
tum a quæ frustra præstolabatur, sanato a domi-
no dicitur, Ecce sanus factus es, iam noli pecca-
re, ne deterius tibi aliquid contingat. Et bene is
cui peccata dimittebantur, homo uocatur, qui
hoc ipso quod homo erat, non posset dicere nõ
peccauit, simul etiam ut ille qui homini dimitte-
bat intelligeretur Deus. Intuendum sane quan-
ti propria cuiusque fides apud Deum ualeat, ubi
tanti ualuit aliena, ut totus homo repete, id est
exterius interius que iam saluatus exurgeret,
aliorumque merito, alijs laxarentur errata. Et ce-
perunt cogitare scribæ & Pharisei dicentes, Quis est hic qui
loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata, nisi
Iesus deus? Verum dicunt scribæ, quia nemo di-
mittere peccata nisi Deus potest, qui per eos
quoque dimittit, quibus dimittendi tribuit pote-
statem. Et ideo Christus uere deus esse proba-
tur, quia dimittere peccata quasi Deus potest.
Verum Deo testimonium reddunt, sed perso-
nam Christi negando falluntur. Errant itaque
Iudæi, qui cum Christum & Deum esse & pec-
cata dimittere posse credant, Iesum tamẽ Chri-
stum esse non credunt. Sed multo dementius
errant Arriani, qui cum Iesum & Christum es-
se, & peccata posse dimittere Euangelij uerbis
deuicti negare non audeant, nihilominus tamẽ
Deum negare non timent. At ipse perfidos sal-
uare desiderans, & occultorum cognitione, &
uirtute operum, deum se esse manifestat. Re-

Dimittere peccata.

spondens enim, dixit ad illos, Quid cogitatis in cordibus ue-
stris? Eide nanque deo qui dicit, Ego sum, ego
sum ipse qui deleo iniquitates tuas. sapientissi-
mus orator ait, Tu enim solus nosti corda om-
nium filiorum hominum. Eadem ergo, inquit,
maiestate & potentia qua cogitationes uestras
intueor, possum & hominibus delicta dimitte-
re. Ex uobis intelligite, quid paralyticus conse-
quatur. Quid est facilius dicere, dimittuntur tibi pecca-
ta, an dicere, surge & ambula? Verum sint paraly-
tico peccata dimissa, solus nouerat qui dimitte-
bat. Surge autem & ambula, tam ille qui surge-
bat, quam ij qui surgentem uidebant, approba-
re poterant. Fitigitur carnale signum, ut probe-
tur spiritale. Ut autem sciatis, quia filius hominis pote-
statem habet in terra dimittere peccata. Si & deus est
iuxta memoratum Esaiæ testimonium, qui de-
let iniquitates nostras, et filius hominis potesta-
tem habet in terra dimittendi peccata, ergo idẽ
ipse & Deus & filius hominis est, ut & homo
Christus per diuinitatis suæ potentiam dimitte-
re peccata possit, & idem deus Christus per hu-
manitatis suæ fragilitatẽ pro peccatoribus mo-
ri. At paralytico: Tibi dico, surge, tolle lectum tuum, &
uade in domum tuam. Spiritu uero de lecto surge-
re, & animã se a carnalibus desiderijs, ubi ægra
quiescebat, abstrahere. Lectũ uero tollere est,
ipsam quoque carnẽ per continentia frena cor-
reptam, spe cælestium præmiorum delicijs pri-
uare terrenis. Ipse est enim lectus qui per singu-
las noctes lauitur a Dauid, id est pro uniuscu-
iusque noxæ maculis digno poenitentia lumine
castigatur. Sublato autem lecto domum ire, ad
paradisum redire est. Ipsa est enim uera domus,
quæ hominem prima suscepit, non iure amissa,
sed fraude, tandemque restituta per eum qui frau-
dulo hosti nihil debuit. Aliter. Sanus qui lan-
guebat lectum reportat domũ cum anima pec-
catorum remissione accepta, ad internam sui
custodiam cum ipso se corpore refert, ne post
ueniam quid unde iterum iuste feriat, admit-
tat. Et confestim surgens coram illis tulit in quo iacerat,
& abiit in domum suam magnificans deum, &c. Mira
diuinæ potentia uirtus, ubi nulla temporis in-
terueniente morula, iussa saluatoris salus festi-
na comitatur. Merito qui adfuerant, damnatis
blasphemias iaculis, ad laudem tantæ maiestatis
stupentia corda conuertunt.

Et post hæc exiit & uidit publicanum nomine Leui se-
dentem ad teloneum, & ait illi, Sequere me. Idem
Leui qui Matthæus est, sed Lucas Marcus que
propter uerecundiam & honorem, Euangelis-
ta noluerunt nomen ponere uulgatum. Ipse
autem Matthæus iuxta illud quod scriptũ est,
Iustus accusator sui est: in primordio sermonis
Matthæum se & publicanũ nominat. Ut osten-
dat legentibus nullũ debere conuersum de sa-
lute diffidere, cum ipse de publicano in aposto-
lum, de telonario in Euangelistam sit repente
mutatus. Et relictis omnibus, surgens secutus est eum. Intelligens

Cap. 18.

Leui.

Matthæus

Intelligens Matthæus quid sit ueraciter domi-
num sequi, relictis omnibus sequitur. Sequi e-
nim, imitari est. Ideoque ut pauperem Christum
non tam gressu quam affectu consecrari potuis-
set, reliquit propria qui rapere solebat aliena,
perfectamque nobis abrenunciationis saculi for-
mam tribens, non solum lucra reliquit uectiga-
lium, sed & periculum contempsit quod eue-
nire poterat a principibus saculi, quia uectiga-
lium rationes imperfectas, atque in compositas
reliquerit. Tanta enim cupiditate sequendi do-
minum ductus est, ut in nullo profusus huius ui-
tæ respectum uel cogitationem sibi met refer-
uauerit. Propter quod iusta mercede dum hu-
mana sedulus negotia deserit, dominicorum
fidelis dispensator meruit esse talentorum.
Et fecit ei conuiuium magnum Leui, in domo sua. Qui
domicilio Christum recipit interno, maximis
delectationibus exuperantium pascitur uolu-
ptatum. Itaque Dominus libenter ingreditur, &
in eius qui crediderit recumbit affectu, & hoc
est honorum operum spiritale conuiuium, quo
diues populus eget, pauper epulatur. Et erat
turba multa publicanorum & aliorum qui cum illis erant di-
scumbentes. Viderat publicanum a peccatis ad
meliora conuersum, locum inuenisse poeniten-
tiæ, & ob id etiam ipsi non desperant salutem.
Et murmurabant Pharisei & scribæ eorum dicentes ad di-
scipulos eius, Quare cum publicanis & peccatoribus mandu-
catis & bibitis? Conuiuantibus cum Domino
publicanis, Pharisei murmurantes de ieiunio
gloriantur. Vbi primo legis & gratia quanta
sit distantia declaratur. Quia qui legẽ sequun-
tur, ieiunæ mentis famem patiantur æternam.
Qui uero uerbum in interioribus animæ rece-
perunt alimentis cælestis, & fontis ubertate re-
creati, esurire & sitire non possunt. Deinde re-
tributionis futuræ species præfiguratur, quan-
do epulantibus cum Christo electis perfidia su-
perborum ieiuna torquebitur. Quibus dicitur,
Meretrices et publicani præcedunt uos in regno
dei. Quod si per Matthæi electionẽ fides genti-
um quæ prius mundi lucris inhæbãt, sed nunc
corpus Christi sedula deuotione reficiunt, ex-
primitur, profecto supercilium Phariseorum,
Iudeorum inuidiam, qua de gentium salute tor-
quentur, insinuat. Et respondens Iesus, dixit ad illos,
Non egent qui sani sunt medico, sed qui male habent. Non
ueni uocare iustos, sed peccatores in poenitentiam. Sug-
gillat scribas & Phariseos, qui iustos se putan-
tes, peccatorum consortia declinabãt. Seipsum
nanque medicum dicit, qui miro medicandi ge-
nere uulneratus est propter iniquitates nostras
& liuore eius sanati sumus. Sanos autem & iu-
stos appellat eos, qui ignorantes dei iustitiam,
& sum uolentes constitutere, iustitia Dei non
sunt subiecti, qui ex lege præsumentes, euange-
lij gratiam non querunt. Porro male habentes
& peccatores uocat eos, qui surẽ fragilitatis con-
scientia deuicti, nec per legem iustificari posse

Sequi Do-
minum ue-
raciter.

Legis &
gratia di-
stantia.

Matthæi
electio.

Sani, qui.

tridentes, Christi se gratia poenitendo submit-
tunt. Vbi simul ostenditur quod non in pristi-
nis uitijs permanentes, ut Pharisei & scribæ mur-
murabant, sed poenitentiam agentes publicani
uenerint ad Iesum: et ipse quoque Iesus conuiuia
peccatorum ut occasionem haberet docendi,
& spiritales inuitatoribus suis præberet cibos,
adire dignatus sit. Denique cum frequenter pe-
gere ad conuiuia describat, nihil referatur aliud,
nisi quid ibi fecerit, quod docuerit, ut et humili-
tas domini eundo ad peccatores, & potẽtia do-
ctrinæ eius in poenitentium conuersione mon-
stretur. At illi dixerunt ad eum, Quare discipuli Ioan-
nis ieiunant frequenter, & obsecrationes faciunt, similiter &
Phariseorum, tui autem edunt & bibunt? Matthæus
refert, ipsos Ioannis discipulos hæc dixisse salua-
tori, unde patet utrosque coniunctos hac eum
quaestione pulsasse. Vbi Ioannis maxime repre-
hendendi discipuli non solum desui iactantia
ieiunij, uerum quia calumniabantur quam scie-
bant a magistro prædicatum, & iungebantur
Phariseis quos ab eo nouerant condemnatos.
Spiritualiter autem discipuli Ioannis & Phariseo-
rum ieiunant, Christi autem edunt & bibunt,
quia siue opera quis legis seu traditiones sequa-
tur hominum, siue ipsum etiam Christi præco-
nium, aure tantum percipiat corporis, spiritali-
bus abstinent bonis ieiuno corde tabescit. Qui
uero Christi membris fideli incorporatur amo-
re, non potest ieiunare, quia carne ipsius epula-
tur & sanguine. Aliter, Ioannes uinum & sice-
ram non bibit, dominus cum publicanis & pec-
catoribus manducat & bibit, quia ille abstinen-
tia meritum auget, cui potentia nulla natura,
dominus autem cui naturaliter suppetebat de-
licta donare, cur eos declinaret quos abstinenti-
bus poterat reddere puriores? Sed ieiunauit &
Christus, ne præceptum declinaret. Manduca-
uit cum peccatoribus, ut gratia cerneret, agno-
sceret potestatem. Quibus ipse ait, Nunquid potestis
filios sponsi dum cum illis est sponsus facere ieiunare? Veni-
ent autem dies, & cum ablati fuerit ab illis sponsus, tunc ie-
iunabunt in illis diebus. Sponsus Christus, sponsa
Ecclesia est. De hoc sancto spiritalique conubio,
Apostoli sunt creati. Vnde bene Marcus Euan-
gelista filios eos appellat nuptiarum, non tan-
tum sponsi, sed etiam sponsæ, uolens intelligi
quia per lauari regenerationem, in ius diuinæ
generationis adsumpti sunt. Qui ieiunare ac lu-
gere nõ possunt quamdiu sponsum in thalamo
uident, & ipsum sciunt esse cum sponsa. Quan-
do uero transierint nuptiæ, & passionis ac re-
surrectionis tempus aduenerit, tunc sponsi filij
ieiunabunt. Quod autem Lucas nõ ait ut ceteri,
Nunquid possunt filij sponsi aut nuptiarũ ieiunare
uel lugere, sed nunquid potestis filios spon-
si facere ieiunare: eleganter intimauit eosdem
ipso qui loquebantur fuisse facturos, ut lugen-
tes ieiunaret filij sponsi, quoniam ipsi essent spon-
sum occisuri. Notandum uero hunc luctum ab-

Euangelij
concordia.

Discipuli
Ioannis.

Sponsus
Christus.

S: d: iab fen tēte sponſi, non nunc tantū, id eſt poſt mor-
ue iuctus. tem reſurrexerunt q̄ ei uſdē ſponſi, ſed & an-
 te incarnationem illius per totum huius ſæcu-
 litempus eſſe celebratū. Prima quippe tempo-
 ra eccleſiæ ante uirginis partum ſanctos habue-
 re, qui deſiderat̄ in incarnationis Chriſti aduen-
 tum. Iſta uero tempora ex quo aſcendit in cæ-
 lum ſanctos habent, qui deſiderent eius manife-
 ſtationē ad uiuos & mortuos iudicandos. Neq̄
 hic deſiderabilis Eccleſiæ uictus requieuit ali-
 quantū, niſi quamdiu hic cum diſcipulis in car-
 ne uerſatus eſt. Iuxta leges autem Tropologiae
 ſciendum, quod quamdiu ſponſus nobiſcum
 eſt, & in lætitia ſumus, nec ieiunare poſſumus,
 neclugere. Cum autem ille propter peccata à
 nobis receſſerit & auolauerit, tunc indicēdum
 ieiunium, tunc recipiendus eſt uictus. Dicebat
 autem & ſimilitudinem ad illos, Quia nemo commiſſuram à
 uestimento nouo, immittit in uestimentum uetus, Alioquin
 & nouū rumpit, & ueteri nō conuenit commiſſura à nouo.]
 Cum interrogatus eſſet dominus cur diſcipuli
 eius non ieiunarent, reſpondit carnales adhuc
 quosq̄ & necdum paſſionis reſurrexeruntq̄
 ſua fide ſolidatos, nō poſſe ſeueriora ieiunia &
 continentia ſuſtinere præcepta, ne per austeri-
 tatem nimiam, etiam credulitatem quam habe-
 re uidebantur amittant. Ipſos ergo adhuc diſci-
 pulos tanquam uetera uestimenta dicit, quibus
 in cōuenienter nouus pannus aſſuitur, id eſt ali-
 qua particula doctrinae, quæ ad noua uitæ tem-
 perantiam pertinet. Quia ſi hoc fiat, & ipſa do-
 ctrina quodammodo ſcinditur, cuius particula
 quæ ad ieiunium ciborum ualeat, in opportune
 traditur. Cum illa doceat generale ieiunium non
 à concupiſcentia ciborum tantum, ſed ab omni
 lætitia temporalium delectationū, cuius quali-
 pannū, id eſt partem aliquā quæ ad cibos per-
 tinet, dicit non oportere hominibus adhuc ue-
 teræ conſuetudini deditis impertiri. Quia & il-
 linc quali conſciſſio uidetur fieri, & ipſi ueſta-
 ti non conuenit. Et nemo mittit uinum nouū in utres
 ueteres. Alioquin, rumpit uinum nouum utres, & ipſum ef-
 funditur, & utres peribunt. Sed uinum nouum in utres no-
 uos mittendum eſt, & utraq̄ conſeruantur.] Eoſdem
 quoq̄ ueteribus comparat utribus, quos uino
 nouo, id eſt ſpiritualib⁹ præceptis facilius diſum-
 pi, quam id poſſe continere dicit. Erunt autem
 iam utres noui, cum poſt aſcenſum domini de-
 ſiderio conſolationis eius orando & ſperando
 innouantur. Tunc enim acceperunt ſpiritum
 ſanctum, quo impleti cum linguis omnibus lo-
 querentur, à Iudæis neſcientibus, ſed tamen ue-
 re atteſtantibus dictū eſt, quia muſto pleni ſunt
 iſti. Nouum enim uinum iam nouiſtribus no-
 uerat, hoc eſt ſpiritus ſancti feruor ſpiritualium
 corda repluerat. Aliter. Cauedum doctori, ne
 animā nondum renouatā, ſed in uenustate ma-
 litia perdurantē, nouorum myſteriorum secre-
 ta committat. Et nemo bibens uetus, ſtatim uult no-
 uum, Dicit enim, uetus melius eſt,] Iudæos ſignificat,

quibus uita ueteris ſaluā imbutis, noua gratiæ
 præcepta ſorduerant. Quia profectō maiorum
 traditionum commaculati, dulcedinē ſpirituali-
 bus uerborum percipere nequaquam ualebant.

CAPVT SEXTVM.



IActum eſt autem in ſabbato ſecundo pri-
 mo cum tranſiret per ſata, uellebant diſci-
 puli eius ſpicas, & manducabant confrican-
 tes manibus.] Hoc eſt quod Mar-
 cus ait, quia diſcipuli propter ni-
 miam eorum qui ueniebant, ut curarentur, im-
 portunitatem, ne manducandi quidem ſpatium
 habebant, & ideo quali homines eſuriebant.
 Quod autem ſpicas ſegetum manibus confric-
 cant, & in ediam conſolantur, uita austerioris
 indicium eſt, non præparatas epulas, ſed cibos
 ſimplices querentiū. Et nota quod primi apo-
 ſtoli ſaluatoris literam ſabbati deſtruit, aduer-
 ſum Hebionitas, qui cum cæteros recipiant A-
 poſtolos, Paulum quali tranſgreſſorem legis re-
 pudiant. Vnde bene Lucas dicit quo ſabbati
 litera ſolui cœperat, & uerbum hoc eſt ſecun-
 do primum ſabbatū nuncupat, uolens intima-
 re ſabbati legalis obſeruatiā ceſſare ultra de-
 bere, & naturalis ſabbati libertatē quæ ad Moy-
 ſi uſq̄ tempora cæterorum dierum ſimilis erat,
 oportere reſtitui. Vt ſicut Eccleſiā non circun-
 cilio uel cæremonie legis, ſed fides Abraham quæ
 in præputio iuſtificatus eſt, per diſlectionē ope-
 rata ſaluat, ita hanc etiam non aliud quam ſpiri-
 tale ſabbatum, quo & ipſe Abraham ſemper à
 ſeruili, id eſt noxia uacabat a cōtione, per ſepti-
 formem ſpiritus ſancti gratiam deo commen-
 det. Huius itaq̄ temporis ſabbatum, quo ſicut
 in cæteris diebus uſilia quæq̄ licet operari, ad
 diſtinctionem Iudaici ſabbati quo non iter face-
 re, non ligna colligere, non alia quælibet neceſ-
 ſaria facere licebat, ſecundo primum appellat.
 Primum uidelicet hoc à ſecundo prælatum ſi-
 ue temporis ordine, quia per innumera ante le-
 gem ſæcula, quomodo nunc agitur à patribus
 agebatur, ſeu certe gratiæ munere ſignificans,
 ut niſi aliud ſecundo primū, quā inferiori ſu-
 perius intelligas eſſe ſabbatū. Nam & primus
 homo de terra terrenus, ſecundus homo de cæ-
 lo cæleſtis. Nec tamen errat ſiqui dominum Ie-
 ſum Chriſtum ſecundo primum Adam uelit ap-
 pellare, qui merito ſcilicet & gratia non huma-
 nā natiuitatis ordine primū præceſſerit Adam,
 iuxta quod de illo præcurſor ſuus ait, Qui poſt
 me uenit, ante me factus eſt, quia prior me erat.
 Poſt et ita in ſabbato ſecundo primo dictum
 intelligi, ut unum idemq̄ noui teſtamenti ſab-
 batum, & ſecundum & primum ſit. Secundum,
 quia poſt legale ſabbatum à nobis obſeruatur.
 Primum, quia & ante decreta legis à iuſtis ob-
 ſeruabatur antiquis. Myſtice autem diſcipuli
 per ſata tranſeunt, illa uidelicet de quibus Do-
 minus ait, Leuate oculos ueſtros, & uidete re-
 giones,

Cap. 19.

Sabbati ra-
tio.

Sabbato ſe-
cundo pri-
mo.

giones, quia albæ ſunt iam ad meſſem, & qui
 metit, mercedem accipit. Et ideo nihil melius
 eſurire, quam ſalutem intelliguntur hominum
 quam ipſe meſſorū primus quondam inter pre-
 ces eſuriens, mox oſtenſis quas cupiebat dapi-
 bus, audit, Surge Petre occide & manduca. Et
 mira ſacramenti concordia, quia & ibi maſtari
 & manducari iubentur animalia, & hic confric-
 cari & nihilominus manducari ſpicae referun-
 tur. Hoc eſt enim, Mortificate membra ueſtra
 quæ ſunt ſuper terram, & exiite uos ueterem
 hominem, cum actibus eius. Quia non aliter
 quiſq̄ tranſit in corpus Chriſti, non aliter do-
 ctorem profectus ſui fructibus paſcit. Vellere
 itaq̄ ſpicas eſſe homines à terrena intentione,
 qua ſolum mentis quali radicem fixerant erue-
 re. Fricare autem manibus, exemplis uirtutum
 ab ipſa etiam carnis concupiſcentia, quali folli-
 culis atq̄ integumētis aſtarū, puritatem men-
 tis exuere. Grana uero manducari eſt, emunda-
 tum quæq̄ ab omni inquinamento carnis &
 ſpiritus, per ora prædicantiū, eccleſiæ membris
 incorporari. Et bene hæc diſcipuli apud Marcū
 dominū prægredientes egiſſe referuntur, quia
 doctoris neceſſe eſt ſermo præcedat, & ſic cor
 auditoris gratia ſupernæ uilitationis illuſtret.
 Quidam autem Phariſæorum dicebant illis, Quid facitis,
 quod non licet in ſabbatis?] Hæc alij Euangeliftæ
 narrant ipſi domino fuiſſe magis obiecta. Sed
 ſiue illi, ſiue diſcipulis eius, ſiue per plures paſ-
 ſim criminantes utriſq̄ ſint dicta (neq̄ enim ul-
 lus Euangelifta falſum ſcribere potuit) tamen
 quia quicquid à diſcipulis agitur, ad eum reſpi-
 cit, cuius in agendo magiſteriū ſequuntur, con-
 feſtū ille iuxta quod Eſaias ait, Et arguet in æ-
 quitate pro maſuetis terræ, falſos legis defenſo-
 res ueris ſanctorū de uincit exemplis. Ait enim,
 Nec hoc legiſtis quod fecit Dauid cum eſuriſſet ipſe & qui
 cum eo erāt, quomodo intrauit in domum dei & panes pro-
 poſitionis ſumpſit, & manducauit, & dedit his qui cum ipſo
 erant, quos non licet manducare niſi tantum ſacerdotibus.]
 Regum narrant hiſtoria beatum Dauid in ſidias
 Saulis uitantem ad Abimelech ſacerdotem uen-
 niſſe in Nobē, ſibi ſuiſq̄ cibos petiſſe. At ſacer-
 dotem panes communes non habentem, cum
 ſolum primo diſceret mundos à mulieribus ab-
 heri & nudius tertius fuiſſe pueros, panes con-
 ſecratos ei dare non dubitaſſe, melius arbitra-
 tum propheta dicente, Miſericordiam uolo &
 non ſacrificium, de famis periculo homines li-
 berare, quā deo offerre ſacrificium. Hoſtia
 enim deo placabilis, hominum ſalus eſt. Oppo-
 nit ergo Dominus Phariſæis calumniatoribus,
 & dicit, Si & Dauid ſanctus eſt, & Abimelech
 pontifex à uobis non reprehenditur, ſed legis
 uterq̄ mandatū probabili excuſatione tranſ-
 greſſi ſunt, & famēs in cauſa eſt, cur eandem fa-
 mem nō probatis in Apoſtolis, quam probatis
 in cæteris? Quanquam & in hoc multa diſtan-
 tia ſit, iſti ſpicas in ſabbato manu confricant, il-

Vellere
spicas.

Euangelif.
concordia.

Fames.

li panes comedere Leuiticos, & ad ſabbati ſo-
 lennitatem accedebant. Coquebatur enim pa-
 nes propoſitionis ante ſabbatū, & ſabbato ma-
 ne oblati ſuper ſacram menſam ponebatur bis
 ſeni ad alterutros conuerſi, duabus pateris au-
 reis ſuperpoſitis ture plenis. Quæ per manebat
 ad aliud ſabbatum, & tunc pro illis alij deporta-
 bantur, illi uero ſacerdotibus exhibebantur. Et
 ture incenſo in igne ſacro in quo omnia holo-
 cauſta fieri ſolebant, aliud tus ſuper alios duo-
 decim panes adſiciebatur. Qua hora ſuperue-
 niens Dauid, panesq̄ conſecratos accipiens,
 oſtendit figurate ſacerdotalem cibum, ad uſum
 trāſitum eſſe populorum. Siue quod omnes
 uitam ſacerdotalem debemus imitari, ſiue quia
 omnes filij Eccleſiæ ſacerdotes ſunt. Vngimur
 enim in ſacerdotium ſanctum, offerentes nos
 metipſos Deo hoſtias ſpirituales. Et dicebat illis,
 quia Dominus eſt filius hominis etiam ſabbati.] Si, in-
 quit, Dauid rex ſacerdotali cibo paſtus excuſa-
 bilis eſt, & iuxta alterius Euangelij fidem ſacer-
 dotes ſabbatum per templi miniſteriū uiolan-
 tes crimine carent, quanto magis filius hominis
 qui uerus rex & uerus ſacerdos, & ideo Domi-
 nus eſt ſabbati, euulſarum ſabbato ſpicarum
 noxa non tenetur.

FActum eſt autem & in alio ſabbato ut intraret in ſyna-
 gogā & doceret, & erat ibi homo, & manus eius dex-
 tera arida.] Sabbatis præcipue Dominus in ſy-
 naga docet, operaturq̄ uirtutes, non ſolum
 propter inſinuandum ſpiritale ſabbatum, ſed et
 propter celebriorē eo die populū conuentum,
 Cui tunc ex antiqua patrum inſtitutione mo-
 riſerat, quia uacare à labore per legem iubeba-
 tur. legendis audiendisq̄ ſcripturis operam da-
 re. Iuxta quod in Actibus apoſtolorum Iacobus lo-
 quitur. Moyses enim à diebus antiquis habet
 qui eum prædicent in ſynagogis, ubi per omne
 ſabbatum legitur. Nam ſicut hi quibus uenan-
 diars eſt, ubi ſeras, piſces & uolucres abundare
 didicerint, ibi ſua maxime retia tendunt: ita &
 dominus ſemper docuit in ſynagoga & in tem-
 plo, quo omnes Iudæi conueniebāt, uolens om-
 nes ſaluos fieri, & ad agnitionem ueritatis ueni-
 re. Homo ſane qui manum habebat aridam, hu-
 manum genus indicat in ſocunditate boni ope-
 ris arefactum, ſed Domini miſeratione cura-
 tum. Cuius dextera quæ in primo parente dum
 uetitæ arboris poma decerperet, aruerat, per re-
 demptoris gratiā, dum in fontes manus in cru-
 cis arbore tenderet, bonorum operum ſuccis
 eſt reſtituta ſaluti. Et bene in ſynagoga manus
 erat arida, quia ubi ſcientiæ donum maſus, ibi
 gratius eſt inexcufabilis noxæ periculum.
 Obſeruabant autem Scribæ & Phariſæi ſabbato curaret,
 ut inuenirent accuſare illum.] Quia deſtructionem
 ſabbati quam in diſcipulis arguebant probabi-
 li magiſter excuſauerat exemplo, nunc ipſum
 obſeruando magiſtrum calumniari uolunt, ut
 ſi ſabbato curet, tranſgreſſionis, ſi non curet,

Cap. 20.

Sabbato
docet et o-
peratur uir-
tutes domi-
nus.

crudelitatis aut imbecillitatis arguant. Ipse uero sciebat cogitationes eorum, & cetera.] Hoc est quod legimus, Dominus nouit cogitationes hominum quoniam uanae sunt. Et quod sequitur, Beatus homo quem tu enudieris Domine, & de lege tua docueris eum, de illis dictum est qui legem per Christum adimpletam, nec nobis carnale per hanc, sed spiritale sabbatum didicerunt esse praecipuum. Ait autem ad illos Iesus: Interrogo uos, sicut sabbato bene facere an male? Praeueniens Dominus calumniam Iudaeorum quam sibi perfida mente parauerant, arguit eos quia legis praecipua praua interpretatione uoluerunt, aestimando in sabbato etiam a bonis operibus feriandum, cum lex a malis abstinere iubeat dicens, Omne opus seruale non facietis in eo, id est peccatum. Omnis enim qui facit peccatum, seruus est peccati. Eodem praecipuo simul & futuri saeculi formam in praesentibus adumbrans, ubi qui per sex saeculi huius aetates bona fecerunt, in septima quiete malorum tantummodo, non autem & bonorum sunt ferias habituri. Nam licet saecularia opera conuiescant, non otiosus tamē boni operis actus est in dei laude quietescere. Animam saluam facere, an perdere? Hoc est hominē curare, an nō. Idē est quod praemiserat, Bene facere, an male. Non quod Deus summe bonus, auctor mali nobis aut perditionis esse possit: sed quod eius non saluare, scripturae cōsuetudine perdere dicatur. Sicut dicitur in dūrante cor Pharaonis, non quod molle obdurauerit, sed quod meritis praecedentibus obduratum, misericorditer emollire noluerit. Et nos cum rogamus, ne nos inducat in tentationem, protinus addendo, Sed libera nos a malo: mani feste docemus eius inducere in tentationē non esse aliud, quā liberare a malo: eius perdere animam esse, a perditione saluam nō facere. Si quem uero mouet quare dominus cum corpus esset curaturus, de animae saluatione interrogauerit, intelligat uel animam more scripturarum pro homine positam, sicut dicitur, Haec sunt animae quae exierunt de femore Iacob: uel quod illa miracula propter animae salutē faciebat, uel quod ipsa manus sanatio salutem animae significabat, quae a bonis (ut praedixi) cessans operibus, aridam quodam modo dextram habere uidebatur. Et circumspectis omnibus, dixit homini, Extende manū tuam. Et extendit, & restituta est manus eius.] Sananda manus arida iubetur extendi, quia infirmitas debilitas animae nullo melius ordine quā elemosynarum largitate curatur. Vnde Ioannes Baptista turbis sciscitantibus quid facerent, ut non uelut arbores aridae mitterentur in ignem: hoc solum praecipit, Qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui habet escas similiter faciat. Et in Ecclesiastico dicitur, Fili, non sit manus tua ad accipiendum porrecta, & ad dandum collecta. Frustra enim manus ad Deum pro peccatis rogaturus expandit, qui

non has ad uiduam rogantem beneficium laturus extenderit. Ipsi autem repleti sunt insipientia, & colloquebantur adinuicem, quidnam facerent Iesu.] Magna utiq; insipientia, eos qui salute plurimum indigebant, de nece saluatoris agere consilium. Qui quantum nequitiae studeant, ostenditur, cum & hoc in crimen reputant, quod ad uerbum illius salua qui languerebat extenderit dexteram. Quasi non eorum quiscq; maiora sabbatis egerit, cibos portando, porrigendo calicem, ceteraq; quae uictui necessaria sunt exequendo. Neq; enim qui dixit & facta sunt, sabbato laborasse poterat conuinci.

Factum est autem in illis diebus, exiit in montem orare. Non omnis qui orat ascendit in montem. Est enim oratio, quae peccatum facit. Sed qui bene orat, qui Deum orando quaerit, hic a terrenis ad superiora progrediens, uerticem curae sublimioris ascendit. Qui uero de diuitiis, aut de honore saeculi, aut certe de inimici morte sollicitus obsecrat, ipse in infimis iacens, uiles ad Deum preces mittit. Orat autem dominus non ut pro se obsecret, sed ut pro me impetret. Nam & si omnia posuerit pater in potestate filij, filius tamen ut formam hominis impleat, obsecrandum patrem putat esse pro nobis, quia aduocatus est noster. Aduocatum enim, inquit, habemus apud patrem Iesum Christum. Si aduocatus est, debet pro meis interuenire peccatis. Non ergo quasi infirmus, sed quasi pius obsecrat. Vis scire quam omnia quae uelit, possit: & aduocatus, & iudex est. In altero, pietatis officium in altero, insigne est potestatis. Et erat pernoctans in oratione dei.] Formati praescribitur, quam debeas aemulari. Quid enim te pro salute tua facere oportet, quando pro te Christus in oratione pernoctat? quid te facere conuenit, cum uis aliquod officium pietatis adorari, quando Christus missurus apostolos prius orare curauit? Vis scire quam mihi, nō sibi orauerit? Et cum dies, inquit, factus esset, uocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis.] Vbi notandum quod Euangelica & Apostolica scriptura non solum illos duodecim appellat discipulos Christi, sed & omnes qui in eum credentes in agisterio eius ad regnum caelorum erudiebantur. Discipuli quippe a discendo sunt uocati, ex quorum multitudine quos ipse uoluit elegit. Quos & apostolos nominauit.] Apostoli Graece, Latine missi dicuntur. Cuius sacramentum nominis exponens Euangelista Marcus, ait, Et fecit ut essent duodecim cum illo, & ut mitteret eos praedicare Euangelium. Et ipse dominus dicit, Sicut misit me pater, & ego mitto uos. Qui bene duodecim sunt electi, ut uidelicet mundi salutem quam uerbo praedicarent, suo quoque numero mystice commendarent. Ter enim quaterni, decus dispondit. Hinc est enim quod & superius dixi, quia cum in typo Ecclesiae Salomon Domino templum cōderet, fecit & mare

Cap. 21.

Oret cur dominus.

Pernoctans in oratione.

Discipuli Christi.

Apostoli.

aeneum

aeneum in quo sacerdotes lauarentur, duodecimq; illud boum clunis imposuit, quorum tres aquilonem, tres occidentem, tres meridiem, & tres aspiceret orientem, Figuraliter insinuans, quoniam apostoli apostolorumq; successores, cunctas orbis quadrati plagas fide & confessione sanctae Trinitatis essent a peccatorum labe purgaturi. Simonem quem cognominauit Petrum, & Andream fratrem eius.] Non nunc primum Simon Petri cognomen indidit, sed longe ante cum a fratre Andrea ad se adductum intuitus dixit, Tu es Simon filius Ioana, tu uocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Sed cum uoles Lucas nomina duodecim Apostolorum enumerare, necesse haberet Petrum dicere: breuiter innuere uoluit quod nō hoc ante uocaretur, sed ita eum dominus cognominauerit, quāuis non tunc, sed quando Ioannes ipsa Domini uerba posuit, intentos uidelicet reddens auditores. Nam si hoc ante uocaretur, non ita uideres mysterium petrae, putans eum casu sic uocari, non prouidentia dei. Ideo uoluit eum prius aliud uocari, ut ex ipsa commutatione nominis, sacramenti ueritatem commendaretur. Idem ergo Laertine Petrus, quod Syriace cephas, & in utraque lingua nomen a petra deriuatum est, haud dubium quia illa, de qua Paulus ait, Petra autē erat Christus. Nam sicut lux uera Christus donauit apostolis ut lux mundi uocentur, sic & Simoni qui credebatur in petram Christum, Petri largitus est nomē. Cuius alias alludens etymologiae dixit, Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam. Violenter ergo quidam latino uel graeco nomini hebraeam quarentes etymologiae, dicunt Petrum dissoluentem, siue discalciantem, uel agnoscentem interpretari: cum & expositio Ioannis euangelistae cuius meminimus, & ipsa lingua Hebraea, quae P littera omnino non sonat, hebraeam hoc nomen non esse testetur. Abusue enim Ferrum pro Petro, sicut & Faulum pro Paulo, & Filatum pro Pilato scribentes, uiolenter ficto nomini falsam interpretationem subnectunt. Simoni autem obediens interpretatur. Porro Andreas, graecum nomen est, & τῷ ἀδελφῷ, hoc est a uiro, uirilis appellatur. Quibus recte uocabulis, apostolorum primi decorantur, qui mox agnum dei a Ioanne cognouerunt, eum uidere & audire curauerunt. Quod uero Simon ponens mœrorem uel audens tristitia interpretatur, illi temporis cōgruit, quando post resurrectionem uiso domino uel mortis illius uel suae negationis mœrorē deposuit, sed suae confestim mortis tristitiam audiuit, dicente Domino, Cum autem feneris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quō non uis. Iacobum, & Ioannem, Philippum, & Bartholomaeum, Matthaeum, & Thomam.] Pulchre ac reuerenter Lucas in catalogo apostolorum usitato nomine Mattheum, in prima uero de Teloneo uocatione, ut superius admonui, Leuin appel-

Duodena-rij in Apostolis ratio.

Petrico- gnomentū.

Cephas.

Petrus.

P. littera.

Simon, Andreas.

Simon.

lare maluit. Ipse uere Matthaeus iuxta quod scriptum est, Dic turiniquitates tuas ut iustificeris: & manifeste Matthaeum de Teloneo uocatum, & in ordine se Apostolorum publicanum cognominat, sed & compari suo Thomae cum a ceteris Euangelistis sit praelatus, se in ordine supponit. Iacobus sane & Ioannes qui ob eximium uirtutis & animi culmen filij tonitruu hoc est, βοαυεργῆς, siue ut emendatius scribitur, bane reem sunt a domino cognominati. Nec frustra, quorum unus e caelestibus intonans uocem illam theologicam, quam nemo prius edere nouerat emisit. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & deus erat uerbum, & cetera. quae tanto robore grauida reliquit, ut si aliquanto plus intonare uoluisset, nec ipse capere mundus posset. Sed & ambo saepe seorsum, & in montem a domino duci, & aliquando sonum de nube terrificum percipere meruerunt. Hic est filius meus dilectus. Prisca quoque nomina meritis apertissima gestarunt. Iacobus enim supplantator. Ioannes, in quo est gratia, uel domini gratia dicitur. Nam ille & carnis cura domino uocante supplantare, & ipsam carnem Herode trucidante gauisus est cōtemnere. Iste ob amoris praecipui gratiam, quam uirginali gloria meruerat, super redemptoris sui pectus in coena recubuit. Philippus os lampadis interpretatur. Et recte, quia & uocatus a Domino, mox inuento Nathanaheli lumen quod agnouerat praedicauit dicens, Quem scripsit Moyses in lege & propheta, inuenimus, Iesum filium Ioseph a Nazareth. Et postmodum quod se de lumine minus scire sentiebat, suppliciter quaesuit, Domine, inquit, ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Bartholomaeus Syrum est nō Hebraeum, & interpretatur filius suspendentis a quas, hoc est filius Dei. Qui praedicatorum suorum mentes ad caelestia contemplanda suspēdit, ut quo celsa liberius peruolant, eo terrenorum corda feracius dictorum suorum guttis inebrient. Vnde bene Moyses de Ecclesia mystice differens ait, Quia non est terra ad quam ingredimini possidendam, similis terrae Aegypti, de qua existis, ubi iacto semine in hortorum more aquae ducunt irriguae, sed de caelo pluuias expectans, quam Deus suus inuisit omni tempore. Saecularis enim sapientia quasi coluber per humum serpit, diuina autem de caelestibus intonat. Matthaeus donatus dicitur. Videlicet, quia magno Domini munere de Teloneario publicano, in Apostoli est & Euangelistae delegatus officium. Thomas, abyssus uel geminus. Vnde & Graece Didymus appellatur, quia quo ceteris diutius dubitauit, eo dominicae resurrectionis ueritatem altius didicit. De quo pulchre Paulinus Nolani antistes cecinit, Hic dubius gemino, Didymus cognomine, Thomas, Adiacet hunc Christus pauide cunctamine mentis, Pro nostra dubitare fide permisit, ut & nos

Matthaei de se modeste.

Iacobus & Ioannes filij tonitruu.

Ioannis sublimitas.

Iacobus, Ioannes.

Philippus.

Bartholomaeus.

Matthaeus.

Thomas, Didymus.

Paulinus Nolanus.

Hoc duce firmati, dominumq; deumq; trementes, Vivere post mortem vero fateamur Iesum Corpore, uiva suae monstrantem uulnera carnis.

Judas traditor qui et Simon. Iacobus frater domini. Sotor Mariae.

Alpheus Cleopas. Simeon episcopus.

Hegeppus.

Zelotes.

Chananeus.

Iudas Thaddeus.

Issachar.

Scarioth.

Veritas. Moralitas Domini.

& ideo nec has partes recusauit infirmitatis humanae. Voluit deseri, uoluit prodii, uoluit ab apostolo suo tradi, ut tu a socio desertus, a socio proditus, moderate feras tuum errasse iudicium, per se beneficiu. Et descendens cum illis stetit in loco campestris, et turba discipulorum eius, et multitudo copiosa plebis. Electurus apostolos Dominus in montana subijt, turbas uero docturus ad campestria redit, quia non nisi in humili Christum turbas uidere sufficiunt. Nam haec est norma quam secutus apostolus ait, Non potui uobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Quali paruulis in Christo, lac uobis potum dedi non escam. Non dum enim poteratis, sed ne nunc quidem poteratis. Apostoli autem ipsi secundum Matthaeum quasi perfectiores, & in monte & aperto saluatoris ore docti esse narrantur. Vbi si qui diligentius utrunque uelit euangelistam perscrutari, potest intelligi, cum in monte duodecim discipulos elegit pluribus, quos & apostolos nominauit, quod Matthaeus praetermisit, tunc illum habuisse sermonem quem Matthaeus interposuit & Lucas tacuit, hoc est in monte. Ac deinde cum descendisset, in loco campestris habuisse alterum similem, de quo Matthaeus tacet, Lucas non tacet, & utrunque sermonem eodem modo esse conclusum. Ab omni Iudaea & Hierusalem & maritima, & Tyri & Sidonis, &c.] Maritimam multitudinem non a proximo mari Galilaeae (neque enim hoc miraculi loco poneret) sed a mari magno reor esse cognominata, in qua etiam Tyrus et Sidon comprehendi poterant. Verum quia gentium ciuitates sunt, Iudaeis quidem sorte datae, sed non ab eis possessae, eo quod hostes exterminare nequiret, consulte nominatim ponitur, ut quanta sit fama uirtusque saluatoris intimeretur, quae exterius etiam ad sanitatem doctrinamque capefferentem ciuitates accersiat. Vbi notandum, quia dominus etiam uenientibus ad se gentilibus miseratus sit, unde et puerum centurionis et Chananae filiam approbata petentium fide curauit, non tamen eorum ciuitates intrasse reperitur, ne uidelicet occasione querelae Iudaeis calumniatibus suggere ret, sed perfectam potius salutem gentium passionis & resurrectionis suae temporis reseruaret. Quo imminente tempore gentilibus eum uidere querentibus ait, Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum adfert. Et omnis turba quae rebat eum tangere, quia uir de illo exibat, et sanabat omnes. Et supra leprosum domino tangente mundatur, & hic omnis turba quae eum tangere potuit, spiritus illius uirtute sanatur. Tactus ergo saluatoris, opus est salutis. Quae tangere, est fideliter in eum credere. A quo tangi, est eius munere firmari. Sed unusquisque in suo, sensu abundat. Turbae quae de longe ad audiendum confluunt, descendunt in campum domini curantur a tactu. Discipuli qui in minoribus iam sunt instituti, in motis camumine ad maiora prouehuntur. Et quibus etiam eliguntur

Apostoli in monte eliguntur. Turba in campo dicitur.

Maritima multitudo.

eliguntur, qui eum transfiguratum secreto in monte ipeculentur. Vnus praeter omnibus quasi sublimioris sapientiae fonte inebriandus, magistri recubabit in pectore. Raroque usquam uel turbas dominum ad altiora sequi, uel quempiam debilem inueniens in monte curari, sed extincta febre libidinum, accensaque scientiae luce, pedetentim quenque ad culmen subire uirtutum. Nam & in ueteri testamento Moses solus cum Iosue montem dei ascendens, ad regendam uulgus in campo donec redirent, Aarō ordinauit & Hur. Aarō quippe qui interpretatur motus fortitudinis, singulararem dominicae incarnationis excellentiam, Hur uero qui ignis dicitur, donum sancti spiritus insinuat. Quia plures in Ecclesia paruuli, & si comitari magistros ad penetranda summa diuinitatis arcana nequeunt, dominicae tamen incarnationis sacramentis redimi, & spiritus sancti possunt ardore signari. T ipse eleuatis oculis in discipulos suos, dicebat, Beati pauperes, quia uestrum est regnum dei. Et si generaliter omnibus loquitur, specialius tamen ocu los saluator in discipulos leuat, ut his qui uerbum intenta cordis aure percipiunt, latius apertis intimi lumē aperiat. Cui simile est quod Matthaeus ait, Et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius, & aperiens os suum docebat eos dicens, Beati pauperes spiritu. Nam quibus os in monte sedens aperit in magna sublimiter audiāt, in eos oculos stans in campo dirigit, ut audita patienter intelligat. Beati itaque pauperes. Non utique omnes, sed illi tantummodo qui omne praesentis saeculi, tamen si altum uideatur, pro nihilo culmē ducunt. Qui merito regni caelestis perhibentur munere digni, quia delectationis humanae probantur cupiditate nudati. Qualis fere rex Dauid pauperiem sustinuisse declaras ait, Ego uero egenus & pauper sum. Et alibi non modo terrestria, sed & ipsa pro domino supercaelestia paruipendēs dicens, Quid enim mihi restat in caelo, & a te quid uolui super terram? mox ubi spei suae fixisset anchoram, subdedito manifestat, Mihi autem adhaerere deo bonum est, potere in domino deo spem meam. Alioquin nonnulli miserima conditione paupertatis, & hic saeculi gaudijs ob inopiam rerum, & ibi regno dei ob meritum nequitiam carent. Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini. Quid esurire beati, qui sitire debeant, Matthaeus exponit, uidelicet iustitiam, apertissime nos instituens nunquam nos satis iustos aestimare debere, sed cotidianum iustitiae semper amare, immo ardere profectum. Cuius perfectam saturitatem non in hoc saeculo, sed in futuro posse prouenire supernorum desiderio Psalmista flagrans ostendit, qui ait, Ego autem cum iustitia apparebo in conspectu tuo, satiahor dum manifestabitur gloria tua: potest & simpliciter accipi, Beati qui nunc esuritis, qui castigatis corpus uestrum & seruituti subijcitis, qui in fame & siti uerbo operam datis,

Moses.

Cap. 22.

Oculos in discipulos leuat.

Esurientes sitientesque.

quia caelestium tunc gaudiorum habetis ubertate perfui. Beati qui nunc stetit, quia ridebitis. Non temporalium damna commodorum, sed uirtutum detrimēta spiritalium qui stent, aeterna beatitudine consolabuntur. Vbi non nostra solum, sed & proximi tubemur commissa deslere. Quae si ut nos diligimus, consequenter illius & profectu nos gratulari, & defectu necesse est tribulari: nec solum tribulari, uerum ad lachrymas usque succendi. Sic enim Samuel & Dauid, peccatum Saulis & interitum lugent. Sic peccatrice dominus ipse fleuit super ciuitatem, & moestis compassus sororibus, Lazarum quem diuina erat maiestate resuscitaturus, humana prius miseratione deslebat. Mystice significans eos qui peccati morte sopiuntur, ut reuiuiscere queat a proximis esse plangendos. Quod autem nunc stentes risuros esse promittit, non pueriliter accipiendum, sed scripturae more risus nomine mentis exultatio, & affectus quidam laetitia intelligendus est esse designatus. Sicut Sara, risum (inquit) mihi fecit deus. Et in Job dictum est, Os autem ueracium replebitur risu. Per quae (ut dixi) nomina, gaudium animae figuratur in terius. Beati eritis cum uos oderint homines, & cum separauerint uos, & exprobrauerint. Qui propter diuitias haereditatis Christi in sanctis, propter panem uitae aeternae, propterque spem caelestium gaudiorum, stent esuriam paupertatemque pati desiderat, beatus est. Multo autem beator, qui has inter aduersa uirtutes seruire non trepidat. Quia odiant licet homines corde nefando, dilectum cor Christo laedere nequeunt. Separant & synagoga depellant, Christus inuenit & confirmat. Exprobrent nomen crucifixi, ipse commortuos sibi conresuscitat, & confedere facit in caelestibus. Et eiecerint nomen uestrum tanquam malum, propter filium hominis. Nomen uestrum quod dicitur, nomen Christianorum significat, quod a gentilibus Iudaeisque sapissime quantum ad ipsos memoriae abraham, & ab hominibus est electum, nulla iam existente causa odij, nisi propter filium hominis: quia uidelicet nomen Christi, credentes suum uoluerint facere cognomen: atque ideo nominis summi persecutores, hominum non immerito nomine notantur. Beati (inquit) eritis, cum uos oderint homines: docens eos ab hominibus insectandos, sed ultra homines esse beandos. Gaudete in illa die, & exultate. Ecce enim merces uestra, multa in caelo. Non hoc a quo libet patiente, sed ab eo qui supernae tantum mercedis intuitu patitur, preceptum potest impleri, ut scilicet inter odia cordium, interprobra linguarum, inter ipsas persecutorum manus, aequali, imo laetiori adhuc corde uersetur, non ad hoc nostri similes ualeant, sed eorum qui ibant gaudentes a conspectu consilij, quoniam digni habitusunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Qui ergo multa in terris pro Christo sustinet aduersa, multa in caelis a Christo reci-

Stentes.

Persecutionem passi.

Nomen discipulorum Christi.

Patientes qui gaudent.

piet dona. Cæterum quanta ab Helia uerbo nã iacula falsi sustinere propheta, quos deridens aiebat, Clamare uocẽ maiore, deus enim est Baal, & forsità loquitur, aut in diuerforio est, aut in itinere, aut certe dormit ut excitetur. Quam tam dedere stragẽ qui octingenti simul & quin quageni sunt interepi. Verũ quia Baal & non Christus in causa erat, nec irrisi gaudebant, nec occisi palmã, sed pœnã meruere perennẽ. *Secundũ hæc enim faciebãt prophetis patres eorum.* Bene exẽplo adhortatus est, quia uera dicẽtes solent persecutionẽ pati. Nec tamẽ ideo propheta an tiqui timore persecutionis, a ueritatis prædicatione defecerunt. Notandũ sane quia sicut Mat thaus per octo quas posuit beatitudines, octa uã spei nostræ perfectionẽ quæ resurrectionis gloria dedicatur, insinuauit ita Lucas per qua tuor uirtutes amplectit cardinales. Beati enim pauperes, qui per temperantiã a mudi refrenã tur illecebris. Beati esurientes, qui sua fame cõ moniti esuriẽtibus esse miserendũ, & ipsi per iustitiã miseretur ut ualent. Nam elemosynã qua Christo nõ nostra donamus, sed sua reddi mus, iustitiã recte dici testat Psalmista, qui ait, Disperdit pauperibus, iustitiã eius manẽs in se culũ seculi, iustitiã est enim qua sua cuiq; tribui mus, nemini quicq; debentes, nisi ut inuicẽ dili gamus. Beati qui per prudentiã inter bonũ di noscentes & malũ, occidua flere, & ad æterna norũt anhelare. Beati, qui per fortitudinẽ fidei omnia ualẽt molesta tolerare. Igitur qui necdũ consummarã uirtutis arcẽ conscẽdere ualent, generalis interim perfectionis sunt beatitudi ne perfouendi. Quatenus a bonis paulatim ad meliora progressi, dũ consistenti in planitie do mino libẽter auscultat, ad hũc quãdoq; in mon te sedentẽ sublimiter ascendãt. Nam quorũ ad huc edomandis instruedisq; cordibus insisit, hos quasi stans, qui litus est laborantis, affatur. Quos uero lãgo studij spiritalis exercitio prõ pto iãq; ac dociles inuenit, his libertate ac di gnitate magistri quasi quieto Saluator residẽs, mystica quãq; de supernis intimat. Quæ spiri talis differentia profectũ, in Israeliticã plebis est habitus pulcherrimis expressa figuris. Vbi uulgus omne quibuslibet uestibus utẽs, in qua tuor angulis palliorũ hyacinthinas sibi fimbri as est facere præceptũ. Sacerdotes quatuor ha bere uestes, totidẽ mysticis coloribus mira ua rietate distinctas. Pontifices & ea quæ sacerdo tes, & alia quatuor indumẽti genera, colorum quidẽ eorundẽ, sed sublimioris gratia dignita tis, & auro interlucẽte corusca, & patriarchã rã atq; ipsius domini nomine redimita gestare. Quæ per singula uel exponere uel solũ propo nẽre, proprii industriã spectat operis. *Verum tamẽ, uobis diuitibus, qui habetis consolationẽ uestram.* Quod sit uã diuitibus adfuturũ, a cõtrario me lius intelligitur, ubi pauperũ dicitur esse regnũ dei. A quo se regno per omnia qui hic consolã

ri qugrũt, alienãt, auditoriã iusto iudice, Filij re cordamini, quia recepistis bona in uita uestra. Vbi notandũ quod nõ tam diuitiã, quã diu riarũ amor in culpa est. Non enim omnis qui habet diuitias, sed ut Ecclesiastes ait, qui amat diuitias, fructus non capiet ex eis. quia qui ha bita temporalia uel animo contẽnere, uel pau peri nescit erogare, usu quidẽ horũ delectatur ad præfens, sed fructu quẽ dando poterat ac quirere, carebit in posterum. Et alibi legimus, Beatus diues qui inuentus est sine macula, qui post aurum non abijt, nec sperauit in pecunia & thesauris. *Uobis qui saturati estis, quia esuriens.* Saturatus erat diues ille purpuratus quãdo epi labatur cotidie splendide, sed dirũ uã sustine bat esuriens, quando de Lazari quem despexerat, digito guttã aquæ quarebat. Aliter. Si beati sunt illi qui iustitiã semper esuriũt opera, in felices econtrario sunt æstimãdi, qui sibi in de siderijs placẽtes, nullã ueri & inconcussi boni famẽ patiũtur, satis se rati beatos, si nõ ad tem pus sua uoluptate priuentur. *Uobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis.* Et Salomõ ait, Risus dolore miscbitur, & extrema gaudij luctus oc cupat. Et iterũ, Cor sapientis ubi tristitia est, & cor stultorũ ubi lætitia. Manifeste docens stul titiã ridẽtibus, prudentiã ut suprã docuimus, flentibus semper adscribendã. *Uobis cum bene uobis dixerint omnes homines.* Hoc est quod psalmi sta deplorat. Quoniã laudatur peccator in desi derijs animã suã, & qui iniqua gerit benedici tur. Cui non minima pœnã pars est sua scelera nõ modo non argui, sed insuper quasi bene ge sta laudari. Vnde prouide dominus non ait, uã quia bene uobis dicunt homines, quasi distan te aliquantum tempore culpam tardius pœnas sequatur, sed uã (inquit) cum bene uobis dixe rint omnes homines. Quia ipsa peccati nutrix aduulatio sicut oleum flammis, sic in culpa ardẽ tibus solita ministrare fomentum, maxima est utiq; pœna peccantium. Nam quomodo pau peres esurientes & flentes, malorum decet im probitate probari, ita diuitijs, epulis, risuq; ua cantes, per districti iudicis iram male obse quẽ tium clientela maiorem fouentur ad pœnam. *Secundum hæc enim, faciebant prophetis patres eorum.* Pseudopphetas significat, qui & ipsi sæpe in scriptura sacra prophete solent appellari, eo quod ob captandum uulgi fauorem futurapre fari, id est præloqui conentur. Vnde dicit leze chiel, Uã prophetis insipientibus, qui sequun tur spiritũ suum & nihil uident. Quasi uulpes in deserto, propheta tui Israel erãt. Itaq; domi nus in mõte beatitudines solum modo proborũ, in cãpo uero etiã uã describit reproborũ. Quia rudes adhuc auditores minis necesse est ac terroribus ad bona compelli, perfectos autẽ fat est præmij inuitari. *Sed uobis dico qui auditis.* Diligite inimicos uestros, bene facite his qui oderunt uos. Quia dixerat suprã, quid ab inimi cis pati

Diuitiarũ amor.

Ridentium uã.

Assentato ribus auscultatium uã.

Pseudopro pheta.

cis pati possint, nunc qualiter ipsi cum eisdem inimicis agere debeant, ostendit. Multi autem putant sufficere uirtutibus nõ odisse inimicos, cæterum diligere plus præcipi, quã humana natura patitur, non uidentes quia & Moyses, Samuel, & Stephanus pro inimicis orabant, & mortuos David planxit inimicos. Neq; enim dominus impossibilia, sed perfecta iuberet. Nõ deficientes ergo dum tempus est operemur bo num ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. *Benedicite male dicentibus uobis, orate pro calum niantibus uobis.* Et hæc se suisq; similes egisse, testatur Apostolus qui ait, Maledicimur, & bene dicimus. Blasphemamur, & obsecramus. Sed hic merito mouet, quomodo huic præcepto do mini non sit aduersum, quod & in Prophetis inueniuntur multę imprecationes aduersus ini micos, quæ maledictiones putantur, sicut est illud, Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueũ, & cætera, quæ ibi dicuntur. Ioannes Apostolus ait, Qui scit fratrem suum peccare peccatũ non ad mortem, petet & dabitur ei uita peccati non ad mortem. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico ut roget quis. Vbi primo uidẽdũ quia propheta per imprecationem quid esset futu rum cecinerunt, non optantis uoto sed spiritus præuidentis, qui maxime solent figura impre cantis futura prædicere, sicut figura præteriti temporis ea quẽ uentura erant sæpe cecinerũt. Deinde in Apostoli uerbis intelligendum esse quosdam fratres pro quibus orare non nobis præcipitur, cum dominus etiã pro persecuto ribus nostris orare nos iubeat. Quæ solui quæ stio non potest, nisi fateamur esse aliqua pecca ta in fratribus inimicorum persecutione graui ora. Fratres autem Christianos significari, mul ti diuinarum scripturarum documentis proba ri potest. Peccatum ergo fratris ad mortem pu to esse, cum post agnitionem Dei per gratiam domini nostri Iesu Christi quisq; oppugnat fra ternitatem, & aduersus ipsam gratiam qua re conciliatus est Deo, inuidentiã facibus agita tur. Peccatum autem nõ ad mortem est, si quis quam non amorem a fratre alienauerit, sed of ficia fraternitatis debita per aliquam infirmita tem animi non exhibuerit. Quapropter & do minus in cruce ait, Pater ignosce illis, quia nesci unt quid faciunt. Nondum enim gratiã spiri tus sancti participes facti, societate sanctæ fra ternitatis inierãt. Et beatus Stephanus orat pro eis a quibus lapidatur, quia nõdũ Christo credi derant, neq; aduersus illam communem gratiã dimicabant. Et Apostolus Paulus propter ea, credo, non orat pro Alexandro, quia iam fra ter erat: & ad mortem, id est inuidentiã, frater nitatem oppugnando peccauerat. Pro his au tem qui non abruperaunt amorẽ, sed timore suc cubuerant, orat ut eis ignoscatur. Sic enim di cit, Alexander ærarius multa mala mihi osten dit, reddet illi dominus secundum opera illius, 60

Inimici qua lier tra standi.

Peccatum ad mortẽ.

Non ad mortem.

60

quem & tu euita, ualde enim resistit nostris ser monibus. Deinde subiungit pro quibus orat, ita dicẽs: In prima mea defensione nemo mihi adfuit, sed omnes me dereliquerunt, non illis imputetur. Ista differentia peccatorum, Iudam tradentem a Petro negante distinguit. *Si quis te percutit in maxillam, præbe & alteram.* Non ait, eũ qui te percutit, nolĩ tu percutere, quãquã hoc etiã magnum præceptũ sit: sed ait, para te ad huc percuti. Quod ad misericordiã pertinere, hi maxime sentiunt, qui eis quos multum dili gunt, tanquam filijs uel quibuslibet dilectissi mis suis ægrotantibus seruitũt, uel paruulis, uel phreneticis, a quibus multa sæpe patiuntur. Et si eorum salus id exigat, præbent se etiã ut plu ra patiantur, donec uel ætatis uel morbi infir mitas transeat. Quos ergo Dominus, medicus animarum curandis proximis instruebat, quid eos aliud docere posset, nisi ut eorum quorum saluti consulere uellent, imbecillitates æquo animo tolerarent. Omnis namq; improbitas ex imbecillitate animi uenit, quia nihil innocenti us est eo qui in uirtute perfectus est. Multi autẽ alteram maxillam præbere nouerunt, diligere uero illum a quo feritũt, ignorant. At uero ip se dominus, qui utiq; præcepta quẽ docuit mi nistro sacerdotis non præbuit alteram, sed in super dixit: Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo, Si autem bene, quid me cae dis? Non tamen ideo paratus corde nõ fuit, nõ solum in alteram maxillam cedi pro salute om nium, sed etiã toto corpore crucifigi. *Et ab eo qui aufert tibi uestimentum, etiam tunicam noli prohibere.* Quo de uestimẽto & tunica dictũ est, non in eis solis, sed in omnibus faciendum est, quæ aliquo iure temporaliter nostra esse dicimus. Si enim de necessarijs hoc imperatum est, quanto magis superflua contemnere conuenit? *Omni autem petenti te, tribue.* Omni petenti (inquit) non omnia petenti, ut id des quod dare hone ste & iuste potes. Quid si enim pecuniã petat, qua innocenẽ conetur opprimere? Quid si po stremo stuprũ petat? Sed ne multa persequar quæ sunt innumerabilia, id profectũ dandum est quod nec tibi nec alteri noceat, quãtum sci ri aut credi ab homine potest. Et cui iuste nega ueris quod petit, indicanda est ipsa iustitia, ut non eum inañem dimittas. Ita omni petenti te tribues, quamuis non semper id quod petit tri bues. Et aliquando melius aliquid tribues, cum petentem iniusta correxeris. *Et qui aufert quæ tua sunt, ne repetas.* De ueste, domo, fundo, iur mento, & generaliter de omni pecunia dicit. Vtrum autẽ de seruis accipiendum sit, magna questio est. Non enim Christianum oportet sic possidere seruum, quomodo equum aut argen tum. Quamquam fieri possit, ut maiore precio taleat equus, quã seruus, & multo magis ali quid aureum uel argenteum. Sed ille seruus si rectius

Maxillam præbere.

Vestimẽto, seu tunica permissenda.

Omni petẽti da.

Seruus quomodo habendus.

Octaua beatitudo.

Pauperes.

Beatitudo comis.

Diuitum uã.

rectius & honestius & ad deum colendum ac commodatus abs te domino educatur aut regitur, quam ab illo potest qui eum cupit auferre, nescio utrum quisquam dicere audeat, ut uerimentum eum debere contemni. Hominem namque homo tanquam seipsum diligere debet, cui ab omnium domino etiam ut inimicos diligat, imperatur.

Cap. 23. Charitas. **E**t prout uultis ut faciant uobis homines, & uos facite illis similiter.] Quia charitas patiens est, benigna est, non tantum iniurias inimici fortissime suffert, sed amici quoque gratiam benignissime praerent. Nam redamare amantem, cunctos natura docuit. Non amantem uero beneficis ad amorem cogere Christi solum doctrina perfectos instituit. Qui cum nos priores prout nobis fieri uelimus alijs facere iuberet, eundem mox sensum latius adstruendo firmavit dicens, Et si diligitis eos qui uos diligunt, quae uobis est gratia: Nam & peccatores diligentes se diligunt, &c.] Si etiam peccatores, publicani, & ethnici, erga dilectores suos natura duce norunt esse benefici, quantum uos (inquit) quibus ut gradus professionis eximior, ita cura necesse est sit uirtutis uberior, latioris sinu dilectionis amplecti debetis etiam non amantes: Unde quaesitu dignum uidetur, quo modo cum dominus eos qui diligentes se solum diligunt, beneficentibus sibi benefacit, amicis foeneratur, non modo perfectam non habere charitatem, uerum peccatoribus aequiparari testatur, ille pectoris dominici recubitor epistolam de Dei & proximi dilectione con-

Ioannes Euangel. summans, non usquam inimicos monuerit esse diligendos, sed absolute dixerit, Quia si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas Dei in nobis perfecta est. Quod si quem mouet, sciat eum non de inimicorum amore tacuisse, sed & illos tratum nomine comprehensisse, fraternitatis amoris intuitu diligi, & pro eis praecipisse orari. Scilicet ut non semper inimici remaneant, sed respiciant a diaboli laqueis, nobisque germano foedere socientur. Nec durum uideatur quod nondum credentes, propter spem tamen credendi fratres appellari posse dicimus. Nam idem Ioannes, eos etiam filios dei uocitate legitur. Quia Iesus (inquit) moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed ut filios Dei qui erant dispersi, congregaret in unum. Quando enim dispersi, nondum filij sunt Dei, sed conueniundo in unum, iam efficiuntur filij. Verum tamen diligite inimicos uestros, & benefacite, Et mutuum date, nihil inde sperantes.] Quia dilectionem, beneficiumque mutuum peccatorum, infu- fructuosa redarguit, nunc qualiter haec a fidelibus fructuose fieri debeant, ostendit. Mutuatur autem omnis qui accipit, etiam si non ipse solutus est. Cum enim misericordibus Deus plura restituat, omnis qui beneficium praestat, foeneratur. Aut si non placet accipere mutuantem, nisi eum qui accipit redditurus, intelligendum

Fratres qui sunt.

est dominum ipsa duo genera praestandi esse complexum. Namque aut donamus quod damus beniuole, aut reddituro commodamus. Quia enim multi (ut scriptum est) quasi inuentionem aestimauerunt foenus, & molestiam praestiterunt his qui se adiunxerunt, multi non causa nequitiae non foenerati sunt, sed fraudari gratis timuerunt. Huic etiam infirmitati diuina medetur auroras dicens, Et mutuum date, nihil inde sperantes. Id est, non in homine spem mercedis fingentes. Qui siue reddat quod commodastis, reddet, & deus quod illo iubente fecistis, siue non reddat, haereditas uestra in aeternum erit. Mutuatur enim peccator & non soluit, iustus autem miseretur & commodat. Quoniam benedicentes eum possidebunt terram. Et alibi cum diceret, iocundus homo qui miseretur, & commodat, continuo subiunxit, In memoria aeterna erit iustus. Et erit merces uestra multa, & eritis filij altissimi.] Nulla maior potest esse merces, quam filios hominum terribigenas, effici filios altissimi qui in caelis est. Itaque quod ait, Et eritis filij altissimi: ex illa regula est intelligendum, quae & Ioannes dicit, Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Unus enim naturaliter filius est, qui nescit omnino peccare. Nos autem potestate accepta efficiuntur filij, in quantum ea quae ab illo praecipuntur implemus. Unde Apostolica disciplina ad optionem appellat, quae in aeterna haereditate uocatur, ut coheredes esse possimus. Igitur non ait, Facite ista quia estis filij, sed facite ista, & eritis filij. Cum autem ad hoc nos uocat per ipsum unigenitum, ad similitudinem suam nos uocat. Quia ipse benignus est (inquit) super ingratos & malos, &c.] Benignus est deus super ingratos & malos, uel multiplici scilicet sua misericordia, quae etiam iumenta saluat, temporalia bona largiendo, uel ad caelestia dona singulari gratia, quae electos solum glorificat, in spirando. Sed siue hoc, siue illud, siue utrumque intelligas, magna dei bonitate fit, quae nobis imitanda praecipitur si filij dei esse uolumus.

Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare, & non condemnabimini.] Hoc loco nihil aliud nobis praecipit existimo, nisi ut ea facta quae dubium est quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur. Quod enim scriptum est, Ex fructibus eorum cognoscetis eos, de manifestis dictum est quae non possunt bono animo fieri, sicuti sunt supra, uel blasphemiae, uel furta, uel ebrietas, & si qua sunt talia, de quibus nobis iudicare praecipitur. De genere autem ciborum, quia possunt bono animo & simplici corde sine uitio concupiscentiae quicquid humani cibi indifferenter sumi, prohibet Apostolus iudicari eos qui caribus uescerantur & uinum bibebant, ab eis qui se ab huiusmodi alimentis temperabant. Qui manducant (inquit) non manducantem non spernat, Et qui non manducat, manducantem non iudicat. Ad hoc pertinet etiam illud, quod alio loco dicit: Nolite ante tempus quicquam iudicare, quoad usque ueniat dominus

Mutuum dandum.

Mercedis summa.

Cap. 24.

Dubia in meliorem partem accipienda.

dominus & illuminet abscondita tenebrarum, & manifestabit cogitationes cordis. Sunt ergo quaedam facta media, quae ignoramus quo animo fiant, quae bono & malo fieri possunt, de quibus temerarium est iudicare, maxime ut condemnemus. Horum autem ueniet tempus ut iudicentur, cum dominus illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit cogitationes cordis. Duo sunt autem, in quibus temerarium iudicium cauere debemus, cum incertum est quo animo quidem factum sit, uel cum incertum est qualis futurus sit, qui nunc uel malus uel bonus apparet. Dimittite, & dimittimini. Date, & dabitur uobis.] Dimittite nos iniurias, dare beneficia iubet, ut & nobis peccata dimittantur, & uita de tur aeterna. Quia sententia breui, sed eximia, cuncta quae iustissime de conuersando cum inimicis mandauerat, comprehendendo concludit. Mensuram bonam conferam & coagitatam & superfluentem dabo in sinum uestrum.] Huic simile est quod alibi dicit, Ut & ipsi recipiant uos in aeterna tabernacula. Non enim pauperes ipsi, sed Christus mercedem his qui elemosynam fecere, redditurus est. Quam tamen in sinum dare dicuntur, quia promerenda illius occasione dederat, cum uel egentes misere, uel improbe saeuientes fortiorum sunt & tolerati patientia, & beneficentia sustentati, & ad ipsam aliquoties fidem dulci gratia prouocati. Eadem quippe mensura qua mensi fueritis, remetietur uobis.] Et Apostolus ad elemosynam Corinthios hortans, inter alia dicit: Hoc autem dico, Qui parce seminat, parce & metet. Et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Potest autem & de omnibus quae mente, manu, lingua gerimus, accipi. Quia tu reddes singulis, inquit, secundum opera eorum. Dicebat autem illis & similitudinem, Nunquid potest caecus caecum ducere: nonne ambo in foveam cadent? Sensus huiusce sententiae pendet ex superioribus, ubi de danda elemosyna, & iniuria dimittenda praecipitur. Si te (inquit) ira contra uolentem, & contra petentem philargyria caecauerit, nunquid tua mente uitiata uitium eius curare poteris: aut ille solus qui iniuriam fecit, & non tu etiam qui ferre nesciebas, reus deputaberis? At si mitē te tranquillique pectoris eius improbitas inuenierit, & ille ad poenitentiam mouebitur, & tu patientiae praemio donaberis, quia caecum uidente oculo, hoc est corde sereno, ducere curabas ad lumen. Non est discipulus super magistrum, Perfectus autem omnis erit, si si scit magister eius.] Si magister, qui utique quasi deus potuit, non suasultum ire iniurias, sed ipsos maluit insecutores patiēdo reddere mitiores, eandem necesse est discipuli qui puri homines sunt, regulam perfectionis sequantur. Quid autem uides festucam in oculo fratris tui, trabem autem quae in oculo tuo est non consideras? Et hoc ad superiora respicit, ubi caecum ac caeco duci, id est peccatorem a peccatore castigari non posse praemonuit. Mul-

Iudicium temerarium cauendum.

Dimittendum.

Mensura.

Caecus caecum ducens.

Magister in quo imitandus.

ti enim superbia, uel odio, philargyria, uel auaritia, uel alio quolibet crimine praerenti, laeuita haec aut nulla iudicantes, acerrime corripiunt eos quos subita uiderint ira turbatos, oculum mentis a solito puritatis statu, quasi festuca irruente mutasse, atque immemores dominici praecipi quo ait, Nolite condemnare, & non condemnabimini, magis amant uituperare & damnare, quam emendare atque corrigere. Et quomodo potes dicere fratri tuo, Frater, sine eijciam festucam de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem non uidens? Haec cum fratre agis, si (uerbi gratia) quod ira ille peccauit, tu odio reprehendis. Quatum autem inter festucam & trabem, quasi tantum inter iram distat atque odium. Odium est enim, ira inueterata, quasi quae uetustate ipsa ratum acceperit, ut merito appelletur trabes. Fieri autem potest, ut si irascaris homini, uelis eum corrigi. Si autem oderis hominem, non potes eum uelle corrigere. Et ideo impossibile dicitur, ut festucam fratris oculo demat, qui suo trabem gestat in oculo. Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc perspicies ut educa festucam de oculo fratris tui.] Id est, primo abs te expelle odium, & deinceps poteris iam eum quem diligis emendare. Et est uere multum cauendum & molestum hypocritarum, id est simulatorum genus, qui cum omnium uitiorum accusationes odio & liuore suscipiant, etiam consultores uideri se uolunt. Et ideo pie cauteque uigilandum est, ut cum aliquem reprehendere uel obiurgare necessitas coeperit, primo cogitemus utrum tale sit uitium quod nunquam habuimus, uel quod iam caruimus. Et si nunquam habuimus, cogitemus & nos homines esse, & habere potuisse. Si uero habuimus & non habemus, tangat memoriam communis infirmitas, ut illam reprehensionem aut obiurgationem, non odium, sed misericordia praecedat. Ut siue ad correctionem eius propter quam id facimus, siue ad peruersionem ualuerit (Nam incertus est exitus) nos tamen de simplicitate oculi nostri securi simus. Si autem cogitantes nosmetipsos inuenerimus, in eo esse uitio, in quo est ille, quem reprehendere parabamus, non reprehendamus, neque obiurgemus, sed tamen congemiscamus, & non illum ad obtemperandum nobis, sed ad pariter conandum inuitemus. Raro ergo, & magna necessitate obiurgationes adhibenda sunt. Ita tamen, ut etiam in his ipsis, non nobis, sed deo ut seruiamus instemus: ipse est enim finis, ut nihil duplici corde faciamus, auferentes trabem de oculo nostro in uidentiae, uel malitiae, uel simulationis, ut uideamus eijcere festucam de oculo fratris. Non est enim arbor bona, quae facit fructus malos: neque arbor mala, faciens fructum bonum.] Contra hypocritam quae coeperat, exequitur. Si uera (inquit) & non fictam uis habere iustitiam, quae uerbis ostentat, etiam factis copensare curato, ut bona existēs arbor, bonis orneris & fructibus. Quia & si fingat

Cacuites in proprijs.

Festuca. Trabes.

Hypocritae cauendi.

Trabem auferre.

Hypocritas persequitur.

fingat hypocrita, non est bonus qui facit opera mala. Et si reprehendat in fonte, non ideo malus est qui facit opera bona. *Vnaqueque enim arbor, de fructu suo cognoscitur.* Quis sit fructus quo mala bona uel dinosci debeat arbor, Apostolus ostendit dicens, Manifesta autem sunt opera carnis, quae sunt, fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiae, contumeliosae, emulationes, irae, rixae, dissensiones, haereses, inuidiae, homicidia, ebrietates, comestationes, & his similia, quae praedico uobis, sicut praedixi. Quonia qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Fructus autem spiritus, est charitas, gaudium, pax, longanimitas, bonitas, benignitas, fides, modestia, continentia. Caeterum elemosyna, uel oratio, uel ieiunium, fructus qui dem est proprie bonorum, sed non nunquam simulate etiam usurpatus a malis. De quibus dominus ait, Quia receperunt mercedem suam. Et alibi, Attendite a falsis prophetis qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Sed non ideo debet oues odisse uestimentum suum quod plerumque illo se occultant lupi, dum aliud ostentat ad decipiendum, aliud exierunt ad depraedandum uel interficiendum eos, qui sub isto uestitu ouino lupos uidere non possunt. Hic ergo non est fructus, de quo cognosci arbor debet, sed ille, qui est supra monstratus. *Neque enim de spinis colligunt fucus, neque de rubo uindemiant uinam.* Spinis reor & rubum saeculi curas & punctiones esse uitiorum, de quibus peccanti homini dictum est, Terra tua spinas & tribulos germinabit tibi. Ficus uero & uua, dulcedinem conuersationis nouae, quam dominus in nobis effudit, & feruorem dilectionis qui laetificat cor hominis. De quibus Euangelio coruscante uox turturis in terra longe lateque resonat, ficus protulit grossos suos, uinae flores dederunt odorem. Non autem de spinis ficus, non uua de rubo colligitur. Quia mens adhuc ueteris hominis consuetudine depressa simulare potest, sed fructus noui hominis ferre non potest. Quod si quis obijcere uoluerit ad dicere, quod & Moyses de rubo uindemiarit uinam, quando a cognato gentili consilium utile suscepit, & de spinis collegerint ficus hi, quibus dictum est de Pharisaeis, Quae dicunt facite, quae autem faciunt, facere nolite: sciat quia sicut uerax non nunquam palmas sepi inuoluta recumbit, portansque fructum spina non sibi uisibus seruat humanis, sic dicta uel acta malorum si quando bonis prosunt, non hoc ipsi faciunt mali, sed fit de illis superno prouidete consilio. *Bonus homo de bono thesauro cordis sui, profert bonum: et malus homo de malo, profert malum.* Idem thesaurus cordis, quod radix est arboris. Et quod de corde profertur, idem est quod arboris fructus. Qui ergo thesaurum in corde patientiae perfectum habet amoris, optimos nimirum fructus effundens, diligit inimicum, benefacit odienti, benedicit maledi-

centi, orat pro calumniante, percutienti se uel despolianti non reluctatur, omni petenti tribuere, sua ablata non repetit, non iudicare, non condemnare desiderat, errantem patienter amanterque corrigit, & caetera quae supra saluator edocuit. At quinequam thesaurum corde seruat, odit amicum, maledicit diligenti, maledicit benedicienti, & caetera quae dominicus sermo redarguit, bono thesauro contraria peragit. Qui ne sibi frustra blandiretur ex eo quod sequitur, *Ex abundantia enim cordis, os loquitur.* Quali non fructus arboris sed folia, hoc est uerba solum, & non magis opera, uel ueri Christiani uel hypocritae quaeratur, consequenter dominus aditigit, *Quid autem uocatis me domine domine, & non facitis quae dico?* Ac si alijs uerbis ita diceret, *Quid folia recte confessionis uos germinare iactatis, qui nullos operis boni fructus ostenditis?* Vnde Apostolus preciosum a uili separatur, hoc est bonum thesaurum a malo, bonam arborem a mala, perfectum boni magistri discipulum ab hypocrita, ducem uidentem a caeco secreturus, ait, Veniam autem ad uos si dominus uoluerit, & cognoscam non sermonem eorum qui inflati sunt, sed uirtutem. Non enim in sermone est regnum Dei, sed in uirtute. Per os ergo locutionem dominus uniuersa quae uel acta, uel fati, uel cogitatu de corde profertur insinuat, quae magis quam hominibus dicta, nuda & aperta sunt oculis eius. Nam & moris est scripturarum, uerba pro rebus ponere. Vnde Psalmista, *Dic (inquit) anima mea, salus tua ego sum.* Et Hierzechias, *Non fuit uerbum quod non ostenderim eis.* Qui utique rerum & non uerborum Chaldaeis reuelat arcana. Itemque Apostolus, *Et nemo dicit dominum Iesum, nisi in spiritu sancto.* pro eo ut diceret, nemo dominum Iesum intellectu cernit, nemo uoluntate amplectitur, nisi per gratiam spiritus sancti. *Omnis qui uenit ad me & audit sermones meos & facit eos, ostendam uobis cui similis sit. Similis est homini aedificanti domum.* Multa dominus supra de aperte bonis malisue, multa de uere ac simulate bonis disputans, quibus tribus personis omne, opinor, hominum genus comprehendit, totum suum sermonem terribili simul & amabili parabola concludit, qua alios uerbi auditores diabolo, alios Christo assimulet, qui uterque suam in hominum subiectione domum per totum huius saeculi tempus aedificare non desinit. Itaque qui sermones Christi audit & facit, comparabitur Christo. Quia sicut Christus uarijs hominum personis unam sibi Ecclesiam catholicam construit, erudit, & gubernat, in uitam quandoque dedicaturus aeternam: sic & auditor utilis iuxta proprium modulum uarijs uirtutum studijs ad superna proficiens, habitationem sibi perpetuae mansionis aedificat, cuius in praesenti quadrantis, poliendis, charitatisque glutino copulandis lapidibus aedificat, sed in futuro cum Christo dedicatione laetetur

Arboris excidenda fructus.

Spinis & rubus.

Ficus & uua.

Thesaurus cordis.

Oris locutio.

Verba pro rebus.

Auditor sermonum Dei.

tionem laetetur. *Qui fodit in altum, & posuit fundamenta supra petram.* Fundamenta quando pluraliter in Ecclesiae mysterio ponuntur, doctores significant, de quibus dicitur, Fundamenta eius in montibus sanctis. Quando uero singulariter fundamentum, ipse doctorum doctor, & fundamentum fundamentorum exprimitur, Christus. De quo dicitur, Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est, quod est Iesus Christus. Haec ergo fundamenta non supra terram, sed supra petram, sapiens architectus locauit, quia mentes sublimium uirorum non in terrenis desiderijs Christus, sed in superabili sua fide, spe, & charitate constituit. Petra autem (inquit) erat Christus. Qui fodit in altum, quia praecipit humilitatis terrena omnia fidelium de cordibus eruit, ne propter aliquid infimum uel commodum temporale Deo seruiant. Moraliter autem fundamenta domus, ipsae sunt intentiones bonae conuersationis, quae perfectus uerbi auditor, exhaustis humilitate Christiana superuacuarum fragiliumque cogitationum rudibus, in adimplendis Christi mandatis firmiter inserit: hoc uidelicet in seipso Christo cooperante specialiter agens, quod in uniuersali ecclesia Christus generaliter agit. *Gaudensque cum Psalmista, Quia eduxit me de lacu miseriae, & de luto faecis.* Et statuit supra petram pedes meos, &c. *Inundatione autem facta, illisum est flumen domui illi, & non potuit eam mouere.* Fundata enim erat supra petram. Fluminis inundatio, quam alibi portas inferi nuncupat dicens, Quia tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, & portae inferi non praeualebunt aduersus eam: ipsa est cuius supra meminit, Beati eritis, inquit, cum uos oderint homines, & cum separauerint uos, & exprobraverint, & eiecerint nomen uestrum tanquam malum. Quae firmos Ecclesiae angulos & si irruere, non tamen direrere potuit. Quia gaudebant in illa die & exultabant, ita se inuicem contra undarum rabiem cohortantes. Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. Patientiam Iob audistis, & finem domini uidistis. Et iterum, Fluminis impetus laetificat ciuitatem dei, sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Deus in medio eius non commouebitur. Sed & iuxta leges tropologiae, singulae nostrae domus cotidie uel immundorum spirituum, uel improborum hominum, uel ipsa suae mentis aut carnis inquietudine pullantur, & quantum proprijs uiribus fidunt, inclinantur. Quantum uero inuictissimae illi petrae adherent, labefactari nequeunt. *Qui autem audiuit & non fecit, similis est homini aedificanti domum suam supra terram sine fundamento.* Domus diaboli, mundus qui in maligno positus est, non creatoris dignitate, sed magnitudine delinquentis uocatur. Quae super terram aedificat, quia obsequentes sibi de caelis ad terrena detrahit. Sine fundamento aedificat, quia omne peccatum fundamentum

Fundamenta.

Fundamentum.

Fluminis inundatio.

Domus diaboli mundus.

Peccatum.

non habet, ut quod non ex propria natura subsistit. Malum quippe sine substantia est, quod tamen utcumque sit, in boni natura coalescit. Quia uero a fundo dicitur fundamentum, possumus etiam fundamentum pro fundo positum, non inconuenienter accipere. Sicut auditus ab aure dicitur, & tamen plerumque ipsa auris auditus nomine designatur. Sicut ergo qui in puteo mergitur, putei fundo retinetur: ita corrumpens quasi in quodam fundi loco consisteret anima, si semel lapsa, in aliqua se peccati mensura retineret. Sed cum peccato in quo labitur non potest esse contenta, dum cotidie ad deteriora descendit, quasi in puteo quo cecidit, fundum non inuenit quo figuratur. Vnde bene aliis dicitur, Peccator cum uenerit in profundum malorum, contemnit. Redire namque dissimulat, quia misereri sibi posse, desperat. Sed cum desperando amplius peccat, quasi puteo suo fundum subtrahit, ne ubi retineri possit, inueniat. Ergo qui audit sermones Christi & non facit, siue initiatum mysterijs Christi, siue in totum alienus a Christo, quia seipsum male aedificat, similis est homini stulto, de quo dicitur, Inimicus homo hoc fecit. *In quam illisus est fluuius, & continuo cecidit. Et facta est ruina domus illius magna.* Manifestum est, quia ingrudente qualibet tentatione, mox & uere mali, & ficti boni peiores fiunt, donec ad extremum perpetuam labantur in poenam. Porro moraliter dicendum, quia unusquisque tentatur a concupiscentia sua, abstractus & illectus. Dehinc concupiscentia cum coeperit, parit peccatum. Peccatum autem cum consummatum fuerit, generat mortem. Potest etiam per impetum fluminis, extremi iudicij discrimen intelligi, quando utraque domo consummata, omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur: ibuntque impij, non solum homines, sed & angeli, qui ad diaboli domum pertinebant, in supplicium aeternum, iusti autem in uitam aeternam.

Fundamentum.

Tentatione qui peiores fiunt.

CAPVT SEPTIMUM.



Uin autem impleisset omnia uerba sua in aures plebis, intrauit in Capharnaum. Hic intelligendum est, cum impleisset quidem omnia uerba sua in aures plebis, intrauit Christum Capharnaum: hoc est, quia non antequam haec uerba terminasset intrauit, sed non esse expressum post quantum temporis interuallum cum istos sermones terminasset intrauerit Capharnaum. Ipso quippe interuallo leprosus ille mundatus est, quem loco suo Matthaeus interponit, iste autem antea praecipue occupat. *Centurionis autem cuiusdam seruus male habens erat moriturus, qui illi erat preciosus.* Quae forte aliquis uel pius ut inueniat, uel impius ut reprehendat: qua ratione Etrangelista seruum qui non mortuus sed sanatus subinfertur, dixerit esse moriturum. Cui breuiter respondendum, quia reuera erat moriturus, si non domini sui fide deprecantis, & Christi pietate

Cap. 25.

Moriturus erat non moriturus.

miserentis fuisset redditus uitae. Sic & Hiezechias rex iuxta quendam naturae humanae modum erat moriturus, cum ueracis prophetae uerbis audiuit. Dispone domui tuae, quia morieris nunc & non uiues. sed occulto diuinae providentiae iudicio, quae omnia in mensura & numero & pondere disposuit, quindecim adhuc annorum uitam lacrymis precibusque nactus. Et cum audisset de Iesu, misit ad eum seniores Iudaeorum, rogans eum ut ueniret & saluaret seruum eius.] Superna dispensatione factum est ut seniores Iudaeorum mitterentur ad dominum, hisque adstantibus qui languerat sanaretur, quo inexcusabiles forent, si credente uiro gentili, non crederent. Verum quaeritur quomodo conueniat quod Lucas Centurionem nuncios misisse. Matthaeus autem ipsum accessisse narrat ad dominum. Sed pie quaerentibus facile patet, quod Matthaeus breuitatis causa dixerit ipsum accessisse, cuius desiderium & uoluntas ad dominum ueraciter, alijs licet deferentibus est perlata, mystice etiam nobis commendans hoc quod scriptum est, Accedite ad eum, & illuminamini. Nam quia fidem Centurionis, qua uere acceditur ad Iesum, ipse ita laudauit ut diceret, Non inueni tantam fidem in Israel: ipsum potius accessisse ad Christum dicere uoluit prudens Euangelista, quam illos per quos uerba sua miserat. Porro autem Lucas ideo totum quemadmodum gestum sit aperuit, ut ex hoc intelligere cogereur, quemadmodum accessisse dixerit alius, qui mentiri non potuit. Sicut enim illa mulier quae fluxum sanguinis patiebatur, quam uis fimbriam uestimenti eius tenuerit, magis tamen quia credidit tetigit dominum, quam illa turba a quibus premebatur: ita & Centurio, quo magis credidit, eo magis accessit ad dominum. Diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse edificauit nobis.] Qui edificatam sibi a Centurione narrant synagogam, euidenter ostendunt quia sicut nos Ecclesiam, sic etiam illi synagogam, non conuentum solummodo fidelium, sed & locum quo conueniebant, sint appellare soliti, iuxta quod & supra docuimus. Iesus autem ibat cum illis.] Magna domini sublimitas, qui solo uerbo curare ualebat, sed non minor humilitas, qui seruum dignatus est uisitare languentem. Nam quasi potens & benignus & rogatus saluare pergebatur, & itineris medio rogatus dicto saluauit, ne uidelicet ob impotentiam uirium & non ob humilitatis exemplum corporaliter ire putaretur. Alibi ad sanandum reguli filium uenire noluit, ne diuitias honorasse uideretur. Hic, ne conditionem spreuisse seruilem, ad Centurionis famulum mox ire consensit. Et cum iam non longe esset a domo, misit ad eum Centurio amicos dicens, Domine, noli uexari. Non enim dignus sum, ut sub teetum meum intres.] Propter uitae gentilis conscientiam, grauari se magis dignatione putauit Domini, quam suuari, nec posse habere hospitem Christum,

Euangelist. concord.

Fides Centurionis.

Synagoga.

Humilitas domini in curandi serui uisitatione.

Centurionis humilitas.

cuius & si fide praeditus, nondum tamen erat sacramentis imbutus. Sed quia quae nostra infirmitas non praesumit, diuina gratia dare nouit, & alius Centurio qui sicut & iste, credentem ex gentibus populum praefigurat, magne fidei & iustitiae merito Spiritus sancti donum priusquam baptizaretur accepit, & iste necdum catechizatus, & fidem suam laudari a domino, & famulum saluari promeruit. De quo pulchre per allegoriam dicitur, quia Iesum non longe aberat a domo, tamen si sub teetum suum inuitare non auderet, quia prope timentibus eum salutare ipsius. Et qui naturali lege recte uicitur, quo bona quae nouit, operatur, eo illi qui uere bonus est appropriat. At qui errori gentilitatis etiam crimina iunxerunt, his aptari potest, quod confluentibus ad se turbis alibi dominus ait, Quidam enim ex his de longe uenerunt. Propter quod & me ipsum non sum dignum arbitratus, ut uenirem ad te.] Et nos qui de gentibus credimus, non ipsi ad dominum uenire possumus, quem nunc in carne uidere nequaquam ualemus, sed quicumque passionem nostrae seruitutis agnouimus, ad residendum in dextera patris iam per fidem accedere debemus, iam seniores Iudaeorum mittere, hoc est summos ecclesiae uiros qui nos ad dominum praecesserunt, suppliciter obsecrando patronos acquirere, qui nobis testimonium reddentes quod diligamus ecclesiam, & quantum in nobis est edificare eueemus, pro nostris apud dominum nostrorumque peccatis intercedant. Sed dic uerbo, & sanabitur puer meus.] Magna fides Centurionis, qua uerbi opus in Christo confitetur, & nostrae sanationis accommoda mysterijs, qui & si noueram secundum carnem Christum, sed iam nunc non nouimus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites.] Hominem se & potestati, uel tribunum, uel praedictis subditum dicit, imperare tamen posse minoribus, ut subaudiatur eum multo magis qui Deus sit & super omnia potens, innumeram uirtutis angelicae quae ad imperata obtemperet habere militiam. Et dico huic, uade, & uadit. Et alio ueni, & uenit. Et seruo meo fac hoc, & facit.] Vult ostendere Dominum quoque non per aduentum tantum corporis, sed per angelorum ministeria posse implere quod uellet. Repellenda enim erant uel infirmitates corporum, uel fortitudines contrariae, quibus homo ad debilitatem saepe conceditur, & uerbo domini & ministerijs angelorum. Aliter. Milites & serui qui Centurioni obediunt, uirtutes sunt naturales. Quarum non minimam copiam multi ad dominum uenientes, secum deferunt. De quibus in Cornelij Centurionis laude dicitur, Quia erat uir iustus & timens deum cum omni domo sua, faciens eleemosynas multis plebi, & deprecans deum semper. Quo audit Iesus miratus est.] Miratus est quod uidit Centurionem suam intelligere maiestatem, Sed quis in illo

10

20

30

40

50

60

Centurionis fides.

Alio, anti. que.

Miratus dominus.

Nota.

Lucae mos.

Centurionis dignitas.

Cap. 26.

Defunctus laetus.

in illo fecerat ipsam fidem uel intelligentiam, nisi ipse qui ea mirabatur. Quod si & alius eam fecisset, quid miraretur qui praescius erat? Notandum ergo quia quod miratur dominus, nobis mirandum esse significat, quibus adhuc opus est sic moneri. Omnes enim tales motus cum de deo dicuntur, non perturbati animi signa sunt, sed docentis magistris. Et conuersus, sequentibus se turbis dixit: Amen dico uobis, nec in Israel tantam fidem inueni.] Non de omnibus retro patriarchis & prophetis, sed de praesentis aui loquitur hominibus. Quibus ideo Centurionis fides anteferitur, quia illi legis prophetarumque monitis edocti, hic autem nemine docente, sponte credidit. Et reuersi qui missi fuerant domum, inueniunt seruum qui languerat sanum.] Probatur fides domini, & serui sanitas roboratur. Potest ergo meritum domini etiam famulis suffragari, non solum fide merito, sed etiam studio disciplinae. Plenus sane haec explicat Matthaeus, quod dicente domino Centurioni, Vade, & sicut credidisti fiat tibi: sanatus sit puer ex illa hora. Sed beato Lucae moris est, quae plena uiderit ab alijs Euangelistis exposita, breuiare, uel etiam de industria praeterire: quae uero ab eis omissa uel breuiter cognouerit acta, dilucidare solertius. Mystice ut dixi, centurio cuius fides Israel praefertur, electos nimirum ex gentibus ostendit, qui quasi centenario milite stipati, uirtutum spiritalium sunt perfectione sublimes, nilque a domino terrenum, sed sola aeternae salutis gaudia sibi suisque requirunt. Numerus enim centenarius, qui de laeva transfertur ad dexteram, in celestis uitae significatione poni consueuit. Unde est, quod arca Noe centum annis fabricatur, Abraham centenarius filium promissionis accepit, seuit Isaac & inuenit in ipso anno centuplum, atrium tabernaculi centum cubitos longum est, in centesimo Psalmo misericordia & iudicium Domino cantatur, & caetera huiusmodi. Talis ergo meriti uiri pro his necesse est domino supplicent, qui adhuc spiritu seruitutis in timore premuntur, quatenus eis paulatim ab sublimiora prouectis, perfecta dilectio foras mittat timorem. Et factum est deinceps, ibat in ciuitatem quae uocatur Naim.] Naim ciuitas est Galilaeae in secundo miliario Tabor montis contra meridiem iuxta Hendor, qui est uicus grandis in quarto miliario eiusdem montis ad meridiem. Et ibant cum illo discipuli eius, & turba copiosa. Cum autem adpropinquaret portae ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius unicus matris suae.] Defunctus hic qui extra portam ciuitatis multis est intuentibus elatus, significat hominem letali criminum funere soporatum, eandemque insuper animae mortem, non cordis adhuc cubili tegentem, sed ad multorum notitiam per loquutionis operis uel indicium, quasi per suae ciuitatis ostia propalantem. Qui bene filius unicus matri suae fuisse perhibetur,

quia licet e multis collecta personis, una sit perfecta & immaculata uirgo mater Ecclesia, singuli qui que tamen fidelium uniuersalis se Ecclesiae filios rectissime fatentur. Nam & electus quilibet, quando ad fidem imbuitur, filius est. Quando alius imbuit, mater. An non materno erga paruulos agebat affectu, qui ait, Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis? Portam ciuitatis, quae defunctus efferebatur, puto aliquem de sensibus esse corporeis. Qui enim seminat inter fratres discordias, qui iniquitatem in excelsum loquitur, per oris portam extrahitur mortuus. Qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, per oculorum portam suae mortis indicia profert. Qui fabulis otiosis, obscenitatis uel carminibus, uel detractionibus, aurem libenter aperit, hanc animae suae portam mortis efficit, caeterosque qui non seruat sensus, mortis sibi ipse reddit aditus. Obsecro domine Iesu, cunctas meae ciuitatis portas, iustitiae facias: ut ingressus in eas, confitear nomini tuo, tuaeque maiestati, cum ministris caelestibus eam crebrius inuisenti, non foetor elati cadaueris occurrat, sed occupet salus muros illius, & portas eius laudatio. Et haec uirga erat, & turba ciuitatis multa cum illa.] Viduam esse ecclesiam, omnis anima quae sponsi dominici sui semore redemptam meminit, agnoscit. Diuino autem nutu, multa dominum turba, multa uiduam comitabatur, ut uiso tanto miraculo, multi testes, multi, Dei fierent laudatores. Quam quum uidisset Dominus, misericordia motus super eam, dixit illi, Noli flere.] Desiste, inquit, quasi mortuum flere, quem mox uiuum resurgere uidebis. Vbi mystice Nouati dogma confunditur, qui de sua munditia superbe gloriatus, humilem poenitentium mundationem euacuarare conatur, ueramque matrem Ecclesiam, reatorum suorum spiritali extinctione plorantem, spe uitae redondandae negat consolari debere. Et pulchre Euangelista, Dominum prius misericordia motum esse super matrem, ac sic filium suscitare testatur, ut in uno nobis exemplum imitandae pietatis ostenderet: in altero, fidem mirandae potestatis adstrueret. Et accessit, & tetigit loculum. Hi autem qui portabant, steterunt.] Loculus in quo mortuus effertur, male securus desperati peccatoris conscientia est. Qui uerora sepeliendum portant, uel immunda desideria quae hominem rapiunt in interitum, uel lenocinia blandientium sunt uenenata sociorum, quae peccata nimirum dum fauoribus tollunt, accumulans, peccantesque contemptu, quasi aggere terrae obruunt. De quibus alibi dicitur: Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Mortuos quippe, mortui sepeliunt: quum peccatores, qui sui similes: alios nociuo fauore demulcent, congestaque pessima adulationis mole, ne qua aliquando spe resurgendi

Ecclesia.

Obsecratio.

Ecclesia uirga.

Nouati haeresis.

Loculus septrum uerum.

potantur, opprimunt. Domino ergo loculum tangenti funeris baiuli steterunt, quia superni formidine iudicij attracta conscientia & carnalium sæpe affluentiam uoluptatum, & iniuste laudantium turbam coercens, ad se ipsam reuertitur, uocantibus ad uitam festina responderet saluatori. Vnde recte sequitur: *Et ait, Adolescens tibi dico, surge. Et resedit qui erat mortuus, & cepit loqui, & dedit illum matri suæ.* Residet quippe qui erat mortuus, cum interna compunctione reuiuiscit peccator. Incipit loqui, cum reducitur in dicitia uitæ cunctis qui peccatum luxerant ostendit. Redditur matri, cum per sacerdotalis decreta iudicij communioni sociatur Ecclesiæ.

Accepit autem omnes timor, & magnificabant deum dicentes, quia propheta magnus surrexit in nobis. Quanto desperatio animæ mors ad uitam reuocatur, tanto plures eodem corriguntur exemplo. Vide Dauid prophetam, uide Apostolum Petrum. Quorum quo gradus altior, eo casus grauior. Quo autem grauior casus, eo pietas erigentis gratior. Quo uerò gratior in eis Domini pietas apparuit, eo certior cunctis poenitentibus spes salutis apparuit, ut iure omnes qui audiunt, dicant: *Quia Deus uisitauit plebem suam.* Non tantummodo uerbum suum semel incorporando, sed etiam nostra hoc ut sciscitari debeamus, semper in corda mittendo.

Et nunciauerunt Ioanni discipuli eius de omnibus his. Non simplici corde, ut opinor, sed inuidia stimulato, discipuli Ioannis ei Christi uirtutes & miracula narrant. Nam & alibi ita apud eum questi esse produntur. Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes ueniunt ad eum. Quibus tunc respondit Ioannes: *Quia non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de celo, &c.* Quibus & se purum hominem, & Christum Dei esse filium, manifeste declarat. Verum, quia mansit inuidia, liuor, ne quibat expelli, quid pro eis corrigendis optimus magister adhuc egerit, attende.

Cap. 27. *Eos ad dominum dicens, Tu es qui uenturus es, an alium expectamus?* Videlicet, ut per hanc saltem occasionem, uidendo signa quæ faciebat, crederent in eum, & magistro interrogantes, sibi dicerent in uenturus es. Et est sensus, Manda mihi quia interficiendus ab Herode, & ad inferna descensus sum, utrum te & in inferis debeam nunciare qui nunciaui superis, an non contemnat filio dei ut gustet mortem, & alium ad hæc sacramenta missurus es. *In ipsa autem hora curauit multos à languoribus, & plagis, & spiritibus malis, & cæcis multis donauit usum.* Ioannes interrogauerat per discipulos, Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? Christus signa demonstrat, non ad ea respondens quæ interrogatus fuerat, sed ad scandalum nunciatorum, qui

Magno-rum casus.

Discipulorum Ioannis emulatio.

Cap. 27.

Ioannes quare discipulos misit.

tes (inquit) renunciate Ioanni quæ uidistis & audistis. Quia cæci uident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt. Et quod his non minus est. Pauperes Euangelizantur. Vel pauperes spiritu, uel certe opibus pauperes, ut nulla inter nobiles & ignobiles, inter diuites & egenos, in prædicatione distantia sit. Hæc magistri rigorem, hæc præceptoris comprobant ueritatem, quando omnis apud eum qui saluari potest, æqualis est.

Quod autem ait: Et beatus est quicumque non fuerit scandalizatus in me. Et nuncios Ioannis qui eum esse Christum non crediderant, à perfidie scandalo castigat, & eidem Ioanni quod quærebat exponit, quia deus saluos faciendi, & domini exitus mortis. Visis enim tot signis, tantisque uirtutibus, non scandalizari quisque potuit, sed admirari. Sed infidelium mens graue in illo scandalum pertulit, quum eum & post tot miracula morientem uidit. Quid est ergo dicere, Beatus est qui non fuerit scandalizatus in me, nisi aperta uoce, abiectionem mortis suæ humilitatemque signare? Ac si patenter dicat: Mira quidem facio, sed abiectione perpeti non dedignor. Quia ergo moriendo te subsequor, cauendum ualde est hominibus, ne in me mortem despiciant, qui signa uenerantur.

Et cum discessissent nuncios Ioannis cepit dicere de Ioanne ad turbas. Quia turba circumstantis interrogationis mysterium nesciebat, & putabat Ioannem dubitare de Christo, quem ipse monstrauerat, ut intelligerent Ioannem non sibi interrogasse, sed discipulis suis, dignis eum laudibus accumulat. *Quid existis in deserto uidere harundinem uento mouerit?* Quod uidelicet non afferendo, sed negando intulit. Harundinem quippe mox ut aura tingerit, in partem fleuit. Et quid per arundinem, nisi carnalis animus designatur? qui mox favore uel detractione tangitur, in partem quamlibet inclinatur. Si enim ab humano ore aura fauoris flauerit, hilarescit, extollitur, totumque se quasi ad gratiam inflectit. Sed si inde uentus detractionis eruperit unde laudis aura ueniebat, mox hunc quasi in partem alteram ad uim furoris inclinatur. Sed harundo uento agitata Ioannes non erat, quia hunc nec blandum gratia, nec cuiuslibet ira asperum faciebat: nec prospera hunc erigere, nec aduersa nouerunt inclinare. *Sed quid existis uidere? hominem mollibus uestimentis indutum? ecce qui in ueste preciosa sunt & delicijs, in domibus regum sunt.* Camelorum etenim pilis uestitus Ioannes ille fuisse describitur. Non ergo caelestis, inquit, sed terreno regno militans solus, qui pro Deo perpeti aspera fugiunt, sed solis exterioribus dediti, præsentis uitæ mollitiem, & delectationem quarunt. Nemo ergo existimet, in luxu atque studio uestium peccatum deesse, quia si hoc culpa non esset, nullo modo Ioannem Dominus de uestimenti sui asperitate laudasset. Quamuis hoc quod Ioannes non esse uestitus

Christi responsio.

Pauperum euangelizatio.

Nuncios Io. castigat.

Beatus qui non fuerit scand. in me.

Ioannes non dubitauit.

Ioannis Bap. commendatio.

Ioannis uelut.

Uestitus discrimen.

se uestitus mollibus dicitur, per significationem intelligi potest. Mollibus enim uestitus non fuit, quia uitam peccantium non blandimentis fouit, sed uigore aspera inuentionis increpauit dicens, Genimina uiperarum, quis uobis demonstraui fugere à uentura ira? Sed quid existis uidere prophetam? utique dico uobis, plusquam prophetam.] Prophetæ quippe ministerium est uentura dicere, non etiam demonstrare. Ioannes ergo plusquam propheta est, quia eum quem præcurrendo prophetauerat, etiam ostendendo nunciabat. *Hic est de quo scriptum est, Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam ante te.* Quod Græce angelus, hoc Latine nuncius dicitur. Recte ergo qui nunciare supernum iudicium mittitur, angelus uocatur, ut dignitatem seruet in nomine, quam explet operatione. Alium quid nomen est, sed uita nomine inferior non est. Sed & omnes qui sacerdotij nomine censentur, Angeli uocantur, Prophetæ adstante, qui ait: Labia sacerdotis custodient scientiam, & Legem requirant ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est. Nec non etiam unusquisque fidelium in quantum sufficit, in quantum gratiam supernæ aspirationis accipit, si à prauitate proximum reuocat, si exhortari ad bene operandum curat, si æternum regnum uel supplicium erranti denunciat, quum uerba sanctæ adnuntiationis impendit, profecto angelus existit.

Dico enim uobis, Maior inter natos mulierum propheta Ioanne baptista, nemo est. Inter mulierum, inquit, natos. His ergo præfertur hominibus, qui de mulieribus nati sunt, & de concubitu uiri, & non ei qui est natus ex uirgine & spiritu sancto. Quamquam in sententia non ceteris Prophetis, & Patriarchis, cunctisque hominibus Ioannem prætulit, sed Ioanni ceteros exæquauit. Non enim statim sequitur, ut si alij maiores eo non sunt, ille maior aliorum sit, uerum ut æqualitatem habeat cum ceteris sanctis. *Qui autem minor est in regno dei, maior est illo.* Hæc sententia duobus modis potest intelligi. Aut enim regnum Dei appellauit, quod nondum accepimus, & in quo nondum sumus: unde in fine dicitur, Venite benedicti Patris mei, percipite Regnum: & quot ibi sunt sancti angeli, quilibet in eis minor, maior est utique quolibet sancto & iusto, portante corpus quod corrumpitur, & adgrauat animam. Aut si regnum Dei intelligi uoluit, huius temporis Ecclesiam, cuius filij sunt omnes ab institutione generis humani usque quotquot iusti & sancti esse potuerunt, profecto seipsum dominus significauit, quod nascendi tempore minor erat Ioanne, maior autem diuinitatis æternitate, & dominica potestate. Proinde secundum priorem expositionem, ita distinguitur: Qui autem minor est in regno dei, ac deinde subinfertur, maior est illo. Secundum poste-

Propheta officium.

Angelus.

Angeli qui.

Mulierum nati.

Regnum Dei.

riorem, ita: Qui autem minor est, ac deinde subinfertur, in regno Dei, maior est illo. Et omnis populus audiens & publicani, iustificauerunt deum, baptizati baptismo Ioannis.] Iustificatur Deus ipse per baptismum, dum se homines peccata propria confitendo iustificat, sicut scriptum est: *Dicitur iniquitates tuas ut iustificeris. Et iustificatur in eo, quia non per contumaciam refutatur, sed per iustitiam Dei munus agnoscitur. Iustus enim dominus, & iustitias dilexit. In eo ergo iustificatio dei est, si non ad indignos & noxios, sed ad innocentes per abluitionem factos, uideatur & iustos sua munera transfuisse. Dauid quoque dicit: Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis, & uincas dum iudicaris. Ergo is qui peccat & confitetur Deo peccatum, iustificat deum, cedens ei uincenti, & ab eo gratiam sperans. In baptizate igitur iustificatur deus, in quo est & confessio & uentia peccatorum.* Pharisei autem & legis periti, consilium dei spreuerunt in semetipsos, non baptizati ab eo.] Quod dicit in semetipsos, uel contra semetipsos, significat, quia qui gratiam Dei respuit, contra semetipsum facit, uel ad semetipsos missum dei consilium, stulti & ingrati uituperantur noluisse recipere. Consilium ergo dei est, quo per passionem & mortem Domini leuatum mundum saluare decreuit. Sed hoc Pharisæi & legis periti spreuerunt, respuentes secretum & salubre mysterium, cuius auspicia in Ioannis prædicatione baptismoque præcesserunt, sed tamen eidem consilio nesciendo ac nolendo seruiens: iuxta quod eis Apostolus Petrus de domino loquens ait, Hunc definitio consilii & præscientia dei traditum per manus iniquorum, adfigentes interemistis. Cui ergo similes dicam homines generationis huius, & cui similes sunt? Similes sunt pueris sedentibus in foro, & loquentibus adinuicem, & d. centibus, *Cantaui uobis tibis, & non saluastis. Lamentaui uobis, & non plorastis.* Generatio Iudaeorum, comparatur pueris sedentibus in foro, quia doctores olim prophetas accipiebat. De quibus dicitur, Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Et alibi, Declaratio sermonum tuorum illuminat me, & intellectum dat paruulis, id est humilibus spiritu. Fororum autem dominicum, uel synagoga uel ipsa est Hierusalem, in qua præceptorum caelestium iura condebantur. Vbi adinuicem isti pueri, siue iuxta Matthæum ad cœquales suos loquebantur, quia generis gentisque sue populis patria, quotidie uoce solebant exprobrare, quod nec psalmis primo Dauidicis, nec threnis postea correpti, uoluerint aduere propheticeis. Quoties uictoria de hoste uel futura prædinebatur uel facta recolebatur, nec ad uirtutis opera consentiebant ad surgere. Nam saltationis uerbo non histrionicis motibus sinuati corporis rotatus, sed impigri deuotio cordis, & religiosa membrorum designatur agilitas. Quo-

Iustificatur deus.

In semetipsis.

Consilium dei.

Iudai qui pueri similes.

Saltatio.

LIBER TERTIVS.

Psalmistia,

Propheta,

ries excidia uel facta ab hoste uel fienda prophetarum lamenta resonabant, & nec sic auditores ad poenitentiam remedia confugere curabant. Canit psalmista: Exultate deo adiutor nostro, tubilate deo Iacob, sumite psalmum & date tympanum, & cætera. Sed quid sequitur: Et non audiuit populus uocem meam, & Israel non intendit mihi. Clamat propheta: Hæc dicit dominus, Conuertimini ad me in toto corde uestro, in ieiunio & in fletu & in planctu, & scindite corda uestra, & non uestimenta uestra. Et iterum: Ventrem meum, uentrem meum doleo, sensus cordis mei conturbati sunt in me. Non tacebo, quia uocem buccinæ audiuit anima mea, clamorem prælij. Et paulo post: Quia stultus populus meus me non cognouit, filij insipientes sunt, & uæ cordes.

Venit enim Ioannes Baptista neque manducans panem neque bibens uinum, & dicitis, Dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicitis, Ecce homo deuorator & bibens uinum, amicus publicanorum & peccatorum. Sicut (inquit) tunc, sic neque & nunc utranque salutis uiam respueitis. Nam quod ait, Lamenta uimus, & non plorastis: ad Ioannem pertinet, cuius abstinentia à cibis & potu licetum poenitentiam significabat. Quod autem ait: Cantauimus tibijs, & non saltastis, ad ipsum Dominum, qui utendo cum cæteris cibo & potu, lætitiæ regni figurabat. At illi nec humiliari cum Ioanne, nec cum Christo gaudere uoluerunt, dicentes illum dæmonium habere, istum uoracem & ebriosum, & amicum publicanorum & peccatorum. Quod autem subiungit: Et iustificata est sapientia ab omnibus filijs suis. Ostendit filios sapientiam intelligere nec in abstinentia, nec in manducando esse iustitiam, sed in æquantitate tolerandi inopiam, & temperantia per abundantiam non se corrumpendi atque opportune sumendi, uel non sumendi ea quorum non usus, sed concupiscentia reprehendenda est. Non est enim regnum dei esca & potus, sed iustitia & pax & gaudium. Et quia solent homines multum gaudere de carnalibus epulis, addidit, In spiritu sancto. Aliiter. Iustificata est sapientia ab omnibus filijs suis: id est, dei dispensatio, atque doctrina, quæ superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, iuste fecisse, à fidelibus suis comprobata est. Ex quorum numero sunt & illi de quibus supra dicitur: Et omnis populus audiens, & publicani iustificauerunt Deum. Amen.

Iustitia, in quo sit.

SECUNDI LIBRI FINIS.



ANCTISSIMA Mariæ poenitentis historia, quæ tertij nostri in Lucam caput est libri, & si ob laborem legentium minuendum à nouo inchoatur exordio, rerum tamen ne cuncta cuncti libri finem respicit. Nam quia superius siue ex persona Euangelistæ, siue domini saluatoris (ut quibusdam placuit) dictum fuerat, Et omnis populus audiens & publicani iustificauerunt deum baptizati baptismo Ioannis. Quod si à domino dictum interpreteris, audiens Ioannem populum intelligitur esse designatus. Si ab Euangelista interpositum, audiens ipsum dominum, de Ioannis magnitudine disputantem restat intelligi. Pharisei autem & Legis periti consilium Dei spreuerunt in semetipsos non baptizati ab eo. Pergit idem euangelista, quæ uerbis proposuerat etiam factis astruere, iustificatam uidelicet sapientiam ab omnibus filijs suis, id est & iustis, & post iniustitiam poenitentibus, decentissimo comprobans exemplo.

Rogabat autem, inquit, illum quidam de Phariseis ut manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisei, discubuit. Et ecce mulier quæ erat in ciuitate, peccatrix, ut cognouit quod accubuit in domum Pharisei, attulit alabastrum unguenti. Alabastrum est genus marmoris candidi, uarijs coloribus interincti, quod ad uasa unguentaria cauare solent, eo quod optime seruari incorrupta dicatur. Nascitur circa Thebas Aegyptias & Damascum Syria, cæteris candidius, probatissimum uero in India. Quidam dicunt hanc, eandem non esse mulierem, quæ imminente dominica passione caput pedesque eius unguento perfudit. Quia hæc lachrymis lauerit, & crine pedes terferit, & manifeste peccatrix appelletur. De illa autem nihil tale scriptum sit, nec potuerit statim capite domini meretrix digna fieri. Verum, qui diligentius inuestigant, inueniunt eandem mulierem, Mariam uidelicet Magdalenam sororem Lazari, sicut Ioannes narrat, bis eodem sanctam fuisse obsequio. Semel quidem hoc loco, quum primò accedens cum humilitate & lachrymis, remissionem meruisset peccatorum. Nam & Ioannes hoc, quamuis non ut Lucas, quomodo factum sit, narrauerit, tamen ipsam Mariam commendans, commemorauit, ubi de resuscitando fratre eius cepit loqui. Erat autem quidam, in quiens, languens Lazarus à Bethania, de castello Mariæ, & Marthæ, sororis eius. Maria autem erat, quæ unxit dominum unguento, & extersit pedes ei capillis suis. Secundò autem in Bethania (nam prius in Galilæa factum est) non iam peccatrix; sed casta, sancta, deuorataque Christo mulier, non solum pedes, sed & caput eius unxisset.

Capitulum 28. Rogabat autem, inquit, illum quidam de Phariseis ut manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisei, discubuit. Et ecce mulier quæ erat in ciuitate, peccatrix, ut cognouit quod accubuit in domum Pharisei, attulit alabastrum unguenti. Alabastrum est genus marmoris candidi, uarijs coloribus interincti, quod ad uasa unguentaria cauare solent, eo quod optime seruari incorrupta dicatur. Nascitur circa Thebas Aegyptias & Damascum Syria, cæteris candidius, probatissimum uero in India. Quidam dicunt hanc, eandem non esse mulierem, quæ imminente dominica passione caput pedesque eius unguento perfudit. Quia hæc lachrymis lauerit, & crine pedes terferit, & manifeste peccatrix appelletur. De illa autem nihil tale scriptum sit, nec potuerit statim capite domini meretrix digna fieri. Verum, qui diligentius inuestigant, inueniunt eandem mulierem, Mariam uidelicet Magdalenam sororem Lazari, sicut Ioannes narrat, bis eodem sanctam fuisse obsequio. Semel quidem hoc loco, quum primò accedens cum humilitate & lachrymis, remissionem meruisset peccatorum. Nam & Ioannes hoc, quamuis non ut Lucas, quomodo factum sit, narrauerit, tamen ipsam Mariam commendans, commemorauit, ubi de resuscitando fratre eius cepit loqui. Erat autem quidam, in quiens, languens Lazarus à Bethania, de castello Mariæ, & Marthæ, sororis eius. Maria autem erat, quæ unxit dominum unguento, & extersit pedes ei capillis suis. Secundò autem in Bethania (nam prius in Galilæa factum est) non iam peccatrix; sed casta, sancta, deuorataque Christo mulier, non solum pedes, sed & caput eius unxisset.

Alabastrum.

Magdalenam an una.

Magdalenam una.

Allegoria,

unxisset reperitur. Quod & regulis allegoriæ, pulcherrimæ congruit. Quia & unaquæque fidelis anima, prius ad Domini pedes humiliata, peccatisque absoluenta curuatur. Deinde, augescentibus per tempora meritis, lætæ fidei flagrantia, Domini quasi caput odore perfundit aromatum. Et ipsa uniuersalis Ecclesia Christi, in præsentem quidem incarnationis eius, quæ pedum nomine designatur, mysteria celebrando, deuota redemptori suo reddit obsequia. In futuro autem & humanitatis eius gloriam, & diuinitatis eius æternitatem, quia caput Christi Deus, simul intuendo, perpetuis confessionibus, quasi pistica nardo glorificat. Attulit ergo, inquit, alabastrum unguenti. Et stans retro secus pedes eius, lachrymis cepit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat. Et osculabatur pedes eius, & unguento ungebat. Liquebat omnibus, quod illicitis actibus prius mulier intenta, unguentum sibi pro odore suæ carnis adhibuit. Quod ergo sibi turpiter exhibuerat, hoc iam Deo laudabiliter offerebat. Occulister terrena concupierat, sed hos iam per poenitentiam conterens flebat. Capillos ad compositionem uultus exhibuerat, sed iam capillis lachrymas tergebat. Ore superba dixerat, sed pedes Domini osculans, hoc in redemptoris sui uestigia figebat. Quot ergo in se habuit oblectamenta, tot de se inuenit holocausta. Conuertit ad uirtutum numerum, numerum criminum, ut totum seruiret Deo in poenitentia, quicquid ex se Deum contemplerat in culpa. Videns autem Phariseus qui uocauerat eum, ait intra se, dicens: Hic si esset propheta, sciret utique quæ & qualis esset mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est. Ecce Phariseus ueraciter apud se superbus & fallaciter iustus, ægram reprehendit de ægritudine, medicum de subuentione, qui ipse quoque de relationis uulnere ægrotabat, & ignorabat. Vnde necesse semper est, ut quum peccatores quosque cõspicimus, nosmetipsos prius in illorum calamitate defleamus. Quia forsitan in similibus aut lapsi sumus, aut labi possuimus. Si lapsi non sumus. Et si censura magistrorum debet semper uirtute disciplinæ uicia persequi, oportet tamē ut sollicitè discernamus, quia distinctionem debemus uitij, compassionem naturæ. Sed iam iste superbus & arrogans, quia sententia conuincatur, audiamus. Duo, inquit, debitorum erant cuidam sceneratori. Vnus debebat denarios quingentos, alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent, donauit utrisque. Quis ergo plus eum diligit? Respondens Simon, dixit: Aestimo quia is cui plus donauit. Quia in re notandum est, quia dum sua sententia Phariseus conuincitur, quasi phreneticus funem portat ex quo ligetur. Enumerantur bona peccatricis, enumerantur mala falsi iusti, cum dicitur: Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti. Hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis terxit, Osculum mihi non dedisti, hæc autem ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti: hæc autem unguento unxit pedes meos. Post enumerationem uero, subinfertur sententia. Propter quod dico tibi, remittentur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Quid esse dilectionem credimus, nisi ignem? & quid culpas, nisi ignis, rubiginem? Vnde nunc dicitur, Remittentur ei peccata multa, quia dilexit multum. Ac si aperte diceretur. Incendit plene peccati rubiginem, quia ardet ualide per amoris ignem. Tanto namque amplius peccati rubigo consumitur, quanto peccatoris cor magno charitatis igne concrematur. Ecce ea quæ ad medicum uenerat, ægra sanata est, sed de salute eius adhuc alij ægrotant: nam sequitur, Et ceperunt qui simul discumbebant dicere intra se, Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Sed celestis medicus ægros non respicit, quo etiam de medicamento fieri deterioriores uidet. Eam quam sanauerat per pietatis suæ sententiam confirmat, dicens: Fides tua te saluauit, uade in pace. Fides etenim saluauit, quia hoc quod petijt, posse se accipere non dubitauit, sed ipsam quoque spei certitudinem iam ab illo acceperat, à quo per spem etiam salutem quærebat. In pace autem ire præcipitur, ut ueritatis itinere in iriam scandali ulterius non deriuetur. Hæc historica expositione dicta sint, nunc mystici intellectus secreta uideamus. Quæ nunc Phariseus de falsa iustitia præsumens, nisi Iudaicum populum, quem peccatrix mulier sed ad uestigia Domini ueniens & plorans, nisi conuersam gentilitatem designat? Rogabat autem Phariseus Dominum, ut manducaret cum illo, quia populus idem quem uenientem credere noluit, uenturum sperare non desit immo uotis precatorij ut ueniat, optare dicens: Excita potentiam tuam & ueni, ut saluos facias nos. Domino quippe cum Phariseo manducare est, de credentis populi deuotione mentis gaudia suscipere. Vnde ipse alibi creditura Samaria discipulis ait: Ego cibum habeo manducare, quem uos nescitis. Illisque hæsitantibus quid diceret, exponens ait: Meus cibus est ut faciam uoluntatem eius qui me misit, ut perficiam opus eius. Et ingressus, inquit, domum Pharisei, discubuit. Domus Pharisei, ipsa legis prophetarumque custodia est, in qua se populus Iudæorum mansionem continuæ conuersationis habere gloriabatur. Quam dominus ingressus est, quia temporaliter in carne apparuit, non uenit soltere legem aut prophetas, sed adimplere. Discubuit autem, quia qui in sublimitate suæ maiestatis intelligi non poterat, formæ seruilis humilitatem, quæ uideri posset, adsumpsit. Cognouit itaque mulier, quæ erat in ciuitate, peccatrix, quod accubuit in domo Pharisei, quia gentilitas immundis prius actibus in seculi conuersatione deuincta, fama sermonis apostoli didicit, quod misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege

Magdalenam poenitentiam.

Pharisei superbia.

10

10

30

40

50

60

Dilectio ignis.

Fides.

Mystice.

Domus Pharisei.

erant, redimeret. Atq; in domo Pharisei, non Phariseus, sed illa iustificatur, dum populus Iudæorum literam tantum legis, nos autē & gratiam spiritus in lege sequimur. Ille Iesum non esse prophetam, eo quod peccatores recipiat, aestimat; nos uerò hūc etiam deum uerum, qui peccatores iustificare possit agnoscimus. Attulit autem mulier alabastrum unguenti. Quid in unguento, nisi bonæ odor opinionis exprimitur? Vnde & Paulus dicit: Christi bonus odor sumus Deo in omni loco. Si igitur recta opera agimus, quibus opinionis bonæ odore ecclesiam respergamus, quid in Domini corpore, nisi unguentū fundimus? Sed secus pedes mulier stetit. Contra pedes enim domini stetit, cum in peccatis positi, eius itineribus retinebamur. Sed si ad ueram pœnitentiā post peccata cōuertimur, iam retro secus pedes itamus, quia eius uestigia sequimur, quæ impugnabamus. Lachrymis mulier pedes rigat, quod nos quoq; ueraciter agimus, si quibuslibet ultimis membris Domini per compansionis affectū inclinamur, si sanctis eius in tribulatione cōpatimur, si eorum tristitiā nostram putamus. Capillis mulier pedes quo rigauerat terxit. Capilli qui p̄pe, superfluum corpori. Et quid abundans terrena substantia, nisi capillorum speciem tenet? Quæ dum ad usum necessitatis superfluit, etiā abscissa non sentit. Capillis ergo pedes domini tergimus, quando sanctis eius quibus ex charitate compatimur, etiā ex his quæ nobis superfluum miseremur: quatenus sic mens per compansionē doleat, ut etiam manus larga, effectū doloris ostendat. Osculatur mulier pedes quos tergit. Quod nos quoq; plene agimus, si studiose diligimus, quos ex largitate continemus, ne grauis nobis sit necessitas proximi, ne ipsa eius indigentia quæ sustentatur fiat onerosa, & cum manus necessaria tribuit, animus à dilectione torpescat. Potest quoq; per pedes, ipsum mysterium incarnationis eius intelligi, quo diuinitas terram tetigit, quia carnem sumpsit. Verbum enim caro factum est, & habitauit in nobis. Osculamur igitur pedes redemptoris, cum mysteriū incarnationis eius ex toto corde diligimus. Vnguento pedes unguimus, cum ipsam humanitatis eius potentia sacri eloquiū bona opinione prædicamus. Sed hoc phariseus uidet, et inuidet. Quia cum Iudaicus populus gentilitatem Deum prædicare conspiciat, sua apud se malitia tabescit. Sed redemptor noster facta ei mulieris quasi bona gentilitatis enumerat, ut in quo malo iaceat, agnoscat. Intrauit in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti. Hęc autem lachrymis rigauit pedes meos. Aqua qui p̄pe extra nos est, lachrymarū humor intra nos. Quia uidelicet infidelis ille populus, nec ea quæ extra se erant, unquā pro domino tribuit. Conuersa autem gentilitas pro ea non solum rerum substantiam, sed etiam sanguinem sudat.

Vnguentū.

Secus pedes stare. Lachrymis pedes rigare.

Capilli.

Aliter exponit.

Osculum mihi non dedisti. Hęc autem ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos. Osculum quippe dilectionis est signū. Et infidelis ille populus, Deo osculum non dedit, quia ex charitate deum amare noluit, cui ex timore seruauit. Vocata autem gentilitas, redemptoris sui uestigia osculari non cessat, quia in eius amore continuo suspirat. Oleo caput meum non unxisti. Si pedes domini mysterium incarnationis accipimus, congrue per caput illius ipsa diuinitas designatur. Vnde & per Apostolum dicitur: Caput Christi Deus. In Deo quippe, & non se, quasi in homine credere Iudaicus populus fatebatur. Sed Phariseo dicitur, oleo caput meum non unxisti, quia ipsam quoq; diuinitatis potentiam in qua se Iudaicus populus credere spondit, digna laude prædicare neglexit. Hęc autem, unguento unxit pedes meos. Quia dum incarnationis eius mysteriū gentilitas credidit, summa laude etiam eius ima prædicauit. Duo quoq; debitores de quibus Simoni paradiigma opponitur, utrūq; populum Iudæorum scilicet & gentium designant, qui uno fœneratori, id est suo creatori, non materialem pecuniam, sed propriæ salutis nummum debebant. Conditor etenim noster, quos ad imaginem & similitudinem suam creauit, quasi commodato ad seruandum sublimauit denario. Nam denarius solet regis imagine ac nomine formari. Omni autem cui multum datum est, multum quæretur ab eo. Et cui multum commendauerunt, plus petunt ab eo. Et quidem utriusq; populi debitum, per quinarium numerum multiplicatur. Quia uidelicet quinq; sunt sensus, quibus in hac uita utentes, imaginem quam accepimus nostri cōditoris excolere debemus. Sed minus debet populus, cui legis decalogus perferuum data est. Amplius autem, cui gratia uitæ æternæ per filium commissa. Ideoq; huius per denarium, illius per centenariū numerum fœnus accumulatur, quæ ad regni celestis quod dextris dabitur significationem pertinere, nemo qui dubitet. Neq; enim frustra eodem flexu digitorum quo denarius in læua, ipse figuratur in dextera. Nisi quia & nunc opera Decalogi quæ litera non poterat, fides perficit, & in futuro reddet unicuique secundum opera eius, his quidem qui secundum patientiam boni operis, gloriam & honorem, & incorruptionem, quærentibus uitam æternam. Verum, quia neutri nostris uiribus, sed illius gratia salui facti sumus per fidem, recte dicitur. Non habentibus illis unde redderent, donauit utrisq;. Et utiq; plus diligit, cui plus donatur. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Quia siue bona perficiēda quam accepimus scientiæ, seu uitandæ quam incurrimus insipientiæ uelis intelligere, multo utiq; plus Ecclesiæ, quam synagogæ donatur, quæ & fœdiori quondam, ut pote quā nullus doctor prohibuit, idololatricæ

Osculum.

Debitores

forde corrupta est, sed ubi abundauit peccatum superabundauit gratia, & maiori nunc est perfectionis Euangelicæ sublimata præconio. Cui dicitur, Quia multi propheta & iusti cupierunt uidere quæ uos uidetis, & non uiderunt, & audire quæ auditis, & non audierunt. Congruit sane huic loco quod Numerorum historia refert, diuisis æqualiter caesorum Madianitarum spolijs, eos quidem qui de pugna uenerunt quingentesimum de sua portione caput, ceteros uero quinquagesimum domino dedisse. Quia & magna offert, qui se in castris uirtutū exercendo tutum ab incurssione conseruat hostili, sed maiora utiq; qui gladiū uerbi uiuando, innumeras aduersarij exercitus copias sternit.

CAPVT OCTAVVM.

I factum est deinceps, & ipse iter faciebat per ciuitatem & castellum, prædicans & euangelizans regnum Dei, & duodecim cum illo. Videmus in Christi discipulis impletum, quod de antiquo illo Hebræorum populo legimus dictum. Nec mirum, quia unus utriusque Testamenti Deus, ipse per filium benedictionē dabit, qui legem dedit per famulum. Sicut (inquit) aquila prouocans ad uolandum pullos suos, & super eos uolitans, expandit alas suas, & adsumpsit eum, & portauit in humeris suis. Nam sicut mox nati pulli donec plumescant à terra uolando superare non ualent, ita quicq; fideles ut ad celestia peruolanda sufficiant, in nido prius fidei necesse est uirtutum penna se uestiant. Ita ipsi fidelij doctores Apostoli pedetentim ad sublimitia, quatenus & alijs erudiendis præfici possint, ascendunt. Prius siquidem Dominus docet in synagogis, miracula facit, famam ubique dispergit, conuenientes ad se turbas suscipit, curat, instruit. Hinc discipulos facit, in sponsi nuptijs reficit, per fata ducit, atque à calumniatoribus Phariseis, quasi teneros aquila pullos à serpentinis moribus allato artice defendit. Ex his, duodecim quos Apostolos nominat eligit, sed & hos primo præsentē turba docet, cōminante cum eis turba, solita miseris beneficicia reddit. Postmodum uero ut in præsentem lectum est, per ciuitates & castella prædicans, solos secum qui eum familiariter audiant retinet, solis mysteria regni Dei quæ ceteris parabolatim dixerat, exponit. Ac si demum uirtutum suarum ostensione, quasi alarum protectione firmatis, dat & illis potestatem curandi, mittitq; prædicare regnum Dei. Et mulieres aliquæ quæ erant curate ab spiritibus malignis, & infirmitatibus. Maria quæ uocatur Magdalene, de qua dæmonia septem exierant. Maria Magdalene, ipsa est cuius tacito nomine proxima lectio pœnitentiā narrat. Nam pulchre an reuerenter Euangelista, ubi eam cum Domino iter facere, eiq; de facultatibus suis ministrare commemorat, noto hanc uocabulo man-

Cap. 29.



Aquila.

Apostoli.

Magdalene cur non ubiq; nominetur.

festat. Vbi uerò peccatricem sed pœnitentem describit, mulierem generaliter dicit: ne uide licet tanta nomen famæ, quo per omnes hodie ueneratur Ecclesias, prisci erroris nota susceperet. De qua, dæmonia septem exisse referuntur, ut innumeris, immo uniuersis uitijs plena fuisse monstratur. Nam quia septenis diebus sacula currunt, septenarij saepe numero solet in scripturis uniuersitas intimari. Vnde & sancti quoque spiritus gratiam, propheta septem uirtutum distinctione complectitur. Et Ioanna, uxor Chuzæ procuratoris Herodis. Si Maria munda datam à forde uitiorum ecclesiam de gentibus insinuat, cur non Ioanna eandem designat ecclesiam, quondam quidem idolorum cultui subditam, sed iam nunc Christi pietate redemptam? Nam quilibet malignus spiritus, ad deceptionē generis humani promptus, dum pro regno diaboli facit, quasi Herodis impijsimij procurator existit. Et Susanna, & alia multæ, quæ ministrabant ei de facultatibus suis. Conuetudinis Iudaicæ fuit, nec ducebatur in culpam, more gentis antiquo, ut mulieres de substantia sua uictum atque uestitum præceptoribus ministrarent. Hoc quia scandalum facere poterat in nationibus, Paulus se abieuisse memorat: Numquid non habemus potestatem sorores mulieres circunducendi, sicut & ceteri Apostoli faciunt? Ministrabant autem Domino de substantia sua, ut meteret earum carnalia, cuius illæ metebant spiritualia. Nō quod indigeret cibus dominus creaturarū, sed ut typum ostenderet magistrorum, quod uictu atq; uestitu ex discipulis deberent esse contenti. Interpretatur autem Susanna liliū, aut gratia eius. Sed melius si fœmininum nomen figuretur à lilio, credo propter odoriferum celestis fide candorē, aurosumq; internæ dilectionis ardorem. Ioanna, dominus gratia eius, uel dominus misericors. Videlicet quia eius est, omne quod uiuimus. Maria, amarum mare, propter utiq; insitum pœnitentiæ rugitum, quo uel ipsa Maria, uel nos singuli, uitia prisca deflemus, ut ad gratiam splendoremq; pertinerē mereamur æternū. Magdalene, turris: sed melius sicut à monte montanus, ita turris à turre dicitur. Illa scilicet, cui Psalmista canit: Deduxisti me, quia factus es spes mea, turris fortitudinis, à facie inimici. Cum autem turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem, Exijt qui seminat seminare seminum. Hanc parabolam dominus ideo per seipsum exponere dignatus est, ut figurate se loqui innotesceret, rerumq; significationes in ijs etiā quæ per semetipsum noluit explanare, doceret esse quærendas. Sed quia semen quod uerbum Dei sit, terramq; uariā quod diuersum cor auditorū significet, ipse dominus aperuit, fatorē quem nobis quærendū reliquit, nullum melius, quàm filium Dei intelligere possumus, qui exijt seminare semen suum, quia de sinu patris

Dæmonia septem.

Ioanna.

Iudaicus mos.

Susanna.

Maria.

Magdalene.

Parabola de semine

Exijt.

Christus.

Semen secus uiam, Via.

Petra.

Centuplus fructus.

Qui habet aures audiendi, audiat.

patris, quia creaturae non erat accessus, egrediens, ad hoc uenit in mundum, ut testimonium perhiberet ueritati. Unde bene iuxta euangelistas alios hanc parabolam dicitur, de domo exisse, mare adisse, nauem conscendisse perhibetur, ipsum nimirum sicut corporis, quod processu sermonis insinuans. Et dum seminat, aliud cecidit secus uiam, et conculcatum est, et uolucres caeli comedunt illud. Quae dominus exposuit, pia fide suscipienda sunt. Quae autem tacita nostrae intelligentiae dereliquit, perstringenda sunt breuiter. Semen quod secus uiam cecidit, duplici laesura disperit, & a uiantibus scilicet conculcatum, & a uolucris raptum. Via est ergo cor, sedulo malarum cogitationum transitu attritum atque arefactum, ne uerbi semen excipere ac germinare sufficiat. Arque ideo quicquid boni seminis uicinia talis uiae contingit, pessimae cogitationis meatu conculcatum, a daemonibus eripitur. Qui uolucres caeli, siue quia caelestis spiritalisque sint naturae, seu quia per aera uolitant, appellatur. Et aliud cecidit super petram, et natum aruit, quia non habebat humorem. Petram hic recte dicit, durum & indomitum cor, ac nullo uerae fidei uomere penetratum. Hoc est autem humor ad radicem seminis, quod iuxta aliam parabolam oleum ad lampades uirginum nutriendas, id est, amor & perseverantia uirtutis. Et aliud cecidit in terram bonam. Et ortum fecit fructum centuplum. Fructum centuplum, fructum perfectum dicit. Nam denarius numerus, pro perfectione semper accipitur, quia in decem praeceptis, legis custodia continetur. Actiua enim & contemplatiua uita, simul in decalogi mandatis coniuncta est, quia in eo & amor Dei, & amor seruari proximi iubetur. Amor quippe Dei, ad contemplatiuam; amor uero proximi pertinet ad actiuam. Denarius autem numerus per semetipsum multiplicatus, in centenarium surgit. Unde recte per centenarium magna perfectio designatur, sicut de illo qui sua pro domino terrena relinquit, dicitur, Centuplum accipiet, & uitam aeternam possidebit. Quia quisquis pro Deo nomine temporalia atque terrena contemnit, & hic perfectio nem mentis recipit, ut iam ea non appetat quae contemnit, & in sequenti saeculo ad aeternam uitae gloriam peruenit. Terra ergo bona fructu centuplo foecundatur, quando cor docile, uirtutum spiritalium perfectione donatur. Haec dicens, clamabat, Qui habet aures audiendi, audiat. Quoties haec admonitiuncula, uel in Euangelio, uel in Apocalypsi Ioannis interponitur, mysticum esse quod dicitur, quaerendumque a nobis intencius ostenditur. Interrogabant autem eum discipuli eius, quae esset haec parabola. Nemo putet finita mox parabola discipulos haec interrogasse saluatoris, sed ut Marcus ait, cum esset singularis, interrogauerunt eum ij qui cum eo erant duo decim, parabolam. Et dicebat eis, Vobis datum

est nosse mysterium regni Dei. Cateris autem in parabolis, ut uidentes non uideant, et audientes non intellegant. Marcus ita dicit, Illis autem qui foris sunt, in parabolis omnia fiunt. Ideoque & nos cum discipulis Christi intremus in sanctuariu Dei, ut intelligamus in nouissima mysteriorum regni Dei. Nam qui adpropinquat pedibus eius, accipient de doctrina illius, dicentes cum Psalmita, Reuela oculos nostros, & considerabimus mirabilia de lege tua. Recte itaque in parabolis audiunt, & in aenigmate, qui clausis sensibus cordis, neque intrare, neque curant cognoscere ueritatem, obliuimini Dominicae praeparationis, Qui habet aures audiendi, audiat. Qui autem secus uiam, hi sunt qui audiunt. Deinde uenit diabolus, et tollit uerbum de corde eorum, ne credentes salui fiant. De hoc semine, Marcus ita scribit, Hi autem sunt qui circa uiam, ubi seminatur uerbum. Et cum audierint, confestim uenit Satanas, & aufert. Matthaeus ita, Omnis qui audit uerbum regni & non intelligit, uenit malus & rapit. Ex quo manifeste docetur, eos circa uiam seminos, qui uerbum quod audiunt, nulla fide, nullo intellectu, nulla saltem tentante utilitatis occasione percipere dignantur. Porro super petrosa & in spinis (ut Dominus exponit) seminatur hi, qui auditi quidem uerbi & utilitate probant, & desiderium gustant, sed ne ad id quod probant, perueniant, huius uitae eos uel aduersa terrido, uel prospera blandiendo retardant. Contra quae utraque damna, semen quod acceperat tutari curabat, qui ait, Per arma iustitiae, a dextris & a sinistris, per gloriam, & ignobilitatem, per infamiam, & bonam famam, ut seductores, & ueraces. His ergo tribus terrae generibus, scito omnes, qui uerbum auditum non faciunt, esse designatos. A quibus omnibus qui semen acceptum seruat, terra bona est. Excipiuntur sane iudaei & gentiles, qui ne audire quidem merentur. Quod autem in spinis cecidit, hi sunt qui audierunt, & sollicitudinibus & diuitijs & uoluptatibus uitae euntes suffocantur, & non referunt fructum. Mirum quomodo dominus spinas diuitias interpretatus sit, cum illae pungant, istae delectent. Et tamen spinae sunt, quia cogitationum suarum punctationibus mentem laerant, & quum usque ad peccatum pertrahunt, quasi inflicto uulnere cruentant. Quas bene hoc in loco, alio Euangelista testante, nequaquam Dominus diuitias, sed fallaces diuitias appellat. Fallaces enim sunt, quae nobiscum diu permanere non possunt. Fallaces sunt, quae mentis nostrae inopiam non expellunt. Solae autem diuitiae uerae sunt, quae nos diuites uirtutibus faciunt. Notandum uero est, quod exponens Dominus dicit, quia sollicitudines & uoluptates & diuitiae suffocant. Suffocant enim, quia importunis cogitationibus, suis guttur mentis strangulant, & dum bonum desiderium intrare ad cornon sinunt, quasi aditum flatus

Concord. Euangel.

Secus uia.

Diuitiae, spinae.

Diuitiae fallaces.

Diuitiarum comites.

Voluptas.

Terra bona.

Boni cur uexentur.

Triginta, Nuptiae.

Sexaginta.

Centum.

Virginitas.

Cap. 30.

uitalis necat. Notandum etiam quod duo sunt quae diuitijs iungit, sollicitudines uidelicet, & uoluptates. Quia profecto & per curam mentem opprimunt, & per affluentiam resoluunt. Re enim contraria, possessores suos & afflictos & lubricos faciunt. Sed quia uoluptas conuenire cum afflictione non potest, alio quidem tempore per custodiae suae sollicitudinem affligit, atque alio per abundantiam ad uoluptates emolliunt. Quod autem in bonam terram, hi sunt qui in corde bono & optimo audientes uerbum retinent, & fructum afferunt in patientia. Bona terra (ut praediximus) omnibus tribus terrae nequa uarietatibus contraria facit, & libenter uidelicet semen uerbi suscipiendo, & quod suscipit, inter aduersa & prospera patienter ad fructus usque tempora seruando. Aliter, bona terra fructum per patientiam reddit, quia scilicet nulla sunt bona quae agimus, si non aequanimiter etiam proximorum mala toleramus. Quanto enim quisque altius profecerit, tanto in hoc mundo inuenit quod durius portet. Quia dum a praesenti saeculo mentis nostrae dilectio deficit, eiusdem saeculi aduersitas crescit. Hinc est enim quod plerisque cernimus & bona agere, & tamen sub graui tribulationum fauce defudare. Sed iuxta uocem domini, fructum per patientiam reddunt. Quia cum humiliter flagella suscipiunt, post flagella ad requiem sublimiter suscipiuntur. Quod uero secundum Matthaeum dicitur, Et fructum afferet, & facit aliud quidem centum, aliud autem sexaginta, porro aliud triginta. Triginta, referuntur ad nuptias. Nam & ipsa digitorum coniunctio, quasi molli osculo se complexans & foederans, maritum pingit & coniugem. Sexaginta ad uiduas, eo quod in angustia & tribulatione sint positae. Unde & in superiore digito deprimentur. Quantoque maior est difficultas experte quondam uoluptatis illecebris abstinerere, tanto maius & praemium. Porro centesimus numerus, quae so diligenter lector attende, a sinistra transfertur ad dexteram, & ipsidem quidem digitis, sed non eadem manu quibus in laeva manu nuptiae significantur & uiduae, circumculum faciens, exprimit uirginitatis coronam. Aliter, fructum tricesimum, uerbum proferit, quod fidem sanctae Trinitatis aedificat. Sexagesimum, quod operis perfectionem docet. Quia sex dies sunt, in quibus oportet operari. Centesimum, quod ad dexteram regni uitam praedicat aeternam. Nemo autem lucernam accendens operit eam uase, aut subitus lectum ponit, sed supra candelabrum ponit, ut intrantes uideant lumen. Quia supra dixerat Apostolis, Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cateris autem in parabolis: nunc ostendit per eos aliquando etiam cateris idem mysterium esse reuelandum, & peccus omnium qui domum dei essent intraturi, fidei flammis illustrandum. Quibus etiam uerbis typice si-

duciam docet praedicandi, ne qui timore carnalium incommodorum lucem scientiae quam nouit abscondat. Vasi enim & lecti nomine, carnem. Lucernae autem uocabulo, uerbum designat. Quod qui ob metum (ut dixi) carnalium incommodorum occultat, ipsam carnem utique praeponebat manifestationi ueritatis, & ea quasi operit uerbum quod praedicare trepidat. Supra candelabrum autem ponit lucernam, qui corpus suum ministerio Dei subijcit, ut superior sit praedicatio ueritatis, & inferior seruitus corporis, per ipsam tamen corporis seruitutem excellior luceat doctrina, quae per officia corporalia, id est per uocem & linguam, & caeteros corporis motus, in bonis operibus insinuatur discipulis. Super candelabrum ergo ponit lucernam, cum dicit Apostolus, Non sic pugno, tanquam aerem caedens, sed castigo corpus meum & seruituti subijcio, ne forte alijs praedicans, ipse reprobus inueniar. Non enim est occultum quod non manifestetur, nec absconditum quod non cognoscatur, & in palam ueniat. Nolite (inquit) erubescere Euangelium Dei, sed inter tenebras persecutorum, lumen uerbi supra uestri corporis candelabrum leuate, fixa mente retinentes illum retributionis extremam diem, quo illuminabit Deus abscondita tenebrarum, & manifestabit cogitationes cordium. Tunc enim & uos a Deo laus, & aduersarios ueritatis, poena manet aeterna. Videte ergo, quomodo auditis. Instanter nos docet uerbo auriscultate, quatenus & nostro illud pectore contine ruminare, & alieno ructare sufficiamus auditui. Qui enim habet, dabitur illi. Et quicumque non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab illo. Tota (inquit) intentione, uerbo quod auditis operam date. Quia qui amorem habet uerbi, dabitur illi & sensus intelligendi quod amat. At qui uerbi amorem non habet audiendi, etiam si uel naturali ingenio uel literario se calere putarit exercitio, nulla uerae sapientiae dulcedine gaudebit. Quod & si specialiter de Apostolis quibus charitate fideque potius datum est nosse mysterium regni Dei, & de perfidis iudaeis qui in parabolis uidentes non uidebant, & audientes non intelligebant, quod uidelicet literam legis in qua gloriabantur, amissuri essent, dictum uideatur: potest tamen & generaliter accipi, quia nimirum saepe lector ingeniosus negligendo se priuat sapientia, quam simplex, sed studiosus, elaborando degustat. Idcirco autem saepe et desideriosus ingenium accipit, ut de negligentia iustius puniatur, quia quod sine labore adsequi potuit, scire contemnit. Et idcirco nonnunquam studiosus tarditate intelligentiae premiatur, ut eo maiora praemia retributionis inueniat, qua magis studio inuentionis elaborat. Venerunt autem ad illum mater & fratres eius, & non poterant adire ad eum praeturbati. Fratres domini, non filij beatae semper uirginis

Vas & lectus.

Super candelabrum.

Euangelium.

Verbi amor habendus.

Fratres domini.

uirginis Mariæ, iuxta Heluidium, nec filij Ioseph de alia uxore, iuxta quosdam putandi, sed eorum potius intelligendi sunt esse cognati, sicut & suprà differuimus. Sane quod dominus ad matrem fratresq; rogatus, ab officio uerbi dissimulat egredi, non maternæ refutat obsequia pietatis, cuius præceptum est, Honora patrem & matrem: sed paternis se mysterijs amplius, quam maternis affectibus debere demonstrat: idem nobis exemplo quod uerbo commendans, Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus. Non iniuriose fratres contemnit, sed opus spiritale carnis cognationi præferens, religiosiorem cordium copulam docet esse quam corporum. Mystice autem hæc lectio superiori cõcinit, ubi de Iudæis literam solum legis intuentibus dicitur. Et quicumq; non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab illo. Nam mater & fratres Iesu, synagoga, ex cuius carne est editus, & populus est Iudæorum: qui Saluatore intus docente, uenientes intrare nequeunt, cuius spiritualiter intelligere dicta negligunt. Præoccupans enim turba, eius ingreditur domum, quia differente Iudæa, gentilitas confluit ad Christum, atque interna uitæ mysteria quanto fide uicinior, tanto mente capacior hausit. Iuxta quod Psalmus ait, Accedite ad eum, & illuminamini. Et nunciatum est illi: Mater tua & fratres tui stant foris, uolentes te uidere. Intus uerbum, intus est lumen. Vnde suprà, Vt intrantes (inquit) uideant lumen. Si ergo foris stantes nec ipsi agnoscuntur parentes, & propter nostrum fortasse non agnoscuntur exemplum, quemadmodum nos agnoscemur si foris stemus? Foris enim stantes uolunt dominum uidere, qui spiritalem in lege sensum non querentes, sese ad custodiam literæ foris fixerunt, & quasi Christum potius ad carnalia docenda cogunt exire, quam se ad discenda spiritualia consentiunt intrare. Qui respondens, dixit ad eos: Mater mea & fratres mei, hi sunt qui uerbum Dei audiunt, & faciunt. Tota uitæ cælestis perfectio, duobus his comprehenditur, uerbum scilicet Dei audire, & facere. Vnde suprà dominus parabola feminis exponens, ait eos qui auditu tantum uerbum susceperint, terrâ esse reprobam. Bonam uerò eos, qui in corde bono & optimo uerbum quod audiunt retineant, & fructum asferant in patientia. Qui mater domini uocantur, eo quod illum cotidie suo uel exemplo uel dicto quasi pariant in mente proximorum. Fratres quoq; sunt eius, cum & ipsi faciunt uoluntatem patris eius qui in cælis est.

Mater cur non statim adijt.

Mystice.

Verbū & lumen intus.

Uita perfectio.

Mater domini. Fratres.

Cap. 31.

Factum est autem in una die, & ipse ascendit in unam nauiculam & discipuli eius, & ait ad illos, Transfretum est stagnum. Et ascenderunt. In hac nauigatione Dominus utranq; unius eiusdemq; suæ personæ naturam dignatur ostendere, dum is qui ut homo dormit in nauī, furorem maris ut Deus uerbo coeret. Porro iuxta allegoriā,

mare siue stagnum quod cum suis transire desiderat, tenebrosus amarusq; sæculi presentis accipitur æstus. Nauicula autem quam ascendit, nulla melius, quam dominicæ passionis intelligitur arbor. Cuius beneficio quique fideles adiuti, emensis mundi fluctibus, habitationem patriæ cælestis quasi stabilitatem securi litoris obtinet. Quod autem ipse in unam nauiculam cum discipulis Saluator ascendit, alibi quid significet aperit, cum prænunciato suæ passionis resurrectionisq; mysterio, mox dicebat ad omnes: Si quis uult post me uenire, abneget seipsum, & tollat crucem suam cotidie, & sequatur me. Navigantibus autem illis, obdormiuit. Discipulis nauigantibus Christus obdormiuit, quia calcantibus sæculum fidelibus, futuriq; regni quietem animo meditantibus, & uel secundo spiritus sancti flatu, uel proprii remigio conatus infidos mundi fastus certatim post terga iactantibus, tempus subito dominicæ passionis aduenit. Vnde bene Marcus, hoc imminente noctis tēpore gestum fuisse perhibet, ut ueri solis occubitum, non sola domini dormitio, sed & ipsa decedentis lucis hora significet. Et descendit procella uenti in stagnum, & complebantur, & periclitabantur. Domino puppim crucis, qua somnium mortis carperet, ascendente, fluctus blasphemantium persecutorū demoniacis excitati procellis adsurgunt. Quibus tamen non ipsius patientia turbatur, sed discipulorum imbecillitas concutitur, trepidat, periclitatur. Accedentes autem suscitauerunt eum dicentes, Præceptor perimus. Suscitant dominum discipuli, ne eo dormiente, fluctuū feritate dispareant, quia cuius mortem uiderant, maximis uotis resurrectionem quærebant, ne si diutius ipse morte carnis sopiretur, eorum mens spiritali in perpetuum morte periret. Vnde bene sequitur: At ille surgens increpauit uentum & tempestatem aquæ, & cessauit, & facta est tranquillitas. Ventum quippe surgens increpauit, quia resurrectione celebrata, diaboli superbiam strauit, dum per mortem destruxit eum, qui habebat mortis imperium. Tempestatem quoq; aquæ surgens cessare fecit, quia uesanam Iudæorum rabiem, quæ caput quatiens clamauerat, si filius Dei est, descēdat nunc de cruce, & credimus ei: de sepulcro surgendo labefecit. Vbi iuxta literam notandum, quod omnes creaturæ sentiant creatorem. Quibus enim increpatur, & imperatur, sentiunt imperantem, non errore hereticorū, qui omnia putant animantia: sed maiestate conditoris, quæ apud nos insensibilia, illi sensibilia sunt. Dixit autē illis, Vbi est fides uestra? Recte arguuntur, qui præsentē Christo timebant, cum utiq; qui ei adhæserit, perire non possit. Cui simile est, quod post mortis somnium discipulis apparēs, exprobrauit incredulitatem illorum & duritiam cordis, quia ijs qui uiderant eum resurrexisse, non crediderunt. Itemq; dixit ad eos: O stulti

mo ostendi tur Chri- stus Alle- goria.

Marcus.

Vento & tempestati imperare.

60 xisse, non crediderunt. Itemq; dixit ad eos: O stulti

stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti sunt propheta. Nōne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Ac si per metaphoram nauigij diceret: Nonne oportuit Christum soporari undis nauem, in qua quiescebat, hinc inde uerrentibus, & ita sedatis exemplo tumidis gurgitum cumulis, diuinitatis suæ cunctis patefacere potentiam? Qui timentes mirati sunt, dicentes adiuuicem: Quis putas hic est, quia & uentis imperat & mari, & obediunt ei. Matheus ita scribit. Porro homines mirati sunt dicentes, Qualis est hic? &c. Non ergo discipuli, sed nauæ & cæteri, qui in nauī erāt, mirabantur. Sin autē quis contentiose uoluerit eos qui mirabantur, fuisse discipulos, recte respondebitur homines appellatos, qui necdum potentiam nouerant Saluatoris. Et nos quoq; singuli cum signo dominicæ crucis imbuti sæculum relinquere disponimus, nauem profecto cum Iesu conscendimus, stagnum transfretare conamur. Sed qui nō dormitauit, neq; obdormiet custodiens semper Israel, nobis tamen sæpe nauigantibus quasi inter æquoris fremitus obdormit, quando crebrescente inter medios uirtutum nisus, uel immundorum spirituum, uel hominum prauorum, uel ipso nostrarum cogitationum impetu, fidei splendor obtenebrescit, spei cellitudo contabescit, amoris flamma refrigescit. Verum inter huiusmodi procellas, ad illum necesse est gubernatorem curramus, illum seduli excitemus, qui non seruiat, sed imperet uentis. Mox tempestates compescet, resundet tranquillitatem, portum salutis indulgebūt. Libet inter hæc paucis discussa Apostolici nauigij uarietate, qualiter bonos suū secretum iuuat, malorū uepermixtio turbet, intueri. Ecce enim, ut a perfectioribus inchoemus, post celebrata dominicæ Resurrectionis solennia septē electi discipuli nauem piscaturæ ascendunt, & quia non longe à terra perpetuæ quietis, sed quasi cubitis ducentis aberant, hoc est tantum mundo animum quantum gemina dilectio poscebat, apposuerāt, quia se Petrus negotijs secularibus exuerat, iam dominum in litore mortalitatis stantem cernere, iam cum illo epulari, iam mane supernæ lucis aspirante, mystico magnorum piscium numero sua retia impleta, nec tamen rupta suscipere, atq; infimis sæculi fluctibus extrahere merētur. Alibi Petrus, ut suprà legitur, iubente domino retia laxat in capturam, pisciumq; comprehendit multitudinem copiosam. Sed quia ipse fragilis adhuc animi fuerat, ita ut Christo tremens diceret, Exi a me quia homo peccator sum domine, & retia tunc rupta sunt, & si non socij adiuuassent, naues etiam meris sublidentur. Item in hoc loco discipuli cum domino nauē conscendunt, mare adeunt, sed quia intererat & Iudas, & dominus in puppi, quæ sedes erat gubernanti, dormisse, & uentus pontusq; de foris sauisse perhi

Qui mirati sunt.

Gubernator ad quē currēdum Christus.

60

bentur. Nam & si multa illic discipulorum merita nauigabant, tunc adhuc eam perfidia proditoris agitabat: & qui suis meritis firmi fuere, turbabantur alienis. Item Paulus cum fratribus Hierosolymam nauigās, & diem Pentecosten ibi spiritusq; sancti gaudia celebrare festinans, recto cursu cuncta peragrat. Porro ab Hierosolymis Romam relegatus, quia cum infidelibus iter agit, mare furit, uentirefragantur, imber iminet, frigora fatigant, astra obnubilant, terramenta tolluntur, ipsa postremæ nauis arenis illisa dissoluitur, naturæ quam non agnoscunt terram, nando petunt. Et qui sæculi undas onerati cupiditatibus subierant, eodem aduersante sæculo uix nudi euadunt. Iuxta quod idem Apostolus ait, Ipse autem saluus erit, sic tamen quali per ignem.

Et nauigauerunt ad regionem Gerasenorum, quæ est contra Galilæam. Gerasa, est urbs insignis Arabiæ trans Jordanem, iuncta monti Galaad, quam tenuit tribus Manassæ, nō longe à stagno Tiberiadis, in quod porci præcipitati sunt. Significat autem nationem gentium, quam post passionis somnū, resurrectionisq; suæ gloriam missis prædicatoribus, saluator est uisitare dignatus. Vnde bene Gerasa, siue Gergesi (ut quidam legunt) colonum efficiens, uel aduena propinquans interpretatur. Videlicet insinuans, quia gentiū populus, & eum à quo nequiter incolebatur hostem suis de cordibus eiecerit, & qui erat longe, factus sit prope in sanguine Christi. Et cum egressus esset ad terram, occurrit illi uir quidam, qui habebat demonium iam temporibus multis. Vir iste, figuram populi Gentilis accipit, qui multis tēporibus, hoc est ab ipso pene mundi nascentis exordio, uexabatur furore dementi. Et uestimento non induebatur. Quia integritatē naturæ suæ & uirtutis amisit. Hoc enim fidei & charitatis indumento, primi parētes nostri postquam peccauere, nudati esse leguntur. Hac stola prima, filius luxuriosus postquā peccans ad patrem redijt, induitur. Neq; in domo manebat, sed in monumentis. Quia in conscientia sua non quiescebat, sed in mortuis operibus, hoc est, in peccatis delectabatur. Quid enim sunt corpora perfidorum, nisi quædam defunctorū sepulcra? In quibus non Dei habitat sermo, sed anima peccatis mortua recluditur. Is ut uidit Iesum, procidit ante illum. Et exclamans uoce magna, dixit: Quid mihi & tibi est, Iesu, fili Dei altissimi? Quanta Arrij uesania, Iesum creaturam & non Deum credere, quem filium Dei altissimi, demones credunt & contremiscunt? Quæ impietas Iudæorum, eum dicere in principe demoniorum eiecisse demonia, quem ipsa demonia fatentur nihil secum habere commune: quin hoc ipsum quod tunc per demonia ei clamante furorem, post in delubris idolorum dicere & confiteri non desinunt, Iesum uidelicet esse

Cap. 32. Gerasa.

Demoniacus.

Stola prima.

Arrij uesania. Iudæorum impietas.

60 & confiteri non desinunt, Iesum uidelicet esse

Christum filium Dei altissimi, nec se aliquid cum illo pacis aut societatis habere. Obsecro te, ne me torqueas. Praecipiebat enim spiritui immundo, ut exiret ab homine. Multis enim temporibus arripiebat illum.] Hostis humanae salutis, non exiguum sibi ducit esse tormentum, ab hominis laesione cessare, quocumque hunc diutius possidere solebat, eo difficilius dimittere consentit. Vnde studendum summopere est, ut & si quando ut homines a diabolo superemur, mox eius laqueos euitare satagemus, ne si tardius eius iuri resistatur, laboriosius quandoque pellatur. Et uinciebatur catenis & compedibus custoditus.] Catenis & compedibus, graues & durae leges significantur gentium, quibus & in eorum republica, peccata cohibentur. Eruptis uinculis, agebatur a demonio in deserto.] Quia etiam ipsis transgressis legibus, ad ea scelera cupiditate ducebatur, quae iam uulgarem consuetudinem excederent. Interrogauit autem illum Iesus, dicens: Quod tibi nomen est? At ille dixit: Legio, quia intrauerunt demonia multa in eum.] Non uelut inficius nomen inquit, sed ut confessa coram teste quam furens tolerabat, uirtus curantis gratior emicaret. Sed & nostri temporis sacerdotes qui per exorcismi gratiam daemones eiicere norunt, solent dicere, patientes non aliter ualere curari, nisi quantum sapere possunt omne, quod ab immundis spiritibus uisu, auditu, gustu, tactu, & alio quolibet corporis uel animi sensu uigilantes dormientes ue per tulerint, confitendo patenter exponant. Et maxime quando uel uiris in specie foeminae, uel in uirili habitu foeminae apparentes, quos daemones, Galilaeos uocant, infando miraculo spiritus in corporei corporis humani concubitu petere se, ac patrare constringunt. Et nomen daemone, quo se censerit dixerit, & deierandi modos quibus amoris sui foedus alterutrum pepigerint, prodendos esse praecipiunt. Quae mendacio simillima res, sed adeo uera, & plurimorum est attestazione notissima: ut quidam uicinus mihi presbyter retulerit, se quandam sanctimoniam foeminam a demonio curare coepisse, sed quando res latebat nihil apud eam proficere potuisse. Confesso autem quo molestabatur phantasmate, mox & ipsum orationibus, ceterisque quae oportebat purificationum generibus effugasse, & eiusdem foeminae corpus ab ulceribus quae daemone tactu contraxerat, medicinali studio adiuuato sale benedicto curasse. Sed dum unum de ulceribus, quod altius lateri infixum repererat, nullatenus posset, quin continuo panderetur, obducere: ab eadem ipsa quam sanare uolebat, consilium quo sanaretur accepisse. Si (inquit) oleum pro infirmis consecratum, eidem medicamento asperseris, sicque me perunxeris, statim sanitati restituar. Nam uidi quondam per spiritum, in quadam longius posita ciuitate, quam nunquam corporalibus oculis uidi, puellam quandam pari calamitate laborantem, taliter a sacer-

Diabolus repellendus quam primum.

Catena et compedes.

Nomen cur inquirat.

Daemones expellendi ratio.

Dusii, Incubi et Succubi.

Monialis curatio.

dote curatam. Fecit ut illa suggereretur, statimque ulcus remedium, quod ante respuerat, accipere consensit. Haec contra fraudes daemorum paucis explicare curauit, ut quam non frustra Dominus nomen eius, quem expulsurus erat spiritus, interrogaret, intelligas. Quod uero daemonia multa hominem intrasse memorantur, significat populum gentium non uni cuiuslibet, sed innumeris ac diuersis idololatriae cultibus esse mancipatum. Cui contra scriptum est, quod multitudinis credentium erat cor & anima una. Vnde bene in Babylonia linguarum unitas scissa, in Hierosolyma est linguarum uarietas adunata: & illa, confusio: haec, uisio pacis interpretatur: quia uidelicet electos in plerisque linguis & gentibus, una fides ac pietas pacificando confirmat: reprobos autem, plures sectas quam linguae distociando confundunt. Et rogabant eum, ne imperaret illis, ut in abyssum irent.] Sciebant daemones, aliquando futurum, ut per Domini aduentum mitterentur in abyssum, non ipsi futura praediuinantes, sed prophetarum de se dicta recolentes, ideoque Domini aduentus, quam mirabantur gloriam, ad suam arbitrabatur tendere perniciem. Erat autem ibi grex porcorum multorum, pascentium in monte: & rogabant eum, ut permitteret eis in illos ingredi: & permisi illis.] Ideo permisit quod petebant daemones, ut per interfectionem porcorum, hominibus salutis occasio praebereetur. Pastores enim ista cernentes, statim nuntiant ciuitati. Erubescat Manichaeus, si de eadem substantia et ex eodem auctore, hominum bestiarumque sunt animae, quo modo ob unius hominis salutem, duo millia porcorum suffocantur? In quorum tamen interitu, figuratim homines, immundi uocis & rationis expertes, indicantur, qui in monte superbiae pascentes, lutulentis oblectantur in actibus. Talibus enim, per cultus idolorum possunt daemonia dominari. Nam nisi quis porci more uixerit, nunquam accipiet in eum diabolus potestatem, aut ad probandum tantum, non autem & ad perdendum, accipiet. Exierunt ergo daemonia ab homine, & intrauerunt in porcos, & impetu abijt grex per praecipitum in stagnum, & suffocatus est.] Significat, quod iam clarificata ecclesia, & liberato populo gentium a dominatione daemorum, in abditis agunt sacrilegos ritus suos, qui Christo credere noluerunt, caeca & profunda curiositate submersi. Et notandum, quod spiritus immundi nec in porcos iret, nisi hoc illis benignus ipse saluator petenti bus, quos certe in abyssum posset relegere, concederet: rem necessariam docere nos uolens, ut scilicet nouerimus eos multo minus sua potestate posse nocere hominibus, qui nec pecoribus quae liberecumque potuerunt. Hanc autem potestatem Deus bonus occulta iustitia nobis dare potest: inuisitabilem, non potest. Quod ut uiderunt factum, qui pascebant, fugerunt, & nunciauerunt in ciuitatem, & in uillas.] Quod pastores porcorum fugientes ista nunciauerunt.

Abyssum ingressuri daemones.

Porcos cur intrare permisi.

Manichaei error.

Diaboli quos obsequantur.

Daemones in nos quam exilis potestas.

nunciauerunt, significat quosdam etiam primates impiorum, quanquam Christianam legem fugiant, potentiam tamen eius per gentes, stupendo & miratido, praedicare. Qui uenerunt ad Iesum, & inuenerunt hominem sedentem a quo daemonia exierant, uestitum, ac sana mente, ad pedes eius, & timuerunt &c.] Significat multitudinem uetusta suauitate delectatam honorare quidem, sed nolle pati Christianam legem, dum dicit quod eam implere non possint, admirantes tamen fidem populum a pristina perditata conuersatione sanatum. Sedere namque ad pedes domini est, rationali quempiam mentis examine subnixum uestrigia Saluatoris quae sequatur intueri. Vestitum resumere est, uirtutum studiis, quae deceptus amiserat, ornari. Et rogauerunt illum omnis multitudo regionis Gerasenorum, ut discederet ab illis, quia timore magno tenebatur.] Conscij fragilitatis suae Geraseni, praesentia se domini iudicabant indignos, non capientes Dei uerbum, nec infirma adhuc mente, pondus sapientiae sustinere ualentes. Quod & Petro ipsi, uiso piscium miraculo, contigisse legitur, & uidua Saraptena beati Heliae cuius se sensit hospitio benedici, nihilominus se putauit praesentia grauari. Quid mihi & tibi, inquit, uir Dei? ingressus es ad me ut memorarentur iniquitates meae, & occideres filium meum? Ipse autem ascendens nauem reuersus est.] Dixerat supra, Dominum relicta nauem ascendisse parentibus, compressisque una cum uento fluctibus, egressum mox occurrentem sibi curasse daemoniae. Quo significare docuimus, eum relicta iudaeae populis, ex qua carnis duxit originem, transacta suae passionis tempestate, gentium procurasse salutem. His ita gestis patriam reuertitur, quia caecitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret. Ascendit autem in nauem, sed neque ipse somno premitur, neque nauis procella pulsatur, quia Christus surgens a mortuis iam non moritur, morsilli ultra non dominabitur. Cuius tamen tropaeum passionis, resurrectionisque gloria, credituris iudaeae tribubus intimabitur, & cum praedicator mortis suae, quo mortem uicit uexillo, credi ab Hebraeis coeperit, quasi repetita, in qua dormierat, nauis patriam regredietur. Et rogabat illum uir a quo daemonia exierant, ut cum eo esset. Dimisit autem eum Iesus dicens: Redi domum tuam, & narra quanta tibi fecerit Deus.] Haec ex illa Apostoli sententia recte possunt intelligi: cum ait, Dissolui & esse cum Christo, multo magis optimi: manere in carne, necessarium propter uos. Ut sic quisque intelligat post remissionem peccatorum redeundum esse sibi in conscientiam bonam, & seruendum Euangelio, propter aliorum etiam salutem, ut deinde cum Christo requiescat, ne quum praepere iam uult esse cum Christo, negligat ministerium praedicationis fraternae redemptioni accomodatam. Quod uero Matthaeus duos dicit a

Sedere ad pedes Domini.

Gerasenorum imbecillitas & Petri.

Saraptena.

Gentium reuelatio.

Gloria Israel.

daemorum legione curatos, Marcus autem & Lucas unum commemorant, intelligas unum eorum fuisse personae alicuius clarioris & famosioris, quem regio illa maxime dolebat, & pro cuius salute plurimum satagebat. Hoc uolentes significare duo Euangelistae solum commemorandum iudicauerunt, de quo facti huius fama latius praecleariusque flagrauerat. Sed & allegoria summa concordat, quia sicut unus a daemone possessus Iudaeorum, sic et duo gentilis populi typum non inconuenienter exprimit. Nam cum tres filios Noe generauerit, unius solum familia in possessione adscita est Dei: ex duobus reliquis diuersarum nationum, quae idolis manciparentur, procreati sunt populi. Factum est autem cum redisset Iesus, excepit illum turbam. Erant enim omnes expectantes eum.] Et superius dixi, quod in fine saeculi Dominus sit ad laudos clementer rediturus, atque ab eis per fidei confessionem libenter excipiedus. Nam quod erant omnes expectantes eum, hoc est nimirum quod eidem synagoga per prophetam loquitur, Dies multos expectabis me, & non fornicaaberis, & non eris subdita uiro. Nunc enim nec uiro Christo subdita, nec fornicata cum idolis, expectatione longissima sponsi sui prioris, hoc est Domini Christi quandoque per gratiam uenturi praestolatur amplexum. Et ecce uenit uir cui nomen erat Iairus, & ipse princeps synagoga erat.] Priori lectioni, qua de abiectione synagoga fideique Ecclesiae, atque iterum instauratione synagoga sumus interpretati, consequenter archisynagogi filia moriens subiungitur, quam dum suscitare properat Dominus, praecipue illa haemorrhoea mulier, praeripit sanitatem, sicque ut praeueniens prior salute potiatur. Aethiopia enim praeueniet manus eius Deo. Et cum intraverit plenitudo gentium, tunc omnis Israel saluus fiet. Princeps itaque synagoga nullus melius, quam ipse Moyses intelligitur. Vnde bene Iairus, id est illuminans, siue illuminatus uocatur, quia qui accipit uerba uitae dare nobis, & per haec ceteros illuminat, & ipse a spiritu sancto, quo uitalia monita scribere uel docere possit, illuminatur. Et cecidit ad pedes Iesu, rogans eum, ut intraret in domum eius.] Si caput Christi Deus, pedes consequenter incarnatio, qua terram nostrae mortalitatis tetigit, accipiendi sunt. Cecidit igitur archisynagogus ad pedes Iesu, quia legislator cum tota patrum progenie Christum in carne apparentem longe sibi dignitatis gloria praefarendum esse cognouit, illud Apostoli sedula deuotione protestans, Quia quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Rogauit eum intrare in domum suam, quia continuis gaudiorum uotis, eius uidere desiderabat aduentum. Anima autem mea (inquit Propheta) exultabit in Domino, & delectabitur super Iesu eius. Omnia ossa mea dicent, Domine, quis similis tibi?

Euangelistae Concord.

Filij Noe.

Cap. 33.

Iudaeorum ad Christum reditus.

Princeps Synagoga Iairus.

Pedes Christi.

Et hoc est ad pedes Iesu cadere, eum super omnes singulariter magnum pia fide fateri. Quia filia unica erat illi, fere annorum duodecim, & haec moriebatur. Ipsa synagoga, quae sola legali institutione composita, quasi unica Moyli nata erat, quasi duodecimo aetatis anno, hoc est tempore pubertatis appropinquante moriebatur: quia nobiliter a Prophetis educata, postquam ad intelligibiles annos peruenerat, postquam spirituales Deo fructus gignere debebat, subito errorum languore confectata, spiritualis uitae uias ingredi desperabiliter omisit. Et si non a Christo succurreretur, horrendam per omnia corruisset in mortem. Et contigit dum iret, a turba comprimebatur. Ad puellam pergens sanandam dominus, a turba comprimitur, quia genti Iudaeae salutaria monita praebens, quibus aegram uitae eius conscientia erigeret, noxia carnalium peccatorum est consuetudine grauat. Et mulier quaedam erat in fluxu sanguinis, annis duodecim. Mulier sanguine fluens, Ecclesia est ex gentibus congregata, quae ingenito carnalium delectationum polluta fluxu, atque a coetu iam fuerat segregata fidelium. Sed dum uerbum dei Iudaeam saluare decerneret, paratam iam promissamque alijs praeripuit spe certa salutem. Notandumque quod & archisynagogi duodennis sit filia, & mulier haec ab annis duodecim sanguine fluxerit, hoc est, eodem quo haec nata sit tempore, illa coeperat infirmari. Vna enim pene eademque saeculi huius aetate, & synagoga in patriarchis nasci, & gentilium natio per orbem coepit idolatriae sanie foedari. Nam & gemine fluxus sanguinis, hoc est & super idololatriae prostitutione, & super his quae carnis ac sanguinis oblectatione patrantur, potest intelligi. Vnde pulchre sacra refert historia, tempore quo Dauid adhuc puer Goliath gigante strauit, Philistinum in sinibus Domini, id est sanguinum fuisse castrametatos. Quia uidelicet dominus ad debellandum mundi principem, humilis apparens, non modo operibus instructuosis, sed & religioni spurcissima deditos gentilium populos inuenit. Ergo quandiu synagoga uiguit, laborauit Ecclesia. Defectus illius, huius est uirtus. Quia illorum delicto, salus gentibus. Quae in medicos erogauerat omnem substantiam suam, nec ab ullo potuit curari. Medicos siue falsos Theologos, siue Philosophos, legumque doctores saecularium, qui multa de uirtutibus uicissim subtilissime differentes, utilia se uidendi credendique instituta mortalibus dare promittebant, seu certe ipsos spiritus immundos significat, qui uelut hominibus consulendo, se iam pro deo colendos ingerebant. Quibus uicissim audiendis, gentilitas quanto magis naturalis industriae uires expenderat, tanto minus potuit ab iniquitatis suae sorde curari. Vnde bene Marcus de hac muliere scribens, ait: Et fuerat multa perpeffa a com- pluribus medicis, & erogauerat omnia sua, nec

quicquam profecerat, sed magis deterius habebat. Sed haec ubi populum Iudaeorum aegrotare, uerumque de caelo cognouit adesse medicum, coepit & ipsa languoris sui sperare pariter, & quaeritare remedium. Accessit retro, & tetigit fimbriam uestimenti eius, & confestim stetit fluxus sanguinis eius. Accedit & Dominum, tangit Ecclesia, quae ei per fidei ueritatem appropinquat. Accedit autem retro, siue iuxta id quod ipse ait, Si quis mihi ministrat, me sequatur: & alibi praecipitur, Post Dominum Deum tuum ambula: siue quia praesentem in carne Dominum non uidens, per actus temporariae dispensationis sacramentis, eius iam per fidem coepit uestigia subsequi. Tangit autem fimbriam uestimenti, & undam restringit sanguinis, quia beatus & uere mundandus, qui uel extremam uerbi partem fidei manu contigerit. Nam rarus ualde, qui eius uel in pectore recumbere, uel caput mereatur pistica nardo perungere, cum & ille magnus fuerit, qui se indignum ducebat eius calciamenta portare. Magna & illa, quae ungeret pedes eius, & capillis suis tergere promeruit. Et ait Iesus: Quis est qui me tetigit? Non ut ipse quae nesciat doceatur, sed ut uirtus fidei quam nouerat, immo quam ipse dederat, in muliere declaratur, interrogat. Negantibus autem omnibus, dixit Petrus & qui cum illo erant: Praeceptor, turba te compriment & adfligunt, & dicis, Quis me tetigit? Quem turbae passim comitantes compriment, una credula mulier Dominum tangit. Quia qui diuersis inordinate glomerantium haeresibus adfligitur, solo catholicae ecclesiae fideliter corde quaeritur. Nam sicut quidam uidentes non uident, & audientes non audiunt, ita etiam tangentes non tangunt, qui non fideliter Christum tangunt. Vnde curidam amanti quidem, sed nondum plene credenti dicit, Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. Aperte docens quid sit eum ueraciter tangere, patri sci licet aequalem credere. Et dixit Iesus, Tetigit me aliquis. Nam ego noui, uirtutem de me exisse &c. Dicat Pelagius si placet, se suo conamine saluari. Dicamus autem nos, quia uana salus hominis, in Deo faciemus uirtutem. Nam & ipse uirtutem quae propicietur omnibus iniquitatibus nostris, & sanet omnes languores nostros, non ex nobis ipsis, sed de se nouit exire. Non ergo lateat eum qui fimbriam tetigerit, id est incarnationis mysteria, donec ad maiora capienda perueniat, perfecte amando crediderit. At ipse dixit illi: Filia fides tua te saluam fecit, uade in pace. Ideo filia, quia fides tua te saluam fecit. Nec dixit fides tua te saluam factura est, sed saluam fecit. In eo enim quod credidisti, iam salua facta es. Adhuc illo loquente, uenit quidam ad principem synagogae dicens ei, quia mortua est filia tua, noli uexare illum. Saluata a profluuio sanguinis muliere, mox filia principis mortua nunciatur, quia dum Ecclesia a uitiorum labe mundata, & ob fidei meritum filia

Duodecim annus aetatis.

Sanguiflua

Medici inutiles qui sint.

Querit Iesum. Tangit unam

Tangere Christum.

Cur mortui dormientes dicantur.

filia est cognominata, continuo synagoga perfidiae simul inuidiaeque lege soluta est. Perfidiae quidem, quia in Christo credere noluit: inuidiae uero, quia Ecclesiam credidisse doluit. Scriptum est enim in actibus Apostolorum, Sequenti autem sabbato, pene uniuersa ciuitas conuenit audire uerbum Domini. Videntes autem turbas Iudaei repleti sunt zelo, & contradicebant his quae a Paulo dicebantur, maledicentes uiam coram multitudine. Noli uexare illum, per eos hodieque dicitur qui adeo destitutum synagoga statum uident, ut restaurari posse non credant, ideoque pro resuscitatione illius supplicandum esse non aestimant. Sed quae impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum. Vnde de sequitur: Iesus autem audit hoc uerbo, respondit patri puella, Noli timere. Crede tantum, & salua erit. Pater puellae, coetus doctorum legis accipitur, de quo Dominus ait, Super cathedram Moyli sederunt Scribae, & Pharisei. Quis credere ei se uoluerit, etiam subiecta ei synagoga salua erit. Et cum uenisset domum non permisit intrare secum quemquam, nisi Petrum, Iacobum & Ioannem, & patrem & matrem puellae. Supra publice uiduae filius suscitatur, hic remouentur plures arbitri. Puto ergo quod in eo quoque pietas sibi Domini declaratur, quia uidua mater unici non patiebatur moras, & ideo ne amplius afficeretur, maturitas additur. Est etiam forma sapientiae, in uiduae filio cito Ecclesiam credituram, in archisynagogi filia credituros quidem Iudaeos, sed ex pluribus pauciores. Flebant autem omnes, & plangebant illam. Nunquid possunt (inquit) filij sponsi lugere, quamdiu cum illis est sponsus? Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. Igitur synagoga quia sponsi laetitiam qua uiuere posset amisit, quasi inter plangentes mortua iacens, ne hoc quidem ipsum quare plangatur intelligit. At ille dixit, Nolite flere. Non est mortua, sed dormit. Hominibus mortua, qui suscitare nequiuert, Deo dormiebat, in cuius ditione & anima recepta uiuebat, & caro resuscitanda quiescebat. Vnde mos Christianus obtinuit, ut mortui qui resurrecturi esse non dubitatur, dormientes uocentur, sicut Apostolus: Nolumus (inquit) uos ignorare fratres de dormientibus, ut non contristemini, sicut & ceteri qui spem non habent. Sed & in parte allegoriae, cum anima, quae peccauerit ipsa moriatur, tamen ea quae resuscitari a Christo meruerit, nobis quidem mortua fuisse, sed ei obdormisse dici potest. Et deridebant eum, scientes quia mortua esset. Quia uerbum resuscitantis deridere quam credere malebat, merito foras excluduntur, indigni qui miraculum resurgentis uiderent. Ipse autem tenens manum eius, clamauit dicens: Puella, surge. In Marco scriptum est: Ait illi, Tabitha cumi, quod est interpretatum, puella tibi dico surge, & confestim surrexit. Vbi diligens lector inquirat quare uerax Euangelista dictum salua-

toris exponens, interposuerit de suo, tibi dico: cum in Syro sermone quem posuit, non plus sit dictum, quam Puella surge. Tenens ergo manum puellae Iesus, sanauit eam, quia nisi prius mundata fuerint manus Iudaeorum, quae sanguine plenae sunt, synagoga eorum mortua non consurgit. Et reuersus est spiritus eius, & surrexit continuo. Marcus ita dicit, Et confestim surrexit puella, & ambulauit. Et spiritaliter insinuans, quia quisquis a morte animae Christo sibi manum confortante respiscit, non modo a sordibus exurgere uitiorum, sed bonis continuo proficere debet operibus. Et iussit illi dari manducare. Ad testimonium quidem uitae resuscitatae manducare praecipit, ut non phantasma, sed ueritas crederetur. Sed & si quis a spiritali morte resurrexit, caelesti necesse est mox pane faturetur, & diuini scilicet uerbi, & sacrosancti altari particeps effectus. Nam iuxta morem intellectum, tres illi mortui quos Saluator in corporibus suscitauit, tria genera resurrectionis animarum significant. Siquidem nonnulli consensum male delectationi praebendo, latentem tantum cogitatione peccati, sibi mortem consciscunt. Sed tales si uiuificare significans saluator, suscitauit filiam archisynagogi nondum foras elatam, sed in domo mortuam, quasi uitium secreto in corde regentem. Alij non solum noxiae delectationi consentiendo, sed & ipsum malum quo delectantur agendo, mortuum suum quasi extra portas efferunt. Et hoc se poenitentem resuscitare demonstans, suscitauit iuuenem filium uiduae extra portas elatum, & reddidit matri suae. Quia respiscens a peccati tenebris animam, unitati restituit Ecclesiae, sicut & supra docuimus. Quidam uero non solum cogitando uel faciendo illicita, sed & ipsa peccandi consuetudine, se quasi sepeliedo corumpunt. Verum nec ad hos erigendos minor sit uirtus & gratia saluatoris, si tamen adsint cogitationes sollicitae, quae super eorum salute uelut deuotae Christo sorores inuigilent. Nam ad hoc intinandum resuscitauit Lazarum quatuor dies iam in monumento habentem, & sorore attestante iam foetentem. Quia pessima noxios actus solet fama comitari. Notandum autem quod quanto grauior animae mors ingruerit, tanto acrior necesse est ut resurgere mereatur, poenitentis feruor insistat. Quod occulte uolens ostendere Dominus, iacentem in conclauis mortuam, modesta lenique uoce resuscitauit dicens: Puella, surge. Quam & ob facilitatem resuscitandi, iam mortuam fuisse negauerat. Delatum autem foras iuuenem, pluribus ut reuiuiscere debeat, dictis corroborat. cum ait: Iuuenis, tibi dico, surge. Quatuoriduanus uero mortuus, ut longa praementis sepulcri claustra deponeere posset, fremuit spiritu Iesus, turbauit seipsum, lachrymas fudit, rursus fremuit, ac magna uoce clamauit, Lazare ueni foras. Et sic tan-

Resurrectio animae triplex.

Lazarus suus scitatio.

Resuscitatio significatio.

Noxarum remedia.

Resuscitatorum loca.

Mortui sepeliuntur mortuos.

Cap. 34.

Signa cur fecerint apostoli.

Concord. Euāgelist.

Virga ferenda et non ferenda.

Tentatio duplex.

dem qui erat desperatus, discusso tenebrarum pondere, uitæ luciꝫ redditur. Sed & hoc notandum, quod quia publica noxa, publico eget remedio, leuia autem peccata leuiori & secreta que un poenitentia deleri, Puella in domo latens, paucis arbitris exurgit, eisdemq; ne miraculum uulgarent indicitur. Et stupuerunt, inquit, parentes eius, quibus precepit ne alicui dicerent quod factum erat.] Iuuenis extra portam, turba multa comitante atq; inttente suscitatur, Lazarus de monumento uocatus, intantum populis innotuit, ut ob eorum, qui uidere, testimonium, plurimæ domino turbæ cum palmis occurrerent, & multi propter illum abirent ex Iudæis, & crederent in Iesum. Quartum uero mortuum dominus, nunciante discipulo, agnoscit: sed quia qui pro eius ereptione Dominum precarentur uiui defuerant. Dimitte (inquit) ut mortui sepeliant mortuos suos. Id est, mali malos non oxijs laudibus grauent, & quia non ad est iustus qui corripit in misericordia, oleum peccatoris impinguet caput eorum.

CAPVT NONVM.



Onuocatis autem Iesus duodecim apostolis, dedit illis uirtutem & potestatem super omnia demonia, & ut languores curarent. Et misit illos predicare regnum Dei, & sanare infirmos.] Concessa primum potestate signorū, misit predicare regnum Dei, ut promissorum magnitudini attestaretur etiam magnitudo factorum, fidemq; uerbis daret uirtus ostensa, & noua facerent qui noua predicarent. Vnde nunc quoq; cum fidelium numerositas excreuit, intra sanctam ecclesiam multi sunt qui uitam uirtutum tenent, & signa uirtutum non habent. Quia frustra miraculum foris ostenditur, si deest quod intus operetur. Nam iuxta magistrum gentium uocem, lingua in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus. Et ait ad illos: Nihil tuleritis in uia, neq; uirgam, neq; peram, neque panem, neq; pecuniam, neque duas tunicas habeatis.] Solet quæri, quomodo Matthæus & Lucas commemorauerint dixisse dominum discipulis ut nec uirgam ferrent, cum dicat Marcus, & precepit eis ne quid tollerent in uia, nisi uirgam tantum. Quod ita soluitur, ut intelligamus sub alia significatione dictam uirgam quæ secundum Marcum ferenda est, & sub alia illam quæ secundum Matthæum & Lucam non est ferenda. Sicut sub alia significatione intelligitur tentatio de qua dictum est, Deus neminē tentat, & sub alia de qua dictum est, Tentat uos Dominus Deus uester, ut sciat si diligitis eum. Illa seductionis est, hæc probationis. Vtrumq; ergo accipiendum est à Domino Apostolis dictum, & ut nec uirgam ferrent, & ut non nisi uirgam ferrent. Cum enim secundum Matthæum diceret eis, Nolite possidere aurum neque argentum, & cætera. Continuo subiecit, Dignus est enim operarius cibo suo.

Vnde satis ostendit, cur eos hæc possidere ac ferre noluerit. Non quo necessaria non sint sustentationi huius uitæ, sed quia sic eos mittebat, ut eis hæc deberi monstraret ab illis quibus Euangelium credentibus adnunciarent. Clare autem hæc non ita præcipisse Dominum, tantquam Euāgelistæ uiuere aliunde non debeant, quàm eis præbentibus quibus adnunciat Euangelium. Alioquin, contra hoc præceptum fecit Apostolus, qui uictum de manuum suarum laboribus transigebat, ne cuiquam grauis esset, sed potestati dedisse, in qua scirent sibi ista deberi. Cum autem à domino aliquid imperatur, nisi fiat, inobedientiæ culpa est. Cum autem potestas datur, licet cuiq; non uti, & tanquam de suo iure cedere. Hoc ergo ordinans Dominus quod eum ordinasse dicit Apostolus, ihs qui Euangelium adnunciat de Euangelio uiuere, illa Apostolis loquebatur, ut securi non possiderent, neq; portarent huic uitæ necessaria, nec magna, nec minima. Ideo posuit Nec uirgam, ostendens à fidelibus suis omnia deberi ministris suis, nulla superflua requirentibus. Ac per hoc addendo, Dignus est enim operarius cibo suo, prorsus aperuit & illustrauit, unde hæc omnia loqueretur. Hanc ergo potestati uirgæ nomine significauit, cum dicit ne quid tollerent in uia, nisi uirgā tantum. Ut intelligatur quia per potestatem à Domino acceptā, quæ uirgæ nomine significata est, etiam quæ non portantur, non deerunt. Hoc & de duabus tunicis intelligendū est, ne quicquid eorum præter eam quam esset indutus, aliam portandam putaret, sollicitus ne opus esset, cum ex illa potestate posset accipere. Quod uero secundū Marcum non portari uel haberi duas tunicas, sed expressius indui prohibet dicens, Et ne induerentur duabus tunicis: quid eos monet, nisi nō dupliciter sed simpliciter ambulare? Aliter. In duabus tunicis, uidetur mihi duplex ostendere uestimentū. Non quo in locis Scythiæ & glaciali niue rigentibus una quis tunica debeat esse contentus, sed quo in tunica, uestimentum intelligamus, ne alio ueluti aliquid nobis futurorum timore seruemus. Et in quacumq; domum intraueritis, ibi manete, et inde ne exeatis.] Dat constantiæ generale mandatum, ut hospitalis necessitudinis iura custodiat, alienum à predicatore regni celestis adstruēs curare per domos, & inuolabilis hospitij iura mutare. Nec otiose secundum Matthæum dominus quam ingrediantur Apostoli legenda decernitur, ut mutandi hospitij necessitudinisq; uiolandæ causa nō suppetat. Et quicumq; non receperint uos, exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum uestrorum excutite in testimonium supra illos.] Puluis excutitur de pedibus in testimonium laboris sui quod ingressi sint in ciuitatem, & predicatio Apostolica ad illos usq; peruenerit. Siue excutitur puluis, ut nihil ab eis accipiant, ne ad uictum quidem necessarium, qui Euangelium spreue-

Mendicare non esse predicato-ribus.

Præcepti et potestatis facta differētia.

Nec uirgā.

Nisi uirgā.

Tunica dua.

Constātia.

Puluerem excutere de pedibus

Apostolorum prædicatio.

Vnctio extrema.

Cap. 35.

Qui pro qualis.

Iudæorum in dominum furor.

Euāgelist. Concord.

Operantur passiu.

spreuerint. Allegorice autem qui uerbo humiliter intendunt, si quibus ut homines terrenæ leuitatis neuis obscurantur, per ea mox quæ recipiunt Euangelicæ prædicationis uestigia purgantur. Qui uero perfidia, uel negligentia, uel etiam studio contemnunt, horum uitanda communio, fugienda synagoga censetur, excutiendus pedum puluis, ne gestis manibus & puluere comparandis, mentis castæ uestigium polluat. Egressi autem circumibant per castella, euangelizantes & curantes ubique.] Quid Euangelizarent, uel quomodo curarent Apostoli, Marcus exponit plenius. Prædicabant, inquit, ut poenitentiam agerent, & ungebant oleo multos ægros & sanabant. Dicit & Iacobus: Infirmitur quis in uobis, induat presbyteros ecclesiæ, & orent super ipsum, ungentes eum oleo, in nomine domini. Et si in peccatis sit, dimittentur ei. Vnde patet ab ipsis Apostolis hunc sanctæ ecclesiæ morem esse contraditum, ut pontificali benedictione consecrato oleo, perungantur ægroti. Prædicabant autem ut poenitentiam agerent, & supra, Misit illos, inquit, euangelizare regnum dei. Quia uidelicet utrunque, iuxta Ioannis Baptistæ, uel ipsius saluatoris exemplum prædicabant. Poenitentiam agite, adpropinquabit enim regnum celorum. Regni enim celorum sanuis propinquare est, de his quæque quibus ab eo discesserat poenitere. Adiuu autem Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo, & hæsitabat, eo quod diceretur à quibusdam quia Ioannes surrexit à mortis.] Quanta Iudæorum inuidia, qui contra dominum malitię furor exiterit, ex omnibus pene locis euāgelij docemur. Ecce enim Ioannem de quo dictū est, quia signum fecit nullum, à mortuis surgere potuisse, nullo attestante credebant. Iesum autem uirum adprobatum à deo uirtutibus & signis, cuius mortem elementa tremuerunt, resurrexerunt uero atq; ascensionem angeli, apostoli, uirac scemine certatim prædicabant, non resurrexerunt, sed furtim fuisse ablatū credere maluerunt. Nec repugnare putandum est, quod Lucas perhibet Herodem hæsitasse, eo quod diceretur à quibusdā qui à Ioannes surrexit à mortuis: cum Matthæus Marcusq; referant, ipsum Herodem audita fama Iesu dixisse pueris suis, hic est Ioannes baptista, ipse surrexit à mortuis, & ideo uirtutes operantur in eos sed intelligendum post hæc hæsitationem eum confirmasse in animo suo, quod ab alijs dicebatur. Et ait Herodes, Ioannem ego decollauit. Quis autē est iste, de quo audio egotalia: Et quærebat uidere eum.] Hæc uerba sunt hæsitantis Herodis, de quibus supra memoratur. Quia eum quem fama magnum comperit, etiam uidere desiderat, si forte an ipse sit Ioannes, agnoscere possit. Cuius alij ordinem causamq; decollationis, quoniam euāgelistæ plenissime describunt, Lucas more suo commemorare potius ob statum temporis intimandū

quæ abunde dicta uideret, quàm replicare curauit. Verum quia decollationis Ioannis mentio est, notandum quod idem Ioannes & dominus, suum quisq; statum & tempore natiuitatis, & passionis ordine declarant. Nam Ioannes capite minutus, dominus est in cruce sublimatus. Ioannes cum minui inciperent dies, dominus cum crescere, natus. Ut etiam per hæc appareat, quid sit, illum oportet crescere, me autem minui, hoc est, illum qui propheta putabatur, Christum oportet agnoscere: & me qui Christus æstimabar, quod eius sim præcursor, intelligi. Et reuersi apostoli, narrauerunt illi quæcumq; fecerunt.] Non solum quæ ipsi fecerunt & docuerunt apostoli, domino narrant, sed etiam quæ Ioannes eis in docendo occupatis, sit passus, uel Christum uel eiusdem Ioannis discipuli ei renunciant, sicut Matheus insinuat. Vnde quod sequitur: Et assumpsit illis seorsum in locum desertum qui est Bethsaida.] Non timore mortis egit, ut quidam arbitratur, sed parcens inimicis suis ne homicidio homicidium iungerent, simul & opportunum suæ passionis tempus expectans, Nam plusquam anni spatio Ioannis & domini passionis distare qui diligenter euāgelia legerit, inueniet. Siquidem miraculum panum dominus, tribus consentientibus euāgelistis, post decollationem Ioannis impleuit. Quod Ioannes miraculū descripturus premisit esse proximum Pascha diem festum Iudæorum, & post hæc ad diem festum eorum scenophegię Iesum dicit ascendisse. Vbi docentem in templo quærebant, inquit, eum adprehendere: & nemo misit in illum manus, quia nondum uenerat hora eius. Ac deinde proximi paschę tempore, crucis consummasse tropæum. Quod occiso Ioanne tempus expectans secessit seorsum in locū desertum, qui est Bethsaida: mystice docens, quia derelicta Iudæa, quæ prophetiæ sibi non credendo caput abstulerat, in deserto ecclesiæ quæ uirum non habebat, uerbi esset pabula largiturus. Vnde pulchre Bethsaidam, domus fructuum interpretatur. Ipsa est enim de qua Esaias ait: Lætabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo & florebit quasi liliū, & paulo post, Ipsi uidebunt gloriam domini & decorem dei nostri. Est autem Bethsaida in Galilæa ciuitas Andreę & Petri & Philippi apostolorum, prope stagnum Gennefareth, ut in locorum libris inuenimus. Quod cum cognouissent turbæ, secutæ sunt illum. Et excepit illos & loquebatur illis de regno dei, & eos qui cura indigebant sanabat.] Tentat dominus si dem turbarum, & probatam digno premio recompensat, Petendo enim solitudinē an sequi curent explorat. Illæ sequendo, & non in iumentis uehiculis ue diuersis, sed ut alij prodit euāgelistę proprio labore pedū iter arripiendo deserti, quantā salutis suæ curā gerant, ostendunt. Rursum ipse ut potēs piusq; saluator ac medic excipiēdo fatigatos, docendo infcios, sanando

Ioannes capite minutus.

Christus in cruce extensus.

Domini secessio.

Bethsaida.

Fidem explorat Dominus.

egrotos, reficiendo ieiunos, quantum deuotione credentium delectetur insinuat. Iuxta uero leges allegoriae, petentem deserta gentium Christum multae fidelium cateruae relictiis mœnibus priscæ conuersationis, neglectoq; uariorum dogmatum munimine sequuntur. Et qui prius notus in Iudæa deus, postquam dentes ludæorum arma & sagittæ, & lingua eorum machæra acuta contra illum facta est, Exaltare inquit super cælos deus, & super omnem terram gloria tua.

Cap. 36.

Des autem cæperat declinare, & accedentes duodecim dixerunt illi, dimitte turbas, ut eumes in castella, uil lasq; quæ circa sunt, diuertat & inueniant escas. Die declinata turbas saluator reficit, quia uel sine securiorum propinquitate, uel cum sol iustitiæ pro nobis occubuit, à diutina spiritalis in edie sumus tabe saluati. *Ait autem ad illos: Vos date illis manducare.*

Apostolos prouocat.

Pro uocat apostolos ad fractionem panis, ut illis se non habere testantibus magnitudo signi notior fiat, simul insinuans quia per eos quotidie ieiuna nostra sunt corda pascenda. Quid enim agit Petrus cum per Epistolas loquitur, nisi ut uerbi pabulo corda nostra male ieiuna fatientur? Quid Paulus, quid Ioannes per Epistolas loquentes operantur, nisi ut mentes nostræ cælestia alimēta percipiāt, & in edie suæ fastidium quo moriebantur uincant. *At illi dixerunt: Non sunt nobis plusquam quinque panes & duo pisces.*

Panes quinque.

Non dū erant apostolis plusquam quinque panes Moisaicæ legis, & duo pisces utriusq; testamenti, quæ diutius abdito mysteriorum latentium quasi undis abyssi tegebantur atq; alebatur occulta. Bene autem iuxta euangelium Ioannis, panes qui legem designant, hordeacei fuisse referuntur, qui iumentorum maxime rusticorumq; est cibus seruorum: quia incipientibus necdumq; perfectis auditoribus asperiora & quasi grossiora sunt committenda præcepta. Animalis enim homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei. Atq; ideo dominus pro suis cuique uiribus dona tribuens, semperq; ad perfectiora prouocans, primo quinque panibus quinque milia, secundo septem panibus quatuor hominum milia reficit. Tertio, discipulis suæ carnis & sanguinis mysterium credit. Ad ultimum magno munere dat electis ut edant & bibant super mensam suam in regno. *Erant autem fere uiri quinque milia.*

Hordeacei.

Quia quinque sunt exterioris hominis sensus, quinque milia uiri dominum secuti designant eos, qui in sæculari adhuc habitu positi, exterioribus quæ possident bene uti nouerunt. Qui recte quinque panibus aluntur, quia tales necessesse est legalibus adhuc præceptis institui. Nam qui mundo ad integrum renunciant & quatuor sunt milia, & septem panibus refecti, hoc est & euangelica refectioe sublimes, & spiritali sunt gratia docti. Cuius significandæ distantia causa mystice reor in introitu quidem tabernaculi quinque columnas deauratas, ante oculum uero, id est sancta sanctorum, quatuor

Quinque milia.

fieri iussas. Quia uidelicet incipientes per legem castigantur ne peccent, perfecti autem per gratiam ut deuotius Deo uiuant admonentur. *Ait autem ad discipulos suos: Facite illos discumbere per conuiuia quinquagenos. & ita fecerunt.* Diversi conuiuium discubitur diuersos per orbem conuētus ecclesiarum, quæ unam catholicam faciunt, designant. Qui bene non solum quinquageni, sed attestate Marco, etiam centeni discubuerunt. Nam quia quinquagesimus poenitentia psalmus est, centenarius autem numerus de læua transit in dexteram, quinquageni ad conuiuium domini discumbunt, qui adhuc in poenitentia commissorum positi uerbi auditum percipiunt. Centeni autem, qui iam præsumpta ueniam spe, de solo uitæ æternæ desiderio suspirant. *Acceptis autem quinque panibus & duobus piscibus respexit in cælum, & benedixit illis, & distribuit discipulis suis ut ponerent ante turbas.* Turbis esurientibus saluator non noua creat cibaria, sed acceptis his quæ habuerunt discipuli benedicit, quia ueniens in carne, non alia quam prædicta sunt prædicat, sed prophetia dicta mysterijs gratia grauida demonstrat. Respicit in cælum, ut illuc dirigenda mentis aciem, ibi lucem scientiæ doceat esse querendam. Frangit & ante turbas ponenda distribuit discipulis, quia clausa legis & prophetia sacramenta eis qui per mundum prædicent patefacit. *Et sublatum est quod superstuit illis fragmentorum cophini duodecim.* Quod turbis superest à discipulis sustollitur, quia sacra tiora mysteria quæ à rudibus capi nequeunt, non negligenter omittenda, sed sunt inquirenda perfectis. Nam per cophinos duodecim, apostoli, & per Apostolos omnes sequentium doctorum chori figurantur, foris quidem hominibus despecti, sed intus salutaris cibi reliquijs ad alenda humilium corda cumulati. Constat enim cophinis opera seruilia geri solere, sed ipse se cophinos panum fragmentis impleuit, qui infirma huius mundi, ut fortia confunderet, elegit.

Quatuor milia.

Et factum est cum solus esset orans, erant cum illo & discipuli. Aderant discipuli domino, & sequebantur illum in uia, ut Marcus indicat, sed ipse patrem solus orauit, quia possunt sancti domino fidei amorisq; societate coniungi: discretum eum à ceteris mortalibus diuine gloria maiestatis intueri, uiam quoq; quam uersatus in carne docuit, passibus humilitatis insequi: sed incomprehensibilia paternæ dispositionis arca na solus nouit filius penetrare. Nusquam enim (ni fallor) cum discipulis orasse reperitur, ubi que solus obsecrat, quia dei consilium humana uota non capiunt, nec quisquam potest interiorum particeps esse cum Christo. *Et interrogauit illos dicens: Quem me dicunt esse turbas? At illi responderunt & dixerunt: Ioannem Baptistam, alij autem Heliam, alij quia propheta unus de prioribus surrexit.* Pulchre dominus fidem discipulorum exploraturus, prius turbam rum sensum

fieri iussas. Quia uidelicet incipientes per legem castigantur ne peccent, perfecti autem per gratiam ut deuotius Deo uiuant admonentur.

Ait autem ad discipulos suos: Facite illos discumbere per conuiuia quinquagenos. & ita fecerunt. Diversi conuiuium discubitur diuersos per orbem conuētus ecclesiarum, quæ unam catholicam faciunt, designant. Qui bene non solum quinquageni, sed attestate Marco, etiam centeni discubuerunt. Nam quia quinquagesimus poenitentia psalmus est, centenarius autem numerus de læua transit in dexteram, quinquageni ad conuiuium domini discumbunt, qui adhuc in poenitentia commissorum positi uerbi auditum percipiunt. Centeni autem, qui iam præsumpta ueniam spe, de solo uitæ æternæ desiderio suspirant. *Acceptis autem quinque panibus & duobus piscibus respexit in cælum, & benedixit illis, & distribuit discipulis suis ut ponerent ante turbas.* Turbis esurientibus saluator non noua creat cibaria, sed acceptis his quæ habuerunt discipuli benedicit, quia ueniens in carne, non alia quam prædicta sunt prædicat, sed prophetia dicta mysterijs gratia grauida demonstrat. Respicit in cælum, ut illuc dirigenda mentis aciem, ibi lucem scientiæ doceat esse querendam. Frangit & ante turbas ponenda distribuit discipulis, quia clausa legis & prophetia sacramenta eis qui per mundum prædicent patefacit. *Et sublatum est quod superstuit illis fragmentorum cophini duodecim.* Quod turbis superest à discipulis sustollitur, quia sacra tiora mysteria quæ à rudibus capi nequeunt, non negligenter omittenda, sed sunt inquirenda perfectis. Nam per cophinos duodecim, apostoli, & per Apostolos omnes sequentium doctorum chori figurantur, foris quidem hominibus despecti, sed intus salutaris cibi reliquijs ad alenda humilium corda cumulati. Constat enim cophinis opera seruilia geri solere, sed ipse se cophinos panum fragmentis impleuit, qui infirma huius mundi, ut fortia confunderet, elegit.

Discubitus.

Quinquaginta. Centum.

Creare cur noluerit cibos.

In cælum cur respiciat.

Fragmenta colligi.

Cophini.

Cap. 37.

Soli quomodo ad sunt discipuli.

Orauit dominus Iohannes.

Fidem discipulorum explorat.

Turba.

Discipuli non sunt de turba.

Petrus cur respondeat Christum dei.

Filius hominis.

Cap. 38.

Abnegare se.

rum sententiâ interrogat, ne illorum uidelicet confessio, non ueritatis agnitione probata, sed uulgi uideatur opinione firmata, nec cõperta credere, sed instar Herodis de auditis hæsitare putentur. Vnde & Petro se Christum confitenti, secundum Matthæum dicit: Quia caro & sanguis non reuelauit tibi, hoc est doctrina humana fidei te ueritatem non docuit. Pulchre etiam qui diuersam de domino sententiam ferunt, turbam nomine notantur, quarum semper dubius instabilis uagusq; sensus & sermo est. A quibus ut eos distinguat, protinus infert: Vos autem quem me esse dicitis? Non sunt enim discipuli Christi de turba, non sunt de turba qui cum Domino soli gradiuntur, qui eum secretius orantem uidere merentur: sed & si quis de turba Christum crediderit, iam mox desinet esse de turba. Respondens Simon Petrus dixit, Christum dei. Licet ceteri Apostoli sciant, Petrus tamē respondit præ ceteris. Complexus est itaq; omnia, qui & naturam & nomen expressit, in quo summa uirtutum est. Etiam ne nos de generatione uideremus quæstiones: Cum Paulus iudicauerit nihil se scire, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum, Petrus nihil amplius quam dei filium putauerit confitendum: nos & quando & quomodo natus sit, & quantus sit, humana infirmitatis contemplatione rimamur? Finis ergo fidei meæ Christus est, finis fidei meæ Dei filius est. Non licet mihi scire generationis seriem, non licet tamen nescire generationis fidem. At ille increpans illos præcepit, ne cui dicerent hoc, dicens quia oportet filium hominis multa pati, & cetera. Idcirco se ante passionem & resurrectionem noluit prædicari, ut compietum postea sanguinis sacramēto opportunius Apostolis diceret: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Quia non prodesset eum publice prædicari, & eius uulgari in populis maiestatem, quem post paululum flagellatum uisuri sint & crucifixum, multa pati à senioribus & scribis & principibus sacerdotum. Et notandum quod eum qui multa pati & occidi & resurgere debeat, filium hominis appellat: quia passo in carne Christo, diuinitas impassibilis mansit. Notandum etiam quod ipse se filium hominis, Petrus autem Christum Dei filium confitentur, ut ex hoc utroq; uerus Deus atq; homo probetur.

Dabneget seipsum. Pulchre posuit Ad omnes, quia superiora quæ ad fidem dominicæ natiuitatis uel passionis pertinent, cum solis seorsum discipulis egit. Tunc autem nosmetipsos abnegamus, cum uitamus quod per ueritatem uocamur, & ad hoc nitimur quo per ueritatem uocamur. Dicit ergo ueritas, dicat, Si quis uult post me uenire, abneget seipsum. Quia nisi quis à semetipso desiciat, ad eum qui super ipsum est non adpropinquat: nec ualet adprehendere quod ultra ipsum est, si nescierit macerare quod est. Sed iam qui se à uitijs abnegat, exquirenda ei uirtutes sunt, in quibus crescat. Nam protinus adiungitur, Et tollat crucem suam quotidie & sequatur me. Duobus etenim modis crucis tollitur, cum aut per abstinentiam afficitur corpus, aut per compassionem proximi affligitur animus. Penes semus qualiter utroq; modo Paulus crucem suam tulerit, qui dicebat, Castigo corpus meum & in seruitutem redigo, ne forte alijs prædicās, ipse reprobus efficiat. Ecce in afflictione corporis audiuimus crucem carnis, nunc in compassione proximi audiamus crucem mentis. Ait, Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scadalizatur, & ego non uror? Sed in utraque crucis bauulatione notandum, quod hanc & quotidie tollere, & ea sumpta Dominum sequi iubemur. *Qui enim uoluerit animam suam saluam facere, perdet illam. Nam qui perdidit animam suam propter me, saluam faciet illam.* Sic dicitur fidei, qui uoluerit animam suam saluam facere, perdet eam, & qui perdidit animam suam propter me, saluam faciet eam: ac si agricola dicatur, frumentum si seruas perdis, si feminas renouas. Quis enim nesciat quod frumentum cum in semine mittitur perit ab oculis, in terra deficit: Sed unde putrescit in puluere, inde uiridescit in renouatione. Quia uero sancta ecclesia aliud tempus habet persecutionis atq; aliud pacis, redemptor noster ipsa eius tempora designauit in præceptis. Nam persecutionis tempore ponenda est anima, pacis autem tempore ea quæ amplius dominari possunt, frangenda sunt desideria terrena. Vnde & nunc dicitur, *Quid enim proficit homo si lucretur uniuersum mundum, se autem ipsum perdat, & detrimentum sui faciat?* Cum persecutio ab aduersarijs deest, ualde uigilantius cor custodiendum est. Nam pacis tempore quia licet uiuere, libet etiam ambire. Plerumq; autem labentia cuncta despicimus, sed tamen adhuc humanæ uerecundiæ usum præpedimur, ut rectitudinem quam seruamus in mente, non dum exprimere ualeamus in uoce. Sed huic quoq; uulneri congruum subiungitur medicamentum, cum dominus dicat, *Nam qui me erubuerit & meos sermones, hunc filius hominis erubescet cum uenerit in maiestate sua, & patris, & sanctorum angelorum.* Sed ecce nunc apud se homines dicunt, nos iam dominum & sermones eius non erubescimus, quia aperta eum uoce confitemur. Quibus ego respondeo, quod in hac plebe Christiana sunt nonnulli, qui Christum ideo confitentur, quia cunctos Christianos esse conspiciunt. Non ergo ad probationem fidei uox sufficit professio nis, quam defendit à uerecundia professio generalitatis. Est tamen ubi se quisq; interroget, ut in confessione Christi se ueraciter probet. Certe enim, persecutiōis tempore erubescere poterant fideles substitiis nudari, de dignitatibus desici, uerberibus affligi: pacis autē tempore quia

Crux tollitur dupliciter.

Animam perdere.

Pacis tempore uigilandum amplius.

Confitemur Christum uoce.

Fidei probatio.

dere quod ultra ipsum est, si nescierit macerare quod est. Sed iam qui se à uitijs abnegat, exquirenda ei uirtutes sunt, in quibus crescat. Nam protinus adiungitur, Et tollat crucem suam quotidie & sequatur me. Duobus etenim modis crucis tollitur, cum aut per abstinentiam afficitur corpus, aut per compassionem proximi affligitur animus. Penes semus qualiter utroq; modo Paulus crucem suam tulerit, qui dicebat, Castigo corpus meum & in seruitutem redigo, ne forte alijs prædicās, ipse reprobus efficiat. Ecce in afflictione corporis audiuimus crucem carnis, nunc in compassione proximi audiamus crucem mentis. Ait, Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scadalizatur, & ego non uror? Sed in utraque crucis bauulatione notandum, quod hanc & quotidie tollere, & ea sumpta Dominum sequi iubemur. *Qui enim uoluerit animam suam saluam facere, perdet illam. Nam qui perdidit animam suam propter me, saluam faciet illam.* Sic dicitur fidei, qui uoluerit animam suam saluam facere, perdet eam, & qui perdidit animam suam propter me, saluam faciet eam: ac si agricola dicatur, frumentum si seruas perdis, si feminas renouas. Quis enim nesciat quod frumentum cum in semine mittitur perit ab oculis, in terra deficit: Sed unde putrescit in puluere, inde uiridescit in renouatione. Quia uero sancta ecclesia aliud tempus habet persecutionis atq; aliud pacis, redemptor noster ipsa eius tempora designauit in præceptis. Nam persecutionis tempore ponenda est anima, pacis autem tempore ea quæ amplius dominari possunt, frangenda sunt desideria terrena. Vnde & nunc dicitur, *Quid enim proficit homo si lucretur uniuersum mundum, se autem ipsum perdat, & detrimentum sui faciat?* Cum persecutio ab aduersarijs deest, ualde uigilantius cor custodiendum est. Nam pacis tempore quia licet uiuere, libet etiam ambire. Plerumq; autem labentia cuncta despicimus, sed tamen adhuc humanæ uerecundiæ usum præpedimur, ut rectitudinem quam seruamus in mente, non dum exprimere ualeamus in uoce. Sed huic quoq; uulneri congruum subiungitur medicamentum, cum dominus dicat, *Nam qui me erubuerit & meos sermones, hunc filius hominis erubescet cum uenerit in maiestate sua, & patris, & sanctorum angelorum.* Sed ecce nunc apud se homines dicunt, nos iam dominum & sermones eius non erubescimus, quia aperta eum uoce confitemur. Quibus ego respondeo, quod in hac plebe Christiana sunt nonnulli, qui Christum ideo confitentur, quia cunctos Christianos esse conspiciunt. Non ergo ad probationem fidei uox sufficit professio nis, quam defendit à uerecundia professio generalitatis. Est tamen ubi se quisq; interroget, ut in confessione Christi se ueraciter probet. Certe enim, persecutiōis tempore erubescere poterant fideles substitiis nudari, de dignitatibus desici, uerberibus affligi: pacis autē tempore quia

Quid enim proficit homo si lucretur uniuersum mundum, se autem ipsum perdat, & detrimentum sui faciat? Cum persecutio ab aduersarijs deest, ualde uigilantius cor custodiendum est. Nam pacis tempore quia licet uiuere, libet etiam ambire. Plerumq; autem labentia cuncta despicimus, sed tamen adhuc humanæ uerecundiæ usum præpedimur, ut rectitudinem quam seruamus in mente, non dum exprimere ualeamus in uoce. Sed huic quoq; uulneri congruum subiungitur medicamentum, cum dominus dicat, *Nam qui me erubuerit & meos sermones, hunc filius hominis erubescet cum uenerit in maiestate sua, & patris, & sanctorum angelorum.* Sed ecce nunc apud se homines dicunt, nos iam dominum & sermones eius non erubescimus, quia aperta eum uoce confitemur. Quibus ego respondeo, quod in hac plebe Christiana sunt nonnulli, qui Christum ideo confitentur, quia cunctos Christianos esse conspiciunt. Non ergo ad probationem fidei uox sufficit professio nis, quam defendit à uerecundia professio generalitatis. Est tamen ubi se quisq; interroget, ut in confessione Christi se ueraciter probet. Certe enim, persecutiōis tempore erubescere poterant fideles substitiis nudari, de dignitatibus desici, uerberibus affligi: pacis autē tempore quia

à nostris persecutionibus defunt, est aliud ubi ostēdamur nobis. Veremur sepe à proximis de spici, dedignamur iniurias uerbi tolerare: si cōtingat iurgium fortasse cum proximo, erubescimus priores satisfacere. Cor quippe carnale dum huius uitæ gloriā quærīt, humilitatem respuit. Dico autem uobis uere, sunt aliqui hic stantes qui non gustabunt mortem donec uideant regnum dei.] Regnum dei hoc loco præfens Ecclesia uocatur, & quia nonnulli ex discipulis usque adeo in corpore uiuēturi erant, ut ecclesiam dei constructam conspicerent, & contra mundi huius gloriā erectam, cōsolatoria promissione nunc dicitur. Sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem donec uideant regnū Dei. Sed cum tanta dominus subeundę mortis præcepta ederet, quid necessarium fuit ut ad hanc subito promissionē ueniret, nisi quia discipulis rudibus etiam de præsentī uita aliquid promittendum fuit, ut possent robustius in futura solidari, quibus uidentium regnum dei promittit in terra, ut hoc ab eis fidelius in cælo præsumatur. Quod si regnum dei in hac sententia futuram in cælis beatitudinem uelimus accipere, & hoc quidam de adstantibus non post multos dies in monte uiderunt, scilicet ut manētis gaudiū contemplatione, tamen si raptim delibata, modestius instantia seculi trāseuntis aduersa tolerarēt. Decentissimo sane uerbo sanctos mortem gustare testatur, à quibus nimirum mors corporis libādo gustatur, uita animæ possidendo tenetur. Factum est autem post hæc uerba fere dies octo, & adsumpsit Petrum et Iacobum et Ioannem.] Octaua die dominus promissionem futuræ beatitudinis gloriæ discipulis manifestat, ut & ostēsa cælestis uitæ dulcedine, cunctorum qui hæc audire possint corda refoueat, & octonario dierum numero, uerum tēpore resurrectionis gaudiū doceat esse uenturum. Nam & ipse octaua die, id est post sextam sabbati qua crucem ascendit, & septimam sabbati qua in sepulchro quieuit, à mortuis resurrexit. Et nos post sex huius sæculi ætates in quibus pro domino pati & laborare gaudemus, & septimam quietis animarum, quæ interim in alia uita geritur, quasi octaua ætate resurgemus. Nam quod Mattheus dominum Marcusq; post sex dies transfiguratum dicunt, nec temporis ordine, nec mysterij ratione resultat. Quia & illi medios tantum ponunt dies, unde & absolute post sex dies factum dicunt: hic primum adiūgit & ultimum, ideoq; temperatius fere dies octo commemorat. Et illi post sex mundi ætates sanctis à labore quiescendum, hic uerò tempore octauo designat resurgendum. Vnde & pulchre sextus Psalmus Pro octaua scribitur, cuius initium est Domine ne in ira tua arguas me. Quia nimirum per sex ætates quibus operari licet, precibus est instandum, ne in octauo retributionis tempore, à iudice corripiamur irato. Quod & ipse do-

minus hoc loco uoluit nos ostēso suæ orationis exemplo docere, de quo subditur: Et ascendit in montem ut oraret.] In montem namq; oraturus & sic transfigurandus ascendit, ut ostēdat eos qui fructum resurrectionis expectant, qui regem in decore suo uiderē desiderant, mente in excelsis habitare, & continuis precibus in cūbere debere. Tres solummodo secum discipulos ducit, quia multi sunt uocati, pauci uerò electi. Et qui hic fidē qua imbuti sunt, sanctæ Trinitatis incorrupta mente seruauerint, illis eius æterna merentur uisione lætari. Et factum est dum oraret, species uultus eius altera, & uestitus eius albus resurgens.] Transfiguratus saluator non substantiā ueræ carnis amisit, sed gloriā futuræ uel suæ uel nostræ resurrectionis ostendit. Qui qualis tūc apostolis apparuit, talis post iudicium cunctis apparebit electis. Nam in ipso tempore iudicandi & bonis simul & malis, in forma seruī uidebitur, ut uidelicet impij quem spreuere, Iudæi quem negauere, milites quem crucifixe-re, Pilatus Herodesq; quem iudicauerē, queāt agnoscere iudicē. uestitus autem domini, sanctorum illius chorus accipitur, quem glorificans Apostolus ait: Quotquot ergo in Christo baptizati estis, Christū induistis. Qui uidelicet habitus domino in terris consistēte despectus, aliorumq; similis uidebatur, sed illi, montē petētenouo candore resulget: quia nūc filij dei sumus, & nondū apparuit quod erimus. Scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus, uidebimus enim eum sicuti est. Vnde bene Marcus hæc uestimenta describens ait, Qualia fullo super terram non potest candida facere. Nam quia ille hoc loco intelligendus est fullo, quem poenitens Psalmista precatur: Amplius laua me ab iniustitia mea, & à delicto meo munda me: nō potest suis fidelibus in terra dare claritatem quæ eos conseruata manet in cælis. Et ecce duo uiri loquebantur cum eo.] Erant autē Moses & Helias, quorum unum mortuum, alterum in cælis raptū legimus: nisi in maiestate cum domino, futuram omnium sanctorū gloriā significant, qui uidelicet tempore iudicij uel uiui in carne reperiendi, uel ab olim gustata morte resuscitandi pariter sunt cū illo regnaturi. Teste enim Apostolo, mortui qui in Christo sunt, resurgent primi, deinde nos qui uiuim⁹, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam domino in aera, & sic semper cum domino erimus. Aliter, Moses & Helias, id est legislator & prophetarum maximus, apparent & loquuntur cum Domino, ut ostēdat ipsum esse quem cuncta legis & Prophetiæ scripta promiserunt. Apparent autem non in infimis, sed in monte cum illo, quia soli qui mente superna petierint, maiestatem sanctæ scripturæ quæ in domino est adimpleta perspicient. Denique & Iudæi uidere Moses, sed ad Deum in montana subeuntem sequi non mererentur, Ad se quoq; reuersum

Regnum dei.

Regnum dei, aliter.

Octaua dies.

Octaua ætas. Euāgelist. Concord.

Psalmus 6. pro octaua.

Montem cur ascendit.

Ternarij ratio.

Transfiguratio. Iudicaturij forma.

uestitus domini.

Moses & Helias.

reuersum non sine uelamine uident. Heliam nouere, sed solus triumphum ascendens cum filijs prophetarum cōtemplatur Heliseus, quia multi passim scripturæ uerba legimus, sed quæ celsa in Christi mysterijs splēdeat, per pauci intelligimus. Et dicebant excessum eius quem completurus erat in Hierusalem.] Et usq; hodie lex & propheta quoscunq; in ueræ fidei cacumine repererint, dispensationis dominicæ mysterium mutuis uocibus docent. Petrus uerò & qui cum illo grauati erant somno, & euigilantes uiderunt maiestatem eius, & duos uiros qui stabant cum illo.] Non fortuito casu, sed mysterij ratione grauati erant somno discipuli, scilicet ut resurrectionis speciem post corporis quietem uiderent. Cuius excitati ad gloriā sancti, eo uerius maiestatem domini uidebunt, quo etiam suæ carnis in qua mortem uicerant, immortalitate gaudebunt. Tunc Moyses & Heliam speculabuntur in gloria, quia melius intelligent quomodo iota unum aut unum apex non præterierit à lege, nec dominus soluere legem uel prophetas, sed adimplere aduenit. Et factū est dum discederent ab illo, ait Petrus ad Iesum: Præceptor, bonum est nos hic esse, & faciamus tria tabernacula, unum tibi, & unum Moysi, & unum Heliae: nesciens quid diceret.] O quanta felicitas uisioni deitatis inter angelorū choros adesse perpetuo, si tantum transformata Christi humanitas, duorumq; societas sanctorum, ad punctum uisa delectet, ut eos ne discedant, etiā obsequio Petrus sistere uelit. Qui & si pro humana conditione nesciat quid dicat, insiti tamen sibi dat ardoris indicium. Nesciebat enim quid disceret, qui oblitus est regnum sanctis à domino nō in aliquo terrarum loco, sed in cælis esse promissum, se suosq; coapostolos mortali adhuc carne grauatos, immortalis uitæ statum subire non posse, & illo in sæculo domum manu factam non esse necessariam. Sed & usq; nunc imperitiæ notatur, quisque legi, prophetis, & euangelio tria tabernacula facere cupit, cū hæc nequaquam ualeat abinuiem separari, unum habentia tabernaculum, hoc est Ecclesiam dei. Hæc autem illo loquente facta est nubs, & obumbravit eos.] Qui materiale tabernaculum que situit, nubs accipit umbraculum, ut discat in resurrectione non tegmine domorū, sed spiritus sancti gloria sanctos esse protegendos. De qua Psalmista: Filij autem hominum in protectione alarum tuarū sperabunt. Et in Apocalypsi sua Ioannes: Et templū, inquit, non uidi in ea, dominus enim omnipotens, templum illius est & agnus. Et timuerunt intrātib⁹ illis in nubē, & uox facta est de nube dicens: Hic est filius meus dilectus, ipsum audite.] Humana fragilitas conspectū maioris gloriæ ferre non sustinet, ac toto animo & corpore contremiscens ad terram cadit. Quanto quis ampliora quæserit, tanto magis ad inferiora collabatur, si ignorauerit mēsuram suam. Vox sane de cælo patris loquentis auditur, quæ testi-

Lex & propheta de Christo.

Somno cur grauati.

Beatitudo cælestis.

Nubs anti que.

Apocalypsis.

Humana fragilitas.

Vox patris.

moniū perhibeat filio, & Petrum errore sublatō doceat ueritatē, immo in Petro cæteros apostolos. Hic est (ait) filius meus dilectus, huic faciendum est tabernaculum, huic obtemperandum. Hic est filius, illi serui sunt Moyses & Helias, debent & ipsi uobiscum in penetralibus cordis sui domino tabernaculū præparare. Et nota sicut domino in Iordane baptizato, sic & in monte clarificato, totius Trinitatis mysterium declarari, qui gloriā illius, quam in baptisma te cōfitemur, in resurrectione uidebimus. Nec frustra spiritus sanctus hic in lucida nube, illic apparet in colūba. Quia qui nunc simplici corde fidem quam percipit seruat, tunc lucē aperit uisionis quod crediderat contemplabitur, ipsaq; qua illustrabitur, in perpetuum gratia pretegetur. Et dum fieret uox, inuentus est Iesus solus.] Vbi cœpit filius designari, mox serui discipulorum, ne ad illos paterna uox emissa putaretur. Aliter. Cum fieret uox super filium, inuentus est ipse solus: quia cum manifestauerit se ipsum electis, erit deus omnia in omnibus, immo ipse cum suis, unus per omnia Christus, id est caput cum corpore splēdebit. Propter quem unitatem alibi dicebat: Et nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit, filius hominis qui est in cælo. Et ipsi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quicquam, ex his quæ uiderant.] Futuri regni premeditatio, & gloria triūphantis ostēsa fuerat in monte. Tacent ergo discipuli, & imperante domino nemini dicunt uisionem, donec filius hominis à mortuis resurgat, ne & incredibile sit pro rei magnitudine, & post tantam gloriā apud rudes animos sequens crux scandalum faciat. Factū est autē in sequenti die, descendētib⁹ illis de monte, occurrit illi turba multa, & ecce uir de turba exclamauit dicens, Magister obsecro te, respice in filium meum, unicus est mihi.] Loca rebus congruunt, in monte dominus orat, transformatur, discipulis arca sua maiestatis aperit, in inferiora descendēs turbæ occurru excipitur, miserorū fletu pulsatur. Surfum discipulis mysteria regni referat, deorsum turbis peccata in fidelitatis exprobrat. Surfum patris uocem his qui sequi se poterant pandit, deorsum spiritus malos, ab ijs qui uexbantur expellit. Qui etiam nunc pro qualitate meritorum alijs ascendere, alijs descendere non desinit. Nam terrenos adhuc & incipiētes quasi ima petens confortat, docet, castigat: perfectos autem quorum conuersatio in cælis est, subtilius extollendo glorificat, liberi de æternis instruit, & sæpe ea quæ à turbis ne audiri quidem ualeant, docet. Et ecce spiritus adprehendit illum, & subito clamat, & elidit & dissipat eum spuma, & uix discedit dilanians eum.] Dæmonia quum hunc quem descendens de monte Dominus sanauit, Mattheus lunaticum, Marcus surdum mutumq; describit. Significat autem eos de quibus scriptum est, Stultus ut luna mutatur, qui

Trinitatis declaratio.

Solus cur resurrexit.

Tacuerunt quare discipuli.

Cap. 39.

Locorum conuersio cum factis.

Dæmonia ci curatio. Lunaticus.

Muti. Surdi.

Curandi impotentia unde.

Dominiim patientia.

Demon cur exiturus sciat.

Increpet quem dominus.

Cap. 4o.

Vos.

Ignorant ob amore discipuli.

qui nunquam in eodem statu permanentes, nunc ad haec, nunc ad illa vitia mutati, crescunt atque decrescunt, muti non confitendo fidem, surdi necipsum aliquatenus fidei audiendo sermonem. *Et rogauit discipulos tuos ut eijceret illum, & non potuerunt.* Latenter hoc dicto accusat apostolos, cum impossibilitas curandi interdum non ad imbecillitatem curantium, sed ad eorum qui curandi sunt fidem referatur, dicente domino, *Fiat tibi secundum fidem tua.* Respondens autem Iesus dixit, *O generatio infidelis & peruersa, usquequo ero apud uos & patiar uos?* Non quod taedio superatus sit mansuetus ac mitis, qui non aperuit, sicut agnus coram tondente, os suum, nec in uerba furoris erupit; sed quia in similitudinem medici si aegrotum uideat contra sua praecpta se gere re, dicat, usquequo accedem ad domum tuam? quousque artis perdam industriam, me aliud iur bente & te aliud perpetrante? In tantum autem non est iratus homini sed uitio, & per unum hominem ludcos arguit infidelitatis, ut statim intulerit: *Adhuc filium tuum. Et cum accederet, elisit illum demonium, & dissipauit.* Appropinquante enim Iesu puerum elidit demon & dissipat, quia saepe conuersi ad deum post peccata, maioribus nouisq; antiqui hostis pulsamur insidiis, agentis uidelicet, ut uel odium uirtutis incutiat, uel expulsiouis suae uindictet iniuriam. Vnde est (ut de specie transeamus ad genus) quod ecclesiae primordij tot grauissima intulit certamina, quod suo regno doluit subito illata dispendia. *Et increpauit Iesus spiritum immundum, & sanauit puerum, & reddidit illum patri eius.* Non puerum qui uim patiebatur, sed demonium qui inferebat, increpat, quia qui peccantem emendare desiderat, uitium utiq; arguendo & odien do depellere, sed hominem debet amando refovere, donec sanatum spiritalibus ecclesiae possit reddere patribus.

Omnibusq; mirantibus in omnibus quae faciebat, dixit ad discipulos suos: *Ponite uos in cordibus uestris sermones istos. Filius enim hominis, futurum est ut tradatur in manus hominum.* Inter magnalia diuinae potentiae crebrius inculcat & replicat humanae passionis abiectione, uenirens terreat, sed praemeditata mente feratur. Sane quod ait, *Ponite uos: expressius, & uiuacius legendum.* Vos, qui meo discipulatu familiariter adhaeretis, qui bus incerta & occulta sapientiae meae manifesti us aperui, caeteris diuina tantum facta mirantibus, sanguinis quoque preciosi, quo mundus est redimendus, euentum mente recondite.

At illi ignorabant uerbum istud. Haec ignorantia discipulorum, non tam de tarditate quam de amore pronascitur, qui carnales adhuc, & mysterij crucis, ignari, quem deum uerum cognouerunt, moriturum credere nequieuerunt. Et quia per figuram in sepe loquentem audire solebant, etiam quae de sui traditione loquebatur, figurate aliud significare putabant. *Intrauit autem cogi-*

tatio in eo, quis eorum maior esset. Quia uiderant Petrum, Iacobum & Ioannem seorsum ductos in montem, secretumq; eis sibi aliquod esse creditum, sed & Petro superius clauis regni caelorum promissas, ecclesiamq; super eum aedificandam, ratifunt uel ipsos tres caeteris uel omnibus apostolis Petrum esse praetatum. Sunt qui putant, hanc cogitationem discipulis ex eo motam, quod Dominus iuxta Matthaeum, staterem de ore piscis sumptum, his qui tributa exigebant, pro se & Petro, quasi caeteris eminentiore dederit, utpote qui ipsi Domino sit in tributis redditione comparatus. Sed diligens lector, hac inter eos quaestionem, & ante didrachma redditum, inueniet fuisse uersatam. Denique Matthaeus hoc in Capharnaum memorat esse gestum. *Dicit autem Marcus: Et uenerunt Capharnaum, qui cum domi essent, interrogabat eos, Quid in uia tractabatis: at illi tacebant. Siquidem inter se in uia disputauerunt, quis esset illorum maior. Veru siue hac, siue illa, siue utraq; fuerint occasione commoniti, uidens Iesus cogitationes eorum, & causas errorum intelligens, uult desiderium gloriae humilitatis contentione sanare.*

Adprehendens, inquit, puerum, statuit eum secus se, & ait illis: Quicumque susceperit puerum istum in nomine meo, me recipit. Vel simpliciter pauperes Christi ab his qui uelint esse maiores, pro eius docet honore suscipiendos, uel certe malitia paruulos ipsos esse suadet, ut instar innocentiae pueris simplicitatem sine adrogantia, charitatem sine inuidia, deuotionem sine iracundia conferuent. Vnde bene cum diceret, *Quicumque susceperit puerum istum, addidit, In nomine meo.* Ut uidelicet forma uirtutis, quam natura duce puer obseruat, ipsi pro nomine Christi, iuuante rationis industria sequantur. Sed quia se in puero suscipi docebat, uidelicet quia & ipse puer natus est nobis, ne putaretur hoc esse solum quod uidebatur, adiunxit atq; ait: *Et quicumque me recipit, recipit eum qui me misit.* Talem se utiq; ac tantum credi uolens, qualis & quantus est pater. Vsq; adeo enim nihil distat (inquit) inter eum & me, & qui me recipit, recipiat eum qui misit me. Respondens autem Ioannes, dixit: *Praeceptor, uidi mus quendam in nomine tuo eijcientem demonia, & prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum.* Ioannes praecipua deuotione dominum amans, ideoq; redamari dignus, excludendum beneficio putauit eum qui non utatur obsequio. Sed docetur, neminem a bono quod ex parte habet arcendum, sed ad hoc potius quod nondum habet esse prouocandum. *Et ait ad illum Iesus: Nolite prohibere, qui enim non est aduersum uos, pro uobis est.* Hac doctus sententia dicit Apostolus. Sed siue occasio ne siue ueritate Christus adnuncietur, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Sed licet ille gaudeat etiam de his qui Christum adnunciant non syn cere, & tales aliquando in nomine Christi signa facientes, ob aliorum salutem censeantur non esse

De contentione discipulorum, de maiori tate.

Paruuli malitia. In nomine domini.

Patrie qualis filius.

Ioannis zelus.

60

In malis quid desiderandum.

Cap. 41.

Crucifixum insensare iridentes.

Samaritani.

Mors non timenda.

Peccata tamen in quibusdam puniunt.

Heliae facinus.

Vindictae aeres, sed rarae.

Ananiae mors.

non esse prohibendi, non tamen ipsis per talia signa secura sua conscientia redditur. Quin potius in illa die cum dixerint, Domine domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in tuo nomine demonia eiecimus, & in tuo nomine uirtutes multas fecimus? responsum accipient, quia nunquam noui uos, discedite a me qui operamini iniquitatem. Itaq; in haereticis & malis catholicis non sacramenta communia, in nobiscum sunt, & aduersum nos non sunt, sed diuisionem paci ueritatisq; contrariam, qua aduersum nos non sunt, & dominum non sequuntur nobiscum, deserant & prohibere debemus.

Factum est autem cum complerentur dies assumptionis eius, & ipse faciem suam firmavit ut iret Hierusalem. Diem assumptionis, tempus passionis dicit, quo imminente pedetentim Hierosolymis aduehitur. Cessent ergo pagani quasi hominem irridere crucifixum, quem & tempus suae crucifixionis constat quasi Deum prauidisse, & quasi sponte crucifigendum locum, quo crucifigendus erat firmata facie, id est obstinata atq; imperterrita mente petisse. *Et non receperunt eum, quia facies eius erat euntis Hierusalem.* Quia Hierusalem ire conspiciunt Samaritae, dominum non recipiunt. Non enim couruntur Iudei Samaritanis, ut Euangelista Ioannes ostendit. *Cum uisissent autem discipuli eius Iacobus & Ioannes dixerunt, Domine uis dicimus ut ignis descendat de caelo & consummat illos? Et conuersus increpauit illos & dixit, Nescitis cuius spiritus estis? Magni & sancti uiri, qui iam optime scirent mortem istam quae animam dissoluit a corpore non esse formidandam, secundum eorum tamen animum qui illam timerent nonnulla peccata morte punirentur, quo & uiuentibus utilitas metus incuteretur, & illis qui morte puniebantur, non ipsa mors noceret, sed peccatum, quod augeri posse si uiuerent, non temere illi iudicabat, quibus tale iudicium donauerat deus.*

Inde est quod Helias multos morte affecit, & propria manu, & igne diuinitus impetrato. In cuius exemplum, cum uoluissent Apostoli petere de caelo ignem ad consumendum eos, qui sibi hospitium non praebent, reprehendit in eis dominus non exemplum prophetae sancti, sed ignorantiam uindicandi quae adhuc erat in rudibus, animaduertens eos non amore correptionem, sed odio desiderare uindictam. Itaq; postea quae eos docuit quid esset diligere proximum tanquam seipsum, infuso etiam spiritu sancto, non defuerunt tales uindictae, quamuis multo rariis quam in ueteri testamento. Ibi enim ex maiore parte ferientes timore praemebantur, hic autem maxime dilectione liberi nutriebantur. Nam & uerbis apostoli Petri Ananias & uxor eius exanimis ceciderunt, nec resuscitati sunt, sed sepulti, & Paulus dicit de quodam peccatore, *Quem tradidi satanae in interitum carnis, ut anima salua sit.* *Filius hominis non uenit animas perdere, sed saluare.* Et uos ergo, inquit,

60

60

60

60

cuius spiritu signati estis, eius & acta sectamini, nunc pie consulentes, sed in furore iuste iudicantes. *Factum est autem ambulanti illis in uia, dixit quidam ad illum, Sequar te quocumq; ieris, & caetera.* Miranda simul & tremenda fuit dispensatio secreta iudicij, Samaritae dominum recipere petuntur, nolentescq; feriri prohibentur. Iste sequi se spondet & remouetur, alter primo patrem sepepire desiderat, & ad euangelizandum cogitur. Alius dominum secuturus hoc, ipsum domini renunciare cupit, nec permittitur. Quidam Christum non sequens, in Christi nomine uirtutes operatur, & non prohiberi iubetur. Sed in his singulis illud nobis Apostoli dicendum, O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiae eius. Et cum Samuele: *Homino uidet ea quae parent, dominus autem intuetur cor.* *Et ait illis Iesus, Vulpes foveas habent, & uolucres caeli nidus, filius autem hominis non habet ubi caput reclinet.* Ex Domini uerbis ostenditur, hunc quod obsequium promittit ob hoc repudiatum, quod signorum uidens magnitudinem, sequi uoluerit saluatorem, ut lucra ex operum miraculis quaereret, hoc idem desiderans quod & Simon Magus a Petro emere uoluerat. Talis ergo fides iuste sententia Domini condemnatur, & dicitur ei, *Quid me propter diuitias & saeculi lucra cupis sequi, cum tanta sim paupertatis, ut ne hospitium quidem habeam, & non meo utar teo? Aliter, intelligitur miraculis Domini commotus propter inanem iactantiam eum sequi uoluisse, quam significant aures. Finxisse autem discipuli obsequium, quae fictio uulpium nomine significata est. Reclinatione uero capitis, humilitatem suam significauit, quae in illo simulatore ac superbo non habebat locum. Ait autem ad alterum, *Sequere me. Ille autem dixit, Domine, per mitte mibi primum ire, & sepelire patrem meum.* Non discipulatum respuit, sed expleta primum paterni funeris pietate, liberior hunc adsequi desiderat, dignus per omnia in quo filius hominis caput reclinet, hoc est in cuius humili pectore diuinitas familiari quadam mansione quiescat. Dixitq; ei Iesus, *Sine ut mortui sepeliant mortuos suos, tu autem uade annuncia regnum dei.* Notandum in hac sententia, quia aliquando in actionibus nostris minora bona praetermittenda sunt pro utilitate maiorum. Nam quis ignoret esse boni operis meritum, mortuum sepelire? & tamen ei qui ad sepeliendum patrem se dimitti poposcerat, dictum est, *Sine ut mortui sepeliant mortuos suos, tu autem uade annuncia regnum dei.* Postponendum namq; erat obsequium huius ministerij officio praedicationis. Quia illo carne mortuos in terram cederet, isto autem anima mortuos ad uitam suscitaret. Quomodo autem mortui mortuos sepelire queunt, nisi gemina intel ligas mortem: unam naturam, alteram culpam: unam qua anima a carne, alteram qua deus separatur*

Iudicia dei abyssus multa.

Pauperes domini.

Aures. Vulpes.

Bona minor pro maioribus praetermittenda.

Praedicationis praestantia.

ab anima. Siue mortuos, non credentes dicit. Mortuos suos autem, qui nihilominus sine fide, de corpore exirent. Et ait alter: Sequar te domine, sed primum permittite mihi renunciare ijs qui domi sunt.] Si secuturus dominum discipulus quia uel hoc domi renuciare uelit arguitur, quid fiet illis, qui nulla utilitatis, nulla fidei edificandę gratia, sapius suorū quos in mūdo reliquere domus reuifere nō timent? Et ait ad illū Iesus: Nemo mittēs manum in aratrum & aspiciens retro, aptus est regno dei.] Manum cuiuslibet in aratrum mittere est, quasi quodam compunctionis instrumento, ligno & ferro dominicę Pafionis duritiem sui cordis adterere, atq; ad proferendos operum bonorum fructus aperire. Quam si quis excolere incipiens cum uxore Loth ad ea quę relique ratuitia respicere delectatur, futuri iam regni munere priuatur.

CAPVT DECIMVM.



ost hęc autem designauit dominus & alios septuaginta duos.] Sicut duodecim apostolos formam episcoporum exhibere simul & pręmonstrare nemo est qui dubitet, sic & hos septuaginta duos figuram presbyterorum, id est, secundi ordinis sacerdotum gessisse sciendum est. Tamen si primis Ecclesię temporibus, ut Apostolica scriptura testis est, utriq; presbyteri, utriq; uocabantur episcopi. Quorum unum sapientię maturitatem, alterum industriam curę pastoralis significat. Bene autem septuaginta duo mittuntur. Siue quia totidem mundi gentibus euangelium prędicandum erat, ut quomodo duodecim tribus Israel, ita & hi propter exterar gētes destinarentur imbuēdas. Seu quod ipso prędicantium numero totus orbis per Euangelium summę & indiuiduę Trinitatis illustrandus intinabatur. Sicut solem hunc constat triduanum suę lucis ambitum mundo per septuaginta duas horas adflare solitū. Nam & dominus ipse se diem, suos uero apostolos horas appellat: dicens, Nonne duodecim horę sunt diei: si quis ambulauerit in die, non offendit. Et in Psalmis pręcipitur bene: Nunciare diem de die salutare eius, hoc est lumen de lumine, deum uerum de deo uero. Sed & multis sanctę scripturę locis per tres dies mysterium Trinitatis ostenditur, pręcipue quia dominus terra die resurrexit a mortuis. Sed & in ueteri testamento populus ad montem Sinai perueniens die tertia legem accepit. Idem fluuium Iordanem quo baptisimi gratia commendata est, tertia quam adierat die, transtuit. Et misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum quo erat ipse uenturus.] Quia duo sunt pręcepta charitatis, dei uidelicet amor & proximi, & minus quam inter duos haberi charitas non potest (nemo enim proprie ad seipsum habere charitatem dicitur, sed dilectione se in alterum tendit, ut esse charitas possit) binos ad prędicandum discipu-

Sequendi dominum excusatio nulla.

Manum in aratrum mittere.

Cap. 42.

Apostoli episcoporum

Discipuli curatorum primi. Septuaginta duo.

Horę apostoli.

Trinitas.

Bini curruntur.

Ios dominus mittit, quatenus hoc nobis tacitus innuat, quia qui charitatem erga alterum non habet, prędicationis officium suscipere nullatenus debet. Bene autem dicitur, quod misit eos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum quo erat ipse uenturus. Prędicatores enim suos dominus sequitur, quia prędicatio pręuenit, & tunc ad mentis nostrę habitaculum dominus uenit. Verba exhortationis pręcurrunt, atque per hęc ueritas in mente suscipitur. Et dicebat illis: Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo dominum messis ut mittat operarios in messem suam.] Messis multa, populorum significat multitudinem. Operarij pauci, penuriā magistrorum. Isti sunt operarij de quibus Psalmista loquitur: Qui seminant in lachrymis, in gaudio metent. Euntes ibant & flebant portantes semina sua. Venientes autem ueniet in exultatio portantes manipulos suos. Et ut apertius loquar, messis multa omnis turba credentium est. Operarij pauci, apostoli, & imitatores eorum, qui mittuntur ad messem. Ite, ecce ego mitto uos sicut agnos inter lupos.] Lupos scribas & pharisęos uocat, qui sunt clerici Iudęorum. Nolite portare sacculum, neq; peram, neque calciamenta, & neminem per uiam salutaueritis.] Tanta prędicatori debet in Deo esse fiducia, ut presentis uitę sumptus, quamuis non pręuideat, tamen sibi hos non deesse certissime sciat. Nondum mens eius occupatur ad temporalia, minus alijs pręuideat aeterna. Cui etiam per uiam neminem salutare conceditur, ut sub quanta festinatione iter prędicationis pergere debeat, ostēdatur. Quę si quis uerba etiam per allegoriam uelintelligi, in sacculo pecunia clausa est. Pecunia uero clausa est sapientia occulta. Qui igitur sapientię uerbum habet, sed hoc erogare proximo negligit, quasi pecuniam in sacculo ligatam tenet. Et scriptum est: Sapientia abscondita, & thesaurus absconditus, quę utilitas in utrisq;: Quid uero per peram, nisi opera seculi? Et quid hoc loco per calciamenta, nisi mortuorum operum exēpla signantur? Qui igitur officium prędicationis suscipit, dignum non est ut onus secularium negotiorum portet, ne dum hoc eius colla deprimat, ad prędicanda celestia non adsurgat. Nec debet stultorum operum exempla cōspicere, ne sua opera, quasi ex mortuis pellibus, credat munire. Omnis uero qui salutat in uia, ex occasione salutat itineris, non ex studio obtinendę eiusdem salutis. Qui igitur non amore aeternę patrię sed pręmiorum ambitu, salutem audientibus prędicat, quasi in itinere salutat: quia ex occasione, & non ex intentione, salutem audientibus exoptat. In quacumq; domum intraueritis, primum dicit: Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescat super illa pax uestra. Sin autem, ad uos reuertetur.] Pax quę ab ore prędicatoris offertur, aut requiescit in domo, si in ea fuerit filius pacis, aut ad eundem prędicatorem reuertitur: quia aut erit quisq; prędestinatus ad

Ante dominum curruntur missi.

Messis multa, operarij pauci.

Lupi.

Prędicatoris fiducia.

Salutare curruntur.

Salutare in uia.

Pax.

tus ad uitam, & celestis uerbum sequitur quod audit, aut si nullus audire uoluerit, ipse prędicator sine fructu non erit, quia ad eum pax reuertitur, quoniam ei a Domino pro labore sui operis recompenfatur. Ecce autē qui peram & sacculum portare prohibuit, sumptus & alimenta ex eadem prędicatione concedit. Nam sequitur: In eadem autem domo manete, edentes & bibentes quę apud illos sunt.] Si pax nostra recipitur, dignum est ut in eadem domo maneamus, edentes & bibentes quę apud illos sunt: ut ab eis terrena stipendia cōsequamur, quibus pręmia patrię celestis offerimus. Vnde etiam Paulus pro minimo hęc ipsa suscipiens, dicit: Si nos uobis spiritalia seminauimus, magnum est si uestra carnalia metamus? Et notandum quod subditur: Dignus est enim operarius mercede sua.] Quia iam de mercede sunt operis, ipsa alimenta sustentationis ut hic merces de labore prędicationis inchoetur, quę illic de ueritatis uisione perficitur. Quia in re considerandum est, quod uni nostro operi duę mercedes debentur, una in uia, altera in patria: una quę nos in labore sustentat, alia quę nos in resurrectione remunerat. Et in quacumq; ciuitate intraueritis & susceperint uos, manducate quę apponuntur uobis &c.] Descripto diuerse domus hospitio, quod etiam in ciuitatibus agere debent, docet, pijs uidelicet in omnibus communitate, ab impiorum uero per omnia societate secerni. In quacumq; ciuitate intraueritis, & non receperint uos, exeuntes in plateas eius dicit, Etiam puluerem qui adhesit nobis de ciuitate uestra, extergimus in uos.] Aut ad contestationem laboris terreni, quem pro illis inaniter suscepissent, aut ut ostenderet usq; adeo se ab ipsis nihil terrenum querere, ut etiam puluerem de terra eorum non sibi paterentur adharere. Aliter. Pedes discipulorum ipsum opus incessumq; prędicationis significat. Puluis uero quo asperguntur, terrenę leuitas est cogitationis, a qua ipsi etiam summi doctores immune esse nequeunt, cum pro auditoribus sollicitis salubribus curis incessanter intendunt, & quasi per itinera mundi uix calcaneo terree puluerem legunt. Qui ergo receperint uerbum, ipsi afflictiones curasq; doctorum, quas pro se tolerabant, in argumentum sibi uertunt humilitatis. Qui uero spreuerint doctrinā, florentium sibi labores & pericula tediumq; solitudinum ad testimonium damnationis inflectunt. Et ipse est puluis, qui in Euangelij contemptores extergi, & a quo per bonos auditores Euangelistarum iubentur pedes ablui, immo per ipsum saluatorem narrantur abluti. Dico autē uobis, quia Sodomis in die illa remissus erit quam illi ciuitati.] Sodomita quidem inter tot carnis animarq; flagitia, quibus insatiabiliter ardebāt, inhospitales quoq; Iezechiele attestante fuerunt, sed nulli apud eos tales hospites, quales apud Iudęos prophete, quales Apostoli reperti sunt. Et Loth quidem aspectu & auditu iustus

Merces operariorū.

Merces duplex unum operi.

Puluerem excutere. Pedes.

Puluis.

Sodomitarū flagitia.

erat, non aliquid tamen docuisse, nulla ibi fecit, se signa perhibetur. Atq; ideo cui multum datum est, multū quaeretur ab eo, potentesq; potenter tormenta patientur. Vae tibi Corozaim, uae tibi Bethsaida.] Corozaim, Bethsaida, & Capharnaum, Tiberias quoq; quam Ioannes nominat, ciuitates sunt Galilęe, sitę in litore lacu Genesareth, qui Iordane fluente efficitur, & ab euangelistis etiam mare Galilęe, uel mare Tiberiadis appellatur. Plangit ergo dominus ciuitates, quę post tanta miracula atq; uirtutes non penituerint. Peioresq; gentilibus, qui naturale solummodo ius dissipabant, post descriptę legis contemptum, filium quoq; dei conculcare, gratiamq; ingratis spernere non timuerunt. Quia si in Tyro & Sidone factę fuissent uirtutes, quę in uobis factę sunt, olim in cilicio & cinere se dentes penitenterent.] Impletū uidemus hodie dictum saluatoris, quia scilicet Corozaim & Bethsaida pręsente Domino credere noluerunt, Tyrus autem ac Sidon, & quondam Dauid ac Salomon amicę fuerent, & post euangelizantibus Christi credidit discipulis. Tantaq; fidem deuotione susceperunt, ut Paulum Apostolum Tyro abeuntem cum ceteris ciues cum uxoribus & filijs usq; foras ciuitatē prosequerentur, pulcherrimoq; spectaculo tanta hominum multitudo paucissimos hospites, sed Christi pro fide clarissimos, ad naues usque ualefactura deduceret. Sed quare non olim his qui credere potuerunt, uerum Iudęis qui credere noluerunt, sit Euangelizatum: ipsius est scire, cuius uniuersę uia, misericordia & ueritas. Sane quod Dominus ait, In cilicio & cinere se dentes penitenterent. In cilicio, quod de pilis carprum contextitur, asperam peccati pungentis memoriā, qua in die iudicij sinistra pars est induenda, significat. In cinere autē, mortis considerationem, per quam tota humani generis massa in puluerem est redigenda, demonstrat. Porro in sessione, humiliationem proprię conscientię designat. De qua Psalmista: Surgite postquam sederitis: quod est dicere, Humiliamini sub potēti manu dei, ut uos exalter in tempore uisitationis. Et tu Capharnaum usq; in cælum exaltata, usq; ad infernum demergeris.] Duplex in hac sententia sensus est. Vel ideo ad infernum demergeris, quia contra prędicationem meam superbisime restitisti. Vel ideo, quia exaltata es usq; ad cælum meo hospitio, ex meis signis atq; uirtutibus tantum habens priuilegium, maioribus plecteris supplicijs, quam his quoq; credere noluisse. Et ne quis putaret hanc increpationem illis tantummodo ciuitatibus uel personis, quę dominum in carne uidentes spernabant, & non omnibus, qui hodieq; Euangelij uerba despiciunt, conuenire, consequenter adiunxit, dicens: Qui uos audit, me audit, & qui uos spernit, me spernit.] Ut in audiendo quisq; uel spernando Euangelij prędicatorem, non uiles quasq; personas, sed Dominum saluatorem, immo ipsum pa-

Corozaim

Lacus Genesareth.

Tyros & Sidon.

Euangelizatum cur non creditur &c.

Cilicium.

Cinis.

Sedere.

Capharnaum cur demergetur.

Euangelizatum & pretiores.

erem spernere se, uel audire disceret. Nam se qui tur: Qui autem me spernit, spernit eum qui me misit.] Quia proculdubio in discipulo magister auditur, & in filio pater honoratur. Potest & ita intelligi, Qui uos spernit, me spernit, Qui non facit misericordiam uni de fratribus meis minimis, nec mihi facit, quia & ipse pro his formam serui & pauperis habitum suscepit. Qui autem me spernit, nolens credere deum, & filium dei conculcans, spernit eum qui me misit, quia ego & pater unum sumus. Reuersi sunt autem septuaginta duo cum gaudio, dicentes: Domine, etiam demonia subiciuntur nobis in nomine tuo.] Bene quidem confessi sunt, deferentes honorem nomini Christi, sed quia infirma adhuc fide gaudebant in uirtutibus, uide quid audiunt. Et ait illis, Videbam Satana, sicut fulgur de caelo cadentem.] Non modo uideo, sed prius uidebam quando corruit. Quod autem ait: Sicut fulgur, uel praecipitem de supernis ad ima lapsum significat, uel quia defectus, ad huc transfiguratur se in angelum lucis. Quia ergo discipulos de signorum operatione uidit elatos, exemplo eos terret, atque ad humanitatem reuocat eius, qui primus superbiendo cecidit, ut qui hunc ob superbiam de caelo recordarentur eiecimus, multo magis se de terra editos, si superbiuerint, humiliandos agnoscant. Ecce dedi uobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & supra omnem uirtutem inimici, & nihil uobis nocebit.] Hoc est, omne genus immundorum spirituum de obsessis corporibus eiciendi. Quamuis & ad litteram rectissime possit accipi. Siquidem & Paulus a uiperis inuasus, nil aduersi patitur. Et Ioannes, ut historia tradit, hausto ueneno non laeditur. Hoc sane inter serpentes, qui dente, & scorpiones, qui cauda nocent, distare arbitror, quod serpentes aperte saeuientes, scorpiones clanculo insidiantes, uel homines uel demones significant. Serpentes, qui inchoandis uirtutibus uenena prauae persuasionis obijciunt. Scorpiones, qui consummatas uirtutes ad finem uitare contendunt. Verum tamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus uobis subijciuntur.] De subiectione spirituum, cum caro sint, gaudere prohibetur, quia spiritus eicere, sicut & uirtutes alias facere, interdum non est eius meriti qui operatur, sed inuocatio nominis Christi hoc agit, ad condemnationem eorum qui inuocant, uel ob utilitatem eorum qui uident & audiunt, conceditur, ut licet homines despiciant signa facientes, tamen deum honorent, ad cuius inuocationem fiant tanta miracula. Nam & in Actibus apostolorum filij Sceuae uidebantur eicere demones, & Iudas Apostolus cum animo proditoris multa signa inter ceteros Apostolos fecisse narratur. Gaudete autem quod nomina uestra scripta sunt in caelis.] Si Satanas (inquit) per superbiam, caeli sedem cum socijs amisit, non oportet uos de illorum humiliatione, sed de uestra sublimitatione gaudere, quatenus unde illi ruere subleuati,

Vidit satanam cadentem.

Serpentes calcare.

Serpentes Scorpj.

Miracula per malos.

uos humiles ascendatis. Non autem pueriliter sapiendum, quasi deus ad remedium obliuionis bonos in caelis, malos scribat in terris, dicit Hieremia: Vniuersi qui derelinquunt te, confundantur recedentes, in terra scribantur. Sed salubriter intelligendum, quod siue caelestia seu terrestria quis opera gesserit, per haec quasi literis adnotatus apud dei memoriam sit aeternaliter adfixus.

In ipsa hora exultauit spiritu sancto, & dixit: Confiteor tibi pater domine caeli & terrae.] Confessio non semper poenitentiam, sed & gratiarum actionem significat, ut in Psalmis saepissime legimus. Audiunt qui saluatorem non natum, sed creatum calumniantur, quod patrem suum uocet caeli & terrae dominum. Si enim & ipse creatura est, & creatura conditor sui patrem appellare potest, stultum fuit non & suum & caeli & terrae dominum uel patrem similiter appellare.

Quod abscondisti haec a sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.] Gratias agit, exultat in patre, quod apostolis aduentus sui aperuerit sacramenta, quae ignorauerint Scribae & Pharisei, qui sibi sapientes uidentur, & in conspectu suo prudentes iustificata sapientia a filijs suis. Vbi pulchre sapientibus & prudentibus non insipientes & hebetes, sed paruulos id est humiles opposuit, ut probaret se tumorem damnasse, non acumen. Quia haec est clauis de qua alibi dicit: Tuli stis clauem scientiae, hoc est humilitatem fidei Christi, qua ad diuinitatis eius agnitionem peruenire poteratis, spernentes abijcere maluistis.

Etiam pater quia sic placuit ante te.] His domini uerbis exempla humilitatis accipimus, ne temere discutere luperna consilia de aliorum uocatione, aliorum uero repulsioue praesumamus. Cum enim intulisset utrumque, non mox rationem reddidit, sed si Deo placitum dixit. Hoc uidelicet ostendens, quia iniustum esse non potest quod placuit iusto. Vnde & in uinea mercedem laborantibus reddens, cum quosdam operarios inaequales in opere aequaret in praemio, & plus in mercede quaereret qui labori amplius insudasset, ait: Nonne ex denario conuenisti mecum? Volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi. Aut non licet mihi quod uolo facere? In cunctis ergo quae exterius disponuntur, aperta causa rationis est occultae iustitiae uoluntatis. Omnia mihi tradita sunt a patre meo.] Cum Omnia, legis, omni potentem agnoscis, non decolorum, non degenerem patris. Cum tradita legis, filium confiteris, cui per naturam omnia unius substantiae iure sunt propria, non dono collata per gratiam. Omnia autem quae sibi tradita dicit, non mundi elementa, quae ipse creauit, intelligenda sunt, sed hi quibus paruulis spiritu sacramenta filij pater reuelauit, & de quorum salute idem filius cum haec loqueretur spiritu sancto exulta uit. De quibus omnibus alias dicit: Omne quod

dat mihi pater, ad me ueniet. Et nemo scit qui sit filius

Nomina scribi in caelis.

Cap. 43. Confessio.

Arrianos notat.

Clauis scientiae.

Sapientiam sobrietatis.

Placuit sic

Arrium notat.

Filius patri equalis.

Filius quo modo nesciat. filius nisi pater, & qui sit pater nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare.] Non ita intelligendum est quasi filius a nullo possit sciri nisi a patre solo, pater autem non solum a filio, sed ab eis etiam quibus reuelauerit filius, sed ad utrumque referendum est quod ait, Et cui uoluerit filius reuelare, ut & patrem intelligamus & ipsum filium per filium reuelari. Et conuersus ad discipulos suos dixit: Beati oculi qui uident quae uidentur, & non uident, & audire quae audiuntur, & non audierunt.] Abrahama exultauit ut uideret diem Christi, & uidit, & gauisus est, Esaias quoque, & Michas, multi alij prophetae uiderunt gloriam domini, qui & propterea uidentes sunt appellati. Sed hi omnes a longe aspicientes & saluantes per speculum & in aenigmate uiderunt, Apostoli autem impraesentiarum habentes dominum conuescentem ei, & quaecumque uoluissent interrogando discentes, nequaquam per angelos aut uarias uisionum species opus habebant doceri. Quos uero Lucas multos prophetas & reges dicit, Matthaeus apertius prophetas & iustos appellat. Ipsi sunt enim reges magni, quia tentationum suarum motibus non consentiendo succumbere, sed regedo praesse nouerunt.

Videntes cur dicit prophetae.

Reges, iusti.

Cap. 44.

Legisperitus tentat dominum.

Iter uitae.

Inanis gloriae captio nes.

Et ecce quidam legisperitus surrexit, tentans eum & dicens: Magister quid faciendo uitam aeternam possidebo? Legisperitus qui de uita aeterna dominum tentans in interrogat, occasionem ut reor tentandi de ipsis domini sermonibus sumpsit, ubi ait, Gaudete autem, quod nomina uestra scripta sunt in caelis. Sed ipsa sua tentatione declarat, quam uera sit illa domini confessio, qua patri loquitur: Quod abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. A ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? Quomodo legis? Ille respondens, dixit: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus uiribus tuis, & ex omni mente tua, & proximum tuum sicut teipsum.] Dum legisperito respondet, perfectum nobis Saluator iter uitae caelestis ostendit. Cui primo de dilectione Dei & proximi legis scripta proponenti dicit: Recte respondisti. Hoc fac, & uiues.] Deinde post inductam parabolam respondenti illum fuisse proximum uulnerato, qui fecit misericordiam in illum, adijcit: Vade & tu fac similititer. id est, tali misericordiae studio proximum tuum necesse habentem diligere & sustentare memento. Apertissime declarans solam esse dilectionem, & ipsam non uerbo tenus ostentatam, sed operis executione probatam, quae perpetuam ducat ad uitam. Ille autem uolens iustificare seipsum, dixit ad Iesum, Et quis est meus proximus? Quanta inanis gloriae dementia! Legisperitus

obuulgi fauorem captandum, quo sapienter respondisse iactaretur, primum se legis fatetur ignorare mandatum, uere iuxta Saluatoris sententiam, sapiens & prudens in lege, sed quia non humiliari cum paruulis Christi, sed seipsum iustificare desiderat, beatos oculos columbarum innocentiae lacte lotarum, quibus Christi arcana uidere possent, accipere recusans. Cui profecto dominus ita responsum temperauit suum, ut omnem qui misericordiam faceret, cuiuslibet proximum doceret, & tamen haec eadem parabola, specialiter ipsum Dei filium qui nobis per humanitatem proximus fieri dignatus est, designaret. Neque enim ita proximum, quem sicut nos diligere iubemur, super Christo interpretari debemus, ut moralia mutae fraternitatis instituta sub allegoriae regulis extenuare & auferre conemur. Suspiciebat autem Iesus, dixit: Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hiericho.] Homo iste, Adam intelligitur in genere humano. Hierusalem ciuitas pacis illa caelestis, a cuius beatitudine lapsus, in hanc mortalem miseramque uitam deuenit. Quam bene Hiericho, quae luna interpretatur, significat, uarijs uidelicet defectuum laboribus erroribusque semper incertam. Et incidit in latrones.] Latrones, diabolum & angelos eius intellige, in quos quia descendebat, incidit. Nam nisi prius intus intumesceret, foris tentatus tam facile non caderet. Vera est enim satisfactio quae dicit, Ante ruinam enim exaltatur cor. Qui etiam despoliauerunt eum.] Gloria uide licet immortalitatis, & innocentiae ueste priuarunt. Haec est enim prima stola, quam iuxta aliam parabolam luxuriosus filius per poenitentiam rediens ornatur, & qua protoplasti amissa, cognouerunt esse se nudos, tunicasque pelliceas naturae mortalis induti sunt. Et plagas impositas, abierunt, seminum relicto.] Plagae, peccata sunt, quibus naturae humanae integritatem uiolandam, seminarium quoddam (ut ita dicam) augenda mortis, fessis indidere uisceribus. Abierunt autem, non ab insidijs aliquatenus cessando, sed earundem insidiarum fraudes occultando. Seminuum reliquerunt, quia beatitudinem uitae immortalitatis exuere, sed non sensum rationis abolere ualuerunt. Ex qua enim parte sapere et cognoscere deum potest, uiuus est homo. Ex qua uero peccatis contabescit, & miseria deficit, mortuus idem, letiferoque est uulnere foedatus. Accidit autem ut sacerdos quidam descenderet eadem uia, & uiso illo praeteriit. Similiter & Leuita cum esset secus locum & uideret eum, transiit.] Sacerdos & leuita qui uiso saucio transierunt, sacerdotium & ministerium ueteris testamenti est, ubi per legis decreta mundi languentis uulnera monstrari tantum, non autem curari poterant, quia impossibile erat (ut Apostolus ait) sanguine uitulorum & agnorum & hircorum auferris peccata. Samaritanus autem quidam iter transiens, uenit secus eum, et uidens eum misericordiam motus est.] Samaritanus qui

Proximus quis.

Adam sauus.

Hierichus.

Latrones.

Spoliatus quibus Adam.

Plage Adam.

Sacerdos et Leuita.

Samaritanus, dominus.

interpretatur custos, dominum significat, cui rectissime propheta ne hos latrones possit incurrere, supplicat. Custodi me, inquit, a laqueo quem statuerunt mihi, & ab scandalis operantibus iniquitatem. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendens de cælo, uitæ præsentis iter arripuit, & uenit secus eum qui uulneribus tangebatur inflatis, id est in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo, compassionis nostræ susceptione finitimus, & misericordiæ factus est consolatio ne uicinus. Et approprians alligauit uulnera eius, infundens oleum & uinum. Peccata quæ in hominibus inuenit, redarguendo cohibuit, spem uenitæ punitentibus, terror enim uulnera dum præcipit, Pœnitentiã agit: infundit oleum dum addit, Adpropinquauit enim regnum cælorum. Infundit & uinum dum dicit, Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Et imponens illum in iumentum suum, duxit in stabulum, & curam eius egit. Iumentum eius est caro, in qua ad nos uenire dignatus est. In quo sauciũ imposuit, quia peccata nostra ipse portauit in corpore suo super lignum: & iuxta aliam parabolam, inuentam quæ errauerat ouem, humeris suis impositam, reportauit ad gregem. Itaque imponi iumento, est in ipsam incarnationem Christi credere, eiusque mysterijs initiari, simul & ab hostis incursione tutari. Stabulum autem est ecclesia præfens, ubi reficiuntur uisitatores, de peregrinatione hac in æternam patriam redeuntes. Et bene iumento impositum duxit in stabulũ, quia nemo nisi baptizatus, nisi corpore Christi adunatus, ecclesiam intrabit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait, Curam illius habe. Altera dies, est post domini resurrectionem. Nam & ante quidem per Euangelij sui gratiam illuminauerat his qui in tenebris & in umbra mortis sedebant, sed potior resurrectione celebrata, perpetuæ lucis splendor effulsit. Duo denarij sunt duo testamenta, in quibus æterni regis nomen & imago continetur. Finis enim legis Christus. Qui altera die prolantur stabulario, quia tunc aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas. Altera die stabularius denarios quorum precio uulneratum curaret accepit, quia spiritus sanctus adueniens docuit Apostolos omnem ueritatem, quo generandi in stare atque Euangelium prædicare sufficerent. Et quocumque supererogaueris, ego cum rediero reddam tibi. Supererogat stabularius quod in duobus denarijs non accepit, cum dicit Apostolus: De uirginibus autem præceptũ domini non habeo. consiliũ autem do. Itemque, Et dominus ordinauit his qui euangelium adnunciant, de Euangelio uiuere. Sed non usi sumus hac potestate, ne quem uestrum grauaremus. Cui rediens quod promiserat debitor redet, quia ueniens in iudicio dominus dicit: Quia

super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam. Intra in gaudium domini tui. Quis horum trium uidetur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit, Qui fecit misericordiam in illum. Iuxta litteram, manifesta est domini sententia, nullum nobis amplius quam qui miseratur esse proximum, si Hierosolymitæ cui non sacerdos, non leuita ex eadem gente, immo in eadẽ urbe nati & nutriti, sed exteræ gentis accola, quia magis misertus est, factus est proximus. Sacratiore autem intellectu, quoniam nemo magis proximus quã qui uulnera nostra curauit, diligamus: eum quãsi dominum Deum nostrũ, diligamus quãsi proximum. Nihil enim tam proximũ, quã caput membrum. Diligamus etiam eum qui imitator est Christi. Hoc est enim quod sequitur: Et ait illi Iesus, Vade & tu fac similiter. Id est, ut uere te proximum sicut te ipsum diligere manifestes, quicquid uales in eius, uel spiritali necessitate subleuanda deuotus operare.

Factum est autem dum irent, & ipse intrauit in quodam castellũ, & mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum suam. Et huic erat soror nomine Maria. Hæc lectio, superiori pulcherrima ratione connectitur. Quia uidelicet illa dilectione Dei & proximi uerbis & parabolis, hæc autem ipsis rebus, & ueritate designat. Duæ quippe iste domino dilectæ sorores, duas uitas spirituales, quibus in præfenti sancta exercetur Ecclesia, demonstrant. Martha quidem actiuam, quæ proximo in charitate sociamur: Maria uero contemplatiua, quæ in dei amore suspiramus. Actiua enim uita est panẽ esurienti tribuere, uerbo sapientiæ nesciente docere, errantem corrigere, ad humilitatis uitam superbientem, proximũ reuocare, infirmantis curam gerere, quæ singulis quibusque expediant dispensare, & commissis nobis qualiter subsistere ualeant, præuidere. Contemplatiua uero uita est, charitatem quidẽ dei & proximi tota mēt̃ eretinare, sed ab exteriori actione quiescere, soli desiderio conditoris inhærere, ut nil iam agere libeat, sed calcatis curis omnibus, ad uidentiam faciem sui creatoris animus inardescat, ita ut iam non ueritatis corruptibilis pondus cum mœrore portare, totisque desiderijs appetere illis hymnicis angelorum choris interesse, ad misceri caelestibus ciuibus, de æterna in conspectu Dei in corruptione gaudere.

Quæ etiam sedens secus pedes Domini, audiebat uerbum illius, Martha autem satagebat circa frequẽs ministerium. Hæc utriusque uitæ congruere, nemo qui dubitet. Et contemplatiuæ quidem uniformis perfectio est, ex utraque mentẽ a cunctis habere terrenis, eaque quãtũ humana imbecillitas finit, unire cum Christo. Actiue uero quã frequens sit ministeriũ, gẽtũ magister edocet, qui creberrimis epistolarũ dictis, suos pro Christo terra marisque labores, sua pericula cõmemorat. In quibus etiã uisiones & reuelationes domini cõmendans, nõ minus se in speculatiua uirtute, quod per paucis est imitabile

Vinum & oleum.

Iumentum

Stabulum.

Altera dies.

Denarij duo.

Stabularij supererogatio.

Proximus

Diligendus quomodo proximus.

Cap. 45.

Martha, Magdalena.

30

40

Vita duplex iungenda.

imitabile, consummatũ fuisse significat. Vnde dicit, Siue enim mēte excedimus Deo, siue sobrii sumus uobis. Quæ stetit et ait: Domine, nõ est tibi cura quod soror mea reliquit me sola ministrare. Dic ergo illi, ut adiuuet me. Ex illorũ persona loquitur, qui adhuc diuinae contẽplationis ignari, solũ quod didicere fraternæ dilectionis opus deo placitũ ducunt, ideoque cunctos qui Christo deuoti esse uelint, huic mancipatos autumant. Et bene Martha stetit, Maria secus pedes Domini sedisse describitur, quia uita actiua laborioso desudat in certamine, contemplatiua uero pacatis uitiorum tumultibus, optata iam in Christo mentis quiete perfruitur. Et respondens dixit illi dominus: Martha Martha sollicita es, et turbaris circa plurima, porro unum est necessarium. Et beatus David solum hoc necessarium homini esse definiens, Deo iugiter inherere desiderat, dicens: Mihi autem adhaerere deo bonum est, ponere in domino deo spem meam. Et alibi: Vnam petiĩ a Domino, hanc requiram, ut inhabitẽ in domo domini omnibus diebus uitæ meæ, ut uideam uoluntatẽ domini, & uisitem templum sanctum eius. Vna ergo & sola est Theologia, id est, contemplatio Dei, cui merito omnia iustificationum merita, uniuersa uirtutum studia postponuntur. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Et ecce pars Martha non reprehenditur, sed Mariæ laudatur. Neque enim bonam partem elegisse Mariam dicit, sed optimam, ut etiam pars Marthæ indicaretur bona. Quare autem pars Mariæ sit optima, subinfertur cum dicitur, Quæ non auferetur ab ea. Actiua etenim uita, cum corpore deficit. Quis enim in æterna patria panẽ esurienti porrigat, ubi nemo esurit? quis potũ tribuat sitienti, ubi nemo sitit? Quis mortuũ sepeliat, ubi nemo moritur? Cum præfenti ergo sæculo, uita auferatur actiua, Contemplatiua autem hic incipitur, ut in cælesti patria perficiatur. Quia amoris ignis qui hic ardere inchoat, cum ipsum quẽ amat uiderit, in amore amplius ignescit. Contemplatiua ergo uita minime auferitur, quia subtrahit præfentis sæculi luce perficitur.

Necessariũ unum.

Maria optimam partẽ elegit.

Actiua deficit.

Cap. 46.

Oratio.

Factũ est cum esset in loco quodã orãs, ut cessauit, dixit unus ex discipulis eius ad eũ: Domine, doce nos orare, sicut et Ioannes docuit discipulos suos. Post historiam sortitur quæ duas Ecclesie uitas signauerunt, non frustra dominus & ipse orasse, & discipulos orare docuisse describitur. Quia & oratio quam docuit, utriusque in se uitæ continet mysteriũ, & ipsarum perfectio uitarum nostris non uiribus est obtinenda, sed precibus. Et quia crebro Lucas Saluatorẽ descriperat orantẽ, quid orando egerit, qui utique non pro se, sed pro nobis supplicabat, insinuat, cum finita oratione discipulos refert qualiter orare debeant sciscitari. Et ait illis: Cum oratis dicite, Pater, sanctificetur nomen tuum, Adueniat regnum tuum. Panem nostrum

cotidianum da nobis hodie: & dimitte nobis peccata nostra, si quidem & ipsi dimittimus omnia debenti nobis. Et ne nos inducas in tentationem. Apud Euangelistam Matthæum septem petitiones continere dominica uidetur oratio. Quarũ in tribus æterna poscuntur, in reliquis quatuor temporalia, quæ tamen propter æterna, consequenda sunt necessaria. Nam quod dicimus, Sanctificetur nomen tuum, adueniat regnũ tuum, fiat uoluntas tua sicut in cælo & in terra: quod non absurde quidam intellexerunt in spiritu & corpore, omnino sine fine retinenda sunt, & hic inchoantur, quantumque proficimus, augentur in nobis: per se uero (quod in alia uita sperandum est) semper possidebuntur. Quod uero dicimus, Panem nostrum cotidianũ da nobis hodie, & dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, & ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo: quis non uideat ad præfentis uitæ indigentiam pertinere? In illa itaque uita æterna, ubi nos semper speramus futuros, & in nominis dei sanctificatio: & regnum eius, in nostro spiritu & corpore perfecte atque immortaliter permanebunt. Panis uero cotidianus ideo dicitur, quia hic est necessarius quantus animæ carnisque tribuendus est, siue spiritaliter, siue corporaliter, siue utroque intelligatur modo. Hic est etiam quam poscimus remissio, ubi est omnis commissio peccatorũ. Hic tentationes, quæ nos ad peccandum uel alliciunt uel impellunt. Hic denique malum, unde cupimus liberari. Illic autem nihil istorum est. Euangelista uero Lucas in oratione dominica petitiones non septẽ, sed quinque complexus est. Nec ab isto utique discerpauit: sed quomodo ista septem sint in telligenda, ipsa sua breuitate communuit. Nomen quippe dei sanctificatur in spiritu, dei autem regnum in carnis resurrectione uenturũ est. Offendens ergo Lucas tertiam petitionem duarum superiorũ esse quodammodo repetitionẽ, magis eam prætermittendo fecit intelligi. Deinde tres illas adiungit, de pane cotidiano, de remissione peccatorũ, de tentatione uitanda. At uero quod ille in ultimo posuit, Sed libera nos a malo: iste non posuit, ut intelligeremus ad illud superius quod de tentatione dictũ est, pertinere. Ideo quippe ait, sed libera: nõ ait, & libera: tanquam unam petitionẽ esse demonstrãs, nolit hoc, sed hoc, ut sciat unusquisque in eo se liberari a malo, quod non infertur in tentationem. Et ait ad illos: Quis uestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice, commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus uenit de uia ad me, & non habeo quod ponam ante illum. Rogatus a discipulis saluator non modo formam orationis, sed & instantiam frequentiamque tradidit orandi. Amicus ergo ad quem media nocte uenitur, ipse Deus intelligitur. Cui in media tribulatione supplicare, & tres panes, id est intelligentiam Trinitatis, qua præfentis uitæ consolentur labo-

Orationis dominicæ petitiones 7. secundũ Matthæũ.

Panis cotidianus.

Petitiones quinque secundũ Lucam.

Sed, nõ &.

Orationis instantia. Amicus ad quẽ media nocte uenitur Dominus.

res, efflagitare debemus. Amicus qui uenit de uia, ipse noster est animus, qui toties a nobis recedit, quoties ad appetenda terrena & temporalia foris uagatur. Redit uero, caelestisq; alimonia refici desiderat, cum in se reuersus superna coeperit ac spiritalia meditari. De quo pulchre qui petierat adiungit, non se habere quod ponat ante illum. Quoniam animae post saeculi tenebras Deum suspiranti, nil praeter eum cogitare, nil loqui, nil libet intueri, solum quod recognouit summam trinitatis gaudium contemplari, atq; ad hoc plenius inueniendum peruenire satagat. Et ille deintus dicat: Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili. Non possum surgere & dare tibi. Ostium amici, diuini est intelligentia sermonis, quod sibi Apostolus orat aperiri ad loquendum mysterium Christi. Clausumq; est tempore famis uerbi, cum intelligentia non datur. Et illi qui euangelicam sapientiam tanquam panem erogantes, per orbem terrae praedicauerunt, pueri patris familias iam sunt in secreta quiete cum Domino. Et tamen orando efficitur, ut accipiat desiderans intelligentiam ab ipso Deo, etiam si homo desit per quem sapientia praedicetur. Et ille si perseverauerit pulsans, dico uobis et si non dabit illi surgens eo quod amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego uobis dico: Petite, & dabitur uobis. Querite, & inuenietis. Pulsate, & aperietur uobis.

Ostium amici.

Argumentum a minore.

Perseuerantia opus est.

Panis in charitate.

Piscis.

ratur. Cui contrarium posuit serpentem propter uenena fallacia, quae etiam primo homini male suadendo praeseminauit. Aut si petierit ouum, numquid porriget illi scorpionem? In ouo indicatur spes. Ouum enim nondum est foetus perfectus, sed fouendo speratur. Cui contrarium posuit scorpionem, cuius aculeus uenentatus retro timendus est, sicut spei contrarium est retro respicere, cum spes futurorum in ea quae ante sunt, extendat. Si ergo uos cum suis mali, nolitis bona dare filiis uestris, quanto magis pater uester de caelo dabit spiritum bonum petentibus uestris? Quomodo mali dant bona, sed malos appellauit, dilectores adhuc saeculi huius & peccatores. Bona uero quae dant secundum eorum sensum, bona dicenda sunt, quia haec pro nobis habent, quanquam & in rerum natura ista bona sint, sed temporalia, & ad istam uitam infirmam pertinentia, & quisquis ea malus dat, non de suo dat. Domini est enim terra & plenitudo eius, qui fecit caelum & terram, mare & omnia quae in eis sunt. Quantum ergo sperandum est daturum deum nobis bona petentibus, nec nos posse decipi ut accipiamus aliud pro alio cum ab ipse petimus, quado nos etiam cum simus mali nouimus id dare quod petimus. Non enim decipimus filios nostros, & qualiacumq; bona damus, non de nostro, sed de ipsius damus. Aliter. Apostoli qui electionis merito bonitatem generis humani multis excefferant modis, supernae bonitatis intuitu mali esse dicuntur. Quia nihil est per semetipsum stabile, nihil immutabile, nihil bonum, nisi deitas sola. Omnes uero creaturae ut beatitudinem aeternitatis uel immutabilitatis obtineant, non hoc per suam naturam, sed per creatoris sui participationem & gratiam consequuntur. Quod uero dicitur, Quanto magis pater uester de caelo dabit spiritum bonum petentibus uestris pro quo Mattheus posuit, Dabit bono petentibus uestris, ostendit spiritum sanctum plenitudinem esse bonorum dei, & ea quae diuinitus administrantur, non alia absq; ea subsistere. Quia omnes utilitates, quae ex donorum Dei gratia suscipiuntur, ex isto fonte emanant.

Ouum.

Mali dantes bona.

Stabile praeter deum nihil.

Spiritus sanctus.

LIBER QVARTVS.

PROCEMIVM.



Iulians in spiritu sancto dominus (ut supra lectum est) Confiteor tibi pater domine ceeli & terrae, quod abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Quae sententia secreti conscia iudicij semper effectum suum uirtutis iterare non desistit. Nam & generaliter in deiectione iudaeorum, gentium uero electione, & in singulis quibusq; iuxta alternam mentium qualitatem specialiter non cessat exhiberi. Denique ut proxima paruiper attingam, legis spiritus uolens seipsum iustificare, Dominum tentaturus adijt, sed confusus abscessit: at Maria pedibus eius humiliter

Abconsa sapientibus.

humiliter adclinis, optimam partem philosophiae caelestis elegit. Item paruuli Christi, qui non de sua iustitia, sed de redemptoris sui gratia praesumere didicerant, quibus orationum modis eandem gratiam aduocare debeant inquirunt, audiuntq; confestim & quibus uerbis orare, & qua inuitantia perseverare, & pro quibus maxime rebus supplicare oporteat, fide scilicet, spe, & charitate, quodq; perfecte petentes earundem largitiorem a patre spiritum bonum percipiant. Contra sapientes & prudentes, quia spiritum gratiae non modo non petere, quaerere, pulsare, sed & blasphemare satagunt, irremissibiles & hic & in futuro suae peruicaciae poenas luunt. Et usq; ad finem Euangelij, qui legerit, immo usq; ad finem saeculi, qui prudenter inspexerit, intelliget, quod Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

Superbis resistit Deus.

PRÆFATIO IN III.

LIBRVM.

INVOCATIO.



UAPROPTER ipse quartum expositionis Euangelicae librum incipiens a lectione in qua superbiae spiritus in digito Dei ejicitur, tuam Christe clementiam suppliciter imploro, ut spiritus tuus bonus deducat me in uiam rectam, & eum qui ab aquilone est, longe faciat a me: quatenus eiectionis a me malignis scrutatae mandata Dei mei, reuelatisq; mentis oculis ad consideranda tuae sacrosanctae legis mirabilia deuotus lector ingrediar, Et cum eiecit dæmonium, locutus est mutus, & admirata sunt turbae. Dæmoniacus iste apud Mattheum non solum mutus, sed & cæcus fuisse narratur, curatusq; dicitur a Domino, ita ut loqueretur & uideret. Tria ergo signa simul in uno homine perpetrata sunt. Cæcus uidet, mutus loquitur, possessus dæmon liberatur. Quod & tunc quidem carnaliter factum est, sed & cotidie completur in conuersatione credentium, ut expulso primum dæmone, fidei lumen aspiciant, deinde ad laudes Dei tacentia prius orantur. Quidam autem ex eis dixerunt: In Beelzebub principe dæmoniorum eiecit dæmonia. Non hæc aliquid de turba, sed Pharisei calumniabantur & scribæ, sicut alij Euangelistae testantur. Turpis quippe quae minus erudita uidebantur, domini semper facta mirantibus, illi contra, uel negare hæc, uel quæ negare nequuerant, sinistra interpretatione peruertere laborabant, quasi non hæc diuinitatis, sed immundi spiritus opera fuissent, id est Beelzebub, qui deus erat Accaron. Nam Beel quidem, ipse est Baal. Zebub autem, musca uocatur. Nec iuxta quadam mendosa exemplaria littera uel d in fine est nominis legenda, sed b. Beelzebub ergo Baal muscarum, id est uir muscarum, siue habens muscas interpretatur, ob sordes uidelicet immolatijs cruoris, ex quibus

Cap. 48.

Dæmoniacus mutus & cæcus. Curatur moraliter.

Turba credit. Scribæ calumniatur.

Beelzebub.

ius spurcissimo ritu uel nomine, principem dæmoniorum cognominabant. Et alij tentantes, signum de caelo querebant ab eo. Vel in more Heliae ignem de sublimi uenire cupiebant, uel in similitudinem Samuelis tempore aestiuo mugire tonitrua, coruscare fulgura, imbres ruere, quasi non possint & illa calumniari, & dicere ex occultis & uarijs aeris passionibus accidisse. At tu qui calumniaris ea quae oculis uides, manu tenes, utilitate sentis, quid feceris de ijs quae de caelo uenerint? Vtique respondebis, & magos in Aegypto multa signa fecisse de caelo. Ipse autem ut uidit cogitationes eorum, dixit eis, Omne regnum in seipso diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet. Non ad dicta, sed ad cogitata respondit, ut uel sic compellerentur credere potentiae eius, qui cordis uidebat occulta. Si autem omne regnum in seipso diuisum desolatur, ergo patris & filij & spiritus sancti regnum non est diuisum, quod sine ulla contradictione non aliquo impulsu desolandum, sed aeterna est stabilitate mensurum. Si uero sanctae & indiuiduae Trinitatis, indiuiduum, immo quia indiuiduum manet regnum, desistant Arriani minorem patre filium, minorem filio sanctum dicere spiritum. Quia quorum unum est regnum, horum est & una maiestas. Si autem & satanas in seipso diuisus est, quomodo stabit regnum ipsius, quia dicitis, in Beelzebub eiecit me dæmonia? Hoc dicens, ex ipsorum confessione uolebat intelligi quod in eum non credendo in regno diaboli esse elegissent, quod utique aduersum se diuisum stare non posset. Eligant ergo Pharisei quod uoluerint. Si satanas satanam non potest eiecit, nihil contra dominum quod dicerent, inuenire potuerunt. Si autem potest, multo magis sibi prospiciant & recedant de regno eius, quod aduersum se diuisum stare non potest. In quo autem Dominus Christus efficiat dæmones, ne dæmoniorum principem existiment, attendant quod sequitur: Si autem ego in Beelzebub eicio dæmonia, filij uestri in quo eiciunt? Ideo ipsi iudices uestri erunt. Dixit hoc utiq; de discipulis suis, illius populi filijs, qui certe discipuli Domini Iesu Christi bene sibi conscij fuerant, nihil se malarum artium a bono magistro didicisse, ut in principe dæmoniorum eiecerent dæmones. Ideo (inquit) ipsi iudices erunt uestri, ipsi (inquit) ipsi ignobilis & contemptibilis huius mundi, in quibus non artificiosa malignitas, sed sancta simplicitas meae uirtutis apparet, ipsi testes mei, iudices erunt uestri. Aliter. Filios iudaeorum, exorcistas gentis illius ex more significat, qui ad inuocationem eiecerunt dæmones. Et coarctat eos interrogatione prudenti, ut confiteantur spiritus sancti esse opus. Quod si expulsio (inquit) dæmonum in filijs uestris, Deo non dæmonibus deputatur, quare in me idem opus non eandem habeat causam? Ergo ipsi uestri iudices erunt, non potestate, sed comparatione, dum illi expulsionem dæmonum

Signum de caelo.

Cogitatis respondet dominus, Arrianos arguit.

Pharisei conuincuntur.

Filij iudaeorum, discipuli domini.

Filij iudaeorum exorcistae.

Deo

Deo adsignant, uos Beelzebub principum demoniorum. Porro *in digito Dei eicio demonia, profecto peruenit in uos regnum Dei.*] Ille est digitus quem confitentur & magi, qui contra Moysen & Aaron signa faciebant, dicentes, *Digitus Dei est iste.* Quo & tabulae lapideae scriptae sunt in monte Sina. Igitur manus & brachium Dei filius est, & digitus eius spiritus sanctus. Patris & filij & spiritus sancti una substantia est. Non te scandalizet membrorum inaequalitas, cum edificet unitas corporis. *Aliter. Digitus dei uocatur spiritus sanctus, propter partitionem donorum quae in eo dantur unicuique propria, siue hominum siue angelorum.* In nullis enim membris nostris magis apparet partitio, quam in digitis. Quod autem dixit, *Peruenit in uos regnum Dei.* Regnum Dei nunc dicit quo damnatur impij, & a fidelibus de peccatis suis poenitentiam nunc agentibus fecernuntur. *Cum fortis armatus custo-* *dit atrium suum, in pace sunt ea quae possidet.*] Fortem, diabolum: Atrium uero illius, mundum qui in maligno positus est appellat, in quo usque ad saluatoris aduentum male pacato potiebatur imperio, quia in cordibus infidelium sine ulla contradictione quiescebat. Vnde & alibi princeps mundi uocatur, dicente Domino, *Venit enim princeps mundi, & in me nihil inueniet.* Et iterum, *Nunc princeps mundi eicietur foras, de qua & hic eiectione subiungitur: Si autem fortior illo superueniens uicerit eum, uniuersa arma eius auferet in quibus confidebat, & spolia eius distribuet.*] De seipso quippe loquitur, quod non concordat fallax operatione quemadmodum calumniabantur, sed fortiori potentia uictor homines a daemonio liberaret. Arma in quibus male fortis ille confidebat, astutiae dolique sunt nequitiae spiritualis. Spolia uero eius, ipsi homines sunt ab eo decepti. *Qui uictor Christus distribuit, quod est insignis triumphantis, quia captiuam ducens captiuitatem, dedit dona hominibus, quosdam quidem Apostolos, alios Euangelistas, hos Prophetas, illos pastores ordinans & doctores.* *Qui non est mecum, aduersum me est. Et qui non colligit me cum, dispergit.*] Non putet quisquam de haereticis dictum & schismaticis, quamquam & ita ex superfluo possit intelligi, sed ex consequentibus, textusque sermonis ad diabolum refertur, et quod non possint opera saluatoris, Beelzebub operibus comparari. Ille cupit animas hominum tenere captiuas, Dominus liberare. Ille praedicat idola, hic unius Dei notitiam. Ille trahit ad uitia, hic ad uirtutem reuocat. Quomodo ergo possunt habere concordiam inter se, quorum opera diuisa sunt? *Cum immundus spiritus exierit de homine, perambulat per loca inaquosa.*] Quamuis simpliciter intelligi possit, dominum haec ad distinctionem suorum & Satanae operum adiunxisse, quod scilicet ipse semper polluta munda re, Satanus uero mundata grauioribus festinet

libet, uel schismatico, uel etiam malo catholico, potest non inconuenienter accipi. De quo tempore baptismatis spiritus immundus qui in eo prius habitauerat, ad confessionem catholicae fidei, abrenunciationemque mundanae conuersationis eiciatur, locaque in aquosa peragret, id est corda fidelium quae a mollitie fluxae cogitationis expurgata sint, callidus infidiator exploret, si quos ibi forte suae nequitiae gressus figere possit. Sed bene dicitur: *Querens requiem & non inueniens.*] Quia castas mentes effugiens, in solo diabolus corde prauorum gratam sibi potest inuenire quietem. Vnde de illo Dominus: *Sub umbra (inquit) dormit in secreto calami, & locis humentibus.* In umbra uidelicet, tenebrosas conscientias: in calamo qui foris nitidus, intus est uacuus, simulatrices: in locis humentibus, lasciuas mollesque mentes insinuans. *Dicit, Reuertar in domum meam unde exiui.*] Timendus est iste uersiculus, non exponendus. Ne culpa quam in nobis extinctam credebamus, per incuriam nos uacantes opprimat. *Et cum uenerit, inuenit scopis mundatam.*] Hoc est gratia baptismatis a peccatorum labe castigatam, sed nulla boni operis industria cumulata. Vnde bene Matheus hanc domum uacantem, scopis mundatam, atque ornata dicit inuentam. *Mundatam uidelicet a uitijis pristinis per baptismum, uacantem a bonis actibus per negligentiam, ornata simulat uirtutibus per hypocrisin.* *Et tunc uadit, & adsumit septem alios spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi.*] Per septem malos spiritus, uniuersa uitia designat. Quemcumque enim post baptismum, siue prauitas haeretica, seu mundana cupiditas arripuerit, mox omnium profertur in ima uitiorum. Vnde recte nequiores tunc cum spiritus dicuntur ingressi. Quia non solum habebit illa septem uitia, quae septem spiritualibus sunt contraria uirtutibus, sed & per hypocrisin, ipsas se uirtutes habere simulabit. *Et sunt nouissima hominis illius, peiora prioribus.*] Melius quippe erat ei uiam ueritatis non cognoscere, quam post agnitionem retrorsum conuerti. Quod in Iudaea traditore, uel Simone mago, ceterisque talibus, specialiter legimus impletum. Quo autem generaliter haec parabola tendat, ipse secundum Matheum Saluator exposuit, ubi ea terminata mox subdidit dicens, *Sic erit & generationi huic pessime.* Id est quod de uno quolibet specialiter geris solere narraui, hoc in tota generaliter huius populi gente geri non desinit. Immundus quippe spiritus exiit a Iudaeis, quando acceperunt legem. Et ambulauit per loca arida, quaerens sibi requiem. Expulsus uidelicet a Iudaeis, ambulauit per gentium solitudines. Quae cum postea Domino credidissent, ille non inuento loco in nationibus dixit, *Reuertar ad domum meam pristinam unde exiui.* Habeo Iudaeos, quos ante dimiseram. Et ueniens, inuenit uacantem scopis mundatam. Vacabat enim templum Iudaeorum, & Christum

et schismatici.

Timenda sententia.

Scopae.

Septem mali spiritus.

Via ueritatis desertores.

Recidui periculum.

Digitus Dei. Manus et brachium Dei.

Digitus Dei.

Regnum Dei.

Fortis. Atrium.

Fortior Christus.

Diabolum notat.

Haeretici

& Christum hospitem non habebat, dicentem: *Dimittetur uobis domus uestra deserta.* Quia igitur Dei & angelorum praesidia non habebant, & ornati erant superfluis obseruationibus Pharisaeorum, reuertitur ad eos diabolus, & septenario sibi numero demonum addito habitat pristinam domum, & sunt posteriora illius populi peiora prioribus. Multo enim nunc maiore demonum numero possidentur blasphemantes in synagogis suis Christum Iesum, quam in Aegypto possessi fuerat ante legis notitiam. Quia aliud est uenturum non credere, aliud eum non suscepisse qui uenerit, Septenarium autem numerum adiunctum diabolo, uel propter sabatum intellige, uel propter numerum spiritus sancti. Ut quomodo in Esaiam, super uirgam de radice Iesse, & florem qui de radice conseruit, septem spiritus uirtutum descendisse narrantur, ita & e contrario uitiorum numerus, in diabolo consecratus sit.

Cap. 49. **F**atum est autem cum haec diceret, extollens uocem quaedam mulier de turba, dixit illi: *Beatus uenter qui te portauit, & ubera quae suxisti.*] Magnae deuotionis & fidei haec mulier ostenditur, quae Scribis & Pharisaeis Dominum tentantibus simul & blasphemantibus, tanta eius incarnatione praesentibus sinceritate cognoscit, tanta fiducia confitetur, ut & praesentium procerum calumniam, & futurorum confundat haereticorum perfidiam. Nam sicut tunc Iudaei sancti spiritus opera blasphemando, uerum consubstantialemque patri Dei filium negabant, sic haeretici postea negando Mariam semper uirginem sancti spiritus operante uirtute nascituro ex humanis membris unigenito Deo carnis suae materiam ministrasse, uerum consubstantialemque patri filium hominis fateri non debere dixerunt. Sed si caro uerbi Dei secundum carnem nascentis a carne uirginis matris pronunciat extranea, sine causa uenter qui eam portasset, ubera quae lactassent beatificatur. Quae enim consequentia eius lacte credatur nutritus, cuius semine negatur esse conceptus: cum ex unius eiusdemque fontis origine, secundum phylicos uterque liquor emanare probetur. Nisi forte putanda est uirgo sementiuam suae carnis materiam nutriendo in carne Dei filio suggerere potuisse, incarnando autem quasi maiori et inuulnato miraculo minime potuisse. Sed huic opinioni obstat Apostolus dicens: *Quia misit deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege.* Neque enim audient sunt qui legendum putant, natum ex muliere, factum sub lege, sed factum ex muliere. Quia conceptus ex utero uirginali, carnem non de nihilo, non aliunde, sed materna traxit ex carne. Alioquin nec uere filius hominis diceretur, qui originem non haberet ex homine. Et nos igitur his contra Eutychem dictis extollamus uocem cum ecclesia catholica, cuius haec mulier typum gessit, extollamus & mentem de medio turba-

Cap. 49.

Mulier extollens uocem.

Haeretici Christum filium Mariae negantes.

rum, dicamusque Saluatori: *Beatus uenter qui te portauit, & ubera quae suxisti.* Vere enim beata parens, quae (sicut quidam ait) enixa est uerba Regem, *Qui calum terramque tenet per saecula, cuius Numen & aeterno complectens omnia gyro, Imperium sine fine manet, quae uentre beato, Gaudia matris habes cum uirginitatis honore, Nec prima simile uisa est, nec habere sequentem.* *At ille dixit. Quinimo beati qui audiunt uerbum Dei, & custodiunt.*] Pulchre saluator attestationi mulieris annuit, non eam tantummodo quae uerbum Dei corporaliter generare meruerat, sed & omnes qui idem uerbum spiritualiter auditu fidei concipere, & boni operis custodia uel in suo uel in proximorum corde parere, & quasi alere studuerint, asseuerans esse beatos. Quia & eadem Dei genitrix, & inde quidem beata, quia uerbi incarnandi ministra est facta temporalis, sed inde multo beatior quia eiusdem semper a mandati custos manebat aeterna. Quae sententia sapientes Iudaeorum clam percutit, qui uerbum Dei non audire & custodire, sed negare & blasphemare quaerebant. *Turbis autem concurrentibus cepit dicere: Generatio haec, generatio nequam est, signum querit, & signum non dabitur illi, nisi signum Iona.*] Duplici fuerat quaestione pulsatus. Quidam enim calumniabantur eum in Beelzebub eiecisse daemonia, quibus haec tenus est responsum. Et alij tentantes, signum de caelo quaerebant ab eo, quibus abhinc, respondere incipit, non eis signum de caelo, quod indigni erant uidere, uerum de profundo inferni tribuens, quale Iona propheta naufragus, cetoque sorbente uoratus, sed de abyssu ac mortis fauce liberatus, & accepit & dedit, signum uidelicet incarnationis non diuinitatis, passionis non glorificationis. Discipulis autem suis signum de caelo dedit, quibus aeternae beatitudinis gloriam & prius figuraliter in monte transformatus, & post ueraciter in caelum subleuatus ostendit. *Nam sicut Iona fuit signum Niniuitis, ita erit & filius hominis generationi isti.*] Ostendit Iudaeos in modum Niniuitarum peccatis grauibus inuolutos, & subuersioni, si non poenituerint, esse proximos. Verum sicut Niniuitis & denunciatur supplicium, & remedium demonstratur, ita etiam Iudaei non debent desperare indulgentiam si uelint agere poenitentiam. Sed uide quid sequitur: *Regina Austri surget in iudicio cum uiris generationis huius, & condemnabit illos.*] Condemnabit utique non potestate iudicij, sed comparatione facti melioris. Si autem regina Austri, quae electa esse non dubitatur, surget in iudicio cum reprobis, ostenditur una cunctoium, bonorum scilicet malorumque resurrectio mortalium, et haec non iuxta fabulas Iudaeorum mille annis ante iudicium, sed in ipso esse futura iudicio. *Quia uenit a finibus terrae audire sapientiam Salomonis, et ecce plus Salomone hic.*] Hic in hoc loco non pronomen, sed aduerbium loci significat, id est impresentiarum inter

Beata Maria.

Niniuitarum more subuertendi.

Iudicabit quomodo Regina Sabaea.

Regina Saba.

Ionas.

Cap. 50.

Lucernam accendens.

Candelabrum.

Oculus.

inter uos conuersatur, qui incomparabiliter est Salomone praestantior. Refert autem scriptura quomodo regina Saba per tantas difficultates gente sua & imperio derelictis uenerit in Iudaeam sapientiam audire Salomonis, & ei multa munera deferens ab eo plura perceperit. Quae ideo Iudaeos in iudicio condemnabit, quoniam ipsa ab ultimis terrae finibus eum quaesuit, quae percepto dono sapientiae cognouerit esse famosum. Illi uero secum habentes eum qui non alium de sapiens, sed ipse Dei sapientia & uirtus est, non modo non audire sed blasphemare atque insidias agitare malebat. Viri Niniuitae surgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt illa, quia poenitentiam egerunt ad praedicationem Iona, & ecce plus quam Iona hic.] Ionas paucis diebus praedicauit, ego tanto tempore. Ille Assyrijs genti incredulae, ego Iudaeis populo Dei. Ille peregrinis, ego ciuibus. Ille uoce locutus simplici nilque signorum faciens acceptus est, ego tanta signa facies Beelzebub calumniam sustineo. Plus ergo est Iona hic, hoc est in medio uestrum praedicans. Et propterea eodem modo quo regina Austru, uiri quoque Niniuitae generationem condemnabunt Iudaeorum, hoc est infidelitatis arguent. Aliter. In Niniuitis & regina austris, fides Ecclesiae praefertur Israeli, quae non minus per poenitentiam peccatae insipientiae, quam per sapientiae discendae industriam domino conciliatur. Ex duabus quippe partibus unitas Ecclesiae congregatur, eorum uidelicet qui peccare nesciunt, & eorum qui peccare desistunt. Poenitentia enim delictum abolet, sapientia cauet.

Nemo lucernam accendit & in abscondito ponit, neque sub modio.] De seipso Dominus haec loquitur, ostendens & si supra dixerit nullum generationi nequam nisi signum Iona dandum, nequaquam tamen lucis suae claritatem fidelibus occultanda. Ipse quippe lucernam accendit, qui testam humanae naturae flamma suae diuinitatis impleuit. Quam profecto lucernam nec credentibus abscondere, nec modio supponere, hoc est sub mensura legis includere, uel intra unius Iudaeae gentis terminos uoluit cohibere. Sed supra candelabrum, inquit, ut qui ingrediuntur, lumen uideant.] Candelabrum Ecclesiam dicit, cui lucerna superposita, quia nostris in frontibus fidem suae incarnationis adfixit, ut qui Ecclesiam fideliter ingredi uoluerint, lumen ueritatis palam queant intueri. Qua sententia Iudaeorum quoque proceres condemnat, qui signa quae uidentes exterius, apertam lucis inuicem noluerint intrare credendo. Denique praecipit ne opera tantummodo, sed & cogitationes & ipsas etiam cordis intentiones mundare & castigare meminerint. Nam sequitur, Lucerna corporis tui est oculus tuus.] Corpus quippe dicit, opera quae palam cunctis apparent, oculus uero ipsam mentis intentionem operatur, & de cuius merito eadem opera, lucis an tenebrarum sint opera, discernuntur, sicut ipse consequenter exposuit, dicens:

Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit.] Si, inquit, pura rectaque intentione quae potes agere bona studueris, lucis profecto sunt opera quae facis, etiam si coram hominibus imperfectio aliquid habere uideantur. Quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum uocati sunt sancti. Si autem peruersa est intentio quae praecedit, prauum est omne opus quod sequitur, quamuis rectum esse uideatur. Vide ergo, ne huiusmodi quod in te est, tenebrae sint.] Hoc est, ne ipsa cordis intentio, quae lumen est animae, uitiorum caligine fuscetur, sedula discretionem perpede. Luxta quod alibi praecipitur, Omnia custodia serua tuum cor, quoniam ex ipso uita procedit. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te.] Totum corpus nostrum, omnia nostra opera dicit, quia & Apostolus membra nostra nuncupat quaedam opera, quae improbat, & mortificanda praecipit dicens, Mortificate ergo membra uestra, quae sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, & caetera talia. Si igitur ipse bonum bona intentione patraueris, non habens in tua conscientia aliquam partem tenebrae cogitationis, etiam si contigerit aliquem proximorum tua bona actione noceri, uerbi gratia, aut de pecunia quam a te indigens & petens acceperat, facere uel pati aliquid mali, aut de uerbo exhortationis quo exstantem corrigere uolebas forte perniciosius errare, tu tamen pro tuo simplici & lucido corde & hic & in futuro, lucis gratia donaberis. Haec contra hypocrisim Pharisaeorum subdole signa quarentium specialiter dicta, nos iuxta sententiam moralem generaliter instituant.

Et cum loqueretur, rogauit illum quidam Pharisaeus ut pranderet apud se, & ingressus recubuit.] Consultate Lucas non ait, Et cum haec loqueretur: sed, Cum loqueretur. Ut ostendat eum, non statim finitis quae proposuerat, uerbis, sed aliquot interpositis, apud Pharisaeum prandere rogatum. Quae autem sint illa, Matthaeus explicat, qui hoc Domini terminato sermone, quem tamen paratim breuius Luca, partim prolixius commemorat, continuo subiunxit, Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fratres stabant foris, quarentes loqui ei. Adhuc, inquit, eo loquente, ut intelligeres, haec loquente quae superius indicabat. Sed & Marcus, post illud quod de blasphemia spiritus sancti quid Dominus dixerit retulerat, Et ueniunt, inquit, mater eius & fratres, Lucas autem non huius rei gestae ordinem tenuit, sed praecipit hoc, & recordatum ante narrauit. Denique hoc sic interposuit ut solum appareat a nexu & superiorum, & posteriorum. Itaque postquam nunciatis sibi foris matre & fratribus ait, Qui enim fecerit uoluntatem dei hic frater

tur, sicut ipse consequenter exposuit, dicens: Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit.] Si, inquit, pura rectaque intentione quae potes agere bona studueris, lucis profecto sunt opera quae facis, etiam si coram hominibus imperfectio aliquid habere uideantur. Quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum uocati sunt sancti. Si autem peruersa est intentio quae praecedit, prauum est omne opus quod sequitur, quamuis rectum esse uideatur. Vide ergo, ne huiusmodi quod in te est, tenebrae sint.] Hoc est, ne ipsa cordis intentio, quae lumen est animae, uitiorum caligine fuscetur, sedula discretionem perpede. Luxta quod alibi praecipitur, Omnia custodia serua tuum cor, quoniam ex ipso uita procedit. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te.] Totum corpus nostrum, omnia nostra opera dicit, quia & Apostolus membra nostra nuncupat quaedam opera, quae improbat, & mortificanda praecipit dicens, Mortificate ergo membra uestra, quae sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, & caetera talia. Si igitur ipse bonum bona intentione patraueris, non habens in tua conscientia aliquam partem tenebrae cogitationis, etiam si contigerit aliquem proximorum tua bona actione noceri, uerbi gratia, aut de pecunia quam a te indigens & petens acceperat, facere uel pati aliquid mali, aut de uerbo exhortationis quo exstantem corrigere uolebas forte perniciosius errare, tu tamen pro tuo simplici & lucido corde & hic & in futuro, lucis gratia donaberis. Haec contra hypocrisim Pharisaeorum subdole signa quarentium specialiter dicta, nos iuxta sententiam moralem generaliter instituant.

Et cum loqueretur, rogauit illum quidam Pharisaeus ut pranderet apud se, & ingressus recubuit.] Consultate Lucas non ait, Et cum haec loqueretur: sed, Cum loqueretur. Ut ostendat eum, non statim finitis quae proposuerat, uerbis, sed aliquot interpositis, apud Pharisaeum prandere rogatum. Quae autem sint illa, Matthaeus explicat, qui hoc Domini terminato sermone, quem tamen paratim breuius Luca, partim prolixius commemorat, continuo subiunxit, Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fratres stabant foris, quarentes loqui ei. Adhuc, inquit, eo loquente, ut intelligeres, haec loquente quae superius indicabat. Sed & Marcus, post illud quod de blasphemia spiritus sancti quid Dominus dixerit retulerat, Et ueniunt, inquit, mater eius & fratres, Lucas autem non huius rei gestae ordinem tenuit, sed praecipit hoc, & recordatum ante narrauit. Denique hoc sic interposuit ut solum appareat a nexu & superiorum, & posteriorum. Itaque postquam nunciatis sibi foris matre & fratribus ait, Qui enim fecerit uoluntatem dei hic frater

frater meus & soror mea & mater est, datur intelligi rogatus Pharisaei in trasse conuuiuium. Pharisaeus autem cepit intra se reputans dicere, quod non baptizatus esset ante prandium.] Caesam Pharisaeae cogitationis euangelista Marcus aperuit dicens: Pharisaei enim & omnes Iudaei nisi crebro lauent manus non manducant, tenentes traditionem seniorum, & a foro nisi baptizentur non comedunt. Et ait dominus ad illum: Nunc uos Pharisaei quod de foris est calicis & catini mundatis, quod autem intus est uestri, plenum est rapina & iniquitate.] Et Marcus quidem refert eos baptizata calicum & uasorum lectorumque & amentorum obseruare solitos, sed magis sub nomine uasorum ipsi mendacii & simulationis arguuntur, quod aliud ostentent hominibus foris, aliud domi agant, foris pietatis habentes extrinsecus, sed intus uirtuorum sorde deformes. Vult enim dominus explicare latius quae supra breuiter de mundando cordis oculo protulerat. Stulti, nomne qui fecit quod de foris est, etiam id quod de intus est fecit?] Qui, inquit, utranque hominis naturam fecit, utranque mundari deliderat. Hoc contra Manichaeos, qui animam tantum a Deo, carnem uero putans a diabolo creatam. Hoc contra illos qui corporalia peccata, fornicationem uidelicet, immunditiam, libidinem, furtum, rapinam & caetera talia, quali grauissima detestatur: spiritualia uero quae non minus damnat Apostolus, hoc est amaritudinem, iram, indignationem, clamorem, blasphemiam, superbiam, & auaritiam, quae est idolorum seruitus, ut leuia contemnunt. Verumtamen quod superest date eleemosynam, et ecce omnia munda sunt uobis.] Quod necessario uictui & uestimento superest, date pauperibus. Luxta quod & Ioannes praecipit, Qui habet duas tunicas det non habenti. Neque enim ita facienda iubetur eleemosyna, ut te ipsum consumas inopia, sed ut tui cura corporis expleta in opem quantum uales sustentens. Vel ita intelligendum quod superest, quod tam multo sceleris praecipitatis solum remedium restat, date eleemosynam. Qui sermo ad omnia quae utili miseratione fiunt, ualet. Non solum enim qui dat esurienti cibum, sitienti potum, nudo uestimentum, peregrinanti hospitium, & caetera huiusmodi, uerum etiam qui dat ueniam peccanti, eleemosynam dat. Et qui emendat uerberem in quem potestas datur, uel coercet aliqua disciplina, & tamen peccatum eius quo ab illo laesus aut offensus est dimittit ex corde, uel orat ut ei dimittatur, non solum in eo quod dimittit atque orat, uerum etiam in eo quod corripit & aliqua emendatoria poena plectit, eleemosynam dat, quia misericordiam praestat. Multa itaque genera sunt eleemosynarum, quae cum facimus adiuuamur ut dimittatur nobis nostra peccata, sed ea nihil est maius qua ex corde dimittimus quod in nos quisque peccauit. An uero quod ait, Date eleemosynam & ecce omnia munda sunt uobis: ita intellecturi sumus, ut Pha-

Intentio.

Corpus totum.

Cap. 51.

Euangelist. Concord.

Pharisaeorum lotio.

Euangelist. Concord. Pharisaeorum hypocrisis.

Uterque homo mundanus. Manichaeos notat.

Eleemosyna danda.

risaeis non habentibus fidem Christi, etiam si non in eum crediderint nec renati fuerint ex aqua & spiritu sancto, munda sint omnia, tantum si eleemosynas dederint, sicut quidam eas dandas putant, cum sint immundi omnes quos non mundat fides Christi, de qua scriptum est, Mundans fide cor eorum. Et tamen uerum est quod audierant, Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt uobis. Qui enim uult ordinate dare eleemosynam, a seipso debet incipere, & eam sibi primum dare. Est enim eleemosyna opus misericordiae, uerissimeque dictum est, Miserere animae tuae placens Deo. Propter hoc renascimur, ut Deo placeamus, cui merito displicet quod nascendo contraximus. Haec est prima eleemosyna quam nobis dedimus, quoniam nos ipsos miseros per miserantiam Dei misericordiam requisiuimus. Propter quem dilectionis ordinem dictum est, Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Cum ergo increpasset eos quod forinsecus se lauarent, intus autem rapina & iniquitate pleni essent, admonens quandam eleemosynam, quam sibi homo debet primitus dare, & interiora mundari, Verumtamen est, inquit, quod superest date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt. Deinde ut ostenderet quid admonuisset, & quid ipsi facere non curaret, ne illum putarent eorum eleemosynas ignorare. Sed uae uobis, inquit, Pharisaei.] Tanquam diceret, ego quidem commonui uos eleemosynam dandam, per quam uobis munda sint omnia: sed uae uobis, quia decimatis mentam & rutam & omne holus.] Has enim noui eleemosynas uestras, ne de illis me nunc uos admonuisse arbitremini. Et praeteritis iudicium & charitatem Dei.] Qua eleemosyna possitis ab omni inquinamento interiore mundari, ut uobis munda essent & corpora quae lae uatis, hoc est enim omnia, & interiora scilicet & exteriora. sicut alibi legitur, Mundate quae intus sunt, & quae foris sunt munda erunt. Sed ne istas eleemosynas, quae sunt de fructibus terrae, respicere uideretur, ait: Haec autem, inquit, oportuit facere.] Id est iudicium & charitatem Dei, ut & nos ueraciter de nostra miseria iudicantes, & dei charitatem quam donauit ipse diligentes pie recteque uiuamus, iustum iudicium eius constitutes, quod dicit Apostolus, Iudicium quidem ex uno in condemnationem: & magnae charitatis eius gratias agentes. De qua idem ipse dicit gratiae praedicator. Commendat autem suam charitatem deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Haec autem oportuit facere, & illa non omittere.] Id est eleemosynas fructuum terrenorum. Non ergo se fallant qui per eleemosynas quaslibet largissimas fructuum suorum, uel cuiuscumque pecuniae, impunitatem se emere existimant, in facinororum immanitate, ac flagitiorum nequitia permanendo. Uae uobis Pharisaeis qui diligitis primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro.] Uae uobis miseris, ad

10

20

30

40

50

60

Iudicium et charitas necessaria.

Eleemosyna quatenus mundant.

Uae uobis.

quos Pharisaeorum uicia transierunt, qui breue & incertum uitae nostrae curriculum quo peccata humiliter plangere debueramus, pro prioratu inuicem superbe certando, peccatis amplius onerare non metuimus. *Ve uobis qui estis ut monumenta quae non parent, et homines ambulantes supra, nesciunt.* Et haec superstitionem Pharisaeorum sententia redarguit, qui foris speciem rectae doctrinae praetendant, intus uero quid foeditatis gerant occultent, in ista monumentorum, quae cum superficiei terrae communis ostentent, intus uerum scelerum sunt cadaverum plena foetore. De quibus Psalmista cum diceret, Sepulcrum patens est guttur eorum: mox quid dixisset, aperuit adiungens, Linguis suis dolose agebant. Respondens autem quidam ex legisperitis ait illi: Magister, haec dicens etiam nobis contumeliam facis. Quam miseram conscientiam, quae auditio Dei uerbo sibi contumeliam fieri putat, & commemorata poena perfidorum se semper intelligit esse damnandum. Vnde mihi meisque similibus unicuique superest suffugium, Domino cum propheta supplicare, Utinam dirigantur uiae meae ad custodiendas iustificationes tuas. Tunc non confundar, dum respiciam in omnia mandata tua. At ille ait: Et uobis legisperitis uae, quia oneratis homines oneribus quae portari non possunt, et ipsi uno digito uestro non tangitis sarcinas. Non possunt onera legis portari eo modo quo isti legisperiti haec imponebant hominibus. Vnde recte audiuit, quod sarcinas eius uno digito non tangerent, hoc est ne minimis quidem eam perficerent, quam se contra mortem patrum sine fide & gratia Iesu Christi & seruare & seruandam tradere praesumebant, atque ideo iugum Christi suaue & sarcinam eius leuitem, ubi requies est animarum, procul abijcere & exterminare tentabant, cum scriptum sit, Iustus autem ex fide uiuit. Et Apostolus Petrus his qui credentes ex gentibus circumcidi dicebant, protestetur & dicat, Et nunc quid tentatis deum imponere iugum super ceruicem discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos potuimus portare: sed per gratiam Domini nostri Iesu credimus saluari quemadmodum & illi. *Ve uobis qui edificatis monumenta prophetarum, patres autem uestri occiderunt illos.* Non monumenta prophetarum ornare, sed interfectores prophetarum imitari, sceleris est. Iudaei ergo prophetarum monumenta aedificando, patrum suorum facta qui hos occiderunt arguebant, sed paterna facinora aemulando, dum Christum Apostolosque illius insequuntur, in seipsum sententiam retorquebant. eadem uidelicet ipsi, quae in parentibus damnabant agentes. Profecto testificamini, quod cogens operibus patrum uestrorum. Quoniam quidem ipsi eos occiderunt, uos autem aedificatis eorum sepulcra. Simulabant quidem se ob fauorem uulgi captandum, patrum suorum horrere perfidiam, memorias prophetarum qui ab eis occisi sunt magnifice ornando, sed ipso opere testifi-

Sepulcrorum similes.

Conscius sibi.

Onera legis.

Act. 15.

Paternorum scelerum imitatores.

cantur quantum paternae nequitiae consentiant, Dominum qui ab eisdem prophetis est praenunciatus, iniurijs agendo. Vbi se pariter & filios homicidarum & ad suae damnationis augmentum scientes peccare declarant. Vnde recte subiungitur, Propterea & sapientia Dei dixit: Mittam ad illos prophetas & Apostolos, et ex illis occident et persequentur. Sapientiam Dei, seipsum dicit, ipse est enim Dei uirtus & Dei sapientia, sicut apostolus docet. Denique in Mattheo ita habes, Ideo ecce ego mitto ad uos prophetas, & sapientes & scribas. Si autem eadem sapientia Dei prophetas quae Apostolos misit, cessent haeretici Christo ex uirgine principium dare, omittant alium legis & prophetarum, alium noui testamenti Deum praedicare, quamuis saepe etiam Apostolica scriptura prophetas non eosolum qui futura Christi incarnatione, sed & eos qui uentura caelestis regni gaudia predicent, appellat. Prophetas (inquit) duo aut tres dicant, & ceteri diiudicent. Sed nequaquam hos crediderim Apostolis in catalogi ordine praefereudos. Vt inquiratur sanguis omnium prophetarum qui effusus est a constitutione mundi a generatione ista. Quiritur quomodo sanguis omnium prophetarum atque iustorum ab una Iudaeorum generatione requiratur, cum & multis sanctorum siue ante incarnationem seu post mortem resurrectionemque saluatoris, ab alijs sint nationibus interempti, & ipse dominus Iudaeis licet adclamantibus, a Romano tamen praeside, Romanisque sit militibus crucifixus. Sed moris est scripturarum, duas saepe generationes hominum, bonorum scilicet maiorumque computare, hoc est eorum qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt, & eorum quibus dicitur, Vos ex parte diabolo estis. Et alibi, Serpentes generatio uiperarum. A sanguine Abel usque ad sanguinem Zachariae, qui perijt inter altare & eadem. Quare a sanguine Abel qui primus martyrium passus est, mirum non est, sed quare usque ad sanguinem Zachariae, quare durum est, cum & multi post eum usque ad natiuitatem Christi, & ipso mox nato, innocentes in Bethleem pueri sint ab hac generatione perempti, nisi forte quia Abel pastor ouium, Zacharias sacerdos fuit, & hic in campo, ille in atrio templi necatus est, utriusque gradus martyres, & laici scilicet & altaris officio macipati, sub eorum uoluit intinere uocabulo. *Ve uobis legisperitis, quia tulistis clauem scientiae, ipsi non introistis, et eos qui introibant prohibuistis.* Clauis scientiae, humilitas Christi est, quam legisperiti nec ipsi in lege & prophetis intelligere, nec ab alijs intelligi uolebant. Intrare est enim, non esse contentum superficiei literae, sed usque ad intelligentiam sacratoris arcana penetrare. Aliter. Omnis doctor qui auditores quos uerbo aedificat exemplo scandalizat, nec ipse regnum Dei intrat, nec eos qui poterant intrare, permittit. Cum haec ad illos diceret, ceperunt

Sapientia Dei Christus.

Haereticos taxat.

Prophetas qui.

Apostolorum dignitas.

Iudaei quomodo omnes occiderint.

Generatio nes duae.

Abel martyr primus, Zachariae patrem Baptistae alij intelligit.

Clauis scientiae.

Intrare.

ceperunt Pharisaei & legisperiti grauius insistere, & os eius opprimere, de multis insidiantes ei, et querentes aliquid capere de ore eius, ut accusaret eum. Quam uera perfidie, simulationis, & impietatis suae crimina aut dicerint ipsi testantur, qui tanto in tonante turbine non ipsi respiscere, sed doctorem ueritatis insidijs moluntur adgredi. CAPVT XII. Vltis autem turbis concurrentibus ita ut se inuicem conculcarent, cepit dicere ad discipulos suos: Attendite a fermento Pharisaeorum quod est hypocrisis. Ad hoc fermentum pertinet omnia quae recumbens apud Pharisaeum superius disputauerat. De quo & Apostolus praecipit: Ita que epulemur, non in fermento ueteri, neque in fermento malitiae & nequitiae, sed in azymis sinceritatis & ueritatis. Nam sicut modicum fermentum totam farinae cui iniicitur massam corrumpit, uniuersamque mox conspersionem suo sapore commaculat, sic nimirum simulatio cuius semel animum imbuerit, tota uirtutum sinceritate ueritate fraudabit. Nihil autem opertum est quod non reueletur, neque absconditum quod non sciatur. Et quomodo in praesenti saeculo, multorum diu latet hypocrisis: Ergo de futuro tempore intelligendum, quando iudicabit Deus occulta hominum. Nam sicut unus amicorum beati Iob uerissime dixit, Laus impiorum breuis est, & gaudium hypocrisis ad instar puncti. Si ascenderit usque ad caelum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinum in fine perdetur. In fine, inquit, perdetur, qui in principio florere uidebatur. Est ergo sensus: Attendite ne aemulmini simulatores, quia ueniet profecto tempus, in quo & uestra uirtus omnibus, & eorum reueletur hypocrisis. Verum quod sequitur: Quoniam quae in tenebris dixistis, in lumine dicentur, & quod in aure locuti estis in cubiculis, praedicabitur in tectis. Non solum in futuro, quando cuncta cordium abscondita proferentur ad lucem, sed & in praesenti tempore potest congruenter accipi. Quoniam quae inter tenebras quondam pressurarum carcerumque umbras uel locuti uel passi sunt Apostoli, nunc clarificata per orbem Ecclesia, lectis eorum actibus publice praedicantur. Sane quod ait, Praedicabitur in tectis: iuxta morem prouinciae Palaestinae loquitur, ubi solent in tectis residere. Non enim tecta nostro more culminibus sublimata, sed plano schemate faciunt aequalia. Vnde lex praecipit, ut qui nouam domum aedificaret, murum tecti poneret in gyro, ne sunderetur ibi sanguis innoxius, labente aliquo & in praecipit ueniente. Et in templi constructione legimus, Texit quoque domum laquearibus cedrinis, & aedificauit tabulatum super omnem domum quinq; cubitis altitudinis. Ergo praedicabitur in tectis, cunctis audientibus palam dicitur. Dico autem uobis amicis meis, ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & post haec non ha-

Cap. 12.

Fermentum Pharisaeorum.

Reuelanda omnia in futuro.



ben amplius quid facient. Si persecutores sanctorum occidis corporibus, non habent amplius quid contra illos agant, ergo superuacua furiant insania, qui mortua martyrum membra feris auiibusque discerpenda projiciunt, uel in auras extenuari, uel in undas solui, uel per flammam in cinerem faciunt redigi, cum nequaquam omnipotentiae Dei quin ea resuscitando uiuificet, obistere possint. Time te eum qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Quia duo sunt genera persecutorum, unum palam saeuientium, alterum sicte fraudulenterque blandientium: contra utrumque nos munire atque instituere uolens Saluator, & supra ab hypocrisis Pharisaeorum attendere, & hic a carnificum caede praecipit non timere, quia uidelicet post mortem nec horum crudelitas, nec illorum ualeat simulatio durare. Domino potius qui semper uideat placendum, dominum qui semper punire uel libere rare queat, esse timendum. Nonne quinq; passeris uenient dispendio, & unus ex illis non est in obliuione carum Deo? Si minutissima, inquit, animalia, & quae quolibet per aera feruntur uolatilia Deus obliuisci non potest, uos qui ad imaginem facti estis creatoris, non debetis terri ab ijs qui occidunt corpus, quia qui irrationabilia gubernat, rationabilia curare non desinit. Dispendius quoque quinq; passeris uenient, id est uenduntur, genus est ponderis leuissimi, ex duobus asibus compositi. Quare fortasse aliquis, quomodo dicat Apostolus: Nuncquid de bobus cura est Deo? utique bos passere preciosior existat. Sed aliquid cura, aliud uero est scientia. Denique numerus capillorum de quo consequenter ait: Sed & capilli capitis uestri omnes numerati sunt. Non in actu computationis, sed in facultate cognitionis accipitur. Non enim sollicitam, Deus curam numerantis intendit excubiam, sed cui cognitum sunt omnia, quasi numerata sunt omnia. Bene tamen numerata dicuntur, quia quae uolumus seruare, numeramus. Vbi immensam Dei erga homines ostendit prouidentiam, & ineffabilem signat affectum, quod nil nostrum Deum lateat, & parua etiam otiosaque dicta, eius scientiam non fugiant. Derident intelligentiam ecclesiasticam in hoc loco, qui carnis resurrectionem negant, quasi nos ipsam terrenam materiam quae discendente anima fit cadaver, ita resurrectione reparanda dicamus, ut ea quae dislabuntur, & in alias atque alias aliarum rerum species formasque uertuntur, quamuis ad corpus redeant unde dislapsa sunt, ad eandem quoque corporis partes ubi fuerunt, redire necesse sit. Alioquin si capillis capitis redit, quod tam crebra tonsura detraxit, si unguibus quod toties dempsit exsectio, immoderata & indecens cogitantibus, & ideo resurrectionem carnis non credentibus occurrat in formositas. Sed quemadmodum si statua cuiuslibet solubilis metalli aut igne lique-

sceret, aut contereretur in puluerem, aut con-

Tyrannorum insania.

Persecutores duplices.

Cura hominum deo.

Dispendius.

Cura bestiarum non est deo scientia.

Capilli quomodo numerati.

Resurrectionis corporum, mysterium.

Exemplum de statua refusa.

fundetur in massam, & eam uellet artifex rursus ex illius materiae quantitate reparare, nihil interesset ad eius integritatem, quae particula materiae cui membro statuae redderetur, dum tamen totum ex quo constituta fuerit resumere: ita Deus mirabiliter atque ineffabiliter artifex, de toto quo caro nostra constituitur, eam mirabili & ineffabili celeritate restituet, nec aliquid adhibebit ad eius redintegrationem utrum capilli ad capillos redeant, & ungues ad unguies, an quicquid eorum perierat mutetur in carnem, & in partes alias corporis reuocetur, curante artificis providentia, ne quid indecens fiat. *Nolite ergo timere, multis passeribus plures estis.*] Non plures estis, legendum, quod ad comparationem numeri pertinet, sed plures estis, hoc est maioris apud Deum meriti, dignitatis, & aestimationis, quam innumera passerum, uel corpora, uel genera computamini. *Dico autem uobis, omnis qui cumque confessus fuerit in me coram hominibus, & filius hominis confitebitur illum coram angelis Dei.*] Respicit ad superiora, ubi dictum est operata qualibet & abscondita esse reuelanda, concludens hanc reuelationem non in uili quolibet conciliabulo, sed in conspectu supernae ciuitatis aeternae regis ac iudicis agendam. Et ne ex eo quod ait, eos qui se negauerint esse denegandos, una cunctorum, hoc est eorum qui studio & eorum qui infirmitate uel ignorantia negant, conditio putaretur, continuo subiicit: *Et omnis qui dicit uerbum in filium hominis, remittetur illi. Ei autem qui in spiritum sanctum blasphemauerit, non remittetur.*] Qui scandalizatur carne mea, me hominem tantum arbitrans quod filius & fratres habeam Iacobum, & Ioseph, & Iudam, & homo uorator ac uini potator sim, talis opinio atque blasphemia quamquam culpa non careat erroris, tamen habet ueniam propter corporis utilitatem. Qui autem manifeste intelligens opera Dei cum de uirtute negare non possit, eadem stimulatus inuidia calumniatur, & Christum Dei quod uerbum & opera spiritus sancti dicit esse Beelzebub, isti non dimittetur neque in praesenti saeculo neque in futuro. Non quod negemus & ei si poenitentiam agere possit, posse dimitti ab eo qui uult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire, sed quod ipsi iudici & largitori ueniae credentes, qui & se poenitentiam semper accepturum, & hanc blasphemiam nusquam dicit esse remittendam, credimus hunc blasphemum exigentibus meritis sicut nunquam ad remissionem, ita nec ad ipsos dignae poenitentiae fructus esse peruenturum. Iuxta quod Ioannes Euangelista de quibusdam blasphemiae suae merito excacatis uerissime scripsit. Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Esaias, excacauit oculos eorum, & indurauit eorum cor, ut non uideant oculis & intelligant corde & conuertantur,

Pluris non plures.

Negantia differetia.

Fratres Domini.

Blasphemia

tur, & sanem illos. Quidam sane uolunt illum dicere uerbum, uel blasphemare in spiritum sanctum, qui unitati Ecclesiae ubi in sancto spiritu sit remissio peccatorum, corde impoenitenti resistit, dicentes unum esse suffugium ne sit inremissibilis blasphemia, cor impoenitens caueatur. Quorum multis sententia nequaquam firma uidetur, quia uidelicet quisquis unitati Ecclesiae corde impoenitenti resistit, siue ille Iudaeus, seu Gentilis, siue etiam haereticus sit, potest utique remissionem habere peccatorum in spiritu sancto, si ad unitatem Ecclesiae corde poenitenti refugerit. Sed dicunt quandiu corde impoenitenti quis spiritui gratiae resistit, tandiu non habet remissionem. At illi obijciunt hanc conditionem in cunctis constare criminibus. Quomodo enim quandiu quis fornicationem, idololatriam, adulterium, masculorum concubitum, furtum, caeteraque flagitia gesserit, non habet hereditatem in regno Christi & Dei: his uero criminibus abdicatis, potest abluui, sanctificari, iustificari in nomine Domini nostri Iesu Christi & in spiritu Dei nostri: Ita, inquit, etiam impoenitens quandiu cor impoenitens habuerit, non potest habere ueniam. Mox uero ut poenituerit, consequetur & ueniam. Nulloque discrimine impoenitentia caeteris obligator aut inremissibilior inuenitur esse peccatis, quae in similitudinem scelerum caeterorum usque ad poenitentiam manens, mox acta poenitentia delebitur. Sola autem blasphemia in spiritum sanctum, qua quisque in similitudinem diaboli & angelorum eius contra conscientiam suam, maiestatem deitatis oppugnare non trepidat, non habet remissionem in aeternum, sed reus erit aeterni delicti. Sicut Euangelista Marcus euidenter exponit, qui posito hoc Domini testimonio subiunxit, atque ait, Quoniam dicebant, spiritum immundum habet. Nam neque hi qui spiritum sanctum non esse, neque qui hunc esse quidem, sed Deum non esse, neque qui hunc Deum quidem esse, sed patre filioque minorem credunt & confitentur, quia non in uidentia diabolica, sed humana ignorantia delicti faciunt, hoc inremissibilis blasphemiae criminis tenentur. Quapropter principes Iudaeorum, & quique similis inuidiae peste corrupti, maiestatem blasphemant, sine fine peribunt. Lege beati Augustini librum primum de Sermone Domini in monte. *Cum autem inducent uos in synagogas, & ad magistratus & potestates.*] Supra enim dixerat, Mittam ad illos prophetas & Apostolos, & ex illis occident & persequentur. *Nolite solliciti esse qualiter aut quid respondeatis, aut quid dicatis. Spiritus enim sanctus docebit uos in ipsa hora, quae oportet ad dicere.*] Cum ergo propter Christum ducimur ad iudices, uoluntate tantum nostram Christo debemus offerre: caeterum ipse Christus qui in nobis habitat, loquitur pro se, & spiritus sancti in respondendo gratia ministrabitur.

in spiritu sancto

Impoenitentia.

Ait autem

Cap. 53.

Terrenorum diuisionem non procurat Dominus. Homines qui dicuntur.

Auaritiae pestis.

Diuitis coloni peccatum.

Ait autem quidam ei de turba: Magister, dic fratri meo ut diuidat mecum hereditatem. At ille dixit ei: Homo, quis me constituit iudicem, aut diuisorem supra uos?] Merito refutatur hic frater, qui magistro supernae pacis unitatisque gaudia commendanti, terrenae diuisionis uult ingerere molestiam, merito hominis uocabulo notatur. Cum enim sit inter uos, inquit, zelus & contentio, nonne carnales estis, nonne homines estis, & secundum hominem ambulatis? Negatque se Dominus hominum esse diuisorem, ad quos & secum & cum angelis pacificandos uenerat. Non enim est deus dissensionis, sed pacis. Et multitudinis creditum erat cor & anima una, nec quisquam eorum quae possidebant aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Solus autem fraternitatis diuisor & auctor dissensionis est ille, de quo supra dicitur: Et qui non colligit mecum, dispergit. Et de membris illius: Omne regnum in seipsum diuisum desolatur, & domus supra domum cadit. Dixitque ad illos: Videte & caete ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiusquam uita eius est, ex eis quae possidet.] Sicut supra Dominus aduersum blasphemos & hypocritas multat dixerat, sic & hic ex occasione huius stulti petitoris, aduersus auaritiae pestem, quae plerique mortalium satis superque laborant, & turbas & discipulos praeceptis pariter & exemplis munit re fatagit. Et notandum, quod non ait, Caete ab auaritia, sed adiunxit, ab omni: quia nonnulla simpliciter hominibus geri uidentur, sed in aeternus arbiter qua intentione fiant, quia cernit, iudicat. Quis enim cum fratre hereditatem diuidit, adultos in agro proprio fructus in horrea recondi pro crimine deputaret? Sed ipse est testis & iudex scriptum est. *Dixit autem similitudinem ad illos, dicens: Hominis cuiusdam diuitis uberes fructus ager attulit, & cogitabat intra se dicens: Quid faciam, quod non habeo quo congregem fructus meos? Et dixit: Hoc faciam, destrua horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia quae nata sunt mihi, & bona mea.] Non in eo reprehenditur iste diues quod terram coluerit, natos uel ex ea fructus in horrea collegerit, sed quod omnem uitae suae fiduciam in ipsa abundantia rerum posuerit, fructusque quos uberioribus solito terra protulit, suos fructus & sua bona computans, non pauperibus erogare, iuxta imperium domini dicentis, Quod superest date eleemosynam, sed factis receptaculis maioribus, suae in futurum luxuriae reseruare studuerit. *Anima, inquit, habes multa posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare.] Cui simile quid, in Ecclesiastico legitur: Est qui locupletatur parce agendo, & est pars mercedis illius in eo quod dicit, Inueni requiem mihi, & nunc manducabo de bonis meis solus, & nescit quod tempus praetereat, & relinquat omnia alijs. *Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt a te: quae autem paraasti, cuius erunt?] Qui multa tibi deliciarum tempora stultus in***

uita promittebas, proxima hac nocte morte praeptus, alijs congregata relinques. Hec deo ad hominem dicere est, prauas eius machinationes subita animaduersione compescere. Aliter. In nocte ablata est anima, quae in obscuritate est cordis, ac misera. In nocte ablata est, quae considerationis lucem habere noluit, ut quod poterat pati, prauideret. Vnde bene discipulis futura cogitantibus Paulus Apostolus dicit: Vos autem fratres non estis in tenebris, ut uos dies illa tanquam fur comprehendat. Omnes enim uos filij lucis estis, & filij diei. Non sumus noctis, neque tenebrarum. Dies enim exitus tanquam fur in nocte comprehendit, quando stultorum animas futura non praeditantes efficit. *Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues.] Si is qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues, stultus est & in nocte rapiendus, ergo qui uult esse in Deum diues, non sibi thesaurizat, sed pauperibus possessa distribuat. Sic enim sapiens, & filius lucis esse merebitur. Vnde bene Psalmista cum de auaro quolibet diuite praemississet, Sed & frustra conturbatur, thesaurizat & ignorat cui congregabit ea, mox ubi cordis sui thesaurum locasset, aperuit dicens, Et nunc quae est expectatio mea, nonne Dominus, & substantia mea apud te est? *Dixitque ad discipulos suos: Ideo dico uobis, nolite solliciti esse anima quae manducetis, neque corpori quid uestiamini.] Quod ait, Ideo dico: ad superiora respicit, hoc est, ideo temporalium sollicitudinibus ueto, ne cum diuitibus saeculi, uobis thesaurizare conuincamini. Ergo quod omnibus natura tribuit, & iumentis, ac bestijs, hominibus quoque commune est, huius cura penitus liberamur, sed praecipitur uobis, ne solliciti simus quid comedamus. Et quia in sudore uultus praeparamus uobis panem, labor exercendus est, sollicitudo tollenda. *Anima plus est quam escam, & corpus quam uestimentum.] Admonet, ut meminere multo amplius nobis Deum dedisse, quod nos fecit & composuit ex anima & corpore, quam est alimentum atque tegumentum, ut intelligas eum qui dedit animam, multo facilius escam esse daturum. Similiter eum qui corpus dedit, multo facilius daturum esse uestimentum. Quo loco quaeri solet utrum ad animam cibis iste perueniat, cum anima in corpore sit, iste autem cibis corporeus. Sed animam hoc loco, pro ista uita positam nouerimus, cuius retinaculum est alimentum istud corporeum. Secundum hanc significationem dictum est etiam illud, Qui amat animam suam, perdet illam. Quod nisi de hac uita acceperimus, quam oportet pro regno Dei perdere, quod potuisse martyres claruit, contrarium hoc praecipuum erit illi sententiae, qua dictum est, Quid prodest homini si uniuersum mundum lucretur, animae autem suae detrimentum faciat? *Considerate coruos, quia non seminant, neque metunt, quibus non est cellarium, neque horreum, & Deus pascit illos.] Quod si****

Thesaurizans sibi.

Anima plus ris quam corpus, & corpus quam uestis.

Cibus ad animam perueniat. Anima pro uita.

Hominis præ auibus præstātia.

uolatilia absque cura & ærumnis, Dei aluntur prouidentia, quæ hodie sunt & cras non erunt, quorum anima mortalis est, & cum esse cessauerint semper non erunt, quanto magis homines quibus æternitas promittitur, Dei reguntur imperio? *Quanto magis uos pluris estis illis?* Id est, carius uos ualeatis. Quia utiq; rationale animal sicuti est homo, sublimius ordinatum est in rerum natura, quam irrationalia, sicuti sunt aues. *Quis autem uestrum cogitando potest adijcere ad staturam suam cubitum unum? Si ergo neque quod minimum est potestis, quid de cæteris solliciti estis?* Id est, cuius potestate atque dominatu factum est ut ad hanc staturam corpus uestrum perduceretur, eius prouidentia etiam uestiri potest. Non autem uestra cura factum esse, ut ad hanc staturam ueniret corpus uestrum: ex hoc intelligi potest, quod si curatis & uelitis adijcere unum cubitum huic staturæ, non potestis. Illi ergo etiam tegendi corporis curam relinquite, cuius uidetis cura factum esse, ut tantæ staturæ corpus habeatis. *Si ergo (inquit) neque quod minimum est potestis, minimum enim est hoc, sed Deo corpora operari.* Dandum autem erat etiam documentum propter uestitum, sicut datum est propter alimentum. Itaque sequitur, & dicit: *Considerate lilia quomodo crescunt, non laborant, non nent.* Sed ista documenta, non sicut allegorica discutienda sunt, ut quæramus quid significet corui aut lilia: posita sunt enim, ut de rebus minoribus maiora persuaderentur. *Dico autem uobis, nec Salomon in omni gloria sua uestiebatur sicut unum ex istis.* Et reuera, quod sericum, quæ regunt purpura, quæ pictura texturum, potest floribus comparari? *Quid ita rubet ut rosa? quid ita candet ut lilium? Viola uerò purpuram nullo superari murice, oculorum magis, quam sermonum indicium est.* *Si autem scenum quod hodie in agro est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic uestit, quanto magis uos pusilla fidei?* Cras in scripturis, futurum tempus intelligitur, dicente Iacob: *Et exaudiet me cras iustitia mea.* Et in Samuelis phantasmate, Pythonissa loquitur ad Saul: *Cras eris mecum, Et uos, nolite quærere quid manducetis, aut quid bibatis.* Et supra, *Necq; corpori quid uestiamini.* Vbi mihi uidentur argui, qui spreto uictu, uel uestitu communi, lautiora sibi uel austeriora præiis cum quibus uitam dicunt, alimenta, uel indumenta, requirunt. *Et nolite in sublime tolli.* Prohibitæ sollicitudine, de alimentis, consequenter, ne extollantur, ammonuit. Primo enim hæc, ad necessitatem implendam, homo quaerit. Cum autem hæc abundauerint, incipit & superbire de talibus. Tale est hoc, ac si se uulneratus quis iactet, quia habet multa emplastra in domo, cum hoc illi bonum esset ut uulnera non haberet, & ne uno quidem indi-

geret emplastro. *Hæc enim omnia, gentes mundi quærunt. Pater autem uester scit, quoniam his indigetis. Veruntamen quærite regnum Dei, & hæc omnia adijcientur uobis.* Hic manifestissime ostendit, non hæc esse appetenda, tanquam talia bona nostra, ut propter ipsa debeamus bene facere, si quid facimus, sed tamen esse necessaria. *Quid enim interlit inter bonum quod appetendum est, & necessarium quod sumendum est, hæc sententia declarauit cum ait: Veruntamen quærite regnum Dei, & hæc omnia adijcientur uobis.* Regnum ergo Dei, bonum nostrum est, & hoc appetendum, & ibi finis constituendus, propter quod omnia faciamus quæcumq; facimus. Sed quia in hac uita militamus, ut ad illud regnum peruenire possimus, quæ uita sine his necessarijs agi non potest, adijcientur hæc uobis (inquit) sed uos regnum Dei quærite. *Qui enim non ait dabuntur, sed adijcientur, profecto indicat aliud esse quod principaliter datur, aliud quod superadditur.* Quia nobis in intentione æternitas, in usu uero temporalitas esse debet, & illud datur, & hoc nimirum ex abundantia superadditur. *Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri uestro dare uobis regnum.* Pusillū gregem electorum, uel ob comparationem maioris numeri reproborum, uel potius ob humilitatis deuotionem nominat. Quia uidelicet Ecclesiā suam quantalibet numerositate iam dilatā, tamen usq; ad finem mundi humilitate uult crescere, & ad promissum regnum humilitate peruenire. Ideoq; eius labores blande cōsolatus, quam regnum Dei tantum quærere præcipit, eidem regnum a patre dandum complacita benignitate promittit. *Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam.* Nolite (inquit) timere, ne propter regnum Dei militantibus, huius uitæ necessaria desint, quin etiam possessa, propter eleemosynam uendite. *Quod tunc digne fit, quantum qui semel pro Domino suis omnibus spretris, nihilominus post hæc labore manuum unde & uictum transigere & eleemosynam dare queat, operatur.* Vnde gloriatur Apostolus dicens: *Argentum, aut aurum, aut uestem nullius concupiui, ipsi scitis: quoniam ad ea quæ mihi opuserant, & his qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ.* Omnia ostendi uobis, quoniam sic laborantes, oportet suscipere infirmos. *Facite uobis sacculos, qui non ueterascunt.* Eleemosynas uidelicet operando, quarum merces in æternum maneat. Vbi non hoc præceptum esse putandum est, ut nil pecuniæ referatur a sanctis, uel suis scilicet, uel pauperum usus suggerenda: cum & ipse Dominus cui ministrabant angeli, tamen ad informandam Ecclesiam suam oculos habuisse legatur, & a fidelibus oblata conseruans, & suorum necessitatibus alijsq; indigentibus tribuēs: sed ne deo propter ista seruiatur, & ob inopiæ timorem

Regnum Dei.

Adijciuntur iustis necessaria.

Cap. 4.

Grex pusillus electorum.

Vendentes sua in eleemosynam.

Pecuniam referuare licet.

Loculi Domini.

Florum decor.

Cras.

Curiositas in uictu & uestitu.

Pecunia perit.

Fur.

Ossa.

Lumbos præcingere.

Lucernas tenere.

Ad nuptias abiit dominus.

Venit dominus.

iustitia deseratur. *Theaurum non deficientem in cælis, quo fur non adpropriet, neq; tinea corruptit.* Sicut simpliciter accipiendum quod pecunia seruata deficiat, uel uidelicet a fure thesauris erepta, uel in thesauris ipsa sui fragilitate foedata, data autem pro Christo perennem misericordiae fructum conferat in cælis: seu certe ita intelligendum, quod thesaurus boni operis si commodi terrestris occasione condatur, facile corruptus intereat, at si cælesti solum intentione congeratur, non exterius hominum favore, non intus inanis gloriae ualeat labe miraculi. *Fur enim deoris rapit, tinea scindit interius.* Fur abstulit diuitias eorum de quibus dominus ait, *Receperunt mercedem suam.* Tinea corrupti uestes eorum, quas Psalmista redarguens ait, *Quoniam deus dissipat ossa hominum sibi placentium.* Ossa enim uirtutum, robur appellat. *Vbi enim thesaurus uester est, ibi & cor uestrum erit.* Hoc non solum de pecunia, sed & de cunctis passionibus sentiendum est. *Gulosi, Deus uentus est.* Ibi ergo habet cor ubi & thesaurus. *Luxuriosi thesauri epule sunt, lasciuu ludicra, amatoris libido, hinc seruit unusquisq; a quo uincitur.* *Sint lumbi uestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus uestris: & uos similes suis expectantibus Dominum suum.* Quia multos ostendat uel in totum saeculo subditos, uel saecularis intuitu commodi domino seruiantes, pulchre breuiterq; suos docet, & lumbos præcingere propter continentiam ab amore rerum saeculariū, & lucernas ardentes habere, ut hoc ipsum uero sine & recta intentione faciant. *Aliter, lumbos præcingimus, cum carnis luxuriā per continentiam coarctamus.* *Lucernas autem ardentes in manibus tenemus, cum per bona opera proximis nostris lucis exemplam monstramus.* *Redemptori etenim nostro unum sine altero placere nequaquam potest, si aut is qui bona agit adhuc luxuriæ iniqua namenta non deserit, aut is qui castitate praeminet, necdum se per bona opera exercet.* Sed & si utrunq; agitur, restat ut quisquis ille est, spe ad supernam patriam tendat, nequaquam se a uitijis pro mundi huius honestate contineat, sed totam spem in redemptoris sui aduentu constituat. *Vnde & protinus subdit: Et uos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur a nuptijs.* *Ad nuptias quippe dominus abiit, quia resurgens a mortuis ascendens in cælum supernam sibi Angelorum multitudinem nouus homo copulauit.* *Qui tunc reuertitur, cum nobis iam per iudicium manifestatur.* *Bene autem de seruis expectantibus subditur, Ut cum uenerit & pulsauerit, confestim aperiant ei.* *Venit quippe cum ad iudicium properat, pulsatur uerò cum iam per ægritudinis molestias, esse mortem uicinā designat.* *Cui confestim aperimus, si hunc cum amore suscipimus.* *Aperire etenim iudicij pulsanti non uult, qui exire de corpore trepidat: & uidere eum quem contempnissè se memi-*

10

20

30

40

50

60

nit, iudicem formidat. *Qui autem de sua spe & operatione securus est, pulsanti confestim aperit, quia lætus iudicem sustinet, cum tempus propinquæ mortis agnouerit, de gloria retributionis hilarescit.* *Vnde & protinus subditur: Beati serui illi quos cum uenerit dominus, inuenerit uigilantes.* *Vigilat, qui ad aspectum ueri luminis, mentis oculos apertos tenet.* *Vigilat, qui seruat operando quod credidit.* *Vigilat, qui a se torporis & negligentiae tenebras repellit.* *Hinc etiam Paulus dicit: Euigilate iusti, & nolite peccare.* *Hinc rursum ait: Hora est iam nos de somno surgere.* *Sed ueniens dominus quid uigilantibus seruis exhibeat, audiamus.* *Amen dico uobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis.* *Præcingit se, id est retributionem præparat: facit illos discumbere, id est in æterna quiete refoveri.* *Discumbere quippe nostrum, in regno quiescere est.* *Vnde rursum dominus dicit, Venient & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob.* *Transiens autem dominus ministrat, quia lucis suæ illustratione nos satiat.* *Transit uerò, dictum est de iudicio, ad regnum redit.* *Vel certe dominus nobis post iudicium transit, quia ab humanitatis forma in diuinitatis suæ cōtemplatione nos eleuat.* *Et transire eius, est in claritatis suæ speculationem nos ducere, cum eum quem in humanitate in iudicio cernimus, etiā in diuinitate post iudicium uidemus.* *Et si uenerit in secunda uigilia, et si in tertia uigilia uenerit, et ita inuenerit, beati serui illi.* *Prima uigilia primæuum tempus est, id est pueritia.* *Secunda, adolescentia uel iuuentus.* *Quæ auctoritate sacri eloquij unum sunt dicentis, Lætare iuuenis in adolescentia tua.* *Tertia autem, senectus accipitur.* *Qui ergo uigilare in prima uigilia noluit, custodiat uel secundam, ut qui conuerit a prauitatibus suis in pueritia neglexit ad uitas uite, saltem in tempore iuuentutis euigilet.* *Et qui uigilare in secunda uigilia noluit, tertiæ uigiliæ remedia non amittat, ut qui & in iuuentute ad uitas uitæ non euigilat, saltem in senectute resipiscat.* *Ad excutiendam uerò mentis nostre desidiam, etiam exteriora damna per similitudinem deducuntur, ut per hæc animus ad sui custodiam suscitetur.* *Nam dicitur: Hoc autem scitote, quoniam si sciret pater familias, qua hora fur ueniret, uigilaret utique, non sineret perfodi domum suam.* *Ex qua præmissa similitudine, etiam exhortatio subinfertur, cum dicitur: Et uos estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis uenit.* *Nesciente etenim patre familias, fur domum perfodit: quia dum a sui custodia spiritus dormit, in prouisa mors ueniens, carnis nostræ habitaculum irrumpit, & eum quem dominum domus inuenerit dormientem, necat, quia cum uentura damna spiritus minime prouidet, hunc mors ad supplicium nescientem rapit.* *Furi autem resisteret si uigilaret, quia aduentum iudicij qui occuldat animā rapit præcauens, ei poenitendo occur-*

Vigilans quis.

Discumbere

Transiens ministrat dominus.

Vigiliae tres.

reret, ne impoenitens periret. Horam uero ultimam dominus noster idcirco nobis uoluit esse incognitam, ut semper possit esse suspecta, ut dum illam praeuidere non possumus, ad illam sine intermissione praeparemur. Ait autem ei Petrus: Domine ad nos dicit hanc parabolam, an et ad omnes? Duo quidem dominus praemissa parabola monuerat & se uidelicet subito uenturum, & illos eum paratos expectare debere: sed de quo horam, an de utroque Petrus interrogauerit, quos uel sibi sociisque suis comparauerit, cum ait, Ad nos dicitis, an et ad omnes? non facile patet. Et quidem in eos quod ait, Nos & omnes: non alios, quam uel Apostolos, Apostolorumque similes, & caeteros fideles, uel eos qui uirum morientes quotidie sui iudicis aduentum uolentes nolentesque suscipiunt, & eos qui ueniente uniuersali iudicio uiui sunt in carne reperiendi, significare putandus est. Sed mirum si beatus Petrus dubitauit, uel omnibus qui uelint sobrie, & iuste, & pie uiuendum, expectantibus beatam spem, & aduentum gloriae magni dei, qui uult omnem hominem saluum fieri, uel in opinatum & singulorum, & omnium, magnorum & pusillorum, & fidelium, & infidelium, futurum esse iudicium. Vnde restat intelligi hisiam bene cognitam, ea magis que nescire forte poterat, quaesitu digna duxisse, uidelicet si sublimia illa uita caelestis instituta, quibus possessa uendere, sacculos qui non ueterascerent facere, thesaurum caelo condere, lumbis praecinctis lucernisque ardentibus uigilare, & dominum expectare praeparat, ad Apostolos solum similesque illorum, an & ad omnes qui saluandi sint, pertineant. Qui sensus esse quaerentis, ex ipsa (ni fallor) domini responsione declaratur. Dixit autem dominus: Quis putas esse fidelis dispensator & prudens, quem constituit dominus super familiam suam? Respondens ad interrogata Saluator, primo docet iudicium cunctis adfuturum, singulosque iuxta meritum operis ac sensus sui capacitate, praemia uel tormenta acturos. Deinde, quod maxime quaesierat, gratiam uirtutum quam mundo atulerit, a singulis quantum possint ostendit esse sectandam. Ignem (inquit) ueni mittere in terram, & quid uolo nisi ut accendatur: Sane quod ait, quis putas est, difficultatem non impossibilitatem perficiendae uirtutis insinuat, quomodo Psalmista, Quis sapiens & custodiet haec? non neminem sed rarum significat. Nam alibi idem uerbum non pro difficili, sed pro impossibili posuit. Deus quis similis erit tibi? id est, nullus. Tu enim solus altissimus, super omnem terram. Vnde illis in tempore tritici mensuram. Per mensuram tritici, exprimitur modus uerbi. Alta etenim quaeque debent multis audientibus contegi, uix paucis aperiri, ne cum angusto cordi incapabile aliquid tribuitur, extra fundatur. Hinc Moses a secreta dei exiens, coruscantem faciem coram populo uelat, quia nimirum turbis clarita-

Petrus de quibus interrogauerit.

Iudicium cunctis ad futurum.

Interrogatio difficultatis non impossibilitatem arguit.

Mensura tritici.

tis intimae arcana non indicat. Pro qualitate igitur audientium formari debet sermo doctorum, ut & a sua singulis congruat, & tamen a communis aedificationis arte nunquam recedat. Beatus ille seruus, quem cum uenerit dominus, inuenit ita facientem. Vere dico uobis quia super omnia quae possidet, constituet eum. Quanta inter bonos audientes, & bonos doctores, meritorum distantia, tanta est & praemiorum. Hos enim adueniens cum uigilantes inuenit, faciet discumbere, & transiens ministrabit eis. Illos autem cum uerbi annonam familiae sibi creditae fideliter prudenterque dispensantes inuenit, supra omnia quae possidet constituet, id est supra omnia caelestia regni gaudia: non utique ut horum soli dominum teneant, sed ut eorum abundantius caeteris sanctis aeterna possessione fruantur. Qui enim docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellae in perpetuas aeternitates. Et Apostolus ait, Qui bene praesunt presbyteri, duplici honore digni habentur, maxime qui laborant in uerbo & doctrina. Quod si dixerit seruus ille in corde suo, moram facit dominus meus uenire, & ceperit percutere pueros, & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari. Sicut in uno fideli dispensatore, totus bonorum rectorum quomodo uel uiuat uel remuneretur ordo docetur: sic & in hoc nequissimo seruo cunctorum praesulum malorum damnandum pariter opus & damnatio narratur aeterna, qui neglecto domini timore non modo ipsi luxuriae uacant, sed & subditos iniurijs stimulant. Quamuis & typice possit intelligi pueros & ancillas percutere, corda infirmorum nec adhuc fide, spe, & charitate, solidatorum, ostenso prauae operationis aut locutionis exemplo uitare. Edere autem, bibere, & inebriari, cunctis facinoribus & facili illecebris quae mentem dementent, & errare faciant, occupari. Nota sane inter uita serui mali adscriptum, quod tardum Domini sui reditum putauerit, non autem inter boni uirtutes adnumeratum quod hunc citum sperauerit: sed tantum quod ad iussione domini quando documque uenturi conseruis, in tempore, tritici mensuram dederit: hoc est, uel sermonis Domini, uel exempli sui regulam monstrauerit. Quinetiam quosdam bonos seruos legimus ab Apostolo castigatos, quod tremantes atque anxij crederent instare diem Domini, quem ipse inopinatum, promiserit esse uenturum. Vnde optimu esse probatur, quamquam magnopere si liceat, cupiamus scire quando ueniat desideratus cunctis gentibus, equanimiter tamen nos scire que scire non liceat, tantum in exemplum boni serui siue prope, seu procul sit, paratos expectare & diligere aduentum eius. Veniet Dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua nescit, & diuidet eum, partemque eius cum infidelibus ponet. Diuidet eum non gladio defecando, sed a fidelium consortio segregando, & eis qui nunquam uel ad fidem

Meritorum & praemiorum aequalis distantia.

Typice.

Diem domini nescire, equanimiter feruas.

Diuisio iniustorum a iustis.

fidem pertinuerant sociando: quia qui suorum & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior, ut Apostolus ait. Ille autem seruus qui cognouit uoluntatem domini sui, & non praeparauit, & non fecit secundum uoluntatem eius, uapulabit multis. Multi hanc sententiam male intelligentes, nolunt scire quid faciant, & quasi minus se uapulatos existimant si nesciant quid operari debuerant. Sed aliud est nescisse, aliud est scire noluisse. Nescit namque, qui adprehendere uolet & non ualeat: qui autem ut nesciat, autem a uoce ueritatis auertit, iste non nesciens, sed contemptor addicitur. Qui autem non cognouit & fecit digna plagis, uapulabit paucis. Omnium autem cui multum datum est, multum quaeretur ab eo: & cui commendauerunt multum, plus petunt ab eo. Quare postquam dixit, Cui multum datum est, adiecit, Et cui commendauerunt multum: subaudi, diuina iudicia. Nisi forte per hoc utrumque fidelium ordinem, & rectorum uidelicet & subditorum uoluit intimare, quia multum sepe datur etiam quibusque priuatis, quibus & cognitio dominicae uoluntatis & exsequendi quae cognoscunt facultas impenditur. Multum autem commendatur ei, cui cum sua salute dominici quoque gratie pascendi cura committitur. Itaque potentes potenter tormenta patiuntur, & fortioribus fortior instat cruciatio, hoc est maiori gratia donatos, si deliquerint maior uindicta sequetur. Mitissima autem omnium poena erit eorum, qui praeter peccatum quod originale traxerunt, nullum insuper addiderunt. & in caeteris, quae addiderunt, tanto quisque ibi tolerabiliorem habebit damnationem, quanto hic minorem habuerit iniquitatem. Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo nisi accendatur? Hac ad interrogationem beati Petri sciscitantis an arctior uita status sit ab omnibus expectandus, specialiter sententia respondet. Ignem quippe dicit spiritus sancti feruorem, qui secreta cordis illuminans continuis motibus ad superna prouocat, uita concupiscentiae carnalis quasi spinas tribulosque comburit, aurea dominicae domus uasa probando meliorat, & ligna, foenum, stipulamque consumit, qui mox in terram missus illas centum uiginti, quas in arce Sion repperit lucernas, intima sui luminis aspersione foetauit. De quibus supra cum diceret, Sint lumbi uestri praecincti, addidit, Et lucernae ardentes. Quaeis ergo (inquit) utrum omnes monentur ad eos qui fidem summe Trinitatis seruant, pertinere nemo qui dubitet. Duo quodque illis congruere qui a fidei unitate dissentiant, & multis scripturarum locis, & ibi maxime probatur, quod & immunda in arca animalia sub hoc numero retinentur, & sola in Genesi secundi diei opera uisa a Deo quia bona sit, non dicitur. Pater in filium, & filius in patrem suum. Pater hic diabolus, est cuius aliquando filij non illo creante, sed nobis imitibus eramus, dicente domino: Vos ex patre diabolo estis. Sed postquam uocem

Ignorantia non excusans.

Rectorum & subditorum officium.

Cap. 55.

Ignem ueni mittere.

Baptisma

ri. Sanguinis (inquit) proprii tinctione prius habeo perfundi, & sic corda credentium spiritus igne quo terrena omnia simul & animam suam despiciere imò odire queant, inflammare. Non enim erat spiritus datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus, hoc est uictoria passionis. De qua alibi: Potestis, inquit, bibere calicem quem ego bibo, aut baptismum quo ego baptizor, baptizari? Et quomodo coarctator usque dum perficiatur? Quidam codices habent, Et quomodo angor. Tanta itaque domini dignatio est, ut infundendae nobis deuotionis, & consummandae perfectionis in nobis, & maturandae pro nobis studium passionis sibi inesse testetur, qui cum in se nihil habuerit quod doleret, nostris tamen angebatur siue coarctabatur aeternis, & sub tempore passionis coarctabatur praetendebat, quam non ex metu mortis suae, sed ex mora nostrae redemptionis adsumperat. iuxta quod ait: Et quomodo angor usque dum perficiatur? Vtique qui usque ad perfectionem angitur, de perfectione securus est. Putatis quia pacem ueni dare in terram? non dico uobis, sed separationem. Quomodo post baptismum suae passionis, post ignis spiritus aduentum, terra sit arsurus declarat. Si quidem ad fidem Christi totus orbis contra se diuisus est, unaquaque domus & infideles habuit & credentes, & propterea bellum missum est bonum, ut rumperetur pax mala. Quod & Esaias sub typo Aegypti propheticè praecinuit dicens: Ece dominus ascendet super nubem leuem, & ingredietur Aegyptum, & mouebuntur simulacra Aegypti a facie eius, & cor Aegypti tabescet in medio eius, & concurrere faciam Aegyptios, aduersus Aegyptios, his uidelicet contra fidem, illis pro fide dimicantibus. Erunt enim ex hoc quinque in domo una diuisi, tres in duo, & duo in tres diuisi. In duo & in tres, contra duo & contra tres significat. Et notandum quomodo quinque diuisos dicat, cum uideatur sex personarum subiicisse uocabula, patris scilicet & filij, matris & filiae, socrus & nurus. Intelligendumque eandem socrus, quam matris nomine designatam, quia que mater est filij, ipsa & socrus est uxoris eius, ideoque illa ipsa & in filiam suam & in nurum dicitur esse diuisa. Quas si qui diuisiones etiam allegorice quaerat interpretari, tres in duo & duo in tres diuiduntur, quia boni malis, & mali bonis sentiunt atque agunt aduersa. Trianque ad eos qui fidem summe Trinitatis seruant, pertinere nemo qui dubitet. Duo quodque illis congruere qui a fidei unitate dissentiant, & multis scripturarum locis, & ibi maxime probatur, quod & immunda in arca animalia sub hoc numero retinentur, & sola in Genesi secundi diei opera uisa a Deo quia bona sit, non dicitur. Pater in filium, & filius in patrem suum. Pater hic diabolus, est cuius aliquando filij non illo creante, sed nobis imitibus eramus, dicente domino: Vos ex patre diabolo estis. Sed postquam uocem

quo Christi baptizari habuit.

Christi in nostram salutem iudicium.

Separatio quam dedit dominus.

Quinque de sex.

Pater diabolus.

monentis audiuimus, Oblituiscere populum tuum, & dominum patris tui: uenit ignis ille, id est gratia spiritalis separauit nos ab inuicem, ostendit alterum patrem, cui diceremus, Pater noster qui es in caelis. Mater in filiam, & filia in matrem.] Mater synagoga, filia est Ecclesia primitiua, quae & eam de qua gentis duxit synagogam fidei perfectionem sustinuit, & ipsa eadem synagoga fidei ueritate contradixit.

Mater, Filia.

Socrus, Nurus.

Socrus in nurum suam, & nurus in socrum suam.] Socrus synagoga, nurus est ecclesia de gentibus, quia sp̄s Ecclesiae Christus filius est synagogae, dicente Apostolo: Quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem. Socrus igitur, id est mater sponsi, & in nuru sicut praediximus suam, & in filiam diuisa est, quia synagoga carnalis siue de circumcissione, seu de praepotio credentes persequi non cessat. Sed & ipsa in socrum matremque sunt diuisa, nolentes circumcissionem recipere carnalem, ut auctus Apostolorum docens. Dicebat autem & ad turbas: Cum uideritis nubem orientem ab occasu, statim dicitis, nubes uenit, & ita fit. Et cum austrum flantem, dicitis quia aestus erit, & fit.] Nubem orientem ab occasu, carnem suam a morte resurgente significat. Ex illo enim omnibus terris imber Euangelicae praedicationis infusus est. Austrum flantem ante aestus, tribulationes leniores ante iudicium. Hypocritae, faciem terrae & caeli nobis probare. Hoc autem tempus quomodo non probatis? Quid nube & austro mystice designatur, praecurando perstrinximus. Sed & ad literam manifestus est sensus, quia qui ex elementorum immutatione statim aurarum quia uoluerunt, facillime praenoscere poterunt, possent etiam si uellet hoc tempus, hoc est uel primi, uel secundi dominici aduentus (Nam de utroque nonnulla praemisera) ex dictis intelligere prophetarum, qui hoc utrumque manifestissimis uel indicijs rerum uel annorum praesignauere curricula. Et ne quid de turba sibi forte de imperitia blandirentur, & se idiotas ac propheticae lectionis ignaros temporum cursum probare non posse causarentur, uigilanter adiungit: Quid autem & a uobis ipsis non iudicatis quod iustum est? Ostendens eos utpote rationales creaturas, & si literas nesciant, naturali tam ingenio posse discernere, uel eum qui opera in se, quae nemo alius, fecisset, supra hominem intelligendum, & ideo deum esse credendum, uel post tot saeculi huius iniustitias, iustum creatoris iudicium esse uenturum. Nemo igitur ex eo quod supra dictum est, seruum nescientem domini uoluntatem uti pulare paucis, inter peccatum de remedio nesciendi praesumat. Qui ut alia taceam, ex eo ipso quod homo est, nec mala quae caueat, nec bona potest ignorare quae appetat. Cum autem uadis cum aduersario tuo ad principem in uia, da operam liberari ab illo, ne forte tradat te apud iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem.] Et haec sicut & superiora saeculi calcandas illece-

Nubes ab oriente.

Aduentus domini notitia.

Christi aduentus eius probatio.

bras, aduentumque tremendi iudicis continua docent expectatione praestolandum. Aduersarius quippe noster in uia, est sermo dei, contra rarius nostris carnalibus desiderijs in praesenti uita. A quo ipse liberatur, qui praecceptis eius humiliter subditur. Alioquin aduersarius iudicis, & iudex tradet exactori, quia ex sermone domini contempto reus peccator tenebitur in examine iudicis. Quae iudex exactori tradet, quia hunc maligno spiritui ad ultionem trahere permittet, ut compulsam animam ipse ad poenam de corpore exigat, quae ei ad culpam sponte consensit. Exactor mittet in carcerem, quia per malignum spiritum in inferno retruditur, quousque dies iudicij ueniat, ex quo iam in inferni ignibus simul & ipse crucietur. Dico tibi, non exies inde donec etiam nouissimum minutum reddas.] Id est donec etiam minima peccata persoluas. Quae quia semper soluere poenas patiando, sed nunquam per soluere ueniam consequendo poteris (neque enim ibi uenia locus erit) nunquam exies inde, ubi perpetuas operum poenas lues.

Sermo dei.

10

20

30

40

50



Derant autem quidam ipso in tempore nunciantes illi de Galileis, quorum sanguine Pilatus miscuit cum sacrificijs eorum.] Hi Galilaei, qui ab impio Praeside sunt inter sua sacrificia necati, suorum quidem scelerum poenas, impia, sceleraque morte soluunt. Quibus tamen non ipsa mors, nam & bonos quoque sic potuisset mori, beatorum martyrum gloria declarat, sed uita improbata, pro qua in secundam mortem mitterentur, obfuit. Verum ad correctionem uiuentium, ut pestilente flagellato stultus sapientior fieret: uel certe ad exemplum corrigi nolentium, ideoque pessime periturorum, tali sunt morte mulcati. Denique sequitur: Et respondens dixit illis: Putatis quod ij Galilaei praec omnibus Galileis peccatores fuerunt, quia talia passi sunt? Non dico uobis, sed nisi poenitentiam habueritis, omnes similiter peribitis.] Reuera enim, qui non poenitentiam habuerunt, similiter perierunt, quia quadagesimo dominicae passionis anno, uenientes Romani, quos designabat Pilatus, ut pote ad eorum gentem regnumque perti-

Cap. 56.

Exempla quid proficiunt.

Poenitentiae necessitas.

60

peste commaculat, ut quamuis oblata domino uideantur, nihil tamen offerentibus prodesse callidus insidiator efficiat. quod nobiscum agi quotidie utinam nesciremus. Sicut & illi decem & octo supra quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos. Putatis quia et ipsi debitores fuerunt praeter omnes homines habitantes in Hierusalem? Non dico uobis, sed si non poenitentiam egeritis, omnes similiter peribitis.] Et isti Hierosolymitae quemadmodum & illi Galilaei non soli fuere peccatores, sed in terrorem sunt reliquorum puniti. Qui ruina turris oppressi, praenunciant omnes qui poenitere noluerunt iudaeos cum ipsis suis moenibus esse perituros. Non frustra decem & octo, qui numerus apud Graecos ex i & n, hoc est iisdem quibus nomen Iesu in capit litteris exprimitur. Indicant enim eos hinc maxime meruisse damnari, quia nomen Saluatoris auditu spernere potius quam suscipere maluerunt. Mystice autem turris Siloe, illa est cui Palmista de caetero, Deduxisti me quia factus es spes mea turris fortitudinis a facie inimici. Nam & ipsum Siloe nomen, quod interpretatur missus, & ubi caecus a natiuitate lumen accepit, eum nimirum significat qui ait, Ego lux in mundum ueni. Et iterum, Et qui misit me, mecum est. De cuius casu sub metaphora lapidis alibi dicitur, Omnis qui ceciderit supra illum lapidem, coquassabitur. Supra quem autem ceciderit, comminuet illum. Aliter. Vnusquisque nostrum turrem debet edificare uirtutum prius sumptibus computatis, ne cum perficere nequiterit, a praetereuntibus rideatur. Haec turris bene constructa persistit. Sin autem erecta in superbiam firma non habuerit fundamenta, cadet super eum a quo aedificata est. Dicebat autem hanc similitudinem. Arborem fici habebat quidam plantatam in uinea sua.] Potest quidem haec arbor fici generis humani designare naturam. Quae bene plantata, hoc est ad auctoris sui similitudinem creata est. Sed Deo quarente per triennium fructum dare negauit, quia ante legem, sub lege, sub gratia obedire despexit. Verum si ad superiora respexeris, animaduertentes eam, & si generaliter omnium, specialiter tamen synagogae typum portare. Nam cum praemissa illa terribili tremendaque sententia, si non poenitentiam egeritis, omnes similiter peribitis: mox de infocunda atque eradicanda arbore parabolam subiungit, apertissime docet eos quibus loquebatur, instar infocuosae fici, si non poenituerint esse succidendos. Vinea ergo domini Sabaoth, domus Israel est, ut Esatae cantico docemur. Synagoga autem in eadem domo condita, fici est arbor in uinea. Sed qui uineam suam permisit a uiatoribus deripi, hic etiam sicum iussit excidi. Et uenit quarens fructum in illa, et non inuenit.] Ipse qui synagogam per Moysen instituit, dominus in carne natus apparuit, & crebris in synagoga docens, fructum fidei quaesit, sed in pharisaeorum mente non inuenit. Dixit autem ad

Turris casu oppressi.

Octodecim graecis.

Turris Siloe.

Ficus.

Vinea domini. Synagoga

cultorem uinea. Ecce anni tres sunt, ex quo uenio quarens fructum in ficulnea hac, et non inuenio.] Per cultorem uinea, Apostolorum doctorumque ordo exprimitur, quorum precibus ac monitis assiduam sebi Dei cura suggeritur. His etenim dominus sepiissime de infructuosa Iudaeorum gente querebatur, quod per tres annos suae uisitationis, hoc est in legalibus edictis, in prophetis con-

Cultores uinea.

Iudaeorum excidium per Romanos.

Apostolorum pro ludaeis deprecatio.

Stercora.

Synagoga domini negare parata.

10

20

30

40

50

60

Dicta

Dicta de sicur parabola, Dominus in synagoga docuisse narratur, ut uidelicet intimeretur non aliò parabolam tēdere, sed hoc esse fructum in ficulnea quærere & non inuenire, uerbum synagogæ commodare, nec recipi. Quam tamen ne totam funditus ob culpam sterilitatis expiandam putares, sed reliquias per electionē gratiæ scires esse saluandas, mox ibidem Ecclesiæ primitiua sanatio sub incuruæ mulieris specie subsequitur. Quæ bene decem & octo annis fuit curuata, qui numerus ternario sexties ducto perficitur, quia uidelicet eam quæ in testimonio legis, in uaticinio prophetiæ, & in reuelatione gratiæ per infirma opera lægueret, ostēdit. Senarius enim numerus, in quo mundi est creatura perfecta, operum perfectionem significat. Tria uerò sunt (ut dixi) tēpora dominicæ uisitationis, in quib⁹ Iudæa quia terrena magis quam cælestia nouerat operari, quasi decē & octo annis à suæ mentis erat reuocaturine curuata. Et erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. Quia terrena sapiens, infirma requirens, cælestia cogitare nondum faciebat, audiēs per prophetam. Si uolueritis & audieritis me, bona terræ manducabitis. Cui contra membrīs Ecclesiæ dicit Apostolus, Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Quam cum uidisset Iesus, uocauit ad se, & ait illi, Mulier dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus, & confestim erepta est, & glorificabat Deum. Vidit prædestinando per gratiam, uocauit illustrando per doctrinam, imposuit manus spiritalibus donis adiutuando, erexit ad glorificandum Deum, in operibus bonis usq; in finem firmam prouehendo. Quos (inquit apostolus) prædestinauit, hos & uocauit, & quos uocauit, hos & iustificauit, quos autem iustificauit, illos & magnificauit. Respondens autem archisynagogus indignans quia sabbato curasset Iesus, dicebat turbæ, Sex dies sunt in quibus oportet operari, in his ergo uenite & curamini, & non in die sabbati. Sabbato curauit Iesus, ostendens iam esse tempus ut secundum Prophetiam Cantici Canticorum aspiraret dies, & remoueretur umbra. Sed nesciebat archisynagogus uel hoc uel illud multo excellentius sacramentum, quod sabbato curando dominus intinabat, quia scilicet post sex sæculi huius ætates, perpetua uitæ immortalis erat gaudia daturus. In cuius figuram Moses sabbato non à bona, sed à seruis, hoc est noxia præcepit actione feriandum, illud utiq; tempus præfigurās, quo secularia nostra opera non autem religiosa, hoc est Deum laudandi acta cessarēt. Fallitur ergo & fallit archisynagogus, quia lex in sabbato non hominem curare, sed onera ferre, hoc est peccatis grauari prohibuit. Respondens autem ad illum dominus dixit, Hypocrita, unusquisque uestrum sabbato non soluit bouem suum aut asinum a præsepio et ducit ad aquam. Infidelitatis quidem arguit principes synagogæ, & merito hypocritarum, id est simulatorū nomine notat, quos cum ma-

Ostendens rj ratio.

Videre domini.

Sabbato curat dominus.

Hypocrite principes

gistri plebium uideri appeterent, hominis sanationem pecoris curæ postponere nō puderet; sed altiori sensu bouis & asini uocabulo, Iudæum Græcumq; significat. De quorum uocatione scriptum est, Bos cognouit possessorem suum, & asinus præsepe domini sui. Qui uterque peccati uinculis absolutus, suum æstum q; mundi huius dominici, fontis hauustu deposuit. Hanc autem filiam Abrahæ quam alligauit Satanas, ecce decem et octo annis, non oportuit solui à uinculo isto die sabbati. Filia Abrahæ est anima quæq; fidelis, filia Abrahæ Ecclesia de utroq; populo ad fidei unitatem collecta, quæ tempore legis & dominicæ resurrectionis impleto per gratiā spiritus sancti septiformem uincula longæ captiuitatis erupit. Nam & hoc modo fortasse mysterium sabbati, decemq; & octo annorum potest non inconuenienter intelligi. Idem est ergo mystice bouem uel asinum solutos a præsepio potum agi, quod est filiam Abrahæ à uinculo noxię inclinationis erigi, ecclesiam uidelicet ex Iudæis gentibusq; congregatam laqueis peccatorum per aquam baptismatis absolui, atq; ad cælestia speranda sublimari. Notandum sane quod infandissima hæresis, ex eo quod Dominus ait, Mulierem alligatam à Satana, conatur astruere corporum humanorum uitia, non ad deum auctorem, sed potius ad diabolum pertinere, quasi diabolus cum habeat semper cupiditatē nocendi, nocere cuiquam possit, nisi ab omnipotēte acceperit potestatem. Nam quid aliud non solum in libro beati Iob, quem memorata hæresis cum cæteris ueteris testamēti libris, & cum ipso deo qui dedit, quasi maligno mūdo principe uel sanus exufflat, sed etiā in Euāgelio declaratur, ubi demonia nec in porcos irent, nisi hoc illis ipse concederet, sicut & supra docuimus. Et cum hæc diceret, erubescerent omnes aduersarij eius, & omnis populus gaudebat in uniuersis quæ gloriose fiebant ab eo. Qui de dictis Saluatoris erubescit, ficulneæ sterili se iure comparandos ostēdunt. Qui gaudent de miraculis eius, ad filiam Abrahæ Deum de sua erectione glorificantem, hoc est, ad Ecclesiam fidei pietate se pertinere declarant. Dicebat ergo, Cui simile est regnum Dei, & cui simile esse existimabo illud? Simile est grano sinapis. Regnum dei prædicatio euangelij est, & notitia scripturarum quæ ducit ad uitam. Et de qua dicitur ad Iudæos: Auferetur à uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Simile est ergo huiusmodi regnum grano sinapis, ob feruorem utiq; fidei, uel quod dicatur uena expellere. Vnde & alibi legimus fidem perfectam grano sinapis comparatam, quia uidelicet omnia dogmata prauitatis, sua simplicitate & humilitate deuincat. Quod acceptum hominis fit in hortum suum. Homo Christus, hortus est ecclesia semper eius & disciplinis excolenda & donanda muneribus. Qui bene dicitur, idem quod

pes synago gæ.

Filia Abrahæ.

Diabolus non nocet nisi quatenus permittitur.

Erubescerent de deo etis Christi.

Cap. 57.

Regnum dei.

quod fuerit granum accepisse, quia uidelicet dona quæ nobis cum putre tribuit ex diuinitate, nobiscum accepit ex humanitate, unde dicitur: accepit dona in hominibus. Et alibi Petrus ait, Et promissione spiritus sancti accepta à patre effudit hunc quem uos uidetis & auditis. Et creuit, & factum est in arborem. Creuit euangelij prædicatio cunctum disseminata per orbem, crescit & in mente cuiusq; credentis, quia nemo repēte fit perfectus, sed ascēsus (inquit) in corde eius disposuit in conualle lachrymarum, & infra, Ambulabunt de uirtute in uirtutem, uidebitur deus deorum in Sio. Gradatim quippe de conualle lachrymarum ascenditur, ut in monte cælestium gaudiorū deus deorum uideatur. Crescendo autem sinapis granū non herbarum quæ uelociter arescunt, sed arboris instar exurgit, longa scilicet annositate & opima fertilitate gaudentis. Et nota quod dum in uinea ueteri ficus in fœcunda redarguitur, noua mox in horto euangelij sinapis arbor procreatur. Et uolucres cæli requieuerunt in ramis eius. Rami huius arboris dogmatum sunt diuersitates, in quibus animæ castæ quæ uirtutū pennis ad superna tendere sciunt, nidificare & requiescere gaudent. Quis dabit (inquit) mihi pennas sicut columbæ, & uolabo & requiescam? Potest in grano sinapis ipsa dominicæ incarnationis humilitas intelligi, quod acceptum homo misit in hortū suum, quia corpus crucifixi Saluatoris accipiens Ioseph, in horto sepeliuit. Creuit autem & factum est in arborem, quia resurrexit & ascendit in cælum. Expandit ramos in quibus uolucres cæli requiescerent, quia prædicatores dispersit in mundum, in quorum dictis atq; consolationibus ab huius uitæ fatigatione fideles quicq; respirarēt. Et iterum dixit, Cui simile existimabo regnū dei, & cui simile est? Fermento quod acceptum mulier abscondit in farina sata tria, donec fermentaretur totum. Satum genus est mensuræ iuxta morem prouinciæ Palæstinæ unum & dimidiū modum capiens. Fermentum ergo dilectionem dicit, quæ feruefacit, & excitat mentem. Mulierem uero illam filiam Abrahæ cui supra manus imposuit, & confestim erecta glorificabat Deum, hoc est Ecclesiam significat, cuius farina nos sumus, quotquot timoris & spei exercitio quasi mola superiore & inferiore conterimur, ut iuxta Apostolum unus panis unum corpus multi simus in Christo. Abscondit ergo mulier fermentum dilectionis in farine sata tria, quia præcipit Ecclesia ut diligamus dominū ex toto corde, tota anima, tota uirtute. Cui sub typo Sarra per Abraham dicitur: Accedera tria sata similes, commisce, & fac subcinericios panes. Possunt in farine satis tribus, etiam tres dominici seminis fructus, tricesimus scilicet, sexagesimus & ceterisim intelligi, id est cōiugatorū, continentū, uirginū. Et pulchre dicit eatenus absconditū in farina fermentū donec

Hortus. Sinapis.

Euangelij prædicatio in incrementum.

Rami sinapis.

Satum.

fermentaretur totum, quia charitas in nostra mente recondita eouq; crescere debet, donec totam mentem in sui perfectionē commūteret, ut nihil uidelicet præter ipsam conditoris sui dilectionem diligere, agere, recollere anima possit. Quod hic quidē inchoari, sed ibi habet perfecti, ubi cum sit deus omnia in omnibus, omnes uno eodemq; suæ dilectionis igne calefecit. Ait autem illi quidam, Domine si pauci sunt qui saluantur? Ipse autem dixit ad illos: Contendite intrare per angustam portam. Per angustam portam aula salutis intratur, quia per labores necesse est & ieiunia facta si fallētis illecebra uincatur. Et bene dixit, Contendite intrare: quia nisi mentis contentio ferueat, unda mundi non uincitur, per quam anima semper ad ima reuocatur. Quia multi dico uobis quærunt intrare, & non poterunt. Quærunt intrare salutis amore prouocati, & non poterunt itineris asperitate deterriti. Quærunt hoc ambitione præmiorum, à quo mox laborum timore refugiūt. Non quia iugum domini asperum aut unus est graue, sed quia nolunt discere ab eo quoniam mitis est & humilis corde, ut inueniant requiem animabus suis: eoq; fit angusta porta qua intratur ad uitam. Cum autem intrauerit pater familias, & clauerit ostium, & incipietis foris stare & pulsare ostium dicentes: Domine aperis nobis. Pater familias uidelicet Christus, qui ubiq; totus est ex diuinitate, intus quidē est eis quos in cælesti patria præsens sua uisione lætificat, sed quasi foris est adhuc eis quos in hac peregrinatione certantes occultus consolator adiuuat, iuxta quod ipse promisit: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad cōsummationem sæculi. Intrabit autem & claudet ostium, quando totum corpus suum quod est Ecclesia, resurrectionis gloria clarificatum ad suæ cōtemplationis gaudium perducens, reprobis locum poenitentiaæ tollet, quem nunc cunctis pie pulsantibus aperit. Nam foris stantes ostium pulsare est, à beatorum sorte secretos misericordiam quam neglexerant à deo frustra flagitare. Et respondens dicit uobis: Nescio uos unde sitis. Quomodo nescit unde sint, cum Psalmus dicat, Dominus nouit cogitationes hominum, quoniam uanae sunt. Et alibi scriptum sit: Ipse nouit decipientem & eum qui decipitur. Nisi quia scire dei aliquando cognoscere dicitur, aliquando adprobare. Quoniam nouit dominus etiam iustorum, qui autem ignorat ignorabitur. Et scit ergo reprobos quos cognoscendo iudicat, neq; enim iudicasset quos minime cognosceret, & tamen quodammodo nescit eos unde sint, apud quos fidei & dilectionis suæ characterem non adprobat. Tunc incipietis dicere: Manducauimus coram te & bibimus, & in plateis nostris docuisti. Vel simpliciter intelligendum quod fidei mysteria spernentes Iudæi eo se domino notos arbitrentur, si solum uicinas ad templum deferant, coram domino epulentur, prophetarū lectioni auscultent,

Porta angusta.

Quærunt intrare & non intrantes.

Pater familias.

Nescire domini quale sit.

Manducet quomodo Iudæi coram domino.

nescientes illud Apostoli, Non est regnum Dei esca & potus, sed iustitia & pax, & gaudium in spiritu sancto. & alibi, Quorum deus ueter est, & gloria in confusione ipsorum, id est, in circumsione carnali. Vel mystice sentiendum, manducare eos & bibere coram domino qui uerbi pabulum digna auiditate suscipiunt. Vnde & ipsi qui haec dicunt, uelut exponendo subiungunt, Et in plateis nostris docuisti. Scriptura enim sacra aliquando nobis cibus est, aliquando potus. In locis obscurioribus cibus est, quia quasi exponendo frangitur, & mandendo glutitur. Potus uero est in locis apertioribus, quia ita forbetur sicut inuenitur. Et occulta ergo mandata sacri eloquii, & aperta se intellexisse testantur, qui reprobandi se iudici quia manducarent coram illo & biberint, conqueruntur. Sed rimendum est ualde quod additur: Et dicent uobis. Nescio nos unde suis. Discedite a me omnes operarii iniquitatis. Non (inquit) legalium festiuitatum epulatio iuuat quem fidei pietas non commendat, non scientia scripturarum deo notum facit quem operum iniquitas obtutibus eius ostendit indignum. *Iberit fletus & stridor dentium.*

Fletus & stridor dentium. Fletus de ardore, stridor dentium solet excitari de frigore. Vbi duplex ostenditur gehenna, id est nimii frigoris, & intolerabilis esse feruoris. Cui beati lob sententia consentit dicentis, Ad calorem nimium transibunt ab aquis niuium. Vel certe stridor dentium prodit indignantis affectum, eo quod sero unumquemque poeniteat, sero ingemiscat, sero irascatur sibi, qui tam peruicaci improbitate deliquerit. *Etece sunt nouissimi qui erunt primi, & sunt primi qui erunt nouissimi.* Principalis quidem huiusce sententiae sensus ex superioribus patet, quia populi gentium diu sine fide uiuentes, essent ad fidem uocandi, & Iudaei caput fidei & iustitiae per tota secula tenentes futuri essent in caudam: potest autem & ita intelligi, quia nonnulli ad seculum despecti, magnam in futuro sint gloriam habituri, & alij apud homines gloriosi a districto sint iudice damnandi. Potest & ita, quia multi sero ad Dei seruitium uenientes, magnis uitae meritis excellent, alij uero a prima aetate spiritali studio feruentes, ad extremum otio torpente lassescant.

Cap. 58. *In ipsa die accesserunt quidam Phariseorum dicentes illi. Exi, & uade hinc, quia Herodes uult te occidere. Et ait illis: Ite, dicite uulpi illi.* Propter dolos & insidias Herodem uulpem appellat, quod plenum fraudis est animal, & in fouea semper latere de siderans, odore etiam tetro putens, & nunquam rectis itineribus, sed tortuosis anfractibus currens. Quae cum haereticis, quorum Herodes typum tenet, congruunt, qui Christum occidere, id est humilitatem fidei Christianae credenti bus eripere moluntur. *Ece eicio demonia & facitates perficio hodie & cras, & tertia consumor.* Mystice haec a domino & figurate dicta intelliguntur, neq; enim eo die passus est qui est ab hoc die

tertius, cum continuo dicat: *Veritamen oportet me hodie & cras & sequenti ambulare, quia non capit propheta tam perire extra Hierusalem.* Ergo quod ait, Eicio demonia & facitates perficio hodie & cras & tertia consumor, referat ad corpus eius quod est ecclesia. Expelluntur enim demonia, cum relictis paternis superstitionibus credunt in eum gētes: & perficiuntur facitates, cum secundum eius precepta uiuunt posteaquam fuerit diabolo & huic saeculo renunciatum usque in finem resurrectionis. Qua tanquam tertia consummabitur, hoc est ad plenitudinem angelicam, per corporis etiam immortalitatem perficietur ecclesia. *Hierusalem Hierusalem quae occidis prophetas & lapidas eos qui mittuntur ad te, quoties uolui congregare filios tuos quemadmodum uis nidum suum sub pinnis, et noluisti.* Hierusalem non saxa & aedificia ciuitatis, sed habitatores uocat, quae patris plagit affectu, sicut & in alio loco legimus quod uidens eam fleuerit. In eo autem quod dicit, Quoties uolui congregare filios tuos, omnes retro prophetas a se missos esse testatur. *Quis quoque similitudinem congregantis sub pinnis nidum suum, in cantico Deuteronomij legimus: Sicut aquila protegere nidum suum & super pullos suos desiderabit, expandens alas suas, suscepit eos, & tulit super pinnas suas. Et pulchre qui Herodem de sua nece tractantem uulpem uocat, seipsum autem comparat. Fraudulenta enim uulpes, semper insidias auibustendere non cessat. Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta.* Ipsam ciuitatem quam nidum suum uocauerat, nunc domum Iudaeorum appellat. Quae non immerito domini auxilio nudata, suae ditioni relinquitur, quia non solum auis illius omnipotentis quam Mattheus gallinam nuncupat, alis protegi despexit, sed & eandem autem se protegere uolentem uulpibus deuorandam, id est Herodi & Pilato crucifigendum tradidit Christum. Nec mora, uulpium eandem hoc, est regnum terrae, & ipsa rapinae donatur. Occiso enim domino uenerunt Romani, & quasi nidum uacuum diripientes tulerunt eorum locum, gentem & regnum. *Dico autem uobis, quia non uidebitis me, donec ueniat cum dicetis Benedictus qui uenit in nomine domini.* Haec quidem turba dixerunt domino ueniente ad Hierusalem, sed quia Lucas non dicit quod hinc abcesserit dominus, ut non ueniret nisi eo tempore quo iam illud diceretur (perseuerat quippe in itinere suo donec ueniat Hierusalem) cogit profecto hoc mystice intelligi, hoc est de illo eius aduentu quo in claritate uenturus est, maxime cum Mattheus haec dominum post decantatas ei a turba laudes dixisse testetur. Aliter quod dicit, hoc est, nisi poenitentiam egeritis & confelsi fueritis ipsum esse me, de quo prophetae cecinerunt, filium omnipotentis patris, meam faciem non uidebitis. Habet Iudaei datu sibi tempus poenitentiae, confiteantur benedictu qui uenit in nomine domini, & Christi ora conspiciet.

Tertia consumor.

Hierusalem.

Domus Hierusalem.

Gallina.

Caput

CAPUT XIII.

Cap. 59.



I factum est cum intraret in domum cuiusdam principis Phariseorum sabbato manducare panem, & ipsi obseruabant eum, & ecce homo quidam hydropticus erat ante illum. Hydropticus morbus, ab aquoso humore uocabulum trahit, Graece enim *Hydropis* aqua uocatur. Est autem humor subcutaneus de uitio uesciae natus, cum inflatione turgente, & anhelitu foetido. Propriumque est hydroptici, quantum magis abundat humore inordinato, tanto amplius litire. Et ideo recte comparatur ei, quem fluxus carnalium uoluptatum exuberans adgrauat. Comparatur diuiti avaro, qui quanto est copiosior diuitijs, quibus non bene utitur, tanto ardentius talia concupiscit.

Et respondens Iesus, dixit ad legisperitos, & Phariseos: Licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Quod dicitur respondisse Iesus, ad hoc respicit quod praemisum est: Et ipsi obseruabant eum. Dominus enim nouit cogitationes hominum. Sed merito interrogati tacent, qui contra se dictum, quicquid dixerint uident. Nam si licet sabbato curare, quare saluatorem an curet obseruantes? si non licet, quare ipsi sabbato pecora curant. *Ipsu uero apprehensum sanauit, ac dimisit.* Prouida dispensatione dominus ante legisperitos & Phariseos hydropticum curat, & mox contra auaritia disputat, ut uideat per huius aegritudinem corporis, in illis exprimeretur egritudo cordis. Denique post multa disputationis eius hortamentate, subiunctum est, Audiebant autem omnia haec pharisei qui erant auari, & deridebant illum. Hydropticus quippe, quo amplius biberit, amplius litit, Et omnis avarus, sitim multiplicat: qui cum ea quae appetit adeptus fuerit, ad appetenda alia, amplius anhelat. *Et respondens ad illos, dixit: Cuius uestrum asinus aut bos in puteum cadit, et non continuo extrahet illum die sabbati?* Sic obseruatores sui Phariseos conuincit, ut eosdem etiam auaritia condemnent. Si uos, inquit, in sabbato alinum aut bouem, aut aliquid quodlibet, animal in puteum decidens eripere festinatis, non tanto magis ego hominem, qui multo melior est pecore, debeo liberare? Congruenterque hydropticum, animali quod cecidit in puteum comparauit: humore enim laborabat. Sicut illam mulierem, quam decem & octo annis alligata dixerat, & ab eadem alligatione soluebat, comparauit iumento quod soluitur, ut ad aquam ducatur. Et bene utroque loco bouem posuit & alinum, quia siue sapientes quosque & hebetes, siue ut supra dictum est, utrumque populum eos significare sentiamus, eum uidelicet cuius ceruicem iugum legis attriuit, atque eum quem quilibet seductor repperit quasi brutum animal & nullaratione renitens, quo uoluit errore subtraxit, omnes Saluator adueniens, Satanae uinculis adstrictos, omnes in imo concupiscentiae puteo

Hydroptici.

Hydroptici proprium.

Cogitationes nouit dominus.

Hydropticus.

Hydropticus anima lapsa comparatur.

demersos inuenit. Non est enim distinctio. Omnes enim peccauerunt, & egent gloriam dei, iustificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem quae est in Christo Iesu. Dicebat autem & ad mutatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos, Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco. Aperta quidem ad litteram est haec admonitio saluatoris, docens humilitatem, non solum apud Deum, sed etiam apud homines esse laudabilem, sed quoniam hanc Euangelista non frustra parabolam uocat, breuiter intendum quid etiam mystice significet. Nuptias appellari, Christi & ecclesiae coniunctionem, multis locis apparet. E quibus unum est: Nunquid possunt filij nuptiarum quando sponsus cum illis est, ieiunare? Aliud, simile factum est regnum caelorum homini regi qui fecit nuptias filio suo, & misit seruos suos uocare inuitatos ad nuptias. Has ergo nuptias quisquis inuitatus adierit, id est Ecclesiae se membris fidei gratia coniunxerit, non discumbat in primo loco, hoc est non se de meritis gloriano, quasi caeteris sublimior extollat. Et quidem studeat iuxta alterius loci parabolam, ueste nuptiali uestitus hoc est uirtutum fulgore coruscus apparere, sed ipsarum habitum uirtutum loco deuotae humilitatis adornet. *Ne forte honoratior te sit inuitatus ab eo, et ueniens is qui te et illum uocauit dicat tibi, da huic locum, et tunc incipias cum rubore, nouissimi locum tenere.* Honoratiori post inuitato locum dat ille, qui delonge suae conuersationis confidentia securior factus, cita illorum qui se in Christo secuti sunt, agilitate praerit. Et cum rubore nouissimum locum tenet, quando de alijs meliora cognoscens, quicquid de sua operatione celsum sentiebat, humiliat, dicens cum propheta, Egens sum ego, & in laboribus a iuuetute mea, exaltatus autem humiliatus sum & confusus. *Sed cum uocatus fueris, uade, recumbe in nouissimo loco.* Quanto magnus es, inquit, humilia te in omnibus. Et Psalmista gloriatur, Humilia me usquequaque domine, uiuifica me secundum uerbum tuum, Manifeste significans ita se a Domino posse uiuificari, si de suis ipse uirtutibus humilia sentiret. *Ut cum uenerit qui te inuitauit dicat tibi, amice ascende superius.* Veniens Dominus quem humilem inuenit amici nomine beatificans, superius ascendere praecipiet. Quicumque enim humiliauerit se sicut paruulus, hic est maior in regno caelorum. *Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus.* Pulchre dicitur, Tunc erit tibi gloria, ne nunc querere incipias quod tibi seruetur in fine, quia sicut Salomon ait, haec reditas ad quam festinatur in principio, in nouissimo benedictione carebit. Potest autem & in hac uita intelligi qui in nouissimo loco receptus inuenitur domino ueniente sublimatus, quia quotidie Dominus suas nuptias intrat, quotidie mores, sedes, habitus conuiuantium diiudicat, & superbos despiciens humilibus sa

Nuptiae Christi et ecclesiae.

Honoratio ri cedens.

Humiliate in omnibus.

Tunc, non nunc.

pe tanta sui spiritus munera praestat, ut eos merito simul discumbentium, hoc est in fide quiescentium coetus unanimo admiratione glorificet, stupensque in auctoris sui laudationem profiliat dicens, Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum. *Quia omnis qui se exaltat humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur.* Et ex hac conclusione manifeste claret, praecedentem domini sermonem typice intelligendum. Neque enim mox omnis qui se coram hominibus exaltat, humiliabitur, aut qui se in conspectu hominum humiliat, exaltabitur ab eis, sed e contrario nunquam qui se uel in apice dignitatis, uel in alia qualibet acquirenda gloria subleuat, usque in finem exaltari non cessat. Similiter et humilis quilibet ac uerecundus in sua qua contentus est, usque ad uitae terminum mediocritate perseverat. Et ideo quia iuxta ueritatis sententiam, omnis qui se incaute de meritis adleuat, humiliabitur a domino, & qui prouide se de benefactis humiliat, exaltabitur ab eo, in eodem proculdubio sensum praemissus sermo redemptoris, quo primos in nuptiis accubitus quari uetat, congruit. Dicebat autem et ei qui se inuitauerat: *Cum facis prandium aut cenam, noli uocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque uicinos diuites.* Fratres, amicos, & diuites, alterutrum conuiuia celebrare, non quasi scelus interdicat, sed sicut cetera necessitatis humanae commercia, ubi & peccatores peccatoribus foeneratur, ut recipiant equalia, ad promerenda uitae caelestis praemia nil uale ostendit. Denique subiungit: *Nesorte et ipsi tere inuident, et fiat tibi retributio.* Non ait, & fiat tibi peccatum, sed Et fiat, inquit, tibi retributio. Cui simile est, quod alibi dicit: *Et si benefeceritis iis qui uobis benefecerunt, quae uobis est gratia? Neque hic dicit, peccatum est uobis, sed Quae uobis est gratia? Si quidem & peccatores hoc faciunt. Quamuis sunt quaedam mutua fratrum, amicorum, cognatorum, uicinorumque diuitum conuiuia, quae non solum in praesenti retributionem, sed & damnationem percipiunt in futuro. Denique ab Apostolo inter opera tenebrarum adnumerantur. Sicut in die (inquit) honeste ambulamus, non in comessationibus, & ebrietatibus. Comessationes quippe sunt, luxuriosa conuiuia, quae aut collatione omnium celebrantur, aut uicibus solent a contubernalibus exhiberi, ut neminem pudeat inhoneste aliquid dicere aut facere: quia ad hoc conuenitur, ut forda illic gerantur, copia uini, & incitetur libidinis diuersa uoluptas. Sed cum facis conuiuium, uoca pauperes, debiles, claudos, caecos, et beatus eris, quia non habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum.] Resurrectionem iustorum dicit, qui etsi omnes resurgant, eorum tamen non immerito quasi propria cognominatur, qui in hac se beatos non dubitant esse uenturos. Ergo qui pauperes ad conuiuium uocat, in futuro pra-*

Humilians se exaltabitur.

Conuiuia necessaria.

Mercedem hic recipientes sua.

Commessationes uicandae.

Resurrectio.

mium percipiet. Quia amicos, fratres, & diuites uocat, recipit mercedem suam. Sed & si hoc propter Deum, facit in exemplum filiorum beati Iob, sicut cetera fraterne dilectionis officia, ipse qui iussit remunerat. Qui gulosos ac luxuriosos propter lasciuiam inuitat, poena in futuro plectetur aeterna. Haec cum audisset quidam de simul discumbentibus dixit ei: *Beatus qui manducabit panem in regno dei.* Panis qui manducatur in regno Dei, non iuxta Cerinthum, corporalis intelligendus est cibus, sed ille utique qui ait, Ego sum panis uiuus qui de caelo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in aeternum. Id est, si quis meae incarnationis sacramento perfecte incorporatus meae diuinae maiestatis uisione frui meruerit, hic perpetua uitae immortalis beatitudine gaudebit. Sed quia nonnulli hunc panem fide tenuis, quasi adorando percipiunt, dulcedinem uero eius attingere ueraciter gustando fastidiunt, subiecta parabola dominus talium torporem caelestibus epulis dignum non esse redarguit. Sequitur enim, *Cap. 60.*

A Tipse dixit eis: *Homo quidam fecit cenam magnam, et uocauit multos.* Quis iste est homo, nisi ille de quo per prophetam dicitur, *Et homo est, & quis cognoscit eum? Qui fecit cenam magnam, quid satietatem nobis internae dulcedinis praeparauit. Qui uocat multos, sed pauci ueniunt, quia nonnunquam ipsi qui ei per fidem subiecti sunt, aeterno eius conuiuio male uiuendo contradicunt. Et misit seruum suum hora coenae dicere inuitatis ut ueniret, qui iam parata sunt omnia.* Quid hora coenae, nisi finis est mundi in quo nimirum nos sumus, sicut iam dudum Paulus testatur dicens, *Nos sumus in quos fines saeculorum deuenerunt.* Si ergo iam hora coenae est, cum uocamur, tanto minus debemus excusare conuiuio dei: quanto propinqua esse iam cernimus finem saeculi. Idcirco autem hoc conuiuium dei, non prandium, sed cena nominatur, quia post prandium cena restat: post cenam uero, conuiuium nullum restat. Et quia aeternum dei conuiuium nobis in extremo praeparabit, rectum fuit ut hoc non praedictum, sed cena uocaretur. Sed quis per hunc seruum qui a patre familias ad inuitandum mittitur, nisi praedicatorum ordo signatur? Ad repellendum autem fastidium nostrum, iam parata sunt omnia, quia ad abstergendum mentis nostrae teporem, in cena Dei ille nobis singularis agnus occisus est qui tulit peccata mundi. Et coeperunt simul omnes excusare.] Offert Deus quod rogari debuit, non rogatus dare uult quod uix sperari poterat. Quia dignaretur largiri postulatus, contemnitur uero paratus, delicias refectionis aeternae denunciat, & tamen simul omnes excusant. Sed dicunt aliqui, excusare nolumus. Ad illud enim supernae refectionis conuiuium & uocari & peruenire gratulamur. Qui uerum profecto dicunt si non plus terrena quam caelestia diligunt, si non amplius rebus corporalibus

Panis regni dei.

Cap. 60.

Homo qui cenam fecit.

Hora coenae.

Finis saeculi.

Liberalitas domini.

Villa.

Iuga bouum quinq.

Superbia infacto.

Vxor.

Res iusta.

ralibus quam spiritalibus occupatur. Vnde hic quoque ipsa excusantium causa subiungitur, cum protinus subinfertur: *Primus dixit ei: Villam emi, et necesse habeo exire et uidere illam. Rogo te, habe me excusatum.]* Quid per uillam nisi terrena substantia designatur? Exiit ergo uidere uillam, qui sola exteriora cogitat propter substantiam. Et aliter dixit: *Iuga bouum emi quinq. et eo probare illa. Rogo te, habe me excusatum.]* Quid in quinq. iugis bouum, nisi quinq. corporis sensus accipimus? Qui recte quoque iuga uocati sunt, quia in utroque sexu geminantur. Qui uidelicet corporales sensus, quia comprehendere nesciunt interna, sed sola exteriora cognoscunt, & deferentes intima ea quae extra sunt tangunt, recte per eos curiositas designatur. Graue namque curiositatis est uitium, quae dum cuiuslibet mentem ad inuestigandam uitam proximi exterius ducit, semper ei sua intima abscondit. Propter hoc nanque & de eisdem quinq. iugis bouum dicitur, *Eo probare illa, quia uidelicet aliquando pertinere probatio ad curiositatem solet. Sed notandum, quod & is qui propter uillam & is qui propter probanda iuga bouum a cena sui inuitatoris excusatur, uerba humilitatis permiscet, dicens: Rogo te, habe me excusatum.]* Dum enim dicit rogo, & tamen uenire contemnit, humilitas sonat in uoce, superbia in actione. Et ecce hoc diiudicat prauius quisque cum audit, nec tamen ea quae diiudicat agere desistit. Nam dum cuiuslibet peruerse agentis dicimus, conuertere, deum seque, mundum relinque, ubi hunc nisi ad dominicam cenam uocamus? Sed cum respondet, ora pro me quia peccator sum, hoc facere non possum quid aliud agit nisi rogat & excusatur: *Dices nanque, peccator sum, humilitatem insinuat, subiungens autem, conuerti non possum, superbiae demonstrat. Et alius dixit: Vxorem duxi, et ideo non possum uenire.]* Quid per uxorem, nisi uoluptas carnis accipitur? Na quamuis bonum sit coniugium, atque ad propagandam sobolem prouidentia diuina constitutum, nonnulli tamen non per hoc fecunditatem prolis, sed desideria expetit uoluptatis. Et ideo per rem iustam significari potest non incongrue res iniusta. Ad cenam nos ergo aeterni conuiuii summus pater familias inuitat, sed dum hunc terrena cura occupat, illum alieni actus sagax cogitatio deuastat, alterius etiam mentem uoluptas carnalis inquinat, fastidiosus quisque ad aeternae uitae apulas non festinat. *Et reuersus seruus nunciauit haec domino suo. Tunc iratus pater familias dixit seruo: Exi cito in plateas et uicos ciuitatis, et pauperes, ac debiles, et caecos et claudos introduce.]* Ecce qui terrena substantiae plus iusto incumbat, uenire ad dominicam cenam recusat: qui labori curiositatis insudat, praeparata uita alimentata fastidit: qui carnalibus desiderijs inhaeret, spiritalibus conuiuii epulas respuit. Quia ergo uenire superbi reuulit, pauperes eliguntur. Cur hoc? quia iuxta Pauli uocem,

Pauperes electi.

Vici et platea.

Vocat deus per diuites.

Cap. 61.

infirmam mundi eligit deus, ut confundat fortia. Pauperes autem & debiles dicuntur, qui iudicio suo apud semetipsos infirmi sunt. Na pauperes & quasi fortes sunt, qui & positi in paupertate superbiunt. Ceteri uero sunt, qui nullum ingenij lumen habent. Claudij quoque, qui rectos gressus in operatione non habent. Sed dum morum uitia in membrorum debilitate signantur, profecto liquet, quia sicut illi peccatores fuerunt qui uocati uenire noluerunt, ita hi quoque peccatores sunt qui inuitantur & ueniunt, sed peccatores superbi respuuntur, & peccatores humiles eliguntur. Hos itaque eligit quos despicit mundus, quia plerumque ipsa despectio hominem reuocat ad semetipsum. Pauperes, & debiles, caeci, & claudij uocantur quod ueniunt, quia infirmi quique, atque in hoc mundo despecti, plerumque tanto celerius uocem dei audiunt, quanto & in hoc mundo non habent ubi delectentur. Sed ductis ad cenam pauperibus quid praeferat subiungat audiamus: *Domine factum est ut imperasti, et adhuc locus est.]* Multi tales ad dominicam cenam ex Iudaea collecti sunt, sed multitudo quae ex Israelitico populo credidit, locum superni conuiuii non impleuit. Intrauit iam frequentia Iudaeorum, sed adhuc locus uacat in regno, ubi fides propi debeat numerositas gentium. Vnde & eisdem seruo dicitur: *Exi in uias et sepes, et compelle intrare, ut impleatur domus mea.]* Cum de uicis & plateis ad cenam dominus inuitat, illum uidelicet populum designat, qui tenere legem sub urbana conuersatione nouerat. Cum uero conuicias suos colligi ex uicis & sepibus praecipit, nimirum agrestem populum colligere, id est gentilem quaerit. Notandum uero quod in hac inuitatione tertia, non dicitur Inuita, sed Compelle intrare. Nam sunt nonnulli qui bona facienda intelligunt, sed haec facere desunt. His, ut superius diximus, plerumque contingit, ut eos in carnalibus desiderijs suis, mundi huius aduersitas feriat. Saepemque aut longa egritudine tabescunt, aut afflictu intrinsecis occidunt: aut percussu grauioribus damnis affliguntur, seque ipsos in suis desiderijs reprehendentes, ad dominum corda conuertunt. Qui ergo huius mundi aduersitatibus fracti ad dei amorem redeunt, atque a praesentis uitae desiderijs corriguntur, quid istinisi compelluntur ut intrent? Sed ualde est tremenda sententia quae protinus subinfertur. Ait enim: *Dico autem uobis, quod nemo uirorum illorum qui uocati sunt, gustabit cenam meam.]* Ecce per se uocat, per angelos uocat, per patres uocat, per prophetas uocat, per Apostolos uocat, per pastores uocat, plerumque per miracula uocat, plerumque per flagella uocat, aliquando per mundi huius prospera uocat, aliquando per aduersa, nemo contemnat. Nedum uocatus excusatur, cum uoluerit intrare non ualeat.

trem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus: & qui crucem suam non baiulat, neque post me uenit, meus quoque discipulus esse non potest.] Percontari libet, quomodo parentes & carnaliter propinquos, praecipimur odisse, qui iubemur & inimicos diligere. Et certe de uxore ueritas dicit, Quod Deus coniunxit, homo non separet. Et Paulus ait: Viri, diligite uxores uestras, sicut & Christus ecclesiam. Ecce discipulus uxorem diligendam praecipit, cum magister dicat: Qui uxorem non odit, non potest meus esse discipulus. Nunc quid aliud iudex nuntiatur, aliud praeco clamat: an simul & odisse possumus & diligere? Sed si uim praecipit perpendimus, utrunque agere per discretionem ualemus, ut eos qui nobis carnis cognatione coniuncti sunt, & quo proximos notimus, diligamus, & quo aduersarios in uia dei patimur, odiendo & fugiendo nesciamus. Vt autem dominus demonstraret, hoc erga proximos odium non de inaffectione procedere, sed de charitate, addidit protinus dicens: Adhuc autem & animam suam. Tunc etenim bene animam nostram odimus, cum eius carnalibus desiderijs non acquiescimus, cum eius appetitum frangimus, eius uoluptatibus reluctamur. Quae ergo contempta ad melius ducitur, quasi per odium amatur. Sic nimirum exhibere proximis nostris odij discretionem debemus, ut in eis & diligamus quod sunt, & habeamus odium quod in Deo nobis itinere obstitunt. Hoc ipsum uero anime odium qualiter exhiberi debeat subdendo ueritas manifestat dicens: Et qui non baiulat crucem suam & uenit post me, non potest meus esse discipulus.] Crux quippe a cruciati dicitur. Et duobus modis crucem domini baiulamur, cum aut per abstinentiam carnem afficimus, aut per compassionem proximi necessitatem illius nostram putamus. Qui enim dolorem exhibet in aliena necessitate, crucem portat in mente. Sciendum uero est quod sunt nonnulli qui carnis abstinentiam non pro Deo, sed pro inani gloria exhibent, & sunt plerique qui compassionem proximo non spiritaliter, sed carnaliter impendunt, ut ei non ad uirtutem, sed quasi miserando ad culpas saueant. Hi itaque crucem quidem uidentur ferre, sed dominum non sequuntur. Vnde & recte haec eadem ueritas dicit: Qui non baiulat crucem suam & uenit post me, non potest meus esse discipulus. Baiulare etenim crucem & post dominum ire, est uel carnis abstinentiam uel compassionem proximo pro studio aeternae intentionis exhibere. Nam quisquis haec pro temporali intentione exhibet, crucem quidem baiulat, sed ire post dominum recusat. Quia uero sublimia praecipita data sunt, protinus comparatio edificandae sublimitatis adiungitur, cum dicitur: Quis enim ex uobis uolens turrem edificare, nonne prius sedens computat sumptus qui necessarij sunt si habet ad perficiendam?] In omnibus enim rebus,

Oidium necessarium & uxoris quomodo praecipitur.

Crux.

Crucem uel sitollere. Dominum non sequentes.

finis aspiciendus est. Omne quod agimus praenire per studium considerationis debemus. Ecce enim iuxta ueritatis uocem qui turrem edificij sumptus parat. Si igitur humiliatis turrem construere cupimus, prius nos praeparare ad aduersa huius seculi debemus. Hoc enim inter terrenum & caeleste aedificium distat, quod terrenum aedificium expensas colligendo constructur, caeleste autem aedificium expensas dispergendo. Ad illud sumptus facimus, si non habita colligamus: ad istud sumptus facimus, si & habita relinquamus. Considerandum uero quod dicitur: Ne postea quam posuerit fundamentum & non poterit perficere, omnes qui uiderint incipient illudere ei dicentes, quia hic homo cepit edificare & non potuit consummare.] Quia iuxta Pauli uocem, spectaculum facti sumus mundo, angelis, & hominibus. Et in omne quod agimus considerare occultos aduersarios nostros debemus, qui semper nostris operibus intendunt, semper ex nostro defectu gratulantur. Quos propheta intuens ait: Deus meus in te confido, non erubescam, neque irideant me inimici mei. In bonis enim operibus intenti nisi contra maligno spiritus sollicitate uigilemus, ipsos irrisores patimur quos ad malum persuasores habemus. Sed quia de construendo aedificio comparatio data est, nunc ex minori ad maius similitudo subditur, ut ex rebus minimis maiora pensentur. Nam sequitur: Aut qui rex iturus committere bellum aduersum alium regem non sedens prius cogitat si possit cum decem milibus occurrere ei qui cum uiginti milibus uenit ad se? Alioquin adhuc illo longe agente legationem mittens, rogat ea quae pacis sunt.] Rex contra regem ex aequo uenit ad praesidium, & tamen si se perpendit non posse sufficere, legationem mittit, & ea quae pacis sunt, postulat. Quibus ergo nos lachrymis sperare ueniam debemus, qui in illo tremendo examine cum regem nostro ex aequo ad iudicium non uenimus, quos nimirum conditio, infirmitas, & causa inferiores exhibet? Sed fortasse iam mali operis culpas absidimus, iam praua quaeque exterius declinauimus, nunquid ad reddendam rationem cogitationis nostrae sufficimus? Cum duplo ergo exercitum contra simplum uenit, qui nos uix in solo opere praeparatos, simul de opere & cogitatione discuit. Et ideo dum adhuc longe est, legationem mittamus, rogemus ea quae pacis sunt. Longe enim esse dicitur, quia adhuc praesens per iudicium non uidetur. Mittamus legationem lachrymas nostras, mittamus misericordiae opera, maeremus in ara eius hostias placationis. Haec est nostra legatio, quae regem uenientem placat. Sic ergo omnis ex uobis qui non renunciat omnibus quae possidet, non potest meus esse discipulus.] Manifestissime dominus hac conclusio ne docet quid sit edificare turrem, uel cum rege fortiore facere pacem, suum uidelicet esse discipulum. Praeparare autem sumptus ad perficiendam turrem, & mittere legationem ad impetrandam

Spectaculo sumus.

Rex contra regem.

Parabola sensus.

dam pacem, non esse aliud quam renunciare omnibus quae possidemus. Inter quae omnia & amor proximorum, de quo praedictum est, & ipsa anima nostra, quam quidam pro temporali hac uita dictam putant, intelligatur, necesse est, quam sic possidere ad tempus oportet, ut non nos impediatur ab aeterna, si quis eam fuerit auferre minatus. Distat sane inter renunciare omnibus & relinquere omnia, paucorum enim perfectorum est relinquere omnia, curas mundi postponere, solis desiderijs aeternis inhierare. Cunctorum autem fidelium est renunciare omnibus quae possident, hoc est sic tenere quae mundi sunt, ut tamen per ea non teneantur in mundo, habere rem temporalem in usu, aeternam in desiderio, sic terrena gerere, ut tamen tota mente ad caelestia tendant. Bonum est sal. Si autem sal quoque euauerit, in quo condietur?] Ad superiora respicit, ubi turrem uirtutum non solum inchoandam sed etiam praeparat esse consummandam. Bonum quippe est Dei uerbum audire, frequentius sal sapientiae spiritualis cordis arcana condire, immo ipsum cum Apostolis sal terrae fieri, id est eorum quoque qui adhuc terrena sapiunt imbuedis mentibus sufficere. At si quis semel condimento ueritatis illuminatus ad apostasiam redierit, quod alio doctore corrigatur, qui eam quam ipse gustauit sapientiae dulcedinem, uel aduersus saeculi perterritus uel illecebris allectus abiecit? Iuxta hoc quod quidam sapiens ait: Quis medebitur incantatori a serpente percusso? Quae sententia Iudae Scariothis socios ipsorum delinari non immerito credatur, qui philargyria uictus & gradum apostolatus proderet & dominum tradere non dubitauit. Neque in terram, neque in sterquilinum utile est, sed foras mittetur.] Sicut sal infatuatum cum ad condiendos cibos carnesque sicca ad ualere desierit, nullo iam usui aptum erit, neque enim in terram utile est, cuius insectu germinare prohibetur, neque in sterquilinum agriculturae profuturum, quod uiuacibus licet glebis immixtum non foetare semina frugum, sed extinguere solet. Sic omnis qui post agnitionem ueritatis retro redit, neque ipse fructum boni operis ferre, neque alios excolere ualeat, sed foras mittendus, hoc est ab Ecclesia est ueritate secernendus, ut iuxta praemissam parabolam, irridentes eum inimici dicant, quia hic homo cepit edificare, & non potuit consummare. Et ideo multum utilis exhortatio subinfertur, cum dicitur: Qui habet aures audiendi, audiatur.] Id est, qui habet aures intelligentiae, quibus de uerbum percipere possit, non contemnat, sed audiat, obediendo uidelicet & faciendū quae didicit. Non enim auditor obliuiosus, sed factor operis hic beatus in faeco suo erit. Amen.

Sal sapientiae.

Sal infatuatum.

Aures audiendi.



CAPVT XV.

Rant autem appropinquantes ei publicani & peccatores ut audirent illum, & mirabantur Pharisei & scribae dicentes, quia hic peccatores recipit & manducat cum illis.] Quia non solum iustus peccare per inertiam, sed & peccator resipiscere per solertiam potest, postquam sal infatuatum foras mitti debere narratum est, mox poenitentium cohors intus admissa describitur, qui ad audiendum Dei uerbum appropinquantes non solum ad colloquendum, sed etiam ad conuescendum recepti sunt. Quod uidentes Pharisei, dedignati sunt, quia uera iustitia compassio nem habet, et falsa iustitia dedignationem, quam uis & iusti soleant recte peccatoribus indignari. Sed aliud est quod agitur typo superbiae, aliud quod zelo disciplinae. Sed qui aegri erant ita ut aegros se esse nescirent, quatenus quod erant agnoscerent, caelestis eos medicus blandis fo mentis curat, benignum paradigma obijcit, & in eorum corde uulneris tumorem premit. Ait namque: Quis ex uobis homo qui habet centum oves, & si perdidit unam ex illis, nonne dimittit nonagintanovem in deserto, & uadit ad illam quae perierat, donec inuenit illam?] Ecce mira dispensatione pietatis similitudinem ueritas dedit, quam & in se ipse homo recognosceret, & tamen haec specialiter ad ipsum auctorem hominum pertineret. Quia enim centenarius numerus est perfectus, ipse centum oves habuit cum angelorum substantiam & hominum creauit. Sed una ouis tunc perijt, quando peccando homo paucam uitae dereliquit. Dimisit autem nonagintanouem oues in deserto, quia illos summos angelorum choros reliquit in caelo. Cur autem caelum desertum uocatur, nisi quod desertum dicitur derelictum? Tunc autem caelum homo deseruit, cum peccauit. In deserto autem nonagintanouem oues remanserant, quando in terra dominus unam quarebat, quia rationalis creaturae numerus angelorum, uidelicet & hominum, quae ad uidentum Deum condita fuerat, pereunte homine erat imminutus, & ut perfecta summa ouium integraretur in caelo, homo perditus quarebatur in terra. Et cum inuenit illam, imponit in humeros suos gau dens.] Quem in humeris suis impositum, quia humanam naturam suscipiens, peccata nostra ipse portauit. Et ueniens domum conuocat amicos & uicinos dicens illis: Congratulamini mihi quia inueni ouem meam quae perierat.] Inuenta oue ad domum redijt, quia pastor noster reparato homine, ad regnum caeleste redijt. Ibi amicos & uicinos inuenit, illos uidelicet angelorum choros. Qui amici eius sunt, quia uoluntatem eius continue in sua stabilitate custodiunt. Vicini quoque eius sunt, quia claritate uisionis illius sua assiduitate perfruuntur. Et notandum quod non dicat congratulamini ouem inuenta, sed mihi, quia uidelicet eius est gaudium uita nostra, & cum nos ad caelum

Cap. 62.

Poenitentes publicani.

Oues. 99. in deserto. Caelum desertum.

Ouem humeris imponens.

Congratulamini mihi.

Gaudium de poenitentibus.

reducimur, solennitate laetitiae illius implemus. Dico nobis quod ita gaudium erit in caelo super uno peccatore poenitentiam habente, quam super nonaginta nouem iustis qui non indigent poenitentiam. Plus de conuersis peccatoribus quam de sanctis iustis gaudium erit in caelo, quia plerumque hi qui nullis se oppressos peccatorum molibus sciunt, stant quidem in uia iustitiae, nulla illicita perpetrant, sed tamen ad caelestem patriam anxie non anhelant, tantoque sibi in rebus licitis usum praebent, quanto se perpetrasse illicita nulla meminerunt, & plerumque pigri remanent ad exercenda bona praecipua, quia ualde securi sunt, quod nulla commiserint mala grauiora. At contra nonnumquam hi qui se aliqua illicita egisse meminerunt, ex ipso suo dolore compuncti inardescunt ad amorem Dei, seque in magnis uirtutibus exercent. Maius ergo de peccatore conuerso, quam de stante iusto gaudium fit in caelo, quia & dux in praelio plus eum militem diligit, qui post fugam reuersus hostem fortiter premit, quam illum qui nunquam terga praebuit & nunquam aliquid fortiter fecit. Sed inter haec, sciendum est, quia sunt plerique iusti, in quorum uita tantum est gaudium, ut eis qualibet peccatorum poenitentia praeponi nullatenus possit. Nam multi & nullorum sibi malorum sunt conscii, & tamen in tanti ardoris afflictione se exerunt, ac si peccatis omnibus angustentur, non quia etiam licita respuunt, ad despectum mundi sublimiter accinguntur, lamentis gaudent, in cunctis semetipsum humiliant: & licet nonnulli peccata operum, sic ipsi peccata cogitationum deplorant. Hinc ergo colligendum est quantum Deo gaudium faciat quando humiliter plangit iustus, si facit in caelo gaudium, quando hoc quod male gessit per poenitentiam damnat iniustus. Aut quae mulier habens drachmas decem, si perdidit drachmam unam nonne accendit lucernam, & euertit domum, & querit diligenter donec inueniat? Qui signatur per pastorem, ipse & per mulierem. Ipse enim Deus, ipse & Dei sapientia. Et quia imago exprimitur in drachma, mulier drachmam perdidit, quando homo qui conditus ad imaginem Dei fuerat, peccando a similitudine sui conditoris recessit. Sed accendit mulier lucernam, quia sapientia Dei, apparuit in humanitate. Lucerna quippe lumen in testa est. Lumen uero in testa, est diuinitas in carne. Accensa autem lucerna euertit domum, quia mox ut eius diuinitas per carnem claruit, omnis se nostra conscientia concussit. Domus namque euertitur, cum consideratione reatus sui humana conscientia perturbatur, euersa uero domo inuenitur drachma, quia dum perturbatur conscientia hominis, reparatur in homine similitudo conditoris. Et cum inuenit, conuocat amicos & uicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdideram. Quae amicae uel uicinae nisi illae potestates sunt caelestes iam superius dictae: quae tanto super-

Iusti de quibus magis qua de poenitentibus gaudendum.

Muliere etiam Dominus minus signatur.

Domum euertit.

Amicae mulieris.

nae sapientiae iuxta sunt, quanto ei per gratiam continua uisionis appropinquant. Sed intuentium cur ista mulier decem drachmas habuisse perhibetur. Angelorum quippe & hominum naturam ad cognoscendum se Dominus condidit, quam dum consistere ad aeternitatem uoluit, eam proculdubio ad suam similitudinem creauit. Decem uero drachmas habuit mulier, quia nouem sunt ordines angelorum, sed ut compleretur electorum numerus, homo decimus creatus est, qui a conditore suo nec post culpam perijt, quia hunc aeterna sapientia per carnem miraculis coruscans ex lumine testae reparauit. Ita dico uobis, gaudium erit coram Angelis Dei super uno peccatore poenitentiam agente. Poenitentiam agere est & perpetrata mala plangere, & plangenda non perpetrare. Nam qui sic alia deplorat ut tamen alia committat, adhuc poenitentiam agere aut ignorat, aut dissimulat. Quid enim prodest si peccata quis luxuriae desecat, & tamen adhuc auaritia est uisus anhelat: aut quid prodest si in re culpas iam lugeat, & tamen adhuc inuidiae facibus tabescat? Sed minus est ualde, quod dicimus, ut qui peccata deplorat, ploranda minime committat. Nam cogitandum summopere est, ut qui se illicita meminit commississe, a quibusdam etiam licitis studeat abstinere, quatenus per hoc conditori suo satisfaciat, ut qui commisit prohibita, sibi metipsum abscindere debeat etiam commissis.

10

20

30

40

50

60

Poenitentiam agere quid sit.

Cap. 63.

Homo habens filios duos.

Ita autem: Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescentiori ex illis patri: Da mihi portionem substantiae, quae me coningit. Et diuisit illis substantiam. Murmurantibus de peccatorum susceptione, scribis & pharisaeis, tres ex ordine parabolas saluator posuit, duabus primis de quibus disputatum est, quantum ipse cum angelis de poenitentium salute gaudeat insinuans. Tertia uero quae sequitur, non suum tantummodo suorum que gaudium demonstrans, sed & inuidentium murmur reprehendens. Homo itaque qui duos filios habuisse dicitur, Deus pater intelligitur, duorum uidelicet genitorum populorum, & quasi duorum generis humani stirpium auctor atque creator. Maior enim filius, eos qui in unius Dei permanere cultura: Minor, eos qui usque ad colenda idola Deum deseruere, significat. Pars substantiae quae minorem filium contingit, ipse sensus in homine rationalis est. Viuere enim, intellegere, meminisse, ingenio alacri excellere, diuini substantia muneris est. Quam minor filius expetit a patre, cum homo sua potestate delectatus, per liberum sese arbitrium regere, atque a dominio quaesiuisset exuere conditoris. Diuisitque illis substantiam, fidelibus scilicet suae gratiae protectionem, quam desiderabat, impertiendo, infidelibus uero naturalis solum ingenij, quo contenti erant beneficiu concedendo. Et non post multos dies congregatis omnibus, adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam, & ibi

Prodigus longe profectus.

Fames uerbi Dei.

Deus huius saeculi. Mitti in uillam.

Porcos pascere.

Siliquae poemata.

Mercenarij.

ibi dissipauit substantiam suam uiuendo luxuriose. Longe profectus est, non locum mutando, sed animum. Quanto etenim quisque plus in prauo opere delinquit, tanto a Dei gratia longius recedit. Quod non post multos dies dixit factum, ut congregatis omnibus, peregre proficisceretur in regionem longinquam: quia non multo post institutionem humani generis, placuit animae per liberum arbitrii ferre secum quandam uelut potentiam naturae suae, & deserere eum a quo condita est praesidens uiribus suis. Quas uires tanto consumit citius, quanto eum deserit a quo datae sunt. Itaque hanc uitam prodigam uocat, amantem fundere atque spatari pompis exterioribus, intus inanescere, cum ea quisque sequitur quae ab illa procedunt, & reliquit eum qui sibi est interior. Et postquam omnia dissipasset, facta est fames ualida in regione illa. Omnia quae dissipauit, ornamenta naturae quae consumpsit, significat. Fames in regione longinqua, indigentia uerbi ueritatis est, in obliuione creaturis. De qua dictum est in prophetis: Quia mittet Dominus famem in terra, non famem panis, neque sitim aquae, sed audiendi uerbum Dei. Et ipse cepit egere, & abiit, & adhaesit uni ciuium regionis illius. Merito egere cepit, qui thesauros sapientiae Dei, diuitiarum caelestiumque altitudinem dereliquit. Vnus autem ciuium regionis illius cui egens adhaesit, ille est utique, qui concupiscentijs terrenis merito suae peruersitatis praepositus, princeps huius mundi a Domino uocatur. Et de quo Apostolus: Deus (inquit) huius saeculi, excacauit mentes infidelium. Et misit illum in uillam suam, ut pasceret porcos. In uillam mitti, est, substantiae mundialis cupiditate subiugari. De qua in alia parabola quidam spirituales epulas, ad quas inuitabatur, fastidies dixit: Villam emi & necesse habeo exire, & uidere illam. Porcos uero pasceri, ea quibus immundi spiritus gaudeant, operari. Et cupiebat implere uentrem suum de siliquis quas porci manducabant. Siliquae quibus porcos pascebat, sunt doctrinae saeculares, sterili firmitate resonantes, de quibus laudes idolorum fabularumque ad Deos gentium uario sermone atque carminibus percipiunt, quibus daemonia delectantur. Unde cum iste saturari cupiebat, aliquid solidum & rectum quod ad beatam uitam pertineret, inuenire uolebat in talibus, & non poterat. Hoc est enim quod ait: Et nemo illi dabat. In se autem reuersus. Iam scilicet ab eis quae foris secus frustra illicium & seducunt, in conscientiae interiora reducem faciens intentionem suam. Dixit: Quanti mercenarij patris mei abundant panibus, ego autem fame hic perego. Unde hoc scire poterat, in quo tanta erat obliuio Dei, sicut in omnibus idololatriis fuit, nisi quia ista recognitiua iam respicientis est, cum Euangelium praedicaretur? Mercenarij ergo patris abundant panibus, quia qui futurae mercedis inuitu digna operari satagunt, cotidianis supernae gratiae refici-

ciuntur alimonijs. At uero fame pereunt, qui extra patris aedes positi, uentrem cupiunt implere de siliquis. Id est qui sine fine uiuentes, uitam beatam inanem philosophiae studijs inquirunt. Sicut enim panis qui cor hominis conficitur, uerbo Dei quo mentem reficiat assimilatur: ita siliqua quae & ipsa intus inanem, foris mollis est, & corpus non reficit sed implet, ut sit magis oneri quam usui, saeculari sapientiae non immerito comparatur, cuius sermo facundia plausu sonorus, sed uirtute utilitatis est uacuus. Surgam & ibo ad patrem meum, & dicam illi: Pater, peccauit in caelum & coram te. Quam misericordem patrem nouerat, qui nec offensus a filio, patris dedignetur audire uocabulum. Surgam ergo (inquit) quia me facere cognoui. Et ibo, quia longe recessi. Ad patrem meum, quia sub principe porcorum miserabili egestate tabesco. Peccauit in caelum, coram spiritibus angelicis sanctisque animabus, in quibus sedes est Dei, significat. Coram te uero, in ipso conscientiae interioris conuclau, qua Dei solius oculi penetrare ualebant. Et iam non sum dignus uocari filius tuus. Fac me sicut unum de mercenarijs tuis. Ad filij quidem affectum, qui omnia quae patris sunt, sua esse non ambigit, aspirare nequaquam praesumit, sed mercenarij statum, iam pro mercede seruiturum desiderat. Verum ne hunc quidem, nisi paterna dignatione se mereri posse testatur. Vbi sunt ergo Pelagianista, qui sua se uirtute saluari posse confidunt, contra a peruersissimam ueritatis sententiam quae ait, Sine me nihil potestis facere? Et surgens uenit ad patrem suum. Venire ad patrem est, in Ecclesia constitui per fidem, ubi iam possit esse peccatorum legitima & fructuosa confessio. Cum autem adhuc longe esset. Et antequam intelligeret Deum, sed tamen cum iam pie quaereret. Vidit illum pater ipsius. Impios enim & superbos conuenienter non uidere dicitur, tanquam ante oculos non habere. Ante oculos enim haberi, non nisi qui diliguntur dici solent. Et misericordia motus est, & occurrens, cecidit super collum eius. Non enim pater unigenitum filium deseruit, in quo usque ad nostram longinquam etiam peregrinationem cucurrit, atque descendit. Quia Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Et ipse Dominus ait: Pater in me manens, ipse facit opera sua. Quid est autem cadere super collum eius, nisi inclinare & humilitate in amplexum eius brachium suum? Et brachium Domini cui reuelatum est, quod est utique Dominus noster Iesus Christus. Et osculatus est eum. Consolari uerbo gratiae Dei ad spem indulgentiae peccatorum, hoc est post longam itinera remeantem, a patre mereri osculum charitatis. Dixitque ei filius: Pater peccauit in caelum et coram te. Iam non sum dignus uocari filius tuus. Incipit iam peccata constitutus in Ecclesia confiteri, nec dicit omnia quae dicitur se esse promiserat, sed usque ad illud, Non sum di-

Pelagianista.

Videre quos dicatur deus.

sum dignus uocari filius tuus. Hoc enim uult fieri per gratiam, quod se indignum esse per merita fateatur. Non addidit quod in illa meditatio ne dixerat, Fac me sicut unum de mercenarijs tuis. Cum enim panem non haberet, uel mercenarius esse cupiebat. Quod post osculū patris, generosissime iam dedignatur. Intelligit namque, inter filium, mercenarium & seruum, non minimam esse distantiam. Seruum uidelicet esse eum, qui adhuc metu gehennae, siue praesentium legum, a uitijs temperat. Mercenariū, qui spe atq; desiderio regni caelorum, Filium, affectu boni ipsius atque amore uirtutū. In quarum uirtutum trium consummatione, beatus Apostolus omnem salutis summā concludēs, Nunc (inquit) manet fides, spes, charitas, tria haec. Maior autem his, charitas. Fides namque est, quae futuri iudicij ac suppliciorum metu, uitiorum facit contagia declinare. Spes, quae mentem nostram de praesentibus auocans, uniuersas corporis uoluptates, caelestium praemiorum expectatione contemnit. Charitas, quae nos ad mortem Christi & spiritualium uirtutum fructum, mentis ardore succendens, quicquid illis contrarium est, toto facit odio detestari. Vnde prodigius iste postquam in semetipsum reuersus, dirae famis supplicia formidabat, uelut iam seruus effectus, etiam mercenarij statum, de mercede iam cogitans, concupiscit. Sed eum pater occurrens, non contentus minora concedere, utroque gradu sine dilatione transcurso, pristinae filiorum restituit dignitati, nec iam de mercede conductoris, sed de haereditate fecit cogitare parentis. Dixit autem pater ad seruos suos: Cito proferte stolam primam, & induite illum.] Stola prima est, uestis innocentie, quam homo bene conditus accepit, sed male per suus amisit, quando post culpam praeruaricationis cognouit esse se nudum, gloriaeque immortalitatis perditam, pelliceam, hoc est mortale simpliciter indumentū. Serui qui eam proferunt, reconciliationis praedicatorum sunt. Proferunt enim stolam primam, quando mortales terrenosque homines ita sublimandos asseuerant, ut non solum ciues angelorum, sed & haeredes Dei & cohaeredes sint Christi futuri. Et date anulū in manu eius, et calciamenta in pedes.] Anulus est uel syncerae fidei signaculum, quae cuncta promissa in credentium cordibus certa impressione signantur, uel nuptiarum pignus illarū, quibus Ecclesia sponsatur. Et bene anulus in manu datur, ut per opera, fides clarescat, & per fidem, opera firmantur. Calciamenta autem in pedes, officium Euangelizandi denunciant, ut cursus mentis ad caelestia tendens, a terrenarum contagio rerum inuiolata seruetur & munda. priorumque munitus exemplis, super serpentes, & scorpiones securus incedat. Manus igitur & pedes, id est opus ornatu & cursus. Opus ut recte uiuamus. Cursus, ut ad aeterna gaudia properemus. Non enim habemus hic

manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Et adducite uitulum saginatum, & occidite.] Vitulus saginatus, ipse item Dominus est, sed secundum carnem. Et bene saginatus, quia caro eius adeo spiritali est optima uirtute, ut pro totius mundi salute sufficiat in odorem suauitatis, nidorem uidelicet immolationis, ad Deum mittere, & pro omnibus exorare. Adducere autem uitulum & occidere, est praedicare Christū, & mortem eius insinuare. Tunc etenim cuique nostrū quasi recens occiditur, cum credit occisum. Tunc caro eius comeditur, cum eius passionis sacramentum & ore ad emundationem percipitur, & corde ad imitationem cogitatur. Et manducemus & epulemur, quia hic filius meus mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est.] Non solum filius qui reuixit & inuentus est, uerum pater & serui illius, sacrosancti uiculi qui propter filium occisus erat, carne resecti epulantur. Quia patris ciuis salus est nostra, & patris gaudium, nostrorum est remissio peccatorum. Nec tantum patris, sed & filij & spiritus sancti. Quia sicut una in diuinitate uoluntas & operatio, ita & una est delectatio sanctae & indiuiduae Trinitatis. Vnde de beatus Abraham tres Angelos hospitio receptiens, uitulum tenerrimum & optimum occidisse, eisque cum lacte, pane, & butyro epulandum legitur obtulisse. Quia qui beatam Trinitatem rectae deuotionis officijs reficere, id est laetificari desiderat, mortem quoque debet unigeniti filij Dei in carne quae est una in eadem Trinitate persona, pia confessionis sinceritate celebrare. Et notandum, quod ante stola prima, ante anulus, ante calciamenta praestantur, & sic deinde uirtus immolatur, quia nisi spem quisque primae immortalitatis induerit, nisi anulo fidei opera praemunierit, nisi ipsam fidem per confitendum praedicauerit, non potest sacramentis interesse caelestibus. Et ceperunt epulari.] Ista epulae atque festiuitas nunc celebrantur, per orbem terrarum ecclesiae dilatata atque diffusa. Vitulus enim ille in corpore & sanguine Dominico, & offertur patri, & pascit totam domum. Erat autem filius eius senior in agro.] Filius senior, populus Israel est, qui licet in longinqua non abierit, non tamen domi, sed in agro dicitur esse moratus, quia populus idem neque usque ad colenda idola creatorem deseruit, neque legis quam acceperat, interiora penetravit, sed literae solū custodia contentus, exteriora magis et terrena operari simul & sperare solebat, audiens per prophetam. Si uolueritis & audieritis me, bona terrae comedetis. Et cum ueniret et appropinquaret domui, audiuit symphoniam et chorū.] Appropinquat filius domui, cum populus ille in quibuscumque Israelitis consideratioribus (nam multi tales inuenti sunt in eis, & sepe inueniuntur) labore seruilis operis improbat, ex eiusdem scripturis, ecclesiae libertatem considerat. Audit symphoniam & chorū, scilicet spiritu plenus uocibus consonis euangelij praedicare,

Vitulus saginatus.

Patris ciuis.

Stola cur data ante epulum.

Filius senior.

Appropinquare domui.

dicare, quibus dictum est, Obsecro uos fratres, ut id ipsum dicatis omnes, & concorditer conuersantū, animam & cor unum in laudes Dei. Et uocauit unum de seruis, & interrogauit quae haec essent. Isque dixit illi.] Vocat unum de seruis, cum sumit ad legendum aliquem prophetarum, & in eo quaerens, quodammodo interrogat unde ista in Ecclesia celebrantur, in quibus se esse non uideat. Respondeat ei seruus patris, propheta: Frater tuus uenit, & occidit pater tuus uitulum saginatum, quia saluum illum recepit.] In extremis enim terrae fuit frater tuus, sed inde maior exultatio cantantium Domino canticum nouum, quia laus eius ab extremis terrae. Et propter eum, qui absens erat, occisus est ille cui dictum est, Et holocaustum tuum pingue fiat. Indignatus est autem, & nolebat introire. Pater ergo illius egressus, cepit rogare illum.] Indignatur etiam nunc, & adhuc non uult introire. Cum ergo plenitudo gentium intrauerit, egredietur opportuno tempore pater eius, ut etiam omnis Israel saluus fiat, ex cuius parte caecitas facta est, uelut absentia in agrum, donec plenitudo filij minoris longe in idololatria gentium constituti, redux ad manducandum uitulum intraret. Erit enim quandoque aperta uocatio Iudaeorum in salute Euangelij. Quam manifestationem uocationis, tanquam egressum patris appellat ad rogandum maiorem filium. At ille respondens, dixit patri suo: Ecce tot annis seruo tibi, & nunquam mandatum tuum praeterij.] Queritur, Quomodo ille populus nunquam mandatum Dei praeterisse dicatur. Sed facile illud occurrit, neque de omni mandato dictum esse, sed de uno maxime necessario, quo nullum alium Deum colere iussus est. Neque iste filius in omnibus Israelitis, sed in his intelligatur habere personam, qui nunquam ab uno Deo ad simulacra conuersi sunt. Quamuis enim tanquam in agro positus iste filius terrena desideraret, ab uno tamen deo ista desiderabat bona. Quod etiam patris ipsius testimonio comprobatur, cum dicit: Tu mecum es semper. Non enim quasi mentientem redarguit, sed secum perseverantiam eius approbans, ad perfractionem potioris, atque iucundioris exultationis inuitat. Et nunquam dedisti mihi haedum, ut cum amicis meis epularer.] Peccator profecto haedi nomine significari solet, sed ablitur Antichristum intelligam. Multum enim absurdum est, eum cui dicitur, Tu mecum es semper, hoc a patre optasse, ut Antichristo crederet. Neque omnino in eis Iudaeorum, qui Antichristo credituri sunt, istum filium fas est intelligi. Quomodo autem epularer ex illo haedo, si ipse est Antichristus, qui non ei crederet? Aut si hoc est epulari ex haedi occisione, quod est de Antichristi perditione laetari, quomodo dicit filius, quem recipit pater, hoc sibi non fuisse concessum, cum omnes filij Dei, de illius aduersarij damnatione laetaturi sint? Nimirum ergo ipsum Dominum sibi negatum ad

Senioris, id est Iudaei indignatio.

Iudaei quod mandatum nunquam praeterierint.

Haedus.

Antichristus.

epulandum conqueritur, dum eum peccatorem putat. cum enim haedus est illi genti, id est cum eum sabbati uiolatore, & profanatore legis existimat, iucundari epulis eius non meruit. Ut quod ait, Nunquam dedisti mihi haedum ut cum amicis meis epularer, tale sit ac si diceret, eum qui mihi haedus uidebatur, nunquam mihi dedisti ad epulandum, eo ipso mihi illum ipsum non concedens, quo mihi haedus uidebatur. Quod autem dicit, Cum amicis meis: aut ex persona principum, cum plebe intelligitur, aut persona populi Hierosolymitani, cum caeteris populis Iuda. Sed postquam filius tuus hic qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus uenit, occidisti illi uitulum saginatum.] Meretrices sunt gentilitum superstitiones, cum quibus substantiam disipare est, relicto uno connubio uerbi Dei cum turba daemonum cupiditate turpissima fornicari. At ipse dixit illi: Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. Epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est.] Quod dicit, Et omnia mea, tua sunt: non putandum est ita dictum quasi non sint & fratris, ut tanquam in terrena haereditate patris angustias. Quomodo possint esse omnia maioris, si habet tibi etiam iunior partem suam? Sic enim a perfectis & perpurgatis ac iam immortalibus filijs habentur omnia, ut sint & omnium singula, & omnia singulorum. Ut enim cupiditas nihil sine angustia, ita nihil cum angustia charitas tenet. Cum ergo beatitudinem illam obtinuerimus, nostra erunt ad uiuendum superiora, nostra erunt ad conuictendum aequalia, nostra erunt ad dominandum inferiora. Si quem autem mouet quomodo patri supplicans ueritas dicat, Et mea omnia tua sunt, et tua mea: cui simillimum uidetur sonare quod huic filio dicitur, Et omnia mea tua sunt: sciat unigeniti filij esse omnia quae patris sunt, per hoc quod etiam ipse Deus est, & de patre natus, patri est equalis. Nam & illud quod de spiritu sancto loquens ait, Omnia quae habet pater, mea sunt: propterea dixit, quia de meo accipiet, & adnunciabit uobis: de his dixit, quae ad ipsam patris pertinent diuinitatem, in quibus illi est aequalis omnia quae habet pater habendo. Neque enim spiritus sanctus de creatura quae patri est subiecta & filio, erat accepturus quod ait, De meo accipiet, sed utique de patre, de quo procedit spiritus, de quo natus est filius, siue itaque duos filios hos ad utrumque populum, siue ut quibusdam placet ad duos quoslibet homines, poenitentem uidelicet & iustum, uel qui sibi iustus uideatur, referre uoluerit, congaudeat maior frater, quia frater iunior mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est.

Haedus Iudaeis Christi uisus.

Meretrices.

Omnia patris quomodo senioris sunt.

Patris diuinitas.

LIBER QUINTVS. LEGE FELIX.

PROCEMIVM.



Ost quā murmurantes de peccatorum, uel potius pœnitentium receptione, eos qui sibi iusti uidebatur tribus continuis parabolis, de quibus supra disputatum est, Saluator redarguit, docens salutem respicientium Deo quidem & angelis gratissimam, sed inuidis hominibus esse grauissimā: quartam mox quintamq; de eleemosyna danda, & parsimonia sequenda subiungens, pia iustaq; discretionem manifestat eos qui bona terrena disperferint dederintq; pauperibus, ab illis in aeterna tabernacula recipiendos. Illos autem qui in his soli luxuriari desiderant, in inferno sepeliendos, & nec stilam aquae permodicam, quae perennes tormentorum ardores uel ad momentū refrigerare queant, esse nacturos. Quia uidelicet & ordo praediciandi aptissimus est, ut post pœnitentiam eleemosyna, id est opus misericordiae suggeratur. Ille enim iuste à Deo pœnitens ut sui miseretur impetrat, qui proximi indigentis quantum ualeat ipse miserum non tardat. At qui auertit aurem suam ne audiat pauperem, oratio eius erit execrabilis. Vnde & Ioannes Baptista cum turbis suaderet, ne merito suae sterilitatis in igne miterentur, dignos pœnitentiae fructus esse faciendos, mox cōsiliū salutis suae quarentibus adiunxit, atq; ait: Qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui habet escas similiter faciat. Et isdem Pharisaei ac Scribae, non minus auaritia quam superbie peste languentes, sicut pœnitentibus ueniam, sic & egentibus pecuniam dare negabant. Verum ille qui uult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire, nunc ad eos, nunc eis audientibus ad discipulos suos uerba faciendo consuetae pietatis dona benignus impendere non cessat. Sed ueniamus ad textum.

CAPVT XVI.



Icebat autem & ad discipulos suos: Homo quidam erat diues, qui habebat uillicum, & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius. Et uocauit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? redde rationem uillicationis tuae: iam enim non poteris uillicare. Ait autem uillicus intra se: Quid faciam? quia Dominus meus aufert à me uillicationem. Fodere nō ualeo, mendicare erubescō. Scio quid faciam, ut cum amotus fuero à uillicatione, recipiant me in domos suas. In uillico hoc quem Dominus efficiebat de uillicatu, & laudauit eum quod in futurum sibi prospexerit, non omnia debemus ad imitandum sumere. Non enim aut domino nostro facta est in aliquo fraus, ut de ipsa fraude eleemosynas faciamus, aut eos à quibus recipi uolumus in tabernacula aeterna, tanquam de-

bitores Dei & Domini nostri fas est intelligi, cum iusti & sancti significantur hoc loco, qui eos introducant in tabernacula aeterna, qui necessitatibus suis terrena bona communicauerint. De quibus etiam dicit, quod si quis alicui eorum calicem aquae frigidae dederit tantum in nomine discipuli, non perdet mercedem suam. Sed etiam e contrario dicuntur istae similitudines, ut intelligamus si laudari potuit ille à Domino cui fraudem faciebat, quanto amplius placeant Domino Deo, qui secundum eius praecipium illa opera faciunt. Sicut etiam de iudice iniquitatis qui interpellabatur à uidua, comparationem duxit ad iudicē Deum, cui nulla ex parte iudex iniquus conferendus est. Villici sane uocabulo discimus eos, qui pecunias habent non iam Dominos suae, sed alienae potius rei dispendatores esse putandos. Qui si iuxta huius serui exemplum sedulo finiendae uillicationis, ac rationis reddendae tempus prauiduerint, facile terrenorum omnium delectatione simul & dilectione nudati, plus sibi de amicis conquirendis in futuro, quam diuitijs in praesenti colligendis prospicere curabunt. Qui multa secum anxius pertractando, quid faciam? inquit. Fodere non ualeo, mendicare erubescō. Ablata quippe uillicatione fodere non ualemus, quia finita hac uita, in qua tantum licet operari, nequaquam ultra bonae conuersationis fructum, si uoluerit uota compunctionis licet inquirere. Mendicare, confusionis est. Illo scilicet pessimo genere mendicandi, quo uirgines illae fatuae mendicasse referuntur, quae ingruente tempore nuptiarum oleo uirtutum deficiente, sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo uestro, quia lampades nostrae extinguuntur. Et de quo Salomon ait: Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo aestate, & non dabitur ei. Conuocatis itaque singulis debitoribus Domini sui, dicebat primo: Quantum debes Domino meo? At ille dixit: Centum cados olei. Dixitq; illi: Accipe cautionem tuam, & sede cito, scribe quinquaginta. Deinde alio dixit: Tu uero quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. At illi: Accipe literas tuas, & scribe octoginta. Cadus Graeca amphora est, continens urnas tres. Corus uero modios triginta completitur. Quod autem de centum cadis olei quinquaginta scribi fecit à debitore, & de centum coris tritici octoginta, ad nihil aliud ualere arbitror, nisi ut ea quae similiter in sacerdotes atque in leuitas Iudaeus quisq; operatur, in Christi Ecclesia abundet iustitia eius super Scribarum & Pharisaeorum, ut cum illi decimas darent, isti dimidias dent, sicut non de fructibus, sed de ipsis bonis suis fecit Zacchaeus. Aut certe duplicet decimas, ut duas decimas dando, superet impendia Iudaeorum. Nisi forte quis simpliciter accipiendum putet, quod omnis qui indigentiam cuiuslibet pauperis sanctorum, uel ex dimidia, uel certe ex quinta parte, quantum uiginti, uel quinquaginta ad centū sunt, ad leuiauerit, certa

Villicus quomodo laudatus.

Villicus.

Cadus. Corus.

Decimarū duplicatio.

Sapientes seculi.

Filij lucis.

Filij lucis & seculi.

Mamona iniquitatis. Diuitiae quibus sunt pecuniae.

Eleemosyna praestanda.

Mamona.

suae misericordiae sit mercede donandus. Et laudauit dominus uillicum iniquitatis, quia prudenter fecisset. Quia filij huius seculi, prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Audiant sapientes huius seculi, ut stultam sapientiam deserere, & sapientem Dei stultitiam discere queant, quanti eorum sapientiam diuina aequitas aestimauerit, quos non uere prudentes, sed in generatione sua prudentes esse commemorat. Iuxta hoc quod alibi dicitur, Vae qui sapientes estis in oculis uestris, & coram uobismetipsis prudentes. Necnon & amatores aeternae uitae, filios lucis appellando, non aliud eos qui sapientes sunt ut faciant mala, bene autem facere nescierunt, quam filios arguit esse te nebrarum. Filij autem lucis, & filij huius seculi uocantur, quomodo filij regni & filij perditionis. Cuius enim quisq; agit opera, eius cognominatur & filius. Et ego uobis dico: Facite uobis amicos de mamona iniquitatis, ut cum desereritis, recipiant uos in aeterna tabernacula. Mamona iniquitatis hoc appellat istam pecuniam quam possidemus ad tempus, quia mamona diuitiae interpretantur. Nec sunt istae diuitiae nisi iniquis, qui in eis constituunt spem atq; copiam beatitudinis suae. A iustis uero cum haec possidentur, est quidam ista pecunia, sed non sunt illis diuitiae, nisi caelestes & spirituales. Quibus indigentiam suam spiritaliter suppletes, exclusa egestate miseris, beatitudinis copia ditabuntur. Si autem hi qui praebent eleemosynam, de iniquo mamone faciunt sibi amicos à quibus in aeterna tabernacula recipiantur, quanto magis hi qui spirituales largiuntur epulas, qui dant eos uisus cibaria in tempore suo, certissima debent spe summę retributionis erigi. Qui fidelis est in minimo, & in maiore fidelis est. Et qui in modico iniquus est, & in maiore iniquus est. Sunt qui uiscera pietatis, & opera misericordiae quae proximis debentur ignorantes, merito se tamen castitatis, uigiliarum, longae orationis, plenae fidei, ieiuniorum, ceterarumq; uirtutum quae Dei dilectio gignere solet, ueraciter fideles existimant, sed ipso iudice attestante, qui fidelis est in minimo, id est in pecunia cum paupere participanda, & in maiore fidelis est, illo uidelicet actu, quo specialiter adherere creatori, et unus cum eo spiritus effici desiderat. At qui temporalia quae possidet recte dispensare dissimulat, aeternorum sibi gloriam de qua tumet, euacuat. Qui enim non diligit fratrem suum quem uidet, Deum quem non uidet quomodo potest diligere? Et sicut idem dicit, qui habuerit substantiam mundi, & uiderit fratrem suum necesse habere, & clauerit uiscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Si ergo in iniquo mamona fideles non fuistis, quod uestrum est quis crederet uobis? De iniquo mamona, quod diuitias malorum significet, supra explanatum est. Quorum mentionem saluator faciens alibi dicit, quia fallacia diuitiarum suffocat uerbum. Veras autem diuitias, uel ipsa aeternae uitae gaudia, de quibus

scriptum est, Quae diuitiae hereditatis eius in sanctis, uel uirtutum spiritalium, quibus ad uitam peruenitur, copia significat. De quibus dicit Esaias, Diuitie salutis, sapientia & scientia. Timor domini, imple thesaurus eius. Et si in alieno fideles non fuistis, quod uestrum est quis dabit uobis? Alienae sunt a nobis huius seculi facultates, id est extra naturam sitae. Nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium quia nec auferre quid possimus. Nostra autem possessio, regnum caelorum. Nostra uita, Christus est. Nostrae opes sunt, spiritalium operum fructus. De quibus Salomon ait: Redemptio animae uiri, propriae diuitiae eius. Arguit ergo Pharisaeos fraudis & auaritia, qui quoniam in facultatibus suis fideles non fuerunt, communia eorum ditoris bona priuatim habere malentes, nec Christum accipere meruerunt, quem publicanus ille cuius paulo ante memini Zacchaeus, ut adquirere posset, dimidiam partem bonorum suorum obtulit. Non seruus potest duobus dominis seruire. Quia non ualet simul transitoria & aeterna diligere. Si enim aeternitatem diligimus, cum ista temporalia in usu, non in affectu possidemus. Aut enim unum odiet, et alterum diligit, aut uni adhaerebit, & alterum contemnet. Haec uerba diligenter consideranda sunt. Nam qui sunt duo domini, consequenter exponit dicens: Non potestis Deo seruire & mamona. Audiat hoc auarus, audiat qui censetur uocabulo Christiano, non posse simul mamona, hoc est diuitijs Christoq; seruire. Et tamen non dixit, qui habet diuitias, sed qui seruit diuitijs. Qui enim diuitiarum seruus est, diuitias custodit ut seruus. Qui autem seruitutis excus sit iugum, distribuit eas ut dominus. Sed qui seruit mamona, illi utiq; seruit, qui rebus istis terrenis merito suae peruersitatis praeposuit, princeps huius seculi à Domino dicitur. Ergo aut unum odiet, & alterum diligit, ut fieri debet. Odiat scilicet diabolum, diligit deum. Aut uni adhaerebit, & alterum contemnet. Adhaerebit scilicet diabolo, cum quasi eius praemia temporalia sectatur. Contemnet autem Deum, non dixit odiet: sed sicut solent minas eius postponere cupiditatibus suis, qui de bonitate eius ad impietatem sibi blandiuntur. Quibus per Salomonem dicitur: Fili ne adicias peccatum super peccatum, & dicas, misericordia Dei magna est. Audiebant autem omnia haec pharisaei qui erant auari & deridebant illum. Monebat quidem Dominus scribas & pharisaeos, qui non superbe sapere, non de sua iustitia praesumere, sed & peccatores publicanosq; recipere pœnitentes, & sua quae forte incideret eleemosynis peccata humiliter: sed illi praepceptorem misericordiae, humilitatis, & parsimoniae, duas maxime deridebant ob causas. Quia scilicet uel minus utilia, neq; unquam faciendā quasi noxius imperaret, uel certe utilia, sed à se iam facta superfluus ingereret. Et ait illis: Vos estis qui iustificatis uos coram hominibus, Deus

Aliena res huius seculi.

Pharisaeorum fraus.

Cap. 65. Dominis duobus seruire.

Domini qui.

Seruire diuitijs.

Scribarum incorrigibiles.

Iustifican-
tes se.

autem nouit corda uestra, quia quod hominibus altum est, abominatio est apud Deum. Iustificantes se coram hominibus, qui peccatores quidem quasi infirmos desperatosque contemnunt: se autem ipsos quasi perfectos in omnibus cumque fragilitatis expertes elemosynarum remedio opus habere non credunt. Sed hæc noxijs tumoris altitudo quam sit iuste damnanda, uidet ille qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Lex & propheta usque ad Ioannem, ex eo regnum Dei euangelizatur, & omnis in illud uim facit. I Disputantem contra phylargyriam Saluatorem Pharisei deridebant, quasi contraria legi prophetisque præciperet, ubi multi & diuersissimi iuisse, & tamen Deo placuisse legerentur: sed & ipse Moses populū quem regebat si legem sequeretur, omnibus quæ terra gignit bonis abundanturum: si autem negligeret, peste, fame, inopia, cunctisque malis prædiceret esse ferendum. Qui bus ille occurrens, ostendit inter legem & Euangelium, sicut promissionū, ita & præceptorum non minimam debere esse distantiam, & maiora quidem propter regnum caelorum, minoram uero propter regnū terrarum imperari ab eodem uno Deo qui caelū fecit & terram, ubi nunc dictum est, Si uolueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Hic uero Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Ideoque recte cum diceret regnum Dei euangelizari, addidit, Et omnis in illud uim facit. Magna enim uis, & uolentia gradis est nos terra genitos, caelorum sedem quærere, possidere uelle per uirtutem, quod non potuimus tenere per naturam, nec solum terrena contemnere, sed & linguas deridentium nos talia contemnentes. Hoc enim subdidit, cum de spernendis diuitijs locutus à Phariseis esset derisus.

Philargyria.
Lex Moſis diuitias nō improbat.

Euangelij supra legē excellen-
tia.

Legem nō uenit ſoluere.

Facilius est autem caelum & terram præterire, quam de lege unum apicem cadere. Ne putarent in eo quod dixit, Lex & propheta usque ad Ioannem, legis uel prophetarum ab eo destructionem prædicari, manifeste protestatur, facilius maxima mundi elementa quam minima legis dicta transire. Et reuera, præterit enim figura huius mundi, Et alibi: Caelos autem nouos, & terram nouam, & promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat. De longe autem ne unius quidem literæ summitas, hoc est nec minima quæque & quæ leuitia uel superstitiosa uidentur, a sacramentis spiritalibus uacant, quin omnia recapitulentur in Euangelio. Et tamen lex & propheta usque ad Ioannem, quia non potuit ultra uenturum prophetari quod Ioannis præconio iam uenisse clarebat. Omnis qui dimittit uxorem suam, & ducit alteram, mœchatur, & qui dimissam à uiro ducit, mœchatur. Quod de lege in perpetuū non uiolanda prædixerat, uno exempli gratia de illa sumpto testimonio confirmat, ut ex hoc uno discerent, etiam in cæteris eum non ad soluenda, sed ad implenda legis decreta uenisse. Cuius expositio.

nem testimonij, si qui plenius uidere desiderat, non nostra, sed maiorum monumenta scrutetur. Beatissimi etenim patres, Augustinus in libro de Sermone domini in monte, primo: Hieronymus, & Ambrosius in commentarijs Euangelistarum, Matthæi & Lucæ: sed & alij quam plurimi in suis quisque opusculis de illo satis superque dixerunt.

Ad alios remittit.

Homo quidam erat diues, & induebatur purpura & bysso, & epulabatur cotidie splendide. Purpuram regij habitus esse colorē, marinis est conchylijs tinctam, nemo fere qui dubitet. Nam conchyliis ferro circuncisa lachrymas purpurei coloris, quibus lana tingatur, emittunt. Byssum uero, genus est quoddam lini, nimum candidi & mollissimi, quod Greci *μιννα* uocant. Admonuerat ergo Dominus supra, facere amicos de mamona iniquitatis, qui cum ab hac uita defecerimus, recipiant nos in aeterna tabernacula: quod audientes Pharisei deridebant. Verum ille quæ præposuerat exemplis adstruens, ostendit deo diuitem purpuratum, irremediabiliter apud inferos tortum, quia pauperē Lazarum, à quo in uita tabernacula recipi posset, amicum sibi facere neglexerat. Nonnulli autem putant præcepta Veteris testamenti, districtiora esse quam noui, sed hi nimirum improvida consideratione falluntur. In illo enim non tenacia, sed rapina multatur, ubi res iniuste sublata restitutione quadrupli puniuntur: hic autem diues iste non abstulisse aliena reprehenditur, sed propria non dedisse: nec dicitur quod ut quempiam oppressit, sed quia in acceptis rebus se exulit. Hinc ergo, hinc summopere colligendum est, quia poena multandus sit, qui aliena diripit, si in ferri damnatione percussus, qui propria non largitur. Et sunt nonnulli qui cultum subtilium preciosarumque uestium, non putant esse peccatum: quod si uidelicet culpa non esset, nequaquam sermo Dei tam uigilanter exprimeret, quod diues qui torquetur apud inferos, bysso & purpura indutus fuisse. Nemo quippe uestimenta præcipua, nisi ad inanem gloriam quærat, uide licet ut honorabilior cæteris esse uideatur. Quæ culpam possumus melius etiam ex diuerso colligere, quia si abiectio uilis indumentis non esset, Euangelista uigilanter de Ioanne non diceret, Erat indutus pilis camelorum. Sed notandum nobis magnopere est, in ore ueritatis de superbo diuite, & de humili paupere, quantus sit ordo narrationis. Ecce enim dicitur: Homo qui dam erat diues. Et protinus subiungitur, Et erat quidam mendicus nomine Lazarus. Certe in populo plus solent nomina diuitum, quam pauperum sciri. Quid ergo quod dominus de paupere & diuite uerbum faciens, nomen pauperis dicit, & nomen diuitis non dicit: nisi quod Deus humiles nouit, atque approbat, & superbos ignorat: Vnde & quibusdam de miraculo rum uirtutis superbiensibus, in fine dicitur est:

Cap. 66. Purpura.

Diuitis auari peccata.

Lex noua strictior.

Diuitie, peccatum.

Vestitus, peccatum.

Pauperis nomen nō diuitis exprimitur.

Nescio.

Diuitis ex aggeratur inhumantat.

Pauperis tentamenta.

Sinus Abrahamæ.

Iudiciorū dei districtio.

Nescio uos unde sitis. Disceditis à me omnes operarij iniquitatis. At contra Moſi dicitur, Non uis te ex nomine tuo. At ergo de diuite, Homo quidam. At de paupere, Egenus nomine Lazarus. Ac si aperte dicat: Pauperem humilem scio, superbum diuitē nescio. Illum cognitum per approbationem habeo, hunc per iudicium reprobationis ignoro. Qui iacebat ad ianuam eius huiusmodi plenus, cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis, sed & canes ueniebant & lungebant huiusmodi. Plenus huiusmodi mendicus Lazarus, ante ianuam diuitis iacet. Qua de re una, dominus duo iudicia expleuit. Habuisset enim fortasse aliquam excusationem diues, si Lazarus pauper et huiusmodi, ante eius ianuam non iacuisset, si remotus fuisset, si eius inopia non esset oculis importuna. Rursus si longe esset diues ab oculis huiusmodi pauperis, minorem tollerasset tentationē pauper in animo. Sed dum egenus & huiusmodi ante ianuam diuitis & delicijs affluentis posuit, in una eademque re, & ex uisione pauperis non miserenti diuiti cumulum damnationis intulit, & rursus ex uisione diuitis, tentatum cotidie pauperem probauit. Cui certe poterat ad poenam sufficere paupertas, etiā si sanus fuisset. Rursus sufficisset ægritudo, etiam si sublidium adesset. Sed ut probaretur amplius pauper, simul hunc & paupertas & ægritudo tabefecit, atque insuper uidebat procedentem diuitem, obsequentibus cuneis fulciri, & se in infirmitate & inopia à nullo uisitari. Nam quia nemo ei ad uisitandum aderat, testantur canes, qui licenter uulnera lungebant. Ex una ergo re, omnipotens Deus duo iudicia exhibuit, dum Lazarum pauperem ante ianuam diuitis iacere permisit, ut & diues impius, damnationis sibi augeret ultionem, & tentatus pauper, cresceret ad remunerationem. Factum est autem ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahamæ. Mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno. Sinus Abraham, requies est beatorum pauperum, quorum est regnum caelorum, quo post hanc uitam recipiuntur. Sepultura in ferri, poenarum profunditas, quæ superbos & immisericos, post hanc uitam uorat. Eleuans autē oculos suos cum esset in tormentis uidebat Abraham à longe, & Lazarum in sinu eius, & ipse clamans dixit: Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum ut intinguat extremum digiti sui in aquam, et refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Quanta est subtilitas iudiciorum Dei, o quam districte agitur bonorum actuum, malorumque retributio. Certe superius dictum est, quia in hac uita Lazarus cadentes micæ de mensa diuitis quærebat, & nemo illi dabat: nunc de supplicio diuitis dicitur, quia de extremo digiti Lazari, destillari aquam in os suum concupiscit. Qui ergo mensæ suæ uel minima dare uoluit, in inferno positus, usque ad minima quærenda peruenit. Sed notandum ualde est, quid sit quod diues in igne posi-

tus, linguam suam refrigerari petit. Mos quippe est sacri eloquij, ut aliquando aliud dicat, sed ex eodem dicto aliud innuat. Superius autem hunc superbum diuitem dominus non loquacitati uacantem dixerat, sed superflue coniuuantem. Neque hinc de loquacitate narrauit, sed cum elatione & tenacia, de edacitate peccasse. Sed quia abundare in conuiujs loquacitas sollet, is qui hic male conuiuatus dicitur, apud inferos grauius in lingua ardere perhibetur. Sed cum graui ualde pauore pensandum est hoc quod sequitur: Et dixit illi Abraham: Fili, recordare quia recepisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur, tu uero cruciaris. Ecce enim dum dicitur, Recepisti bona in uita tua, indicatur & diues iste boni aliquid habuisse, ex quo in hac uita bona reciperet. Rursusque dum de Lazaro dicitur, quia recepit mala, profecto modo stratur & Lazarum habuisse malum aliquod, quod purgaretur. Sed mala Lazari purgauit ignis inopia, & bona diuitis remunerauit felicitas transeuntis uitæ. Et in his omnibus inter uos & nos chaos magnum firmatum est, ut hi qui uolunt hinc transire ad uos non possint, neque inde huc transire. Quia in re ualde quærendum est quomodo dicatur, Hi qui uolunt ad uos transire non possint. Quod enim hi qui in inferno sunt, ad beatorum sortem transire cupiunt, dubium non est. Qui uero iam in beatitudinis sortem suscepti sunt, quo pacto dicitur quia transire ad eos qui in inferno cruciantur, uolunt? Sed sicut transire reprobis ad electos cupiunt, id est à suppliciorum suorum afflictione migrare, ita ad afflictos atque in tormentis positos transire iustorum est, mente ire per misericordiam, eosque uelle liberare. Sed qui uolunt de beatorum sede ad afflictos atque in tormentis positos transire non possunt, quia iustorum animæ quamuis in suæ naturæ bonitate misericordiam habeant, iam tunc auctoris sui iustitiæ coniunctæ, tanta rectitudine constringuntur, ut nulla ad reprobos compassione moueantur. Sed postquam ardenti diuiti de se spes tollitur, eius animus ad propinquo quos reliquerat recurrit, quia reproborum mentem poena sua quandoque inutiliter erudit ad charitatem, ut iam tunc etiam suos spiritaliter diligant qui hic dum peccata diligerent, nec se amabant. Vnde nunc sequitur: Et ait, Rogo te ergo pater ut mittas eum in domū patris mei, habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne & ipsi ueniant in locum huiusmodi tormentorum. Quia in re notandum est ardenti diuiti quanta ad supplicium cumulantur, ad poenam namque suam, ei & cognitio seruatur & memoria. Cognoscat enim Lazarum quem dispexit, fratrum quoque suorum meminit, quos reliquit. Perfecta quippe ei ultio de paupere non esset, si hunc in retributione non cognosceret. Et perfecta poena in igne non esset, si non hoc quod ipse patitur etiam suis timeret. Ut ergo peccatores amplius in supplicio puniantur,

Linguam cur refrigerari cupiat diues in inferno.

Bona diuitis.

Mala pauperis.

Beati quomodo ad damnatos transire uolunt.

Reproborum charitas.

Diuitis poena.

& eorum uident gloriam quos contempserunt, & de illorum etiam poena torquentur quos inutiliter amauerunt. Credendum uero est quod ante retributionem extremi iudicii, iniusti in requie quosdam iustos conspiciunt, ut eos uidentes in gaudio, non solum de suo supplicio, sed etiam de illorum bono crucientur. Iusti uero in tormentis semper intuentur iniustos, ut hinc eorum gaudium crescat, quia malum conspiciunt quod misericorditer euaserunt, tantoque maiores ereptori sui gratias referant, quanto euidentius uident in alijs quid ipsi perpetrari, si essent neglecti, potuerunt. Quia qui creatoris sui claritatem uidet, nihil in creatura agitur quod uidere non possint. Et ait illi Abraham: Habent *Mosen & prophetas, audiant illos.* Sed qui uerba Dei despexerat, haec audire non posse suos sequaces, aestimabat. Vnde & respondit diues: Non pater Abraham, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, penitentiam agent, Cui mox ueraci sententia dicitur: Si *Mosen & prophetas non audunt, neque si quis ex mortuis surrexerit, credent.* Quia nimirum qui uerba legis despiciunt, redemptoris praecipua qui ex mortuis surrexit, quanto subtiliora sunt, tanto haec difficilius implebunt. Et nimirum constat, quia cuius implere dicta renuunt, ei proculdubio credere recusant. Quem uero iuxta allegoriam, diues iste qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur cotidie splendide, nisi iudaicum populum significat: qui cultum uitae exterioris habuit, qui acceptae legis delicis ad nitorem usus est, non ad utilitatem. Quem autem Lazarus hulceribus plenus, nisi gentilem populum figurat exprimit: qui dum conuersus ad Deum, peccata sua confiteri non erubuit, huic uulnus in cute fuit. In cutis quippe uulnere, uirus a uisceribus trahitur, & foras erumpit. Quid est ergo peccatorum confessio, nisi quaedam uulnere ruptio: quia peccati uirus salubriter aperitur in confessione, quod pestifere latebat in mente. Sed Lazarus uulneratus, cupiebat saturari de micis quae cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat, quia gentilem quendam ad cognitionem legis admittere superbus ille populus despiciebat, qui dum doctrinam legis non ad charitatem habuit, sed ad elationem, quasi de acceptis opibus timuit, & quia ei uerba de fluebant de scientia, quasi micae cadebant de mensa. At contra facientis pauperis uulnera lingebant canes. Nonnunquam solent in sacro eloquio per canes, praedicatores intelligi. Canum & enim lingua, uulnus dum lingit curat, quia & doctores sancti dum in confessione peccati nostri nos instruunt, quasi uulnus mentis per linguam tangunt. Et quia nos loquendo a peccatis eripiunt, quasi tangendo uulnera ad salutem reducunt. Vnde & bene Lazarus adiutus interpretatur, quia ipsi hunc ad ereptionem iuuant, qui eius uulnera, per linguae correptionem curant. Contigit uero ut uterque moreretur: di-

ues qui induebatur purpura & bysso, sepultus in inferno, in sinu uero Abrahamae, Lazarus ab angelis ductus est. Quid Abrahamae sinus, nisi secretum requiem significat patris: de qua ueritas, Multi (inquit) ueniunt ab oriente & occidente, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno caelorum. Filij autem regni huius, eiciuntur in tenebras exteriores. Qui enim purpura indutus dicitur, recte filius regni uocatur. Qui de longinquo ad uidendum Lazarum oculos leuat, quia dum per damnationis suae supplicia infideles in imo sunt, fideles quosque ante diem extremi iudicii, super se in requie attendunt, quorum post gaudia contemplari nullatenus possunt. Longe uero est quod conspiciunt, quia illuc per meritum non attingunt. In lingua autem amplius ardere ostenditur, cum dicitur: Mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Infidelis populus uerba legis in ore tenuit, quae opere seruare contempsit. Ibi ergo amplius ardebit, ubi se ostendit scire quod facere noluit. Ab extremo digiti se tantum desiderat, quia aeternis supplicijs datus operat operatione iustorum uel ultima participari. Cui respondetur, quod in hac uita bona receperit, quia omne suum gaudium, felicitatem transitoriam putauit. Habere hic etenim possunt & iusti bona, nec tamen haec in recompensatione recipere, quia dum meliora, id est aeterna appetunt, eorum iudicio quae libet bona adfuerint, cum sanctis desiderijs aestuant, bona minime uidentur. Inter haec uero notandum est quod ei dicitur, Memoro filii. Ecce enim Abraham filium uocat, quem tamen a tormento non liberat, quoniam huius infidelis populi praecedentes patres fideles, quia multos a sua fide deuiasse considerant, eos nulla compassione a tormentis eripiunt, quos tamen per carnem filios recognoscunt. In tormentis autem diues positus, quinque fratres habere se perhibet, quia superbus idem iudaicus populus, qui ex magna iam parte damnatus est, sequaces suos, quos super terram reliquit, quinque sensibus corporis deditos nouit. Quinarius ergo numero fratres quos reliquerat exprimit, quia eos ad spiritalem intelligentiam non ad surgere, in inferno positus gemit. Petit ut ad eos Lazarus mittatur, cui quod Mosen & Prophetas habeant, dicitur. Sed ait, quod non credunt, nisi quis ex mortuis resurrexerit. Cui protinus respondetur: Si Mosen & prophetas non audiunt, neque si quis a mortuis resurrexerit credent ei. Certe de Mose ueritas dicit, Si crederetis Mose, crederetis utique et mihi. De me enim ille scripsit. Impletur ergo quod per Abrahamae responsionem dicitur. Ex mortuis enim Dominus resurrexit, sed iudaicus populus quia Mose credere noluit, ei etiam qui resurrexit ex mortuis, credere contempsit: cumque Mose uerba spiritualiter intelligere renuit, ad eum de quo Moses locutus fuerat, non peruenit.

Reprobi uident iniustos in requie.

Iusti semper uident reprobos in tormentis.

Deum uidentes, omnia uident.

Ex mortuis Christus.

Allegorice diues epulo.

Canes.

10

20

30

40

50

60

Filius licet nocet non liberat.

Fratres diuitis.

Ex mortuis qui resurrexit non credunt in dei.

Caput

CAPVT XVII.

Cap. 67.



Iad discipulos suos ait: Impossibile est ut non ueniant scandala. Vae autem illi per quem ueniunt. Dicit & Apostolus: Oportet autem & haereticos esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant in uobis. Impossibile est ergo in hoc mundo erroribus arumnisque plenissimo, scandala sapissime non uenire: sed uae illi, qui quod impossibile est non uenire, suo uitio facit ut per se ueniat. Vbi quamuis generali sententia uel aliquis falsus frater, uel ipse Iudas qui proditori animam preparabat, intelligi queat: tamen iuxta consequentiam sermonis hic locus ad superiora respicit, ubi dominus de elemosyna danda locutus a Phariseis irridetur. Qui enim recta loquentem uituperat, scandalum profecto, id est offendiculum & ruinam auditoribus praebet infirmis, maxime si & Phariseis, legis uideatur habere scientiam. Quem in crepans Apostolus ait: Et peribit infirmus in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est. *Vilius est illi si lapis molaris imponatur circa collum eius & proiectur in mare, quam ut scandalizet unum de pusillis istis.* Secundo morem prouinciae loquitur, quo maiorum criminum ista apud ueteres Iudaeos poena fuerit, ut in profundum ligato saxo demergeretur. Et reuera utilius est, innoxium poena quamuis atrocissima, temporaria tamen uitam finire corpoream, quam fratri nocentem, mortem animae mereri perpetuam. Recte autem qui scandalizari potest, pusillus appellatur. Qui enim magnus est quodcumque uiderit, quodcumque passus fuerit, non declinat a fide. Qui autem pusillus est animo & paruus, occasiones quaerit quomodo scandalizetur. Propterea denique oportet nos maxime ipsos consulere qui parui sumus in fide, ne occasione nostri offendamur & recedant a fide, ac decedant a salute. Notandum sane, quod in nostro bono opere aliquando cauendum est scandalum proximi, aliquando uero pro nihilo contemnendum. In quantum enim sine peccato possumus, uitare proximorum scandalum debemus. Si autem de ueritate scandalum sumitur, utilius permittitur scandalum nasci, quam ueritas relinquatur. *Attendite uobis, si peccauerit frater tuus increpa illum, & si penitentiam egerit, dimitte illi.* Tale quid & in Deuteronomio legimus: Ne oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum, ne habeas super illo peccatum. Quo igitur ordine scandala declinare & ut perpetuum uitare possumus, insinuat. Si nos uide licet ipsos, ne quem laedamus attendimus. Si peccantem, zelo iustitiae corripimus. Si ex corde penitentis, misericordiae pietatisque uiscera pandimus. Vbi caute intuentum est, quia non passim peccanti dimittere, sed penitentiam agenti dimittere iubemur, & primo quidem peccantem misericorditer increpare, ut sit cui postmodum habeamus iuste dimittere. Qui ergo

Scandalum praebens.

Supplicia quae irrogabuntur dei.

Pusillus facile scandalizatur.

Scandalum eum in bono opere cauendum.

Correptio fraterna.

fratrem uidens peccare tacuerit, non minus dominici praecipiti transgressor est, quam is qui eadem poenitentiam ueniam dare noluerit. Quia qui dixit, si poenituerit dimitte: praemisit, si peccauerit increpa. Itaque uenia fratri post increpationem largienda est, sed illi utique qui se poenitendo ab errore conuertit, ne uel difficilis uenia, uel remissa sit indulgentia. *Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens, Poenitet me, dimitte illi.* Septenario numero non uenia danda terminus ponitur, sed uel omnia peccata dimittenda, uel semper poenitenti dimittendum praecipitur. Solet enim saepe per septem, cuiuscumque rei aut temporis uniuersitas indicari. Vnde quod in psalmo canitur, Septies in die laudem dixi tibi, nil est aliud quam semper laus eius in ore meo. Nam & alibi Petro interroganti quoties peccati in se fratri dimittat, an usque septies, respondit dominus: Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies, id est quadringentis nonaginta uicibus. Vt quoties peccanti fratri dimitteret in die, quoties ille peccare non posset. Peccanti igitur in te fratri si poenitentiam egerit, dimittenda habes potestatem immo necessitatem, ut & tibi poenitenti ac ueniam flagitanti pater qui est in caelis ignoscat. At si increpatus conuersus & poenitentiam agere neglexerit, quid super hoc ueritatis sententia decernat intueri. Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum, & caetera usque quo ait: Si autem & Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Et merito, quia sub nomine fidelis, egit opera infidelium. Aliter sane ueniam fratri petenti, aliter inimico persequenti dare praecipimur. Hunc uidelicet, ut accepta remissione peccati, quo nos in fontes nocuit, sociam nobis charitate communicet: illi uero, ut cum nobis malum uult, & si potest facit, nos semper bonum uelimus, faciamusque quod possumus: neque enim David euntem, ueniam modum persecutoribus suis poenitentiae remedio priuatis, quamuis misericorditer eos lugens praestare potuit, quem fratribus salubri compunctione castigatis, Ioseph beniuole cognoscendus exhibuit.

ET dixerunt apostoli domino: Adauge nobis fidem. Dixerat supra dominus: Qui fidelis est in minimo, & in maiore fidelis est. Et si in alieno fideles non fuistis, quod uestrum est quis dabit uobis? Et ideo Apostoli qui in alieno ac minimo, hoc est in terrenorum contemptu iam fuerunt fideles, in suo sibi ac maiore fidem postulant augeri. Nemo enim repente fit summus, sed in bona conuersatione a minimis quisque inchoat, ut ad magna perueniat. Alia namque sunt uirtutis exordia, aliud profectus, aliud perfectio. Quam magnopere quaerentes a iunioribus domino: Adauge nobis fidem. Dixit autem dominus: Si haberetis fidem sicut granum sinapis, diceretis huic arbori moro, et radicem eius transplantare in mare, & obediret uobis. Fides perfecta grano sinapis comparat, quae

Septies in die dimittendum.

Septuagies septies.

Poenitentiam necessario dimittere debemus.

Cap. 68.

Ad augeri fidem.

Fides perfecta grano

no sinapis similis.

lit uidelicet & ad faciem humilis, & in pectore feruens, uilis quidem passim conuentibus, nullarumque uirium apparens, sed pressuris attrita quid perfectionis intus gerat ostendens. Sed & hoc notandum, quia granum sinapis ad purgationem capitis saluberrime prodest. Nam si optime tritum & cribellatum tepida pingui melle admisceas, & hoc ieiunus contra solem calidum uel in balneo gargarizes, omnem humorum noxium etiam si crassior fuerit de capite purgat, & imminutum quoque imbecillitatum facit pericula uitari. Sic profecto fides tentationum pistillo probata, ab omni leuium cogitationum superficiei cribro discretionis castigata, & perfectae dilectionis melle dulcorata, omnes de corde, quod est interioris nostri hominis caput, uitiorum sentinas non solum ad praesens exhaurit, sed & in futurum ne recolligi ualeant praecauet. Arbor autem moruseradicanda & in mare transplantanda, uel simpliciter posita potest intelligi, quia uidelicet consummatae fidei indicium sit uerbo elementis imperare, ut quod de uno specialiter dictum est, hoc generaliter de omnibus sentiendum credatur. Denique alibi dominus aefacta uerbo ficulnea discipulis mirantibus ait: Si habueritis fidem & non haesitaueritis, non solum de ficulnea facieris, sed & si monti huic dixeritis, tolle & iacta te in mare, fiet. Vel certe per morum, cuius eolore sanguineo fructus & uirgulta rubent, unde & a latinis rubus appellatur, euangelium crucis exprimitur, quae per fidem Apostolorum de gente iudaeorum, in qua uelut in stirpe generis tenebatur, uerbis praedicationis eradicata, & in mare gentium translata est atque plantata. Cui sententiae subiunctae quoque parabolae quae de uerbi ministris agit, sensus astipulatur. Iuuat & illud, quod folia mori serpenti superiecta necem inferunt, quia uerbum crucis ut cuncta salutaria confert, cuncta noxia tollit. Quis autem uestrum habes seruum arantem aut pascentem. Hae parabolae docent ut fides quo uirtutibus foris excellentior, eo in ipsa conscientia fiat intus humilior. Seruus quippe arans aut pascens, quilibet Ecclesiae doctor intelligitur. De quo Dominus ait: Nemo mitans manum suam in aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno Dei. Et alteri se amare testanti tertio respondit: Pasce oues meas. Qui regresso de agro dicit illi statim, transi, recumbe, & non dicit ei, para quod coenae. Seruus de agro regreditur cum intermisso ad tempus opere praedicandi ad conscientiam doctor recurrit, atque a publico locutionis ad curiam cordis rediens, sua secum secretus acta uel dicta retrahat. Cui non statim Dominus, transi recumbe dicit, id est, transi de hac uita mortali, & in aeternae uitae beata sede refouere. Haec enim postea dicitur, interim post passtum atque agriculturam domi sui iubet parare quod coenae, hoc est labore apertae locutionis, humilitatem quoque propriae considerationis exhibere. Talis namque conscientiae templum Do-

Fidei uirtus.

Morus.

Rubus.

Morifolia.

Seruum de agro regreditur.

minus dignatur ingredi, tali coena libentissime pasci desiderat. Ecce enim ego, inquit, ad ianuam & pulso, si quis surrexerit & aperuerit mihi in trabo ad illum & coenabo cum illo, & ipse mecum. Et praecinge te & ministra mihi donec manducem & bibam. Praecingi est, mentem humilitatam ab omnibus fluitantium cogitationum finibus, quibus operum gressus impediri solet, constringere. Nam qui uestimenta praecingit, hoc agit utique, ne incedens in uoluitur ad lapsum. Ministrare uero Deo est, minimum se per omnia & absque gratiae eius auxilio nihil uirium habentem profiteri. Minister enim a minori status, id est subiectione, sicut & magister a maiori uocabulum sumpsit. Ministrat ergo conditori, qui eius naturam considerans, eius iudicia pertimescens, de suis se uirtutibus humiliat. Et post haec tu manducabis, & bibes. Postquam inquit ipse tuae praedicationis opere delectatus, tuaeque compunctionis epulis fuero refectus, tunc demum tu transies & recumbes, aeternisque meae sapientiae dapibus in aeternum reficieris. Nunquid gratiam habet seruo illi, quia fecit quae sibi imperauerat? Non puto. Sic & uos cum feceritis omnia quae praecpta sunt uobis, dicite, Serui inutiles sumus. Si homo in homine seruo non uniforme, sed multiplex ministerium exigit, nec tamen ei gratiam habet, quanto magis uos qui sine me nihil potestis facere non temporum longitudine laborum merita pensare debetis, sed amore & famulatu spontaneo nouis semper studiis augere priora. Itaque dicite, serui inutiles sumus. Serui quidem, quia pretio empti estis. Inutiles uero, quia dominus honorum uestrorum non indiget. Si autem inutilis est qui fecit omnia, quid de illo dicendum est, qui explere quae praecpta sunt uel infirmitate non potuit, uel quod peius est, superbia despexit? Aliter. Serui inutiles sumus, quia non sunt condignae passiones huius temporis ad seruienturam gloriam quae reuelabitur in nobis, & alibi: Qui coronat me in miseratione & misericordia. Non ait in meritis & operibus tuis, quia cuius misericordia praeueniatur ut humiliter Deo seruiamus, eius munere coronamur, ut sublimiter cum illo regnemus. Quod debuimus facere, fecimus. Reuera debuimus, quia qui non uenit ministrari, sed ministrare, debitores sibi nos fecit, ne nostris uidelicet operibus confidentes, sed de eius semper examine pauentes, cum propheta dicamus, Quid retribuam Domino pro omnibus quae retribuit nobis? Qui ut fide se grano sinapis similandam, humilem scilicet & feruentem habuisse monstraret, praemisit dicens: Credidi propter quod locutus sum, ego autem humiliatus sum nimis. Ut quae suis se uirtutibus minime credidisset ostenderet, in extasi locutus adiunxit: Omnis homo medax, ut inutile se seruum etiam calice preciosae mortis accepto significaret, exclamauit: o dñe ego seruus tuus, ego seruus tuus, & filius ancillae tuae, dirupisti uincula mea. Non ait ipse dirupisti, ipse mihi saluando sufficio, sed tu dirupisti

Praecingi.

Serui cur inutiles.

Serui inutiles.

Debitore sumus.

Cap. 69.

Praeceptor Iesus.

Leprosos solos ad sacerdotes misit. Sacerdotium regale.

tu dirupisti uincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Haec est igitur in hominibus sola fidei perfectio, si omnibus quae praecpta sunt impletis imperfectos esse se nouerint, & quando peregrinantur, a domino semper inesse sibi mala quae desleant, semper meminerint deesse bona ad quae gratia eius iuuante proficiant. Et factum est, &c. occurrerunt ei decem uiri leprosi. Leprosi, non absurde intelligi possunt, qui scientiam uerae fidei non habentes, uarias doctrinas profitentur erroris. Non enim uel abscondunt imperitiam suam, sed pro summa peritia proferunt in lucem, & iactantiam sermone ostentant. Nulla porro falsa doctrina est, quae non aliqua uera intermisceat. Vera ergo falsis inordinate permixta, in una disputatione uel narratione hominis, tanquam in unius corporis colore apparentia, significante praeuam ueris falsisque colorum locis humana corpora uariantem, atque maculantem. Hi autem tam uitandi sunt ecclesiae, ut si fieri potest longius remoti, magno clamore Christum interpellent. Unde & apte subiungitur: Quis iterum a longe, & leuauerunt uocem dicentes: Iesu praecceptor, miserere nostri. Et bene ut saluentur Iesum praecptorem nominant. Quia enim in eius uerbis se errasse significant, hunc saluandi humiliter praecptorem uocant, cumque ad cognitionem praecptoris redeunt, mox ad formam salutis recurrunt. Nam sequitur: Quos ut uidit, dixit: Ite, ostendite uos sacerdotibus. Et factum est dum irent, mundati sunt. Nul lum dominus eorum quibus haec corporalia beneficia praestitit, inuenitur misisse ad sacerdotes nisi leprosos, quia uidelicet sacerdotium iudaeorum figura erat futuri Sacerdotij regalis, quod est in Ecclesia, quo consecrantur omnes pertinentes ad corpus Christi summi & ueri principis Sacerdotum. Et quisquis uel haeretica prauitate, uel superstitione gentili, uel iudaica perfidia, uel etiam schismate fraterno, quasi uario colore per Domini gratiam caruerit, necesse est ad Ecclesiam ueniat, coloreque fidei uerum quem acceperit ostendat. Cetera uero uitia, tanquam ualetudinis & quali membrorum animae atque sensuum, per seipsum interius in conscientia & intellectu Dominus sanat & corrigit. Denique & Paulus uoce domini audita: Quid me persequeris? & Ego sum Iesus quem tu persequeris, ad Ananiam tamen missus est, ut illo sacerdotio quid in ecclesia constitutum est, sacramentum doctrinae fidei perciperet, & ueris eius adprobaretur color. non quia non potest per seipsum dominus omnia facere (nam quis alius haec facit etiam in ecclesia) sed ut ipsa societas congregatorum fidelium adprobando in inuicem atque communicando uere fidei doctrinam, in omnibus quae dicuntur uerbis uel signantur sacramentis, tanquam unam speciem uel coloris obducatur. Cornelius etiam cum & eleemosynae eius acceptae & preces eius audire illi ab angelo nuncientur,

propter doctrinae tamen sacramentorumque unitatem ad Petrum iubetur mittere, tanquam illi & suis diceretur, ite ostendite uos sacerdotibus: nam & cum irent, mundati sunt. Iam enim ad eos uenerat Petrus, sed tamen ipsi nondum accepto baptismatis sacramento, nondum spiritaliter ad sacerdotes peruenerant, & tamen in fusione Spiritus sancti, & admiratione linguarum, eorum mundatio declarata est. Unus autem ex illis, &c. Unus iste, qui magnificans Deum regressus est, unius ecclesiae deuotam Christo humilitatem significat. Qui bene cadens ante pedes Domini gratias egit. Ille enim uere Deo gratias agit, qui repressis praerogationis suae cogitationibus, quam in semetipso infirmus sit, humiliter uidet, qui nihil sibi uirtutis tribuit: qui bona quae agit, esse de misericordia conditoris agnoscit. Unde & recte subiungitur: Et hic erat Samaritanus. Samaritanus quippe interpretatur custos. Quo nomine ille populus aptissime significatur, qui gratias agendo ei a quo accepit, tribuit omne quod accepit, quodam modo cantans illud de Psalmo, Fortitudinem meam ad te custodiam, quia tu Deus susceptor meus es Deus meus, misericordia eius praeueniet me. Cadit autem in faciem, quia ex malis quae se perpetrasse meminit, erubescit. Ibi enim cadit homo, ubi confunditur. Unde & Paulus quasi quibusdam in facie iacentibus dicebat: Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? At contra de ascesore equi, id est de eo qui in huius mundi gloria elatus est, dicitur: Ut cadet ascensor eius retro. Rursumque de persecutoribus domini scriptum est: Abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Quid est hoc quod electi in faciem & reprobi retrorsum cadunt, nisi quod omnis qui post se cadit, ubi proculdubio cadit, ubi non uidet: qui uero ante se ceciderit, ibi cecidit ubi uidet: Iniqui ergo quia in inuisibilibus cadunt, post se cadere dicuntur, quia ibi corruunt ubi quid eos tunc sequatur, modo uidere non possunt. Iusti uero quia istis uisibilibus semetipsos sponte deiciunt, ut in inuisibilibus erigantur, quasi in faciem cadunt, quia timore compuncti uidentes humiliantur. Respondens autem Iesus dixit: Nonne decem mundati sunt, & nouem ubi sunt? Unum si addatur ad nouem, quaedam effigies unitatis impletur. Quo fit tanta cōplectio ut ultra non progrediatur numerus, nisi rursus ad unum redeatur, ut haec per infinitatem numeri regula custodiatur. Nouem itaque indigent, uno, ut quadam unitatis forma coagulentur, & decem sint. Unum autem non eis indiget, ut custodiat unitatem. Quamobrem ut unus ille qui gratias egit, unice Ecclesiae significatione approbatus atque laudatus est, ita illi nouem qui gratias non egerunt, reprobi effecti, a consortio unitatis exclusi sunt. Ideoque tales in nouenario numero tanquam imperfecti remanebunt. Et merito eos saluator quasi ignotos, ubi sunt inquit, sci-

Vnus qui reuersus.

Samaritanus.

Cadere.

Cadere in faciem.

Denarij cōplectio.

Nouem indiget uno.

re enim Dei, eligere, nescire, reprobare est. Non est inuentus qui rediret & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena.] Secundum corpus quidem facile est uidere, posse hominem non habere lepram, &

Mundatus quomodo ingratus.

tamen animi esse non boni: secundum significationem autem huius miraculi, cõrubarat considerantem, quomodo mundus dici possit ingratus. Sed iam facile est etiam illud uidere, fieri posse ut quisque in Ecclesie societate doctrinam integram ueramque assuetur, & omnia secundum catholicam regulam differat, distinguat à Creatore creaturam, eoque manifestetur uarietate mendaciorum tãquam lepra caruisse, & tamen ingratus sit Deo & domino mundatori suo, quia elatus superbia, gratiarum agendarum pia humilitate non sternitur, similisque efficitur eis, de quibus dicit Apostolus, Qui cum cognouissent Deum, non ut Deum magnificauerunt, aut gratias egerunt. Quod enim dicite eos Deum cognouisse, ostendit quidem à lepra fuisse mundatos, sed tamen statim accusat ingratos. Et ait illi: Surge, uade, quia fides tua te saluum fecit.] Qui deuotus ante Dominum cecidit, surgere & ire præcipitur, quia qui infirmitatem suam subtiliter cognoscens humiliter iacet, per diuini uerbi cõsolationem surgere ad fortia opera: & crescentibus quotidie meritis ad perfectiora passim proficere iubetur. Si autem fides saluum fecit eum, quæ ad agendas Saluatori & emundatori suo gratias inclinauit, ergo perfidia perdidit eos qui de acceptis beneficijs Deo gloriam dare neglexerunt. Quapropter & hæc lectio superiori ea ratione coniungitur, quod ibi fidem per humilitatem augeri debere parabola data decernitur, hic autem manifestus in ipsis rebus ostenditur, non fidei tantum agnitam rationem, sed exsecutam fidei operationem esse, quæ saluum faciat credentem, detque gloriam patri qui est in cõclis.

Doctus, superbus.

Cap. 70. Interrogatus autem à Phariseis quando uenit regnum Dei, respondit ei & dixit: Non uenit regnum Dei cum obseruatione.] Interrogat de tempore regni Dei, quia sicut infra Lucas aperuit, existimabant quæ ueniente Hierosolymam Domino confestim regnum Dei manifestaretur, ita ut & ipsi Apostoli hac opinione ducti, post resurrectionem eius interrogantes eum aicerent: Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel: & alibi Cleopas: Nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israel. Non uenit autem regnum Dei cum obseruatione. Neque dicent ecce hic.] Quia quando ueniat, neque ab angelis, neque ab hominibus potest obseruari, sicut tempus dominicæ incarnationis certissimis & prophetarum uaticinijs præfixum, & angelorum est manifestatum præconijs, adeo ut conceptus, natus, & baptizatus, prædicans, & iam moriens & resurgens, atque ad cõcelos rediens, comitantibus indefinenter uel angelorum uel hominum uel certe miraculorum sit declarans indicium.

Surgere iussus.

Perfidia mala.

Regnum dei quomodo uenturum.

Aduentus secundi ignorantia.

re enim Dei, eligere, nescire, reprobare est. Non est inuentus qui rediret & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena.] Secundum corpus quidem facile est uidere, posse hominem non habere lepram, & tamen animi esse non boni: secundum significationem autem huius miraculi, cõrubarat considerantem, quomodo mundus dici possit ingratus. Sed iam facile est etiam illud uidere, fieri posse ut quisque in Ecclesie societate doctrinam integram ueramque assuetur, & omnia secundum catholicam regulam differat, distinguat à Creatore creaturam, eoque manifestetur uarietate mendaciorum tãquam lepra caruisse, & tamen ingratus sit Deo & domino mundatori suo, quia elatus superbia, gratiarum agendarum pia humilitate non sternitur, similisque efficitur eis, de quibus dicit Apostolus, Qui cum cognouissent Deum, non ut Deum magnificauerunt, aut gratias egerunt. Quod enim dicite eos Deum cognouisse, ostendit quidem à lepra fuisse mundatos, sed tamen statim accusat ingratos. Et ait illi: Surge, uade, quia fides tua te saluum fecit.] Qui deuotus ante Dominum cecidit, surgere & ire præcipitur, quia qui infirmitatem suam subtiliter cognoscens humiliter iacet, per diuini uerbi cõsolationem surgere ad fortia opera: & crescentibus quotidie meritis ad perfectiora passim proficere iubetur. Si autem fides saluum fecit eum, quæ ad agendas Saluatori & emundatori suo gratias inclinauit, ergo perfidia perdidit eos qui de acceptis beneficijs Deo gloriam dare neglexerunt. Quapropter & hæc lectio superiori ea ratione coniungitur, quod ibi fidem per humilitatem augeri debere parabola data decernitur, hic autem manifestus in ipsis rebus ostenditur, non fidei tantum agnitam rationem, sed exsecutam fidei operationem esse, quæ saluum faciat credentem, detque gloriam patri qui est in cõclis.

cijs. Ecce enim regnum Dei intra uos est.] Regnum Dei seipsum dicit, intra illos positum, hoc est in cordibus eorum ubi credidere regnãtem. Unde scriptum est, Prope est uerbum in ore tuo & in corde tuo, hoc est autem uerbum fidei quod prædicamus. Et ait ad discipulos: Venient dies quando desideretis uidere unum diem filij hominis & non uidebitis.] Hoc est regnum Dei quod uenturum speramus, diem uidelicet Christi uidere. Et bene unum diem, quia in illa beatitudinis gloria e qua propheta suspiras aiebat, Quia melior est dies una in atrijs tuis super milia, tenebrarum interruptio nulla est, nullam saltem memoria miserie uel doloris, quæ prima abierunt, lucem perpetuæ pacis obnubilat. Huius ergo diei bonum est desiderare præsentiam, nec tamen magnitudine desiderij nobis omnia fingere quasi instet dies Domini. Unde & apte Dominus uerba prænunciando subiunxit: Et dicent uobis, Ecce hic, ecce illic, nolite ire, neque festinemini.] Quauis hæc sententia non solum ad tempus, sed etiam ad personam possit intelligi. Et ad tempus quidem, quia extitere nonnulli qui curricula computantes ætatum, certum se consummationis seculi annum, diem, & horam dicerent inuenisse, contra auctoritatem Domini dicentis, Non est uestrum nosse tempora uel momenta. Ad personam uero, quia multi contra Ecclesiam uenere, multi uenturi sunt hæretici qui se Christos asseuerent, quorum primus Simon Magus extremus autem ille, maior ceteris est antichristus. Si qui ergo dixerint, ecce hic, ecce illic, id est in hac uel illa persona uel hora uenire uel uenturum esse regnum Dei, non sunt sequendi, qui altiora se querere, & infanda dicere non timent. Nam sicut fulgur coruscans de sub cõcelo, in ea quæ sub cõcelo sunt fulget, ita erit filius hominis in die sua.] Hoc est quod Psalmus ait: Deus manifestus ueniet, Deus noster, & non silebit, quia uidelicet secundus Saluatoris aduentus non in humilitate ut prius, sed in gloria sit & maiestate futurus. Et pulchre ait, Coruscans de sub cõcelo: quia discrimen sub cõcelo, hoc est in aeris medio geretur, teste Apostolo, qui ait, Simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Domino in aera. Si autem Dominus in iudicio sicut fulgur apparebit, nullus tunc in sua mète latere permittitur, quia ipso iudicij fulgore penetratur. Non eius ergo uenturi tempus aut locus potest à mortalibus obseruari, qui fulguris instar omnibus coruscus uidelicet & repentinus adueniet. Post autem hæc Domini responso & de illo eius aduentu quo cotidie uenit in Ecclesia, non incongruenter accipi. Regnum quippe Dei intra nos est, quia qui quandoque iudex uenturus est omnium, nunc etiam præsens in corde fidelium regnat. In tantum uero sæpe turba uerunt ecclesiam hæretici, dicendo in suo singuli dogmate, manere fidem Christi, ut fideles quicquid temporum illorum desiderent dominum

Regnum Dei intra uos est.

Dies unus domini.

Finem mundi calculantes falli.

Antichristi multi.

Aduentus domini forma.

Regnum Dei intra nos est.

num uel uno die si fieri posset redire ad terras, & per semetipsum quomodo se habeat fidei ueritas intimare. Et non uidebitis, inquit, quia non opus est hoc corporali uisione dominum redhibere, quod semel disper soper ueritatem mundum Euangelij sui fulgore spiritaliter exhibuit, & contra omnes apocriphorum uentias, indiuisibili charitatis suæ luce firmavit. Primum autem oportet illum multa pati & reprobari à generatione hac.] Loquens multa dominus de aduentus sui gloria, terrorem quoque passionis pau cis inferere curauit, ut cum morientem cerne rent quem glorificandum audierant, dolore passionis spe promissæ clarificationis mitigarent, simulque ipsi pararent, si gloriam regni diligerent, mortis non horrere periculum. Generationem autem non tantum Iudæorum, uerum omnium reproborum appellat, à quibus etiam nunc filius hominis in corpore suo, hoc est in ecclesia multa patitur, & reprobat. Nam quamuis caput huius corporis quod uidelicet nos sumus, iam sese super omnia liberum exierit, reproborum tamen uulnera adhuc per suum quod deorsum retinet corpus, sentit. Et sicut factum est in diebus Noe, ita erit & in die filij hominis.] Subitum aduentus sui diem plurimis adfirmat exemplis. Nam quem fulguri cito omnia transirolanti comparauerat, eundem diebus Noe uel Loth, quando repentinus mortalibus superuenit interitus, æquiparat. Edebant & bibebant, uxores ducebant, & dabantur ad nuptias.] Non hic iuxta uesantum Marcionis, & Manichæi, & Taciani principis Encratitarum dogma coniugia uel alimenta damnantur, cum in his succelsionis, in illis naturæ sint posita subsidia, sed iuxta quod Apostolus ait, Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt, immoderatus potius licitorum usus arguitur. Neque enim quia his se totos dedendo Dei iudicia contemnebant, aqua uel igne perierunt. Vsq; in diem qua intrauit Noe in arcam, & uenit diluuium & perdidit omnes.] Noe arcam ædificat, cum dominus Ecclesiam de uiris fide libus, quasi lignis leuigatis adunando construit. Quam perfecte consummatam ingreditur, cum hanc in die iudicij præsentia suæ uisionis æternus habitator illustrat. Sed cum arca ædificatur, iniqui luxuriantur: cum uero intratur, intereunt: quia qui sanctis hic certantibus insistant, eis illic coronatis æterna damnatione plectentur. Similiter sicut factum est in diebus Loth, edebant & bibebant, emebant & uendebant, plantabant & ædificabant.] Prætermisso dominus illo maximo & infanso Sodomorum scelere, sola ea quæ le uia uel nulla putari poterant delicta commemorat, ut intelligas illicita quali poena feriuntur, si licita & ea sine quibus hæc uita non ducitur, immoderatius acta, igne & sulphure puniuntur. Merito ergo beatus Augustinus uisus noxiæ consuetudinis illecebris, ac iusto dolore sommons, exclamat, Væ peccatis hominum,

Passionis mentio.

Aduentus domini exempla.

Coniugia non damnant dominum.

Noe arcam ædificans.

Sodomorum cur flagitia taceat.

quæ sola inuitata inhorrescimus, uisitata uero pro quibus abluendis filij Dei sanguis effusus est, quamuis tam magna sint ut omnino claudij contra se faciant regnum dei, sæpe uidedo omnia tolerare, sæpe tolerando nonnulla etiam facere cogimur. Atque utinam o domine, non omnia quæ non potuerimus prohibere, faciamus. Quæ die autem exit Loth à Sodomis, pluit ignem & sulphur de cõcelo, & omnes perdidit.] Hactenus Loth in Sodomis, id est, electorum populus inter reprobos ut aduena moratur, & ipse aspectu & auditu iustus, & iuxta interpretationem nominis Loth, eorum flagitia quantum ualet declinans. Exeunte autem Loth, Sodomam peribit. Quia in consummatione seculi, exhibit angelij, & separabunt malos de medio iustorum & mittent eos in caminum ignis. Vbi notandum, quod ignis & sulphur quæ de cõcelo pluisse commemorat non ipsam perennis supplicij flammam, sed subitanum diei illius significant aduentum. Neque enim ignis ille perpetuus superueniens impios puniet, sed ipsi potius à conspectu iudicis eieci, in ignem mittentur æternum: quamuis & eidem igni sulphur non dubitemus inesse, testante Ioanne, qui utrumque ignem & subire scilicet correptionis & sempiternæ cõdemnationis describens ait: Et descendit ignis à deo de cõcelo, & deuorauit eos, & diabolus qui seducebat eos missus est in stagnum ignis & sulphuris, ubi & bestia & pseudoprophetæ cruciabuntur die ac nocte in secula sæculorũ. Secundum hæc erit quæ die filij hominis reuelabitur.] Pulchre reuelabitur, quia qui interim non apprens omnia uidet, tunc apprens omnia iudicabit. Apparebit autem iudicaturus eo maxime tempore, quo cunctos iudiciorum eius oblitos, huic seculo conspexerit esse mancipatos. Quia licet mundi terminus olim præfinito sit uenturus in tempore, frigen te tamen circa finem charitate multorum, tanta crebre fecer humani generis iniquitas, ut merito debeat cum ipso quem inhabitat orbe deleri. Nam & nunc quidē innumeros adeo come sationi & ebrietati, emptioni & uenditioni, carerisq; mundi rebus inhærere uidemus, ut palam districti iudicij iram eos prouocare non lateat, sed tamē quod sine graui mœrore sapiens quisq; saltem cogitare non ualet, peiora iam iamq; superuentura formidamus. Quod enim de una quondam peccatrice gente delenda dictum est, Necdum cõpleta sunt peccata Amorrhæorum, de tota proculdubio prauorum maffa damnanda constat esse sentiendũ. In illa hora quis fuerit in tecto, & uasa eius in domo, ne descendat tolere illa.] Hactenus de eo quod regnum dei, id est Christus nõ cõ obseruatione, sed in speratus adueniat, nunc à qualibus idē aduentus expectari debeat, ostenditur. In tecto ergo est, qui excelsus carnalia, tanquam in aera libera spiritaliter uiuit. Vasa eius in domo, concupiscentiæ sunt carnales, quas nimis amauerat, sed superna pē

Loth in Sodomis.

Loth in Sodomis.

Loth in Sodomis.

Loth in Sodomis.

Dominus quomodo apparebit.

Loth in Sodomis.

In tecto esse.

tens in hoc mundo reliquerat, quas imminente iudicio necesse est nullatenus repetat. Illam enim horam, non eam qua iudex uenit, sed qua timenturus est dicit, non qua ignis Sodomam descendit, sed qua Loth exire cogitur, uel potius ipse dissimulans ab angelis apprehensus extrahitur. Neque enim ueniente & apparente iam iudice quisquam in hunc mundum ut aliquid inde rapiat poterit descendere uelle. Sed haec hora hodieque agitur, cum uenturum iudicem sollicitis praestolamur excubijs, quando ueniat incerti. De qua Ioannes ait, Filioli nouissima hora est. Et qui in agro, similiter non redeat retro. Qui operatur in Ecclesia, & sicut Paulus & Apollo plantat & rigat, non respiciat spem saecularem cui renunciauit. Memores estote uxoris Loth. Vxor Loth significat eos qui in tribulatione retro respiciunt & se ab spe diuinae promissionis auertunt. Et ideo statua salis facta est, ut admonendo homines ne hoc faciant, tanquam condiant cor eorum ne sint fatui. Qui cumque quaesierit animam suam saluam facere, perdet illam. Duobus modis haec sententia recte potest intelligi, sed ad unum omnino finem uterque intellectus refertur, ut uidelicet aduersa pro Christo pati, immo ipsam mortem non timeamus obire. Qui enim minante mortem persecutore, si non negauerit Christum, magis eligit ad tempus saluare animam suam negando, aeternae hanc proculdubio perditioni praeparat. Item qui salutem animae suae quaerit aeternam, temporaliter eam inter persecutorum manus perdere, hoc est in mortem dare non dubitat. Vtri que autem sensui congruit apte quod sequitur: Et quicumque perdidit illam, uiuificabit eam. Id est qui hic perdidit, illic uiuificabit, qui propter Christum morti tradiderit, tota die aestimans eam ut ouem occisionis, exurgente tunc & adiuuante Christo, liberam eam inueniet propter nomen Christi. Dico uobis, illa nocte erunt duo in lecto uno. Dixerat supra Dominus eum qui in agro sit, retro redire non debere, quod ne de his tantum qui aperte de agro redituri, hoc est palam dominum negaturi sunt, dictum putares, pergit ostendere nonnullos, qui cum faciem in anteriora tenere uideantur, animo tamen ac mente retro respiciant. In illa ergo nocte dixit, in illa tribulatione tam tenebrosa ut in errore inducantur si fieri potest. Electi, duo erunt in lecto, illi uidelicet, qui otium & quietem eligunt, neque negotijs saecularibus, neque negotijs Ecclesiasticis occupati, quae illorum quies lecti nomine significata est. Vnus assumetur, & alter relinquetur. Non quasi de duobus hominibus dictum est, sed de duobus generibus affectionum. Qui enim propter deum continentiae studuerit, ut sine sollicitudine uiuens cogitet quae dei sunt, assumetur a deo: qui uero uel humanae laudis amore, uel alia qualibet uitiorum corruptione, statum monasticae uitae quo

imbutus est leserit: hic ubi relinquendus sit, Hieremiae lamentationes insinuant, qui otiosae cuiuslibet & peccatricis animae sub ludaea specie lapsum describens, ait: Viderunt eam hostes, & deriserunt sabbata eius. Duae erunt molentes in unum. Molentes appellat eos, qui in plebibus constituti reguntur a doctioribus, agentes ea quae sunt huius saeculi, quos & foeminarum nomine significauit, quia consilijs ut dixi peritorum regi eis expedit. Et molentes dixit, propter temporalium negotiorum orbem atque circuitum. Quas tamen in unum molentes dixit, in quantum de ipsis rebus & negotijs suis praebent usus Ecclesiae. Vnaquaeque enim huius mundi actio mola est, quae dum multas curas congerit, humanas mentes quasi per gyrum uertit, atque ex se uelut farinas proijcit, quia in quieto cordi semper minutissimas cogitationes generat. Vna assumetur, & alter relinquetur. Assumetur ea pars quae connubia propter amorem tantum generis exercuerit, terrenamque substantiam ob adquirenda caelestia dispensauerit, relinquetur autem quae coniugijs ob illecebras carnis seruierit, terrena uero si qua ecclesiae uel pauperibus obtulerit, ideo fecerit, ut quasi redempto Domino his amplius abundet. Duo in agro, unus assumetur, & alter relinquetur. Sicut supra in lecto uno, & molentes in unum posuit, sic & hic in agro uno reor intelligendum. Significat autem eos qui operantur ecclesiae ministerio, tanquam in agro Dei, cui suus agricola dicebat, Dei agricultura estis. Assumetur autem ille, qui non adulteras uerbum dei, sed sicut ex deo coram Deo in Christo locutus fuerit. Qui uero Christum adnunciauerit non caste, sed ex occasione, relinquetur ab eo. Nec puto alia genera esse hominum quibus constat ecclesia, quam ista tria habentia binas differentias propter assumptionem & relictionem, quamuis in singulis multae studiorum uoluntatumque diuersitates ad concordiam tamen unitatemque concurrentes possint inueniri. Vnde & Iezechiel propheta tres liberatos uidit, Noe, Daniel, & Iob, in quibus uidelicet tribus, praedicatorum, continentium, atque coniugati signati sunt. Nam Noe arcam in undis rexit, atque ideo figuram rectorum tenuit. Daniel & in aula regia abstinentiae deditus fuit, & idcirco uitam continentium signauit. Iob uero in coniugio positus & curam domus propriae exercens placuit, per quem digne bonorum coniugum ordo figuratur. Respondentes dicunt illi: Vbi domine? Qui dixit eis: Vbi cumque fuerit corpus, illuc congregabuntur aquilae. Duo saluator interrogatus, ubi scilicet boni assumendi, & ubi sint mali relinquendi, unum dixit, aliud subintelligendum reliquit. Sanctos enim secum futuros asserendo, reprobos nimirum a sua uisione secernendos, & ideo non alibi quam cum diabolo damnandos insinuat. Vbi cumque ergo fuerit dominus corpore, illo congregabuntur electi, qui eius passionem

Respicendum retrorsum non esse. Vxor Loth

Animam perdere ut saluat.

Duo in lecto uno.

Vnus assumetur, etc.

Molentes.

Coniuges qui salui fiunt.

Duo in agro.

Religio quid.

Responsio domini.

neum humilitatem imitando, tanquam de eius carne saturantur, quorum per resurrectionem renouabitur ut aquilae iuuentus. Concinit etiam studijs eorum qui gloriam supernae maiestatis tota mente contemplari sitiunt, quod aquila ceteras aues uolatu transgrediens, in ipsum solis radium oculos gaudet infigere. Congruit & illud, quod etiam lapidem ueniens resistetem suis nidis solet adferre, ne forte serpens accedere uel pullos aut oua sua tangere praesumat. Quia uidelicet omnis sapiens, ut actus cogitatusque suos ab antiqui serpentis ualeat irruptione defendere, illum necesse est lapidem qui praecisus de morte sine manibus diaboli regnum strauit, hoc est fidem dilectionemque Christi suo semper in pectore seruet. CAPVT XVIII. Iacebat autem & parabolam ad illos, quoniam oportet semper orare & non deficere. Dicit & Apostolus: Semper gaude, sine intermissione orare. Quis autem potest ita semper orare, & sine defectu uel intermissione precibus insistere, ut nec alimentum sumendi, aut dormiendi tempus habeat? Aut ergo dicendum est, eum semper orare & non deficere, qui canonice horis quotidie iuxta ritum ecclesiasticae traditionis psalmodijs precibusque consuetis dominum laudare & rogare non desistit, & hoc esse quod psalmista dicebat, Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Aut certe omnia quae iustus secundum Deum gerit & dicit, ad orationem esse reputanda. Quia enim iustus sine intermissione iustus orabit, nec unquam ab oratione cessabit, nisi iustus esse desistat. Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem non reuerbatur. Vidua autem quaedam erat in ciuitate illa, & ueniebat ad eum dicens: Vindica me de aduersario meo. & nolebat per multum tempus. Post haec autem dixit intra se: Et si deum non timeo, nec hominem reuereor, tamen quia molesta est mihi haec uisua, vindicabo illam, ne in nouissimo ueniens, suggillet me. Parabolam dominus aut secundum similitudinem aliquam ponit, sicut de homine qui habebat duos filios, maiorem in agro sibi propinquante: aut ex ipsa dissimilitudine aliquid probat, ueluti est illud: Quod si foenum agri, quod hodie est & cras in clibanum mittitur, deus sic uersit, quanto magis uos modice fidei? Ita quod illud superius genus, his uerbis adiungi potest: Sicut illud, ita & illud. Hoc autem posterius, his uerbis: Si illud, quanto magis illud? Aut si illud, quanto minus illud? Sed alicubi obscure, alicubi aperte ista ponuntur. Hic ergo iniquus iudex non ex similitudine, sed ex dissimilitudine adhibitus est. Non enim ullo modo ille iniustus iudex personam dei allegorice sustinet, sed tamen quantum deus qui bonus & iustus est, cu-

Aquila.

Sapiens quid facientem.

Cap. 37.

Orare semper, & sine intermissione.

Parabolam dominum dicentem rationem.

Parabolam ex dissimilitudine.

ret deprecantes se, hinc confici Dominus uoluit, quod nec iniustus homo eos qui illum adfuit precibus tundunt, uel propter tedium deuitandum potest contemnere. Nam hoc est quod ait, Ne ueniens suggillet me. Ipsa uero uisua potest habere similitudinem ecclesiae, quod desolata uidetur donec ueniat dominus, qui tamen in secreto etiam nunc curam eius gerit. Ait autem dominus: Audite quid iudex iniquitatis dicit. Deus autem non faciet uindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte: & patientiam habebit in illis. Dico uobis, quia cito faciet uindictam illorum. Si quem mouet, cur electi dei se uindicari deprecantur, quod etiam in Apocalypsi Ioannis de martyribus dicitur, cum aperitissime moneamur, ut pro nostris inimicis & persecutoribus oremus, intelligendum est, eam uindictam esse iustorum, ut omnes mali pereant. Pereunt autem duobus modis, aut conuersatione ad iustitiam, aut amissa per supplicium potestate, qua nunc aduersus bonos, quamdiu hoc ipsum bonis expedit, uel temporaliter aliquid ualent. Quem finem iusti cum uenire desiderant, quamuis pro inimicis suis orent, tamen non absurde uindictam de fiderare dicuntur. Verumtamen filius hominis ueniens, putas inueniet fidem in terra? Quamuis omnipotens conditor semper electos suos ad se clamantes sit uindicare paratus, in die tamen iudicij quod trementi est corde retinendum, cum idem conditor in forma filij hominis apparuerit, tanta erit raritas electorum, ut non tam ob clamorem fidelium iniuste damnatorum, quam ob eorum torporem iuste damnatorum, totius iam mundi sit adceleranda ruina. Quod autem dominus quasi dubitatur dicit, Putas inueniet fidem? non dubitat, sed arguit. Verbo quippe dubitationis increpatur infidelitas, non opinatur diuinitas. Nam & nos aliquando de rebus quas certas habemus, increpatiuè uerbum dubitationis ponimus, cum corde non dubitemus. Velut si indignis seruo tuo & dicas: Contemnisti me, considera forsitan, dominus tuus sum. Et apostolus ad quosdam contemptores suos: Puto autem (inquit) & ego spiritum Dei habeo. Qui dicit puto, dubitare uidetur. Sed ille increpabat, non dubitabat. Ita ergo & Dominus scit quidem omnia per quem facta sunt omnia, & tamen dubitando increpat infidelium corda. Dicit autem et ad quosdam qui in se confidebant tantamquam iusti, et aspernabantur ceteros, parabolam istam. Quia parabolam Dominus qua semper orare & non deficere docebat, ita conclusit ut diceret ueniente iudice, difficile fidem in terra reperiendam, ne quis sibi forte de superuacua fide cognitione uel etiam confessione blandiretur, mox altera iuncta parabola diligentius ostendit a Deo, fidei non uerba examinanda, sed opera. Inter quae nimirum opera, maxime regnat humilitas. Vnde & supra, cum fidem grano sinapis minuto quidem, sed ex contritione

Vindictam quomodo petant electi.

Electorum in nouissimis raritas.

Cap. 72.

Opera non uerba exa-
minanda.
Humilitatis
necessitas.

Publicanus

Pharisaeus.

Arroganti-
um super-
borum ue-
species qua
thor.

Pharisaei
caecitas.

Publicani
iustifica-
tio.

tionem flagranti compararet, quasi exponen-
ta sunt uobis, dicite, serui inutiles sumus. Cui
modicum quid eorum quae praecipita sunt, fa-
munt, sed & infirmos quosque despiciunt, atque
ideo quasi fide uacui cum orauerint, non exau-
diuntur. Duo homines ascenderunt in templum ut ora-
rent. Unus Pharisaeus & alter Publicanus. Publicanus
humiliter orans, ad illa praefata uiduam, hoc est
Ecclesiae membra pertinet, de quibus supra di-
citur: Deus autem non faciet uindictam electo-
rum suorum clamantium ad se: Pharisaeus au-
tem merita iactans, ad ea de quibus terribilis in
conclusionem sententia subditur: Verumtamen
filius hominis ueniens, putas inueniet fidem in
terra? Pharisaeus stans, haec apud se orabat. Deus gratias
ago tibi, quia non sum sicut caeteri hominum raptores, iniu-
sti, adulteri, uelut etiam hic publicanus. Quatuor sunt
species, quibus omnis tumor arrogantium de-
monstratur, cum bonum aut a semetipsis habe-
re se aestimant, aut si sibi datum desuper credunt,
pro suis se hoc accepisse meritis putant, aut cer-
te cum iactant se habere quod non habent, aut
despectis caeteris, singulariter uideri appetunt
habere quod habent. Quia Pharisaeus istae ia-
ctantiae peste laborasse deprehenditur, qui id-
circo de templo absque iustificatione descendit,
quia honorum operum merita sibi quasi singu-
lariter tribuens, oranti publicano se praetur-
lit. Ieiuno bis in sabbato, decimas de omnium quae possi-
deo. Iezechiel propheta de ostentis sibi celi ani-
malibus scribit. Et totum corpus plenum oculis,
in circuitu ipsorum quatuor. Corpora quip-
pe animalium idcirco plena oculis describuntur,
quia sanctorum actio ab omni parte circū-
specta est, bona desiderabiliter protidens, ma-
la solerter cauens. Sed nos saepe dum alijs re-
bus intendimus, fit ut alia negligamus. Et ubi
negligamus, ibi proculdubio oculum non ha-
bemus. Nam Ecce Pharisaeus ad exhibendam
abstinentiam, ab impendendam misericordi-
am, ad referendas Deo gratias oculum habue-
rat, sed ad humilitatis custodiam non habebat.
Et quid prodest quod contra hostium insidias
pene tota ciuitas caute custoditur, si unum fo-
ramen apertum relinquitur, unde ab hostibus
intretur. Et publicanus a longe stans, nolebat nec oculos ad
caelum leuare, sed percutiebat pectus suum dicens: Deus pro-
pitius esto mihi peccatori. Dico uobis, descendit hic iustifica-
tus in domum suam ab illo. Quantam uentae fiduci-
am digne poenitentibus praebet, quod publica-
nus qui reatum suae nequitiae perfecte cognouit,
fleuit, confessus est, & si iniustus ad templum
uenit, iustificatus, a templo rediit. Typice autem
Pharisaeus Iudaeorum est populus, qui ex iusti-
ficationibus legis extollit merita sua. Publica-
nus uero gentilis est, qui longe a deo positus con-
fiteatur peccata sua. Quorum unus superbiēdo

recessit humiliatus, alter lamētando adpropin-
quare meruit exaltatus. Quia omnis qui se exultat
humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Et de utro-
que populo praefato, & de omni superbo uel
humili recte potest intelligi, sicut & illud quod
alibi legimus: Ante ruinam exaltatur cor, & an-
te gloriam humiliatur. Quapropter & de uer-
bis elati Pharisaei quibus humiliari meruit, pos-
sumus ex diuerso formam humilitatis qua su-
blimemur, adsumere: ut sicut ille consideratis
& peiorum uitijs & suis uirtutibus est elatus ad
ruinam, ita nos non nostra solum pigritia, sed &
meliorum uirtutibus inspectis, humiliemur ad
gloriam, quatenus unusquisque nostrum haec apud
se supplex ac summissus obsecret. Deus omni-
potēs miserere supplici tuo, quia non sum sicut
innumeris serui tui, contemptu seculi sublimes,
iustitiae merito gloriosi, castitatis laude angeli-
ci, uelut etiam multi illorum qui post flagitia pu-
blica poenitendo tibi meruerunt esse deuoti.
Qui etiam si quid boni tua gratia largiente fe-
cero, quo sine hoc faciam, qua ue a te distinctio
ne pensetur, ignoro.

Humiliante
se exalta-
bitur.

Oratio con-
tra iactan-
tiam.

Cap. 73.

Increpan-
di causa di-
scipulos.

Talium,
non isto-
rum, cur
dixerit.

Puerorum
similes si-
mus.

Cap. 74.
Interroga-
tionis cau-
sa.

10
20
30
40
50
60

Quod cum uiderent discipuli, increpabant illos.
Et haec humilitatis magisterio lectio plena mi-
cat, quae uidelicet innocētes ac simplices ad do-
mini gratiam pertingere posse demonstrat: in-
crepabāt autem offerentes discipuli, non quia
nollent infantibus Saluatoris & manu & uoce
benedici, sed quod necdum habentes plenissi-
mam fidem, putaret eum in similitudinem ho-
minum, offerentium importunitate lassari.
Iesus autem conuocans illos dixit: Sinite pueros uenire ad
me, et nolite eos uetare. Talium est enim regnum dei. Si-
gnificanter dixit talium, non istorum, ut osten-
deret non etatem regnare, sed mores, & his qui
similem haberent innocentiam & simplicitatem,
praemium repromitti. Apostolo quoque in ean-
dem sententiam congruente, Fratres, nolite pue-
ri fieri sensibus, sed malitia paruuli estote. Sen-
sit autem ut perfecti sitis. Amen dico uobis, quicum-
que acceperit regnum dei sicut puer, non intrabit in illud.
Sicut puer non perseuerat in iracundia, non lae-
sus meminit, non uidens pulchram mulierem
delectatur, non aliud cogitat, aliud loquitur: sic
& uos nisi talem habueritis innocentiam, & ani-
mi puritatem, regnum caelorum non poteritis
intrare. Aliter. Regnum Dei, id est doctrinam
Euangelij, sicut puer accipere iubemur, quia
puer in discendo neque contradicit doctoribus,
neque rationes & uerba componit aduersum eos
relisens, sed fideliter suscipit quod docetur, &
cum metu obtemperat, & quiescit.
Et interrogauit eum quidam princeps dicens: Magister
bone, quid faciens uitam aeternam possidebo? Audie-
rat credo iste princeps a Domino, tantum eos
qui puerum uelint esse, similes regnum dei in-
tratos: atque ideo tractatus certioris sollicitus
poscit sibi non parabolatim, sed palam quibus
operum

operum meritis uitam aeternam consequatur,
exponi. Dixit autem ei Iesus: Quid me dicis bonum?
nemo bonus nisi solus Deus. Quia magistrum uo-
cauerat bonum, & non Deum, uel Dei filium
confessus erat, discit quamuis sanctum homi-
nem, comparatione Dei non esse bonum. De
quo dicitur: Confitemini Domino quoniam bo-
nus. Solus autem Deus bonus, non pater solus
intelligendus est, sed & filius qui dicit: Ego sum
pater bonus. Sed & spiritus sanctus, quia pa-
ter de caelo dabit spiritum bonum petentibus
se. Id est, ipsa una & indiuidua trinitas, pater, fi-
lius, & spiritus sanctus, solus & unus Deus bo-
nus est. Non igitur dominus se bonum negat,
sed esse deum significat. Non se magistrum bo-
num non esse, sed magistrum ab se Deo, nullū
bonum esse testatur. Mandata nostri: Non occi-
des, non mœchaberis, non furtum facies, non falsum testimo-
nium dices. Honora patrem tuum & matrem. Haec est
puerilis innocentiae castitas, quae nobis imitan-
da proponitur, si regnum dei uolumus ingredi.
Notandum sane, quia iustitia legis suo tempo-
re custodia, non solum bona terrae, sed & uitā
conferat aeternam. Qui ait: Haec omnia custodiui a
iuuentute mea. Quo audito Iesus ait ei: Adhuc unum tibi
deest. Non est putandus hic princeps cum le-
gis se mandata custodisse dicebat, esse mētū,
sed simpliciter ut uixerit, esse confessus. Quia
si mendacij noxia reus teneret, nequaquam
Marcus Euangelista de illo scribens adijceret:
Iesus autem intuitus eum, dilexit eum: Et di-
xit illi. Vnum tibi deest: Vade, & quaecumque
habes uende, & caetera. Diligit enim Domi-
nus eos, qui legis mandata quamuis minora cu-
stodiunt, sed nihilominus quod in lege minus
fuerat, ijs qui perfecti esse desiderant ostendit.
Omnia quaecumque habes uende, & da pauperibus, & habe-
bis thesaurum in caelo, & ueni sequere me. Quicumque
perfectus esse uoluerit, debet uedere sicut Ana-
nias fecit & Sapphira, sed totum uendere: &
cum uendiderit, dare omne pauperibus, & sic
sibi preparare thesaurum in regno caelorum.
Nec hoc ad perfectionem sufficit, nisi post co-
temptas diuitias Saluatorē sequatur, id est reli-
ctis malis faciat bona. Facilius enim sacculus
contemnitur, quam uoluntas. Multi diuitias re-
linquentes, dominum non sequuntur. Sequi-
tur autem dominū, qui imitator eius est, & per
uestigia illius graditur. Qui enim dicit se in
Christo credere, debet quomodo ille ambula-
uit & ipse ambulare. His ille auditis contristatus est,
quia diues erat ualde. Haec est seculi tristitia, quae
mortem operatur. Haec diuitiae fallaces, quae
spinarum instar sementem suffocauerunt domi-
nicam. Videns autem illum Iesus tristem factum, dixit:
Quam difficile qui pecunias habent, in regnum Dei intra-
bunt. Claret quidem quia qui hic multiplican-
dis diuitijs in cumbunt, alterius uitae gaudia qua-
rere contemunt: sed inter pecunias habere,
& pecunias amare, nonnulla distantia est. Mul-

Responsio.

Bonus re-
spectu dei
nullus.

Legisculto-
dia.

Legisperi-
tus non est
mentius.

Perfecto
uendenda
omnia.

Tristitia
seculariū.

Diuitias
habere &
amare dif-
ferunt.

ti enim habentes, non amant. Multi non habē
tes, amant. Item alij & habent & amant, alij nec
habere nec amare se diuitias seculi gaudent,
quorum tutior status est, cum Apostolo dicen-
tium, Nobis mundus crucifixus est, & nos mū-
do. Vnde & Salomon non ait, Qui habet, sed
qui amat diuitias, fructus non capiet ex eis. Et
Ipse Dominus secundum Marcum, obstupe-
fcentibus in uerbis huiusce sententiae discipu-
lis, exponendo subiunxit: Filiioli, quam difficilē
le est confidentes in pecunijs regnum Dei in-
troire. Et notandum quod non ait impossibile,
sed difficile: hoc est maximi laboris esse, pecu-
nias habentes, uel in pecunijs confidentes ex-
utis philargyriae retinaculis, aut lam regni coele-
stis intrare. Facilius est enim camelum per foramen a-
cus transire, quam diuitem intrare in regnum Dei. Si fa-
cilius est camelum in gentibus membris enor-
mem, angustum foramen acus penetrare, quā
diuitem intrare in regnum Dei, nullus ergo di-
ues intrabit in regnum Dei. Et quomodo uel
in Euangelio Matthaeus, Zachaeus, & Ioseph,
uel in ueteri testamento, quam plurimi diuites
Dei intrauerunt in regnum, nisi forte quia di-
uitias, uel pro nihilo habere, uel ex toto relin-
quere Domino inspirate didicerunt. Nunquid
enim Dauid in regni diuitijs confidebat, qui &
desemetipso canit, Quoniam unicus & pau-
per sum ego. Et alios hortatur, Diuitias si afflu-
ant, nolite cor adponere. Credo non ausus di-
cere, nolite suscipere. Nunquid Abraham Do-
mino substantiam praetulisse credibile est, pro
quo unicum seruire non dubitauit heredem? At-
tiori autē sensu, facilius est Christū pati pro dile-
ctoribus seculi, quam dilectores seculi ad Chri-
stū posse conuerti. Cameli enim nomine se intel-
ligi uoluit, quia spōte humiliatus, infirmitatis
nostrae onera sustulit. In quo enim manifestius
intelligitur, quam in ipso, scriptū est: Quāto
magnus es, humiliata te in omnibus? Per acum
autem, punctiones significat. Per punctiones,
dolores in passione susceptos. Foramen ergo
acus dicit, angustias passionis. Qua scissa, no-
stra quasi uestimenta naturae quodammodo
resarcire, id est recuperare dignatus est, quate-
nus post lapsum melius reformati, gaudeamus
ad testimonium Apostoli dicentis: Quicumque
enim in Christo baptizati estis, Christum in-
duistis. Et dixerunt qui audiebant: Et quis potest sal-
uus fieri? Quo pertinet ista responsio, cum in-
comparabiliter maior sit turba pauperum quae
diuitibus perditis potuerit saluari, nisi quia in-
tellexerunt omnes qui diuitias amant, etiam si
adipisci nequeant, in diuitum numero deputa-
ri: Aut illis: Quae impossibilia sunt apud homines, possibi-
lia sunt apud Deum. Non ita accipiendū est, quod
cupidi & superbi qui nomine illius diuitis si-
gnificati sunt, in regnum caelorum sint intratu-
ri cum suis cupiditatibus & superbia, sed possi-
bile est Deo ut per uerbum (sicut etiam factū

Diuitis sal-
uificandi dif-
ficultas.

Diuites sal-
ui.

Acus fora-
men.

Possibile
quid sit.

esse, & quotidie fieri uidemus) à cupiditate temporalium ad charitatem æternorum, & à perniciofa superbia ad humilitatem saluberrimam conuertantur. Ait autem Petrus: Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. Grandis fiducia. Petrus piscator erat, diues nō fuerat, cibos manu & arte quærebat, & tamen loquitur confidenter, Dimisimus omnia. Et quia non sufficit tantum dimittere, iungit quod perfectum est, Et secuti sumus te. Fecimus quod iussisti, quid igitur nobis dabis præmijs? Qui dixit eis: Amen dico uobis, nemo est qui reliquit domum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios, propter regnum Dei, & non recipiat multo plura in hoc tempore, & in seculo uenturo uitam æternam.] Quidam ex occasione huiusce sententiæ, Iudaicam mille annorum fabulam post resurrectionem iustorum ædificant, quando omnia quæ propter Deum dimisimus, multiplici nobis sint fœnore reddenda, in super & uita æterna donanda. Nec uident inepti, quod & si in cæteris digna sit repromissio, in uxoribus tamen iuxta alios Euangelistas continentis appareat turpitudine. Præsertim cum Dominus & in resurrectione nubendum non esse testetur, & iuxta Euangelistam Marcum ea quæ dimissa fuerint in hoc tempore, cum persecutionibus accipienda confirmet: Quas utiq; persecutiones, illi chiliastæ sicut & cætera contraria, mille annis suis in commodis abesse dogmatizat. Sen susigitur iste est. Qui propter regnum Dei adquirendum omnes affectus contempserit, omnes sæculi delicias luxusq; calcauerit, multo plura in præsentia recipiet, quia à fratribus atq; confortibus propositi sui qui ei spiritali glutino colligantur, multo gratiorem etiam in hac uita recipiet charitatem. Hæc si quidem quam inter parentes, ac filios, atq; germanos, coniuges uel propinquos siue societas copulæ seu consanguinitatis necessitudo coniungit, satis breuem esse constat ac fragilem. Deniq; interdum etiam honesta causa interueniente diuellitur. Soli perpetuæ coniunctionis retinent unitatem, atque indiscrete possident uniuersa, qui omnia sua esse quæ fratrum, omnia fratrum credunt esse quæ sua sunt. Lege actus Apostolorum, quia multitudinis credentium erat cor & anima una, & erant illis omnia communia, nullusq; egens erat inter eos, qui sua pro Domino reliquerunt. De quibus & Paulus ait: Tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Recipietur sane etiam de continentia coniugali multo maior suauitas ab illa quæ eis inuicem per commixtionem sexuum præbebatur. Vxorem ante in lasciuia passione desiderij possideam, hanc eandem in honore sanctificationis & uera Christi dilectione possideo. Vna est mulier, sed centuplum creuit meritum castitatis. Nam quod secundum Marcum dicitur, accipiet cætes tantum nunc in tempore hoc, domos, & fratres, & sorores, & matres, & filios, &

Petri fiducia.

Mille annorum fabula.

In futuro seculo recipienda.

In presentia recipienda.

agros cum persecutionibus potest altius accipi. Centenarius quippe numerus de sinistra traslatus ad dexteram, licet eandem in flexu digitorum uideatur tenere figuram, nimium tamen quantitatis magnitudine super crescit. Quia uidelicet uniuersi, qui propter regnum Dei temporalia spernunt, etiam in hæc uita per secutionibus plenissima eiusdem regni gaudia fide certa degustant, atq; in expectatione patriæ celestis, omnium pariter electorum sincerissima dilectione fruuntur.

Asumpsit autem Iesus duodecim, & ait illis: Ecce ascendimus Hierosolimam, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus, & inludetur, & flagellabitur, & conspuetur. Et postquam flagellauerint, occident eum, & die tertia resurget.] Præuidens Saluator ex passione sua discipulorum animos perturbados, eis longe ante & euistem passionis pœnam, & resurrectionis suæ gloriam prædicit, ut eum mortem sicut prædictum esset cernerent, etiam resurrectionem non dubitarent. Præuidens etiam quosdã hæreticos in Ecclesia futuros qui Christum dicerent legi Prophetisq; docuisse contraria, alitq; Veteris testamenti atque alit noui, Deum esse credendum, ostēdit Prophetarum præfagia non alio magis quam ad suæ dispensationis quam pro nobis temporarie suscepit, intendisse mysterium, adeo ut consummatio sit prophetiæ, suæ passionis & posterioris gloriæ celebrata perfectio. Nec non & paganorum demētiam, qua eius crucem derident, apertissime confutat, quando proximæ suæ passionis & tempus quasi futurorum præsciens ostēdit, & locum quasi mortis intrepidus adiit. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Et erat uerbum istud absconditum ab eis, & non intellegebant quæ dicebantur.] Legimus in Euangelio secundum Ioannem dicente Domino, Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum, respondisse turbam atq; dixisse: Nos audiimus ex lege, quia Christus manet in æternum. Et quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Quid est ergo quod discipuli toties sibi replicatum dominicæ passionis arcanum intelligere nequeunt, & Iudæi ad unum uerbum, & tam obscuræ positum, ut hoc expositione dignum Euangelista ducat. Hoc autem dicebat (inquit) significans, quia morte esset moriturus, mox quia crucis exaltatio significetur intelligunt, nisi quia discipuli cuius uitam maxime uidere desiderabant, eius mortem audire non poterant. Quem non solum hominem innocentem, sed & Deum uerum sciebant, hunc nullatenus mori uel posse putabant. Et quia per parabolas eum sæpe loquentem audire consueuerant, quoties aliquid de sua passione dicebat, hoc non ita ut sonabat intelligendum, sed amore distante ad aliud quid allegorice referendum esse credebant. Iudæi uero quia in eius necem conspirauerant, quicquid

Centenarius.

Cap. 75.

Passionis & resurrectionis dominicæ prædictio.

Discipuli cur ita tardæ, & Iudæi tam cito intellexerint mysterium crucis.

quicquid de sua passione uel cruce loquebatur, intelligebant, hoc enim loquebatur, quod ipsi summopere & fieri optabant, & perficere ire satagebant. Sicq; miro & inusitato modo, idem subeundæ crucis sacramentum, quod fidelibus amor abscondit, infidelibus inuidia pandit.

Cap. 76. **F**atum est autem cum appropinquaret Hiericho, cæcus quidam sedebat secus uiam mendicans. Et cum audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt ei, quod Iesus Nazarenus transiret.] Cæcus iste per allegoriã genus humanum significat, quod in parente primo à paradisi gaudijs expulsim claritatem supernæ lucis ignorans, damnationis suæ tenèbras patitur, sed cum Hiericho adpropinquare Iesus dicitur, cæcus illuminatur. Hiericho quippe, interpretatur Luna, Luna autē in sacro eloquio pro defectu ponitur carnis, quia dum menstruis momentis decrescit, defectum nostræ mortalitatis designat. Dum igitur cõditor noster adpropinquat Hiericho, cæcus ad lumen redit, quia dum diuinitas defectum nostræ carnis suscipit, humanum genus lumen quod amiserat, recipit. Qui uidelicet cæcus recte & iuxta uiam sedere & mendicans esse describitur. Ipsa enim ueritas dixit: Ego uia. Ergo qui eternæ lucis claritatem nescit, cæcus est: sed si iam in redemptorē credit, iuxta uiam sedet. Si autem iam credit, sed ut æternam lucem recipiat, rogare dissimulat, atque à precibus cessat, cæcus quidem iuxta uiam sedet, sed minime mendicat. Si uero & credit & exorat, & iuxta uiam sedet cæcus & mendicat. Et clamauit dicens, Iesu fili Dauid miserere mei. Et qui præibant increpabant eum ut taceret. Ipse uero multo magis clamabat, Fili Dauid miserere mei.] Quid isti designant qui Iesum uenientem præcedunt, nisi desideriorum carnalium turbas tumultusq; uitiorum, qui priusquam Iesus ad cor nostrum ueniat, tentationibus suis cogitationem nostram dissipant, & uoces cordis in oratione perturbant? Sæpe nanque dum conuertit ad Deum post perpetrata uitia uolumus, dum contra hæc eadem exorare uitia quæ perpetratumus conamur, occurrunt cordi phantasmata peccatorum quæ fecimus, mentis nostræ aciem reuerberant, confundunt animum, & uocem nostræ deprecationis præmunt. Sed quem turba increpat ut taceat, magis ac magis clamat, quia quanto grauiori tumultu cogitationum carnalium præmur, tanto orationi insistere ardentius debemus. Stans autem Iesus iussit illum adduci ad se.] Ecce stat, qui ante transibat. Quia cum adhuc turbas phantasmata in oratione patimur, Iesum aliquatenus transeuntem sentimus. Cum uero orationi uehementer insistimus, stat Iesus & lucem restituit, quia Deus in corde figitur, & lux amissa reparatur. Et cum appropinquaret interrogauit illum dicens, Quid tibi uis faciam? At ille dixit, Domine ut uideam.] Nunquid qui lumen reddere pote-

Cap. 76.

Cæcus al. legorice.

Cæcus secus uiam.

Phantasmata uitio rum.

Stat Dominus.

rat, quid uellet cæcus ignorabat? Sed peti uult hoc quod & nos petere & se concedere prauo scit. Importune nanq; ad orationē nos admonet, & tamen dicit: Scit nanq; pater uester quid opus sit uobis ante quam petatis eum. Ad hoc ergo requirit ut petatur: ad hoc requirit, ut cor ad orationem excitet. Vnde & cæcus protinus adiungit: Domine ut uideam. Ecce cæcus à Domino non aurum, sed lucem querit, paruipendit extra lucem aliquid quærere. Quia & si habere cæcus quodlibet potest, sine luce non potest uidere quod habet. Imitemur ergo eum, quem & corpore audiimus, & mente saluatum, non falsas diuitias, non terrena dona, non fugitiuos honores à Domino, sed lucē quæramus: illā lucem uidelicet, quā uidere cum solis angelis possumus, quā nec inuitiū inchoat, nec finis angustat. Ad quā profecto lucem uia fides est. Vnde recte & illuminado cæco protinus subiungitur: Et Iesus dixit illi: Respice, fides tua te saluum fecit. Et con festim uidit, & sequebatur illum magnificans Deum.] Videt & sequitur, qui bonum quod intelligit operatur. Videt autem, sed non sequitur, qui bonum quidem intelligit, sed bona operari contemnit. Iesum enim sequitur, qui imitatur. Hinc nanq; dicit: Si quis mihi ministrat, me sequatur. Cõsideremus ergo qua graditur, ut sequi mereamur. Sicq; fit ut non solum nostra uita in Deum proficiat, sed hæc ipsa nostra cõuersio ad laudem Dei & alios accedat, unde illic subditur: Et omnis plebs ut uidit, dedit laudē Deo.] Dedit enim plebs laudem Deo, nō solum pro impetrato munere lucis, sed & pro merito fidei impetrantis. Dedit laudem Deo, quia & Iesum uidit misericorditer ac potēter lucem restituisse roganti, & obstinata fidei clamorem quæ iuste quaesierit, mox consequi posse cognouit. Vnde notandum, quia Dominus in carne apprens, omnia quæ uerbis docuit, exemplis firmavit. Qui enim nobis præcepit: Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificet patrem uestrum qui in cœlis est, & ipse in uniuersis quæ capit facere & docere, non suam ab hominibus, sed patris gloriam quærebat.

Interrogandi ratio.

Videte & sequi etc. Sequi Dominum.

Gloriam patris inuerebat. Christus.

CAPVT XIX.

Ingressus perambulabat Hiericho, & ecce uir nomine Zacchæus, & hic princeps publicanorum, & ipse diues, & quærebat uidere Iesum quis esset, & nō poterat præterire, quia statur a pusillus erat, & præcurrens ascendit in arborem sycomorum, ut uideret illum, quia inde erat transiurus.] Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum. Ecce enim camelus deposita gibbi sarcina, per foramen acus transit, hoc est diues & publicanus relictio onere diuitiarum, contempto sensu fraudium, angustam portam arctamq; uiam quæ ad uitam ducit ascendit. Qui mira deuotione si dei ad uidendū Saluatorē quod natura minus

Cap. 77.

habuerat, ascensu supplet arboris, atq; ideo iuste quauis ipse rogare non audeat, benedictione dominice susceptionis quam desiderabat accepit. Mystica autē Zacchaeus qui interpretatur iustificatus, credentem ex gentibus populū significat. Qui quanto curis secularibus occupatior, tūto flagitijs deprimentibus erat factus humilior. Sed ablutus est, sed sanctificatus, sed iustificatus in nomine dñi nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri, qui intrantē Hiericho Saluatorē uidere querebat, sed praeturbā nō poterat. Quia gratia fidei quam mundo Saluator attulit, participare cupiebat, sed in solita uitiorū consuetudo, ne ad uotū perueniret obliuiscerat. Eandē namq; turbā noxiae consuetudinis quae supra cecū clamantem ne lumen peteret, increpabat, etiā suspicientem publicanum ne Iesum uideat, tardat. Sed sicut caecus turbarū uoces magis ac magis clamando deuicit ita pusillus necessē est turbā nocentis obitaculū altiora petendo transcendat, terrena relinquat, arborem crucis ascendat. Sycomorus namq; quae est arbor folijs moro similis, sed altitudine prestans, unde & a Latinis celsa nuncupatur, ficus facta dicitur. Et eadem dominica crux quae credentes alit ut ficus, ab incredulis irridetur ut fatua. Nos enim praedicamus Christū crucifixū, Iudaeis quidē scandalū, gentibus autem salutariā. Ipsi uero uocatis Iudaeis atq; gētibus Christū Dei uirtutem & Dei sapientiam. Quam uidelicet arbore pusillus statura Zacchaeus quo exaltari possit ascendit, dū quislibet humilis & propriae conscius infirmitatis, confidens in Domino proclamat: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Ascensa autem sycomoro transeuntem prope Dominum cernit, quia per hanc laudabilem fatuitatem, & si necdum ut est solide, iā tamen raptim & quasi in transitu luci sapientiae caelestis intendit. Et cum uenisset ad locum suspiciens Iesus uidit illum. Per ambulans Hiericho Saluator, uenit ad locum ubi praecurrens Zacchaeus Sycomorū cōscenderat, quia missis per mundum sui uerbi praecoribus, in quibus ipse nimirū & loquebatur & ibat, uenit ad populū nationum, qui passionis eius fide iam sublimis existens etiam diuinitatis eius ardebat agnita facie beati. Suspiciens uidit illū, quia per gratiam fidei a terrenis cupiditatibus eleuātū turbisq; infidelibus praeeminentē elegit. Videre enim Dei, eligere uel amare est. Vnde est illud, Oculi Domini super iustos. Nam & nos quae amamus uidere, ab his quae execramur intuitum festinamus auertere. Vidit ergo Iesus uidētē se, quia elegit eligentem se, & amauit amantē. Hunc sane ordinem proficiendi, hoc est per fidem dominicae incarnationis ad cognitionē diuinitatis pertueniendi, quasi sycomorum Iesu faciem speculari doctor egregius ostendit: cum ait, Non enim iudicauit scire me aliquid inter uos, nisi Christum

Iesum, & hunc crucifixum. Itemq; alijs exprobrans: Facti estis (inquit) quibus lacte opus sit, non solido cibo. Lac infirma temporaria dispensationis, solidum cibum ardua perpetuae maiestatis appellans. Et dicit ad eum, Zacchaeus festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, & exepit illum gaudens. Mariebat aliquando Dominus in domo principis Pharisaeorum. hoc est, in Iudaeorum synagoga docebat: sed quia non baptizatum ante prandis sabbato curantem, publicanos & peccatores recipientem, contra auaritiam disputantem, & caetera digna Deo gerentem lingua uenenata carpebant, pertaxus eorum facinora discessit, & au fugit, dicens: Relinquetur uobis domus uestra deserta. Hodie autem in domo pusilli Zacchaei oportet illum manere, hoc est nouae lucis gratia coruscante in humili credentium nationum corde quiescere. Quod autē descendere de sycomoro Zacchaeus, & sic in domo sua Christo mansionē praeparare iubetur, hoc est, quod Apostolus ait: Quia & si cognouimus secundum carnem Christum, sed iam nunc non uimus. Et si enim mortuus est ex infirmitate, sed uiuit ex uirtute Dei. Et cū uiderent omnes murmurabāt, dicentes quod ad hominem peccatorē diuertisset. Manifestum est Iudgos semper gentium odifese salutem, scriptum est enim, Sequenti uero sabbato pene uniuersa ciuitas conuenit audire uerbum Domini. Videntes autem turbas Iudaei, repleti zelo, et contradicebant ijs quae a Paulo dicebantur. Et alibi, fideles etiam fratres aduersus Apostolorū principem disceptabant dicentes: Quare introisti ad uiros praepotium habentes, & manducaisti cum illis? Stans autem Zacchaeus dixit ad Dominum: Ecce diuidium honorū meorum Domine do pauperibus. Et si quid aliquem defraudauit, reddo quadruplum. Alijs calumniantibus hominem peccatorem, ipse Zacchaeus stans, id est in ea quam coeperat fidei ueritate persistens, non solum se ex peccatore conuersum, sed etiam inter perfectos probat esse conuersatum. Dicente enim Domino: Si uis perfectus esse, uade, uē de omnia quae habes & da pauperibus, quisquis ante conuersionem innocenter uixit, omnia conuersus potest dare pauperibus. At qui aliqua fraude sustulit, primo hęc iuxta legem reddere, deinde quod sibi remāserit debet dare pauperibus. Ac sic & ipse, quia sibi nil retinet, omnia sua dispergit, dat pauperibus, iustitia eius manet in saeculum saeculi. Et haec est sapiens illa stultitia, quam de sycomoro publicanus, quasi fructū uitae legerat, rapta uidelicet reddere, propria relinquere, uisibilia contemnere, pro inuisibilibus etiam mori desiderare, seipsum abnegare, & eius qui necdū uideatur Domini uestigia sequi concupiscere. Ait Iesus ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est, eo quod & ipse filius sit Abraham. Filius Abraham dicitur Zacchaeus, non quia de eius stirpe generatus, sed quia eius

Sycomorus.

Ascendens ut exaltetur.

Typice.

Videre Dei.

Iudaei gentium salutem odere semper.

Stans Zacchaeus.

Stultitia prudens.

Filius Abraham eius.

Abrahae filii obediencia. eius est fidem imitatus. Ut sicut Abraham terram, cognationem, domum que paternam, ob spem futurae hereditatis, Domino iubente, deseruit: ita & ille quo thesaurum in caelis adquireret, bona sua pauperibus partienda relinqueret. Et pulchre dicit, Et ipse: ut non solum eos qui iusti perseverant, sed & eos qui ab iniustitia respiscunt, ad filios promissionis pertinere declarat. Aliter Salus quae olim Iudaeorum domum implebat, hodie populo nationum illuxit, eo quod & ipse populus filius sit Abraham credendo in eum. De quo dicit apostolus: Si autē uos Christi, ergo Abraham semen estis. Et sicut alibi dicit, ipse Abraham sit pater circumcisionis, non his tantum qui sunt ex circuncisione, sed & his qui sectantur uestigia, quae est in praepotio fidei patris nostri Abraham. Venit enim filius hominis quaerere & saluare quod perierat. Hoc est quod alibi dicit: Non ueni uocare iustos, sed peccatores. Pius sane magister, qui murmurantibus turbis sua mysteria non dedit gnetur exponere, ad eo scilicet peccatorū poenitentiam non esse respiciendam, ut ipse dei filius ob hanc maxime quaerendam, sit destinatus ad terras. Qui ut pietatis suae nobis satisfactionem inculcet, seipsū se filium hominis appellat, commēdans sollicitē nobis quod factus est benigne pro nobis. Cap. 78. Haec illis audientibus adiciens dicit parabolam, eo quod esset prope Hierusalem, & quae existimarent quod confestim regnum dei manifestaretur. Nemo est domino, praemissum sermonem parabolis adfirmare subiectis. Suscepta igitur & commendata poenitentia publicani diuitis, adiciens parabolam docet sibi poenitentiam magis peccatorum quam iustitia placere superborum, latiusq; se in gentibus de ignorantia legis humilibus, quā in Iudaeis de iustitia quae ex lege est elatis, esse regnaturum. Et quia discipuli supra audita domini passione uel resurrectione Hierosolymis implenda, non intelligebant quae dicebantur, existimantes continuo regnum dei esse uenturum, hanc eorum ignorantiam illuminans ostendit se primo sui regni fidem toto orbe disperfurum, ac sic in fine mundi indicem omnium saeculorū regemq; uenturum. Dixit ergo: Homo quidam nobilis abiit in regionē longinquam, accipere sibi regnū & reuertī. Homo nobis ille est, cui caecus supra clamabat: Fili David miserere mei. Et uenienti Hierosolymam concinebant, Osanna filio David, benedictus qui uenit in nomine domini, rex Israel. Longinqua regio, ecclesia est ex gentibus. De qua eidem homini nobili qui loquitur, Ego autē constitutus sum Rex ab eo, dicitur a patre. Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessio nem tuam terminos terrae. Quae uidelicet hereditas ac possessio, bifaria ratione regio longinqua uocatur, uel quia a finibus terrae clamat ad dominū, uel quia longe est a peccatoribus sa-

Filius hominis cur dici uoluerit.

Cap. 78. Mos dominicus.

Homo nobilis Christianus.

lus. Et cum Deus ubique sit praesens, longe tamen ab eorum sensu qui idola colunt, Deus uerus abest. Sed qui erant longe, facti sunt prope in sanguine Christi. Vocatus autem decifer uis suis, dedit illis decem minas. Denarius numerus ad legem pertinet, propter decalogum. Vocat itaque pater familias decem seruos, quia eligit discipulos per literam legis imbutos. Dat illis decem minas, quia legis dicta spiritaliter intelligenda reuelat. Post passionem quippe resurrectionemq; suam, aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas. Mina namque, quam Graeci minam uocant, centum drachmis appenditur. Et omnis scripturae sermo, quia uita caelestis perfectionem suggerit, quasi numeri centena rii pondere fulgescit. Et ait illis: Negotiamini dum uenio. Verba (inquit) legis ac prophetarum mystica interpretatione discussa populis offerre, atque ab eis fidei confessionem morumq; probitatem recipite. Iuxta quod Psalmista suis auditoribus praecipit, dicens: Sumite psalmum, & date tympanum. Hoc est, laudem praedicationis in cordis intentione percipite, & deuotionem operis, in carnis castigatione redhibete. Tympanū quippe, est pellis in ligno extensa. Pellis uero in ligno extensa, caro est nostra ad exemplum dominice crucis afflicta. Cines autem eius oderant illum. Et miserunt legationem post illum, dicentes: Nolumus hunc regnare super nos. Cines, impios Iudaeos dicit. De quibus alibi protestatur. Nunc autem & uiderunt, & oderunt, & me & patrem meum. Qui non solum praesentem usque ad mortem crucis oderant, sed etiā post resurrectionem eius miserunt persecutionem Apostolis, & praedicationē regni caelestis spreuerunt. Et factum est ut rediret accepto regno. Significat tempus, quando in manifestissima & eminentissima claritate uenturus est, qui eis humilis apparuit cum diceret: Regnum meū nō est de hoc mundo. Et iussit uocari seruos quibus dedit pecuniam: ut sciret quantum quisque negotiatus esset. Ut sciret, inquit, nō quod eum quid lateat, cui uerissime dictum est, Domine tu omnia scis. Sed sciret dicit, scire omnes faceret. Tūc enim omnium opera & cogitationes, palam omnibus ostenduntur. Quomodo in Deuteronomio: Tētat (inquit) uos dominus Deus uester, ut sciat si diligitis eum, hoc est, sciri faciat. Nemo sane arbitretur eos solummodo, quibus gratia praedicandi data est, non autem & eos quibus praedicatum est, ad iudicium tunc esse uocandos. Ipsi sunt enim pecunia, quam boni serui adquirere mereando. Quinetiā sciat eos quoque quibus nunquam est praedicatum, ibidem adesse damnandos, de quibus infra dicemus. Venit autem primus, dicens: Domine mina tua decem minas adquisiuit. Primus seruus, ordo doctorum est in circuncisionem missorum, qui unam minam negotiaturus accepit, quia unum dominum, unam fidem, unum baptismum, unum

Denarius numerus.

Tympanū.

Iudaei taxantur.

Ut sciret qui omnia scit.

Primus negotiatorū.

Deum predicare iussus est. Sed haec eadem mina, decem minas adquisiuit, quia populum sub lege constitutum, sibi met docendo sociavit. Et ait illi, *Euge bone serue, quia in modico fidelis fuisti, eris potestatem habens supra decem ciuitates.* In modico seruus est fidelis, qui non adulterat uerbum dei, sed sicut ex deo coram deo in Christo loquitur. Quicquid enim in praesenti percipimus donorum, in comparatione futurorum perpaucum est & modicum, quia ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum autem uenit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Ciuitates autem decem sunt, an sine per legis uerbum ad gratiam euangelij uenientes. Quibus tunc iure glorificandus ille praepositur, qui eis pecuniam uerbi, digne deo commodaauerit. Vnde quidam negotiator egregius, ciuitates quibus praerat, hoc est animas quas regendas acceperat, alloquens. Quae est, ait, nostra spes aut gaudium, aut corona gloriae? nonne uos ante dominum lesum? Et alter uenit dicens: Domine, mina tua fecit quinque minas. Seruus iste coetus est eorum qui praepotio euangelizare missi sunt, cui dominus ad predicandum eunti, unam minam hoc est unam eademque fide qua & circumsioni credita est praestiterat, sed haec quinque minas fecit, quia geres corporis sensibus antea mancipatas, ad fidei Euangelicae gratiam conuertit. Et huic ait: Et tu esto supra quinque ciuitates. Hoc est, ex earum quas imbuerat animarum fide & conuersione, magnus sublimisque fulgore. De quibus mystice dicit Esaias: In die illa erunt quinque ciuitates in terra Aegypti, loquentes lingua Chanaan. Quinque enim ciuitates in terra Aegypti, quinque sunt corporis sensus, quibus in hoc mundo utimur, uidelicet uisus, auditus, gustus, olfactus, & tactus. Et qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, qui auerit aures suas ne audiat pauperem, qui inebriatur uino in quo est luxuria, qui coronare se gaudet rosis antequam marcescant, cuius sanguine plenae manus & dextera est repleta muneribus, huius quinque ciuitates loquuntur lingua Aegypti, id est uniuersum sensum faciunt opera tenebrarum. Aegyptus enim tenebras sonat. At qui obturat aures suas ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos ne uideat malum, qui gustat & uidet quam suauis est dominus, qui castigat corpus suum & seruituti subiicit, qui potest dicere cum Apostolo, Christi bonus odor sumus Deo, huius ciuitates loquuntur lingua mutata, quod interpretatur Chanaan. Et qui casa tenebris docendo commutauerat, recte quinque ciuitatibus praefici memoratur, quia non de suris tantum, sed & de auditorum suorum quos ad lucem uocauit profectibus honoratur. Et alter uenit dicens: Domine, ecce mina tua, quam habui repositam in sudario. Timui enim quia homo austerus es, tollis quod non possidi, & metis quod non seminasti. Seruus qui negociari iussus acceptam domini pecuniam in sudario repositum, ostendit eos, qui ad predicandum idonei, praedicationis officium, iubente Domino, per Ecclesiam, uel saltem suscipere, uel susceptum digne gerere detrectant. Pecuniam quippe in sudario ligare est, percepta dona sub otio lenti torporis abscondere. Sunt enim homines hac sibi peruersitate blandientes, ut dicant, sufficit ut de se unusquisque rationem reddat. Quid opus est alijs predicare, ut etiam de ipsis rationem reddere quisque cogatur, cum apud dominum etiam illi sint inexcusabiles, quibus lex data non est, neque auditio Euangelio dormierunt, quia per creaturam poterant creatorem cognoscere? Hoc est enim quasi metere ubi non seminauit, id est etiam eos impietatis reos tenere, quibus uerbum legis aut Euangelij non ministratum est. Hoc autem ueluti periculum iudicij deuitantes, pigro languore a uerbi ministratione conuiescunt, & hoc est quasi in sudario ligare quod acceperunt. Dicit ei: De ore tuo te iudico, serue nequa. Seruus nequam uocatur, quia & piger accessus est ad exercendum negotium, & procax ac superbus ad accusandum Domini iudicium. Sciebas quod ego austerus homo sum, tollens quod non possidi, & meto quod non seminasti, & quare non dedisti pecuniam meam ad mensam? Quod putauerat se pro excusatione dixisse, in culpam propria uertitur. Sic inquit durum & crudelem esse menoueras, & aliena sectari, ibique metere ubi non feruim, quare non tibi istiusmodi cogitatio incursit timorem, ut scires me mea diligentius quaesitum ad mensam? Vtrumque enim aegyptio Gregus sermo significat. Eloquia domini inquit eloquia casta, argentum igne examinatum. Pecunia ergo & argentum praedicationis Euangelij est, & sermo diuinus, qui dari debuit ad mensam, hoc est promptis paratisque fidelium cordibus intinari. Ad quam uidelicet mensam, id est mentem auditorum, non alia quam dominica est deferenda pecunia, ut omnis sermo docentis scripturae sensum sequatur. Nam quod hic dominus non qualibet pecuniam, sed suam dicit nummularijs esse foenerandam, exponit Apostolus dicens: Si quis loquitur quasi sermones dei. Et ego ueniens cum usuris utique exegissem illud. Qui uerbi pecuniam a doctore percipit, emitque credendo, necesse est eam cum usuris soluat operando, ut quod auditu didicit, exsequatur & actu. In usura quippe pecunia etiam non data recipitur. Vel certe de accepto uerbi foenore usuras soluit, qui ex eo quod audit, etiam alia studet intelligere, quae necdum ex predicatoris ore didicit. Et adstantibus dicit: Auferte ab illo minam, & date illi qui decem minas habet. Et dixerunt ei: Domine, habet decem minas. Recte amittit collatam gratiam, quam praedicatione alijs communicare neglexit, ut ei augeatur qui inde laborauit. Iuxta quod angelus Ephesi Ecclesiae dicitur, Et mouebo candlelabrum

Fidelis in modico.

Paulus.

Secundus negotiator.

Quinque ciuitates loquentes lingua Chanaan.

Tertius negotiator.

dario repositum, ostendit eos, qui ad predicandum idonei, praedicationis officium, iubente Domino, per Ecclesiam, uel saltem suscipere, uel susceptum digne gerere detrectant. Pecuniam quippe in sudario ligare est, percepta dona sub otio lenti torporis abscondere. Sunt enim homines hac sibi peruersitate blandientes, ut dicant, sufficit ut de se unusquisque rationem reddat. Quid opus est alijs predicare, ut etiam de ipsis rationem reddere quisque cogatur, cum apud dominum etiam illi sint inexcusabiles, quibus lex data non est, neque auditio Euangelio dormierunt, quia per creaturam poterant creatorem cognoscere? Hoc est enim quasi metere ubi non seminauit, id est etiam eos impietatis reos tenere, quibus uerbum legis aut Euangelij non ministratum est. Hoc autem ueluti periculum iudicij deuitantes, pigro languore a uerbi ministratione conuiescunt, & hoc est quasi in sudario ligare quod acceperunt. Dicit ei: De ore tuo te iudico, serue nequa. Seruus nequam uocatur, quia & piger accessus est ad exercendum negotium, & procax ac superbus ad accusandum Domini iudicium. Sciebas quod ego austerus homo sum, tollens quod non possidi, & meto quod non seminasti, & quare non dedisti pecuniam meam ad mensam? Quod putauerat se pro excusatione dixisse, in culpam propria uertitur. Sic inquit durum & crudelem esse menoueras, & aliena sectari, ibique metere ubi non feruim, quare non tibi istiusmodi cogitatio incursit timorem, ut scires me mea diligentius quaesitum ad mensam? Vtrumque enim aegyptio Gregus sermo significat. Eloquia domini inquit eloquia casta, argentum igne examinatum. Pecunia ergo & argentum praedicationis Euangelij est, & sermo diuinus, qui dari debuit ad mensam, hoc est promptis paratisque fidelium cordibus intinari. Ad quam uidelicet mensam, id est mentem auditorum, non alia quam dominica est deferenda pecunia, ut omnis sermo docentis scripturae sensum sequatur. Nam quod hic dominus non qualibet pecuniam, sed suam dicit nummularijs esse foenerandam, exponit Apostolus dicens: Si quis loquitur quasi sermones dei. Et ego ueniens cum usuris utique exegissem illud. Qui uerbi pecuniam a doctore percipit, emitque credendo, necesse est eam cum usuris soluat operando, ut quod auditu didicit, exsequatur & actu. In usura quippe pecunia etiam non data recipitur. Vel certe de accepto uerbi foenore usuras soluit, qui ex eo quod audit, etiam alia studet intelligere, quae necdum ex predicatoris ore didicit. Et adstantibus dicit: Auferte ab illo minam, & date illi qui decem minas habet. Et dixerunt ei: Domine, habet decem minas. Recte amittit collatam gratiam, quam praedicatione alijs communicare neglexit, ut ei augeatur qui inde laborauit. Iuxta quod angelus Ephesi Ecclesiae dicitur, Et mouebo candlelabrum

Pecuniam ligare in sudario.

Dari ad mensam. Pecunia domini seruari danda.

Iudeorum in fine religio.

Non habet qui non uertitur.

Iudeorum impietas.

delabrum tuum de loco suo, nisi poenitentiam egeris. Er cum regium christima quod superbia endo Saul amisit, Dauid obediendo promeruit, Spiritus inquit domini discessit a Saul, & dilectus est in Dauid a die illa & deinceps. Quod uero ablata a nequa seruo mina ei qui decem minas habebat dari iussa est, mystica ut reor indicat, intrate plenitudinem gentium omnem Israel saluum futurum, & tunc abundantiam gratiae spiritualis, quam modo nos repente exercemus, illius populi doctoribus esse conferendam. Dico autem uobis, quia omni habenti dabitur. Ab eo autem qui non habet, & quod habet auferetur ab eo. Haec ad superiora sententia respicit, docens & illum posse amittere munus Dei qui habens non habet, id est non utitur, & in eo augeri qui habens habet, hoc est bene utitur. Quae gratiarum mutatio, quoniam in hac uita geri solet, notandum quod illud Domini redeuntis examen etiam nunc ex parte celebratum, sed tunc est uniuersaliter implendum. Cotidie namque accepto a patre regno redit, quia peregrinantis in terra Ecclesiae statum conspiciat. Cotidie in tanto fidelium seruorum numero huius pecuniam negociaturo commodat, in altero modo consummationis operis examinat, hunc fideliter prudenterque laborantem amplioris gratiae munere donat, illum desidias molles & marcida luxu otia sectantem, & eo quod dederat priuat. Verum uniuersali manifestato iudicio, quod dictu quoque terribile est: multi qui ad docendum uidebantur idonei, ob negligentiae suae noxam inter indoctos reputabuntur. At alij simpliciores fratres & elementorum penitus ignari, ob conuersationis tamen eximia deuotionem inter apostolicos doctores praemia summa percipient. Qui enim recipit Prophetam in nomine Prophetae, mercedem Prophetae accipiet. Veruntamen inimicos meos illos qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me. Impietatem Iudeorum uel omnium reprobatorum ad Christum conuerti nolentium significat in die iudicij puniendam, ut per duos seruos fideles, utriusque populi doctores, per decem & quinque minas, idem credentes populi, per seruum nequam mali catholici, per inimicos qui eum super se regnare noluerunt, impietas eorum qui uerbum fidei aut nunquam audire aut male interpretando corrumpere maluerunt, per mesionem ruris non seminati, eorum etiam quos uerbum Dei nec audire contigit, discussio signetur. Quibus quinque personis omne genus humanum quod in die iudicij futurum est, exprimitur. Et his dictis, praecedebat, ascendens Hierosolyma. Finita parabola ascendit Hierosolyma, ut ostendat de eiusdem maxime ciuitatis euentu parabolam fuisse praemissam, quae non longo post tempore & ipsum occisura, & ob odium regni eius hostili sit clade peritura.

Cap. 79.

Bethphage. Bethania.

Asina cum pullo.

Concord. Euang.

Factum est cum appropinquasset ad Bethphage & Bethania, ad montem qui uocatur Oliueti, misit duos discipulos suos dicens: Ite in castellum quod contra uos est. Bethphage erat uiculus sacerdotum in monte Oliueti. Bethania quoque uiculus siue ciuitas in latere montis eiusdem, quasi stadijs quindecim ab Hierosolyma, sicut Ioannes Euangelista manifestat, ubi Lazarus est suscitatus a mortuis. Cuius & monumentum Ecclesia nunc ibidem constructum demonstrat. Bethphage autem domus buccae, Bethania domus obedientiae dicitur. Quas Hierosolyma uenturus Saluator praesentiae suae dignatione sublimauit, quia multos ante passionem suam docendo, donis pie confessionis & obedientiae spiritualis impleuit. Quae pulchrae ciuitates in monte Oliueti positae referuntur, hoc est in ipso Domino, qui nos unctioe spiritualium charismatum, & scientiae pietatisque luce refouet. Vnde alibi diceret, Non potest ciuitas abscondi supra montem positam, continuo subiecit: Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio: quia idem mons Oliueti, id est summus spiritualium distributor gratiarum, qui ciuitatem suam ut emineat exaltat, hanc quoque oleo exultationis ut lucere possit inflammat. Et quia idem lumem sub modio ponere noluit, misit discipulos in castellum quod contra eos erat, id est doctores, qui indocta ac barbara totius orbis litora, quasi contra positi castelli moenia Euangelizando penetrarent, destinare curauit. Recte autem duo mittuntur, siue propter scientiam ueritatis, & munditiam operis, seu propter geminam dilectionis, Dei uidelicet & proximi sacramentum, toto orbe praedandum. In quod introeuntes, inuenietis pullum asinae alligatum, cui nemo unquam hominum sedit. Soluite illum & adducite. Et si quis uos in terro gauerit quare soluitis, sic dicetis ei, quia Dominus opera eius desiderat. Introeuntes mundum praedicatorum inueniunt populum nationum per fidem uinculis irretitum. Funiculis enim peccatorum suorum unusquisque constructus erat, nec solum nationum, sed & Iudeorum. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Vnde bene apud Matthaeum asina quoque cum pullo alligata reperitur. Asina quippe quae subiugata fuit, & edomita iugum legis traxerat, synagoga significat: pullus asinae lasciuus & liber, populum nationum demonstrat. Cui nemo unquam hominum sedit, id est nemo rationabilium doctorum frenum correptionis, quo uel linguam a malo cohibere, uel in arctam uitae uiam ire cogere, nemo indumenta salutis, quibus spiritualiter calefieret, utilia stradendo contulerat. Sed et nanque illi homo, si qui ratione utens eius stulta deprimendo corrigeret. Vnde non immerito possunt duo discipuli ad exhibendam Domino animalia destinari, iuxta parabolam superioris exemplum, duo predicatorum ordines, unus in gentes, alter in circumsionem directus intelligi. Et notandum quod tres Euangelistae, qui Graeco sermone scripsere, pullum tantum

modo commemorant. Mattheus uero solus qui Hebraeis hebraeque suum Euangelium descripsit eloquio, asinam quoque solutam & domi no refert adductam, ut eiusdem etiam gentis Hebraeae si poenituerit non desperadam monstret esse salutem. Soluite (inquit) & adducite. Quaecunque enim solueritis super terram, erunt soluta & in caelis. Abierunt autem qui missi erant, & inuenerunt sicut dixit illis stantem pullum. Marcus scribit, pullum ante ianuam foris in biuio inuentum, lanua autem ipse qui ait: Ego sum ianua ouium, per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. Quibus uitae pascuis iste pullus, id est populus gentium carebat, quando adhuc extra hanc ianuam in biuio ligatus stabat. Et recte in biuio, quia non unam certus uitae fidei uiam tenebat, sed plures dubiosque sectarum calles sequebatur erroneus. De quibus apte sub iungitur: Soluentibus autem illis pullum dixerunt domini eius ad illos: Qui soluitis pullum? Multos quippe habebat dominos, qui non uno dogmati & superstitioni deditus, sed pro libitu immundorum spirituum ad uarios diuersosque miser raptabatur errores, ad simulacra muta pro ut dicebatur incedens. Denique uernacula quaedam scripturae consuetudine commune esse dicitur quod immundum est, sicut & ad Petrum uox de caelo dicit, Quod deus mundauit, tu comune ne dixeris. Quia qui sanctus est, solus Dei est, & cum nullo ei communis est. Qui autem peccator est & immundus, multorum est. Multi enim daemones possident eum, & ideo communis appellatur. At illi dixerunt: Quia dominus eum necessarium habet. Et dixerunt illum ad Iesum. Qui sol uendo pullo contradixerant, audito domini nomine quiescunt, quia magistrum errorum qui uenientibus ad salutem gentium doctoribus obfistebant, eatenus suas tenebras defendere, donec miraculis attestantibus uari possessoris ac domini uirtus emicuit. At postquam fidei dominicae potestas apparuit, cedentibus passim aduersariorum querelis, liber credentium coetus qui deum corde portet, adducitur. Etiam stantes uestimenta sua supra pullum imposuerunt Iesum. Vestimenta apostolorum uel doctrina uirtutum, uel edisseritio scripturarum, uel certe ecclesiasticorum dogmatum uarietates intelligi possunt, quibus illi corda hominum antenuda & frigida, quo Christo fessore digna fiant, operiunt. Eunte autem illo substernebant uestimenta sua in uia. Portante dominum asino, discipuli uestimenta in uia sternunt, quia proprii se corporis exuentes amictu uia simplicioribus dei famulis suo sanguine parant, ut uidelicet inoffenso gressu mearis. Hierosolyma quo Iesus ducit, incedant. Iesus enim asellum sedens Hierusalem tendit, quando uel uniuscuiusque fidelis animam regens, uidelicet iumentum suum ad pacis intimae uisionem ducit, uel etiam cum san-

ctae Ecclesiae uniuersaliter praesidet, eamque in supernae pacis desiderium accendit. Quia uerosternentes rō iuxta alios Euangelistas, non discipulitantum, sed & plurimi de turba sternebant uestimenta sua in uia, possunt per eos etiam hi designari qui exempla martyrum secuti corpora sua per abstinentiam edomant, ut domino iter ad mentem parent, uel exempla bona sequentibus prebeant. Et cum adpropinquaret iam ad descensum montis Oliueti, ceperunt omnes turbae descendentium gaudentes laudare Deum uoce magna. Descendente de monte Oliuarum domino gaudentes laudantesque turbae simul & ipsae descendunt, quia humiliato sua sponte misericordiae auctore, necesse est eos qui misericordia plurimum indigent, humilitatis eius uestigia quantum praualent imitari. Necessesse est inquam, nos intuentes quomodo Iesus de monte Oliueti descendit, id est cum in forma dei esset, humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, humiliemur & ipsi sub potestati manu eius, ut exaltari mereamur in tempore uisitationis. Super omnibus quas uiderant uirtutibus dicentes: Benedictus qui uenit rex in nomine domini. Multas quidem uirtutes domini uiderant, sed maxime Lazari resuscitationem quae nuper facta erat stupebant, testimonium perhibere turba quae erat cum eo quando illum uocauit de monumento & suscitauit a mortuis. Nam & propheta obuiam uenit ei turba, quia audierunt eum fecisse hoc signum. Notandum est enim, non nunc primum uenientem de Galilea Saluatore, id est ante quinque dies Paschae Hierusalem adisse, sed anno praeterito mense septimo illie ad diem festum scenophegiae uenisse, sicut Ioannes memorat, & exinde sex mensibus continuus, hoc est usque ad diem paschae quo passus est, modo Hierosolymis signa fecisse, & docuisse, modo montem Oliuarum ascendisse, modo Iudaea expulsus trans Iordanem abisse, modo in ciuitate deserti quae dicitur Effrem, mansisse cum discipulis, nunquam tamen id temporis Galilaeam fuisse reuersum. Super omnibus ergo, quas eum tanto tempore fecisse uiderant, uirtutibus turbae dei laudant dicentes: Benedictus qui uenit Rex in nomine domini, pax in caelo & gloriam excelsis. Benedictus autem qui uenit rex in nomine domini, sic potius accipiendum est, ut in nomine domini, in nomine dei patris intelligatur, quamuis possit intelligi etiam in nomine suo, quia & ipse Dominus est. Unde alibi scriptum est, Pluit dominus a domino. Sed uerba eius melius nostrum dirigunt intellectum, qui ait, Ego ueni in nomine patris mei, & non suscepistis me, alius ueniet in nomine suo, hunc suscipietis. Humilitatis enim magister est Christus, qui humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem. Non itaque amittit diuinitatem, quando nos docet humilitatem. Non autem rex Israel Christus ad exigendum tributum, uel

Domini pulli.

Commune quid.

Domini nominis auertitas.

Vestimenta apostolorum.

Rex Iudeorum dominus angelorum.

Inuidorum de mentia.

Lapides clamantes laudem Christi.

Cap. 80.

Fleuente domino. Hierosolymorum de scribitur subuersio. Fleuente domini causa.

uel ferro exercituum armatum hostesque uisibiliter debellandos, sed rex Israel quod mentes regat, quod in aeternum consulat, quod in regnum caelorum credentes, sperantes, amantesque perducatur. Dei ergo filius aequalis patri, uerbum per quod facta sunt omnia, quod rex esse uoluit Israel, dignatio est non promotio, miserationis indicium est non potestatis augmentum. Qui enim appellatus est in terra rex Iudaeorum, in caelis est dominus angelorum. Verum quia Christus in carne totius mundi propitiatio & hominum uidelicet & angelorum illuxit, pulchre sibi inuicem in eius laude dispensationis caelestia simul & terrena continent. Quo enim nascente caelestium uirtutum agmina, deum laudantia decantant: Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus, eo de mundi principe triumphauerunt, moxque se caelis reddituro, mortales uicelaudis reponunt, Pax in caelo & gloria in excelsis. Et quidam Pharisaeorum de turbis dixerunt ad illum: Magister increpa discipulos tuos. Mira inuidorum de mentia, quem magistrum appellandum non dubitant, quia uera doctorem nouerant, huius ipsi discipulos quasi melius edocti redarguendos autumant, eumque corrigere quos instituit suadet, quem signis adprobantibus Deum clarescere uident. Quibus ipse ait: Dico uobis, quasi si tacuerint, lapides clamabunt. Crucifixo Domino stabant omnes noti eius a longe, deum confiteri timebant quem fixum ligno uidebant, sed his tacentibus lapides & saxa regem qui uenit in nomine Domini, magno clamore canebant. Emisit enim spiritum, & ecce terra mota est, & petrae scissae sunt, & monumenta aperta sunt: quemque homines uel timore uel perfidia confiteri trepidant, huc durissima etiam elementa Deum mundi ac dominum aperto ore praedicant. Verum aliorum mysterio gentium nationes incredulas aliquid quando ac duricordes, lapidum nomine demonstrat, quibus ablato corde lapideo dedit cor carneum, hoc est sensibile & humanum quo Deum creatoremque suum credere, laudare, & cernere possent. Et si ergo turbae tacuerint hominum, lapides clamabunt, quia caecitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fiet.

Et ut appropinquauit, uidens ciuitatem fleuit super illam, dicens. Quia si cognouisses & tu. Quod fleuente domino illa Hierosolymorum subuersio describitur quae a Vespasiano & Tito Romanis principibus facta est, nullus qui Historiam euerisionis eiusdem legit ignorat. Sed quarendum prius est quid sit quod dicitur: Videns ciuitatem fleuit super illam dicens, quia si cognouisses & tu. Fleuit etenim pius redemptor ruinam perfidae ciuitatis, quam ipsa ciuitas non cognoscebat esse uerturam. Cui a fleuente domino recte dicitur, Quia si cognouisses & tu. subaudis fleueras, quae modo quia nescis quod imminet exultas. Unde & subditur: Et quidem in hac die tua quae ad pacem tibi.

Cum enim carnis uoluptatibus se daret, uentura mala non prospiceret, in die sua quae ad pacem ei esse poterat habebat. Cur uero bona presentia ad pacem habuerit, manifestatur, cum subditur: Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Si enim cordis eius oculis mala quae imminerent abscondita non essent, laeta in presentibus prosperis non fuisset. Cuius mox etiam poena quae de Romanis sicut praedixi principibus imminerebat, adiecta est cum dicitur: Quia uenient dies in te, & circumdabunt te inimici tui uallo. Et circumdabunt te & angustabunt te undique, & ad terram prosternebant te, & filios tuos qui in te sunt. Hoc quoque quod additur, Et non relinquent in te lapidem super lapidem. Etiam ipsa iam eiusdem ciuitatis transmigratio testatur, quia dum nunc in eo loco constructa est ubi extra portam dominus crucifixus fuerat, prior illa Hierusalem funditus euerfa. Cui ex qua culpa euerisionis suae poena fuerit illata subiungitur: Eo quod non cognoueris tempus uisitationis tuae. Creator quippe omnium per incarnationis mysterium hanc uisitare dignatus est, sed ipsa timoris & amoris illius recordata non est. Unde etiam per prophetam increpatione cordis humani laues caeli ad testimonium deducitur dum dicitur, Miluus in caelo cognouit tempus suum, turtur & hirundo & ciconia custodierunt tempus aduentus sui, populus autem meus non cognouit iudicium domini. Et ingressus in templum cepit eijcere uendentes in illo ementes, dicens illis: Scriptum est quia domus mea, domus orationis est. Qui enarrauit mala uertura, & protinus templum ingressus est, ut de illo uendentes & ementes eijceret, profecto innotuit, quia ruina populi maxime ex culpa sacerdotum fuit. Euerisionem quippe describens, sed uendentes & ementes in templo feriens, in ipso effectu sui operis ostendit, unde radix prodit perditionis. Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Qui ad accipienda munera in templo residebat, profecto quia quibusdam non dantibus laesiones exquireret dubium non erat. Domus ergo orationis spelunca latronum facta fuerat, quia ad hoc in templo adistere nouerat, ut aut non dantes munera studerent corporaliter persequi, aut dantes spiritaliter necare. Quia uero redemptor noster praedicationis uerba, nec indignis & ingratis subtrahit, postquam disciplina uigorem efficiendo peruersos tenuit, dontum mox gratiae ostendit. nam subditur, Et erat docens cotidie in templo. Haec iuxta historiam breuiter tractando transcurramus, nunc eadem moralitatem intellectu discutienda repetamus. Videns ciuitatem fleuit super illam, dicens: Quia si cognouisses & tu. Hoc semel egit cum perituram ciuitatem esse nunciauit. Hoc quotidie redemptor noster per electos suos agere nullatenus cessat, cum quosdam ex bona uita ad mores reprobos peruenisse considerat. Plangit enim eos, qui nesciunt cur planganur, quia iuxta Salomonis

Hierusalem euerfa funditus.

Euerisionis causa.

Observantes munera davorum.

Domus orationis spelunca latronum.

Moralis interpretatio.

Salomonis uerba, lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Qui si damnationem suam quæ eis imminet agnouissent, semet ipsos cum lachrymis delictorum plangerent. Et quidē in hac die tua, quæ ad pacem tibi. Suam hic diem habet anima peruersa, quæ transitorio gaudet in tēpore. Cui ea quæ ad sunt, ad pacem sunt, quia dum ex rebus temporalibus lætatur, dum honoribus extollitur, dum in carnis uoluntate resoluitur, dum nulla uenturæ poenæ formidine terretur, pacem habet in die sua, quæ graue damnationis suæ scandalum in die habebit aliena. Ibi enim affligenda est, ubi iusti lætabantur. Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Peruersa anima, rebus præsentibus dedita, in terrenis uoluptatibus resoluta, abscondit sibi mala sequentia, quia præuidere futura refugit, quæ præsentē lætitiā perturbent. Dumq; in præsentis uitæ oblectatione se deserit, quid aliud quam clausis oculis ad ignem uadit? Quia uenient dies in te, & circumdabunt te inimici tui uallo. Qui unquam sunt humanæ animæ maiores inimici, quam maligni spiritus? qui hanc a corpore exeuntem obsident, quam in carnis amore positam deceptoris delectationibus fouent. Quam uallo circumdant, quia ante mentis eius oculos reductis iniquitatibus quas perpetravit, hanc ad societatem suæ damnationis trahentes coarctant. Et circumdabunt te, & coangustabunt te undiq;. Maligni spiritus undiq; animam coangustant, quando ei non solum operis, uerum etiam locutionis, atq; insuper cogitationis iniquitates replicant, ut quæ prius se per multa dilatauit in scelere, ad extremum de omnibus angustetur in retributione. Et ad terram consternent te & filios tuos qui in te sunt. Tunc anima per cognitionem reatus sui ad terram consternitur, cum caro quam uitam suam credidit, redire ad puluerem urgetur. Tunc in morte filij illius cadunt, cum cogitationes illicitæ quæ modo ex illa prodeunt, in extrema uitæ ultione dissipantur, sicut scriptum est: In illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Quæ scilicet duræ cogitationes intelligi etiam per lapidum significationem ualent. Nam sequitur: Et non relinquēt in te lapidem super lapidem. Peruersa etenim mens cum peruerse cogitationi adhuc peruersiorē adjicit, quid aliud quam lapidem super lapidem ponit: Sed in destructa ciuitate super lapidem lapis non relinquitur, quia cum ad ultionem suam anima deducitur, omnis ab illa cogitationū suarum constructio dissipatur. Eo quod non cognoueris tempus uisitationis tue. Peruersam quoq; animā omnipotens Deus modis multis uisitare consueuit. Nam assidue hanc uisitat præcepto, aliquando autem flagelio, aliquando uerò miraculo, ut & uera quæ nesciebat audiat, & tamen adhuc superbiēs atq; contemnens, aut dolore compuncta reat, aut beneficijs deuicta malum quod

fecit, erubescat. Sed quia uisitationis suæ tēpus minime cognoscit, illis in extremo uitæ inimicis traditur, cum quibus in aeterno iudicio, damnationis suæ societate colligatur. Et ingressus in templū cœpit eijcere uendētes in illo & emētes. Sicut templū Dei in ciuitate est, ita in plebe fidelis uita religiosorum. Et saepe nonnulli religionis habitum sumunt, sed dum sacrorum ordinum locum percipiunt, sanctæ religionis officium in commercium terrenæ negotiationis tribuunt. Vendentes quippe in tēplo sunt, qui hoc quod quibusdam iure competit, ad præmium largiuntur. Iustitiam enim uendere est, hæc pro præmijs acceptione seruare. Emētes uerò in templo sunt, qui dum hæc perfoluere proximo quod iustum est nolunt, dumq; rem iure debitam facere contemnunt, dato patronis præmio, emunt peccatū. Quibus bene dicitur: Domus mea, domus orationis est. Vos autem fecistis eam speluncam latronum. Quia dum non nunquā peruersi homines locum religionis tenent, ibi malitiæ suæ gladijs occidunt, ubi uiuificare proximos orationis suæ intercessione debuerunt. Templum quoq; & domus Dei, est ipsa mens atq; conscientia fidelium, quæ si quando in læsione proximi peruersas cogitationes profert, quasi in spelunca latrones residēt, & simpliciter gradientes interficiunt, quando in eos qui in nullo rei sunt, læsionis gladios defigunt. Mens enim fidelium nō iam domus orationis, sed spelunca latronis est, quando relicta innocentia & simplicitate sanctitatis, illud cogantur agere unde ualeat proximis nocere. Sed quia contra peruersa hæc omnia uerbis redemptoris nostri per sacras paginas indefinēter instrui mur, nunc usq; hoc agitur quod factū fuisse prehibetur, cum dicitur: Et erat docens cotidie in templo. Cum enim mentē fidelium ad cauenda mala subtiliter erudit, cotidie ueritas in tēplo docet. Principes autem sacerdotum, & scribæ, & principes plebis querebant illi perdere, & non inueniebāt quid facerēt illi. Vel quia cotidie docebat in templo, uel quia latrones eiecerat de templo, uel quia ueniens illo quasi rex & dominus a tanta credentium turba laudem hymni cælestis acceptit, inuidi principes eum perdere querebant. Omnis enim populus suspensus erat audiens illum. Duobus modis potest intelligi, quia uel timentes populi tumultū non inueniebant quid facerent Iesu quem perdere disposuerunt; uel ideo Iesum perdere querebant, quia suo magisterio neglecto plures ad eum audiendū cōfluere cernebat. Liber interea paucis inueni quam pulchre legalis umbra paschæ, nostro uerò paschæ in quo immolatus est Christus, nō tantū mysterij, sed & tēporis ratione cōcordet. Decima (inquit) die mensis primi tollat unusquisq; agnū per familias domus suæ. Iuxta quem ritum tolletis & hœdū, & seruabitis eum usq; ad quartum decimum diem eiusdem mensis. Decima enim die mensis primi, id est ante

Templum dei etc.

Docens in templo.

Populum timebant principes.

est ante quinque dies Paschæ, sicut Ioannes Euangelista testatur, egrediens omnis populus in montem Oliuarum, tulit inde Dominum. Qui agnus est, quia uenit ut peccata tolleret, & peccatum in eo non est. Hœdus, quia peccati insimulatus est. Agnum domi intulerunt, qui gaudentes canebant. Benedictus qui uenit Rex in nomine Domini. Hœdum, qui contra zelantes aiebant: Magister increpa discipulos tuos. Agnum, populus omnis qui suspensus erat audiens illum. Hœdum, principes qui eum perdere cupiebāt. Quinq; autem dies ante pascha, id est a decima luna usq; ad quartam decimam, agnum siue hœdum immolaturi seruabant. Quia licet etiam tunc eius sanguinem sicutent, nemo tamen in eum misit manus, quia necdum uenerat hora eius. Agnum seruabant, qui libenter eius dictis auscultabant. Hœdum, qui insidiantes querebant capere aliquid ex ore eius ut accusarent eum. At uerò quarta decima die completa, id est declinata in uesperam, post quā corporis & sanguinis sui celebranda discipulis sacramenta contradidit, uenientibus qui eum comprehensum uincirent, cœpit impleri quod sequitur. Et immolabit eum omnis multitudo filiorum Israel ad uesperam. Stabant enim iuxta crucem Iesu non solum impij qui mortem eius deriderent, sed etiam sancti qui lugerent. Hæc paucis perstrinxisse libuit, quo moneremus lectorē omnia quæ deinceps ad passionem usq; domini sequuntur, ad agnū in domo retenti & ad occisionem parati pertinere figuram.

CAPVT XX.

I factum est in una dierum docente illo populum in templo, & euangelizante, conuenerunt principes sacerdotum & scribæ cum senioribus, & aiunt dicentes ad illum: Dic nobis in qua potestate hæc facis? Diuersis modis eandē quam supra calumniā struunt, quando dixerunt: In Beelzebub principe demoniorum, eijcit demonia. Quando enim dicunt, In qua potestate hæc facis: de Dei dubitant potestate, & subintelligi uolunt diaboli esse quod faciat. Addentes quoq;, Aut quis est qui dedit tibi hæc potestatem? Manifestissime Dei filium negant, quem putant non suis, sed alienis uiribus signa facere. Respondens autem dixit ad illos: Interrogabo uos & ego unum uerbum. Respondete mihi. Baptismū Ioannis de cælo erat, an ex hominibus? Poterat dominus aperta responsione tentatum calumniā confutare, sed prudenter interrogat ut suo uel silentio uel sententiā condemnentur. At illi cogitabāt inter se dicētes: Quia si dixerimus, de cælo, dicet: quare ergo nō credidistis ei? Quem confitemini de cælo habuisse prophetiā mihi testimonium perhibuit, & ab illo audistis in qua ergo ista faciam potestate. Si autē dixerimus, ex hominibus: plebs uniuersa lapidabit nos. Certi sunt enim Ioannem prophetam esse. Viderunt ergo quodlibet ho-

Quæ sequuntur qualia sunt

Cap. 21.

Christum negant Iudei esse filium Dei.

Pharisæorum perperam.

rum respondissent, in laqueū se casuros, timentes lapidationem, sed magis timentes ueritatis confessionem. Et responderunt se nescire unde esset. Et Iesus ait illis: Neq; ego dico uobis in qua potestate hæc facio. Non uobis dico quod scio, quia non uultis fateri quod scitis. Iustissime repulsi utiq; confusi abscesserūt, & impletum est quod in Psalmo per prophetā dicit Deus pater: Paraui lucernā Christo meo, id est ipsum Ioannē. Inimicos eius induam confusionem. Notandum autem quia duas ob causas maxime scientia ueritatis est occultanda quærentibus, cum uidelicet is qui quærit aut minus capax est ad intelligendū quod quærit, aut odio uel contemptu ipsius ueritatis indignus est cui debeat aperiri quod quærit. Quorum propter unum dominus ait, Adhuc multa habeo uobis dicere, sed non potestis illa portare modo. Propter aliud uerò discipulis præcipit: Nolite dare sanctum canibus, neq; mittatis margaritas uestras ante porcos.

Lucerna Ioannes.

Cœpit autē dicere ad plebem parabolam hanc. Homo plantauit uineam, & locauit eam colonis, & ipse peregre fuit multis temporibus. Docente domino populum & euangelizante, conuenerunt principes sacerdotum & scribæ cum senioribus, & interrogauerunt tentantes in qua potestate signa faceret. Quibus sua arte superatis, dominus quæ cœperat exsequitur. Siquidem & illis audientibus, plebē magis quod uerba sua libentius audiat alloquitur. Parabolam scilicet inferēs quæ & illos impietatis arguat, & ad gentes regnum dei doceat transferendū. Homo ergo qui plantauit uineā, ipse est qui iuxta aliam parabolam conduxit operarios in uineā suam. Uinea enim Domini Sabaoth, domus Israel est. Coloni ijdē sunt operarij, qui ad excolendam uineam, hora prima, tertia, sexta, & nona dicitur esse conducti. Ipse autē peregre fuit, non loci mutatione. Nam deus unde abesse potest, qui loquitur, Cælum & terrā ego impleo, & alibi, Ego deus appropinquans, & non de longinquo dicit dominus? Sed abire dicitur a uinea, ut uinitoribus liberū operandi arbitriū derelinquat. Cui simile est, quod locata colonis uinea per Esaiam dicit: Et expectaui ut faceret uuas, & fecit labruscas. Et in tempore misit ad cultores seruū ut de fructu uineæ darent illi. Qui casum dimiserunt eum inanē. Bene tempus fructuū posuit, nō prouentuū. Nullus enim fructus extitit Iudeorū, nullus huius uineæ prouentus, tamen crebro ac sollicitæ quæreretur, inuentus est. Seruus ergo qui primo missus est, ipse legifer Moses intelligitur. Qui quadraginta annos cōtinuos, fructū aliq; legis quā dederat a cultorib; inquirebat, sed cegum eum dimiserunt inanē. Irritauerūt enim Moſen in castris, & Aaron sanctū dñi. Et uexatus est Moſes propter eos, quia exacerbauerunt spiritū eius. Qui et ipse seruus quid de fructu uineæ sentiat, palam carmine declarat dicēs, ex uinea em Sodomorū uitis eorū, & propago eorū ex Gomorra. Uua eorum

Cap. 22.

Regnum dei ad gentes transferendum. Uinea Domini.

Cæsus uexatus, non occisus.

Deut. 32. eorum uita fellis, botrus amaritudinis ipsius. Furor draconum uinum eorum, & furor aspidum insanabilis. Et addidit alterum seruum mittere. Illi autem hunc quoque caedentes & afficientes contumelia, dimiserunt inanem. Seruus alter Dauid propheta regemque significat. Qui post Moysen missus est, ut colonos uineae post edicta legalia, psalmodiae modulatione, & dulcedine citharae, ad exercitium boni operis excitaret. Nam & ipse Dauid quo cor populi ad superna suspenderet, interitus carnalium uictimarum, laudes domini continuas suauis melodia decantari constituit. Sed & hunc affectum contumelia, dimiserunt inanem. Dicentes enim, Quae nobis pars in Dauid, aut quae hereditas in filio Isai? regnum simul Dauid ignobili stirpe, & religio nem impietate mutarunt. Attamen ille pro hac uinea, quae de Aegypto translata Palaestinae montes sua umbra protexit, ne funditus exterminetur exorat. domine deus uirtutum conuertere nunc, respice de caelo, & uide, & uisita uineam istam, & dirige eam quam plantauit dextera tua. Vbi pariter exponit qui sit homo ille qui hanc uineam plantauit, dominus scilicet Deus uirtutum. Et addidit tertium mittere, qui & illum uulnerantes eiecerunt. Tertium seruum, prophetarum chorum intellige, qui continuis attestationibus populum conuenerint, & quae huic uinea uentura imminerent mala, praedixerint. Sed quem prophetarum non sunt persecuti? & occiderunt eos qui praenunciabant de aduentu iusti. Et hi autem multa de huius uineae sterilitate dixerunt, sed unius Hieremiae planctum ponere sufficiat. Ego autem (inquit) plantauit uineam electam, omne semen uerum, Quomodo ergo conuersa es in prauum, uinea aliena? Pro cuius uineae uisione, ne uidelicet in ea siue pro ea fragilis et infirma citoque periturae stauitatis holus nasceretur, Naboth lezraeliten non modo uulneratum, uerum etiam legitimum extititum. Cuius & si nullum propheticum dictum accipimus, tamen propheticum factum, quia multos pro hac uinea futuros martyres proprio sanguine prophetauit. His sane tribus seruorum gradibus omnium sub lege doctorum figuram posse comprehendere, Dominus alibi manifeste prodit, dicens: Quoniam necesse est impleri omnia quae scripta sunt in lege Moysi, & prophetis, & psalmis de me. Dixit autem dominus uinea: Quid faciam? mittam filium meum dilectum. Forsitan cum hunc uiderint uerebuntur. Quod Dominus uinea dubitauerit & non deliberatio modo loqui dicitur, non de ignorantia uenit. Quid enim nesciat dominus uineae qui hoc loco deus pater intelligitur? Sed semper ambigere dicitur Deus, ut libera uoluntas homini referretur. Quem cum uiderent coloni, Principes cogitauerunt inter se dicentes: Hic est haeres, occidamus illum Iudaeorum ut nostra fiat hereditas. Manifestissime dominus nouisse probat Iudaeorum principes non per ignorantiam, sed per inuidiam crucifixisse filium Dei.

Intellexerunt enim hunc esse cui dictum est: Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam. Et propterea quasi sibi consulentes aiebant: Ecce mundus totus post eum abijt, & si dimittimus eum sic, omnes credent in eum. Haec hereditas ergo filij, Ecclesia est cuius ei data de gentibus, quam non moriens illi pater reliquit, sed ipse sua morte mirabiliter adquisiuit, quia resurgendo possedit. Hanc autem decessoreo mali coloni praeripere moliebantur, cum crucifigentes eum Iudaei fidem quae per eum est extingueret, & suam magis quae ex lege est iustitiam praefere, ac gentibus imbuendis conabantur inferre. Et eiecit illum extra uineam occiderunt. Extra uineam haeres uineae trucidatur, quia Iesus ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Siue eiecit extra uineam & occisus est, quia prius ab incredulorum corde repulsus, ac deinde cruci adductus est. In cuius figuram, Moyses altare holocausti in quo uictimarum sanguis funderetur, non intra tabernaculum, sed ad hostium posuit, mystice docens, quia & dominicae crucis altare extra Hierosolymorum portam ponendum, & ipse uera patris hostia Christus, a domo Iudaeorum quam sanctificaturus adierat, non intimo corderecipiendus, sed foris esset suo cruore tingendus. Quod uero secundum Marcum mutato ordine dicitur, Et apprehendentes eum occiderunt, & eiecerunt extra uineam: notat eos pertinaciam, qui nec crucifixo & resuscitato a mortuis Domino praedicantibus Apostolis credere uoluerunt, sed quasi cadaver uile proiecerunt. Quia quantum in se erat, a suis eum finibus excludentes, gentibus suscipiendum dederunt. Quid ergo faciet illis dominus uineae? Veniet & perdet colonos istos & dabit uineam alijs. Quo audito, dixerunt illi, absit. Contradixerunt sententiae domini, quia contra suam perfidiam esse cognouerunt. Intelligebant enim parabolam non merito sanctitatis ad capiendam mysterij uerba iam parati, sed malitiae flammis, ad agenda quae dicebantur accensi, atque ideo quae in mente habuerant, quamuis in parabolis dicta, quasi iam olim meditata cognoscere parati. Negantibus ergo Iudaeis istum fore scientiam diuinae legis quam ipsi spernebant, ad gentes transferri, quid saluator respondet intueri: Ille autem aspiciens eos ait: Quid est ergo hoc quod scriptum est, Lapidem quem reprobauerunt edificantes hic factus est in caput anguli? Quomodo (inquit) implebitur haec propheta, quae lapidem ab aedificantibus reprobatum, in caput anguli dicit esse ponendum, nisi quia Christus a uobis reprobatus & occisus, creditur est gentibus praedicandus: ut quasi lapis angularis duos condens in semetipsum, ex utroque populo unum sibi fidelium ciuitatem, unum templum aedificet. Eisdem enim synagogae magistris quos supra colonos dixerat, nunc edificantes appellat, quia qui subdita sibi plebem ad ferendos uitae fructus

Hereditas filij, ecclesiae

Christus extra portam passus

Abnuunt Iudaei

Lapis reprobatus

fructus quasi uineam excolere, ipsi hanc deo in habitatore dignam quasi domum construere & ornare iubebantur. Unde & Apostolus fidelibus scribens ait: Dei agricultura, dei aedificatio estis. Sed qui uinea dei fructum negare quasi agricolae mali, idem quasi mali caementarij domui dei lapidem preciosum electum, qui uel in fundamentis uel in angulo ponendus erat subtrahere, hoc est fidem Christi auditibus suis conabantur enipere. Sed illis licet nolentibus, idem lapis caput anguli firmavit, quia de utroque populo, quotquot ipse uoluit, sua fide coniunxit. Omnis qui ceciderit supra illum lapidem conuassabitur. Supra quem autem ceciderit, conuinet illum. Aliud est offendere Christum per mala opera, aliud negare per impietatem. Qui peccator est, & tamen illi credit, cadit quidem super lapidem & conuassatur, sed non omnino conuiniuit. reseruatur enim per sapientiam ad salutem. Supra quem uero ille ceciderit, hoc est cui lapis ipse irruerit, & qui Christum penitus negarit, conuinet eum, ut ne testa quidem remaneat in qua hauriatur aquae pusillum. Siue de ijs dicit quod cadunt super eum, qui illum modo contemnunt uel in iuris afficiunt. Ideo nondum penitus intereunt, sed tamen coquassantur, ut non recti ambulent. Supra quos autem cadit, ueniet illis desuper in iudicio cum poena perditionis. Ideo dixit conuinet eos, ut sint impij tanquam puluis quem proicit uentus a facie terrae.

Cap. 23. Et quarebant principes sacerdotum & scribae mittere in illum manus illa hora, & timuerunt populum. Cognouerunt enim quod ad ipsos dixerit similitudinem istam. Principes sacerdotum & scribae quasi mentientem contra se dominum querebant interficere, sed hoc idem quaerendo docebant uera esse quae dicebat. Ipse quippe est haeres, cuius iniustam necem aiebat esse uindicandam. Illi nequam coloni, qui ab occidendo dei filio ad modicum quidem timore humano retardari donec ueniret hora eius, nunquam uero diuino amore potuerunt cohiberi. Moraliter sane intellectu, cuius fidelium cum mysterium baptismi quod exerceat operando committitur, quasi uinea quam excolat locatur. Mittitur seruus unus, alter, & tertius qui de fructu accipiant, cum lex, psalmodia, prophetia, quarum monitione bene agendo sequatur, legitur. Sed misus seruus contumeliosus affectus uel caesus efficitur, cum sermo auditus uel contentitur, uel quod peius est etiam blasphematur. Missum insuper heredem quantum in se est occidit, qui & filium dei conculcauerit, & spiritui gratiae quo sanctificatus est contumeliam fecerit. Perdito malo cultore uinea dabitur alteri, cum dono gratiae quod superbus spreuit, humilis quisque ditabitur. Sed & hoc quod principes sacerdotum & scribae manum mittere quaerentes in Iesum terrore populi retinetur, cotidie geritur in ecclesia, cum quilibet solo de nomine frater eam quam

Offendere Christum. Negare Christum.

Cap. 23. Princ. sacer. facto suo Christi uerba approbant

Moraliter de uinea.

non diligit ecclesiasticae fidei ac pacis unitatem, propter cohabitatum fratrum bonorum multitudinem uel erubescit uel timet impugnare. Qui tamen sicut de stultissima auium struthione dominus ait, cum tempus fuerit, in altum alas eriget, quia persequedo ecclesiam, quasi domum cruci addiceret, & ostentui gaudebit habere. Et obseruantes miserunt insidiatores, qui se iustos simularent, ut caperent eum in sermone, & traherent illum principatum & potestati praesidis. Quarentes dominum comprehendere principes sacerdotum & scribae, timuerunt populum, atque ideo quod per se non poterant, praesidis manibus efficere tentabant, ut uelut ipsi a morte eius uiderentur immunes. Nuper enim sub Caesare Augustus Iudaea subiecta Romanis, quando in toto orbe est celebrata descriptio, stipendiaria facta fuerat, & erat in populo magna seditio, dicentibus alijs pro securitate & quiete, qua Romani pro omnibus militarent, debere tributa persolui. Pharisaes uero qui sibi adplauderent iustitiam, econtrario nitentibus, non debere populum dei qui decimas solueret, & primitiua daret, & caetera quae in lege scripta sunt, humanis legibus subiacere. Cuius seditio ad deo fomes inualuit, ut post domini passionem insistentibus sibi Romanis, patriam, gentem, & regnum, non bile illud cum sua religione templum, imo ipsam lucem perdere quam tributa pendere maluerint. Et interrogauerunt illum dicentes: Magister, scimus quia recte dicis & doces, & non accipis personam, sed in ueritate uiam dei doces. Licet nobis dare tributum Caesari, an non? Blanda & fraudulenta interrogatio illuc prouocat respondentem, ut magis Deum quam Caesarem timeat, & dicat non debere tributa solui, ut statim audientes ministri praesidis qui iuxta alios Euangelistas aduuisse leguntur, seditiois contra Romanos principem teneant. Considerans autem dolum illorum, dixit ad eos: Quid me tentatis? ostendite mihi denarium, cuius habet imaginem & inscriptionem. Sapientia semper sapienter agit, ut suis potissimum tentatores sermonibus confutentur. Ostendite mihi (inquit) denarium. Hoc est genus nummi, quod pro decem nummis imputabatur, & habebat imaginem Caesaris. Qui autem putant interrogationem saluatoris ignorantiam esse, & non dispensationem, discant ex praesenti loco, quod utriusque potuerit scire Iesus, cuius imago esset in nummo, sed interrogat, ut ad sermonem eorum competenter respondeat. Respondentes dixerunt, Caesaris. Et ait illis: Reddite ergo quae Caesaris sunt Caesari, & quae dei sunt deo. Caesarem non putemus Augustum, sed Tiberium significari priuignum eius, qui in loco successerat uitrici, sub quo & passus est dominus. Omnes autem reges Romani a primo Caio Caesare qui imperium arripuerat, Caesares appellati sunt. Porro quod ait, Reddite quae sunt Caesaris Caesari, nummum, & tributum, & pecunia: & quae sunt dei deo, de-

Augustus Iudaeis imperat.

Perfida interrogatio.

Denarius

Interrogandi ratio.

Tiberius imperat. Caesares. Reddite quae sunt Caesaris Caesari.

cimas, primitias, oblationes, ac uictimas sentia mus. Quomodo & ipse reddit tributa pro se & Petro, & deo reddit quae dei sunt, patris faciens uoluntatem, Aliter, Reddite quae Caesaris sunt Caesar, & quae dei sunt deo. Quemadmodum Caesar a uobis exigit impressionem imaginis suae, sic & deus, ut quemadmodum illi reddi- tur nummus, sic deo anima lumine uultu eius illustrata atque signata. Vnde Psalmista: Signa- tum est (inquit) in nobis lumen uultus tui do- mine. Hoc quippe lumen est totum hominis, & uerum bonum, quod non oculis sed mente conspicitur. Signatum autem dixit in nobis, tanquam denarius signatur regis imagine. Ho- mo enim factus est ad imaginem & similitu- dinem Dei, quam peccando corrumpit. Bonum ergo eius est uerum atque aeternum, si renas- cendo signetur. Et non poterunt uerbum eius re- prehendere coram plebe, & mirati in responsis eius tacue- runt. Qui credere debuerant ad tantam sapien- tiam, mirati sunt quod calliditas eorum insidiam- din non inuenisset locum.

Cap. 8.4. Hereses Iudaeorum. Pharisei. Deuterose. Sadducei.

Accesserunt autem quidam Sadduceorum qui ne- gant esse resurrectionem. Duae erant here- ses in Iudaeis, una Phariseorum, & altera Sad- duceorum. Pharisei traditionum & obserua- tionum, quas illi deuteroseis uocant, iustitiam praeferebant. Vnde & diuisi uocabantur a po- pulo. Sadducei autem qui interpretantur iusti, & ipsi uindicabant sibi quod non erant. Pri- oribus & corporis & animae resurrectionem cre- dentibus, confidentibusque angelos & spiritus, sequentes iuxta acta apostolorum omnia dene- gabant. Et interrogauerunt eum dicentes: Magister, Mo- ses scripsit nobis, si frater alicuius mortuus fuerit habes uxorem, & hic sine filiis fuerit, ut accipiat eam frater eius uxorem, & suscipiat semen fratri suo. Vide distantiam lite- re & spiritus. Iuxta literam nubere cogitur in uita, ut defuncti semen excitet frater, spiritus autem magister est castitatis. Septem ergo fratres erant, & primus accepit uxorem, & mortuus est sine filiis. Et sequens accepit illam, & ipse mortuus est sine filio. Et tertius accepit illam. Similiter & omnes septem, & non reli- querunt semen, & mortui sunt. Nouissima omnium mortua est & mulier. Qui resurrectionem corporum non credebant, animam iudicantes interire cum cor- poribus, recte istiusmodi fingunt fabulam, quae deliramenti arguat eos qui resurrectionem ad- serant mortuorum. Potest autem fieri, ut uere in gente eorum aliquando hoc acciderit. In resurrectione ergo cuius eorum erit uxor? si quidem septem habuerunt eam uxorem. Turpitudinem fabulae opponunt, ut resurrectionis denegent uerita- tem. Verum mystice septem hi fratres sine filiis defuncti reprobis quibusque congruunt, qui per totam huius saeculi uitam, quae septem diebus uoluitur, a bonis operibus steriles existunt. Qui bus uinitim morte misera praereptis, ad ulti- mum & ipsa mundana conuersatio, quam illi sine uitali opere transegerant, quasi uxor in-

Literae & spiritus di- stantia.

Mystice.

foecunda transibit. Et ait illis Iesus: Filij saeculi hu- ius nubunt, & traduntur ad nuptias. Cum Dominus dicat, Nolite dare sanctum canibus, neque mit- tatis margaritas uestras ante porcos, quod ipse quaedam uel hic de gloria resurrectionis, uel alibi de dispensationis aut etiam diuinitatis sue mysterio dixisse inuenitur, quae multi qui ade- rant uel resistendo uel contemnendo non ac- ceperunt, non putadus est sanctum dedisse ca- nibus, aut margaritas misisse ante porcos. Non enim eis dedit qui capere non poterant, quos propter aliorum inmunditiam, negligi non oportebat. Et enim cum tentatores interroga- bant, respondebatur illis ita ut quid contradi- cerent non haberent, quamuis uenenis suis con- tabescerent potius quam illius cibo saturaren- tur, alij tamen qui poterant capere, ex illorum occasione multa utiliter audiebant. Illi autem qui digni habebuntur saeculo illo & resurrectione ex mor- tuis, neque nubunt, neque ducunt uxores. Non ita in- telligendum est, quasi digni tantum uel resurre- cturi, uel sine nuptijs futuri sint, indigni au- tem id est peccatores uel minime resurrecturi, uel ad nuptias resurrecturi sint credendi: sed ita potius sentiendum quod omnes & resurrecturi, & absque nuptijs sint in saeculo illo mansuri. Dominus autem saluator ut ad gloriam resurre- ctionis animos excitaret, inquirendam de ele- ctis solummodo uoluerit facere sermonem. Si autem in resurrectione neque nubunt neque ducunt uxores, resurgunt ergo corpora quae possunt nubere & ducere uxores, hoc est foecundarum & uiuorum certis discreta membra speciebus, sed nulla concumbendi uoluptate uel necessitate mancipata. Nemo quippe dicit de lapide & arbore & his rebus quae non ha- bent membra genitalia, quod non nubant ne- que ducant uxores, sed de his qui cum possunt nubere, tamen alia ratione non nubunt. Neque enim ultra mori poterunt. Quia conubia propter fi- lios. Filij propter successorem. Successio pro- pter mortem. Vbi ergo mors non est, neque conu- bia. Aequales enim angelis sunt, & filij sunt dei, cum sint filij resurrectionis. Aequales angelis & filij sunt dei, qui gloria resurrectionis innouati, sine ul- lo mortis metu, sine ulla labe corruptionis, sine ullo terreni status actu, perpetua Dei uisione fruuntur, ad quam necesse est angelicae digni- tatis aequalitatem quisquis tunc ascendere de- siderat, nunc minimis fratribus condescendat. Quia uero resurgant mortui, & Moses ostendit secus ru- bum, sicut dicit dominum Deum Abraham, & deum Isaac, & deum Iacob. An comprobendam resurrectio- nis ueritatem multo alij manifestioribus exem- plis uti potuit, e quibus est illud: Suscitabuntur mortui, & resurgent qui in sepulchris sunt. Quae ritur itaque, quid sibi uoluerit Dominus hoc proferre testimonium, quod uidetur ambiguum uel non satis ad resurrectionis pertinet uerita- tem. Sed Sadducei quinque tantum libros Mo- si recipiebant,

Sanctum non dedit dominus canibus &c.

Resurgete omnes

Resurgete in suo quisque sexu

Connubia quare fi- ant.

Aequales angelis.

Resurre- ctionis pro- bationes

Sadducei prophetias non recipiunt.

Animae immortales.

Inuidiae malum. Cap. 8.5.

Interrogatio Christi nobis uti- lis.

Filius non minus potens quam pater.

Vestium luxus taxatur. Salutari in foro.

si recipiebant, Prophetarum uaticinia respuen- tes. Stultum ergo erat inde proferre testimo- nia, quorum auctoritate non sequebantur. Por- ro ad aeternitatem animarum probandam, de Mose ponit exemplum: Ego sum deus Abra- ham, & deus Isaac, & deus Iacob. statimque in- fert: Deus autem non est mortuorum, sed uiuorum. Ut cum probauerit animas permanere post mor- tem, quod illi inter caetera negabant (neque enim poterat fieri, ut eorum esset deus qui nequa- quam subsisterent) consequenter introduce- retur & corporum resurrectio, quae cum ani- mabus bona malaue gesserunt. Omnes enim ui- uunt ei. Omnes uidelicet illi quorum dominus est deus. Viuunt ei, uita utique uera, qua iusti ui- uunt etiam quando corpore moriuntur. De qua alibi dominus ait: Qui credit in me, etiam si mor- tuus fuerit, uiuet. Crede ergo, & si mortuus fue- ris uiues. Si autem non credis, & cum uiuis mor- tuus es. Vidua enim quae in delicijs est, uiuens mortua est. Respondentes autem quidam Scribarum dixerunt: Magister bene dixisti. Et amplius non audebant eum quicquam interrogare. Principes sacerdotum, Sadducei, & Scribae quarentes occasionem ca- lumniae, & uerbum aliquod inuenire quod pa- teret insidijs, quia in sermonibus confutati sunt, ultra non interrogant, sed apertissime compre- hensum Romanae tradunt potestati. Ex quo in- telligimus uenena inuidiae posse quidem supe- rari, sed difficile conquiescere. Dixit autem ad illos: Quomodo dicunt Christum fi- lium Dauid esse, & ipse Dauid dicit in libro Psalmo rum, Dixit dominus domino meo se de dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Dauid ergo dominum illum uocat, & quomodo filius est? Interroga- tio Iesu nobis proficit usque hodie contra Iu- daeos. Et hi enim qui consentunt Christum esse uenturum, hominem simplicem & sanctum uiuum adserunt de genere Dauid. Interroge- mus ergo eos docti a domino, si simplex homo est, & tantum filius Dauid, quomodo Dauid tro- cet eum dominum suum? Non autem reprehenduntur, quia Dauid filium dicitur, sed quia dei filium non credunt. Si quidem ipse & dominus Dauid est, Deus ante tempora manendo, & fi- lius Dauid apparuit homo in temporum fine nascendo. Quod autem a patre subicitur inimi- ci, non infirmitatem filij, sed unitatem natu- rae qua in altero alter operatur significat. Nam & filius subicit inimicos patri, quia patrem cla- rificet supra terram. Audiende autem omni populo, dixit discipulis suis: Attendite a Scribis qui uolunt ambula- re in stolis, & amant salutationes in foro, & primas cathedras in synagogis, & primos discubitus in conuiujs. Ambulare in stolis, cultioribus uestimentis indutos ad publicum procedere significat. In quo inter caetera diues ille qui epulabatur cotidie splen- dide, peccasse describitur. Notandum autem quod non salutari in foro, non primos sedere

uel discumbere uetat eos, quibus hoc officij or- dine competit, sed eos nimirum, qui haec siue habita, seu certe non habita, indebite amant, a fi- delibus quibusque quasi reprobos docet esse ca- uendos, animum uidelicet, non gradum, iuxta distinctione redarguens, quamuis & hoc cul- pa non careat, si isdem in foro litibus interesse, qui in cathedra Mosi synagogae magistri desi- rant appellari. Duplici sane ratione a uanae glo- riae cupiditate deterrere iubemur, ne scilicet eorum uel simulatione seducamur, aestimantes bona esse quae faciunt, uel emulatione inflamme- mur, frustra gaudentes in bonis laudari quae si- mulant. Qui deuorant domos uiduarum, simulantes longam orationem, hi accipient damnationem maiorem. Non tantum ait, Accipient damnationem: sed adiunxit, maiorem: ut insinuet etiam illos qui in angulis stantes orant, ut uideatur ab homi- nibus, damnationem in mereri. Sed eos qui haec prolixius, quasi religiosiores agendo, non so- lum laudes ab hominibus, sed & pecunias quae- runt, prolixiori damnatione peccandos. Sunt enim qui se iustos, & magni apud Deum ineri- ti simulant, ab infirmis quibuslibet & pecca- torum suorum conscientia turbatis, quasi pa- troni pro eis in iudicio futuri pecunias accipere non dubitant. Et cum porrecta manus pauperi preces iurare soleat, illic ob hoc, maxime in precibus, ut pauperi nummum tollant, perno- tant. Quibus illa Iudae maledictio non imme- rito congruit. Cum iudicatur, exeat condem- natus, & oratio eius fiat in peccatum. Condem- natus quippe cum iudicatur exit, & orationem suam in peccatum recipit, qui magnae nunc aesti- mationis apud homines habitus, in diuino nunc examine, non solum non pro alijs se interueni- re, sed nec sua sibi merita sufficere posse depre- hendit, imo ipsarum quibus humanum iudici- um sefellit precum inter crimina poenas luit.

Orantes ut laudem uel pecuniam acci- piant.

CAPVT XXI.



Esperans autem uidit eos qui mittebant munera sua in Gazophylacium diuites. Quia sermone Graeco φιλανθρωπία seruare dicitur, & gaza lingua Perlica diuitiae uocantur, Gazo- phylacium locus appellari solet, quo diuitiae seruantur. Erat autem arca, foramen habens desuper, posita iuxta altare ad dexteram ingrediebantur domum Domini, in quam mittebant sacerdotes, qui custodiebant ostia, omnem pecuniam, quae deferebatur ad templum Do- mini, atque instaurationem eiusdem templi, seruatur. Lege Verba dierum. Etiam nunc au- tem qui orantes in domum Domini discurrunt, ipse quoque dona ferentes respicit, & quem dignum uiderit laudat, quem reprobum dam- nat. Vidit autem & quandam uiduam pauperculam mittentem aera minuta duo, & dixit, Vere dico uobis, quia

Gaza. Gazophy- lacium.

Cor non uidua haec pauper plus quam omnes misit.] Hic nobis
 substantiam locum moraliter quidem intimat, quam sit ac-
 ceptabile deo quicquid bono animo obtuleri-
 mus, qui cornimirum & non substantiam pen-
 sat, nec perpendit quantum in eius sacrificijs,
 sed ex quanto proferatur, iuxta uero leges alle-
 goriarum, diuites qui in gazophylacium munera
 mittebant, ludaeos de iustitia legis elatos, por-
 ro uidua pauper Ecclesiae simplicitatem desi-
 gnat. Quae recte pauperula uocatur, quia uel
 superbiae spiritum, uel peccata tanquam mundi
 diuitias abiecit. Vidua uero, quia uir eius pro
 ea mortem pertulit, & nunc in caeli penetrali-
 bus ab eius oculis occultus, quasi in parte alte-
 rius regionis uiuit. Haec in gazophylacium aera
 minuta duo mittit, quia in conspectum diuinae
 maiestatis, qua nostri operis oblationes quali
 certo numero conscripta & consignata seruan-
 tur, siue dilectione dei & proximi, seu fidei ora-
 tionisq; suae munera defert, quae consideratu
 propriae fragilitatis minuta, sed merito pia de-
 uotionis accepta, cunctis superbiorum ludaeo-
 rum operibus praestant. Nam omnes hi ex abun-
 dantia sibi miserunt in munera dei. Haec autem ex eo quod
 deest illi, omnem uictum suum quem habuit misit.] Ex a-
 bundantia sibi ludaeus mittit in munera dei, qui
 de iustitia sua presumens, haec apud se orat. De
 us gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri
 hominum, raptores, inuisi, &c. Omnem au-
 tem uictum suum Ecclesia in Dei munera mit-
 tit, quae omne quod uiuit, non sui meriti, sed
 Dei esse muneris intelligit, dicens: Deus pro-
 pitius esto mihi peccatori. Et alibi: Fortitudi-
 nem meam ad te custodiam, quia tu Deus sus-
 ceptor meus, Deus meus, misericordia eius
 praerueniet me.

LIBER SEXTVS.

Feliciter lege.

Templum
in figuram
Christi &
ecclesiae co-
ditum.



Vm sapientissimum Regum Sa-
 lomon, in figuram Christi, &
 Ecclesiae templum domino con-
 deret, hoc quoque inter cetera
 non in decetibus figurarum
 praemonebat exemplis, quod
 adueniente tandem, & apparente rerum illa-
 rum, quae tunc umbratice signabantur ueritate
 ac luce, mox omnis illa umbratilis, ut ita dicam,
 & imaginaria compositio typonum esset peni-
 tus aufrenda. Post factam nanque de lapide,
 ligno, & auro incomparandi operis domum,
 misit, & in figuram credituri de gentibus po-
 puli tulit Hiram de Tyro, filium mulieris ui-
 duae: haud dubium quin illius, quae supra duos
 nummos in gazophylacium mittendo, plus o-
 mnibus misisse laudatur. De tribu (inquit) Ne-
 phthim, patre Tyrio, artificem aetarium, & ple-

Hiram.

num sapientia, & intelligentia, & doctrina. Om-
 nia autem uasa quae fecit Hiram regi Salo-
 moni in domo Domini, de aurichalco erant.
 In campestri regione Iordanis fudit ea Rex in
 argillosa terra. Qui enim omnia sua uasa non
 ductili, sed fusili opere fecit, prius nimirum
 ad similitudinem cuiusque uasis figmentum
 lutum formabat, necessarium quidem, donec o-
 pus uasis expleretur: uerum postea non modo
 nullis uisibus aptum, sed etiam ut profectio ua-
 sis appareret, absque ulla dubietate frangen-
 dum. Quasi ergo forma de argilla cerimoniae
 legales antecedunt, ut dona ueritatis Euange-
 licae quasi uasa de aurichalco succedant. Com-
 posita pro tempore testa uilis atteratur, ut ful-
 gor ornamentum permanens qui latebat osten-
 datur. Cinis uitalis qui inquinatos sanctifica-
 bat tollatur, & crux Christi quae mundum re-
 dimat, praedicetur. Incumbente tempore, quo
 mare aeneum, cuius unda uiuificatrice cuncti
 Ecclesiam intraturi baptizentur, quo colum-
 nae legis geminae, quae lilia pro capite gestan-
 tes Christo deuotarum ianuam hinc inde firmant
 ouium, quo his quinque luteris operum no-
 strorum ablucendis hostijs parati, quo innume-
 ra denique uasorum electionis milia ad mon-
 tem templi deferantur, soluitur argillosa terra,
 quae in campestri regione diuinus haec occulta
 tegebat. Hoc est imminente praeconio domini
 cae passionis, per quam recondita dudum litte-
 ra uelamento Ecclesiae sacramenta patefceret,
 labat paulatim, & destrui iam incipit illa caele-
 stium occultatrix umbra secretorum. Unde re-
 cte post oblationem uiduae pauperis, id est Ec-
 clesiae fidem Domini ore laudatam, Euangelis-
 ta sequitur adiunxit.

Et quibusdam dicentibus de templo quod lapidibus bo-
 nis & donis exornatum esset, dixit. Haec quae uidetis,
 uenient dies, in quibus non relinquetur lapis super lapidem,
 qui non destruat. Erat nanque prius Hierusa-
 lem urbs illa magna regalis, ubi templum fa-
 mosissimum deo fuerat extructum. Postea ue-
 ro quam uenit ille qui erat uerum templum Dei,
 & caelestis Hierusalem coepit aperire mysteria,
 deleta est illa terrena, ubi caelestis apparuit, &
 in templo illo, non remansit lapis super lapi-
 dem. Erat prius pontifex, sanguine taurorum
 & hircorum purificans populum, sed ex quo ue-
 nit uerus pontifex, qui sanguine suo purifica-
 ret credentes, nusquam est ille pontifex prior,
 nec ullus eirchicus est locus. Altare fuit prius,
 & sacrificia celebrabantur, sed ut uenit uerus
 agnus qui seipsum obtulit hostiam Deo, cun-
 cta illa uelut pro tempore posita cessauerunt.
 Propterea sane Diuina dispensatio procura-
 uit, ut & ciuitas ipsa, & templum, & omnia il-
 la pariter subuerterentur, ne qui forte adhuc
 paruulus & lactens in fide, si uiderit illa consta-
 re, dum sacrificiorum ritum, dum ministerio-

40

50

60

Cap. 87.

rum

Ministeria qui & ministri. rum ordinem adtonitru stupet, ipso diuersa-
 rum formarum raperetur intuitu. Sed prou-
 idens Deus infirmitati nostrae, & uolens multi-
 plicari ecclesiam suam, omnia illa subuertit fe-
 cit, & penitus aufert, ut sine ulla cunctatione
 illis cessantibus, haec esse uera, pro quibus in il-
 lis typus praecesserit, crederemus. Interroga-
 uerunt autem illum, dicentes: Praeceptor, quando haec e-
 runt? Et quod signum cum fieri incipient? Quia laudan-
 tibus quibusdam adificationes templi, domi-
 nus palam responderat haec omnia fore destru-
 enda, discipuli secreto sedente eo super mon-
 tem Oliueti, sicut Matthaeus Marcusq; testan-
 tur, tempus & signa praedictae destructionis in-
 terrogant. Qui dixit: Videte, ne seducamini. Multi
 enim uenient in nomine meo dicentes, quia ego sum, & tem-
 pus appropinquauit. Nolite ergo ire post illos. Multi
 imminente Hierosolymorum excidio princi-
 pes extiterunt, qui se esse Christos, tempus que
 libertatis iamiamq; appropinquare referent.
 Multi in ecclesia ipsis etiam temporibus Apo-
 stolorum haeresi archa prodiere, qui inter alia
 plurima ueritati contraria, diem Domini in-
 stare praedicarent. Quos Apostolus in episto-
 la ad Thessalonicenses damnat. Multi in no-
 mine Christi uenere Antichristi, quorum pri-
 mus est Simon Magus, cui sicut in Actis Apo-
 stolorum legitur, aufcultabant omnes qui in
 Samaria erant, a minimo usque ad maximum
 dicentes: Hic est uirtus dei, quae uocatur ma-
 gna. Eo quod multo tempore magicis suis de-
 menasserat eos. Cum autem audierit praedia & sedi-
 tiones, nolite terreri. Oportet primum haec fieri, sed non
 statim finis. Praedia, ad hostes pertinent. Sedi-
 tiones, ad ciues. Quae utraque a tempore do-
 minice passionis in populo Iudaeorum, qui si-
 bi pro Salvatore seditiosum latronem elegit,
 satis superq; constat abundasse. Sed his praedi-
 cationibus, apostoli in terra erant, ne Hiero-
 solyma Iudaeamque deserant, ammonentur.
 Quia uidelicet non statim finis, qui in quadra-
 gesimum potius differendum sit annum, id est
 desolatio patriae, supremumque urbis ac tem-
 pli sequatur excidium. Tunc dicebat illis: Sur-
 get gens contra gentem, & regnum aduersus regnum, &
 terrae motus magni erunt per loca, & pestilentiae, & fa-
 mes. Constat haec ante finem desolationis tem-
 pli, hoc est tempore Iudaicae seditionis, ad lite-
 ram contigisse. Potest autem regnum contra
 regnum, & pestilentia eorum, quorum sermo
 serpit, ut cancer, & fames audiendi uerbum
 Dei, & commotio uniuersae terrae, & a uera
 fide separatio, etiam in haereticis intelligi, qui
 contra se inuicem dimicantes, Ecclesiae uictori-
 am faciunt. Terroresq; de caelo, & signa ma-
 gna erunt. Et haec tempore eodem completa,
 quis que Iosephi historiam legent, inueniet.
 Nam & stella gladio similis ut perhibet, per
 annum totum supra Hierosolyma pendens,

Principes
se Christu
asserentes
haeresiar-
chae.

Simon Ma-
gus.

Praedia.
Seditio-
nes.

Heretico-
rum certa
tio.

Terrores
de caelo.

infausto trepidos ciues portento terrebat. Et
 curris itidem equites que armati, per aera dis-
 currere, ac morem bellantium imitari per dies
 quadraginta sunt uisi. Sed & uitalia sacrificijs
 admota, inter immolantium manus enixa est
 agnam. Quo autem haec merito contigerint,
 protinus subinfertur, cum dicitur: Sed ante
 haec omnia, inicient uobis manus suas, & persequentur,
 tradentes in synagogas & custodias, trahentes ad reges,
 & praesides propter nomen meum. Haec quippe lu-
 daice geti, uel sola, uel maxima causa exitij fue-
 rat, quia post Domini saluatoris occisionem,
 nominis quoque eius praecones simul & con-
 fessores impia crudelitate uexauit. Continua-
 get autem uobis in testimonium. Testimonium ui-
 delicet quorum, nisi eorum, qui aut persequen-
 do mortes inferunt, aut uidendo non imitan-
 tur? Mors quippe iustorum, bonis in adiuto-
 rium est, malis in testimonium, ut inde peruer-
 si sine excusatione pereant, unde electi exem-
 plum capiunt, ut uiuant. Sed auditis tot terro-
 ribus, turbari poterant infirmorum corda, at-
 que ideo consolatio adiungitur, cum protinus
 subinfertur: Ponite ergo in cordibus uestris, non
 praemeditari quemadmodum respondeatis. Ego enim da-
 bo uobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere &
 contradicere omnes aduersarij uestri. Ac si aperte
 membrs suis infirmantibus dicat: Nolite ter-
 reri, nolite pertimescere. Vos ad certamen ac-
 ceditis, sed ego praerior. Vos uerba editis, sed
 ego sum qui loquor. Trademini autem a paren-
 tibus, & fratribus, & cognatis, & amicis, & morte af-
 ficient ex uobis, & eritis odio omnibus propter nomen
 meum. Minorem dolorem mala ingerunt, quae
 ab extraneis inferuntur: plus uero in nobis ea
 tormentata uiuunt, quae ab illis patimur de quo-
 rum mentibus praesumebamus, quia cum dam-
 no corporis mala nos cruciant amissa charita-
 tis. Sed quia dura sunt quae praedicuntur de af-
 flictione mortis, protinus consolatio subdi-
 tur de gaudio resurrectionis, cum dicitur: Et
 capillus de capite uestro non peribit. Scimus, quia
 caro incisa dolet, capillus non dolet incisus. Ait
 ergo martyribus suis: Capillus de capite ue-
 stro non peribit, uidelicet aperte dicens: Cur
 timetis, ne pereat quod incisum dolet, quando
 & illud in uobis perire non potest quod incisum
 non dolet? Aliter Capillus de capite discipu-
 lorum Domini non peribit, quia non solum
 fortia quaeque gesta uel dicta Sanctorum, de
 quibus dicitur, Dominus custodit omnia ossa
 eorum, sed & uolatilium (ut ita dicam) ac tenuis-
 sima cogitationum fidelium superficies, quae
 de occulta cordis radice, quasi de cerebro cae-
 faries exit, apud iustum iudicem conseruata
 digna mercede donabitur. Vnderecte Pro-
 pheta, ut bonorum etiam cogitatum merita
 Domino, quam sint accepta, demonstrat. Et
 reliquiae (inquit) cogitationum, diem festum

Exitij Iua-
daeorum
causa.

Dolor
grauior a
necessarijs
infertur
quam ab
alijs.

Capillus
non peri-
bit.

Cogitatio
num obser-
uatio.

Nazarenii comati.

agent tibi. Vnde etiam Nazarenii in lege, tempore consecrationis comam nutrire iubentur, & nouacula super caput Samuelem non ascensisse perhibetur. At contra mulier captiua ut uiro Israelita nubere queat, mundatus a lepra ut Ecclesiae communicare mereatur, omnes sui corporis pilos praecipuntur eradere. Quia uidelicet omnis sapientium cogitatio, quae bona placens & perfecta est, saluatur in perpetuum, & apud dominum est merces eius. Stultorum uero praecorum, quasi Dei aspectibus indigna radix, operum cogitatio poenitendo debet excidi. Et in patientia uestra possidebitis animas uestras. Idcirco possessio animae in uirtute patientiae ponitur, quia radix omnium custos quoque uirtutum, patientia est. Per patientiam uero possidemus animas nostras, quia dum nobis ipsis dominari discimus, hoc ipsum incipimus possidere quod sumus. Sic enim conditi mirabiliter sumus, ut ratio animam, & anima possideat corpus. Ius uero animae a corporis possessione repellitur, si non prius anima a ratione possidetur. Custodem igitur conditionis nostrae patientiam dominus esse monstrauit, qui in ipsa nos possidere nosmetipsos docuit. Patientia autem uera est, aliena mala aequanimiter perpeti, contra eum quoque qui mala irrogat, nullo dolore moueri. Nam qui sic proximi mala perat, ut tamen tacitus doleat, & tempus dignae retributionis quaeratur, patientiam non exhibet, sed ostendit.

Patientia uera.

Cap. 88.

Domini de excidio Hierosolymitanum.

Um autem uideritis circumdari ab exercitu Hierusalem, tunc scitote quia appropinquauit desolatio eius. Haec enim ea quae per quadraginta annos necdum sine adueniente futura erant: hinc ipse finis desolationis, quae a Romano exercitu facta est, Domini uerbis exponitur. Tunc qui in Iudaea sunt, fugiant in montes. Ecclesiastica narrat historia cum quos, qui in Iudaea erant Christianos, imminente Hierosolymorum excidio, communitos a domino loco decessisse, & trans Iordanem in ciuitate quadam Pella nomine, donec desolatio Iudaeae completeretur, habitasse. Et qui in medio eius, discedant. Et qui in regionibus, non inuent in eam. Quia dies ultionis hi sunt, ut impleantur omnia quae scripta sunt. Videtur quidem ad congruam pertinere admonitionem, ut qui extra sunt non in eam intrent, qui autem in medio sunt, quomodo discedent ab exercitu iam ciuitate cum data? Nisi forte quod praemisit tunc, id est tunc qui in Iudaea sunt, fugiant, non ad ipsum tempus obsidionis, sed ad proximum ante obsidionem tempus, cum se primo miles Romanus per Galilaeae uel Samariae fines coepisset diffundere, pertinere dicimus, ut tunc fugere quisque, cum fugae adhuc tempus esset, acceleraret. Dies autem ultionis hi sunt, Domini uidelicet sanguinis ultionem petentes. Vnde autem praegnantibus & nutriendis in illis diebus.

Christiannorum subterfugium. Quomodo qui in medio eius discedant.

Vnde praesente captiuitate praegnantibus & nutriendis, siue mammantibus, ut quidam interpretantur. Quarum uel uteri, uel manus, siue mammantibus seu laetantibus uel. praepropera fuga uitando, lapsus sinu filium perpetuo claudum recepit. Erit enim pressura magna supra terram, & ira in populo huic. Haec pressura, & ira in populo illi, usque hodie per omnes gentes disperso in diuisa comae adheret, non tamen in aeternum adhaesura credenda est. Nam postquam ordinem eiusdem pressurae uel irae, dominus ostendit, dicens: Et cadent in ore gladii, & captiui ducentes in omnes gentes, & Hierusalem calcabitur a gentibus. Protinus iuxta prophetiam quae canit, In ira misericordiae memor eris, subiunxit atque ait: Donec impleantur tempora nationum. Tempora quippe nationum, illa sunt quae commemorat Apostolus, dicens: Quia caecitas ex parte facta est in Israel, donec plenitudo gentium introiret, & sic omnis Israel saluus fieret. Quicum promissa salute fuerit positus, patriam quoque rediturus ad solum, & metropolis quondam suae possessione atque in habitatione gauisurus esse, forsitan non temere speratur, quia non in perpetuum, sed donec tempora nationum impleantur, ita commendus esse narratur. Quid autem impletis nationum temporibus, & sic omni Israel saluato sequatur, Dominus ex ordine manifestat. Nam & hoc secundum Matthaeum discipuli interrogabant, non solum templi euerendi tempus, sed & signum aduentus eius, & consummationis saeculi quaerendo. Et erunt signa in sole, & luna, & stellis, & in terris pressura gentium, praecursio sonitus maris & fluctuum. Quia ergo sicut dominus in sequentibus intimat, apparet uniuersali iudicio caelum & terra transibunt, & sicut in Ioannis Apocalypsi legimus, mare iam non erit, merito eodem incubente iudicio, sonitus maris & fluctuum confunditur, terrarum orbis prementibus se inuicem colonis inficitur, maxima caeli luminaria percussis horrore nouo radijs turbatam faciem uelant. Et quomodo impulsae ad casum arbores fragoris motusque sui praemitte re solent indicia, sic termino adpropinquante quasi pauentia nutant ac tremunt elementa. Ergo quod ait Matthaeus, Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellae cadent de caelo, ipsam iudicij praesentiam significat quando apparet uerae gloriae lucis, omnia mundi lumina, tenebris umbrisque comparantur. Quod uero dicit Lucas, Erunt signa in sole, & luna, & stellis, praecursiores uicini eiusdem iudicij quasi nuncios indicat. Et quibus est & illud prophetae, Sol uertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam ueniat dies domini magnus & manifestus. Item quod Lucas ait: Et in terris pressura gentium, ipsum esse

Praegnantibus & nutriendis. Mammantibus seu laetantibus uel. Ira in populo huic. Haec pressura. Tempora nationum.

Misericordia domini.

Tempora nationum.

Signa excidij etc.

Antichristi tempore.

esse reor, quod Antichristi tempora describens Matthaeus dicit: Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi, usque modo, neque fiet. Quod autem Lucas subiungit, praecursio sonitus maris & fluctuum, praecursio est illius quod inter caetera mutabilia facti, Ioannes mare habiturum conspexit, & uentibus hominibus praetimore & expectatione, quae superuenient uniuerso orbi. Nam uirtutes caelorum mouebuntur. Credo ipsum iudicij aduentum hac sententia designari, quando iuxta alterius loci parabolam omnes, hoc est & prudentes & fatuae uirgines in solito clamore suscitatae, lampades ornant, id est, sua secum opera numerant; pro quibus maximo cum timore iam iamque instantem aeterni discriminis expectant euentum. Nam eatenus absque ullo timore iudicij, uniuersus pene orbis acturus est, Apostolo adtestante qui ait: Cum enim dixerint, pax & securitas, tunc repente in eis superueniet interitus. Tunc itaque que superueniente uniuerso orbi timore & expectatione districti examinis, multi qui in hoc mundo florere uidebantur, cum se sine fructu conspexerint, arescent. Tunc fides quae sine operibus uiuuerat, probante se iustitiam iudicij inarcescet. Nec mirum homines, hoc esse uel natura, uel sensu terrestres, ad eius iudicium turbati, cuius aspectum & ipse caelorum uirtutes, hoc est Angelicae tremunt potestates, beato quoque Iob adtestante, qui ait: Columnae caeli contremiscunt, & pauent ad nutum eius. Quid ergo faciunt tabulae, quando tremunt columnae? Quid uirgula deserti patitur, cum cedrus paradisi concutitur? Et tunc uidebitur filium hominis uenientem in nube cum potestate magna & maiestate. In potestate & maiestate uisuri sunt, quem in humilitate positum audire noluerunt, ut uirtutem eius tanto tunc districtius sentiant, quanto nunc ceruicem cordis ad eius patientiam non inclinant. Sed quia haec contra reprobus dicta sunt, mox ad electorum consolationem uerba uertuntur, nam subditur, Haec autem fieri incipientibus, respicite & leuate capita uestra, quoniam appropinquat redemptio uestra. Cum plaga (inquit) mundi crebrescunt, cum terror iudicij uirtutibus commotis ostenditur, leuate uos capita, id est exhilarate corda. Quia dum finitur mundus, cui amici non estis, prope sit redemptio quam quaesitis. In scriptura etenim sacra, sepe caput pro mente ponitur. Quia sicut capite reguntur membra, ita cogitationes mente disponuntur. Leuare itaque capita, est mentes nostras ad gaudia patriae caelestis erigere. Quod autem calcar mundus, ac despici debeat, prouida Dominus comparatione manifestat. Nam sequitur, Et dixit illis similitudinem: Videte ficulneam, & omnes arbores, cum producunt iam ex se fructum, scitis quoniam prope est aestas. Ita & uos cum uideritis haec fieri, scitote quoniam prope est regnum Dei. Aperte ergo docet, quia sicut

Iudicij aduentus.

Arescent infirmitas.

Maiestas indicatur.

Cap. 89.

Capitulum pro mente.

Regni dei appropinquat.

ex fructu arborum uentura aestas agnoscitur, ita ex ruina mundi prope esse cognoscitur regnum Dei. Quibus profecto uerbis ostenditur, quia fructus mundi, ruina est. Ad hoc enim crescit, ut cadat. Ad hoc germinat, ut quaecumque germinauerit, cladibus consumatur. Bene autem regnum Dei aestati comparatur, quia tunc incineris nostri nubila transeunt, & uitae dies aeterni solis claritate fulgescunt. Amen dico uobis, quia non praeteribit generatio haec, donec omnia fiant. Multum quippe commendat Dominus, quod ita pronunciat. Quodammodo (si dici fas est) ueritas eius est: Amen dico uobis, Amen enim interpretatur uerum, & tamen non est interpretatum, cum potuisset dici, uerum dico uobis, nec Graecus hoc interpretis ausus est facere, nec Latinus. Sic mansit, non est interpretatum, ut honorem haberet uelamento secreti, non ut esset negatum, sed ne uilesceret nudatum. Igitur, uerum dico uobis ueritas dicit, quae utique & si non diceret, mentiri omnino non posset. Tamen commendat, inculcat, dormientes quodammodo excitat, in tertos facit, coeterni non uult, Amen in quiens, dico uobis, quia non praeteribit generatio haec, donec omnia fiant. Generationem autem aut omne hominum genus dicit, aut specialiter Iudaeorum. Caelum & terra transibunt, uerba autem mea non transibunt. Caelum quod transibit non aetherei siue siderum, sed aereum, a quo & aures caeli & nubila caeli cognominantur, intelligere debemus, Petro adtestante, qui dicit, Quod caeli erant prius, & terra de aqua, & per aquam consistens uerbo Dei, per quae ille tunc mundus perijt. Caeli autem qui nunc sunt & terra, eodem uerbo repositi sunt igni reseruati in die iudicij & perditionis hominum impiorum. Aper te docens quia non alij caeli sunt igne perituri, quam qui aqua perdit, hoc est, inania haec, & nubifera uentosi aeris spatia. Neque enim aqua diluuij, quae quindecim tantum cubitis montium cauumina transcendit, ultra aeris, aetherisque confinia, peruenisse credenda est. Quocumque autem peruenire potuit, eo nimirum iuxta praefatam beati Petri sententiam & ignis iudicij perueniet. Si autem caelum & terra transibunt, mouere potest quomodo dicat Ecclesiastes: Generatio praeterit, & generatio aduenit, terra uero in aeternum stat. Sed aperta ratione caelum & terra per eam quam nunc habent imaginem, transeunt: attamen, per essentiam, sine fine subsistunt. Praeterit etenim figura huius mundi. Et ad Ioannem Angelus: Erit (inquit) caelum nouum & terra noua. Quae quidem non alia condenda sunt, sed haec ipsa renouantur. Caelum igitur & terra transibit & erit, quia & ab ea quam nunc habet specie per ignem tergetur, & tamen in sua semper natura seruetur. Vnde per Psalmistam dicitur: Mutabis ea & mutabuntur. Quam quidem ultimam commutationem suam, ipsis nobis

quantis sita gna. Regnum dei aestati comparatur.

Amen dico uobis, etc. Amen non est interpretatum.

Generatio haec.

Caelum quod transibit.

Terra quomodo transibit.

Terra naturalis transibit.

Caeli transibit.

Terrae naturalis trāsitus. Caeli transitus. nunc uicissitudinibus nunciant, quibus nostris usibus indeliner alternant. Nam terra a sua specie, hyemali ariditate deficit, uernali humore uiridescit. Caelum quotidie caliginē noctis obducitur, & diurna claritate renouatur. Hinc ergo, hinc fidelis quisque colligat, & interire hęc, & tamen per inuouationem refici, quę constat nunc adfidue uelut ex defectu reparari.

Cupiditatis, Ebrietatis, Crapulaeque exitus.

Attendite autem uobis, ne forte grauentur corda uestra in crapula & ebrietate, & curis huius uitę, & superueniat in uos repentina dies illa. Tanquam laqueus enim superueniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terrę. Ostultam pręsumptionem cordis humani, quę lamentabilem finem cupiditatis, ebrietatis, & crapulae, nec ipso iudice contestante prauideat, sed edictum Regis aeterni more serui nequam, postquam didicerit, spernat. Et certesi qui nobis peritus ac sapiens medicus pręciperet, attendite in quies uobis ne qui (uerbi gratia) de illius, uel illius herbę succo auidius sumat, quod si fecerit, repentinus ei superueniet interitus, quanto quisque studio pręmonentis medici mandata seruaret, ne uideat ueritatem gustando, periret? At nunc animarum simul & corporum Saluator ac dominus iubet ebrietatis herbam & crapula uitandam, nec non & curarum secularium, uelut mortiferos succos esse cauendos, & quantita- men nostrum, his non solum sauciari, sed etiam consumi non timent? Nulla credo alia causa, nisi quia fidem, quam medici prębent dictis, Domini prębere contemnunt. Si enim credidissent, credendo utique timerent, timendo autem impendens periculum cauerent. Sed illi econtra torpendo, quā iuste dictum sit, probant: Filius hominis ueniens, putas inueniet fidem in terra? Vigilate itaque omni tempore, orantes, ut digni habeamini fugere ista omnia quę futura sunt, & stare ante filium hominis.] Qui ante filium hominis stare, ei iuxta Apocalypsin Ioannis die noctu que in templo eius seruire desiderat, nec ab eius aspectibus ingnem aeternum maledictus abijci, non solum ab illecebris secularibus castigari, sed & orare, & uigilare, & hoc non certis quibusdam diebus, sed omni tempore facere debet, iuxta quod Psalmus ait: Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Sic nanque merebitur habitare in domo Domini, in seculum seculi laudare illum.

Stare ante filium hominis.

Erat autem diebus docens in templo, noctibus uero exiens morabatur in monte, qui uocatur Oliueti. Et omnis populus manebat ad eum in templo, audire eum. Quę tibi pręcipit Dominus, suis confirmat exemplis. Nam qui nos ante repentinum iudicij uerfalis aduentum, ante incertum singulorum nostrum exitum, delicis simul & curis huius uitę negligētis ad uigilandum hortatur & orandum, & ipse impendente suę tempore pas-

Christus quę facien da monuit fecit.

sionis, doctrinę, uigilijs, & pręcibus instat, pariter & exemplo insinuans, hoc esse digne Deo uigilare, uel dicto uel facto proximis quibusque uiam ueritatis ostendere, & eos pro quibus passurus erat, uel uerbo ad fidem prouocans, uel patri oratione commendans. Et nos quoque cum inter prospera sobrite, & iuste, & pie conuersamur, inter aduersa uero nunquam de Diuinę misericordię celsitudine desperamus, diebus profecto cunctis in templo docemus, quia fidelibus operis, boni formam prębemus. Noctibus uero, in monte Oliueti moramur: quia in tenebris angustiarum gaudij spiritualis consolatione respiramus. Iuxta eum, qui dixit: Ego autem sicut oliua fructifera in domo Domini, speraui in misericordiã Dei mei. Id est, sicut is qui misericordiã fructum, quibus ualuit impendit, mei à Domino miserendum esse non ambigo. Et ad nos quoque audiendos omnis populus maneat, cum uel discussis operibus tenebrarum, uel euctis Dei gratia nebulis pressurarum, sicut in die honeste ambulantes, non in commensationibus & ebrietatibus, non filij lucis imitantur.

10

20

30

40

50

60

Oliueti in monte morari.

Pascha.

Pascha & azyma.

Azymorum dies.

ipfi



CAPVT XXII.

Proproinquabat autem dies festus azymorum, qui dicitur pascha.] Pascha, quod Hebraice dicitur phascha, non à passione ut plerique arbitrantur, sed à transitu nominatur, eo quod exterminator uidens sanguinem in foribus Israelitarum, pertransierit, nec percusserit eos, uel ipse Dominus prębens auxilium populo suo, desuper ambulauit. Cuius sacramentum uocabuli, sublimius exquirens Euāgelista Ioannes ait: Sciens Iesus quia uenit eius hora, ut transeat ex hoc mundo ad patrem. Vbi manifeste declarat, ideo festiuitatis huius diem per legem mystice transitum uocari, quod Agnus Dei, qui peccata mundi tolleret, in eo de hoc mundo uel ipse esset transiturus, uel nos salubri transitu, quasi de Ægyptia seruitute ducturus. Hoc sane iuxta Veteris testamenti litteram inter pascha & azyma distat, quod pascha, ipse solus dies appellatur, in quo agnus occidatur ad uesperam, hoc est, quartadecima luna primi mensis. Quintadecima autem luna, quando egressum est de Ægypto, succedebat festiuitas azymorum, cuius septem diebus, id est usque ad uicesimam primam eiusdem mensis diem, ad uesperam, est statuta solennitas. Verum Euangelij scriptura indifferenter, & diem azymorum pro pascha, & pro diebus azymorum pascha ponere solet. Dicit enim Lucas: Dies festus azymorum, qui dicitur pascha. Item Ioannes, quum primo azymorum die, id est, quintadecima luna res ageretur, ait: Et ipsi

taminarentur, sed manducarent pascha. Quia uidelicet & paschę dies in azymis panibus est celebrari pręceptus, & nos quasi pascha perpetuum facientes, semper ex hoc mundo transire pręcipimur. Vna quippe die agno immolato ad uesperam, septem ex ordine dies sequuntur azymorum. Quia Christus Iesus semel pro nobis in plenitudine temporum passus in carne, per omne nobis huius seculi tempus quod septem diebus agitatur, in azymis sinceritatis & ueritatis, pręcipit esse uiuendum: totoque semper nisu desideria seculi, quasi Ægypti retinacula fergere, & quasi à mundana conuersatione secretam solitudinem, inter nos admonet subire uirtutum. Et querebant principes sacerdotum & scribae, quomodo eum interficerent, timebant uero plebem.] Hęc ante biduum paschę, congregatis principibus sacerdotum, & senioribus populi, ac scribis in atrium Calaphę, Matthæus a cetera testatur. Timebant uero plebem, non seditionem metuentes, sed cauentes, ne auxilio populi, de suis manibus tolleretur.

Plebē cur timebant.

Cap. 31. Concord. Euang. Iudam intravit Satanas.

Iudę malitia.

Iudę similes.

Ioānes pro Christo,

Intrauit autem Satanas in Iudam qui uocatur Scarioth, unum de duodecim.] Scribit in Euangelio suo Ioannes, quia cum intinisset Dominus panem, dedit Iudę Simonis Scariothis, & post buccellam, tunc introiuit in illum Satanas. Sed non est contrarium Lucae, qui eum & ante buccellam à Satana inuasum iam esse commemorat, quia quem nunc intrauit ut deciperet, postmodum intrauit ut sibi iam traditum plenius possideret. Nunc intrauit, ut quasi adhuc alienum tentaret, tunc ut quasi proprium ad quemcumque uellet agenda noxia traheret. Et abiit, & locutus est cum principibus sacerdotum & magistratibus, quemadmodum illum traderet eis, & gauisusunt.] Quod dixit, Abiit & locutus est: ostendit non à principibus inuitatum, non ulla necessitate constructum, sed sponte propria scelerate mentis inisse consilium. Et pacti sunt illi pecuniam dare. Et spondit, Et querebat oportunitatem, ut traderet illum sine turba.] Multi hodie Iudę scelus, quod Dominum ac magistrum Deumque suum pecunia uendidissent, uelut immane & nefarium exhorrent, nec tamen cauent. Nam cum pro muneribus falsum contra quemlibet testimonium dicunt, profecto quia ueritatem pro pecunia negant, Dominum pecunia uendunt. Ipse enim dixit: Ego sum ueritas. Cum societatem fraternitatis aliqua discordię peste commaculant, Dominum produunt, quia Deus charitas est. Qui etiam si nullus pecuniam det, Dominum argenteis uendunt, quia principis seculi imaginem, id est, exempla hostis antiqui neglecta conditoris ad quam creati sunt imagine sumunt. Nam sicut Ioannes Baptista, qui non pro Christi confessione, sed pro defensionem ueritatis occubuit, ideo tamen pro Christo

quia pro ueritate martyrium suscepit, ita econtra, qui charitatis & ueritatis iura spernit, Christus utique qui est ueritas & charitas prodit. Maxime cum non infirmitate uel ignorantia subripiente peccat, sed in similitudinem Iudę quærīt oportunitatem, ut arbitris absentibus ueritatem mendacio, uirtutem crimine mittet. Venit autem dies azymorum, in qua necesse erat occidi pascha. Et misit Petrum & Ioannem dicens: Euntes parate nobis pascha, ut manducemus.] Diem azymorum paschę, quartamdecimam primi mensis appellat, quando fermento abiecto pascha, id est, agnus occidit consueuerat ad uesperam, ut supra iam dictum est. Quod exponens Apostolus ait: Et enim pascha nostrum immolatus est Christus. Hoc etenim pascha tunc necesse erat occidi, hoc est paterno consilio ac de finitione sancitum. Qui licet Dei sequente, hoc est, quintadecima sit luna crucifixus, hac tamen nocte qua agnus immolabatur, & carnis sanguinisque suis discipulis tradidit mysteria celebranda, & à Iudæis tentus ac ligatus, ipseus immolationis, hoc est passionis suę sacrauit exordium. At illi dixerunt: Vbi uis paremus?] Non habemus domicilium, non habemus tabernaculum. Audiant quibus aedificandarum domorum cura est, & ambitiosarum porticum constructur instructio, quos preciosorum marmorum pompa, & distincta auro laquearia delectant, cognoscant Christum omnium Dominum, qui locum ubi caput inclinaret, non habuit. Et idcirco eum discipuli interrogant: Vbi uis paremus tibi manducare pascha? Et dixit ad eos: Ecce introeuntibus uobis in ciuitatem, occurret uobis homo amphoram aquę portans. Sequimini eum in domum in quam intrat.] Indicium quidem pręscie diuinitatis est, quod cum discipulis loquens, quid alibi futurum sit, nouit. Pulchre autem paraturis pascha discipulis, homo amphoram aquę portans occurrit, ut ostendatur huius paschę mysterium, pro ablutione perfecta mundi totius esse celebrandum. Aqua quippe lauacrum gratię, Amphora mensuram perfectam significat. Parant ergo pascha, ubi aquę infertur amphora, quia tempus uidelicet adest, quo ueritas paschę cultoribus typicus de limine cruor aut feratur, & ad tollenda crimina uiuifici fontis baptismata consecratur. Et dicitis patri familias domus: Dicit tibi magister,] Vbi est diuerforium, ubi pascha cum discipulis meis manducem?] Consulte uel aquę batiuli uel Domini domus sunt prętermissa uocabula, ut omnibus pascha celebrare uolentibus, hoc est Christi sacramentis imbuti, Christum suę mentis hospitio suscipere quærentibus, facultas danda signetur. Et ipse uobis ostendet cenaculum magnum stratum, & ibi parate. Euntes autem inueniunt sicut dixit illis, & parauerunt pascha.] Cenaculum magnum, lex spiritalis est, quæ de angustijs litterę egrediens, in sublimi loco recipit Saluatorem,

quia pro ueritate, mortuus est.

Dies paschę.

Crucifixus.

xv. luna.

Domus.

In portico.

sa edificata.

Pręscientia.

Patrisfamilias.

cur nomen tacentum.

Cenaculum.

uatorem. Nam qui adhuc occidentem literam seruaerit, qui non aliud in agno quam pecus intellexerit, iste nimirum in imis pascha facit, quia spiritus maiestatem comprehendere necdum dicit. At qui aqua baiulum, hoc est gratiae praconem in domum Ecclesiae fuerit secutus, hic per spiritum uiuificantem tectum litterae transcendendo, in alto mentis diuersorio Christo mansionem praeparat, quia cum eta uel pasche sacramenta, uel caetera legis decreta de eo scripta intelligit. *Et cum facta esset hora, discubuit, et duodecim Apostoli cum eo.* Horam manducandi paschae designat, quae ut sapientius inculcatum est, quartadecima die mensis primi perducta ad uesperam, & quintadecima luna iam teris apparente, iuxta edicta legis instabat. *Et ait illis: Desiderio desiderauit hoc pascha manducare uobiscum antequam patiar.* Desiderat primo typicum pascha cum discipulis manducare, & sic passionis suae mundo mysteria declarare, quatenus & antiqui legalis paschae probator existat, & hoc ad suam dispensationis figuram pertinuisse docendo, carnaliter ultra uetere exhiberi, immo umbra transeunte, ueritatem paschae sumere aduenisse, demonstrat. Quod pulchre temporibus Iosue consummandi mannae tempus & ordo praefigurat, ubi scriptum est: Et fecerunt pasche quartadecima die mensis ad uesperum in caepeltribus Hiericho, & comederunt de frugibus terrae altero die azymos panes, & polentam eiusdem anni. Defecitque manna postquam comederunt de frugibus terrae, nec usi sunt ultra cibo illo filij Israel. Siquidem Iosue susceptum defuncto Mose populum, solitis aliquandiu trans Iordanem mannae refecit alimentis, quibus & ipse quamuis agnito olimque gustato terrae repromissionis fructu, refecit. Exin Iordanem transiit, cultris petris circumcidit, & tres semis menses usque ad diem scilicet paschae completam consuetum manna non tollit. Mose quippe mortuo, Iosue dux ordinatur, quia lege traditionibus pharisaeorum corrupta, Christus incarnatur. Iosue trans Iordanem manna pascit & pascitur, quia Dominus usque ad tempus sui baptismatis ceremonias legis & ipse seruat, & a cunctis seruari desiderat. I raductam plebem Iordanem Iosue petra circumcidit, quia baptismi gratia celebrata, Saluator etiam cogitationum quod lex nequiterat, illecebras fidei seueritate praecedat. Et tres semis annos quasi solito manna nutrir, sacramenta legis, quamuis ad caelestia promissa paulatim prouocans, obseruare non cessat, donec tempore praefixo desideratum pascha cum discipulis manducans, ita demum mane illucescente mundissima sui corporis & sanguinis mysteria in crucis altari consecrata, quasi azyma terrae repromissionis imbuendis fidelibus offerat. Denique quod sequitur: *Dico enim uobis, quia ex hoc non manducabo illud donec impleatur in regno dei.*

Hora manducandi pascha.

Manna figuratio.

Iosue figura Christi.

Quantum Iosue uerbis consonat, qui ait, Nec usi sunt ultra cibo illo filij Israel, sed comederunt de frugibus terrae Chanaan. Ego non manducabo, inquit, illud, donec impleatur in regno Dei, id est, nequaquam ultra Mosaicum pascha celebrabo, donec in Ecclesia spiritaliter intellectum compleatur. Ipsa est enim regnum Dei. De quo alibi discipulis ait, Regnum Dei intra uos est. In quo regno Dominus hodieque uetus pascha impletum manducat, quando ea quae Moses rudi populo carnaliter obseruanda praecipit, in membris suis, hoc est in ipsa Ecclesia spiritaliter exercet. *Et accepto calice, gratias egit, & dixit: Accipite & diuidite inter uos.* Et hic calix ad uetus illud pascha cui finem desiderabat imponere, pertinet. Quo accepto, gratias egit, ob hoc nimirum, quia uetera transiit, & uentura fuerant omnia noua. *Dico enim uobis, quod non bibam de generatione uitis donec regnum Dei ueniat.* Potest quidem hic uersiculus & simpliciter accipi, quod ab hac hora coenae, usque ad tempus resurrectionis, quo in regno dei erant uenturus, uinum bibiturus non esset. Postea namque illum, cibum potumque sumpsisse, testatur Apostolus Petrus qui ait: Qui manducauimus & bibimus cum illo postquam resurrexit a mortuis. Sed multo consequentius, ut sicut supra typicum agni esum, sic etiam potum paschae typicum neget se ultra gustaturum, donec ostensa & manifestata resurrectionis suae gloria, regni Dei fides mundo adueniat. Ut per duo maxima legis edicta, esum, uidelicet potumque paschalem spiritaliter immutata, disceres omnia legis sacramenta uel iussa quae carnaliter sonare uidebantur, ad spiritalem nunc obseruationem fuisse transferenda. *Et accepto pane, gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens: Hoc est corpus meum, quod pro uobis datur. Hoc facite in meam commemorationem.* Finitis paschae ueteris solennibus, quae in commemorationem anti quae de Aegypto liberationis agebantur, transiit ad nouum, quod in suae redemptionis memoriam, Ecclesia frequentare desiderat. Ut uidelicet pro carne agni uel sanguine, suae carnis sanguinisque sacramentum in panis ac uini figura substituens, ipsum se esse monstraret, cui uerauit Dominus & non poenitebit eum, tu es sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedech. Frangit autem ipse panem quem porrigit, ut ostendat corporis sui fractionem non sine sua sponte futuram, sed sicut alibi dicit, potestatem se habere ponendi animam suam, & iterum sumendi eam. Et sicut de ueteribus terminandis egerat, sic & de nouis incipientibus patris gratias agit, nobis pariter exemplum tribuens, in omni boni operis inchoatione uel perfectione, patrem qui est in caelis esse glorificandum, quod autem dicit: *Hoc facite in meam commemorationem, exponit Apostolus Paulus. Qui cum uerba ipsius poneret dicens: Hoc facite in meam*

Ecclesia regnum Dei.

Calix.

Bibit Dominus post resurrectionem.

Potus et esus typicus.

Pascha noui institutio.

Fractionis mysterium.

Gratia agenda.

comemorationem, hoc est corpus meum quod pro uobis confringitur. & iterum, Hic est calix nouum testamentum in meo sanguine, hoc facite quotiescumque bibetis in meam commemorationem, subiunxit exponendo & ait, Quotiescumque enim manducatis panem hunc, & calicem bibitis, mortem Domini adnunciate donec ueniat. Similiter & calicem postquam coenauit dicens: *Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, quod pro uobis fundetur.* Quod dicit, Similiter & calicem, subauditur *et nouum* dedit eis ut sit plena sententia. Similiter & calicem postquam coenauit, dedit eis. Quia ergo panis carnem confirmat, uinum uero sanguinem operatur in carne, hic ad corpus Christi mystice, illud refertur ad sanguinem. Verum quia & nos in Christo, & in nobis Christum manere oportet, uinum dominici calicis aqua miscetur. Adtestante enim Iohanne, aqua populi sunt. Et neque aquam solam, neque solum uinum, sicut nec granum frumenti solum sine aqua admixtione & coactione in panem, cuiquam licet offerre, ne talis uidelicet oblatio quali caput a membris discernendum esse significet, & uel Christum sine nostra redemptionis amore pati potuisse, uel nos sine Christi passionis saluari, ac patri offerri posse coningat. Quod si quem mouet, cum coenatis Saluator Apostolis suum corpus ac sanguinem tradiderit, quare non uniuersalis Ecclesiae consuetudine ieiunij doceamur eadem sacramenta percipere, breuiter audiat ideo tunc cenatos communicasse Apostolos, quia necesse erat pascha illud typicum antea consummari, & sic ad ueritatem paschae sacramenta transiri. Nunc in honorem tanti tamque terribilis sacramenti placuisse magistris Ecclesiae, primo nos dominicae passionis participatione muniri, primo spiritualibus epulis interius exteriusque sacrari, ac deinde terrenis dapibus corpus & uilibus escis refici. Quod autem dicit, *Hic est calix noui testamentum in sanguine meo, ad distinctionem ueteris testamenti respicit, quod hircorum & uitulorum est sanguine dedicatum, dicente inter aspergendum legislatore, Hic est sanguis testamenti, quod mandauit ad uos Deus. Necesse est enim exemplaria quidem caelestium his mundari, ipsa autem caelestia melioribus hostijs quam istis, iuxta quod Apostolus per totam ad Hebraeos epistolam inter legem distinguens & Euangelium, pulcherrima expositione & plenaria ratione declarat. Veruntamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa. Et quidem filius hominis secundum quod definitum est uadit, ueruntamen uae illi homini per quem tradetur.* Qui de passione praedixerat, & de proditore praedicit, dans locum poenitentiae, ut cum intellexisset sciri cogitationes suas & occulta consilia, poeniteret eum facti sui. Et tamen non designat specialiter, ne manifeste correptus, impudenter fieret. Mittit crimen in numero, ut agat conscius poenitentiam. Praedicit & poenam,

Aqua ad mixtio.

Ieiunij cur nobis sumenda eucharistia.

Vel fatiari.

Iuda datur poenitendi occasio.

ut quem pudor non uicerat, corrigant denuntiata supplicia. Sed & hodie quoque & in sempiternum, uae illi homo, qui ad mensam Domini malignus accedit, qui insidijs mente conditis, qui precordijs aliquo scelere pollutis, mysterio rum Christi secretis participare non metuit. Et ille enim in exemplum Iudae filium hominis tradit, non quidem Iudaeis peccatoribus, sed tamen peccatoribus membris uidelicet suis, quibus illud inestimabile & inuolabile Domini corpus uiolare praesumit. Ille Dominum uendit, qui eius amore ac timore neglecto, terrena & caduca, immo etiam criminosa plus amare & curare conuincitur. Vae inquam illi homini, de quo Iesus qui altaribus sacrosanctis inter immolandum, utpote proposita consecraturus, adesse non dubitatur, adstantibus sibi ministris celestibus quari cogitur, ecce in quiens manus tradentis me, mecum est in mensa. *Et ipsi coeperunt querere inter se, quis esset ex eis qui hoc facturus esset.* Et certe nouerant undecim Apostoli, quod nihil tale contra Dominum cogitarent, sed plus credunt magistro quam sibi, & timentes fragilitatem suam, tristes quaerunt de peccato, cuius conscientiam non habebant. Quare & Iudas impudens, sicut Matthaeus, Marcusque commemorant, ut audacia bonam conscientiam mentiretur.

Facta est autem & contentio inter eos, quis eorum uideretur esse maior. Sicut bonis esse moris solet in scripturis semper exempla patrum praecedentium, quibus ad meliora proficiant, quibus agnitis de suis actibus humilietur, inquirere, sic e contrario reprobi si quid forte in electis reprehensibile reperiant, quasi suas ex eo nequitas obtecuri, aut pro iusto defensuri, libentissime solent amplecti. Ideoque multo ardentius legit, quod facta est contentio inter discipulos Christi quis eorum uideretur esse maior, quam quod multitudinis credentium erat cor & anima una. Multo recolunt tenacius quod facta est dissensio inter Barnabam & Paulum, ita ut discederent ab inuicem, quam quod idem Paulus ait, Cum enim sit inter uos zelus & contentio, nonne carnales estis: nonne homines estis: quasi nobis in firmitas sanctorum imitanda proponatur, & non illud potius, quia conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, hoc maxime in loco, ubi & ipsa contentionis eorum causa est nobis incognita. Neque enim incredibile est, quia iuxta hoc quod alibi praecipitur: *Contentidite intrare per angustam portam, honore se inuicem praenunciando certant.* Verum qualibet ex causa contentio, nos potius non carnales adhuc discipuli quid gesserint, sed spiritualis magister quid iusserit uideamus. *Dixit autem eis: Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici uocantur. Vos autem non sic, sed qui maior est in uobis, fiat sicut minor, & qui praecessor est, sicut ministrator.* Certantibus de prioratu discipulis, pius magister eos non

In sacerdotibus iniquos.

Vnde cum nihil sibi commisit.

Cap. 92.

Veritas est de maioribus.

initae

initae contentionis arguit, sed formam quam sequantur humilitatis modesta ratione describit. In qua tamen forma obtinenda, maiores & praecessores, id est doctores Ecclesiae non minima discretionem opus habent, ne uidelicet regum gentium instar dominari subiectis, seque ab eis gaudeant superuacuis laudibus adtolli, sed ad exemplum regis praesunt, efficiantur ac ministri. Quia nimirum necesse est ut sic agentibus per humilitatem sint socii, quatenus contra delinquentium uitia per zelum iustitiae sint erecti, ut & bonis in nullo se preferant, & cum prauior culpa exigat potestatem protinus sui prioratus agnoscant. Ne enim praesidentis animus ad elationem potestatis suae delectatione rapiatur, recte per quemdam sapientem dicitur: *Du cem te constituerunt, noli extolli, sed esto in illis quasi unus ex illis.* Hinc etiam Petrus ait: *Non dominantes in clero, sed forma facti gregi.* Et tamen nonnumquam grauius delinquitur, si in ter peruersos plus aequalitas quam disciplina custodiatur: quia enim falsa pietate superatus ferire Heli delinquentes filios noluit, apud districtum iudicem semetipsum cum filijs districti damnatione percussit. Vnde necesse est ut rectorem subditis & matrem pietas, & patrem exhibeat disciplina. Atque inter haec sollicita circumspectione prouidendum, ne aut districtio rigida, aut pietas sit remissa. *Nam quis maior est, qui recumbit an qui ministrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio uestrum sum sicut qui ministrat.* Ad uerba exhortationis, suimet adiungit exempla, quae Ioannes Euangelista plenius commemorans inter cetera scribit, *Si ego laui uestrum pedes Dominus & magister, & uos debetis alter alterius lauare pedes.* Quamuis etiam uerbo ministrandi, possint omnia quae Deus in carne gessit intelligi. Nam & ipsum sui sanguinis sacramentum imministrandum nobis se effundere significat cum dicit, *Sicut filius hominis non uenit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis.* & hoc quoque maioribus Ecclesiae praecipuum ministrandi genus imitandum ostendens, ut non solum misericordijs eleemosynae doctrinae salutaris, spiritalis exempli ministeria fratribus impendamus, uerum etiam sicut ille pro nobis animam suam posuit, ita ut nos pro inuicem animas ponere discamus. *Vos autem estis qui permanistis mecum in tentationibus meis, & ego dispono uobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum.* Non inchoatio patientiae, sed per seueritatem celestis regni gloria donatur. Quia nimirum perseuerantia quae alio nomine constantia uocatur, robur quoddam & fortitudo mentis, cum ceterarumque (ut ita dixerim) est columna uirtutum. Quae cum bene recta & firma consistit, nihil est certius, nihil tutius bonis moribus. Quod si aliquo dericiatur, impulsu turbine non sola labitur: omnia enim prorsus animi bona simul corrumpunt. Sicut ergo pater disposuit fi

lio regnum, quem factum obedientem usque ad mortem, mortem autem crucis, exaltauit, & donauit illi nomen quod est super omne nomen: sic & filius idem permanentes secum in tentationibus, aeternum ducet ad regnum. Si enim complantati facti sumus, similitudini mortis eius simul & resurrectionis erimus. A cuius sublimitate promissi, Iudas infelix excipitur. *Na & ante quam haec Dominus diceret, exisse credendus est. Qui non modo permanere cum illo in tentationibus, spreuit, uerum ipsos tentationum eius iuuuit auctores.* Excipiuntur & illi, qui auditis in comprehensibilis sacramenti uerbis abierunt retro, & iam non cum illo ambulabant. Non enim recedentes a Domino, nisi quotquot poenitendo redierunt, potuere saluari. *Vi edatis & bibatis super mensam meam in regno.* Mensa haec proposita omnibus sanctis ad fruendum, coelestis est gloria uita. Cibus potusque, ille de quo alias dicitur, *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quonia ipsi saturabuntur.* Fruendo scilicet olim desiderato & amato gaudio ueri & inconcussi boni. *Et sedetis super thronos, iudicantes duodecim tribus Israel.* Haec est illa quam Psalmus canit immutatio dexterae excelsi, ut qui nunc humiles gaudent ministrare conferuis, tunc super domini mensam sublimes uitae perpetuae dapibus astantur: qui hic in tentationibus iniuste iudicati cum Domino permanent, illic cum eo super tentatores suos iusti iudices ueniant, & quanto huic mundo magna humilitate despecti sunt, tanto nunc acceptis sedibus maiore culmine potestatis excrescant. *Ait autem Dominus: Simon Simo, ecce Satanas expetit uos, ut cribraret sicut triticum. Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua.* Ne gloriarentur undecim Apostoli, suis ue uiribus tribuerent, quod soli pene inter tot milia Iudaeorum diceretur in tentationibus permansisse cum domino, ostendit, & eos si non iuuantis se Domini essent opitulatione protecti, eadem procella cum ceteris potuisse conteri. Verum cum Satanas expetit eos tentare, & uelut qui triticum purgat uentilando concutere, docet nullius fidei dem a diabolo nisi Deo permittente tentari. Satanae quippe ad cribrandum bonos expetere est, ad afflictionem eorum, malitiae astibus anhelare. Quo enim eorum tentationem inuides appetit, eo illorum quasi probationem deprecans perit. Cum uero pro Petro rogans Saluator non ut non tentetur, sed ut non deficiat fides eius obsecrat, hoc est, ut post lapsum negationis ad statum pristinum poenitendo resurgat, insinuat utile sanctis esse, tentationum flammis examinari, ut uel tentari quia fortes fuerint appareant, uel cognita per tentationes sua infirmitate fortiores discant, & sic cum probati fuerint, accipiant & ipsi coronam uitae, quam re promissit Deus diligentibus se. *Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos.* Sicut ipse tuam (inquit) fidem, ne Satana tentante deficiat oratio

Iudas ex pers regni.

Mensa in caelo que sit.

Immutatio dexterae excelsi.

Gratia & auxilio dei egent omnes.

Modestia seruanda an tistibus.

Disciplina non negli genda.

Disciplina modus.

Exemplo sui ad modestiam hor tatur Do minus.

Anima ma iorum dan da pro mi noribus.

Perseuerantia bona.

propterea, ita & tu infirmiores quosque fratres exemplo tuae poenitentiae ne de uenia forte desperent, erigere & confortare memento. Quod idem & post resurrectionem exhortauit, cum ei tertio sese amare profiterenti (decebat enim ut timorem ternae negationis, ternae confessionis amor elueret) tertio nihilominus pascendas suas oues commendat. *Qui dixit ei: Domine tecum paratus sum & in carcerem, & in mortem ire.* At ille dixit: *Dico tibi Petre: non cantabis hodie gallus, donec ter abneget nosse me.* Quia dixerat se Dominus pro Petri fide rogasse, conscius ille praesentis affectus fideique seruentis, sed futuri casus nescius, non credit se ullatenus ab eo posse deficere. Verum qui solus nouit quid sit in homine, ne qui fidelium suo uel de statu incaute confidat, uel de casu incautius diffidat, & quasi Deus modum, tempus, ac numerum negationis eius praedicit, & quasi misericors auxilium suae defensionis promittit. *Quando misit uos sine sacculo, & pera, & calciamentis, nunquid aliquid defuit uobis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet sacculum, tollat similiter & peram, & qui non habet, uendat tunicam & emat gladium.* Quam iuste discretionem matrem cum ceterarum nutriceque uirtutum patrum sententia definiat, & ex hoc Domini sermone probatur, qui non eadem uiuendi regula perfectionis, qua pacis tempore discipulos informat. Sunt namque uirtutes quae semper obnoxiae tenendae, sunt quae pro tempore locoque prouidenda sunt discretionem mutade. Quis etenim nesciat uiscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, patientiam, modestiam, castitatem, fidem, spem, charitatem, & his similia sine ulla temporum intercapedine fidelibus esse seruanda? At uero famem, sitim, uigilias, nuditatem, lectionem, psalmodiam, orationem, laborem operandi, doctrinam, silentium, & cetera huiusmodi, si qui semper exsequenda putauerit, non modo se horum fructu priuabit, sed & notam indiscretae obstinationis, immo stultitiae pernicacis incurret. Magister itaque Dominusque uirtutum ut modum discretionis insinuet, misit ad praedicandum discipulis, ne quid tollerent in uia praecipit, uidelicet ordinans, ut qui Euangelium adnunciant, de Euangelio uiuant. Mortis uero instante periculo, & tota simul gente, pastorem pariter, gregemque persequente, congruam temporum regulam discernit, pecuniam scilicet uictui necessariam, donec sopita persecutorum insania tempus euangelizandi redeat, tollere permittendo. Vbi nobis quoque dat exemplum iusta nonnumquam causa instante, quaedam de nostri propositi rigore posse sine culpa intermitteri. Verbi gratia, cum per inhospitales porro regiones iter agimus, plura uiatice causa, quam domi habebamus, licere portare. Gladium quoque uel habitum sumere, uel non habitum iubet emere, ut sciant legentes non facultatem resistendi de-

Confirma fratres uos.

Petri fiducia.

Discretio uinendi seruanda.

Tempori interuen dum in licitis.

Uiatice as sumendi ratio.

esse discipulis, sed magistro amorem potius inesse patiendi. Vbi & si nulla esset alia causa euangelizandi gladij, suffecerat illa, ut amputata seruo auricula, tactu Domini sanaretur, & beneficia uirtus Saluatoris, etiam percussores suos, ne iram percussis sustinere, sed fidem resurgentis suscipere mallent, admoneret. *Dico enim uobis, quoniam adhuc hoc quod scriptum est, oportet impleri in me. Et cum iniustus deputatus est. Et enim ea quae sunt de me, finem habent.* Ecce quate discipuli faculum, peram, & gladium tollere monentur, uidelicet quia Dominus cum iniustus erat deputatus, quod passionem eius describens inter cetera ponit Esaias, uel latrones utique, in quorum medio crucifigendus, uel inferos ad quos per mortem erat descensus, insinuans. Et tunc enim deputatus est cum iniustus, cum descendit ad inferos, & quos suos ibi repperit, reuocauit ad superos. Iuxta quod eidem alius propheta decantat: *Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti uinctos tuos de laeu, in quo non est aqua.* At illi dixerunt: *Domine, ecce gladij duo hic. At ille dixit eis, satis est.* Duo gladij sufficiunt ad testimonium sponte passus Saluatoris. Vnus qui & Apostolis audaciam pro Domino certandi, & euulsa ictu eius auricula Domino etiam morituro pietatem uirtutemque doceret in esse medicandi. Alter qui nequam uagina exemptus, ostenderet eos, nec totum quod potuere pro eius defensione facere permittos. *Et egressus, ibat secundum consuetudinem in montem Oliuarum. Secuti sunt autem illum & discipuli.* Tradendus a discipulo dominus, consueti secessus locum quo facillime reperiri possit, adit. Vbi sunt ergo qui eum mortem timuisse, inuitumque contedunt esse crucifixum? Et pulchre sui corporis & sanguinis mysterijs imbutos in monte Oliuarum discipulos educit, ut omnes in morte sua baptizatos altissimo sancti spiritus christumate confirmandos esse designet, qui dicere possint cum Psalmista: *Signatum est super nos lumen uultus tui Domine, dedisti iustitiam in corde meo.* Et de quibus ante subiungitur: *Tempore frumenti uini & olei sui, multiplicati sunt.* Et cum peruisset ad locum, dixit illis: *Orate ne intretis in tentationem.* Impossibile est humana animam non tentari. Vnde & in oratione Domine dicimus: *Ne nos inducas in tentationem: non tentationem penitus resitantes, sed uires sustinendi in tentationibus deprecantes.* Ergo & in praesentiarum, non ait: *Orate, ne tentemini, sed ne intretis in tentationem, hoc est, ne tentatio uos superet ultima, intra suos calles teneat: uerbi gratia, martyr qui pro confessione domini sanguinem fundit, tentatus quidem est, sed tentationis retibus non ligatus, qui autem negat, in plagas tentationis incurrit.* Et ipse auulsus est ab eis, quantum iactus est lapidis. Et positus genibus, orabat, dicens. Dato Apostolis praeepto orandi, & ipse auulsus ab eis solus orat pro om-

Iniusti cum quibus deputandus erat dominus.

Descensus ad inferos.

Duo gladij.

Locum notum tradidit petri.

Tentari nos necesse est, sed orare oportet, ne uincamur.

Auulsiōnis Christi ab Apostolis significatio.

Transfer à me calicem istum.

Voluntas tua fiat.

Angelus ministrat Christo. Angelus confortat Christū.

Confortationis non eguit.

nibus, significans tantum orationem suā, quantum & passionem à nostra distare, & positus genibus orat, ut humilitatem mentis, habitu carnis ostendat. Auulsius est autem ab eis quantum factus est lapidis, tanquam hoc eos typice admonuerit, ut in eum dirigerent lapidem, id est, usque ad ipsum perducerent intentionem legis, quæ scripta erat in lapide. Usque ad illum enim potest peruenire ille lapis, quoniam finis legis est Christus ad iustitiā omnī credenti. Pater si uis transfer calicem istum à me. Veruntamen non mea uoluntas, sed tua fiat.] Transferri à se calicem postulat, non quidem timore patiendi, sed misericordiam prioris populi, ne ab illo habet calicem propinatum. Vnde & signanter non dixit transfer à me calicem, sed, calicem istum, hoc est populi Iudæorum, qui excusationem ignorantiae habere non potest si me occiderit, habens legem & prophetas, qui me quotidiē uaticinantur. Et tamen reuertens in semetipsum, quod ex hominis persona trepidanter tenuerat, ex Dei filij potestate confirmat. Veruntamen non mea uoluntas, sed tua fiat. Non (inquit) hoc fiat quod humano affectu loquor, sed propter quod ad terras tua uoluntate descendendi. Si ergo (inquit) fieri potest, ut sine interitu Iudæorum credat gētium multitudo, passionem recuso. Uin autem illi excēcādi sunt, ut omnes gentes uideant, non mea pater uoluntas, sed tua fiat. Aliter, Appropinquans passioni Saluator, infirmantium in se uocem sumpsit dicēs: Pater si uis transfer calicem istum à me, eorumq; timorem ut abstraheret, suscepit. Et rursus per obedientiam, fortitudinem mentis ostendens, ait: Veruntamen non mea uoluntas, sed tua fiat. Vt cum hoc imminet quod fieri nolimus, sic per infirmitatē petamus ut non fiat, quatenus per fortitudinem parati simus ut uoluntas conditoris nostri etiam contra nostram uoluntatem fiat. Apparuit autem illi angelus de celo, confortans eum.] Alibi legimus, quia angelus accesserunt, & ministrabant ei. In documento ergo utriusq; naturæ, & ei angeli ministrasse, & eum angelus confortasse describitur, quoniam nā qui Deus ante sæcula extitit, homo factus est in fine sæculorū. Qui & priusquā per resurrectionis exaltaretur gloriā, diuinitate super angelos fuit, sed tamen ab angelis, ut scriptum est, humanitate minoratus, ex qua & mortui subiacuit. At postquam mortem resurgendo calcauit, humanitatem suam etiam maiestatis archangelorum superposuit. Certe si quid sibi hæresis ex hoc blanditur, ut infirmū adfirmet, cui opus fuerit, angeli confortantis auxilio, meminerit Creatorem angelorum creaturæ suæ nō eguisse presidio. Quippe qui si uellet, duodecim milia legionum de celis angelorum deduceret. Tū deinde necessario eodem eum confortatum, quo & tristē esse. Nam si nobis tristis est, id est, propter nos tristis est, necesse

est ut & propter nos sit confortatus & nobis. Et factus in agonia, prolixius orabat.] Quid pro se ille cum agonia peteret, qui in terris positus cælestia cum potestate tribuebat? Sed adpropinquante morte, nostræ mentis in se certamen expressit, qui uim quandam terroris ac formidinis patimur, cum per solutionem carnis æterno iudicio propinquamus. Neq; enim tunc cuiuslibet anima immerito terretur, quando post pusillum hoc inuenit, quod in æternum mutare non possit. Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.] Nemo sudorem hunc infirmitati deputer, quia & contra naturam est sudare sanguinem. Neque ad hæresim infirmitatis pertinere ullo modo poterit, quod aduersus hæresim phantasma mentientem proficit, per sudorem sanguinis ad corporis ueritatem. Sed potius intelligat per irrigatam sacramentū eius sanguine terram, non sibi qui noverat, sed nobis aperte declaratum, quod effectum iam suæ precis obtineret, ut fidem uideat licet discipulorum quam terrena adhuc fragilitas arguebat, suo sanguine purgaret: & quicquid illa scandali de eius morte pertulisset, hoc ipse totum moriendo deleteret, imō uniuersum late terrarum orbem peccatis mortuū sua morte innoxia, cælestem resuscitaret ad uitam. Et eū surrexisset ab oratione, & uenisset ad discipulos suos, inuenit illos dormientes præ tristitia. Et ait illis: Quid dormitis? Surgite, & orate, ne intretis in tentationem.] Id est, ne in uos calix meæ passionis incumbat. Vbi liquido demonstrat, quia & pro illis orauerit, quos & ipsos sedulo monet, orationum suarum uigilando & orando existere participes. Adhuc eo loquente, ecce turba, & qui uocabatur Iudas unus de duodecim, antecedebat eos, & adpropinquauit Iesu, ut osculetur eum.] Quare osculetur alij euangelistæ manifestant, hoc est, ut hoc indicio dignoscere possint, ipsum esse quem traderet. Suscipit autem Dominus osculum traditoris, non quo simulare nos doceat, sed ne proditorem fugere uideatur, simul & illud Dauidicum complens: Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus. Iesus autem dixit ei: Iuda, osculo filium hominis tradis.] Filium, inquit, hominis tradis, quia caro non diuinitas comprehenditur. Illud tamen plus confutat ingratum, quod eum tradiderit, qui cum esset Dei filius, propter nos tamen filius hominis esse uoluit. Et quasi dicat, propter te suscepi ingratis, quod tradis. Interrogatiue sane pronuntiandum puto, quasi amantis affectu corripiat proditorem. Iuda, osculo filium hominis tradis? hoc est, amoris pignore uulnus infligis, et charitatis officio sanguinem fundis, & pacis instrumento mortem irrogas, seruus dominū, discipulus prodis magistrum, electus auctorem? Videntes autem hi qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei: Domine si percutimus in gladio? Et percussit unus ex illis seruum principis sacerdotū, & amputauit auriculā eius dexteram.] Petrus

Agonia Christi.

Sudor Christi.

Ne intretis in tentationem.

Osculandi quæ fuerit Iudæ causa.

Iudæi in gratitudo.

Petrus

Petri zelus.

Vsquehuc.

Pietatis sue non obliuiscitur Dominus.

Allegoria.

Malchus.

Petrus hoc fecit, ut Ioannes euangelista docet, eodem nimirum mentis ardore, quo cetera fecerat. Sciebat enim quomodo Phinees punitudo sacrilegos mercedem iustitiæ & sacerdotij perennis acceperit. Quod uero sequitur, Respondens autem Iesus ait, Sinite usque huc.] Non ita sentiendum est quasi placuerit ei usque huc factū, sed amplius fieri noluerit, in uerbis quæ Matthæus ponit dixisse Dominum, Conuerte gladium tuum in locum suum, omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt: intelligebatur potius totum factum quo usus est gladio Petrus Domino displicuisse. Illud enim uerius est, quod cum eum interrogasset dicentes, Domine si percutimus in gladio? tunc respondit: Sinite usque huc, id est, non uos moueat quod futurum est, permittēdi sunt hucusque progredi, hoc est, ut me adprehendant, & impleantur quæ de me scripta sunt. Sed inter moras uerborum interrogantium Dominum & illius respondentis, Petrus de sensatione auditate, maiore pro Domino commotione percussit. Sed non potuerunt etiam simul dici, quæ simul fieri potuerunt. Non enim diceret, Respondens autem Iesus: nisi illorum interrogationi responderet. Nam de facto Petri quid iudicauerit, Matthæus solus dicit. Vbi etiam non dixit Matthæus, respondit Iesus Petro, conuerte gladium tuū: sed dixit, Tunc ait illi Iesus, conuerte gladium, quod post factum apparet dixisse Dominum. Et cum tetigisset auriculam eius, sanauit eum.] Nunquam pietatis suæ Dominus obliuiscitur, qui etiam hostes suos non patitur uulnerari. Illi iusto mortem inferunt, ille persecutorum uulnera sanat. Mystice docens & ipsos si conuertantur posse sanari, qui in suæ sunt mortis cōsensione uulnerati. Iuxta allegoriam seruus iste populus est Iudæorum, principibus sacerdotum indebito mancipatus obsequio, a deo ut illorum uasum Barrabam dimitti, Iesum uero quem paulo ante Osanna concinentes filium Dauid regemq; clamabant, peterent crucifigi. Qui in Domini passione dexteram auriculam, id est, spiritalem legis intelligentiā perdidit, sinistra tatum, hoc est, utilitate literæ contentus. Quæ uidelicet auris Petri gladio deciditur, non quod ille sensum intelligendi audientibus tollat, sed Diuino ablato iudicio negligentibus pandat. Verum eadem dextera auris in Iesu qui ex eodem populo credere maluerunt, Diuinæ dignatione pietatis pristino est restituta officio. Aliter, Auris pro Domino amputata, & a domino sanata, significat auditum ablata uetustati renouatū, ut sit in nouitate spiritus, & non in uetustate literæ. Quod cui præstitum fuerit à Christo, præstabitur & regnare cum Christo. Vnde bene & Malchus, quo nomine seruus ille uocabatur, rex siue regnatus interpretatur. Quod autem seruus inuenitus est, & hoc peruenit ad illam uetustatem quæ

in seruitutem generat, quod est Agar. Sed cum accessisset sanitas, figurata est & libertas. Dixit autem Iesus ad eos qui uenerant ad se principes sacerdotum, & magistratus templi, & seniores.] Quæritur quomodo Iesus principes sacerdotum, magistratus templi, & seniores qui ad se uenerint adloqui dicatur, qui apud alios Euangelistas non ipsi uenisse, iterum in atrio Caiphæ expectantes, ministros misisse perhibetur. Sed quia pontifices, Pharisei & seniores ita de Domini nece agebant, ut uelut ipsi à sanguine eius uiderentur innoxij, Non tradatur per nos, sed per discipulum suum, non comprehendatur à nobis sed à tribuno turbisq; non à nobis pro illo Barabbas, sed eligatur à populis, ad extremum non à nobis, sed à præside damnetur, neq; nostra, sed Romanæ militiæ manu cruci adfigatur: uolens Euangelista, eos maxime quorum cuncta consilio gerebantur, sanguinis eius ostendere reos, dicit principe sacerdotum & magistratus templi & seniores ad comprehendendum uenisse Saluatorem, ut hinc conijci daretur; quia sicut illi non per seipos, sed per eos quos miserunt apprehendendum Christum, quid aliud quam ipsi in suæ iustitiæ potestate uenerunt: sic omnes qui crucifigendum eum impijs uocibus clamauerunt, non quidem per seipos, eum, sed tamen per illum qui eorū clamore ad hoc nefas impulsus est, occiderunt. Quæsi ad latronem existis cum gladijs & fustibus? Cum cotidie uobiscum fuerim in templo, non extendistis manus in me. Sed hæc est hora uestra & potestas tenebrarum.] Stultum est (inquit) eum cum gladijs & fustibus querere, qui ultro se uestris tradat. manibus: & in nocte quasi latitatem & uestros oculos declinantem per proditorem inuestigare, qui cotidie in templo doceat. Sed ideo aduersum me in tenebris congregamini, quia potestas uestra qua contra lucem mundi armamini, in tenebris est. Comprebendentes autem eum duxerunt ad domum principis sacerdotum.] Principem sacerdotum Caiphæ significat, qui erat pontifex anni illius, sicut Ioannes Euangelista testatur. Petrus uero sequebatur à longe.] Merito à longe sequebatur, qui tam proximus erat negaturo. Neque enim negare posset, si Christo proximus adhæssisset. Verum in hoc maxima nobis est admiratione uenerandus, quod Dominum nō reliquit, etiam cum timeret. Quod enim timeret, naturæ est: quod sequitur, deuotionis: quod negat, obreptionis: quod ponit, fidei. Aliter. Quod ad passionem euntem Dominum à longe sequitur Petrus, significabat Ecclesiam securam quidē, hoc est, imitaturam passionem Domini, sed longe differenter. Ecclesia enim pro se patitur, at ille pro Ecclesia. Accenso autem igni in medio atrio & circumsedentibus illis, erat Petrus in medio eorum.] Est dilectionis ignis, est & cupiditatis. De hoc dicitur, Ignē ueni mittere in terram, & quid uolo nisi ut ardeat? De

Principes quomodo & cur alloquatur Dominus. Principum dissimulatio.

Iusta Iudæorum reprehensio.

Caiphæ princeps sacerdotum. Petrus à longe sequebatur.

Ignis duplex.

illo. Ecce uos omnes accendentes ignem accin-

Ancilla cur Petri prima prodit.

Petri inanis excusatio.

Neget quis Christum. Galileus quomodo notus. Loquedi in una lingua diuersitas. Linguis omnium locutos apostolos.

bus spiritus sanctus insederat, omnium gen-

Temporis in scriptura ratiatio.

pe meritum caufarum, per statum designare

Respicere domini.

Unde Psalmista: Vsq; uero (inquit) exaltabi-

Prophetia impletio. Ceditur dominus blasphemis. Velatur factus dominus.

Et uiri qui tenebant illum illudebant ei cadentes, et uelauerunt eum,

Irridetur Christus.

Et haeretici autem uel Iudaei usque hodie qui

Christum hominem tantum existimantes.

Christum se esse Dominum confessus esse sepe.

Christus Deus et homo.

Christus per humilitatem exaltatus.

Responsio prudens.

10

20

30

40

50

60

Ius Dei. Respondit, Vos dicitis quia ego sum.

Iudaei se sua condemnant sententia. Arrianorum error.

CAP. XXIII.



T surgens omnis multitudo eorum duxerunt illum ad Pilatum.

Traduntur gentibus.

Et postquam flagellauerint occiderunt eum.

Impietas Iudaeorum, in accusando.

Arguitur impietas Iudaei, quod accusantes

Tu dicitis. Obiecta Domino duo.

Et notandum, quod duobus Domino obiectis, uidelicet

Pilatus forte, Christum respicientem audiverat.

Reddite Caesari quae Caesari sunt, et quae Dei sunt Deo,

Princeps mundi huius.

At illi inualecebant dicentes: Comouet populum, docens per uniuersam Iudaeam,

Accusatio
fuit.

eos qui accusant docet esse peruersos. Docuit se enim populum, & à pristini temporis ignavia docendo commouisse, tali que actu à Galilæa usque ad Iudæam, hoc est totam à fine usque ad finem, terram repromissionis pertransisse, non criminis, sed iudicium constat esse uirtutis. Potuit nanque aliquis amator Domini, sicut etiam fecit, eandem sententiam laudis loco ponere, dicendo auditoribus bonis: Vos scitis quod factum est uerbum per uniuersam Iudæam. Incipiens enim à Galilæa post baptismum, quod prædicauit Ioannes, Iesum à Nazareth, quomodo unxit eum Deus Spiritu sancto & uirtute, qui pertransiit benefaciendo, & sanando omnes oppressos à diabolo, quoniam Dominus erat cum illo. Denique Pilatus neque interrogandum de hoc ratus Saluatorem, se magis ipsum nacta occasione, cupit ab eo iudicando liberum reddere. Nam sequitur: *Pilatus autem audiens Galilæam, interrogauit, si homo Galilæus esset. Et ut cognouit, quod de Herodis potestate est, remisit eum ad Herodem, qui et ipse Hierosolymis erat illis diebus.* Pilatus quidem, ne contra eum, quem infontem & propter inuidiam traditum cognouerat, sententiam dare cogeretur, Herodis eum misit audiendum, ut ipse potius eum qui eius patriæ tetrarches existerat, uel absolueret, uel puniret: uerum Diuina prouidentia, ne qua Iudæis excusatio remaneret, quasi non ipsi, sed Romani Christum crucifixerint, Herodes quoque qui natus & religione erat Iudæus, cum exercitu suo quid de illo senserit, est ostentare permissus. Simul & impietas utriusque prouinciae, Iudææ scilicet, in qua natus, & Galilææ, in qua nutritus est, & conuersatus, in eius necem conspirantis ostenditur. Herodes autem uiso Iesu gauisus est ualde. Erat enim cupiens ex multo tempore uidere illum, eo quod audiret multa de illo, & sperabat signum aliquod uidere ab eo fieri. Interrogabat autem illum multis sermonibus, at ipse nihil illi respondebat. Tacuit & nihil fecit, quia nec illius crudelitas merebatur uidere Diuina, & Dominus factantiam declinabat. Et fortasse in Herode, omnes impij significantur, qui si Legi non crediderint, & Prophetis, mirabilia Christi opera in Euangelio quoque uidere non possint. *Stabant etiam principes sacerdotum & scribae constanter accusans eum.* Accusantibus se principibus sacerdotum & scribis, Dominus apud Pilatum pauca, apud Herodem nulla respondit, ne uidelicet crimen diluens dimitteretur à præside, & crucis utilitas differretur. Nam & iustum profecto erat, ut Pilato qui inuitus ferrebat sententiam, aliqua in parte responderet: Herodem uero cæteros, quæ Iudæorum optimates, quia contra legis suæ decreta innoxium condemnabant, indignos per omnia suo sermone duceret. Propter illa ergo, quamuis respondere noluit, ad hoc data est de Agno

Pilati ne
damnet
Christum
innocentē
solertia.
Iudæi inexcusabiles.
Herodes Iudæus.

Tacuerit
quare coram
Herode
Christus.

Agno sumi
lis, Christi.

similitudo, ut in suo silentio non reus, sed innocens haberetur. Vbi enim tacebat, quasi agnus toto pro grege immolandus patientiam præstabat: ubi uero respondebat, quasi pastor bonus, pro creditis sibi ouibus contra luporum latronumque insidias pugnabat. *Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo, & illi sit indutum ueste alba, & remisit ad Pilatum.* Quod ueste alba induitur, immaculatæ dat indicia passionis, quoniam Agnus Dei immaculatus, totius mundi sit peccata ablaturus. Qui enim in ueste alba spreus & illusus, ipse in casta carne est passus & sepultus. Aliter quod hic alba, iuxta uero alios Euangelistas purpurea uel coccinea ueste indutus, illuditur, geminum martyrij genus, quo per sanctæ Ecclesiæ passiones adornatur, exprimit. Quæ & innocuam eiusdem Domini ac sponsi sui mortem mirata, Dilectus (inquit) meus, candidus & rubicundus. Candidus, scilicet actione, rubicundus sanguine. Et ipse uarijs membrorum suorum sterculis uernans, in pace lilia gignit, in bello rosas. *Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die. Nam antea inimici erant ad inuicem.* Hoc nefandissimum Herodis & Pilati fœdus, quod in occidendo Christo pepigerunt, hætenus eorum uelut hæreditario iure successores custodiunt, quando Gentiles & Iudæi sicut genere & religione, ita etiam mente dissidentes, in Christianis tamen persequeendis, Christi que in eis fide perimenda consentiunt. *Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotum, & magistratibus, & plebe, dixit ad eos.* Quantum dimittendi Iesu iudicium gerat Pilatus, attende. Primo accusantibus sacerdotum principibus, nihil se in eo causæ dicit inuenisse. Deinde illis in cepto persistentibus, mittit ad Herodem, ut si uel ille quid in eo sceleris inuenire possit, an forte dimittendum decernere uelit, exploret. Postremo & eius agnita uoluntate, nec inuenio in Iesu facinore etiam plebis, cui unum dimittere per pascha consueuerat, sententiam quærit. Iterum quoque ac tertio dimittere illum uolens, interrogat. Sed quo curiosius auxiliatorem dimittendi Iesum quem non reperit, quærit: eo criminiosiores eos quos unanimiter eius mortem desiderantes reperit, arguit: *Obtulisti mihi hunc hominem, quasi uertentem populum, & ecce ego coram uobis interrogans nullam causam inuenio in homine isto ex his in quibus eum accusatis.* Hæc dicendo Pilatus, absoluit quidem Iesum, quem probauit infontem, sed ut implerentur scripturæ, quem absoluit iudicio, crucifixit mysterio. *Sed neque Herodes. Nam remisit nos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum est ei.* Audi cæce Iudæe, audi crudelis pagane. Pilatus ipse fatetur, neque se, neque Herodem dignum quid morte in Christo reperisse, sed tantum in occidenpo uel illudendo innoxio alienæ crudelitatis obtemperasse clamoribus. *Pereant ergo scripta*

Vestis alba.

Purpurea ueste.

Gentium & Iudæorum in Christianos conspiratio.

Pilati ad liberandum Christum studium.

Absolutio & condempnatio.

Blasphemi arum in scripturam, reprehensio.

Neceffitas dimittendi unum.

Iudæorum impia electio illis manet.

Iudæorum crudelitas.

Cruce.

Corruptio Christi illata.

Columna domini.

go scripta, que tanto post tempore contra Christum cõposita, non illum apud Pilatum magicæ artis accusatū, sed uos apud Dominum perfidiae & falsitatis accusandos esse demonstrant. *Emendatum ergo illum dimittam.* Flagris illum & ludibrijs quantum ipsi iubetis dummodo innoxium sanguinem non sitiatis, afficiam. *Neceffe autem habebat dimittere eis per diem festum unum.* Neceffe habebat, non imperialis legis sanctione, sed annua gentis, cui per talia placere gaudebat, consuetudine deuinctus. *Exclamauit autem simul uniuersa turba, dicens: Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam, qui erat propter seditionem quandam factam in ciuitate & homicidium, missus in carcerem.* Hæret Iudæis usque hodie sua petitio, quam tanto labore impetrarunt. Quia enim data sibi optione, pro Iesu latrone, pro saluatore interfectorem, pro datore uitæ, elegerunt ademptorem, merito salutem uitamque perdidit, & latrocinijs se ac seditionibus in tantum submerserunt, ut & patriam regnumque suum, quod plus Christo amauere, perdiderint, & hætenus eam quæ uendidere, uel animæ uel corporis libertatem recipere non meruerint. Iterum autem Pilatus locutus est ad illos, uolens dimittere Iesum. At illi subclamabant dicentes: *Crucifige, crucifige eum.* Quanta perfidorum crudelitas, que non solum occidere innocentem, sed & pessimo genere mortis occidere, hoc est crucifigere deliderant. Pendentes enim in ligno crucifixi, clauis ad lignum pedibus manibusque confixi, producta morte necabantur, & diu uiuebatur in cruce, non quia longior uita eligebatur, sed quia mors ipsa protendebatur, ne dolor citius finiretur. Verum ipse de morte pessima occidit omnem mortem. Pessima enim erat, nõ intelligentibus Iudæis. Nam à Domino electa erat. Ipsam enim crucem suam signum habiturus erat, ipsam crucem de diabolo superato tanquam tropæum in frontibus fidelium positurus, ut diceret Apostolus: *Mihi autem ab sit gloriarī, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* Ille autem tertio dixit ad illos: *Quid enim mali fecit iste? nullam causam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illum, & dimittam.* Hæc correptione qua populo satisfacere, ne usque ad crucifigendum saluatorem scirent, summopere quærebat, non modo eum obtulisse rogitando, sed etiam deridendo & flagellando nefandorum desiderijs exhibuisse, & uerba euangelistæ Ioannis, & ipsa testatur columna cui alligatur. Ille qui soluiere compeditos solet, plena deo membra uerberibus subdidit. Quæ uidelicet columna in ecclesia montis Sion posita Dominici cruoris usque hodie cernentibus uestigia certa demonstrat. Sed hæc licet agat Pilatus, quid infatigabilis sacrilegorum furor concupiscat, attende. At illi instabant uocibus magnis, postulantes ut crucifigeretur, & inualecebant uoces eorum. Quia totam accusationem quam aduersus Dominum detulerant,

crebra ac sollicita Pilati interrogatione uidebant euacuata, tandem impudici ad solas se preces conuertunt, ut quod criminando & quali rationando nequiterant, iam postulando & uociferando perficiant. Quem exinde ordinem sequendi, etiam beatorum martyrum persecutores tenuisse, satis ecclesiastica demonstrat historia. Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. *Dimisit autem illis eum qui propter homicidium & seditionem missus fuerat in carcerem, quem petebant. Iesum uero tradidit uoluntati eorum.* Latro seditionis & homicidiorum auctor dimissus est populo Iudæorum, id est, diabolus, qui iam olim patria lucis obculam superbia depulsus, & in tenebrarum fuerat carcerem missus, atque ideo Iudæi pacem habere non possunt, quia seditionum principem, quam Dominum eligere maluerunt. Quia uero Barabbas, filius patris uel filius magistri eorum interpretatur, potest antichristi typum gerere, quem illi quibus dicitur, Vos ex patre diabolo estis: uero Dei filio sunt prælaturi. Filius autem diaboli Antichristus, non ab ipso nascendo, sed sicut cæteri peccatores illum imitando uocatur. Et cum ducerent eum, adprehenderunt Simonem quendam Cyrenensem, uenientem de uilla, & inposuerunt illi crucem portare post Iesum. Ioannes euangelista narrat, ipsum dominum sibi baiulasse crucem. Vnde intelligitur primo à Domino crucem portatam, ac deinde Simonem quem forte exeuntis obuium habuerunt impositam, congruo satis ordine mysterij. Quia ipse passus est pro nobis, relinquens nobis exemplum ut sequamur uestigia eius. Qui bene crucem post Iesum portasse describitur, iuxta quod ipse præcipit, Et tollat crucem suam, & sequatur me. Et quia Simon iste non Hierosolymita, sed Cyrenæus esse perhibetur, Cyrene enim Libyæ ciuitas est, sicut in Actibus Apostolorum legimus, recte per eum populi Gentium designantur. Qui quondam peregrini, & hospites testamentorum, nunc obediendo fidei, iues sunt & domestici Dei. Et sicut alibi dicitur, Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Vnde pulchre Simon obediens, Cyrene hæres interpretatur. Nec prætereundum quod Simon de uilla uenisse refertur. Villa enim Græce *παλις* uocatur, à qua Pagani nomen trahunt, eo quod à ciuitate Dei alieni, & quali urbanae sint conuersationis ignari. Sed de pago Simon egrediens, crucem portat post Iesum, cum populus nationum paganis ritibus derelictis, uestigia Dominicæ passionis obedienter amplectitur. *Sequebatur autem illum multa turba populi, & mulierum quæ plangebant & lamentabantur eum. Conuersus autem ad illas Iesus dixit.* Multa simul turba crucem Domini, sed non una eademque mente sequebatur. Nam populus quidam, ut cuius mortem impetrauerat, morientem lætus aspiceret: mulieres uero, ut quæ uitæ desiderabant, moriturum, morientem, & mor-

Iudæorum impudentes preces.

Barabbæ dimissio.

Pace curareant Iudæi.

Baiulauit crucem suam prius dominus, post Cyrenensem Simonem.

Cyrent.

Gentium electio.

Pagani.

Pagani.

Christum sequenti in diuersi aspectus.

Mulieres turum plorarent. Non autem ideo solus mulierum planctus eum sequebatur, quia non innumerus etiam credentium uirorum coetus de eius erat passione mœstissimus, sed quia foemineus quasi contemptibilior sexus, liberius poterat presentibus sacerdotum principibus & magistratibus, quid contra eos senserit ostentare. Verum quia nouit dominus qui sunt eius, praetermissa iam furentis populi turba, ad amantes plangentesque se foeminas oculos & ora conuertit dicens: *Elie Hierusalem nolite flere super me, sed super uos ipsas flete, & super filios uestros.* Ne me (inquit) moriturum lametemini, cuius cita resurrectio mortem soluere potest, cuius mors & omnem mortem, & ipsum mortis destructura est auctorem. Vos potius ipsas, uestramque progeniem, ne in meae crucis ultionem cum perfidis aeterna morte damnemini, dignis lachrymarum fontibus abluite. Notandumque cum filias Hierusalem appellat, quod non solae quae cum eo uenerant a Galilaea, sed & eiusdem urbis ciues ei mulieres adhaerent. Et nunc quoque quasi immolandum Iesum duplex turba prosequitur, cum eius passionis historiam alij tanquam risu dignas fabulas, alij lachrymantibus ut decet oculis legunt, audiunt recolunt: eius carnis sanguinisque mysteria hi quasi uiles communesque escas, illi peccatore tanta re digno percipiunt. Sed dominus ubi cor contritum & humilianum respicit, mox addita salutarum compunctionis gratia, unde gratius, dulcius, uberius flere debeat magister, sedulus & blandus consolator irrogat. *Quia ecce uenient dies, in quibus dicent: Beatae steriles & uentres qui non genuerunt, & ubera quae non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus, Cadite super nos: & collibus, operite nos.* Dies uenturae a Romanis oblidionis & captiuitatis significat. De quibus superius inter alia discipulis ait: Tunc qui in Iudaea sunt, fugiant in monte. Et paulo post, *Vae autem praegnantibus, & nutriendis in illis diebus.* Quia & naturale est imminente captiuitate, hostilisque per agros urbesque clade feruente, cunctos qui euadere queant alta quaeque uel abdita, quibus abscondantur refugia conquirere. Et specialiter refert Iosephus, insistentibus sibi Romanis Iudaeos caernas certatim montium, collumque petisse speluncas. Ita ut semetipsum testetur, munitiore quodam destructae urbis Lotapatae in Speleo cum quadraginta comitibus proditum, inuentum, atque ab hostibus captum. Potest autem & ex superfluo, quod beatificandos dicit steriles & non parientes, de his intelligi, qui se ipso in utrolibet sexu castrauerunt propter regnum caelorum. Montibus & collibus dicit, Cadite super nos, & operite nos: cum quilibet suae fragilitatis memores in gruete tentationum articulo, sublimium quorumque uel ipsa uirginitate, uel martyrio, uel quacumque alia uirtute uirorum quaesierint exemplis, montis, & praecibus defendi.

Mortem suam flere cur uetet.

Dies excidij Hierosolymitani.

Iosephus ubi captus.

Quia si uiridi ligno haec faciunt, in arido quid fiet? Viride lignum, seipsum suosque electos: aridum uero, impios & peccatores significat. Si ergo ipse, inquit, qui peccatum non feci, qui lignum uitae merito appellatus, fructus gratiae duodenos per singulos menses adfero, sine igne passionis a mundo non exeo: quid putas eos manere tormenti, qui fructibus uacui, ipsum in super uitae lignum flammis dare non timent? Sinunc est tempus ut incipiat iudicium de domo Dei, & omnes qui uolunt pie uiuere in Christo perfectionem patiuntur, qui finis eorum qui non credunt euangelio dei? Ducebantur autem & alij duo nequam cum eo, ut interficerentur. Ut impleretur quod ait: *Et cum iniquis deputatus est.* Sed ille cum iniquis deputatus est in morte, ut iniquos iustificaret in resurrectione, qui cum in forma Dei esset, propter homines homo factus est, ut hominibus potestatem daret filios dei fieri. Et postquam uenerunt in locum qui uocatur Caluaria, ibi crucifixerunt eum. Extra urbem Hierusalem & extra portam, loca erant in quibus truncabantur capita damnatorum, & caluariae id est decollatorum sumpserunt nomen. Propterea autem ibi crucifixus est Dominus, ut ubi prius erat area damnatorum, erigerentur uexilla martyrij. Et quomodo pro nobis maledictum crucis factus est, & flagellatus, & crucifixus, sic pro omnium salute quasi noxius inter noxios crucifigitur, ut ubi abundauit peccatum, superabundet gratia. Qualiter sane Dominus in cruce sit positus, quid uel eadem sacratissimi corporis positio regalis in se typi contineat. Sedulius in paschali carmine pulchre uersibus dixit: *Ne ue quis ignoret speciem crucis esse colendam, Quae dominum portauit ouans ratione potenti, Quatuor inde plagas quadrati colligit orbis, Splendidus auctoris de uertice fulget eous, Occiduo sacra lambuntur sidere planta. Arcton dextra tenet, medium laeva erigit axem, Cunctaque de membris uiuit natura creatis, Et cruce complexum Christus regit undique mundum.* Moralem quoque sacrosanctae crucis figuram describit Apostolus, ubi ait, In charitate radicati & fundati ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis quae sit latitudo & longitudo, altitudo & profundum, cognoscere etiam super eminentem scientiae charitatem Christi. In latitudine quippe, bona opera charitatis significat. In longitudine, perseverantiam sanctae conuersationis usque in finem. In altitudine, spem caelestium praemiorum. In profundo, inscrutabilia iudicia Dei, unde ista gratia in homines uenit. Et haec cita coaptantur sacramento crucis, ut in latitudine accipiatur trauerisum lignum quo extenduntur manus, propter operum significationem. In longitudine, ab ipso usque in terram, ubi totum corpus crucifixum stare uidetur, quod significat persistere, hoc est longanimitate permanere. In latitudine, ab ipso trauerisum ligno

Lignum uiride.

Cum iniquis deputatus.

Caluarie loca.

Sedulius de cruce.

Crucis mensura.

ligno sursum uersus, quod ad caput eminet, propter expectationem supernorum, ne illa opera bona atque in eis perseverantia propter beneficia dei terrena ac temporalia facienda credantur, sed potius propter illud quod desuper sempiternum sperat fides, quae per dilectionem operatur. In profundo autem pars illa ligni quae in terram ab dita defixa latet, sed inde consergit illud omne quod eminet, sicut ex occulta dei uoluntate uocatur homo ad participationem tamen gratiae alius sic, alius autem sic, super eminentem uero scientiae charitatem Christi, eam profecto ubi pax illa est, quae praecellit omnem intellectum. Et latrones unum a dextris, & alium a sinistris. Latrones qui cum domino sunt hinc inde crucifixi, significant eos qui sub fide & confessione Christi uel agonem martyrij, uel quae continentiae arctioris instituta subeunt. Sed quotquot haec pro aeterna solu caelestis gloria gerunt, hi profecto dextri latronis merito & fide designantur. At qui uel humanae laudis intuitu, uel qualibet minus digna intentione saeculo abrenunciant, non immerito blasphematoris & sinistri latronis mentem & actum imitantur. De qualibus dicit Apostolus: Si tradidero corpus meum ut ardeam, si dedero omnes facultates meas in cibo pauperum, si alia multa fecero, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. At uero beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum. *Iesus autem dicebat: Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt.* Quia Lucas per uerbi typum sacerdotium Christi scribere disposuit, recte apud eum Dominus & pro persecutoribus suis iure sacerdotis intercedit, & eodem munere latroni confidenti paradisi ianuam pandit. Neque enim puniendus est eum haec patre frustra orasse, sed in eis nimirum qui post eius passionem credidere quod orabat impetrasse. Notandum sane quod non pro eis qui uiciorum ac superbiam stimulis accensi, quem filium Dei intellexerunt, crucifigere quam confiteri maluerunt, sed pro eis utique, qui zelum dei habentes, sed non secundum scientiam, nesciere quod fecerunt, patri preces obtulerunt. Sed & Ioannes Apostolus dicit: Est peccatum ad mortem, non pro illo dico ut roget quis. Imitare ergo dominum tuum, pro inimicis intercede, & si necdum potes, saltem caue ne contra illos orare praesumas. Sic enim cotidianis profectibus auctus, & ad illud quandoque domino iuuante peruenies, ut etiam pro illis intercedere possis. *Diuidentes uero uestimenta eius, miserunt sortes. Et stabat populus spectans.* Haec euangelista Ioannes plenius exponit, quia scilicet milites caetera in quatuor partes iuxta suum numerum diuidentes, de tunica quae inconsutilis erat desuper contexta per totum, fortem miserunt. Quadripertita autem uestis Domini, quadripertitam eius figurauit Ecclesiam, toto scilicet qui quatuor partibus constat terrarum orbe diffusam,

Latrones cum domino crucifixi.

Cap. 9. 4.

Lucas bos est in figura.

Oratio domini pro quibus facta sit.

Sortis missio.

& omnibus eisdem partibus aequaliter, id est concorditer distributa. Tunica uero illa sortita, omnium patrium significat unitatem, quae charitatis uinculo continetur. Si enim charitas iuxta Apostolum, & super eminentiore habet uitam, & supereminet scientiam, & super omnia praecipua est, merito uestis qua significatur desuper contexta, perhibetur. In sorte autem quid nisi dei gratia, commendata est? Sic quippe in uno ad omnes peruenit, cum fors omnibus placuit, quia & Dei gratia in unitate ad omnes peruenit, & cum fors mittitur, non personae cuiuscumque uel meritis, sed occulto dei iudicio ceditur. Et deridebant illum principes, cum eis dicerent: *Alios saluos fecit, se saluum faciat si hic est Christus Dei electus.* Etiam nolentes confitentur principes & populi Iudaeorum quod alios saluos fecerit. Itaque uestra uos condemnasset sententia. Qui enim alios saluos fecit, utique si uellet seipsum saluare poterat. Se saluum faciat (inquiunt) si hic est Christus dei electus. Imo ideo se saluum facere de cruce descendendo noluit, quia ipse est Christus dei electus. Nam qui ideo uenit, ut pro nobis crucifigeretur, ideo seipsum saluare de cruce descendendo neglexit, quia cum caeteris peccatoribus etiam illos qui crucifigere, saluare moriendo curauit. *Ille debant autem & milites accedentes, & acetum offerentes illi dicentes: Si tu es rex Iudaeorum saluum te fac.* Acetum ipsi erant Iudaei, degenerantes a uisum patri archarum & prophetarum. Quo uide licet acetum milites dominum potauerunt, quem eorum suggestionem morti tradiderunt. Et notandum quod Iudaei uocabulum Christi & filij dei scripturae sibi auctoritate creditum blasphemantes irident. Milites uero utpote scripturam nescientes, non Christo dei electo, sed regum Iudaeorum insultant. *Erat autem & superscriptio scripta super illum literis graecis & latinis & hebraicis, Hic est rex Iudaeorum.* Pulchre regem testetur, non infra sed supra cruce ponitur, quia licet in cruce pro nobis hominum infirmitate dolebat, super cruce tamen regis maiestate fulgebatur. Qui apte etiam, quia Rex simul & sacerdos est, cum eximia patri suae carnis hostiam in altari crucis offerret, regis quoque qua praeditus erat titulo dignitate praetendit, ut cum ceteris legere, hoc est audire & credere uolentibus innotescat, quia suum per cruce non perdidit, sed confirmari potius & corroborari imperium. Unde & Apostolus cum ignominiam crucis descripsisset, adiunxit: *Propter quod & deus illum exaltauit, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, &c.* Nam quod hoc nomen hebraice, graece, & latine scriptum erat, hoc est quod idem Apostolus subsecutus adnectit. Et omnis lingua confiteatur, quia Iesus Christus in gloria est Dei patris. Quantum uero ad literam, haec tres linguae ibi praeter caeteras eminebant. Hebraea propter Iudaeos in lege gloriantes, Graeca propter gentium sapientes, Latina propter Romanos multis ac penae omnibus

Tunica inconsutilis.

Saluos fecisse alios fatentur.

Acetum Iudaei erant.

Christum Iudaei, Regem gentiles rident.

Titulus eius positio.

bus iam tunc gentibus imperantes. Velint no-
 liat ergo Iudaei, omne mundi regnum, omnis
 mundana sapientia, omnia diuinae legis sacra-
 menta testantur, quia Iesus rex Iudaeorum est, hoc
 est imperator credentium & confitentium de-
 um. *Vnus autem de his qui pendebant latronibus blasphemabat eum dicens: Si tu es Christus, saluum fac te-
 ipsum & nos.* Mouet forte aliquos, quomodo a-
 lii euangelista dicat latrones qui crucifixi erant
 cum eo, conuictos ei. Vnus quidem eorum
 quando conuictus est, secundum Lucae testi-
 monium, alter & conspexit eum & in deum
 credidit. Sed intelligamus eos breuiter per-
 stringentes hunc locum, pluralem numerum pro
 singulari posuisse. Sicut in epistola ad He-
 braeos legimus pluraliter dictum, Clauserunt
 ora leonum, cum solus Daniel significari intel-
 ligatur. Et pluraliter dictum Secuti sunt, cum de
 solo Esau tradatur. In Psalmo etiam quod di-
 ctum est, Adstiterunt reges terrae. & principes
 conuenerunt in unum, pluralem numerum pro
 singulari positum, in Actibus apostolorum in-
 uenitur. Nam reges propter Herodem, prin-
 cipes propter Pilatum intellexerunt, qui testimo-
 nium eiusdem Psalmi adhibuerunt. Quid au-
 tem usitatus (uerbi gratia) quam ut dicat ali-
 quis, & rustici mihi insultant, etiam si unus in-
 sultet? Respondens autem alter increpabat illum di-
 cens, Neque tu times deum, quod in eadem damnatione es,
 Et nos quidem iuste. Nam digna factis recipimus. Hic uero
 nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesum: Domine memento mei
 cum ueneris in regnum tuum.] Quis huius latronis
 animum non miretur? imo iuuantis cum domi-
 ni gratiam quis digne miretur? digna gratia-
 rum actione ueneretur? In cruce clauis manus
 eius pedesque ligauerant, nihil in eo a poenis li-
 berum nisi cor & lingua remanserant, inspiran-
 te deo totum illi obtulit quod in se liberum in-
 uenit, ut iuxta hoc quod scriptum est, Corde cre-
 deret ad iustitiam, ore confiteretur ad salutem.
 In corde autem fidelium tres summopere ma-
 nere uirtutes testatur Apostolus dicens, Nunc
 autem manet fides, spes, charitas. Quas cum
 subita repletus gratia & accepit latro & serua-
 uit in cruce. Fidem namque habuit, qui regna-
 turum Dominum credidit, quem secum pari-
 ter morientem uidit. Spem habuit, qui regni
 eius aditum postulauit. Charitatem quoque in
 morte sua uiraciter tenuit, qui fratrem & con-
 latronem pro simili scelere morientem & de ini-
 quitate sua arguit, & ei uitam quam cognoue-
 rat praedicauit. Ille qui talis ad crucem uenit ex
 culpa, ecce qualis a cruce recedit ex gratia. Co-
 sitebatur dominum, quem uidebat secum hu-
 mana infirmitate morientem, quando nega-
 bant Apostoli eum, quem miracula uiderant
 diuina uirtute facientem. Et dixit illi Iesus: Amen
 dico tibi, Hodie mecum eris in paradiso.] Pulcherrimum
 affectandae conuersionis exemplum, quod tam-
 cito latroni uentura relaxatur, & uberior est gra-

Euang. Concord.

Pluralis, pro singulari.

Latronis boni confesio.

Venia impetranda fiducia.

tia quam precatio. Semper enim plus Domi-
 nus tribuit quam rogatur. Ille enim rogabat ut
 memor sui fuisset dominus cum uenisset in re-
 gnum suum. Dominus autem ait: Amen dico
 tibi, hodie mecum eris in paradiso. Vita est e-
 nim esse cum Christo, quia ubi Christus, ibi re-
 gnum. Quidam duos latrones cum Domino
 crucifixos, duobus baptizatorum generibus co-
 aptat. Quicumque enim baptizati sumus in Chri-
 sto Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Am-
 bo namque similes crucifixi, sed unus in cruce blas-
 phemijs peior, alter est confessione martyr esse-
 ctus. Quia per baptismum quo cum peccatores esse-
 mus abluimur, alij dum deum in carne passum, fi-
 de, spe, & charitate laudant, coronantur: alij dum
 aut fide aut opera baptismi habere renuunt, do-
 no quod accipere priuatur. *Erat autem fere hora
 sexta, & tenebrae factae sunt in uniuersa terra usque in ho-
 ram nonam, & obscuratus est sol.* Clarissimum mundi
 lumen retraxit radios suos, ne aut pendente ui-
 deret dominum, aut impij blasphemantes sua lu-
 ce fruerentur. Et notandum quod dominus sex-
 ta hora, hoc est recessuro a centro mundi sole cru-
 cifixus sit: diluculo autem, hoc est oriente iam so-
 le resurrectionis suae mysteria celebrant. Statu
 enim temporis signauit, quod effectu operis ex-
 hibuit. Quia mortuus est propter peccata nos-
 tra, & resurrexit propter iustificationem nostram.
 Nam & Adae peccante scriptum est, quod au-
 dierit uocem domini dei deambulatis in paradiso
 ad auram post meridiem. Post meridiem namque, in-
 clinata luce fidei. Ad auram uero, refrigeret uere
 uore charitatis. Deambulans autem audiebat, quia
 ab homine peccante recesserat. Rationis
 igitur ordo poscebat, ut eodem temporis articu-
 lo quo tunc Adae peccati obcluserat, nunc latro-
 ni poenitentia dominus paradisi ianuam penderet.
 Et uelum templi scissum est medium. Hoc expirante do-
 mino factum est, sicut Matheus Marcusque cote-
 stantur, sed Lucas praecipuo narrauit. Vo-
 lens enim miraculum miraculo adstringere, cum
 dixisset sol obscuratus est, cotinuo subiungenda
 existimauit, Et uelum templi scissum est me-
 dium. Scinditur autem uelum templi, ut arcana te-
 stamenti & omnia legis sacramenta, quae prius
 tegebantur, appareant, atque ad populum tran-
 seant nationum. Ante etenim dictum fuerat,
 Notus in Iudaea deus, in Israel magnum nomen
 eius. Nunc autem exaltare super caelos deus, & su-
 per omnem (inquit) terram gloria tua. Et in euan-
 gelio prius dixit, In uiam gentium ne abieritis.
 Post passionem uero, Euntes docete omnes gen-
 tes. Et clamans uoce magna Iesus ait, Pater in manus
 tuas commendo spiritum meum: & haec dicens expirauit.]
 Patrem inuocando, filium dei se esse declarat.
 Spiritum uero commendando, non defectum
 suae uirtutis, sed confidentiam eiusdem cum pa-
 tre potestatis insinuat. Amat enim dare gloriam
 patri, ut nos aedificet gloriam dare creatori. Com-
 mendat itaque patri spiritum, iuxta hoc quod dele-

10

20

30

40

50

60

Solis obscuratione. Crucifixionis resurrectionisq; horae mysterium.

Velissimum.

Spiritus quomodo commendauit patri filius.

delectato corde & exultantibus spe resurgendi
 labijs, in alio Psalmo loquitur, Quonia non de-
 relinques animam meam in inferno, nec dabis
 sanctum tuum uidere corruptionem. Videns
 autem centurio quod factum fuerat, glorificauit deum dicens:
 Vere hic homo iustus erat.] Non solus Centurio glo-
 rificauit deum, sed & milites qui cum eo erant
 custodientes Iesum (sicut Matheus scribit) ui-
 so terrae motus & his quae fiebant, timuerunt
 ualde dicentes, Vere dei filius erat iste. Quan-
 ta ergo caecitas Iudaeorum, qui tot per dominum
 uirtutibus factis, tantis in morte eius apparen-
 tibus signis, credere respuerunt, & insensibili-
 res gentilibus deum glorificare uel timeret con-
 temperunt. Vnde merito per Centurionem fi-
 des ecclesiae designatur, quae uel mysteriorum
 caelestium per mortem domini reserato, conti-
 nuo Iesum & uere iustum hominem, & uere dei
 filium synagoga tacente confirmat. Nam & ipsa
 summa centenaria, quae in flexu digitorum, si-
 cut & supra memoratum est, de sinistra transit
 in dexteram, ecclesiae sacramentis & fidei ap-
 tissime congruit, cui pro lege euangelium credi-
 tum, pro terrae diuitijs regnum est caeleste pro-
 missum. Et omnis turba eorum qui simul aderant ad
 spectaculum istud: & uidebant quae fiebant, percutientes pe-
 ctora sua reuertebantur.] Quod percutiebant pecto-
 ra, quia poenitentiae est & luctus indicium, po-
 test dupliciter intelligi. Siue enim cum cuius
 uitam dilexerunt, iniuste occisum dolebant: seu
 cuius mortem se impetrasse meminerant, hunc
 in morte amplius glorificatum tremebant. Sed
 siue haec, siue illa, siue utraque causa diuersas in
 turba dissidentesque personas pectus tundere
 coegerit, notanda distantia gentis & gentis. Gen-
 tiles quippe moriente Christo deum timentes
 apertae confessionis uoce glorificant, Iudaei per-
 cutientes solum pectora, silentes domum re-
 deunt. *Stabant autem omnes noti eius a longe, & mu-
 lieres quae secutaerant eum a Galilea haec uidentes.*] Hoc
 est quod ipse dominus in Psalmo explicita siue
 passionis sermone patri queritur, dicens: Elonga-
 sti a me amicum & proximum, & notos meos
 a miseria. Et ecce uir nomine Ioseph, qui erat decurio,
 uir bonus & iustus. Hic non consenserat consilio & actibus
 eorum.] Decurio uocatur quod sit de ordine cu-
 rialis a procurando munera ciuilia solet appel-
 lari. Ab Arimathia ciuitate Iudaeae, qui expectabat &
 ipse regnum dei.] Ab Arimathia, ipsa est Rama-
 thaim ciuitas Helcanae & Samuelis in regione
 Thannitica iuxta Diospolim. Hic accessit ad Pi-
 latum & petijt corpus Iesu.] Magnae quidem Ioseph
 iste dignitatis ad saeculum, sed maioris apud de-
 um meriti fuisse laudatur, ut dei iustitiam me-
 ritorum sepeliendo corpori dominico dignus
 foret, & per nobilitatem potestatis saecularis idem
 corpus accipere posset. Non enim quilibet igno-
 rus ad praesidem accedere, & crucifixi corpus
 poterat impetrare. Et depositum inuoluit sindone,

Gentium timor.

Centurio.

Percussio pectorum.

A longe stantes.

Ioseph Decurio.

Arimathia.

Ioseph lauatur.

60

& posuit eum in monumento exciso, in quo nondum quisquam
 positus fuerat.] Et ex simplici sepultura Domini,
 ambitio diuinitum condemnatur, qui ne in tumu-
 lis quidem possunt carere diuitijs. Possimus au-
 tem iuxta intelligentiam spiritalem & hoc sen-
 tire, quod ille in lindone munda inuoluit Iesum
 qui pura eum mente susceperit. In nouo autem
 ponitur monumento, ne post resurrectionem
 caeteris corporibus remanentibus, surrexisse a-
 lius fingeretur. Quod bene monumentum de
 petra excisum fuisse memoratur, ne si ex mul-
 tis lapidibus aedificatum esset, suffocatis tumuli
 fundamentis ablatus furto diceretur. Aliter. So-
 lus tumulo dominus in cluditur, ut specialis il-
 lius sepultura, id est nostrae dissimilis, sicut &
 caetera dispensationis eius arcana a nostrae na-
 turae fragilitate discreparet, specialis & resur-
 rectionis designetur. Nam & uerus homo appa-
 ruit, sed ex uirgine matre conceptus & natus.
 Et tentatus est per omnia, sed pro similitudine
 absque peccato. Et mortuus est, sed quomodo
 ipse uoluit. Et sepultus est, sed quamdiu uoluit.
 Et suscitatus est, sed quando uoluit. Hoc est er-
 go quod ait: Singulariter sum ego donec trans-
 eam. Et alibi de singulari sepultura. In pace in
 idipsum obdormiam & requiescam, quoniam
 tu Domine singulariter in spe constituisti me,
 id est caeterorum mortalium in fine, resurrectione
 ne seruata me singulari dono a mortuis die ter-
 tia resurgere promissisti. *Et dies erat parasceues, Parasce-
 & sabbatum illucescebat.*] Parasceue, praeparatio in-
 terpretatur, quo nomine Iudaei qui inter Grae-
 cos conuersabantur, sextam sabbati, quae nunc
 a nobis sexta feria uocatur, appellabant, quod
 eo uidelicet die quae in sabbatum foret neces-
 saria praepararent. Iuxta quod de manna quori-
 dam erat praecipuum: Sexta autem die collige-
 tis duplum, &c. Qui uero inter Romanos ui-
 tam ducunt Iudaei, usitatus eum Latine coenam
 puram cognominant. Quia ergo sexta die ho-
 mo factus, & tota mundi est creatura perfecta,
 septima autem conditor ab opere suo requie-
 uit, unde & hanc sabbatum, id est requiem uo-
 cari praecipit, recte Dominus eadem die sexta
 crucifixus, humanae reparationis impleuit ca-
 num. Vnde cum accepisset acetum, dixit, Con-
 summatum est: id est sexti diei, quod pro mun-
 di refectione suscepti, totum est opus perfectum.
 Sabbato autem in sepulcro requiescens, resurre-
 ctionis quae octaua die uentura erat, expectabat
 euentum. Vbi nostrae simul deuotionis praelu-
 cet exemplum, quos in hac quidem sexta mun-
 di aetate pro domino pati, & uelut mundo cruci-
 figine cesse est: in septima uero aetate, id est cum
 laeti quis debitu soluit, corpora quidem in tu-
 mulis, animas autem secreta in pace cum domi-
 no manere, et post bona oportet opera quiesce-
 re: donec octaua tandem ueniente aetate, etiam
 corpora ipsa resurrectione glorificata, cum ani-
 mabus simul incorruptione aeternae haeredita-
 tis ac-

Sepulturae pompae carpit. Sindon munda. Monumentum nouum.

Parasceue.

Consummatum est.

60

tis accipiant. Vnde pulchre septima dies in Ge-
 nesi uespera habuisse non legitur, quia requies
 animarum quae illo in saeculo nunc est, non ul-
 lo consumenda moerore, sed pleniore gaudio
 futurae est resurrectionis adaugenda. *Subsecu-
 ta autem mulieres quae cum ipso uenerant de Galilaea, uide-
 runt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus
 eius.*] Supra legimus, quia stabant omnes noti
 eius a longe, & mulieres quae secutaerant eum.
 His ergo noti Iesu post depositum eius cada-
 uer ad sua remeantibus, solae mulieres quae ar-
 ctius amabant, funus subsecutaerant quo poneretur
 inspicere cupiebant, ut ei tempore congruo mu-
 nus possent suae deuotionis offerre. Sed & ha-
 ctenus sanctae mulieres faciuntidem die Paraf-
 ceues, cum animae humiles, & quo maioris sibi
 consciat fragilitatis eo maiori saluatoris dilectio-
 ne feruentis, passionis eius uestigia in hoc sa-
 culo, quo requies est praeparanda futura, dili-
 ger obsequuntur, & si forte ualeant imitari, se-
 dula curiositate quo ordine sit eadem passio com-
 pleta perpendunt. Et reuertentes parauerunt aro-
 mata & unguenta. Et sabbato quidem siluerunt secundum
 mandatum.] Mandatum erat ut sabbati silentium
 a uespera usque ad uesperam seruaretur, & ideo
 religiosae mulieres sepulto domino, quandiu li-
 cebat operari, id est usque ad solis occasum in un-
 guentis praeparandis erant occupatae. Quod
 non solum in die Parafceues egerant, uerum trans-
 eundo sabbato, id est sole occidente, mox ut ope-
 randi licentia remeabat, emerunt aromata ut
 mane ueniētes ungerēt corpus eius, sicut Mar-
 cus euangelista testatur. Neque enim uespere
 sabbati, praecoccupante iam noctis articulo mo-
 numentum adire ualuerūt. Insecta autem do-
 mini sepultura reuertentes parant aromata &
 unguenta, quae lecta, audita, recordata passione
 dominica, mox ad patranda se opera uirtutum
 quibus Christus delectetur conuertunt. & sab-
 bato quidem paratis aromatibus silent uentu-
 ri post sabbatum cum muneribus ad dominum,
 cum finita praesentis uitae parafceue, beata in re-
 quie gaudentes expectant, quando tempore
 resurrectionis apparente, redolentibus Chri-
 sto spiritualium actionum, quasi aromatibus oc-
 currant.

CAPVT XXIII.



Na autem sabbati ualde diluculo uenerunt
 ad monumentum, portantes quae parauerunt
 arom.] Vna sabbati, siue prima sab-
 bati, prima est dies a sabbato, qua
 diem dominicam propter Dni resurrectionem mos
 christianus appellat. Quod aut ualde diluculo
 mulieres uenerunt ad monumentum, iuxta histo-
 riam quidem magnus quaerendi & inueniendi do-
 minum feruor charitatis ostenditur, iuxta intelle-
 ctum uero mysticum nobis datur exemplum illu-
 minata facie de cunctis uirtutibus tenebris ad sa-
 cro sanctum domini corpus accedere. Nam & se-
 pulchrum illud uenerabile figuram dominici habe-

Mulierum
in charita-
te constan-
tia.

Sabbatum
obserua-
tum.

Cap. 95.

Prima sab-
bati.

Diluculo
uenientes.

Mystice
quid indi-
cent.

bat altaris, in quo carnis eius ac sanguinis solent
 mysteria celebrari. Vnde ecclesiastica tenet ea-
 dem mysteria, non in serico, non in panno tin-
 cto, sed instar sindonis, qua eum Ioseph inuol-
 uit, in linteo puro debere consecrari. Ut sicut
 ipse ueram terrenam mortalitatem naturam substan-
 tiam pro nobis morti obtulit, ita & nos in com-
 memoracionem eiusdem tremendi & uenera-
 bilis sacramenti purum de terrae germine, can-
 didumque, & multi modo quasi mortificatio-
 num genere castigatum altari linum impona-
 mus. Aromata autem quae mulieres deferunt,
 odorem uirtutum, & orationum quibus altari
 adpropinquare debemus, suauitatem significat,
 unde Ioannes in apocalypsi sua cum phialas in ma-
 nu angelorum aureas, id est mundas in electo-
 rum corde conscientias, plenas odoramento-
 rum descripsisset, subiunxit exponens, atque ait:
 Quae sunt orationes sanctorum. Et inueniunt
 lapidem reuolutum a monumento, & ingressae non inuen-
 runt corpus domini Iesu.] Quomodo lapis per ange-
 lum reuolutus sit, Matthaeus sufficienter expo-
 suit. Sed reuolutio lapidis mystice, referatio-
 nem sacramentorum quae uelamine litera te-
 gebantur, insinuat. Lex enim in lapide scripta
 est. Cuius ablato tegmine, corpus domini mor-
 tuum non inuenitur, sed uiuum euangelizatur.
 Quia & si cognouimus secundum carnem Chri-
 stum, sed iam nunc non nouimus. Et factum est
 dum mente consternata essent de isto, ecce duo uiri stete-
 runt secus illas in ueste fulgenti.] Mente consterna-
 taerant, quia & lapidem tam immensa magni-
 tudinis reuolutum stupebant, & corpus tam exi-
 miae uenerationis non inuentum dolebant. Si-
 cur autem tentato in solitudine Domino mox
 impleta uictoria accedentes ei angeli ministrant,
 ita eodem passo in carne saluatore, post deui-
 ctas certamina mortis ueniunt angeli, qui non so-
 lum uerbo consolante, sed & fulgente habitu glo-
 riam triumphantis adnunciant. Quomodo au-
 tem posito in sepulchro corpori saluatoris an-
 geli adstitisse leguntur, ita etiam celebrandis e-
 iusdem sacratissimi corporis mysterijs tempo-
 re consecrationis adistere sunt credendi, mo-
 nente apostolo, mulieres in ecclesia uelamen ha-
 bere propter angelos. Cum timeret autem & de-
 clinarent uultum in terram, dixerunt ad illas: Quid quaeritis,
 uiuentem cum mortuis? Non est hic, sed resurrexit.]
 Nolite (inquiunt) cum mortuis, hoc est in mo-
 numento qui locus est proprie mortuorum, que-
 rere eum qui ad uitam iam resurrexit a mortuis.
 Et nos autem exemplo deuotarum deo femi-
 narum quoties ecclesiam intramus, mysterijs
 caelestibus adpropinquamus, siue propter an-
 gelicam praesentiam uirtutis, seu propter reue-
 rentiam sacrae oblationis, cum omni humilitate
 & timore debemus ingredi. Ad conspectum
 quippe angelorum uultum declinamus in ter-
 ram, cum superiorum ciuium quae sint gaudia
 aeterna contemplant, humiliter nos cinerem esse

Aroma-
tum signifi-
catio.

Oratio-
nes.

Lapis re-
uolutio.

Consterna-
tio mentis.

Ecclesie
ingressus
qualis esse
debeat.

esse terramque recollimus. Sicut beatus Abrahā:
 Loquar, inquit, ad dominum meum cum sim pul-
 uis & cinis. Et notandum quod sanctae mulie-
 res adstantibus sibi angelis non in terram ceci-
 disse, sed uultum dicuntur in terram declinasse.
 Nec quempiam sanctorum legimus tempore
 dominicae resurrectionis, uel ipso domino, uel
 angelis sibi uisus, terrae prostratum adorasse. Vn-
 de mos obtinuit ecclesiasticus, ut uel in memo-
 riam dominicae, uel in nostram spem resurrectio-
 nis, & omnibus dominicis diebus, & toto quin-
 quagesimae tempore non flexis genibus, sed de-
 clinatis in terram uultibus oremus. Recordami-
 ni qualiter locutus est uobis, cum adhuc in Galilaea esset, di-
 cens: Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum
 peccatorum & crucifigi, & die tertia resurgere.] Die ter-
 tia dominus, sicut ipse (quod ex hoc loco disci-
 mus) inter discipulos uiros etiam feminis quae
 eum sequebantur praedixit, resurrectionis suae tri-
 umphum celebrauit. Die namque parafceues ho-
 ra nona spiritum tradens, uespere sepultus, ma-
 ne prima sabbati surrexit, sicut aperte Marcus
 euangelista designat. Non ergo immerito uno
 die in sepulchro & duabus noctibus iacuit, quia
 uidelicet lucem suae simplae mortis tenebris du-
 plae nostrae mortis adiunxit. Ad nos quippe ue-
 nit, qui in morte spiritus carnisque tenebamur,
 unam ad nos suam, id est carnis mortem detu-
 lit, & duas nostras quas recepit, soluit. Si enim
 ipse utranque susciperet, nos a nulla liberaret,
 sed una misericorditer accepit, & iuste utran-
 que damnauit. Simplam suam duplam nostrae
 contulit, & duplam nostram moriens subegit.
 Et recordatae sunt uerborum eius.] Mulieres quae in mo-
 numento domini stantes, uerborum quae de sua
 dispensatione praefatus est recordantur, formam
 nobis praebent, ut inter ipsa dominicae passio-
 nis mysteria celebranda, non solum eiusdem
 beatae passionis, sed & ab inferis Resurrectio-
 nis, necnon & in caelos gloriosae ascensionis di-
 gnae semper ueneratione recordemur. Et egressae
 a monumento nunciauerunt haec omnia illis undecim, &
 ceteris omnibus.] Sicut in principio mulier auctor
 culpa uiro fuit, uir executor erroris, ita nunc
 quae prior mortem gustauerat, resurrectionem
 prior uidit, & ne perpetui reatus apud uiros op-
 probrium sustineret, quae culpam uiro transfuderat,
 transfudit & gratiam. Erat autem Maria Magdalene, &
 Ioanna, & Maria Iacobi, & ceterae quae cum eis erant, quae
 dicebant ad apostolos haec.] Maria Magdalene ipsa
 est soror Lazari, quae exiit dominum unguen-
 to. Ioanna uxor Chuzae procuratoris Herodis
 de quibus supra lectum est. Maria Iacobi ma-
 ter est Iacobi minoris & Ioseph, ut Marcus E-
 uangelista dicit, soror matris domini, unde &
 ipse Iacobus frater Domini meruit uocari. Et
 uisa sunt ante illos sicut deliramentum uerba ista, & non cre-
 debant illis.] Quod resurrectionem dominicam
 discipuli tarde crediderunt, non tam illorum in-
 firmas quam nostra (ut ita dicam) futura firmi-

Orandi in
quadrage-
sima mo-
dus.

Femine
surrectio
praedicta.

Temporis
in sepulchro
ratio.

Mulierum
recordatio
imitanda.

Mulierum
primae re-
surrectio-
nem nunci-
ant.

Magdale-
na.
Ioanna.
Maria Ia-
cobi, soror
matris do-
mini.
Dubitatio
apostolo-
rum pro-
dest nobis.

tas fuit. Ipsa namque resurrectio illis dubitantibus
 per multa argumenta monstrata est. Quae
 dum nos legentes agnoscimus, quid aliud quam
 de illorum dubitatione solidamur?] Petrus autem
 surgens cucurrit ad monumentum, & procumbens uidit lin-
 teamina sola posita, & abiit, secum mirans quod factum fue-
 rat.] Lucas breuiter de cursu Petri commemo-
 rat: sed hoc quomodo gestum sit plenius exfe-
 quitur Ioannes, dicens etiam illum discipulum
 quem diligebat Iesus, cucurrisse cum Petro, se ui-
 delicet insinuans. Vnde quaeritur quomodo Lu-
 cas de Petro dicat. Et procumbens uidit lintea-
 mina sola posita, cum Ioannes se potius hoc fe-
 cisse significet, Petrum uero in troeuntem in mo-
 numentum uidisse non solum linteamina, sed
 & sudarium quod fuerat super caput eius. Sed
 intelligendum est Petrum primo procumben-
 tem uidisse, quod Lucas commemorat, Ioannes
 tacet: post autem ingressum, ut diligentius in-
 teriora dinosceret, ingressum tamen antequam
 Ioannes intraret.

Tecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum quod erat
 Emmaus, & ipsi loquebantur adinucem de his omnibus
 quae acciderant.] Stadium, quo graeci auctore (ut
 dicunt) Hercule, uiarum spatia mensurant, octa-
 uae est pars miliaris, & ideo sexaginta stadia,
 septem milia passuum, & quingentos signifi-
 cant. Quod bene spatium itineris congruit eis,
 qui de morte ac sepultura Saluatoris certi, du-
 bii de resurrectione gradiebantur. Nam resurrectio-
 nem quae post septimam sabbati facta est, octa-
 uo numero concinere quis ambiget? Disci-
 puli ergo qui de Domino loquentes incedebant,
 & sextum coepti itineris miliarium compleue-
 runt, quia illud sine querela uiuentem usque ad
 mortem, quam sexta sabbati subiit, peruenisse
 dolebant, compleuerunt & septimum, quia hunc
 in sepulchro quiesuisse non dubitabant. Verum
 de octauo dimidium tantum peregerunt, quia
 gloriam celebratae iam resurrectionis nondum
 perfecte credebant. Emmaus autem ipsa est Ni-
 copolis ciuitas insignis Palestinae, quae post ex-
 purgationem Iudaeae sub Marco Aurelio Anto-
 nino Principe restaurata, cum statu mutauit &
 nomen. Et factum est dum fabularentur, & secum quaer-
 erent, & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis.] Loquen-
 tes de se Dominus appropinquans comitaba-
 tur, ut & fidem suae resurrectionis, eorum men-
 tibus incendat, & occultae praesentiae maiesta-
 tis semper se quod promissit impleturum desi-
 gnet. Vbi enim sunt duo uel tres congregati in
 nomine meo, sibi (ait) sum in medio eorum.
 Oculi autem illorum tenebantur, ne eum agnoscerent. Et
 ait ad illos: Qui sunt hi sermone quos confertis ad inuicem
 ambulantes: & estis tristes?] Apparuit quidem Do-
 minus, sed eis speciem quam agnoscerent non ostendit.
 Hoc ergo egit foris Dominus in oculis corporis: quod apud ipsos agebatur in-
 tus in oculis cordis. Ipsi namque apud semetipsos

Euang.
concord.

Cap. 96.

Stadium ab
Hercule
sicutum.

Emmaus.

Iesus ap-
propin-
quat loquen-
tibus de se.

Oculi disci-
pulorum cur
tenebantur.

intus & amabant & dubitabant: eis autem dominus foris & presens aderat, & quis esset non ostendebat. De se ergo loquentibus, praesentiam exhibuit, sed de se dubitantibus cognitio nis suae speciem abscondit. Et respondens unus cui nomen Cleopas dixit ei: Tu solus peregrinus es in Hierusalem, & non cognouisti quae facta sunt in illa his diebus? Peregrinum putabant eum, cuius uultum non agnoscebant. Sed & reuera peregrinus erat eis, a quorum naturae fragilitate, percepta iam resurrectionis gloria longe distabat. Peregrinus erat eis, a quorum adhuc fide, ut pote resurrectionis eius nescia, manebat extraneus. Quibus ille dixit: Quae? Et dixerunt ei: De Iesu Nazareno, qui fuit uir propheta, potens in opere & sermone coram deo & omni populo. Prophe tam & magnum fatentur, filium dei tacent, uel scilicet nondum perfecte credentes, uel solliciti ne inciderent in manus Iudaeorum persequentium, quia nesciebant quis esset cum quo loquebantur, quod uerum creditere, celantes. Et quomodo tradiderunt eum summis sacerdotibus & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israel. Merito tristes incedebant, quia & se ipsos quodammodo arguebant, quod in illo redemptionem sperauerunt, quem iam mortuum uiderant, nec resurrectionem credebant. Et maxime dolebant eum sine culpa occisum, quia nouerant innocentem. Et nunc super haec omnia, tertia dies est hodie quod haec facta sunt. Sed & mulieres quaedam ex nostris terruerunt nos, quae ante lucem fuerunt ad monumentum, & non inuenit corpore eius, uenerunt, dicentes se etiam uisionem angelorum uidisse, qui dicunt eum uiuere. Terruisse dicuntur merito eos, quorum mentibus plus de non inuenito corpore dominico maestitiam qua dolebant addere, quam denunciata per angelos eius resurrectio ne, gaudium quo recrearentur uidere potuerunt. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, & ita inuenenerunt sicut mulieres dixerunt, ipsum uero non inuenierunt. Cum ipse Lucas supra Petrum dixerit cur currisse ad monumentum, & nunc Cleopam dixisse, ipse retulerit quod quidam eorum cucurrerant ad monumentum, intelligitur ad testari, quod duo ierint ad monumentum. Sed Petrum solum primo commemorauit, quia illi primus Maria nunciauerit. Et ipse dixit ad eos: O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quae locuti sunt propheta. Nonne haec oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Et incipiens a Mose, & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis quae de ipso erant. Hoc nobis in loco non ulla scripturam interpretandi, sed gemina nos ipsos humiliandi necessitas incumbit, qui neque in scripturis quantum oportet edocti, neque ad implenda quae discere forte potuimus quantum decet sumus intenti. Na si Moses & omnes prophetae Christum locuti sunt, & huc per angustiam passionis in gloriam suam intraturum, qua ratione se gloriantur esse Christianos, qui iuxta uirum

surarum modulum, neque scripturas qualiter ad Christum pertineant inuestigare, neque ad gloriam quam cum Christo habere cupiunt, per passiones tribulationum desiderant attingere? Et adpropinquauerunt castello quo ibant, & ipse se finxit longius ire, & coegerunt illum dicentes: Mane nobiscum, quoniam aduersa speras, & inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis. Nihil simplex ueritas per duplicitatem fecit, sed quod dicitur, Finxit se longius ire, talem se exhibuit discipulis in corpore, qualis apud illos in mente erat. Probandi autem erant si hi qui eum & si necdum ut Deum diligenter, saltem ut peregrinum amare potuissent. Sed quia esse extranei a charitate non poterant hi cum quibus ueritas gradiebatur, eum ad hospitium quasi peregrinum uocant. Cur autem dicimus uocant, cum illic scriptum sit, Et coegerunt illum? Ex quo nimirum exemplo colligitur, quia peregrini non solum ad hospitium inuitandi sunt, sed etiam trahendi. Et factum est dum recumberet cum illis, accepit panem, & benedixit ac fregit, & porrigebat illis, & aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum. Quem in scripturae sacrae expositione non cognouerunt, in panis fractione cognoscunt. Audiendo praecipua dei illuminati non sunt, faciendo illuminati sunt. Quia scriptum est, Non auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Quisquis ergo uult audita intelligere, festinet ea quae iam intelligere potuit, opere implere. Et ipse euauit ex oculis eorum. Et dixerunt ad inuicem: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in uia, & aperiret nobis scripturas? Ignem inquit, ueni mittere in terram, & quid uolo nisi ut ardeat? Ignem quippe dominus in terram misit, cum afflatu spiritus sancti cor carnalium incendit. Et terra ardet, cum cor carnalium in suis prius uoluptatibus frigidum relinquit concupiscentias praesentis saeculi, & incenditur ad amorem dei. Nonne cor nostrum (inquit) ardens erat in nobis dum loqueretur in uia, & aperiret nobis scripturas? Ex audito quippe sermone inardescit animus, torporis frigus recedit, fit mens in superno desiderio anxia, a concupiscentiis terrenis aliena. Amor uerus qui hanc repleuerit, in flentibus cruciat. Sed dum tali ardore cruciatur, ipsis suis cruciatibus pascitur, audire ei liber praecipua caelestia, & quot mandatis instruitur, quasi tot facibus inflammatur. Et surgentes eadem hora, regressi sunt in Hierusalem, & inuenierunt congregatos undecim, & eos qui cum ipsis erant dicentes, quod surrexit dominus uere, & apparuit. Si moni. Iam erat fama, quod resurrexerat Iesus, ab illis mulieribus facta, & a Simone Petro cui iam apparuerat. Hoc enim isti duo inuenierunt loquentes, ad quos in Hierusalem uenerunt. Fieri itaque potest, ut timore prius in uia noluerint dicere, quod eum audierant resurrexisse, quando tantummodo angelos dixerunt uisos esse mulieribus. Ignorantes enim cum quo loquerentur, merito possent esse solliciti, ne quid passim

Peregrinus quibus dominus.

Filium dei cur non fatebantur Christum.

Tristitia causa in discipulis.

Petrum nunc non nominat Cleopas.

Christianus de Christo scripta dicit, & Christi passionem imitatur.

Fingere do mini.

Hospites intrare compellendi.

In fractione panis cur cognouerunt.

Ignem misit dominus in terram.

Sermonis Dei efficacia.

Timore uero deorum resurrectionem dominum niterentur.

de Christi resurrectione iactantes, in manus incederent Iudaeorum. Omnium ergo uirorum primo Dominus apparuisse intelligitur Petro, ex his duntaxat omnibus quos euangelista quatuor & Paulus Apostolus commemorauerunt. Loquitur enim ad Corinthios de domino Paulus, quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum scripturas, & quia apparuit Cephae, & postea undecim. Et ipsi narrabant quae gesta erant in uia, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis. Praeter hoc quod pro merito mentis eorum adhuc ignorantis, quod oportebat Christum mori & resurgere, simile aliquid eorum oculi falsi sunt non ueritate fallere, sed ipsis ueritate percipere non ualentibus, & aliud quam res est opinantibus, certi etiam mysterii causa factum est, ut eis in illo alia ostenderetur effigies, & sic est non nisi in fractione panis agnoscerent, ne quisquam se Christum agnouisse arbitretur, si eius corporis particeps non est, id est ecclesiae, cuius unitate in sacramento panis commendat Apostolus dicens, Unus panis, unum corpus multi sumus: ut cum eis benedictum panem porrigeret, aperirentur oculi eorum, & agnoscerent eum. Aperirentur utique, ad eius cognitionem, remoto scilicet impedimento quo tenebantur ne agnoscerent. Non autem incongruenter accipiamus, hoc impedimentum in oculis eorum a Satana fuisse, ne agnoscerentur Iesus, sed tamen a Christo facta est permissio usque ad sacramentum panis, ut unitate corporis eius participata remoueri intelligatur impedimentum inimici, ut Christus possit agnosci. **Cap. 97.** **D**um haec autem loquuntur, Iesus stetit in medio eorum, & dixit eis, Pax uobis, ego sum, nolite timere. Hanc ostensionem Domini post resurrectionem, intelligitur & Ioannes commemorare sic loquens: Cum esset ergo sero die illo una sabbatorum, & fores essent clausae ubi erant discipuli propter metum Iudaeorum, uenit Iesus & stetit in medio, & dixit eis: Pax uobis, & caetera. Quod autem dicit Ioannes, non cum illis fuisse tunc Apostolum Thomam, cum secundum Lucam duo illi, quorum erat unus Cleopas, regressi Hierusalem inuenerunt congregatos undecim, & eos qui cum ipsis erant, proculdubio intelligendum est, quod inde Thomas exierit antequam eis Dominus haec loquentibus appareret. Conturbati uero & conterriti existimabant se spiritum uidere. Quod haeretici Manichaei de Christo suspicantur & credunt, quod non erat uera caro, sed spiritus erat, haec prima cogitatio surrexit in cordibus Apostolorum. Et illi quidem Manichaei, nunquam credunt Iesum fuisse hominem. Discipuli autem nouerant hominem, cum quo tanto tempore fuerant conuersati. Sed postea quam mortuus est quod nouerant, quando crederent hoc potuisse resuscitari quod potuit mori? Apparuit ergo oculis ipsorum talis, qualem illum nouerant. Et non cre-

Apparitiones domini.

Cur in aliena effigie apparuerit Dominus.

Ecclesiae unitas. Impedimentum agnitionis uisus.

Cap. 97.

Apparitione domini secundum Ioannem.

Thome absentia.

Manichaeorum haeresis.

Manichaeorum responsio.

Refutatio.

Cogitationes discipulorum.

Ascendunt.

Resurrectionis apud probatio.

Quod non in illa resurrectionis gloria erit impalpabile, uel tunc aereque subtilius.

Caro quae loco Apostolus carnis & sanguinis nominem substantiam ueri corporis, sed corruptionem dei possidebit.

Caro in scripturis.

dentis tertio die potuisse ueram carnem de se pulchro resurgere, putauerunt se spiritum uidere. Error iste Apostolorum secta est Manichaeorum. Solent autem quando illis haec obijciuntur, ita respondere: Quid mali credimus? quia Christum Deum credimus, spiritum fuisse credimus, carnem non credimus. Melior est spiritus, quam caro. Quod melius est credimus, quod deterius est, credere nolumus. Si nihil mali est in isto sermone, dimittat Iesus discipulos suos in isto errore. Quid mali crediderunt & discipuli? Christum spiritum crediderunt. Non enim esse putauerunt nullum, sed spiritum. Paruo morbo te putas periclitari, audi sententiam medici. Et dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda uestra? Quales cogitationes, nisi falsae, morbidae, perniciose? Perdidisset enim Christus fructum passionis, si non esset ueritas resurrectionis. Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda uestra? Tanquam bonus agricola diceret, Quod ibi plantauit, ibi inueniam, non spinas, quas non plantauit. In cor uestrum descendat, quia desuper est. Cogitationes autem uestrae non desuper descendunt, sed in ipso corde sicut herba mala ascenderunt. Videte manus meas & pedes, quia ipse ego sum. Palpate & uidete, quia spiritus carnis & ossa non habet sicut me uidetis habere. Resurrectionem suam certam & ueram multis & uariis documentis persuadere dignatus est, propter edificandam fidem, & fugandam de corde perfidiam, omnemque dubitationem de sua resurrectione tollendam. Parum fuit oculis se uidentem prebere, si non praebere etiam manibus contrectandum. Qui dum palpanda discipulis ossa, carnemque praemonstrat, aperte statum uerae resurrectionis quae in se facta, & in nobis est futura, significat. Quia non sicut Eutychius Constantinopolitanae urbis episcopus scripsit, corpus nostrum non in illa resurrectionis gloria erit impalpabile, uel tunc aereque subtilius. In illa enim resurrectionis gloria erit corpus nostrum subtile quidem per effectum spiritualis potentiae, sed palpabile per ueritatem naturae. Neque huic assertioni putetur Apostoli sermo repugnare, Quia caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. Hoc enim loco Apostolus carnis & sanguinis nominem substantiam ueri corporis, sed corruptionem dei possidebit. Sicut ipse consequenter exposuit dicens: Neque corruptio incorruptam possidebit. Aliter namque caro in scriptura sacra iuxta naturam, aliter iuxta culpam, aliter iuxta corruptionem mortalitatis quae ex culpa contigit, appellatur. Iuxta naturam quidem cum dictum est, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Et uerbum caro factum est & habitauit in nobis. Iuxta culpam uero cum dicitur, Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Iuxta corruptionem autem, cum scriptum est, Et me

moratus est quia caro sunt: id est fragiles et moribundi. hoc enim se carnis nomine designasse manifestat ipse Psalmista, qui protinus addit, Spiritus uadens & non rediens. Regnum itaque Dei caro non possidebit, id est caro iuxta culpam uel mortalitatem. Et tamen caro possidebit regnum Dei, id est caro iuxta naturam. Quam & Dominus post resurrectionem uisendam palpandamque discipulis exhibuit. Et de qua beatus Iob, cum gloriam resurrectionis describeret, ait: Etrurum circumdabor pelle mea, & in carne mea uidebo deum. Lege epistolam Sancti Augustini ad Consentium de corpore domini post resurrectionem. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & pedes. Non solum manus & pedes quibus indita clauorum claruere uestigia, sed attestate Ioanne etiam latus quod lancea foratum fuerat ostendit. Ut uidelicet ostensa uulnerum suorum cicatrice, dubietatis atque infidelitatis eorum uulnus sanaret. Verum quomodo post resurrectionem clauorum uel lancee loca pandendo discipulorum dignatus est fidem spemque roborare, ita in die iudicii & eadem suae passionis indicia, & ipsam pariter crucem monstrando uenturus est impietatem superborum infidelitatemque confundere. Scilicet ut ipsum se esse qui ab impijs & pro impijs mortuus est, cunctis palam angelis & hominibus ostendat, uideantque (ut scriptum est) in quem pupugerunt, & plangent se super eum omnes tribus terrae. Sane notandum quod solent in hoc loco gentiles calumniam struere, & fidem speratae a nobis resurrectionis stulta garritate deridere. Si enim ipse Deus uellet (inquunt) nec sibi infligere a ludaeis uulnera curare praeualuit, sed cicatricum uestigia caelo secum (ut dicitis) inuexit, qua temeritatis putatis eum uestra de puluere membra ad integrum esse restauraturum? Quibus respondendum, quia deus noster qui suam perpetua iam immortalitate glorificatam de sepulchro carnem resuscitare quando uoluit & quomodo uoluit, potuit etiam qualem uoluit suscitauit. Neque enim consequens est, ut qui maiora fecisse probatur, minora facere nequiverit. Sed certe dispensationis gratia, qui manus fecit minus facere super sedit, hoc est qui mortis regna destruxit, signa mortis obliterare noluit. Primo uidelicet ut per haec discipulis fidem suae resurrectionis adstrueret. Deinde ut patri pro nobis supplicans, quale genus mortis pro mortalium uita pertulerit semper ostendat. Tertio ut sua morte redemptis quam misericorditer sint adiuti, propositis semper eiusdem mortis in nouet indicijs, ideoque misericordias domini in eternum cantare non cessent, sed dicant qui redempti sunt a domino, quoniam bonus, quoniam in aeternum misericordia eius. Postremo ut etiam perfidis in iudicio quam iuste damnentur, ostensa inter alia flagitia etiam uulnerum quae ab eis sus-

cepit, cicatrice denunciet. Veluti similes aliquis fortissimus iubente suo rege pro totius gentis salute singulari certamine defudat, multis quidem uulneribus exceptis hostem tamen interficiat, spolia eius deripiat, uictoriam suae genti reportet: & interrogatus a medico cui curandus committitur, ita ne uelit curari ut nec uestigia uulnerum ulla residueant, an magis ita ut cicatrices quidem remaneant, deformitas uero prorsus omnis & foeditas absit, respondeat se potius ita uelle sanari ut toto salutis decorisque pristini statu recuperato, perpetua secum tanti cunctiferat signa triumphi. Sic profecto Dominus perpetuis ob signum uictoriae non excepta pro nobis uulnera passionis, sed ipsorum cicatrices caelo inferre qua abolere maluit. Nectamen ex his quippiam fidei nostrae resurrectionis praedudat, de qua ueraci promissione praedicitur, Et capillus de capite uestro non peribit. Adhuc autem illis non credentibus & mirantibus praegaudia dixit: Habetis hic aliquid quod manducetur? Ad insinuandam resurrectionis suae ueritatem, non solum tangi a discipulis, sed etiam conuetsci cum illis dignatur. Non quidem quasi post resurrectionem cibo indigens, nec quasi nos in resurrectione quam expectamus cibis egerere significans, sed ut eo modo naturam corporis resurgentis adstrueret, ne illud non corpus, sed spiritum esse arbitrarentur, & sibi non solide, sed imaginaliter apparere. Manducauit potestate, non necessitate. Aliter enim absorbet aquam terra sitiens, aliter solis radius candens. Illa indigentia, iste potentia. At illi obulerunt ei partem piscis aspi, & fauum mellis. Et cum manducasset corameis, sumens reliquias dedit eis. Quid signare credimus piscem assum, nisi ipsum mediatorem dei & hominum, hominem passum? Ipse enim latere dignatus in aquis generis humani, capi uoluit laqueo mortis nostrae, & quasi tribulatione affatus est tempore passionis suae. Sed qui piscis assus fieri dignatus est in passione, fauus mellis nobis extitit in resurrectione. An qui in pisce asfo figurari uoluit tribulationem passionis suae, in fauo mellis in utranque naturam exprimere uoluit personae suae? Fauus quippe, mel in cera est. Mel uero in cera, est diuinitas in humanitate. Sic autem suae redemptor indicat, ut imitatio nis uiam nobis sequentibus sternat. Ecce enim in cibo suo pisci asfo coniungere fauum uoluit, quia uidelicet illos in suo corpore ad aeternam quietem suscipit, qui cum hic tribulationes pro deo sentiunt, ab amore internae dulcedinis non recedunt. Cum asfo pisse fauus sumitur, quia qui hic afflictionem pro ueritate suscipiunt, illic dulcedine uera satiatur. Et dixit ad illos: Haec sunt uerba quae locutus sum ad uos, cum adhuc essem uobiscum. Id est, cum adhuc essem in carne mortali in qua estis & uos. Tunc enim in eadem carne resuscitatus erat, sed cum illis in eadem mortalitate non erat. Et cum illis quidem posteaquam resurre-

Comparatio.

Manducandi quae fuerit domino ratio.

Nota similitudinem.

Piscis assus.

Fauus.

Iudicij tempore crucem & caetera passionis instrumenta ostendit Dominus.

Gentilium calumnia de uulnerum Christi stigmatibus. Responso ad eam.

Stigmata quare seruauerit.

xit fuit quadraginta diebus (ut legitur) exhibitione corporalis praesentiae, sed non cum illis fuit consortio infirmitatis humanae. Quoniam necesse est impleri omnia quae scripta sunt in lege Mosi & prophetis & Psalmis de me. Vide quomodo tulit omnnes ambages. Visus est, tactus est, manducauit, ipse certe erat. Tamen ne aliquo sensu humanos ludificasse uideretur, misit manus ad scripturas. Dicant pagani quicquid uolunt, magus fuit, potuit se sic ostendere. Nunquid magus ante te qua nat? potuit de se prophetare? Da scripturas, quia quod uidetis ante prouisum est: quod cernitis, ante praedictum est. Audi filia & uide: audi praedicta, uide completa. Tunc aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas, & dixit eis: Quonia sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis die tertia. Prebet se uideat oculis, praebet manibus contrahendum. Parum est, lege, commemorat scripturas. Et hoc parum est, aperit sensum, ut quod legis intelligas. Deinde post commendatam sui corporis ueritatem, commendat Ecclesiae unitatem. Et praedicari in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hierosolymis. Non latet rabies haereticorum de angulo, toto terrarum orbe ecclesia diffusa est, omnes gentes habent Ecclesiam, nemo nos fallat, ipsa est uera, ipsa est catholica, coepit ab Hierosolymis, peruenit ad nos, & ibi est & hic. Non enim ut huc ueniret inde discessit. Creuit, non migravit. Et merito sic scriptum est inter caetera dominicae pietatis sacramenta, & sic oportebat, ut ministri sermonis, qui in nomine Christi crucifixi & resuscitati a mortuis poenitentiam erant & remissionem peccatorum in omnes gentes praedicaturi, ab Hierosolymis inciperent, non solum quia credita sunt illis eloquia dei, quia eorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamenta, & legislatio, & obsequium, & promissa, quia eorum patres & ex his Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula, uerum etiam, ut gentes quae uarijs erant erroribus & facinoribus implicatae, hoc maxime diuinae pietatis indicium ad spem impetranda ueniae prouocaret, quod eis quoque qui filium Dei crucifixi erant, non tantum ueniam reatus a patre, sed & uitae aeternae gaudium uiderent esse donatum. Vos autem estis testes horum, & ego mitto promissum patris mei in uos. Promissum patris Spiritus sancti gratiam dicit, & in Euangelio Ioannis plenius & hic quoque breuiter intimatur cum sequitur, Vos autem sedete in ciuitate quoad usque inducamini uirtute ex alto. De qua uirtute id est, spiritu sancto, & Mariae dicit Angelus, Et uirtus altissimi obumbrabit tibi. Et ipse Dominus alibi: Nam & ego noui uirtutem de me exisse. Sed & ipse Lucas apertius in actibus Apostolorum eius promissae uirtutis ex alto & praepcepta in ciuitate sessionis meminit. Praepcepta inquit eis ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem patris,

Quomodo cum discipulis non e-rat ad eos loquens.

Scripturae testimoni-um.

Ecclesia catholica.

Ab Hierosolymis inciperint.

Promissum patris.

Virtus altissimi.

quam audistis per os meum. Quia Ioannes qui dem baptizauit aqua, uos autem baptizabimini in spiritu sancto non post multos hos dies. Et paulo post, Sed accipietis uirtute superuenientis Spiritus Sancti in uos, & eritis mihi testes. Notandum sane, quod sunt quos a praedicationis officio uel imperfectio, uel aetas prohibet, & tamen praecipitatio impellit, qui admonendi sunt ut considerent, quod ipsa ueritas quae repente quos uellet, roborare potuisset, ut exemplum sequentibus daret, ne imperfecti praedicare praesumerent, postquam plene discipulos de uirtute praedicationis instruxit, illico adiunxit, Vos autem sedete in ciuitate quoad usque inducamini uirtute ex alto. In ciuitate quippe sedemus, si intra mentium nostrarum nos claustra constringimus, ne loquendo exterius eua-gemur, ut cum diuina uirtute perfecte induimur, tunc quasi a nobismet ipsis foras etiam alios instruere exeamus. Eduxit autem eos foras in Bethaniam, & eleuatis manibus suis benedixit eis. Et factum est dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in caelum. Praetermissis omnibus quae per quadraginta dies agi ab illo cum discipulis potuerunt, primo diei resurrectionis eius contigit tacite nouissimum diem quo ascendit in caelum. Pulchre autem ascensus in caelum, discipulos quibus benedicta foras in Bethaniam educit. Primo quidem propter nomen ciuitatis, quae Domus obedientiae dicitur. Quia qui propter inobedientiam peruersorum descendit, propter obedientiam nimirum conuersorum ascendit. Mortuus est enim sicut Apostolus ait, propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Deinde etiam propter situm eiusdem uillae siue ciuitatis, quae in latere montis oliuarum posita esse narratur. Quia uidelicet obedientis ecclesiae Domus, Apostolice digna hospitio, non alibi quam in ipsius summi montis, id est Christi latere, fidei, spei, dilectionis quae suae fundamenta locauit. De quo nimirum latere lancea patefacto sacramenta sibi sanguinis & aquae quibus nascatur simul & nutriatur, gaudet emanasse. De cuius uertice uberrimo, id est apice diuinitatis, unctiois spiritualis munera de siderat, lucisque ac pacis perpetuae promissa in hanc expectat. Tertio, quia sicut Ioannes scribit, erat Bethania iuxta Hierosolyma quasi stadijs quindecim. Qui profecto numerus, propter septem & octo quibus constat, scripturarum mysterijs accommodus, uel uitam quae nunc est & futuram, uel uetus & nouum testamentum, uel sabbatum animarum in futuro & carnis resurrectionem uel certe aliud, aliquid caelestis semper & spiritualis continet arcana. Et ideo recte quibus utriusque testamenti scientiam aperuit, quos & omnem uiuendi & sperandi regulam edocuit, eos quindecim stadijs in locum quo eis benediceret, & praepcepta docendi traderet, eduxit. Recte quindecim stadijs locum gloriae

Praedicator ante nos.

In ciuitate sedere.

Bethania.

Quindecim.

sa ascensionis a loco uictoriosissima passionis secreuit, ut omnes pro se uel uiuere uel mori cupientes, & primo quiescendi post mortem, & in fine a mortuis resuscitandi desiderio pariter & amore firmaret. Et ipsi adorantes regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno, & erant semper in templo laudantes & benedicentes deum. Ascendite in caelum Domino, discipuli adorantes in loco ubi steterunt nouissime pedes eius, confestim Hierosolyma redeunt, quia ibi promissionem patris quam audire per os Domini, sunt expectare precepti. Gaudia magna referunt, quia deum ac Dominum suum, post triumphum resurrectionis etiam caelos penetrasse latantur. Manent semper in templo laudantes & benedicentes Deum, ut in loco orationis, & inter laudum deuotiones promissum sancti spiritus aduentum promittis per omnia paratisq; cordibus expectent. Et nos autem discipulorum exemplo post celebrata Hierosolymis, hoc est in uisione pacis, dominice passionis & resurrectionis solennia, Bethaniae mox arua Christo duce petamus, ut cum mente quieta, & ab omni discordiarum turbine iam pacata, carnis eius & sanguinis sacramentis imbuiamur: ipsi domus obedientie curemus existere, illius nimirum uestigia sequentes, qui ut nobis formam uiuendi tribueret, factus est obediens usque ad mortem. Sic etenim cotidiana illius etiam nos meremur benedictione sublimari, si cotidie triumphalis illius in caelum ascensionis memores, laudantes & benedicentes deum, in Hierusalem, id est in supernae pacis sperata, iam iamq; ac desiderata uisione quiescimus, similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando reuertatur a nuptijs.

Hierusalem cur redierint.

Bethania nobis petenda.

Lucas de sacerdotio Christi praeceteris scripsit. Euangelium in templi deuotione coplenit.

D. IOANNIS EVANGELISTAE PRESENTIS EVANGELII AVTORIS COMMENDATIO.

hic est Ioannes Euangelista, uirgine ex discipulis dei, qui uirgo a Deo electus est: quem de nuptijs, uolentem nubere, uocauit Deus. Cui uirginitatis in hoc, duplex testimonium in Euangelio datur, quod & praeceteris dilectus a deo dicitur, & huic matrem suam de cruce com-

mendauit Dominus, ut uirginem uirgo seruet. Denique manifestus in Euangelio, quod ipse incorruptibilis uerbi opus inchoans, solus uerbum carnem factum esse, ne lumen a tenebris comprehensum fuisse testatur: primum signum ponens quod in nuptijs fecit Deus: ut ostendens quod erat, ipse legentibus demonstraret quod ubi Dominus inuitatur, deficere nuptiarum uinum debeat, ut ueteribus immutatis, noua omnia quae a Christo instituantur, appareant. Hoc autem Euangelium scripsit in Asia, postea quam in Pathmos insula Apocalypsin scripsit: ut cui in principio canonis incorruptibile principium in gessit, etiam incorruptibilis finis per uirginem in Apocalypsi redderetur, dicente Christo, Ego sum a & w. Hic est Ioannes, qui scies superuenisse diem recessus sui, conuocatis discipulis suis, in Epheso per multa signorum experimenta promens Christum, descendens in defossum sepulturae suae locum, facta oratione positus est ad patres suos, tam extraneus a dolore mortis, quam a corruptione carnis inuenitur alienus. Tamen post omnes Euangelium scripsit: & hoc uirgini debebatur: quorum tamen uel scriptorum in tempore dispositio, uel librorum ordinatio, ideo per singula a nobis non exponitur, ut sitienti desiderio dilato, & quaerentibus fructus laboris, & deo magisterij doctrina seruetur, Amen.

BREVIARIUM EVANGELII D. IOANNIS.

- 1 Pharisaeorum Leuitae interrogant Ioannem, Ioannes Iesum uidens, agnum Dei dicit: & Andreas Petro dicit, Inuenimus Messiam.
2 Iesus ad coenam de aqua uini facit: de templo numularios eiecit. Soluite hoc templum, dicit. Nicodemo loquitur de baptismo, & alijs multis.
3 Iesus in Iudaea baptizat, & Ioannes in Emnon: qui & dicit Christum crescere, se autem minorari.
4 Iesus cum muliere Samaritana loquitur: prophetam in patria sua sine honore esse dicit: & reguli filium a morte resuscitat.
5 Apud natatoriam Betheldā triginta & octo annorum infirmitatem hominis sanat: ac dicit, Scrutamini scripturas: & si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi.
6 De quinque panibus, & duobus piscibus, & quod eum regem facere uoluerunt. Iesus super mare ambulat: & de manna & pane caelesti loquitur: ac recedentibus ab eo discipulis, unum ex duodecim diabolum dicit.
7 Scenopogorum medio die festo ascendens in templum, docet multos: & iam de turba credentibus idē clamat, Si quis sitit, ueniat & bibat. Cum ministris & Nicodemo principes contendunt. De muliere adultera, Iesus lumen mundi esse se praedicat.

Iesus

- 8 Iesus de se interrogatus, principium se esse respondet. Quod omnis peccator seruus sit, & quod Iesus ante Abraham sit, Caecum ex natiuitate curat.
9 De ianua & ouili, per dedicationem deambulans in templo, se & patrem unum esse dicit. De Lazari resurrectione.
10 Maria pedes Iesu unxit, & capillis suis extergit. Iesus super sinum sedet: & uolentibus Gregis uidere Iesum, loquitur de grano frumenti, & in terram mittitur. & uox de caelo ad Iesum, & quod multi ex principibus crediderunt in Iesum, sed propter pharisaeos non confiterentur.
11 Pedes discipulorum lauat. De Iudae traditione, & Petri negatione praedicit: & de dilectione fratrum, & quod ipse in patre, & pater in ipso, & de obseruandis mandatis paracliti spiritus.
12 De uinea & palmitibus, & de dilectione, & de promissione paracliti, & omnia patris sua esse, & cetera mandata.
13 Iesus discipulos patri commendat. Iesus a Iuda traditur, de allocutione Pilati ad Iudaeos de Iesu, & de Barabba.
14 Passio Christi, & sepultura, & resurrectio eius.

Sanctum Iesu Christi Euangelium secundum Ioannem.

CAPVT PRIMVM.

In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud deum, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quod factum est in ipso uita, erat & uita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebrae eam non comprehendunt. Fuit homo missus a deo cui nomen erat Ioannes. Hic uenit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux uera quae illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. In propria uenit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius: qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis neque ex uoluntate uiri, sed ex deo nati sunt. Et uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. (Et uidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti, a patre) plenum gratiae & ueritatis. Ioannes testimonium perhibuit de ipso, & clamat, dicens: Hic erat quem dixi. Qui post me uenturus est, ante me factus est,

Mat. 3. Marc. 1.

Mat. 1. Luc. 2.

quia prior me erat. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus: & gratiam pro gratia: quia lex per Moysen data est, gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. Deum nemo uidit unquam, unigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Et hoc est testimonium Ioannis, quando miserunt Iudaei ab Hierosolymis sacerdotes & leuitas ad eum, ut interrogarent eum: Tu quis es? Et confessus est, & non negauit. Et interrogauerunt eum: Quid ergo? Elias es tu? Et dixit: Non sum. Propheta es tu? Et respondit: Non. Dixerunt ergo ei, Quis es, ut responsum demus his qui miserunt nos? Quid dicis de te ipso? Ait: Ego uox clamantis in deserto. Dirigite uiam domini, sicut dixit Esaias Propheta. Et qui missi fuerant, erant ex Pharisaeis. Et interrogauerunt eum & dixerunt ei: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta? respondit eis Ioannes, dicens, Ego baptizo in aqua, in medio uestrum stetit, quae uos nescitis. Ipse est qui post me uenturus est, qui ante me factus est, cuius ego non sum dignus ut solam eius corrigiam calceamenti. Haec in Bethabara facta sunt trans Iordanem, ubi erat Ioannes baptizans. Altera die uidit Ioannes Iesum uenientem ad se, & ait, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Hic est de quo dixi: Post me uenit uir, qui ante me factus est, quia prior me erat: & ego nesciebam eum, sed ut manifestetur in Israel, propterea ueni ego in aqua baptizans. Et testimonium perhibuit Ioannes, dicens: Quia uidi spiritum descendentem quasi columbam de caelo, & mansit super eum. Et ego nesciebam eum, sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem uideris spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego uidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei. Altera die iterum stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo: & respiciens Iesum ambulantem, dicit, Ecce Agnus Dei. Erauderunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum. Conuersus autem Iesus, & uidens eos sequentes se, dicit eis: Quid quaeritis? Qui dixerunt ei: Rabbi (quod dicitur interpretatum, magister) ubi habitas? Dicit eis: uenite, & uidete. Venerunt, & uiderunt ubi maneret, & apud eum manserunt die illo. hora autem erat quasi decima. Erat autem Andreas frater Simonis Petri unus ex duobus, qui audierant a Ioanne, & secuti fuerant eum. Inuenit hic primum fratrem suum Simonem, & dicit ei: Inuenimus Messiam, quod est interpretatum, Christus. Et adduxit eum ad Iesum. Inuitus autem eum Iesus, dixit: Tu es Simon, filius Iona, tu uocaberis Cephas, quod interpretatur, Petrus. In crastinum uoluit exire in Galilaeam, & inuenit Philippum. Et dicit ei Iesus: Sequere me. Erat autem Philippus a Bethsaida, ciuitate Andreae & Petri,

1. Tim. 6.

1. Ioan. 4.

1. Tim. 6.

Esa. 40.

Mat. 3.

Mat. 1.

Luc. 3.

Mat. 3.

Mat. 11.

Luc. 3.

Ad. 1.

Mat. 3.

Mat. 11.

Luc. 3.

Gen. 49. Inuenit Philippus Nathanael, & dicit ei, Quem Deut. 18. scripsit Moses in lege, & prophete, inuenimus Esa. 40. Iesum filium Ioseph a Nazareth. Et dixit ei Nathanael: A Nazareth potest aliquid boni esse? Hiere. 23. Dixit ei Philippus, Veni, & uide. Vidit Iesus Ezech. 34. Nathanael uenientem ad se, & dicit de eo, Ecce uere Israelita, in quo dolus non est. Dicit ei Dan. 9. Nathanael: Vnde me nosti? Respondit Iesus, & dixit ei: Prius quam te Philippus uocaret, cum esses sub ficu, uidi te. Respondit ei Nathanael, & ait: Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Israel. Respondit Iesus, & ait ei: Quia dixi tibi, uidi te sub ficu, credis: maius his uidebis. Et dicit ei, Amen amen dico uobis, uidebitis caelum apertum, & Angelos dei ascendentes & descendentes supra filium hominis.

VENERABILIS BEDAE presbyteri in sanctum Euangelium D. Ioannis, expositio.



Cire debetis, omnibus Diuinae scripturae paginis, merito Euangelicam excellere auctoritatem: quia quod lex & prophetae futurum praenunciarent, hoc redditum atque completum in Euangelio demonstratur: atque inter ipsos Euangeliorum scriptores ualde beatum Ioannem in diuinorum profunditate mysterio

Euangelica praestantia.

Ioannis Euangelista commendatio.

Domitianus Imperator.

Pathmos insula. Christum fuisse ante Mariam negabant haeretici. Diuinitatem Christi Ioannes magis describit, ceteri Euangelistae humanitatem.

rum eminentiorem esse, quem etiam tradunt, sicut legitur in Ecclesiastica historia, usque ad ultimum penes uitae suae tempus, absque ullius scripturae indicij euangelium puro sermone praedicasse. Si quidem tempore dominicae passionis, resurrectionis, & ascensionis usque ad ultimum Domitiani principis tempora, per annos circiter sexaginta & quinque, absque ullo scribendi adminiculo uerbum dei praedicabat. At ubi a Domitiano, qui secundus post Neronem Christianorum persecutor extitit, exul in Pathmos missus est, nacta occasione illius patris absentia, irum pantes in Ecclesiam haeretici, quasi in destituta pastore ouilia lupi, Marcion, Cerinthus, & Ebion, ceterique Antichristi, qui Christum fuisse ante Mariam negabant, simplicitatem fidei Euangelice peruersa maculauerunt doctrina. Sed dum ipse post occasionem Domitiani, permitte pte pio principe Nerua rediret. Ephesum, compulsus ab omnibus penes Asiae episcopis & multarum ecclesiarum legationibus, de coaeterna patri diuinitate Christi, altius facere sermone, eo quod in trium Euangelistarum scriptis, Matthaei uidelicet, Marci, & Lucae, de humanitate eius, ac de his quae per hominem gestis, sufficiens sibi uideretur habere testimonium. Quod ille se non aliter facturum respondit, nisi in dicto ieiunio omnes in commune Dominum precarentur, ut illo donante digna scribere posset, & hoc ita patrato, instructus reuelatione caelesti, ac spiritus sancti gratia inebriatus, omnes haeticorum tenebras patefacta subito ueritatis luce dispulit, dicens, In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & deus erat uerbum. Atque cum trium euangeliorum, Matthaei scilicet, Marci, & Lucae, ad eum notitia pertuenerat, probasse quidem dicitur fidem & ueritatem dictorum: deesse tamen uidit aliqua rerum gestarum historiae, ea maxime, quae primo praedicationis suae tempore Dominus gesserat. Certum est enim quod in superioribus tribus euangelistis haec uidentur sola contineri, quae gesta sunt postquam Ioannes Baptista traditus & inclusus est in carcerem, quia inquam ab his haec uidebantur ommissa, rogatus dicitur Ioannes Apostolus, ut ea quae praeterierant priores ante traditionem Ioannis, Saluatoris gesta, describeret: & ideo dicit in euangelio suo, Hoc fecit initium signorum quorum Iesus, & item in alio loco indicat dicens, Non dum enim Ioannes erat missus in carcerem, ex quibus constat quod ea quae antequam Ioannes traderetur, ab Iesu fuerant gesta descripsit. Sed proculdubio maxime diuinitatem Domini nostri Iesu Christi, qua patri est aequalis, intendit declarare, eamque praecipue suo Euangelio, quantum inter homines sufficere credidit, commendare curauit. Itaque longe a tribus superioribus Euangelistis sublimius eleuatus est, ita ut eos quodammodo uideat in terra cum Christo homine conuersari: illum autem transcendisse nebulae quae re igitur omnis terra, & peruenisse ad liquidum caeli lumen, unde acie mentis acutissima atque firmissima uideret in principio uerbum, Deum de deo, lumen de lumine, per quem facta sunt omnia, & ipsum agnosceret carnem factum, ut habitaret in nobis: quod acceperit carnem, non quod fuerit mutatus in carnem. Nisi enim carnis assumptio seruata incommutabili diuinitate facta esset, non diceretur, Ego & pater unum sumus. Neque enim pater & caro unum sunt, & hoc de seipso Domini testimonium, solus idem Ioannes commemorauit, & Qui me uidet, uidet & patrem, & Ego in patre, & pater in me est, & Ut sint unum, sic & nos unum sumus, & Quae pater facit, haec & filius eadem facit similiter, & si qua alia sunt quae Christi diuinitatem, in qua aequalis est patri, recte intelligentibus intiment, plenius solus Ioannes in Euangelio suo posuit, tanquam depectore ipsius Domini, super quod discumbere in eius conuiuio solitus erat, secretum Diuinitatis eius uberius & quodammodo familiariter biberet. Vnde intelligi datur, Si diligenter auertas, tres Euangelistas temporalia facta Domini, & dicta quae ad informandos mores uitae praesentis maxime ualerent, copiosius persecutos, circa illam actiuam uitam fuisse uersatos: Ioannem uero facta Domini multo pauciora narrantem, dicta uerò eius, ea praesertim quae Trinitatis unitatem, & uitae

Prædicationis Christi suspicia Ioannes euangelista praecæteris describit.

Signorum Christi diuinitatis aequalis patri.

Ioan. 10. Ioan. 14. Ioan. 18. Ioan. 5. Ioan. euang. gelium sui depectore domini hausit.

& uitae aeternae felicitatem insinuarent, diligentius & uberius conscribentem, in uirtute contemplatiua commendanda suam intentionem atque praedicationem tenuisse. Iste est siquidem Ioannes unus ex discipulis Christi, quem dominus de fluctu uaga nuptiarum tempestate uirginem uocauit: cuius uirginitati in hoc duplex testimonium in Euangelio datur, quod & praecæteris dilectus a Deo dicitur, & huic matrem suam de throno crucis commendauit Deus, ut uirginem uirgo seruaret. Qui singulari priuilegio meruit castitatis, ut ceteris omnibus miraculorum Christi scriptoribus altius Diuinae maiestatis simul caperet, ac patefaceret arcanum. Neque enim frustra in caena mystica supra pectus Iesu recubuisse perhibetur, sed per hoc uerissimè docetur, quia coelestis haustum sapientiae ceteris excellentius de sanctissimo eiusdem peccoris fonte potauerit. Vnde & merito in figura quatuor animalium aquila uolati comparatur, cum cunctis quippe auibus aquila celsius uolare, cunctis animantibus clarius Solis radijs insigere consueuit obtutus. Ita beatus Ioannes sublimius aeternae nauitatis Christi mysteria conspexit. Ergo alij Euangelistae Christum ex tempore natum describunt, Ioannes eundem in principio iam fuisse testatur, dicens: In principio erat uerbum. Quod duobus modis intelligitur, nam pater principium est: quasi dixisset, in patre est filius: quem uerbum nominauit iste Euangelista. Nec nos mouere debet, quod in sequentibus huius Euangelij, Iudaeis interrogantibus, quis esset, ipse Deus Dei filius respondit, Principium, qui & loquor uobis. Si enim filius principium est, qui habet patrem: quāto facilius Deus pater intelligendus est esse principium, qui habet quidem filium, cui pater sit: Filius enim, patris est filius, & pater, utique filij pater est, & pater deus, sed non de Deo Deus: filius uero Deus de Deo est, & pater dicitur lumen, sed non de lumine: filius dicitur lumen, sed lumen de lumine. Sic pater principium sed non non de principio: filius principium, sed a principio principium. Quod enim erat in principio non finitur tempore, non principio praenitur. Si uero ad creaturam uel temporum uelis referre principium, quod ait, In principio erat uerbum, quicquid creaturarum quodcumque principium habuit ut esset, erat tunc uerbum Dei, per quod sunt omnia, ideo quater dicit Euangelista, erat, erat, erat, erat: ut intelligeres omnia tempora praenitisse coaeternum Deo patri uerbum. Alij Euangelistae inter homines subito apparuisse dei filium demonstrant: beatus Ioannes apud Deum semper fuisse declarauit, dicens, Et uerbum erat apud Deum. Alij eum uerum hominem, ille ipsum uerum confirmat esse Deum, dicens, Et Deus erat uerbum. Alij hominem eum apud homines tem-

Virginitas Ioannis Euangelista.

Ioan. 13. & 21.

Aquila comparatur Ioannes Baptista.

Principium quid dicitur in sacris literis, Ioan. 8.

Filius in diuinis principium etiam dicitur.

Lux in sacris literis.

poraliter conuersatum, ille Deum apud Deum in principio manentem ostendit, dicens, Hoc erat in principio apud Deum. Si enim superius principium ad patrem referri placet, & hoc sequens principium ad creaturas: intelligitur aeternaliter Verbum, id est filium Dei, esse in patre: & omne creaturarum principium sua essentia praesente. Alij magnalia quae in homine gessit, perhibent: ille quod omnem creaturam uisibilem per ipsum deus pater fecit, docet, dicens, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Si enim nihil creaturarum sine ipso est factum, patet profecto quia ipse creatura non est, per quem omnis creatura facta est. Et ne quis audiens facta per dei filium creaturam, mutabilem credat eius uoluntatem, quasi qui subito uellet facere creaturam, quam ab aeterno nunquam antefecisset, manifeste docet Euangelista factam quidem in tempore creaturam, sed in aeterna Creatoris sapientia, quando & qualis crearetur, semper fuisse dispositum, & hoc est quod ait, Quod factum est, in ipso uita erat. Id est, quod factum in tempore, siue uerum, siue uita carens apparuit, omne hoc in spiritali factoris ratione quasi semper uixerat, & uiuit: non quia coaeternum est Creatori quod creauit, sed quia coaeterna est illiratio uoluntatis suae, in qua ab aeterno habuit, & habet, quid & quando crearet, qualiter creatum gubernet ut maneat, ad quem finem singula quae creauit perducat. Ideo ita distinguendum est, & subinserendum quasi alia uoce, In ipso uita erat, quia quicquid per ipsum factum est, etiam in ipso uiuit, sicut ars in animo artificis uiuit, licet arca uel aliud aliquid ab ipso factum pereat. Et uita nemo artifex erat lux hominum. Quo uerbo aperte docetur, quod ipsa uitalis ratio per quam omnia disposita sunt & reguntur: non omnem creaturam, sed rationabilem tantum ut sapere possit illuminat. Homines nanque qui ad imaginem dei facti sunt, percipere sapientiam possunt, animalia non possunt. Sed animalis quicquid est homo, non percipit ea quae sunt spiritus dei. Vnde bene cum dixisset, Et uita erat lux hominum, subiunxit, & de his qui ab humanae conditionis honore procul recedentes, comparati sunt iumentis insipientibus, & similes facti sunt illis, atque ideo rebus uoluntatis luce priuantur. Et lux, inquit, in tenebris lucet, & tenebrae eam non comprehenderunt. Lux quippe est hominum Christus, quia omnia quae illuminari merentur corda hominum, suae praesentia cognitionis illustrat. Tenebrae autem, stulti sunt & iniqui, quorum caeca praecordia lux aeternae sapientiae radios eiusdem lucis nequaquam capere per intelligentiam possint: ueluti si quilibet caecus iubare Solis offundatur, nec tamen ipse Solem, cuius lumine perfundatur, aspiciat. Talibus tamen Diuina consuluit misericordia, qua

Ars, in anima nemo artifex erat lux hominum. Quis est.

1. Cor. 5.

Psal. 49.

Christus lux mundi. Tenebrae in sacris literis.

liter peruenire possint ut illam ueram lucē cer-
nerent, & essent filij lucis, qui fuerunt filij te-
nebrarum: & huius cognitionis initium fuit,
quod sequitur, *Fuit homo missus a Deo, cui nomen
erat Ioannes, hic uenit in testimonium, ut testimonium per-
hiberet de lumine, ut omnes crederent per illum.* Non
ait, ut omnes crederent in illum. Maledictus en-
nim homo qui confidit in homine, & ponit car-
nem brachium suum. Sed ut omnes, inquit,
crederent per illum, hoc est, ut per illius testi-
monium crederent in lucem, quam nec dum
uidere nouerant, Dominum, uidelicet Iesum
Christum, qui de seipso testatur, Ego sum lux
mundi: qui sequitur me non ambulat in tene-
bris, sed habebit lumen uitæ. Non erat ille lux
sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux uera,
quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mun-
dum. Et sancti quidem homines lux sunt re-
cte uocati, dicente ad eos Domino, Vos estis
lux mundi. & Apostolo Paulo, Fuitis aliquan-
do tenebræ, nunc autem lux in Domino. Sed
multum distat inter lucem quæ illuminatur, &
lucem quæ illuminat. Inter eos qui participa-
tione ueræ lucis accipiunt ut luceant, & ipsam
lucem perpetuam, quæ non solum lucere in
seipsa, sed & sua præsentia, quodcumque atti-
gerit, illustrare sufficit. Ad cuius comparatio-
nem ueræ lucis, non tantum minores quili-
bet electi, uerum etiam ipse Ioannes, quo ma-
ior inter natos mulierum nemo surrexit, lux
non esse asseritur, ut uidelicet Christus non
esse (quod putabatur) monstretur. Ille enim,
ut scriptum est, erat lucerna ardens & lucens,
Ardens scilicet fide & dilectione, lucens uer-
bo & actione. Gratiam uero lucis pectoribus
infundere, solus est eius de quo dicitur, Erat
lux uera, quæ illuminat omnem hominem uen-
ientem in hunc mundum. Omnem uidelicet
qui illuminatur, siue naturali ingenio, siue sa-
pientia Diuina. Sicut enim nemo a seipso esse
potest, ita etiam nemo a seipso sapiens esse potest,
sed illo illustrante de quo scriptum est, Om-
nis sapientia a Domino Deo est. Cuius u-
tranque naturam, & Diuinam uidelicet, qua
semper ubique totus manet, & humanam, ex
qua in tempore natus, loco inclusus apparuit,
consequenter Euangelista describit, dicens.

*In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, &
mundus eum non cognouit. In propria uenit, & sui eum
non receperunt.* In mundo quippe erat, & mun-
dus per ipsum factus est, quia Deus erat, quia
totus ubique, quia sua præsentia maiestatis,
sine labore regens, & sine onere continens,
quod fecit. Et mundus eum non cognouit,
quia lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non
comprehenderunt. Mundum nanque hoc in
loco dicit homines mundi amore deceptos,
atque inhaerendo creaturæ, a noscenda creato-
ris sui maiestate reflexos. In propria uenit, quia
pulsus Dei, mundo quem per diuinitatē fecit, per humani

tatem natus apparuit. In propria uenit, quia in
gēte Iudæa, quā sibi præ ceteris nationibus spe-
ciali gratia copulauerat, incarnari dignatus est.
In mundo ergo erat, & in mundum uenit per
incarnationē. Venire quippe uel abire, huma-
nitatis est: manere & esse, Diuinitatis. Quia er-
go cum in mundo esset per Diuinitatem, mun-
dus eum non cognouit: dignatus est uenire in
mundum per humanitatem, ut uel sic eum mū-
dus cognosceret. Sed uideamus quid sequitur:
In propria uenit, & sui eum non receperunt.
Quem enim in potentia deitatis cuncta crea-
tem regentem non cognouerant, ipsum in
carnis infirmitate miraculis coruscantem reci-
pere noluerunt: & quod grauius est, sui eum nō
receperunt, homines scilicet, quos ipse crea-
uit. Iudæi, quos peculiarem sibi elegerat in ple-
bem, quibus suæ cognitionis reuelauerat arca-
num, quos mirificis patrum glorificauerat ac-
tibus, quibus suæ legis doctrinam contulerat, ex
quibus se in carnatum, ut promiserat, ostendit,
ipsi eum recipere uenientem magna ex parte
recusarunt: neque enim omnes recusarunt: a-
lii quin nullus esset saluus, & superuacua eius
esset incarnatio. Nunc autem multi eum ex u-
troque populo non credendo respuerunt, mul-
ti credendo receperunt, de quibus Euangelista
consequenter insinuat dicens, *Quotquot autem
receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, ijs qui
credunt in nomine eius.* Consideremus fratres cha-
rissimi, quanta gratia Redemptoris nostri, quā
magna sit multitudo dulcedinis eius. Unicus
ex patre natus est, & noluit remanere unus. De
scēdit ad terram, ubi fratres sibi, quibus regnū
patris sui dare posset, acquireret, Deus ex Deo
natus est, & noluit Dei tantū filius manere, ho-
minis quoque filius fieri dignatus est, non amit-
tens quod erat, sed assumens quod non erat: ut
per hoc homines in Dei filios transferret, glo-
riam suam faceret coheredes, qui quod ipse sem-
per habebat per naturā, acciperet per gratiam.
Consideremus quanta uirtus est fidei, cuius
merito potestas datur hominibus filios Dei fie-
ri. Vnde bene scriptum est, *Quia iustus ex fi-
de uiuit.* Viuit enim iustus ex fide, non illa quæ
labiorum tantum confessione profertur, sed
ea quæ per dilectionem operatur. Alioquin fi-
des si non habeat opera, mortua est in semeti-
psa. Nullus seipsum despiciat, nullus de sua sa-
lute desperet. Curemus omnes, curemus singu-
li, ut qui eramus longe, mereamur fieri prope
in sanguine Christi. Videamus quod dicitur,
Quotquot receperunt eum, dedit illis potesta-
tē filios Dei fieri. Quotquot (inquit) receperunt
est. Non est enim personarum acceptor deus,
sed in omni gēte qui timet Deū, & operatur iu-
stitiā acceptus est illi. Quo autē ordine creden-
tes, filij Dei possent fieri, & quantū hæc genera-
tio a carnali distet, subsecutus Euangelista de-
signat. *Qui non ex sanguinibus (inquit) neque ex uolun-
tate*

*Venire ex
abire, hu-
manitatis
est.*

*Christi er-
ga nos ho-
minas.*

*Fratres
Christi si-
bi quasi-
uit.*

*Manere di-
uinitatis
est.*

*Fidei uir-
tus.*

Abacuc.

Iaco. 2.

*Ad. 10.
Personarū
acceptor
nō est deus.*

*Generatio
humanadu-
plex.
Ioan. 3.
Ibidem.*

*Deut. 10
Caro quid
significet.
Luc. 3.*

*Anima
quid signi-
ficet.*

*Christi glo-
ria.*

Matt. 17.

Act. 2.

*Homo a
uerbo sum-
ptus.
Ieron. 2.
Dei geni-*

tate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt. Carnalis quippe nostra singulorū generatio ex
sanguinibus, id est, ex semine maris & femine, a
complexu cōiugij duxit originem: at uero spi-
ritualis, spiritus sancti gratia ministratur: quam
a carnali distinguens Dominus ait: Nisi quis re-
natus fuerit ex aqua & spiritu, non potest in-
troire in regnum Dei. Quod natum est ex car-
ne, caro est: & quod natum est de spiritu, spi-
ritus est. Verum, ne quis hominem dubitet fi-
lium esse Dei, & coheredem Christi posse fie-
ri, dat exemplum Euangelista, quia & ipse fi-
lius Dei homo fieri, & inter homines habitare
dignatus sit: ut humanæ particeps existendo
fragilitatis, homines diuinæ uirtutis suæ dona-
ret esse participes. *Et uerbum, inquit, caro factum
est, & habitauit in nobis.* Quod est dicere, Filius
Dei homo factus est, & inter homines conuer-
satus. Solet nanque scriptura modo anime, mo-
do carnis uocabulo, totū designare hominem.
Anime, uidelicet, ut scriptum est: Quia descen-
dit Iacob in Ægyptum in animabus septuagin-
ta. Carnis uero, ut rursum scriptum est, Et uide-
bit omnis caro salutare Dei. Neque enim uel
animæ sine corporibus in Ægyptum descen-
dere, uel caro sine anima uidere aliquid potest:
sed hic per animam totus homo, ibi signatur
per carnem. Sic ergo hoc in loco quod dicitur,
Et uerbum caro factum est, nihil aliud debet in-
telligi, quā si diceretur, Et deus homo factus
est, carnem uidelicet induendo, & animam: ut
sicut quisque nostrum unus homo ex carne cō-
stat & anima: ita unus ab incarnationis tempo-
re Christus ex diuinitate, carne & anima con-
stet, Deus ab æterno, in æternum existens: ue-
rus ut erat hominem ex tempore adsumens in
unitatem suæ personæ, uerum quem non ha-
buerat. *Et uidimus gloriam eius, gloriam quasi unige-
niti a patre plenum gratia & ueritate.* Gloriam Chri-
sti, quam ante incarnationem uidere non pote-
rant homines, per incarnationem uiderunt, a-
spicientes humanitatem miraculis resurgen-
tem, & intelligentes diuinitatem intus latitan-
tem, illi maxime, qui & eius charitatē ante pas-
sionem transfigurati in monte sancto contem-
plari meruerunt, uocedelapsa a deo huiuscemo-
di a magnifica gloria: Hic est filius meus dile-
ctus, in quo mihi complacui, & post passionē
resurrectionis, ascensionis quæ ipsius gloria con-
specta, spiritus eius sunt dono mirifice relecti:
quibus omnibus manifeste cognouerunt, quod
huiusmodi gloria non cuilibet sanctorum, sed
illi soli homini, qui esset in diuinitate unigeni-
tus a patre, conueniret. Quod autem sequitur,
Plenum gratiæ & ueritatis: gratiæ plenus erat
& est homo Christus Iesus, cui singulari mune-
re præ cæteris mortalibus datum est, ut statim
ex quo in utero uirginis conciperetur, homo
fieri inciperet uerus esse Deus. Vnde & eadem
gloriosa semper uirgo Maria, non solum ho-

minis Christi, sed & Dei genitrix recte creden-
da & confitenda est. Idem ueritate plenus erat,
& est, ipsa uidelicet uerbi diuinitate, quæ ho-
minem illum singulariter electum, cum quo
una persona Christi esset, assumere dignatus
est: non aliquid sitæ diuinæ substantiæ, ut hæ-
retici uolunt, in faciendam hominis naturam
commutans, sed ipsa apud patrem manens to-
tum quod erat, totam de semine Dauid natu-
ram ueri hominis, quam non habebat, susci-
piens. *Ioannes testimonium perhibet de ipso.* Red-
emptoris nostri præcursor, testimonium de
ipso perhibens, celsitudinem humanitatis ei-
us, pariter & Diuinitatis æternitatem, mani-
festa uoce pronunciat. *Clamat enim dicens: Hic
erit quem dixi uobis: qui post me uenturus est, ante me
factus est, quia prior me erat.* In eo nanque quod
ait, Qui post me uenturus est: ordinem huma-
næ dispensationis, quia post eum natus, post
eum etiam prædicaturus, baptizaturus, signa-
facturus, & mortem erat passurus, insinuat.
In eo uero quod subiungit, Ante me factus est:
sublimitatem eiusdem humanitatis, quæ cæte-
ris omnibus creaturis erat, meritò præferenda,
designat. Quod enim ait, Ante me: non ad
ordinem temporis, sed ad distantiam pertinet di-
gnitatis, iuxta quod de Ioseph filijs, benedicen-
te Iacob, scriptum est, Constituitque Effraim
ante Manasse, ubi recte potuit dicere Manasse,
Qui post me uenit, ante me factus est: id
est, qui post me natus est, potentia me regnan-
te celsus: quem admodum Ioannes de Domino,
Qui post me, inquit, uenturus est, ante me factus
est: id est, qui post me ad prædicandū uenturus
est, culmine me regni & sacerdotij perennis an-
recessit. Quare autem is qui post eum uenturus
erat, cum dignitate antecelleret, aperuit, cum
subiunxit, Quia prior me erat: id est, coæter-
nus ante sæcula Deus erat: propterea me, licet
posterior natus, gloria maiestatis etiam in as-
sumpta humanitate præbit. Exposito autem
Euangelista præcursoris Domini testimonio,
quod de illo perhibuerit, redit statim suæ quo-
quæ assertionis, quod coeperat, illi testimonium
dare, nam sequitur, *Et de plenitudine eius nos omnes
accepimus, gratiam pro gratia.* Superius nanque di-
xit, Quia uerbum caro factum est, & habitauit
in nobis, & uidimus gloriam eius, gloriam qua
si unigeniti a patre, plenum gratia & ueritate.
Quod cum præcursor quoque eius testimo-
nio confirmasset, dicens, Hic erat, quem dixi
uobis, qui post me uenturus est, ante me fa-
ctus est, quia prior me erat: rursum ipse, quod
coeperat, exequitur, dicens, Et de plenitudine
eius nos omnes accepimus, gratiā pro gratia.
Plenus quippe erat Dominus spiritu sancto,
plenus gratia & ueritate: quia sicut Apostolus
ait: In ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis
corporaliter. De cuius plenitudine nos om-
nes iuxta modū nostræ capacitatis accepimus,
quia

*trix uirgo
Maria con-
suetudo.*

Ioan. 1.

Gen. 48.

Colof. 2.

Eph. 4.

Esa. 11.

1. Cor. 12.

Gratia duplex.

Gal. 5.

Fides gratia dei.

Bona non nota omnia a Christo sunt.

Ioan. 15.

Psal. 85.

quia unicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. De solo namque mediatore dei & hominum, homine Iesu Christo ueraciter dici potuit. Et requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiae & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiae & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Omnes uero sancti non plenitudinem spiritus eius, sed de plenitudine eius quantum ille donat accipiunt: quia alij per spiritum datur sermo sapientiae, alij sermo scientiae secundum eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, alij gratia sanctorum in uno spiritu, alij operatio uirtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij generalium linguarum, alij interpretatio sermonum, haec autem omnia operantur unus atque idem spiritus, diuisus singulis prout uult. Quia ergo de plenitudine conditoris nostri quiddam, sed quicquid boni habemus, accepimus, curandum summopere est, ne quisquam de sua se bona actione uel cogitatione incautus extollat: ne si ingratus largitori remanserit, perdat bonum quod accepit. Cum autem dixisset euangelista, nos omnes de plenitudine Christi accepisse, confessum subiungit, & ait, Gratiam pro gratia. Geminam ergo nos gratiam accepisse testatur, unam uidelicet in praesenti, alteram uero in futuro. In praesenti quidem fidem, quae per dilectionem operatur: in futuro autem uitam aeternam. Fides quippe quae per dilectionem operatur, gratia dei est: quia ut credamus, ut diligamus, ut operemur bona quae non otiumus, non ullis praecedentibus meritis nostris, sed ipso largiente percepimus, qui dicit: Non uos me elegistis, sed ego elegi uos, & posui uos ut eatis, & fructum afferatis, & ut uitam propter fidem, dilectionem & opera bona percipiat. Aeterna gratia est, quia ne a bono deuiemus itinere, ipso duce semper opus habemus, cui dicitur, Deduc me domine in uiam tuam, & ambulabo in ueritate tua. Notandum est quod quidam libri habent, Nos omnes accepimus de plenitudine eius, & gratiam pro gratia. Aliquid primo de plenitudine eius accepimus, & postea gratiam pro gratia. id est, de plenitudine eius accepimus remissionem peccatorum, & gratiam, id est uitam aeternam, pro gratia fidei quae per dilectionem operatur. Quae omnia ex uno fonte plenitudinis Christi nobis provenire certissimum est. Quid ergo accepimus de plenitudine bonitatis illius? Ut scilicet remissionem peccatorum, ut iustificemur in fide. Insuper quidem: Et gratiam pro gratia, id est, pro gratia in qua ex fide uiuimus, recepturi sumus aliam, quid tamen? nisi gratiam, hoc est uitam aeternam. Sequitur, Quia lex per Moysen data est, gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. Lex quidem per Moysen data est: in qua, quid agendum, quid uitandum sit, caelesti iure decernitur: sed quod illa praecipit, non nisi gratia Christi completur. Illa

siquidem monstrare peccatum, iustitiam docere, & transgressores sui, reos ostendere ualebat: porro gratia Christi diffusa per spiritum charitatis in cordibus fidelium, facit ut quod lex praecipit, impleatur. Vnde illud quod scriptum est, Non concupisces, per Moysen lex, quia iubetur: sed per Christum fit gratia, quando quod iubetur, impletur. Veritas autem facta est per Christum, quia umbram habebat lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum: & sicut alibi dicit Apostolus, Omnia in figura continebant illis. Sed pro umbra lucem ueritatis, pro figura legis ipsam imaginem rerum quae figurabantur, exhibuit Christus, quando data spiritus gratia aperuit discipulis suis sensum, ut intelligerent scripturas. Lex per Moysen data est cum populus asperione sanguinis agni munda praecipit. Gratia & ueritas, quae in luce figurabatur, per Iesum Christum facta est, cum ipse passus in cruce lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Lex per Moysen data est, quia populum praecipit salutaribus instituit, si haec seruaret, terram repromissionis intratum: & in ea perpetuo uicturum: sin alias, pro sternendum ab hoste praedixit. Gratia & ueritas per Iesum Christum facta est, quia dato spiritus sui dono, & legem spiritualiter intelligi ac seruari posse donauit: & eos qui seruant, in ueram caelestis uitae beatitudinem, quam terra pro missionis signabat, introducit. Quae sit autem summa gratiae & ueritatis quae per Iesum Christum facta est, euangelista subdendo manifestat. Deum nemo uidit unquam, unigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Nulla etenim gratia maior hominibus dari, nulla ueritas altior potest ab hominibus cognosci, quam ea de qua unigenitus dei filius suis fidelibus narrans, Beati, inquit, mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt, & de qua patri supplicans ait, Haec est uita aeterna, ut cognoscant te uerum & uerum deum, & quem misisti Iesum Christum. Quae nimirum beatissima perceptio gratiae & ueritatis quoniam in huius seculi uita fieri non potest, recte dicitur, Deum nemo uidit unquam: id est nemo corruptibili adhuc & mortali carne circumdatus, in circumscriptam diuinitatis potest lucem intueri. Vnde manifestius dicit Apostolus, Quem nemo uidit hominum, nec uidere potest. Nemo enim hominum deus, nemo est humano adhuc habitu aggravatus, humana conuersatione caducus. Hinc est enim quod Moyses qui deum quem in angelo uidebat, in ipsa eius natura uidere desiderans, orabat, Si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi gloriam tuam. Audiuit, Non poteris uideri faciem meam: non enim uidebit me homo, & uiuet. Quia autem ratione ad uisionem incommutabilis & aeterni luminis perueniri debeat, euangelista consequenter exposuit dicens, Vni genitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit, cui

Ioan. 14. Matt. 11.

Sinus patris, secretum patris.

Ioan. 14.

Ioannis humilitas.

uit, cui simile est quod ipse dominus ait, Nemo uenit ad patrem, nisi per me, & alibi, Nemo nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Ipse us quippe ductus ad patrem uenire, ipsius magisterio patrem & filium necnon & spiritum sanctum unum Deum ac dominum nosse debemus, quia nimirum ipse homo factus pro nobis, in hominis habitu loquens nobis, quid de sanctae trinitatis unitate recte sentiendum, qualiter ad eius contemplationem fidelibus properandum, quibus actibus ad hanc sit perueniendum, clara luce reuelauit: ipse sacramentis suae incarnationis nos imbuens, sui nos spiritus charismatibus sanctificans, ut ad hanc uenire ualeamus adiuuat. Ipse peracto in hominis forma iudicio nouissimo, ad uisionem nos diuinae maiestatis sublimiter introducet, atque arcana nobis regni caelestis mirabiliter enarrabit. Sa ne quod ait, Qui est in sinu patris, in secreto patris prouerbialiter est cogitandus. In similitudinem enim sinus quem habemus in uestibus, haud putandus est deus, qui humanorum membrorum compaginatus non est, sic sedere quemadmodum & nos: sed quia sinus noster intus est, more nostro loquens scriptura, in sinu patris esse dicit, quem in secreto patris, quod humanus intuitus peruenire non ualeat, semper manentem uult intelligi. Non tunc autem solum enarrabit unigenitus filius dei, id est, sancte in diuinae trinitatis, quae est unus deus, gloria manifestabit hominibus, cum post uniuersale iudicium omnes pariter electos ad uisionem claritatis eius inducet: sed & cotidie narrat, cum singulis quibusque fidelium perfectorum mox a carnis corruptione solutus implere coeperit quod promissit. Qui diligit me, diligitur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo me ipsum illi. Me ipsum, inquit, manifestabo dilectoribus meis: ut quem in sua cognouerit mortalem, in meam me natura patri & spiritu sancto uidere possint aequalem. Hoc est, testimonium Ioannis & cetera. Ex his uerbis Ioannis humilitas commendatur, qui cum tanta uirtutis esset, ut Christus credi potuisset, elegit solide subsistere in se, ne humana opinione raperetur inaniter supra se. Nam confessus est, & non negauit, confessus est, quia non sum ego Christus. Sed quia dixit, non sum: me gaudit quod erat, ut ueritate loquens, eius membrum fieret, cuius nomen sibi fallaciter non usurparet. Cum ergo non uult aperte nomen Christi, factus est membrum Christi: quia dum infirmitatem studuit humiliter agnoscere, illius celsitudinem meruit ueraciter obtinere. Quisnam sit, continuo exprimit, dum subiungit, Ego uox clamantis in deserto. Scitis quia unigenitus filius uerbum patris uocatur, Ioanne attestante, qui ait, In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Ex ipsa uestra locutione cognoscitis, quia prius uox

sonat, ut uerbum postmodum possit audiri, Ioannes ergo uocem se esse asserit, quia uerbum praecedit. Aduentum itaque dominicum praecurrens, uox dicitur, quia per eius ministerium patris, uerbum ab omnibus auditur. Qui etiam in deserto clamat, quia derelictae ac destitutae Iudaeae solatium redemptoris annunciat. Quid autem clamet, insinuat cum subiungit, Dirigite uiam Domini, sicut dixit Esaias Propheta. Viam Domini, ad cor dirigitur, cum ad praecipuum uitae praeparatur. Vnde scriptum est, Si quis diligit me, sermonem meum seruabit: & pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus. Quisquis ergo in superbia mentem eleuat, quisquis avaritiae astibus anhelat, quisquis se luxuriae inquinacionibus polluit, cordis ostium contra ueritatem claudit: ne ad se dominus ueniat, claustra animi se ris uitorum damnat. Sed adhuc qui miseri sunt, percontantur, Quid ergo baptizatus, situ non es Helias, neque Christus, neque propheta. Quod quia non studio cognoscendae ueritatis, sed malitia exercendae emulationis dicitur, Euangelista tacite innotuit, cum subiunxit dicens, Et qui miseri fuerant, erant ex pharisaeis. Ac si aperte dicat, illi Ioannem de suis actibus requirunt, qui doctrinam nesciunt querere, sed inuidere. Sed sanctus quisque etiam cum peruersamente requiritur, a bonitatis suae studio non mutatur. Vnde Ioannes quoque ad uerba inuidiae, praedicamenta respicit uita. Nam protinus adiungit, Ego baptizatus in aqua, me deus autem uestrum stetit, quem uos nescitis. Ioannes non spiritu, sed aqua, baptizatorum corpora lauat, sed tamen per ueniam non lauat. Cur ergo baptizat, qui peccata per baptismum non relaxat: nisi ut praecursus suae ordinem seruans, quia nasciturum nascendo praueuerat, baptizaturum quoque dominum baptizando praueueret: & qui praedicando factus est praecursor Christi, baptizando etiam praecursor eius fieret imitatione sacramenti. Qui inter haec mysterium redemptoris nostri annuncians, hunc in medio hominum & stetit asserit, & nescit: quia per carnem dominus apparens, & uisibilis stetit corpore, & inuisibilis maiestate. De quo etiam subdit, Qui post me uenit, ante me factus est. Sic namque dicitur, ante me factus est: ac si dicatur, ante positus. Post me ergo uenit, quia postmodum natus ante factus est, quia mihi praelatus. Sed haec paulo superius dicens, etiam praelationis causas aperuit, cum subiunxit, Quia prior me erat. Ac si aperte dicat, Inde me etiam post natus superat, quo eum natiuitatis suae tempora non angustant. Nam qui per matrem in tempore nascitur, sine tempore est a patre genitus. Cuius quantae reuerentiae humilitatem debeat, subdendo manifestat: Cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamenti. Mos apud ueteres fuit, ut si quis eam quae sibi committeret, accipere uxorem noller, ille ei calcea-

Via domini ut dirigitur.

Ostium cordis claudere quid sit.

Interrogationibus in fidiotes sancti tamen pie respondent.

mentum solueret, qui ad hanc sponsus iure pro-

Christus, Ecclesie sponsus,

Calceamenta in sacris literis,

Corrigia,

Bethania,

Matt. 5,

Agnus mysticus,

ordine iustificet impios apostolus Petrus ostendit, qui ait, Non corruptibilibus argeto uel au-

3. Pet. 1,

10

20

30

40

50

60

Luc. 3,

Matt. 3,

Baptisma Ioannis,

Spiritus

sanctus eurus in columba apparuit.

Psal. 27. Columba quid significat,

Ephe. 4.

Sapient. 1,

Baptismus in spiritu sancto.

Aqua in baptismo necessitas,

Ioan. 3,

Baptisma Ioannis,

Spiritus

specie descendit super Dominum spiritus, ut discant fideles non aliter se membra eius fieri, non aliter eius spiritu posse repleri, nisi simplices fuerint, nisi ueram cum fratribus habuerint pacem, quam significat oscula columbarum.

10

20

30

40

50

60

sta ipse celsius iam quem predicaret agnosceret, & credentibus daretur indicium, nequaquam se, nisi baptizatos aqua, spiritus eiusdem posse baptisma mereri. Quaredum est interea, quomodo speciale filium Dei agnoscendi signum fuerit, quod super eum descenderit & manserit spiritus, cum etiam discipulis ipse promittat eum, dicens, Ego rogabo patrem, & alium paraclitum dabit uobis, ut maneat uobiscum in aeternum, spiritum ueritatis. & paulo post, Quia apud uos manebit, & in nobis erit. Si enim apud seruos dei electos manet, & in illis erit spiritus, quid magni est filio Dei, quod in ipso manere spiritus adstruatur? Notandum ergo quod semper in domino manserit spiritus sanctus in sanctis autem hominibus quamdiu mortale corpus gestauerint, partim maneat in eternum, partim reditus recedat. Manet quippe apud eos, ut bonis insistant actibus, uoluntariam paupertatem diligant, mansuetudinem sequantur, pro aeternorum desiderio lugeant, esuriat & sitiant iustitiam, misericordiam, munditiam cordis, & tranquillitatem pacis amplectantur: sed & pro obseruatione iustitiae persecutionem pati non uereantur: elemosynis, orationibus, ieiunijs, ceterisque spiritus fructibus insistere desiderant. Recedit autem ad tempus, ne semper infirmos curadi, & daemones eiciens, uel etiam prophetadi possint habere uirtute. Manet semper, ut mirabiliter ipsi uiuant. Venit ad tempus, ut etiam alij per miraculorum signa quales sint intus, effulgeant. Et ego, inquit, uidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei. Supra dixerat, Post me uenit uir, qui ante me factus est, nunc testimonium perhibet, quia hic est filius dei, utriusque naturae ueritatem, & humanae uidelicet & diuinae in una eademque Christi persona manifeste designans. Erubescat Manichaeus audiens, Venit uir. Conticescat Fotinus audiens, Hic est filius dei. Audiant mansueti, & laetentur, quia uenit uis post Ioannem fortior Ioanne, qui baptizat spiritu sancto, & quia hic est filius dei. Quia enim per superbiam recessimus a deo, filius per misericordiam factus est homo: ut idem ipse & per diuinitatem patri, & per humanitatem congrueret nobis: ac per humanitatem nostrae similes, pro nobis cum hoste colligere: per diuinitatem patri consubstantialem, ad imaginem nos dei, & similitudinem quam peccando amisimus, posset digne recitare, per nostrae mortem fragilitatis destrueret eum qui habebat mortis imperium & per impassibilem suae diuinitatis potentiam reconciliaret nos deo patri. Stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo. Stabat Ioannes, quia credebatur in domino, & duo de discipulis eius, statim enim crediderunt, & secuti ambularent. Debeamus singula scripturarum uerba tractare, quare Ioannes stans, & dominus ambulans dicitur. Et aspiciens Iesum ambulantem dicit, Ecce agnus dei. Agnus, immaculatus, agnus anniculus, agnus

Ioan. 4,

Mansio spiritus sancti in Christi, & in sanctis, Sancti non semper habent praesentem.

Fotinus rearguitur.

Stare quid significat in sacris literis,

Agnus,

Exod. 12.

Ecce.

qui tollit peccata mundi, agnus qui exterminatorem Ægypti, populum Israel percutere non sinit. Ecce agnus dei. & audierunt eum discipuli: quare uoluit dicere, ecce. Quando dicitur, digito demonstratur. Dicit ad discipulos suos, Quid me sequimini? quid me putatis magistrum habere? Ecce agnus dei: illi sequimini: illum oportet crescere, me autem minui. Nemo prudentium qui minuitur, sequitur, & relinquit eum qui crescit. Et audierunt duo discipuli loquentem. Magistri imperium sunt secuti. Testimonium Ioannis, fides est discipulorum. Et secuti sunt Iesum. Sequentes Iesum, reliquerunt Ioannem, sequentes Euangelium, legem amiserunt. Sic tamen secuti sunt Euangelium, ut testimonio uterentur a lege. Conuersus autem Iesus, & uidens eos. Discipuli Ioannis cominus & coram & antecessu Iesum uidere non poterant, sed tergum illius sequebatur, ut uiderent. Ergo illi discipuli faciem Domini uidere non poterant. Conuerit se, & quodammodo de sua maiestate descendit, ut possent discipuli contemplari faciem illius. Conuerit se, ut ex lege a discipulis cernebantur. Conuersus autem, & uidens eos sequentes se. Dixit, Quid queritis? Non quasi ignorans interrogat, sed interrogat ut mercedem habeant respondentes. Quid queritis? non dixit, quem queritis? ne se uideretur ostendere: sed, quid queritis? Rem interrogat, ut illi personam significet. Quid queritis? Qui dixerunt ei, Rabbi. Ipsa appellatio responsionis, indicium est fidei. Quam enim dicunt Rabbi, quod intelligitur magister, & sequuntur eum, utique magistrum sequuntur, & dicunt, Vbi habitas? Dicit eis, Venite, & uidete. Volunt habitaculum nosse Iesu uolunt sibi ostendi qualem habitationem habeat Saluator: ut cum ille ostenderit in quibus Christus habitet, tales se exhibeant in quibus possit dominus habitare. & dixit eis, Venite, & uidete. Vultis uidere habitaculum meum? Sermone explicari non potest, opere demonstratur. Venite, & uidete. Isti quidem testimonio legis uenerant, quia statim in ipso nomine confitentur, & dicunt Rabbi, quod interpretatur magister. Iesus autem respondens eis dixit, Vos autem, qui discipuli estis Ioannis, qui ex ipso nomine confessionem uestram demonstratis, & dicitis Rabbi, Venite & uidete ubi maneo. Venerunt, & uiderunt ubi maneret, & apud eum manserunt die illo. Quia credebant, non in nocte manserunt, sed in die. Nox illa tenebras non habebat, ubi erat fides ueri luminis, & apud eum manserunt die illo: Hora autem erat quasi decima. Ex lege ueniabant ad Euangelium, ad fidem Christi mittebat illos legis decalogus. Erat autem Andreas frater Simonis Petri, unus ex duobus qui audierant ab Ioanne, & secuti fuerant eum. In fide non est ordo. Vbi cum que fidelis est anima, ibi annorum multitudo non queritur, nec paucitas, An-

Rabbi.

Nox in sacris literis.

dreas minor erat Simone Petro, & tamen non queritur aetatis modo: sed fidei. Iesum primus inuenit. Erat autem Andreas frater Simonis Petri, unus ex duobus. Nisi forte & hæc dignitas est Andree, quia Petri appellatur frater, super quam erat postea fundanda Ecclesia. Qui audierant ab Ioanne, & secuti fuerant eum. Inuenit hic primum fratrem suum. O uera pietas. Statim ut inuenit Iesum, statim ut inuenit margaritam statim ut inuenit thesaurum, fratri nunciat, fratrem suum Simonem uocat. fratrem non tam sanguine, quam spiritu. Quem fratrem habebat germanitate, & sanguine, uoluit habere & fide germanum: & dicit ei, Inuenimus Messiam. Inuenire uenit, nisi qui querit. Ille qui inuenisse dicit, ostendit quia diu quaesierit. Inuenimus Messiam, quod est interpretatum Christus. Diu quaesiuimus Christum in Mose, in omnibus prophetis: & quem inuenire cupiebamus, ipse nos inuenit, & inuenit inuenimus. Et adduxit eum ad Iesum. Non dedignatur maior minorem sequi, quia non erat ordo aetatis, ubi erat meritum fidei. Intuitus autem eum Iesus, dixit, Tu es Simon filius Iona: tu uocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Necdum aliquid Petrus fecerat, & iam nomen meruit mutare. Nunquid plus crediderat Andreas? Quid maius fecit, ut a fratre plus acciperet? Quid maius fecerat? Minorem fratrem secutus est: & quem habebat discipulum, non dedignatus est habere magistrum. Tu es Simon filius Iona. Iona, lingua nostra dicitur coluba. Tu es ergo filius Iona, tu es filius spiritus sancti. Filius ergo dicitur spiritus, quia humilitatem de spiritu sancto acceperat. In crastinum uoluit exire in Galileam, & inuenit Philippum. & dicit ei, Sequere me. Iam patet ex superioribus unde uoluerit Iesus exire in Galileam, uidelicet a Iudæa, ubi erat Ioannes baptizans, & testimonium illi perhibens, quod esset agnus dei: duos ex discipulis suis ad eum sequendum prouocauit: e quibus unus Andreas ad illum etiam fratrem suum Petrum adduxit. Patet iuxta sensum spiritalem, & crebra expositione uestræ fraternitati iam cognitum est, qui sit qui dominum sequitur. Sequitur dominum, qui quantum fragilitas humana patitur, ea quæ in homine monstrauit, filius dei humilitatis exempla non deserit. Qui socius passionum existendo, ac consortium resurrectionis eius & ascensionis pertingere sedulus exoptat. Sed non sine certi ratione mysterij refertur, quod dicitur Philippo Iesus, Sequere me, uoluit exire in Galileam. Galilæa namque transmigratio facta, uel reuelatio interpretatur. In eo quippe quod transmigratio facta dicitur, profectum fidelium designat, quo uel de uitijs ad uirtutum celsitudinem transmigrare, uel in ipsius uirtutibus paulo proficere, ac de minoribus ad maiora cotidie subire contendunt, quousque de hac cõualle lachrymarum ad arcem læ-

Messias. Inuenire querentis est.

Sequi Dominum, quis dicitur.

Nominis Petri mutatio.

Iona coluba dicitur. Spiritus, filius.

Galilæa quid sit.

Psal. 83. Visio sanctorum. 2. Cor. 3.

Luc. 2. Christi profectus.

Bethsaida. Venatores sancti.

Matt. 4.

Ioseph filius cur dicitur Iesus.

Dauidis familia Christus est.

Luc. 2.

titia cœlestis Domino auxiliante perueniant. In eo autem quod reuelationem sonat, ipsam uitæ æternæ beatitudinem, pro qua in presentia sancti laborant, insinuat. Cuius utranque interpretationem nominis Psalmista uno uersiculo comprehendit, ubi ait, Ambulabunt de uirtute in uirtute: uidebitur Deus deorum in Sion. Hæc est namque uisio de qua dicit Apostolus: Nos autem reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur a gloria in gloriam, tanquam a domini spiritui. Bene ergo uocaturus ad sequendum discipulum Iesus, uoluit exire in Galileam, id est, in transmigratorem factam, siue reuelationem: ut uidelicet, sicut ipse teste Euangelio proficiebat sapientia & ætate & gratia apud deum & homines, sicut passus est, & resurrexit: & ita intrauit in gloriam suam: sic etiam suos sequaces ostenderet, proficere uirtutibus, ac per passiones transitorias ad æternorum dona gaudiorum transmigrare debere. Erat autem Philippus a Bethsaida ciuitate Andree & Petri. Non est putandus Euangelista fortuito & absque ratione mystica nomen ciuitatis, de qua esset Philippus, & quod eadem Andree quoque & Petri esset, uoluisse monstrare: sed per nomen ciuitatis, typice, qualis tunc iam animo Philippus, qualis officio esset futurus, qualis etiam Petrus & Andreas, ostendere curasse. Bethsaida quippe domus uenatorum dicitur: & uenatores utique erant, qui audiebant a Domino, Venite post me, & faciam uos fieri piscatores hominum. Venator & ille, qui antequam ad prædicationis officium ordinaretur a Domino, quantum capiendis ad uitam animabus esset intentus, mox sponte prædicando monstrauit. Inuenit enim Nathanael, & dicit ei, Quem scripsit Moses in lege, & propheta, inuenimus, Iesum filium Ioseph, a Nazareth. Quam rete fidei, quam capacibus deuotæ prædicationis uinculis inextentum inuenit fratri circumdant, quem ad æternam cupit prouidius captare salutem: illum dicit inuentum, quem Moses & propheta uenturum suis scriptis signauerunt, ut eò cunctis sequentibus intelligatur quod ipse sit cuius aduentum præconando uniuersa ueterum scripta seruiuerint. Iesum nuncupat, quod nomen Christi futurum, prophetarum oracula conuincit. Filium Ioseph appellat: non ut hunc ex coniunctione maris & foeminae natum assereret, quem de uirgine natus, in prophetis didicerat: sed ut de domo ac familia Dauid, unde Ioseph ortum nouerat, secundum uaticinia prophetarum eum uenisse doceret. Neque enim mirandum si Philippus eum filium Ioseph uocet, cum & ipsa genitrix illius intemerata semper uirgo Maria, quæ uirginem non nouerat, consuetudinem uulgis sequens sic locuta legatur, Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Ad dicit & patriam, A Nazareth, ut ipsum esse signa-

ret, de quo legerant in prophetis, Quoniam Nazareth uocabitur, non ergo mirum si mox ad consensum credendi ac ueniendi ad Christum captauit Philippus Nathanael, cui tantos undique ueritatis calles prætendit. Quem scripsit Moses in lege, & propheta, inuenimus Iesum filium Ioseph a Nazareth. Neque immerito a Bethsaida, id est domo uenatorum oriundus asseritur, qui tantam deo dilectæ uenationis curam pariter & gratiam accepisse monstratur. Nam sequitur, Et dixit ei Nathanael, A Nazareth potest aliquid boni esse. Nazareth, munditiæ, siue flos eius, aut separata interpretatur. Annuens ergo uerbis euangelizatis sibi Philippi Nathanael, A Nazareth, inquit, potest aliquid boni esse. Ac si aperte dicat, Potest fieri ut a ciuitate tantum nominis aliquid summe gratiæ nobis oriatur, uel ipse uidelicet mundus saluator dominus, qui singulariter sanctus est, innocens, impollutus, segregatus a peccatis, qui que loquitur in Canticis Canticorum, Ego flos campi, & lilium cõualium. & de quo propheta exierit, inquit, uirga de radice Iessæ, & Nazaraeus, id est, flos de radice eius ascendet. Vel certe aliquis doctor eximius, qui florem nobis uirtutum, munditiæque sanctitatis prædicare sit missus. Possimus hunc locum & ita recte intelligere, quod dicente Philippo, Quem scripsit Moses in lege propheta, sequitur: Dicit ei Nathanael, Vnde me nosti? Respondit Iesus, & dixit ei, Priusquam te Philippus uocaret, cum esses sub ficu, uidi te. Respondit Nathanael, & ait, Rabbi, tu es filius dei. Quia cognouit Nathanael uidisse & nosse dominum quæ alio in loco gererentur, id est, quomodo & ubi uocatus sit a Philippo, cum ipse sibi corporaliter non esset, diuine hinc maiestatis intuitum considerans, protinus eum non solum Rabbi, id est magistrum, sed & filium dei, ac regem Israel, id est Christum, confessus est. Et libet intueri quam prudens laudanti domino confessio respondeat serui. Ille hunc uerum Israelitam id est, uirum qui deum uidere possit, eò quod dolum minime haberet, adstruxit. Ille cum non magistrum tantummodo, qui utilia præcipere, uerum etiam filium dei, qui cœlestia dona tribueret: & regem Israel, id est, populi deum tridentis, religiosa deuotione fatetur: ut hac confessione suum quoque hunc regem, & se eius regni militem significet. Potest autem hæc domini sententia, qua dixit se Nathanael priusquam uocaretur a Philippo, cum esset sub ficu uidisse, super electione spiritualis Israel, id est, populi Christiani mystice intelligi: quem dominus necdum per Apostolos eius ad fidei gratiam uocatum, sed sub tegmine adhuc peccati prementis abdutum, misericorditer uidere dignatus est, Paulo attestante, qui ait, Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundum constitutionem, ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. Et quidem

Nazareth: quid significet.

Iesus non est Bethsaida.

Nazareth

Canti. 2. Esa. 11.

Philippus.

Nathanael uocatus. Intuitus autem unus.

Israelita quis dicitur.

Eph. 1.

Ficus quid denotet. Fron. 27.

Gen. 3.

1. Tim. 2. Nathanael quis dicitur.

Ephes. 2. Gratia praeuenientis ad salutem necessitas. Operibus salui non sumus.

Caelum apertum est nobis per Christum. Angeli descendentes supra filium.

Prædicatores, angeli uocantur.

fici arbor aliquando in scripturis dulcedinem dilectionis supernæ insinuat: unde scriptum est, Qui seruat ficum, comedit fructum eius: & qui cultos est domini sui, glorificabitur. Sed quia primi parentes nostri reatu præuicacitatis cõfusi, de fici sibi folijs succinctoria fecerunt, potest hæc arbor ficinon incongrue male dulcorata generi humano consuetudinem peccandi signare: sub qua positos adhuc electos suos, sed necdum electionis suæ gratiam cognoscetes, quasi sub ficu constitutum, nec se iam uidentem Dominus uidet Nathanael, Nouit enim Dominus qui sunt eius. Quorum saluatio ni, ipsum quoque nomen Nathanael aptissimè conuenit. Nathanael nanque donum Dei interpretatur: & nisi dono Dei quisque uocatus, nunquam reatum primæ transgressionis, nunquam male blandientia auersentium cotidie peccatorum umbracula euadit, nunquam saluandus uenire meretur ad Christum. Vnde dicit Apostolus, Gratia enim estis saluati per fidem: & hoc non ex uobis. Donum dei est, nõ ex operibus, ut ne quis gloriatur. Sequitur, Respondit Iesus, & dixit ei, Quia dixi tibi, uidebis cælum apertum, & angelos dei ascendentes & descendentes supra filium hominis. Nam completum cernimus promissis huius effectum. Videmus etenim cælum apertum, quia postquam cælum Deus apertum est homo penetravit, etiam nobis in eum credentibus superne patrie patefactum cognoscimus Christum, ingressum. Videmus Angelos dei ascendentes & descendentes supra filium hominis, quia prædicatores suos nouimus sublimitatem diuinitatis Christi, simul & humanitatis eius infirmam nutiare. Ascendunt super filium hominis angeli cum docent prædicatores, quia in principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Descendunt super filium hominis angeli, cum adiungunt idem, quia uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Neque im merito prædicatores sancti typice Angeli uocantur, quibus consue non deriuatum ab angelis nomen euangelistarum conceditur: ut sicut hunc nuncij, ita & illi propter idem summæ prædicationis officium boni nuncij cognominentur. Et notandum, quod Dominus seipsum filium hominis nuncupat, Nathanael eundem filium Dei prædicat. Cui simile est quod apud

alios Euangelistas ipse discipulos interroget, quæ dicunt filium hominis esse? Responditque Petrus, tu es Christus filius dei uiui. Et quidem iustæ dispensationis moderamine actum est, ut cum utraq; eiusdem mediatoris dei & domini nostri uel ab ipso domino uel ab homine puro esset commemoranda substantia, Deus homo fragilitatem assumptæ à se humanitatis, purus homo uirtutis æternæ in eo diuinitatis adstrueret, ipse suam humilitatem, ille eius fateretur altitudinem. Notandum quippe quod dominus qui beatum Nathanael uere Israelitam nuncupat, in hoc uerbo quod ait, Videbitis cælum apertum, & angelos dei ascendentes supra filium hominis, uisionem Iacob Patriarchæ, qui per benedictionem uocatus est Israel, ad memoriam reducit, Is namque cum uolens in quodam loco requiescere, lapidem capiti suo supposuisset, uidit in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cælum: angelos quoque domini ascendentes & descendentes super eam: & dominum innixum scalæ, dicentem sibi, Ego sum deus Abraham patris tui, & deus Isaac. Surgensque mane, & debito cum pauore laudes deo reddens, tulit ipsum lapidem, & erexit in titulum, fundens oleum desuper. Huius ergo loci dominus facit mentionem, & de se ac suis fidelibus figuratum manifestissime testatur.

CAPVT II.

In die tercia nuptiæ factæ sũt in Cana Galilææ: & erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem & Iesus, & discipuli eius ad nuptias. Et deficiente uino, dicit mater Iesu ad eum: Vinum non habent. Et dicit ei Iesus: Quid mihi & tibi est mulier: nondum uenit hora mea. Dicit mater eius ministris: Quodcumque dixerit uobis, facite. Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ, secundum purificationem Iudæorum, capientes singulæ metretas binas uel ternas. Dicit ei Iesus: Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas usque ad summum. Et dicit eis Iesus: Haurite nunc, & ferte Architrachino. Et tulerunt. Vt autem gustauit Architrachinus aquam uinum factam, & non sciebat unde esset, ministri autem sciebant, qui hauserant aquas: uocat sponsum Architrachinus, & dicit ei: Omnis homo primum bonum uinum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Tu autem seruaisti bonum uinum usque adhuc. Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ, & manifestauit gloriam suam: & crediderunt in eum discipuli eius. Post hæc descendit Capharnaum ipse & mater eius, & fratres eius, & discipuli eius, & ibi manserunt non multis diebus. Et prope erat Pascha Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam, & inuenit in templo uendentes oues & boues, & colubas, & numularios sedentes. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoque & boues, & numulariorum sedes, & mensas subuersit. Et his qui colubas uendebant

Mar. 8

Iacob patriarchæ uisio.

Psal. 68.

Mat. 28.

Mat. 24.

Psal. 3.

Seculi huius temporaria.

Aque in unum mutatio, quid designant.

Exo. 20.

Rom. 1.

uendebat, dixit: Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei, domum negotiationis. Recordati sunt uero discipuli eius, quia scriptum est, Zelus domus tuæ comedit me. Respondērunt ergo Iudæis, & dixerunt ei: Quod signum ostēdis nobis, quia hæc facis? Respondit Iesus, & dixit eis: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudæi: Quædraginta & sex annis ædificatū est templū hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de templo corporis sui. Cū ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat, & crediderunt scripturæ, & sermōni quæ dixit Iesus. Cum autem esset Hierosolymis in Pascha, in die festo, multi crediderunt in nomine eius, uidentes signa eius, quæ faciebat. Ipse autem Iesus non credebatur semetipsum eis, eo quod ipse nosset omnes, & quia opus ei non erat, ut quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine. **E**t die tercia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: & erat mater Iesu ibi. Nec uacat mysterio, quod die tertio post ea quæ superior Euangelij sermo descripsit, nuptiæ factæ referuntur, sed tertio tempore seculi dominum ad adoptandam sibi Ecclesiam uenisse designat. Primum quippe seculi tempus ad legem, Patriarcharum exemplis: secundum sub lege, prophetarum scriptis: tertium sub gratia, præconij Euangelistarum quasi tertij dei luce mundo refulsit: in quo dominus & saluator noster pro redemptione generis humani in carne natus apparuit. Sed & hoc, quod in Cana Galilææ, id est, in zelo transmigrationis perpetrata, eadem nuptiæ factæ perhibetur, typice denunciat, eos maxime gratia Christi dignos existere, qui zelo feruere pie deuotionis, & emulati charismata meliora, ac de uitijs ad uirtutes progredi bona operando, de terrenis ad æternam noturam sperando & amando transmigrare. Discumbente autem ad nuptias domino, uinum defecit: ut uino meliore per ipsum mirabili ordine facto, manifestaretur gloria latētis in homine Dei, & credentium in eum fides aucta proficeret. Quod si mysterium quærimus, apparere in carne domino, meraca illa legalis sensus suauitas paulatim coeperat ob carnalē Phariseorum interpretationem à prisca sua uirtute deficere: qui mox tanquam litera legalis superficie Euangelica cælestis gratie uirtute mutauit. quod est uinum fecisse de aqua. Sed primo uideamus quid sit. Quod deficiente uino, dicente matre Iesus ad eum, Vinum non habent, respondit. Quid mihi & tibi est mulier: nondum uenit hora mea. Neque enim matrem suam in honoraret, qui nos iubet honorare patrem & matrem: aut sibi esse matrem negaret, ex cuius carne uirginea carne suscipere non despexit, etiam Apostolo testante, qui ait, Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, si non ex corpore Mariæ secundum carnem, quæ ex Dauid semine descendit:

Sed in eo quod miraculū facturus ait, Quid mihi & tibi est mulier? significat se diuinitatem quam miraculū erat patrandū, non temporaliter accepisse de matre, sed per æternitatem semper habuisse de patre. Quid mihi, inquit, & tibi est mulier: nondum uenit hora mea. Qui diuinitatem quam ex patre semper habui, cum tua carne, ex qua carnem suscepi, nõ habeo cõmuniem: nondum uenit hora, ut fragilitatē sumptæ ex te humanitatis moriendo demonstrarem. Prius est, ut potentiam æternæ deitatis, uirtutes operando, patefaciam. Venit autem hora, ut quid sibi & matri cõmune esset, ostenderet, cum eam, moriturus in cruce, discipulo uirgini uirginem cõmendare curauit. Carnis namque infirma perpeffus, quam maxime diligebat discipulo cõmendauit: quā, diuinā facturus, quasi in cognitiōe se non se dissimulat, quia hæc diuinæ naturitatis uerorem nõ esse cognoscit. Huius uero horæ dominus in cruce pēdens, cõmemorans, dixit matri, Mater ecce filius tuus: quasi dixisset, Ecce quod ex te sumpsi, modo ostenditur moriendo quid est, quæ tamen natura postmodum clarificanda erat in resurrectionis gloria. Dixit mater eius ministris, Quodcumque dixerit uobis, facite. Sciebat quidem mater eius, humanitatem filij sui, licet hoc modo uideretur negare quod poscebatur, mater tamen scies pietatem filij, quod negare nollet quod petebatur, fiducialiter mandauit ministris, ut madata implerent iubentis filij. Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ secundum purificationem Iudæorum, capientes singulæ metretas binas uel ternas. Hydriæ uocantur uasa aquarum receptui parata. Græce enim aqua, ὕδωρ dicitur. Aqua autem, scripturæ sacræ scientiā designat, quæ suos auditores & a peccatorum sordibus abluere, & diuinæ cognitionis solet fonte potare. Vasa sex quibus tenebatur, corda sunt deuota sanctorum, quorum perfectio uitæ & fidei ad exemplum recte credendi ac uiuendi proposita est: generi humano per sex seculi habentis ætates, id est, usque ad tempus dominicæ prædicationis. Et bene lapideæ sunt uasa, quia fortia sunt præcordia iustorum, utpote illius fide & dilectione solidata lapidis, quem uidit Daniel præcisum de monte siue manibus, factum que in montem magnum, & implese omnem terram: & de quo dicit Zacharias, In lapide uno septem oculi sunt, id est, in Christo uniuersitas scientiæ spiritualis habitabit, cuius & apostolus Petrus meminit, ita dicens, Ad quem accedentes lapidem uiuū, & ipsi tanquam lapides uiui, superædificamini. Benefecundum purificationem Iudæorum posita erant hydriæ, quia Iudæorum tantum populo lex per Moysen data est. Nam gratia & ueritas Euangelij non minus gentibus quam Iudæis per Iesum Christum facta est. Capientes, inquit, singulæ metretas binas, uel ternas: quia scripturæ sanctæ authores & ministri, Prophe-

Materem suam Christus quæte nus agnouerit.

Ioan. 19.

Mulier ecce filius tuus, expositur.

Hydriæ quæ dicantur. Aquæ.

Dan. 2. Lapis quid significet in sacris literis.

1. Petri. 2.

Lex uita deorū data populo.

Euangelij gratia tam gentibus quam Iudeis data.

tae modo de patre tantum loquuntur & filio, ut est illud, Omnia in sapientia fecisti. Virtus enim Dei & sapientia Christus est. Modo etiam spiritus sancti faciunt mentionem, iuxta illud eiusdem psalmographi, Verbo domini caeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Verbum, Dominum, & spiritum: totam, quae unus Deus est, intellige trinitatem. Sed quantum in terra aquam & uinum, tantum distat inter sensum illum quo scripturae ante aduentum saluatoris intelligebantur, & cum quem ueniens ipse reuelauit apostolis, eorumque discipulis perpetuo sequendum reliquit. Et quidem potuit Dominus uacuas implere hydrias aquae, uino, qui in exordio mundanae creationis cuncta creauit ex nihilo: sed ualuit de aqua facere uinum, quod typice doceret, se non ad soluendam improbandamque, sed implendam potius legem prophetasque uenisse: neque alia se per euangelicam gratiam facere, & docere, quam quae legalis & prophetica scriptura eum facturum doctorumque signaret. Videmus ergo sex hydrias scripturae rum aqua saluari repletas. Videamus eandem aquam in firuissimum uini odorem gustumque couersam. In prima aetate seculi, Habel iustum frater inuidens occidit: & ob hoc ipse perpetua martyrii gloria beatus, etiam in euangelicis & apostolicis literis iustitiae laudem accepit, fratricida impius aeternae maledictionis poenas luit. Quicumque his auditis, metuentes cum impijs damnari, cupientes benedici cum pijs, omnem odiorum & inuidiae fomitem abijciunt: deo placere per sacrificium iustitiae, modestiam innocentiae, uirtutem patientiae curant: uas profecto aquae in scriptura inuenerunt, unde salubriter abluti potatque gaudent. Sed si intellexerint Cain homicidium, Iudaeorum esse perfidiam: occisionem Habel, passionem Domini saluatoris: terram quae aperuit os suum, & suscepit eius sanguinem de manu Cain, Ecclesiam esse, quae effusum a Iudaeis Christi sanguinem, in mysterium suae renouationis accipiat: nimirum aquam in uinum mutatam reperiunt, quia sacrae dictae legis sacratius intelligunt. Secunda seculi aetate inchoante, deletus est aquis diluuij mundus ob peccatorum magnitudinem: sed solus Noe propter iustitiam cum domo sua liberatus in arca. Huius plagae audita uastatione horribili, paucorumque liberatione mirabili, quisquis emendatius uiuere coeperit, liberari desiderans cum electis, exterminari timens cum reprobis, hydriam profecto aquae, qua mundaretur uel reficeretur, accepit. At dum altius sapere coeperit, & in arca Ecclesiam, in Noe Christum, in aqua delente peccatores, aquam baptismi, quae peccata diluit, in hominibus & in animalibus quae arca continebat, multifariam baptismorum differentiam in colubae quae post diluuium oliuae intulit in arcam, unctioem spiritus sancti, qua baptizati imbuuntur, intellexerit: uinum pro-

fecto de aqua factum miratur, quia in ueteris historia facti, suam abluitione, sanctificatione, iustificationem prophetari contemplantur. Tertia seculi aetate Deus tentas obedientiam Abraham, filium unicum, eum quem diligebat, in holocaustu sibi offerre praecipit. Non differt Abraham facere quae iubetur, sed pro filio immolatur aries. Ipse tamen pro obedientiae uirtute, eximia perpetuae benedictionis hereditate donatur. Ecce habes hydriam tertiam. Audiens enim quanta uirtus obedientiae quanta mercede muneratur, & ipse obedientiam discere atque habere satagis. Quod si in immolatione filij unici dilecti, passionem eius intelligis, de quo dicit pater, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi coplacui. In qua, quia diuinitate impassibili permanente, sola humanitas mortem passa est & dolorem, quasi filius offertur, sed aries mactatur: si intelligis benedictionis quae promissa est Abraham, in te qui de gentibus creditis munus esse completum: nimirum de aqua uinum fecit tibi, qui spirituale sensum, cuius fragrantia ad inebriaris, aperuit. Quartae aetatis initijs Dauid pro Saule regnum Israeliticum gemitu sortitur, humilis, innocens, & mitis exul. Porro ille cuius iniusta persecutione cruciabatur, abiectus est. Ecce hydria quarta fonte saluari repleta. Quis quis enim haec audies, humilitati atque innocentiae studere, & superbiam coepert atque inuidiam suam de cordere pellere, quasi haustum aquae lympidissimae quo reficiatur, inuenit. At si in Saule Iudeos persequentes: in Dauid Christum & Ecclesiam significari cognouerit, illorumque perfidiam, & carnale simul imperium destructum, Christi autem Ecclesiae regnum semper esse mansurum: non solum utique uinum de aqua factum sentiat, quia se, suamque uitam, & regnum, sed & ipsum regem ibi scriptum legere nouit, ubi prius quasi de alijs ueterem legebat historiam. Quinta aetate seculi populus peccans captiuitate Nabuchodonosor in Babylonem transmigratur: sed post septuaginta annos poenitens, & correctus, in patriam per Iesum sacerdotem magnum reducitur: ubi domum dei, quae incensa erat, & ciuitatem sanctam, quae destructa, reaedificat. Haec leges, siue audies quisquis peccandi mentem corrumpit, & ad poenitentiam remedium confugit, aqua hydriae purificatis ablutus est. Si uero intelligere didicerit, Hierusalem & templum dei, Ecclesiam Christi: Babylonem, confusionem peccatorum: Nabuchodonosor, diabolum: Iesum sacerdotem magnum, uerum aeternumque pontificem esse Iesum Christum: septuaginta annos, bonorum plenitudinem operum, quae per spiritum sancti dona largiuntur, uidelicet propter de calogum, & septiformem eiusdem spiritus gratiam: uideritque hoc cotidie fieri, alijs nimirum a diabolo de ecclesia peccato raptis, alijs gratia spiritus sancti per Iesum respiscendo ac poenitendo recociliatis: uinum de aqua factum habet, qui ad se pertinet quae scripta sunt intelliges, magno mox copunctionis quasi multo incalesces, quicquid si

Abrahae obedientia.

Obedientiae uirtus.

Matt. 2.

Gen. 22.

Gen. 18.

Gen. 18. & deim. Dauidis pro Saule substituitur.

2. Esdr. 1. Babyloniae captiuitas.

Eccl. 49.

Matt. 5.

Aetates seculi sex elegantes delectae.

Gene. 4.

Cain infra trem seculi.

Gene. 4. Diluuij inuidiatum quid destinet.

Gene. 8.

Luc. 1. Luc. 2.

Ceremonias legis Christus transgredinoluuit.

Circumcisio octauae diei.

Psal. 22.

Luc. 24.

Prophetarum scripta.

bi peccati captiuantis inesse deprehenderit, per Christi gratiam liberari deposcit. Sexta inchoante seculi aetate, Dominus in carne apparens, octaua die natiuitatis iuxta legem circumcisus est: tricesima & tertia post haec ad templum de latus, & legalia pro eo sunt munera oblata. Haec intuentes ad literam, aperte discimus quanta nobis diligentia sunt euangelicae fidei subeunda mysteria, quando ipse benedictionem gratiae afferens, qui legem literae dedit, prius eam ceremoniarum ritu consecrauit, qui cuncta diuinitus constituit: & sic nouae gratiae sacramenta suscipere simul & tradere curauit. Ecce hydria sexta ad abluenda contagia peccati, ad portandas uita gaudia mundiorum ceteris adstruens undam. Verum si in octauae diei circumcisione, baptisma quod in mysterium diuinae resurrectionis a peccatorum nos morte redemit, intelligis: in inductione in templum, & oblatione hostiae purificantis, figuratum cognoscis, fideles quoque de baptisterio ad altare sanctum ingredi, ac dominici corporis & sanguinis uictima singulari debere consecrari: uino quidem de aqua facta, & quidem meracissimo, donatus es. Porro si circumcisioem diem ad generalem humani generis resurrectionem, quando mortalis propagio cessabit, mortalitas tota immortalitate mutabitur, interpretaris: & circumcisioem induci in templum cum hostis intellexeris, quando post resurrectionem, uniuersali expleto iudicio, sancti iam incorruptibiles facti, ad contemplandam perpetuo speciem diuinae maiestatis, cum bonorum operum muneribus intrabunt, tantum profectio uinum de aqua fieri uidebis, cuius conditori recte protesteris & dicas, Poculum tuum inebrians, quam preclarum est: Ergo dominus uinum in gaudia nuptiarum non de nihilo facere uoluit, sed hydrias sex impleri aqua praecipies, hanc mirabiliter conuertit in uinum, quia sex mundi aetates sapientiae salutaris largitate donauit. Quam tamen ipse ueniens sublimioris sensus uirtute foecudauit. Namque carnales carnaliter tantum sapiebant, ipse spiritualibus spiritaliter sentienda referauit. Vultis scire qualiter de aqua fecerit uinum? Apparuit post resurrectionem suam duobus discipulis ambulatibus in uia, ibatque cum illis: & incipiens a Moysse, & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis, quae de ipso erant. Vultis iterum audire quomodo eodem sunt uino inebriati: Postmodum cognoscentes quis esset, qui eis uerbum uita propinabat, dicebant ad inuicem, Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, quum loqueretur in uia, & aperiret nobis scripturas? Dicit ergo Iesus, Implete hydrias aqua: & impleuerunt eas usque ad summum. Quid per ministros qui hoc fecerunt, nisi Christi signantur discipuli? qui impleuerunt hydrias aqua: non quidem ipsi praeteritas mundi aetates legalibus ac propheticeis scriptis implentes: sed ipsa intelligen-

do prudenter, & aperiendo fideliter: quia scripturae quae a prophetis ministrata est, & salubris est ad haustum sapientiae caelestis, & ad operum castigationem utilis: Impleuerunt autem eas usque ad summum: quia recte intellexerunt nullum fuisse tempus seculi a sanctis alienum doctoribus, qui siue uerbis, siue exemplis, siue etiam scriptis uiam uitae mortalibus panderet. Et dicit, eis inquit, Haurite nunc, & ferte architrachino, & tulerunt. Architrachinus enim legis peritus illius temporis est, fortasse Nicodemus, uel Gamaliel, uel discipulus tunc eius Saulus, nunc autem magister totius Ecclesiae Paulus apostolus: & dum talibus uerbum euangelij creditur, quod in litera legis & prophetiae latebat occultum, uinum utique architrachino de aqua factum propinatur. Et bene in domo harum nuptiarum, quae Christi & Ecclesiae sacramenta figuraret, trichlinium, id est, tres ordines discumbentium altitudine distantes inesse describuntur: quia nimirum tres ordines fidelium sunt, quibus Ecclesia constat, coniugatorum uidelicet, continentium, & doctorum. Primus ordo discumbentium ad nuptias sponsi caelestis, id est, in ecclesia fide & operatione gaudentium, gradus est coniugatorum fidelium: secundus continentium: supremus praedicatorum. Unde conuenienter perhibetur quod Architrachinus uocato sponso dixerit: Omnis homo primum bonum uinum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Tu seruasti bonum uinum usque adhuc. Quia doctorum est cognoscere distantiam legis & euangelij, ueritatis & umbrae, cunctis que ueteribus institutis, cunctis terreni regni promissis nouam euangelicam fidei gratiam, & perpetua caelestis patriae dona praeferre. Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilaeae, & manifestauit gloriam suam. Hoc signo, quia ipse esset rex gloriae, & ideo sponsum ecclesiae, qui ut homo communis ueniret ad nuptias, sed quasi Dominus caeli & terrae, elementa prout uoluisset, conuerteret. Pulchra autem rerum conuenientia, qui initio signorum quae immortalis iam per resurrectionem effectus, immortalis uitae studia sola sectantibus ostenderet, carnalem prius & quasi insipidam mentem eorum, sapore scientiae caelestis imbuat, post uero refectionis gloriam, maiore eos spiritualis gratiae munere copleturus. Sequitur namque huius praefati signi mirabile sacramentum, quo modo ipse Iesus cum matre & fratribus ascendisset Hierosolimam, & ibi inuenisset uendentes & ementes in templo, eosque qualiter inde eiecerit, dicente euangelista, Descendit Iesus Capharnaum, ipse, & mater eius, & fratres eius, & discipuli eius, ibique manserunt non multis diebus: & prope erat pascha Iudaeorum, & ascendit Iesus Hierosolimam. Bene enim euangelista ait de descendisse Iesum in Capharnaum. Capharnaum uero uilla pulcherrima interpretatur, significans hunc mundum, quod dominus noster Iesus Christus

Architrachino, Gamaliel, Saulus, qui nunc Paulus;

Trichlinium quid sit. Fidelium ordines tres.

Coniugati fideles.

Capharnaum quid sit.

stus pro salute humani generis, a paterna sede nunquam recedens, descendisse dicitur. Sed solet mouere quosdam, quod in exordio lectio- nis huius Euangelicæ lectum est, quia descen- dente Capharnaum domino, non solum mater & discipuli, sed & fratres eius secuti sunt eum. Nec defuere haeretici, qui Ioseph uirum semper beate uirginis Mariæ putarent ex alia uxore ge- nuisse eos, quos fratres domini scriptura appel- lat. Alij maiore perfidia alios eum ex ipsa Ma- ria post natum dominum generasse putarunt. Sed nos fratres charissimij absq; ullius scrupu- lo quaestionis scire & cõsiteri oportet, non tan- tum beatam dei genitricem, sed & beatissimum castitatis eius testem atq; custodem Ioseph, ab omni prorsus actione conjugali permanisse im- munem: nec natos, sed cognatos eorum more scripturae uisitato, fratres fororsue saluatoris uocari. Denique Abraham modo loquitur ad Loth: Ne, quaeso, sit iurgium inter me & te, & pastores meos, et pastores tuos: fratres enim sumus. & Labã ad Iacob, Nũ quia frater meus es, gratis seruius mihi? Et quidem constat quia Loth filius Aran fratris Abraham, & Iacob sit filius Rebeccæ sororis Laban: sed propter cog- nationem sunt fratres nuncupati. Hac ergo re- gula in scripturis sanctis, ut dixi, frequentissi- ma, etiã cognatos Mariæ uel Ioseph, fratres do- mini appellatos oportet intelligi. Quod autẽ appropinquante Pascha Iesus ascendit Hiero- solymã, nobis profecto dat exemplum quan- ta animi uigilãtia dominicis subijci debeamus imperijs, cum ipse in hominis infirmitate appa- rens, eadem quæ ex diuinitatis autoritate sta- tuit, decreta custodiat. Ne enim putarent serui absq; crebris orationũ bonorumq; actuum uicinijs uel flagella euadere, uel premia se pos- se percipere, & ipse inter seruos ad orandum immolandumq; dei filius ascendit. Qui ueniens Hierosolymam, quid ibi gerentes inuenerit, quid ibidẽ ipse gesserit, uideamus. Et inuenit, inquit, in templo uendentes oues & boues & columbas, & numularios sedentes: & cum fecisset quasi flagellum de funi- culis, omnes eiecit de templo: oues quoque, & boues: & nu- mulariorum effudit aes, & mensas subuertit. Boues, oues, & columbæ ad hoc emebantur, ut offerren- tur in tẽplo. Numularij ad hoc sedebat ad men- sas, ut inter emptores uenditoresq; hostiarum prompta esset pecuniæ taxatio. Videbantur er- go licite uendi in templo, quæ ad hoc emeban- tur, ut in eodẽ templo offerretur domino. Sed nolens ipse dominus aliquid in domo sua terre- nã negotiationis, ne eius quidem quæ honesta putaretur, exhiberi, discipulis negociatores iniur- stos, & foras omnes simul cũ ijs quæ negocia- bantur, eiecit. Quid ergo fratres mei, quid pu- ramus faceret dominus, si rixis dissidentes, si fa- bulis uacantes, si risu dissolutos, uel alio quoli- bet scelere reperiret irretitos, qui hostias quæ si- bi immolarentur, ementes in templo uidit, &

Fratres do- mini. Maria, uir- go, dei ge- nitrix con- sideranda.

Gen. 13.

Gen. 39. Cognati sacris lite- ris etiã fra- tres dicun- tur.

Orandum instanter.

eliminare festinauit? Hæc propter illos dixi- mus, qui ecclesiam ingressi, non solũ intentio- nem orandi negligunt, uerũ etiã ea pro quibus orare debuerant, augent in super & arguen- tes se pro huiusmodi stultitia, conuictijs odijsq; uel etiã detractionibus insequuntur, adden- tes uidelicet peccata peccatis, & quasi finem si- bi longissimũ incaute eorum augmentatione texentes, nec timetes ex eo districti iudicis exa- minatione damnari. Nam his quidẽ in sancto euangelio legimus quod ueniens in templum Dominus huiusmodi negociatores eiecerit, nunc uidelicet, id est tertio ante passionẽ suam anno, sicut ex huius euangelistæ sequentibus scriptis agnoscimus: & ipso quo passus est anno, cum ante dies quinq; Paschæ sedes in asino Hierosolymam uenisset. Sed hoc idem eum in templo sanctæ ecclesiæ, & examine cotidianæ uisitacionis agere omnis qui recte sapit intelli- git. Vnde multum tremenda sunt hæc dilectis- simi, & digno expauescenda timore, sedulaq; præcauendum industria, ne ueniens impro- uisus peruersum quid in nobis, unde merito fla- gellari, ac de ecclesia eijci debeamus, inueniat: & maxime in illa quæ specialiter Domus ora- tionis uocatur, obseruandum ne quid ineptum geramus, ne cum Corinthijs audiamus ab Apo- stolo, Nunquid domos non habetis ad agenda uel loquenda temporalia: aut ecclesiam dei con- temnitis? & a propheta cum Iudæis, Dilectus meus in domo mea fecit scelera multa. Et qui- dem gaudendum est, quia ipsi sumus in baptis- mo templum dei facti, teste Apostolo, qui ait, Templum dei sanctum est, quod estis ipsi. Ci- uitas regis magni, de qua canitur, Fundamen- ta eius in montibus sanctis, id est, fundamen- tum ecclesiæ, in soliditate fidei apostolorum & prophetarum. Sed nimis tremendum quia præ- misit Apostolus dicens, Si quis autẽ templum dei uiolauerit, disperdet illum deus. & ipse iu- dex iustus, Disperdam, inquit, de ciuitate do- mini omnes qui operantur iniquitatem. Gau- dendũ, quia in nobis paschæ solẽntas agitur, cum de uitijs ad uirtutes transire satagimus. Pa- scha quippe transitus dicitur. Gaudendũ quia dominus nostra peccata, ciuitatẽ uidelicet su- am, uisitare, quia idẽ pascha nostræ bonæ acti- onis præsentia suæ pietatis illustrare dignatur. Sed timendum satis ne nos in ciuitate sua aliud quã ipse diligit agentes inueniat, & ipse se no- bis qualem nõ diligimus districtus redditor ostendat. Ne nos in templo numularios, ne uen- ditores boũ, ouium, columbarũ uel reperies, dānet. Boues quippe doctrinã uitæ cælestis, o- ues opera munitiæ & pietatis, columbæ sancti spiritus dona designat: quia in marium bouum iuuamine solet ager exarceri. Ager autẽ est cor cælesti excultũ doctrina, & suscipiendis uerbi dei præparatum ritẽ seminibus. Oues innocen- tes sua uestra uestiendis hominibus præstant. Spiritus

10

20

30

40

50

60

Negotiato- res e tem- plo bis a do- mino eie- cti.

Mat. 21.

Domus do- mini reue- renter col- lenda.

1. Cor. 11. Hie. 11.

1. Cor. 3. Psal. 86.

Templum Dei non uiolandi.

1. Cor. 3. Psal. 100.

Pascha transitus.

Boues. Columba. Ager.

Oues in- nocentes.

Spiritus super dominũ in columbæ specie de- scendit. Vendunt autẽ boues, qui uerbum euan- gelij non diuino amore, sed terreni quæstus in- tituti impendunt, quales reprehendit apostolus, quia Christum non annuncient sincere. Ven- dunt oues, qui humane gratia laudis opera pie- tatis exercent, de quibus dominus ait, Quia re- ceperunt mercedem suam. Vendunt columbas, qui acceptam spiritus gratiam, non gratis, ut præceptum est, sed ad præmium dat: qui im- positionem manuũ, qua spiritus accipitur, etsi nõ ad quæstũ pecuniæ, ad uulgi tamẽ fauorem tri- buunt. Qui sacros ordines non ad uitæ meritũ, sed ad gratiam largiuntur. Numos mutuo dant in templo, qui nõ simulate cælestibus, sed aper- te terrenis rebus in ecclesia deseruiunt, sua quæ- rentes, non quæ Iesu Christi. Verum huiusmo- di operarios fraudulentos quæ merces maneat, ostendit dominus, cum factõ de funiculis flagel- lo omnes eiecit de templo. Eijciuntur enim de parte sortis sanctorum, qui inter sanctos positi, uel fide bona, uel aperte faciunt mala. Oues quoq; & boues eiecit, quia talium uitam osten- dit esse reprobam. Funiculi quibus flagellando impios de templo expulit, cremæta sunt actio- num malarum, de quibus materia damnadi re- probos iudici datur. Hinc etenim Esaias dicit, Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis uanita- tis: & in Prouerbijs Salomon, Iniquitates, in- quit, surẽ capiunt impium, & funibus peccato- rum suorum confringitur. Qui enim peccata peccatis, pro quibus Arrius damnatur, accu- mulat, prolongat. Numulariorum quoq; quos expulerat, effudit aes, & mensas subuertit, quia dānatis in fine reprobis, etiã ipsarum quas di- lexere rerũ, tollet figuram, iuxta hoc quod scri- ptum est, Et mundus transibit, & concupiscentia eius. Et eis qui colubas uendebat, dixit, Auerte ista hinc nolite facere domum patris mei domũ negotiationis. Ven- ditionem columbarũ de templo auferri præci- pit, quia gratia spiritus gratis accipi, gratis de- bet dari. Vnde Simon ille Magus, qui hæc eme- re pecunia uoluit, ut maiore precio uenderet, audituit. Pecunia tua tecum sit in perditionem. Non est tibi pars neque fors in sermone hoc. Notandũ autem quia non solũ uenditores sunt columbarum, & domum dei faciunt domum negotiationis, qui sacros ordines largiendo, præ- cium pecuniæ uel laudis uel etiã honoris in- quirunt, uerum hi quoq; qui gradum uel gra- tiam in ecclesia spiritalem, quam domino lar- gente percipere, non simplici intentione, sed cuiuslibet humane causa retributionis exercent, contra illud Apostoli Petri, Qui loquitur, qua- si sermones Dei: qui ministrat, tanquam ex uir- tute quam administrat deus: ut in omnibus ho- norificetur deus per Iesum Christum. Quicun- que ergo tales sunt, si nolunt ueniẽte domi- no de ecclesia auferri, auferent ista de suis acti- bus, ne faciant domum Dei, domum negocia-

Ad Titũ. 1. Matt. 6.

Mat. 10.

Ordines sa- cri precio aut gratia non conse- rendi. Numula- rij.

Funiculi qui dicun- tur. Esaiæ. 5. Prou. 5.

1. Ioan. 2. Spiritus sancti gra- tia uendi non potest. Simon ma- gus. Actũ. 5.

Ordines sa- cri precio aut gratia non conse- rendi.

tionis. Nec præterendum, quia sollicitè nobis scriptura utranque saluatoris nostri naturam, & humanam uidelicet commẽdat, & diuinam. Ut enim uerus Dei filius intelligeretur, audiamus quid ipse dicit, Nolite facere domũ patris mei, domum negotiationis. Aperte nanque se filium dei patris ostendit, qui templum dei domum sui pa- tris cognominat. Vtriusque uerus hominis fi- lius sentiatur, recolamus quod in eius capite le- ctionis descendens in Capharnaum, matrẽ co- mitem habuisse perhibetur. Sequitur, Recor- dati uero sunt discipuli eius quia scriptũ est, Zelus domus tue comedit me. Zelus domus patris Saluator eiecit impios de templo. Zelemus & nos fratres cha- rissimij domũ dei, & quantũ possumus, ne quid in ea prauum geratur, insistamus. Si uiderimus fratrem qui ad domum dei pertinet, superbia tumidum, si detractionibus assuetum, si ebrerie- tati seruientem, si luxuria eneruatum, si iracun- dia turbidum, si alio cuiquã uitio substratum, studeamus, in quantũ facultas suppetit, castiga- re: polluta ac peruersa corrigere: & si quid de talibus emẽdare nequimus, non sine acerrimo mentis sustinere dolore, & maxime in ipsa do- mo orationis, ubi corpus Dei consecratur, ubi angelorum præsentia semper adesse nõ dubita- tur, ne quid ineptum fiat, ne quid nostrã frat- eritatem orationẽ impediatur, totis uiribus agam. Sequitur, Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei, Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? Respondit Ie- sus, & dixit eis, Solute templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. De quo templo diceret, euange- lista post aperuit, uidelicet de templo corporis sui, quod ab illis in passione solutum, ipse post tridũ excitauit de morte. Quia ergo signum quærebant a Domino, quare solita commercia proicere debuisset de templo, respondit ideo se- rectissime in pios exterminare de tẽplo, quia ipsum templum significauerit tẽplum corpo- ris sui, in quo nulla prorsus esset alicuius macula peccati. Neque immerito typicum purgauerit a sceleribus templum, qui uerum dei templum ab hominibus morte solutum, diuinæ poten- tia maiestatis excitare posset a mortuis. Dix- erunt ergo Iudæi, Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu tribus diebus excitabis illud? Quo- modo intellexerunt, ita responderunt. Sed ne nos quoque spiritalem Domini sermonem car- naliter sentiremus, euangelista subsequenter de quo tẽplo loqueretur exposuit. Quod autem Templi Salomonis ædificatio, 2. Paral. 3. Reg. 6. 36. 1. Esaiæ 1. & 5. trãsmigrationis opus quod principibus Zoro- babel & Iesu faciebant, propter impugnationẽ gentium uicinarũ ante quadraginta & sex an-

10

20

30

40

50

60

Zelus do- mus dei.

Fratrum nostrorum curam ha- bere debe- mus.

Templum Christi quod fuerit corpus humanum quot die- bus in ute- ro perficia- tur.

Templi Salomonis ædificatio. 2. Paral. 3. Reg. 6. 36. 1. Esaiæ 1. & 5.

nos implere nequiverunt. qui etiam numerus annorum perfectioni dominici corporis aptissime congruit. Tradunt etenim naturalium scriptores rerum, formam corporis humani tot di erum spatium perfici: quia uidelicet primis sex a conceptione diebus lactis habeat similitudinē: sequentibus nouem cōuertatur in sanguinem: deinde duodecim solidatur: reliquis decem & octo firmiter usque ad perfecta lineamēta om nium membrorum: & hinc iam reliquo tem pore usque ad tempus partus magnitudine au geatur. Sex autem & nouē & duodecim & de cem & octo, quadraginta quin que faciunt: qui bus si unum adiecerimus, id est ipsum diē quo discretum per membra corpus, clementum su mere incipit: tot nimirum dies in aedificatione corporis domini, quot in fabrica templi annos inuenimus: quia templum illud manufactū, sa cro sanctam domini carnem, quam ex uirgine sumpsit, ut ex hoc loco discim⁹, figurabat: quia

Quadrage nta sex numeri ty pus.

Gen. 3. Ioan. 2. Ade ty pus & quos literis distio A dam con set, & ea rum signifi catio.

Ioan. 2.

Catechu meni.

æque corpus eius quod est ecclesia, quia unius cuiusq; fidelium corpus animam que designa bat: ut in plerisq; scripturarum locis inueni mus. Adam uero primus post peccatum audi uit: Terra es, & in terram ibis. Secundus uero Adam de se ipso ait, Soluite templū hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Sparfus uero fuit primus Adam per uniuersum mundum, qui in secundo collectus est: quod significat nomen Adā, quod quatuor literis scribitur, id est α, δ, ι, τ, quæ quatuor literæ, quatuor par tes orbis designant, in quas sparfus est Adam in filijs suis: ideo in principijs nominum parti um mundi hæc quatuor literæ leguntur. Nam α, quod est Septentrio, ab α incipit: & δ, quod est occidens, à δ incipit, & ι, quod est orientis, ab ι incipit: & τ, quod est meridies, ab τ incipit. Quæ sunt quatuor partes or bis, ab his quatuor literis incipientes. quæ lite ræ si in computo Græco considerentur, quadra ginta sex faciunt: nam α unum, δ quatuor, & ι te rā unum, τ quadraginta. qui simul ducti qua draginta sex, mystice designant quadraginta sex diebus, quibus templum corporis Christi in utero uirginali aedificatum est. Caro autem Christi que de eadem sumpta est, destructa est à Iudæis, & à seipso iterum aedificata secundum scripturas prophetarum. & ideo dicit Euange lista, Hoc enim dicebat de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius quia hoc dicebat, & crediderunt scripturæ. scilicet prophe tarum qui prædixerant Christum tertia die re surgere. Et sermone quem dixit Iesus, Id est quod ait, Soluite templū hoc, & in tribus diebus ex citabo illud, hoc est, tertia die resuscitabo, quod uos soluitis in cruce. Sequitur, Cum autem esset Iesus Hierosolymis in pascha die festo, multi crediderunt in eum, ipse autem Iesus nō credebatur semetipsum in eis: quia ipse sciebat quid esset in homine. Non enim sic credebatur in eum, ut digni essent Christū habitare in eis: 60

quorum fides catechumenis cōparari potest: qui credunt in Christum, sed Christus nō cre dit se ipsum eis: quia nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum dei. Nemini uero se credit Christus, nisi qui di gnus est introire in regnū dei. Nullus uero di gnus est introire in regnū dei, nisi qui renatus est ex aqua & spiritu. Inde ecclesiastica cōsue tudo catechumenis corporis & sanguinis Chri sti cōmunionem non tradit, quia non sunt re nati ex aqua & spiritu, quibus tantum creditur participatio corporis & sanguinis Christi. Ex his autem multis qui credebant in Iesum, unus erat Nicodemus iste: & ideo nocte uenit, & non die, quia necdum illuminatus erat celestis gratiæ luce.

Christus se credit. Nicodemus legis peritus.

CAPVT III.

Rat autem homo ex Phariseis, Ni codemus nomine, princeps Iudæo rum. Hic uenit ad Iesum nocte, & dixit ei: Rabbi, scim⁹ quia a deo ue nisti magister: nemo enim potest hæc signa fa cere quæ tu facis, nisi fuerit deus cum eo. Re spondit Iesus, & dixit ei: Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, non potest uide re regnū Dei. Dicit ad eum Nicodemus: Quo modo potest homo nasci cum sit senex? nun quid potest in uentrem matris suæ iteratō in troire, & renasci? Respondit Iesus: Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spi ritu sancto, non potest introire in regnum dei. Quod natum est ex carne, caro est: & quod na tum est ex spiritu, spiritus est. Non mireris quia dixi tibi: Oportet uos nasci denuo. Spiritus ubi uult spirat, & uocem eius audis, sed nescis unde ueniat, aut quo uadat: sic est omnis qui natus est ex spiritu. Respondit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo possunt hæc fieri? Respondit Ie sus, & dixit ei: Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? Amen amen dico tibi, quia quod sci mus loquimur, & quod uidimus testamur: & testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi uobis, & non creditis, quomodo si dixerō uobis celestia, credetis? Et nemo ascendit in cæ lum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo. Et sicut Moyses exaltauit serpentē in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in ipso, non pereat, sed ha beat uitam æternā. Sic enim Deus dilexit mun dum, ut filium suum unigenitū daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam æternam. Non enim misit Deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eum, non iu dicatur. Qui autem non credit, iam iudicatus est: quia non credidit in nomine unigeniti filij dei. Hoc est autē iudiciū, quia lux uenit in mun dum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem. erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui mala agit, odit lucem, & non uenit

Num. 11.

Ioan. 4.

uenit ad lucem, ut non arguantur opera eius. Qui autem facit ueritatem, uenit ad lucem, ut manifestentur opera eius, quia in deo sunt facta. Post hæc uenit Iesus & discipuli eius in Iudæam terram, & illic morabatur cum eis, & ba ptizabat. Erat autem & Ioannes baptizans in Enon iuxta Salim, quia aquæ multe erant illic, & ueniebant, & baptizabantur. Non dū enim missus fuerat Ioannes in carcerē. Facta est autem quæstio ex discipulis Ioannis cum Iudæis de purificatione. Et uenerunt ad Ioannem, & dixerunt ei, Rabbi, qui erat tecum trans Iorda nem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes ueniunt ad eum. Respondit Ioannes, & dixit: Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de cælo. Ipsi uos mihi testimonium perhibetis quod dixerim: Non sum ego Christus, sed quia missus sum an te illum. Qui habet sponsam, sponsus est: ami cus autem sponsi, qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter uocem sponsi. Hoc ergo gau dium meum impletum est. Illud oportet cres cere, me autem minui. Qui de sursum uenit, super omnes est. Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur: qui de cælo uenit, super omnes est: & quod uidit & audiuit, hoc testatur: & testimonium eius nemo accipit. Qui autem accipit eius testimoniū, signauit quia Deus ue rax est. Quem enim misit deus, uerba dei lo qui tur. Non enim ad mensuram dat deus spiritum. Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Qui credit in filium, habet uitā æternam: Qui autem incredulus est filio, non uidebit uitam, sed ira dei manet super eum.

Rom. 3.

Ioan. 5.

Nicodemus legis peritus.

Rat homo ex Phariseis Nicodemus nomine, princeps Iudæorum, hic uenit ad Iesum nocte. Princeps sci licet Iudæorum uenit ad Iesum nocte, cupiens secreta eius allocutione plenius discere myste ria fidei, cuius, aperta ostensione signorum, ali quatenus iam rudimenta perceperat: qui quo niam prudenter ea quæ ignorabat, ab illo quæ rebat, inuestigare promeruit. Rabbi, inquit, scimus quia a Deo uenisti magister: nemo enim potest hæc signa fa cere quæ tu facis, nisi fuerit deus cum eo. A deo igitur Iesum ad magisterium celeste mundo adhiben dum uenisse confessus est: dominum cum illo fuisse, è miraculis prudēter intellexit: cum Deo tamen ipsum Deum esse non nouit: sed quia quem magistrū nouerat, ueritatis studiose do cendum adhuc obtulit, merito ad agnitionem diuinitatis eius perfectē doctus subijt: merito utriusque natiuitatis eius, diuinæ scilicet & hu manæ, sed & Pasionis atque ascensionis ip sius arcana percepit, necnon etiā modū secun dæ generationis, ingressum regni celestis, alia que complura doctrinæ sacramenta Domino reuelante didicit. Respondit Iesus, & dixit ei, Amen amen dico tibi, Nisi quis renatus fuerit denuo, non potest uide re regnum Dei. Quæ sententia tanto apertius cunctis fidelibus lucet, quanto constat, quia si

ne huius luce fideles esse nequeunt. Quis enim sine lauacro regenerationis remissionē pecca torum consequi, & regnum ualet intrare cælo rum? Sed Nicodemus qui nocte uenit ad Do minum, necdum lucis mysteria capere noue rat. Nam & nox in qua uenit, ipsam eius qua premebatur ignorantiam designat. Necdum enim eorum numero sociatus erat, quibus ait Apostolus, Fuitis aliquando tenebre, nunc autem lux in Domino: sed inter eos potius remane bat, quibus loquitur Esaias, Surge, illumina re Hierusalem, quia uenit lumen tuum, & gloria domini super te orta est. Respondit ergo do mino, & ait, Quomodo potest homo nasci, cum sit senex? Nunquid potest in uentrem matris suæ iteratō intro ire, & renasci? Quia enim secundæ natiuitatis ad huc nescius perseuerabat, de salute autem sua iam sollicitus extiterat, necessariō de una quam nouerat natiuitate, an posset iterari, uel quo or dine regeneratio posset impleri, quarebat: ne huius expers remanendo, uitæ celestis parti ceptus esse nequiret. Notandum autē, quia quod de carnali dixit, hoc etiam de spiritali est rege neratione sentiendum: nequaquam uidelicet eam postquam semel expleta fuerit, posse repe ti. Siue enim hæreticus, siue schismaticus, siue facinorosus quisque in confessione sanctæ tri nitatis baptizet, non ualet ille qui ita baptiza tus est, à bonis catholicis rebaptizari: ne confes sio uel inuocatio tantū nominis uideatur annul lari. Et quia Nicodemus ad primā domini res pon sionem sollicitus quomodo sit intelligenda diligēter inquirat, meretur iam planius instrui, & quia secunda natiuitas non carnalis est, sed spiritalis, audire. Respondit namq; Iesus, Amen amen dico tibi, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnū dei. Cuius natiuitatis modum subsequenter exponens: prorsusq; à carnali di stinguens, ait: Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Natura spiritus, inuisibilis est, carnis uisibilis: atque ideo carna lis generatio uisibiliter administratur, (uisibili bus enim in cremētis qui in carne nascitur, per ætatum momenta proficit) spiritalis autem ge neratio tota inuisibiliter agitur. Nam uidetur quidem qui baptizatur, in fontem descendere, uidetur aquis intingi, uidetur de aquis ascende re, quid autem in illo lauacrum regenerationis egerit, minime potest uideri. Sola autem fide lium pietas nouit, quia peccator in fontem de scendit, sed purificatus ascendit, filius mortis descendit, sed filius resurrectionis ascendit. Fi lius prauaricationis descendit, sed filius recon ciliationis ascendit. Filius iræ descendit, sed filius misericordiæ ascendit, Filius diaboli descen dit, sed filius Dei ascendit. Sola hoc ecclesia ma ter, quæ generat, nouit. Cæterum oculis insi pientium uidetur talis exire de fonte, qualis in trauit, totumq; ludus esse quod agitur, unde in finem uidentes gloriam sanctorum dicent ge

Lucis ty pus.

Eph. 5.

Es. 6.

Baptismus iterari non potest.

Natura duplex.

Regenera tio qui fiat.

Sapient. 7.

1. Ioan. 3.

Spiritus ubi uult spirat.

mentes in tormentis, Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improprij. Quomodo ergo computati sunt inter filios dei? Ait Apostolus Ioannes, Charissimi, inquit, nunc filij dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Quod natum est ex spiritu, spiritus est: quia qui ex aqua & spiritu regeneratur, inuisibiliter in nouum mutatur hominem, & de carnali efficitur spiritalis. Qui ideo recte non solum spiritalis, sed etiam spiritus uocatur, quia sicut substantia spiritus inuisibilis est in aspectibus, ita is qui per gratiam dei innouatur, inuisibiliter fit spiritalis, & dei filius, cum uisibiliter omnibus caro & filius hominis appareat. Sequitur, Non mireris quia dixi tibi, Oportet nos nasci de nouo. Spiritus ubi uult spirat, & uocem eius audis: sed nescis unde ueniat, & quo uadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Spiritus ubi uult spirat: quia ipse habet in potestate, cuius cor gratia sua uisitationis illustret. Et uocem eius audis, cum te presente loquitur quis spiritu sancto repletus est. Sed nescis unde ueniat, & quo uadat: quia etiam si te presente quempiam spiritus ad horam impleuerit, non potes uidere quomodo intrauerit, uel quomodo redierit: quia natura est inuisibilis. Sic est omnis qui natus est ex spiritu, & ipse enim inuisibiliter agente spiritu incipit esse quod non erat: ita ut infideles nesciant unde ueniat, & quod uadat, id est, quia per gratiam regenerationis uenit in adoptionem filiorum Dei, & uadit in perceptionem regni caelestis. Quarente autem adhuc Nicodemo quomodo possint haec fieri, subiungit Dominus dicens, Tu es magister in Israel, & haec ignoras? Non quasi insultare uolens ei, qui magister uocetur, cum sit ignarus sacramentorum caelestium, sed ad humilitatis illum uita prouocans, sine qua ianua caelestis non potest inueniri. Si terrena dixi uobis, & non creditis: quomodo si dixero uobis caelestia, credetis? Terrena illis dixit, ut in superiore lectione inuenimus, cum de passione, ac de resurrectione sui corporis, quod de terra assumpserat, loqueretur, dicens, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud, non tamen credebant uerbo quod dixit, sed ne hoc quidem intelligerent, quia non de alio quam de templo corporis sui diceret. Qui ergo terrena audientes non capiebant, quanto minus ad caelestia, id est diuinae generationis capienda mysteria sufficiunt. Addit autem adhuc Dominus & de caelestibus sacramentis & de terrenis instruere eum quem uidit sapienter ac diligenter his que audiret intendere. Caelestis namque est ascensio eius ad uitam sempiternam: terrena uero eius exaltatio ad mortem temporalem. Dicit ergo de caelestibus, Et nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, filius hominis qui est in caelo (Subiungit uero de terrenis) Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Merito autem quaeritur quomodo dicatur filius hominis

uel descendisse de caelo, uel eo tempore quo haec in terra loquebatur, iam fuisse in caelo. Nota est autem confessio fidei catholicae, quia descendens de caelo filius Dei filium hominis in utero uirginali suscepit, eumque completa dispensatione passionis suae, resuscitaui a mortuis, & assumpsit in caelum. Non ergo caro Christus descendit de caelo, neque ante tempus ascensionis erat in caelo, nisi quia una Christi persona est, in duabus existens naturis. Atque ideo filius hominis recte dicitur & descendisse de caelo, & ante passionem fuisse in caelo: quia quod in sua natura habere non potuit, hoc in filio Dei, a quo assumptus est, habuit: sicut propter eandem unius Christi personam, quae ex duabus extat naturis, Apostolus ait, Vos spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Neque enim deus in sua sententia, sed in homine assumpto sanguinem quem pro ecclesia funderet habuit. Hinc etenim Psalmista dicit, Ascendit Deus in iubilatione. Quomodo enim Deus nisi in homine ascenderet, qui in sua naturae maiestate semper ubique praesens adest? Sed & hoc quaerendum quomodo dictum sit, Et nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo: cum omnes electi se ueraciter confidant ascensuros in caelum, promittente sibi Domino, quia ubi sum ego, illic & minister meus erit. Cuius tamen nondum quaestiois apertissima ratio soluitur: quia uel dicitur mediator Dei & hominum homo Christus Iesus electorum omnium caput est: itemque omnes electi eiusdem capituli membra sunt, dicente Apostolo, Et ipsum dedit caput super omnem ecclesiam, & rursum, Vos enim estis corpus Christi, & membra de membro. Nemo ergo ascendit in caelum, nisi qui de caelo descendit, filius hominis qui est in caelo. Nemo ascendit in caelum, nisi Christus in corpore suo, quod est Ecclesia. Qui in seipso quidem, primum cernentibus Apostolis, eminentioribus nimirum membris suis ascendit, & exinde in membris suis cotidie ascendens, se colligit in caelum. Hinc est enim quod ipsum corpus eius inter aduersa huius seculi deprehensum gloriatur, & dicit, Nunc autem exaltauit caput eum super inimicos meos. Ac si aperte dicat, qui occisum a Iudaeis Christum, caput uidelicet meum, suscitauit a mortuis, ac frustratis omnibus inimicorum insidijs subleuauit in caelum: spero, me etiam de praesentibus periculis eruens, meo capiti iunget in regno: quia nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo. Quisquis in caelum ascendere desiderat, ei qui de caelo descendit, & est in caelo, se uera fidei & dilectionis unitate coniungat. Aperte intelligens, quia nullo alio ordine, nisi per eum qui descendit de caelo, potest ascendere in caelum. Vnde alias ipse dicit, Nemo uenit ad patrem nisi per me. Haec ideo in Nicodemo cuiusdam dicuntur catechumenis,

Act. 20. Deus ut dicitur sanguinem suum pro ecclesia sudasse.

Ioan. 12.

Eph. 1. Nemo nisi membrum Christi saluatur Act. 1.

Psal. 29.

Ioan. 14. Catechumeni

Num. 21

Serpens aeneus Mosi.

Gen. 3.

Rom. 8.

ut discant eius membris renascendo in corporari, per quem possint ascendere in regnum Dei. Et quia ascensio uel ingressus regni fieri non potest absque fide, & sacramentis Dominicae passionis, recte subinfertur, Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis: ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat uitam aeternam. Mira magisterij caelestis arte Dominus magistrum legis Mosiacae ad spiritualem legis eiusdem sensum inducit, recordans historiae ueteris, & hanc in figuram suae passionis, atque humanae saluationis factam edisserens. Narrat quippe liber Numerorum, quia peractus in eremo populus Israel itineris longi, ac laboris, murmurauit contra Dominum, & Mosen: ideoque Dominus immiserit in illum ignitos serpentes, ad quorum plagas, & mortes plurimorum, cum clamarent ad Mosen, & ille oraret, iussit eum Dominus facere serpentem aeneum, & ponere pro signo, qui percussus, inquit, aspexerit eum, uiuet, & ita factum est. Plaga igitur serpentum ignitorum, uenena sunt & incentiua uitiorum, quae animam quam tangunt, spiritali morte perimunt. Et bene murmurans contra Dominum populus, serpentum morsibus sternebatur, ut ex ordine flagelli exterioris agnosceret, quantum intus pernicitem murmurando pateretur. Exaltatio autem serpentis aenei, quem dum percussus aspiceret sanabantur, passionem nostri redemptoris signat in cruce, in cuius solum fide regnum mortis & peccati superatur. Recte etenim per serpentes peccata, quae animam simul & corpus ad interitum trahunt, exprimitur: non solum quia igniti, quia uirulenti, quia ad perimendum sunt astuti, uerum etiam quia per serpentem primi parentes nostri ad peccandum persuasi, ac de immortalibus sunt peccando mortales effecti. Recte per serpentem aeneum Dominus ostenditur, quia sicut aeneus serpens effigiem quidem ignitis serpentibus similem, sed nullum prorsus in suis membris habuit ardorem ueneni nocentis, quin potius percussos a serpentibus sua exaltatione sanabat, sic nimirum, sic redemptor humani generis non carnem peccati, sed similitudinem induit carnis peccati, in qua morte crucis patiundo, credentes in se, ab omni peccato, & ab ipsa etiam morte liberaret. Sicut ergo Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita, inquit, oportet exaltari filium hominis: quia sicut illi qui exaltatum pro signo serpentem aeneum aspiciabant, sanabantur ad tempus a temporaria morte, & a plaga quam serpentum morsus intulerat: ita & qui mysterium dominicae passionis credendo, confitendo, sinceriter imitando aspiciunt, saluantur in perpetuum ab omni morte quam peccato in anima pariter & carne contraxerunt. Vnde recte subiungitur, Ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat uitam

aeternam. Cuius quidem uerbi patet sensus, quia qui credit in Iesum, non solum perditionem euadit poenarum, sed uitam etiam percipit aeternam. Et hoc inter figuram distat & ueritatem, quia per illam uita protelatur temporalis, per hanc uita donatur sine fine mensura. Sed curandum solerter est, ut quod intellectus bene sentit, operatio condigna perficiat: quatenus confessio rectae nostrae fidei sobrie conuersando, ad perfectionem promissae nobis uitae mereatur attingere. Verum, quia haec de filio hominis dicuntur, quia exaltari in cruce, id est mortem oportuit pati: ne putaret Nicodemus filium tantum eum hominis esse, a quo uita esset expectanda perpetua, curauit ei Dominus etiam diuinitatis suae patefacere sacramentum, unumque eundem & filium hominis, & mundi ostendere Saluatorem. Nam sequitur, Sic enim dilexit deus mundum, ut filium suum unigenitum daret: ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam aeternam. Vnde notandum quod eadem de filio Dei unigenito replicat, quae de filio hominis in cruce exaltato praemiserat, dicens: Ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam aeternam. Quia profecto idem redemptor & conditor noster filius Dei ante secula existens, filius hominis factus est in fine seculorum: ut qui per diuinitatis suae potentiam nos creauerat, ad perfruendam uitae beatitudinem perennis, ipse per fragilitatem humanitatis nostrae nos restauraret ad recipiendam quam perdidimus uitam. Sequitur autem, Non enim misit deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Ergo quantum in medico est, sanare uenit aegrotum, se interemit, qui praeccepta medici obseruare non uult. Venit saluator ad mundum, quare saluator dicitur est mundus: nisi ut saluet mundum, non ut iudicet mundum. Saluari non tris ab ipso: Ex te iudicaberis. Et quid dicam, iudicaberis? Videte quid ait: Qui credit in eum, non iudicatur, quin autem non credit. Quid diciturum sperabas, nisi iudicatus: iam, inquit, iudicatus est. Notandum apparuit iudicium, sed iam factum est iudicium. Nouit enim Dominus qui sunt eius. Nouit qui permaneant, ad coronam, qui permaneant ad flammam. Nouit in area sua triticum suum, nouit & paleam: nouit & segetem, nouit zizaniam. Iam iudicatus est qui non credit. Quare iudicatus: quia non credidit in nomine unigeniti filij Dei. Hoc est autem iudicium, quia lux uenit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem, erat enim mala opera eorum. Fratres mei, quorum opera bona inuenit Dominus: Nullorum, omnia enim mala opera inuenit. Quomodo ergo quidam fecerunt ueritatem, & uenerunt ad lucem? Hoc enim sequitur, Qui autem facit ueritatem, uenit ad lucem, ut manifestentur opera eius, quia in deo facta sunt. Quomodo ergo quidam bonum opus fecerunt, ut uenerent ad lucem, id est ad Christum: & quomodo

Figura ac ueritatis discrimen.

Saluator unde dicitur Christus. Iudicium mundi. 2. Tim. 2

quidam dilexerunt tenebras, si omnes peccato res inuenit, & omnes a peccato sanant: Et serpens ille in quo figurata est mors Domini, eos sanabat qui mori fuerant, & propter morsus serpentis erectus est serpens, id est mors Domini propter mortales homines, quos inuenit iniustos. Quomodo intelligitur hoc iudicium, quoniam lux uenit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem: erat enim mala opera eorum: Quid est enim hoc? Quorum enim erant bona opera? Nonne uenisti ut iustifices impios? Sed dilexerunt, inquit, magis tenebras quam lucem. ibi posuit uim, Multi enim dilexerunt peccata sua: quia qui confitetur peccata sua, & accusat peccata sua, iam cum Deo facit. Accusat Deus peccata tua: si & tu accusas, coniungeris Deo. Quasi duae res sunt, homo, & peccator. Quod audis homo, Deus fecit: quod audis peccator, ipse homo fecit. Dele quod fecisti, ut Deus saluet quod fecit. Oportet ut oderis in te opus tuum, & ames in te opus Dei. Cum autem coeperit tibi displicere quod fecisti, inde incipiunt bona opera tua, quia accusas mala opera tua. Initium bonorum operum, confessio est operum malorum. Facis ueritatem, & uenis ad lucem. Quid est, facis ueritatem? Non te palpas, non tibi blandiris, non te adulas. Non dicis, iustus sum, cum sis iniquus: & incipis facere ueritatem. Venis autem ad lucem, ut manifestentur opera tua, quia in Deo facta sunt: quia & hoc ipsum quod tibi displicuit peccatum tuum, non tibi displiceret, nisi Deus tibi luceret, & eius ueritas te tibi ostenderet. Sed qui etiam admonentem diligit peccata sua, odit admonentem lucem, & fugit eam, ut non arguantur opera eius mala, quae diligit. Qui autem facit ueritatem, accusat in se mala sua: non sibi parcat, non sibi ignoscat, ut Deus ignoscat: ipse agnoscit, & uenit ad lucem: cui gratias agit, quod ille quid in se odisset, ostenderet: dicit Domino: Auerte faciem tuam a peccatis meis. Et qua fronte dicit, nisi iterum dicat, quoniam facinus meum ergo agnosco, & peccatum meum contra me est semper. Si autem postea feceris peccatum tuum, retorquet tibi illud Deus ante oculos tuos: & tunc retorquet, quando iam poenitentiae fructus nullus erit. Currite, ne tenebrae uos comprehendant. Sequitur autem, Post haec uenit Iesus & discipuli eius in Iudaeam terram: & illic demorabatur cum eis, & illic baptizabat. Baptizatus non eo baptizate baptizat, quo est baptizatus. dat baptismum dominus baptizatus a seruo, ostendens humilitatis uiam, & perducens ab baptismum Domini, hoc est baptismum suum, reprobando humilitatis exemplum: quia ipse non respuit baptismum serui: & baptizate serui uia praeparabatur Domino, & baptizatus est Dominus, uiam se fecit ad se uenientibus, ipsum audiamus, Ego sum uia, ueritas, & uita. Si ueritatem quaeris, uiam tene, nam ipse est ueritas, qui est uia. Audiamus Ioannem, Baptizabat Iesus. Diximus quia baptizatus Iesus, quomodo Iesus, quomodo Dominus, quomodo Dei filius, quomodo uerbum. Sed uerbum caro factum est. Erat autem Ioannes baptizans in Enon iuxta Salim. Locum quid est, ex nomine intelligitur: quia aquae multae erant ibi. Enon iuxta Salim locus est, ubi baptizabat Ioannes: & ostenditur nunc usque locus in octauo lapide Scythopoleos ad meridiem iuxta Salim & Iordanem. Nondum enim missus fuerat Ioannes in carcerem. Quare baptizatus Ioannes? quia oportebat ut baptizaretur Dominus. Quare oportebat ut Dominus baptizaretur? Ne aliquid magna licet praeditus gratia uel potestate, contemneret baptizari. Ipse dominus non contempsit baptismum sacramentum, quamuis in illo non esset quod mundaretur in baptismum, qui nullum habuit peccatum quod dimitteretur in baptismum lauacro. Baptizatus est Dominus a seruo, ne seruus Domini baptismum contemneret. Nondum enim missus fuerat in carcerem Ioannes. Ideo hoc dicit Euangelista, ut intelligeretur, haec miracula quae ante posuit, primo anno doctrinae Domini nostri Iesu Christi, quae incipiebat a baptismum suo, acta esse: cuius anni gesta maxime alios intellexerit Euangelista facere. Facta est autem questio ex discipulis Ioannis cum Iudeis de purificatione. Zelantes enim discipuli Ioannis magistrum, quia plures audiebant concurrere ad baptismum Christi, & praefere Iudeos baptismum Ioannis baptismum Christi, nouissime uenerunt ad ipsum Ioannem ut solueret questionem quam habuerant cum Iudeis de discretionem inter baptismum Christi, & baptismum illius. Et dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, ecce hic baptizat: & omnes ueniunt ad eum. Quasi indignantes quod plures uenissent ad baptismum Christi, dixerunt, Omnes ueniunt ad eum, & te dimittunt. Tuo baptismum baptizatus est ille, ad cuius baptismum omnes modo concurrunt. Respondit, & dixit, Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit illi datum de caelo. Vos mihi testimonium perhibetis quod dixerim, Non sum ego Christus. Si meo testimonio creditis, scitote me non esse Christum, sed illum & illius baptismum esse, in quo remissio est peccatorum, & spiritus sanctus datur, non meum: in quo tantummodo poenitentia datur, & fides in eum, de quo querimoniam nunc habetis. Non potest homo aliquid accipere, nisi fuerit illi datum de caelo. Praeco sum, ille Iudeus, Ego seruus, ille dominus. Ille sponsus, ego amicus sponsi. Illum oportet crescere, me autem minui. Veniebam illi uiam parare, non me exaltare. Ego uox clamantis, ille uerbum patris, Qui post me uenit, ante me factus est. id est, dignitate

Ioan. 14. Docere quando coepit Christus

2. Cor. 11. Virgo, ecclesia Christi mater. Castitas corporis sine fide, uana.

Mat. 23.

Ioannes praeco, & seruus.

Homo & peccator, duae res sunt.

Confessio malorum operum, initium est bonorum operum.

Psal. 50.

Peccata nostra ante oculos habere debemus.

Baptismus Christi.

gnitate mihi praelatus est. Cuius ego non sum dignus corrigiam calceamenti eius soluere, id est, natiuitatis illius qua ex uirgine natus uenit in mundum, enarrare mysterium. Audistis testimonium meum, credite testimonio meo, concurrite ad illum, in cuius baptismo est remissio peccatorum. Ille Ioannes tantae auctoritatis habebatur, ut a populo Christus putaretur: sed ille falsum respuit honorem, ut solidam posset habere ueritatem. Noluisset de se iactare quod non fuit, ne sicut eo esset qui semper fuit. Qui habet sponsam, sponsus est. Ego non sum sponsus. Sed quid sum? Amicus sponsi, gaudens in uocem illius qui est sponsus, de quo dicitur, Rex omnis terrae: Deus: & adorabit eum omnes reges terrae: omnes gentes seruient ei. Ille est sponsus uerus: sponsa uero sancta Ecclesia, ex omnibus congregata gentibus: de qua apostolus ait, Desponsa diuos unum uero uirginem castam exhibere Christo. Virgo est, & sponsum habet, quae cotidie generat, & uirgo perpetua manet. Virginitas haec integritas est mentis, charitatis perfectio, unitas catholicae fidei, pacis concordia, castitas in corpore & anima: quia nihil ualet corporis castitas sine catholicae fidei integritate. Cuius uirginis, id est uniuersalis Ecclesiae amici sunt praedicatores Euangelice ueritatis, & ideo dicit iste Ioannes, Amicus sponsi, qui stat & audit, & gaudet propter uocem sponsi. Stat enim, qui in fide recta permanet, & quod credit praedicat. Quare stat? quia non cadit. Quare non cadit? quia humilis est. Ille praecursor Domini in solida petra stabat, dum ait, Non sum ego Christus, non sum ego sponsus, sed amicus sponsi. Qui gloriam illius quaerit, qui misit eum, merito non cadit, merito stat, merito audit uocem sponsi, & gaudio gaudet propter uocem sponsi. Vox ergo sponsi est, Ite docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti. Confessus est ergo Ioannes, sicut superius audistis, quia non sum ego Christus, quia cum discipulos multos faceret Iesus, & perferretur ad eum, ueluti ut instigaretur (quasi inuidio enim narrauerunt, Ecce ille facit plures discipulos quam tu) ille confessus est quid esset, & inde meruit ad eum pertinere, quia non est ausus dicere quod est ille. Hoc ergo dixit Ioannes, Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de caelo. Ergo Christus dat, & homo accipit. Ipsi uos mihi testimonium perhibetis quod dixerim, Non sum ego Christus, sed quia missus sum ante illum. Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi, qui stat & audit eum, & gaudio gaudet propter uocem sponsi, non sibi gaudium facit de se. Qui enim uult gaudere de se, tristis erit. Qui autem de Deo uult gaudere, semper gaudebit, quia Deus sempiternus est. Talem se dixit Ioannes, propter uocem sponsi gaudet amicus sponsi, ait, non propter suam uocem, & stat, & audit eum, Si ergo cadit, non

audite eum. De illo enim quondam qui cecidit, dictum est, & in ueritate non stetit: de diabolo dictum est. Ergo stare debet amicus sponsi, & audire. Quid est stare? permanere in gratia eius quam accepit. Et audit uocem, ad quam gaudeat. Sic erat Ioannes: nouerat unde gaudebat, non sibi arrogabat quod ipse non erat. Sciebat illuminatum se, non illuminatorem. Erat enim lumen uerum, ait Euangelista, quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Si omnem, ergo & ipsum Ioannem, quia ipse de hominibus erat. Sequitur. Et dicit Ioannes, Hoc ergo gaudium meum impletum est. Quod est gaudium ipsius? Ut gaudeat ad uocem sponsi. Multi enim ideo facti sunt insipientes, quia dixerunt se esse sapientes: quos arguit Apostolus in epistola ad Romanos dicens, Existimantes se esse sapientes, stulti facti sunt. Ergo Deus quod dat gratias agentibus, tollit non agentibus. Noluisset hoc Ioannes, gratis esse uoluit: confessus est accepisse se: & gaudere se dixit propter uocem sponsi, & ait, Hoc ergo gaudium meum impletum est. Illi oportet crescere, me autem minui. Quid est hoc, illum oportet exaltari, me autem humiliari? Magna hoc sacramentum est, antequam ueniret Dominus Iesus, homines gloriabantur de se: uenit ille homo, ut minueretur hominis gloria, & augetur gloria Dei. Venit ille sine peccato, & inuenit omnes cum peccato. Si sic uenit ille, ut dimitteret peccata: Deus largiatur, homo confiteatur. Etenim confessio hominis, humilitas hominis: miseratio Dei, altitudo. Si ergo uenit ille dimittere peccata, agnoscat homo humilitatem suam, & Deus faciet misericordiam suam. Illum oportet crescere, me autem minui, hoc est, illum oportet dare, me autem accipere. Illum oportet glorificari, me autem confiteri. Intelligat homo gradum suum, & confiteatur Deo, & audiat Apostolum dicentem homini superbienti & elato, & extollere se uolenti, Quid enim habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acciperis? Intelligat ergo homo qui accepit, qui uolebat suum dicere quod non est eius, & minuitur. Bonum est enim illi ut Deus in illo glorificetur, ipse in se minuat, ut in Deo augeatur. Haec testimonia, hanc ueritatem etiam passio: nibus suis significauerunt Christus & Ioannes. Nam Ioannes capite minutus est, ut & ibi appareret quid est, illum oportet crescere, me autem minui, hoc est, illum oportet exaltari, me autem humiliari. hoc enim significat & ipsa creatura lucis, nam Christus natus est diebus crescentibus. Ioannes uero decrecentibus: ut ostenderetur quid est Christus, hoc est lumen uerum: & quid est Ioannes, hoc est illuminatus ab eo. Crescamus nos in illo, & per illum, ut ille crescat in nobis, donec perueniamus ad perfectum diem. Audiamus adhuc quid Ioannes de Christo dixerit, uel quid de seipso. Dicit e-

Ioan. 8.

Ioan. 1.

Sapientes stulti facti.

Rom. 1.

Gloria quid sit.

Confessio cui facienda est.

1. Cor. 4.

Psal. 17.

Signare quid sit.

nim, Qui de sursum uenit, super omnes est: & qui de terra est, de terra loquitur. Qui de sursum uenit, super omnes est, id est Christus. Qui autem est de terra, terra est, & de terra loquitur, id est Ioannes. Quum ergo de terra loquitur omnis homo, terrenus est: & dum terrena loquitur, de terra loquitur. Qui uero illuminatus est ab eo qui est lumen uerum, de diuinis loquitur. Ergo sursum est gratia Dei, deorsum natura hominis, carnalis carnaliter aestimat, carnaliter suspicatur. Dum uenit gratia Dei illuminans hominem, caelestia loquitur, sicut dictum est: Qui illuminas lucernam meam Domine Deus meus, illumina tenebras meas. hoc est, illum oportet crescere, me autem minui. Ergo Ioannes, quod ad Ioannem pertinet, de terra est, & de terra loquitur, si quid diuinum a Ioanne audisti, illuminantis est, non recipientis. Qui de caelo uenit, super omnes est: & quod uidit & audiuit, hoc testatur. Et testimonium eius nemo accipit. Qui de caelo uenit, super omnes est, Dominus noster Iesus Christus, de quo superius dictum est, Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, filius hominis, qui est in caelo. Est autem super omnes: & quod uidit, & audiuit, hoc loquitur. Habet enim & patrem ipse filius Dei, & audiuit a patre. Et quod audiuit a patre, quid est? quis hoc explicat? Quando lingua mea, quando cor meum sufficere potest, uel cor ad intelligendum, uel lingua ad proferendum? Quid est quod filius audiuit a patre? Forte filius est, uerbum patris audiuit. Imo filius uerbum patris est. Cum ergo uerbum Dei, filius sit, filius autem locutus est nobis, non uerbum suum, sed uerbum patris se nobis loqui uoluit, qui uerbum patris loquebatur. Hoc ergo quomodo decuit & oportuit, dixit Ioannes, Qui de caelo uenit, super omnes est: & quod uidit & audiuit, illud testatur: & testimonium eius nemo accipit. Si nemo, inquit accipit, cur ergo Christus uenit? Quoniam est qui dam populus praeparatus ad iram Dei, damnandus cum diabolo, horum nemo accipit testimonium Christi, Nam si omnino nemo, nullus homo, quid est quod sequitur, Qui accipit testimonium eius, signauit quia Deus uerax est? Certe ergo nemo, nisi, ut ipse dicit, qui accipit testimonium eius, signauit, quia Deus uerax est. Respondit ergo fortasse interrogatus Ioannes, quasi diceret nobis quid dixerit nemo, est enim quidam populus natus ad iram Dei, & ad hoc praecognitus, quis sint enim credituri, & qui non sint credituri, nouit Dominus: qui sint perseveraturi in eo quod crediderunt, & qui sint lapsuri, nouit Deus: & numerati sunt Deo omnes futuri in uitam aeternam. Testimonium eius qui uenit de caelo, nemo accipit, qui autem accipit testimonium eius, signauit quia Deus uerax est. Signauit dixit, hoc est signum ponit in corde

furo, quasi singulare & speciale aliquid, hunc esse uerum Deum, qui missus est ob salutem humani generis. Quid est, signauit quia Deus uerax est: nisi quia homo mendax est, Deus uerax est: quia nemo hominum potest dicere quod ueritatis est, nisi illuminetur ab eo qui mentiri non potest. Deus ergo uerax, Christus autem Deus. Vis probare? Accipe testimonium eius, & inuenis: Qui enim accipit testimonium eius, signauit quia Deus uerax est. Quis? Ipse qui de caelo uenit, & descendit, super omnes est: Deus uerax est. Quem enim misit Deus, uerba dei loquitur. Ipse est Deus uerax, ipse est Deus & Dominus noster Iesus Christus: de quo Apostolus ait, Postquam uenit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Quem enim misit Deus, uerba Dei loquitur. Hoc utique de Christo dicebat, ut se ab illo distingueret. Quid enim? Ioannem non ne Deus misit? Annon ipse dixit, Missus sum ante eum: & qui meminit baptizare in aqua, & de illo dictum est, Ecce mitto angelum meum antete, & praeparabit uiam tuam. Nonne & ipse uerba Dei loquitur, de quo etiam dictum est quod sit amplius quam propheta? Si ergo & ipsum Dominus misit, & uerba Dei loquitur, quomodo ad distinctionem de Christo, eum dixisse accipimus, Quem enim misit Deus, uerba Dei loquitur? Sed uide quid adiungat, Non enim ad mensuram dat Deus spiritum. Audi Apostolum dicentem, Secundum mensuram donationis Christi. Hominiibus ad mensuram dat, unico filio non dat ad mensuram, Quomodo hominiibus ad mensuram? Alij quidem datur per spiritum sermo sapientiae, alij sermo scientiae secundum eundem spiritum, alij fides in eodem spiritu, alij propheta, alij iudicatio spirituum, alij genera linguarum, alij dona curationum. Nunquid omnes prophetae? Nunquid omnes doctores? Nunquid omnes uirtutes? Nunquid omnes dona habent sanctorum? Nunquid omnes linguas loquuntur? Nunquid omnes interpretantur? Alius habet ille, aliud iste: & quod habet iste, non habet ille. Mensura est, diuisio quaedam donorum est, ergo hominiibus mensura datur & concordia, ubi unum corpus facit. Quomodo aliud accipit manus ut operetur, aliud oculus ut uideat, aliud auris ut audiat, aliud pes ut ambulet: anima tamen una est, quae agit omnia: in manu ut operetur, in pede ut ambulet: in aure ut audiat: in oculo ut uideat: sic sunt etiam diuersa dona fidelium, tanquam membris ad mensuram cuique propria distributa. Sed Christus, qui dat, non ad mensuram accipit. Audi enim adhuc quod sequitur, quia de filio dixerat, Non enim ad mensuram dat Deus spiritum, pater diligit filium: & omnia dedit in manu eius. Ut nosse & hic quam distincte dictum est, Pater diligit filium

Verax est deus homo mendax. Homo cur dicatur mendax. ad Ga. 4. Ioan. 1. Malac. 3. Mat. 12. Eph. 4. 1. Cor. 12. Spiritus dei ad mensuram hominibus datur, Christo ita non datur. Anima unius, operationes uariae.

lium. Quare enim? pater non diligit Ioannem? & tamen non omnia dedit in manu eius. Pater non diligit Paulum? & tamen non omnia dedit in manu eius. Pater diligit filium, sed quomodo pater filium, non quomodo Dominus seruum: quomodo unicum, non quomodo adoptatum. Itaque omnia dedit in manu eius. Quid est omnia? Ut tantum sit filius, quantum est pater.

ergo cognouit Iesus quia audierunt Pharisei quod Iesus plures discipulos facit, & baptizat, quam Ioannes (quanquam Iesus non baptizaret, sed discipuli eius) reliquit Iudaeam, & abiit iterum in Galilaeam. oportebat autem eum transire per Samariam. Venit ergo in ciuitatem Samariae quae dicitur Sichar, iuxta praedium quod dedit Iacob, Ioseph filio suo. Erat autem ibi fons Iacob. Iesus autem fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem. Hora autem erat quasi sexta. Venit ergo mulier de Samaria haurire aquam dicit ei Iesus: Da mihi bibere. Discipuli enim eius abierant in ciuitatem, ut cibos emerent: Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu Iudaeus cum sis, bibere a me potes, quia sum mulier Samaritana: non enim eorum Iudaei Samaritanis, Respondit Iesus, & dixit ei: Si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam uitam. Dicit ei mulier: Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus est: unde ergo habes aquam uitam? Nunquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? Respondit Iesus, & dixit: Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum, qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum, sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquae salientis in uitam aeternam. Dicit ad eum mulier: Domine, da mihi hanc aquam, ut non sitiam, neque ueniam huc haurire. Dicit ei Iesus: Vade, uoca uirum tuum: & ueni huc. Respondit mulier, & dixit: Non habeo uirum. Dicit ei Iesus: Bene dixisti, quia non habeo uirum. Quinque enim uiros habuisti, & nunc quem habes, non est tuus uir, hoc uere dixisti. Dicit ei mulier, Domine uir deo quia propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerunt: & uos dicitis quia Hierosolymis est locus ubi adorare oportet. Dicit ei Iesus: Mulier, crede mihi, quia ueniet hora quando neque in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis patrem. Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudaeis est. Sed uenit hora, & nunc est, quando ueritatem adoratores adorabunt patrem in spiritu & ueritate. Nam & pater tales querit, qui adorant eum. Spiritus est Deus: & eos qui adorant eum, in spiritu & ueritate oportet adorare. Dicit ei mu-

lier: Scio quia Messias uenit, qui dicitur Christus. cum ergo uenerit, ille annuntiabit nobis omnia. Dicit ei Iesus: Ego sum, qui loquor tecum. Et continuo uenerunt discipuli eius, & mirabantur quia cum muliere loquebatur, nemo tamen dixit: Quid quaeris, aut quid loqueris cum ea? Reliquit ergo hydriam suam mulier, & abiit in ciuitatem, & dicit illis hominibus, Venite, & uidete hominem qui dixit mihi omnia quaecumque feci. Numquid ipse est Christus? Exierunt ergo de ciuitate, & ueniebant ad eum. Interea rogabant eum discipuli, dicentes: Rabbi, manduca. Ille autem dixit eis: Ego cibum habeo manducare quem uos nescitis. Dicebant ergo discipuli ad inuicem: Numquid aliquid attulit ei manducare? Dicit ei Iesus: Meus cibus est, ut faciam uoluntatem eius qui misit me: ut perficiam opus eius. Nonne uos dicitis quod adhuc quatuor menses sunt, & metis uenit? Ecce dico uobis, leuate oculos uestrum, & uidete regiones quia albae sunt iam ad messem. Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in uitam aeternam: ut & qui seminat, simul gaudeat, & qui metit. In hoc enim est uerbum ueritatem, quia alius est qui seminat, & alius est qui metit. Ego misi uos metere, quod uos non laborastis, alij laborauerunt, & uos in labores eorum introistis. Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum testimonium perhibentis, Quia dixit mihi omnia quaecumque feci. Cum uenissent ergo ad illam Samaritanam, rogauerunt eum ut ibi maneret. Et mansit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt propter sermonem eius. Et mulieri dicebant, Quia iam non propter tuam loquelam credimus. Ipsi enim audiimus, & scimus quia hic est uere Saluator mundi. Post duos autem dies exiit inde, & abiit in Galilaeam. Ipse enim Iesus testimonium perhibuit, quia propheta in sua patria honorem non habet. Cum ergo uenisset in Galilaeam, exceperunt eum Galilaei, cum omnia uiderent, quae fecerat Hierosolymis in die festo. & ipsi enim uenerant ad diem festum. Venit ergo iterum in Cana Galilaeae, ubi fecit aquam uinum. Erat quidam regulus cuius filius infirmabatur Capharnaum. Hic cum audisset quia Iesus adueniret a Iudaea in Galilaeam, abiit ad eum, & rogabat eum, ut descenderet, & sanaret filium eius, incipiebat enim mori. Dixit ergo Iesus ad eum: Nisi signa & prodigia uideritis, non creditis. Dicit ad eum regulus: Domine, descende prius quam moriatur filius meus. Dicit ei Iesus: Vade, filius tuus uiuit. Credidit homo sermonem quem dixit ei Iesus, & ibat. Iam autem eo descendente, serui occurrerunt ei, & nuntiauerunt dicentes, quia filius eius uiuere. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerit. Et dixerunt ei: Quia heri hora septima reliquit eum febris:

cognouit ergo pater quia illa hora erat, in qua dixit ei Iesus: Filius tuus uiuit. & credidit ipse & domus eius tota. Hoc iterum secundum signum fecit Iesus, cum uenisset a Iudaea in Galilaeam.

Cum ergo audisset Iesus quia audierunt Pharisaei &c. Utique Dominus si sciret Pharisaeos ita de se cognouisse, quod plures discipulos faceret, & quod plures discipulos baptizaret, ut ut hoc eis ad salutem pertinere se querendo eum ut & ipsi essent discipuli, & ipsi uellent ab eo baptizari magis, non relinqueret Iudaeam terram, sed propter illos maneret ibi. Quia uero cognouit eorum scientiam, simul cognouit & inuidentiam, quia non hoc propterea didicerant, ut sequerentur: abijt inde. Poterat quidem ille & praesens ab his non teneri, si nolleret: sed quia in omni re quam gessit, ut homo hominibus in se credituris praebat exemplum: quia unusquisque seruus Dei non peccat si secesserit in alium locum, uidens furorem forte persequentium se, aut quare in malum animam suam: uideretur autem ibi seruus dei peccare si faceret, nisi in faciendo Dominus praecessisset: fecit hoc ille magister bonus, ut doceret, non quod timeret. Fortassis etiam hoc moueat, cur dictum sit, Baptizabat Iesus plures quam Ioannes, & posteaquam dictum est baptizabat, subiectum est, quamquam Iesus non baptizaret, sed discipuli eius. quid ergo? Falsum dictum erat, & correctum est: an utrumque uerum? quia Iesus & baptizabat, & non baptizabat. Baptizabat enim, quia ipse mundabat: non baptizabat, quia non ipse tingebat. Praebant discipuli ministerium corporis, praebat ille adiutorium maiestatis. Quando enim cessaret a baptizando, qui non cessat a mundando? de quo dictum est ab eodem Ioanne, per Ioannis Baptistae personam dicentis, Hic est qui baptizat. Ergo Iesus adhuc baptizat. Et quousque baptizandi sunt, qui baptizandi sunt. Iesus baptizat. Securus homo accedat ad inferiorem ministerium, habet etenim superiorem magistrum. Sed forte dicat aliquis, Baptizat Christus quidem in spiritu, non in corpore, quasi uero alterius dono, quam illius quisquam, etiam sacramento corporalis & uisibilis baptismatis imbuatur. Vis nosse quia ipse baptizat non solum spiritu sed etiam aqua? Audi Apostolum: Sicut Christus, inquit, dilexit Ecclesiam suam, & seipsum tradidit pro ea, mundans eam lauacro uiae in uerbo: ut exhiberet sibi ipse gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam neque rugam, aut aliquid eiusmodi. Mundans eam, unde? lauacro aquae in uerbo. Tolle aquam, non est baptisma. Tolle uerbum, non est baptisma. Quare enim solet, si in hoc baptismo discipulorum Christi spiritus sanctus daretur, propter uerba quae in sequenti huius Euangelij loco leguntur, ubi dicitur, Spiritus sanctus nondum fuerat datus,

Persecutio ne flagrant, licitum est fugere. Christus non baptizabat, sed discipuli eius.

Ioan. 1. Baptismus Christi.

Ephes. 5.

quia Iesus non fuerat glorificatus. Profecto datur spiritus sanctus in hoc discipulorum Christi baptismo, licet non ea manifestatione, qua post ascensionem Christi decima die in igneis linguis datus est. Nam quod quaedam latenter, quaedam uero per uisibilem creaturam uisibiliter Deus operatur, pertinet ad gubernationem prudentiae, qua omnes diuinae actiones, locorum, temporumque ordinis distinctione pulcherrima aguntur. Quomodo autem ipse Dominus secum habebat utique spiritum sanctum in ipso homine quem gerebat, quando ut baptizaretur uenit ad Ioannem: & tamen posteaquam baptizatus est, descendere in eum columbae specie spiritus sanctus uisus est: sic intelligendum est, ante manifestum est uisibile aduentum spiritus sancti, quoscumque sanctos eum latenter habere potuisse. Ita sane hoc dicimus, ut intelligamus etiam per ipsam uisibile demonstrationem spiritus sancti (qui aduentus eius dicitur) ineffabili uel etiam incogitabili modo largius in hominum corda plenitudinem eius infusam. Sequitur, Reliquit Iudaeam, & abiit iterum in Galilaeam. Quid est, reliquit Iudaeam? nisi, reliquit infidelitatem illorum, qui eum recipere noluerunt, & lapidem quem aedificare debuerant, reprobauerunt, & abiit per Apostolos in Galilaeam, id est, in uolubilitatem huius mundi, praecipiens Apostolis, Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Oportebat enim eum transire per Samariam. In lectione uero Euangelij, infirmitatem humani generis suscepisse dominum Iesum Christum, plenissime nobis sanctus Euangelista monstrauit. Siquidem cum dixisset uenisse Dominum in ciuitatem Samariae, quae dicitur Sichar, iuxta praedium quod dedit Iacob filio suo Ioseph, in quo praedio erat fons Iacob, addidit, Iesus, inquit, fatigatus ex itinere, sedebat sic supra puteum. Quod praedium sanctus Iacob Ioseph filio suo dereliquerat, quoniam Iacob Ioseph, quam Christo arbitror derelictum, cuius figuram sanctus Ioseph patriarcha portabat, quem uere sol adorat, & luna, omnes stellae benedicunt. Ad hoc praedium ideo uenit Dominus, ut Samaritani, qui hereditatem sibi patriarchae Israel uendicare cupiebant, agnoscerent possessorem suum, & conuerterentur ad Christum, quia legitimus patriarchae haeres sit factus. Dicit enim Euangelista, Iesus autem fatigatus ex itinere, sedebat sic supra puteum. Euangelica sacramenta in Domini nostri Iesu Christi dictis factisque signata, non hominibus patent, & ea nonnulli minus diligenter minusque sobrie interpretando, asserunt plerumque pro salute perniciem, & pro cognitione ueritatis errorem. hincque illud est sacramentum, quod scriptum est Dominum hora diei sexta uenisse ad puteum Iacob, fessumque ab itinere refedisse, a muliere Samaritana potum petisse, & caetera quae

Ioan. 7. Spiritus factus est quomodo Christo datur.

Aduentus spiritus sancti quis dicitur.

Sichar cuius.

quae in eodem loco scripta, discutienda & pertractanda dicuntur. De qua re id primum tenendum, quod in omnibus scripturis summa uigilantia custodire oportet, ut secundum fidem sit sacramenti diuini expositio. Hora igitur diei sexta uenit ad puteum dominus noster. Video in puteo tenebrosam profunditatem. admo neor ergo intelligere mundi huius infimas partes, id est terrenas: quo uenit Iesus hora sexta, id est sexta aetate generis humani, tanquam in senectute ueteris hominis, quo iubemur exui ut induamur nouo, qui secundum deum creatus est. Nam sexta aetas, senectus est: quia prima infantia, secunda pueritia, tertia adulescentia, quarta iuuentus, quinta grauitas. Veteris itaque hominis uita, quae secundum carnem temporali conditione peragitur, sexta aetate, id est senectute concluditur, quia in senectute (ut dixi) humana generis, Dominus noster creator nobis & reparator aduenit, ut moriente scilicet uetere homine, nouum in se constituere, quem exutum luto terreno, in caelestia regna uasferret. Ergo nunc puteus, ut dictum est, mundi huius terrenum laborem & errorem tenebrosa profunditate significat. Dicitur est ab Apostolo, Et si exterior homo noster corrumpitur, sed interior autem renouatur de die in diem. Reuerentissime omnino, quoniam omnia uisibilia ad exteriorem hominem pertinent, quibus Christiana disciplina renunciat, hora sexta uenit Dominus, id est medio die, unde iam incipit sol iste uisibilis declinare in occasum: quoniam & nobis uocatis a Christo ad inuisibilem amorem, homo interior recreatus ad interiorem lucem, quae nunquam occidit, reuertitur, secundum Apostolicam disciplinam non quaerens quae uidentur, sed quae non uidentur. Quae enim uidentur, temporalia sunt: quae autem non uidentur, aeterna sunt. Quod autem fatigatus uenit ad puteum, infirmitatem carnis significat: quod dedit humilitatem: quia & imbecillitatem carnis pro nobis suscepit, & homo hominibus tam humiliter apparere dignatus est. De hac infirmitate carnis propheta dicit, Homo in plaga positus, & sciens ferre imbecillitatem. De humilitate uero loquitur Apostolus, dicens, Humiliatus se factus subditus usque ad mortem. Quamquam illud quod sedit, quoniam solent sedere doctores, possit alio intellectu non humilitatis modestiam, sed magistrum demonstrare personam. Sed queri potest, quare a muliere Samaritana, quae implenda gratiae uenerat, bibere postulauerit, cum ipse postea spiritalis fontis affluentiam se petentibus dare posse praedicauerit? Sed scilicet sciebat deus mulieris illius fide, quae quoniam Samaritana erat, solet Samaritanae idololatriae imaginem sustinere. Ipsi enim separati a populo Iudaeorum, simulacris mutorum animalium, id est, uaccis aureis animarum suarum decus addiderat. Uenerat autem Iesus dominus noster ut gentium

Puteus.

Ephes. 4.

Aetas sexta quid significet.

2. Cor. 4.

2. Cor. 4.

Esai. 53.

Philip. 2. Sessionis typus.

Samaritanae typus.

mutitudinem, quae simulacris seruierat, ad unitatem fidei Christianae & incorruptae religionis adduceret. Non enim est, inquit, sanis opus medicus, sed male habentibus. Ergo eorum fidem sicut, pro quibus sanguinem fudit. Dixit ergo ad eam Iesus, Mulier, da mihi bibere. Et ut nouerat quae sitiebat Dominus noster, post paululum ueniebant discipuli eius, qui perrexerant in ciuitatem ut cibos emerent: qui dicunt ei, Rabbi manduca. Ille autem dixit eis, Ego habeo escam manducare quam uos nescitis. Dicunt discipuli eius ad alterutrum, Nunquid aliquis attulit ei manducare? Dicit eis Iesus, Cibus meus est, ut & faciam uoluntatem eius qui me misit, ut perficiam opus eius. Nunquid hic intelligitur aliud uoluntas patris qui eum misit, & opus eius quod perficere uelle respondit, nisi ut nos ad fidem suam a pernicioso mundi errore conuerteret? Qualis est ergo cibus eius, talis & potus: quia propter hoc in illa muliere sitiebat, ut faceret in ea uoluntatem patris & perficeret opus eius. Sed carnaliter intelligens respondit, Tu cum sis Iudaeus, quomodo a me bibere possis, cum sim mulier Samaritana? Non enim contumetur Iudaei Samaritanis. Cui Dominus non sicut dixit, Si scires donum dei, & quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere: tu magis petisses ab eo, & dedisset tibi aquam uiuam. Ut hinc ei ostenderet, non se talem aquam petisse, qualem intellexerat. Sed quia ipse sitiebat fidem eius, eidem sciendi spiritum sanctum dare cupiebat. Hanc enim recte intelligimus aquam uiuam, quod est donum Dei: sicut ipse ait, si scires donum Dei: & sicut idem Ioannes testatur alio loco dicens, quod stabat Iesus, & clamabat, Si quis sitit, ueniat, & bibat, consequenter omnino, Qui credit in me, sicut dixit Scriptura, flumina de uentre eius fluent aquae uiuae, quia primum credimus, ut haec dona mereamur. Hoc ergo flumen aquae uiuae, quod illi mulieri uolebat dare, merces est fidei, quam prius in illa sitiebat, de cuius aquae uiuae interpretatione ita subiicit. Hoc autem tibi dicebat, inquit, de spiritu quem accipietis erant hi qui in eum credituri erant. Nondum enim erat spiritus datus, quia Iesus nondum fuerat clarificatus. Hoc itaque donum spiritus sancti est, quod post suam clarificationem dedit Ecclesiae, sicut alia scriptura dicit: Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Sed adhuc illa mulier carnaliter sapit, sicut enim respondit, Domine, neque hauritorium habes, & puteus altus est, unde ergo habes aquam uiuam? Nunquid tu maior es patre nostro Iacob qui dedit hunc puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? Nunc uero iam Dominus exponit quid dixerit. Omnis, inquit, qui biberit ex aqua ista, sitiet iterum. qui autem biberit de aqua quam ego dederam, non sitiet in sempiternum: sed aqua illa quam dederam, fiet in eo fons aquae salientis in uitam aeternam. Sed mulier prudentiam carnis amplectitur. Quid enim respondit? Domine, da mihi hanc aquam, ut neque sitiam, neque ueniam huc haurire. Dicit ei Iesus, Vade

Mat. 9.

Cibus Christi.

Ioan. 7.

Psal. 67.

Vade, uoca uirum tuum, & ueni huc.] Cū sciret eam uirum non habere, cur hoc dixerit, queritur, nanque cum mulier dixit, Non habeo uirum, dicit ei Iesus, Bene dixisti non habere te uirum, quinque enim uiros habuisti: & nunc quem habes, non est tuus uir, hoc uere dixisti.] Sed non sunt hæc carnaliter accipienda, ne huic ipsi adhuc mulieri Samaritanę similes esse uideamur, sed de illo dono Dei, si aliquid iam gustauimus, spiritaliter istud tractemus. Quinque uiros, quinque libros qui per Moſen ministrati sunt, nonnulli accipiunt. Quod autem dictum est, Et nunc quem habes, non est tuus uir, de seipſo Dominum dixisse intelligunt: ut iste sit sensus. Primo quinque libris Moſi quinque uiris seruiſti: nunc autem quem habes, id est, quę audis, non est tuus uir: quia nõdum in eum credidiſti. Sed quoniam nondum credens Christo, adhuc, utq; illorum quinque uirorum, id est, quinque librorũ copulatione tenebatur, potest inuere quomodo dici potuerit, Quinque uiros habuisti, quasi nunc eos iam non haberet, cum adhuc utique ipsis subdita uiueret. Deinde cum quinque libri Moſi nihil aliud quam Christum prædicent, sicut ipse ait, Si crederetis Moſi, crederetis forsitan & mihi, ille enim de me scripsit, quomodo potest intelligi a quinque illis libris recedere hominem, ut ad Christum transeat: cum ille qui credit in Christum, non relinquendos quinque illos libros, sed spiritaliter intelligendos multo beatius amplectatur: Est ergo alius intellectus, ut quinque uiri intelligantur quinque corporis sensus: uisus qui ad oculos pertinet, quo lucem istam uisibilem, & quoslibet colores, formasq; corporum cernimus. Alter est aurium, quo uocum & omnium sonorum monumenta sentimus. Tertius narium, quo uaria odorum strauitate delectamur. Quartus in ore gustus dulcia & amara sentit, & omnium saporũ habes examẽ. Quintus per totum corpus tangendo dijudicat calida & frigida, & dura & mollia, & lauia & aspera: & quicquid aliud est, tangendo sentimus. Istis itaque carnalibus quinque sensibus prima hominis etas imbuatur, necessitate nature mortalis, quia ita post peccatum primi hominis nati sumus, ut nondum reddita luce mentis, carnalibus sensibus subditi, carnalem uitam sine ulla ueritatis intelligentia trãeamus. Tales necesse est esse infantes, & paruulos pucros, qui nondũ possunt accipere rationẽ. Et quia naturales sunt isti sensus, qui primã etatem regunt, & deo artifice nobis tributi sunt, recte dicuntur uiri, id est, mariti, tanquam legitimi: quoniam nõ eos error uitio proprio, sed deo artifice natura contribuĩt. Cum autem quisque ad eam uenerit etatẽ, in qua possit capax esse rationis, si ueritatem statim comprehendere potuerit, non illis sensibus rectoribus uteretur, sed habebit uirum spiritum rationalem, cui sensus illos in famulatum redigat, seruituti subijciens corpus

suum: cum anima non iam uiris quinque, id est quinque corporeis sensibus subdita est, sed uerbum diuinum habet legitimum uirum, cui copulata & inherens, cum & ipse spiritus hominis hæserit Christo, quia caput uiri Christi est, amplexa spiritalia, æterna uita sine ullo separationis timore perfruitur. Quinis enim se parare tenebatur, quę significabat multitudinẽ seculi uanis superstitionibus subiugari, post tẽpora illa quinque carnalium sensuũ, quibus prima etas ut diximus, regitur: non eam uerbu dei acceperat in coniugiu, sed complexu adulterino diabolus obtinebat. Itaq; illi dominus dicit, uides eam esse carnalẽ, id est carnaliter sapere, Vade, uoca uirũ tuũ, & ueni huc, id est, remouere ab affectione carnali in qua nunc constituta es, unde non potest intelligere quã loquor: & uoca uirũ tuum, id est, in spiritu intelligẽtiã præfens esto. Est enim animã quasi maritus quodãmodo spiritus hominis, qui animalẽ affectionem tanquam coniugem regit, non ille spiritus sanctus, qui cum patre & filio incommutabiliter datur, sed spiritus hominis, de quo Apostolus dicit: Nemo scit quid est in homine, nisi spiritus hominis. nã & ille spiritus sanctus, spiritus Dei est: de quo iterum dicit, Sic & quæ Dei sunt, nemo scit nisi spiritus Dei. Hic ergo spiritus hominis cum præfens est, id est intentus est, & se pietate subijcit deo, intelligit homo quę spiritaliter dicuntur. Cũ autem diaboli error tãquam absente intellectu in anima dominatur, adulter est. Voca ergo, inquit, uirum tuum, id est, spiritum qui est in te, quo potest homo intelligere spiritalia. Si enim lux ueritatis illustret, uir adesse intelligitur. Voca igitur uirum tuum, ut ipse adsit cum loquor tibi, ut spiritalẽ aquam accipias. Cui uirum se habere neganti. Bene, inquit, dixisti. Quinque enim uiros habuisti, id est, quinque sensus carnales te in prima etate rexerunt: & nunc quem habes, non est tuus uir: quia non est in te spiritus qui intelligat Deum, cum quo legitimum potes habere coniugium: sed error diaboli potius dominatur, qui te adulterina contaminatione corrumpit. Et fortasse ut intelligẽtibus indicaret quinque memoratos corporis sensus, quinque uiro rum nomine significari, post quinque carnales responsiones ista mulier sexta responsione nominat Christum. Nam prima eius responsio est, Tu cum sis Iudæus, quomodo à me bibere petis? Secunda, Domine, neq; in quo haurias habes, & puteus altus est. Tertia, Domine da mihi hanc aquam, ut non sitis, neq; ueniam huc haurire. Quarta, Non habeo uirum. Quinta, Video quia propheta es: patres nostri in monte hoc adorauerunt, nam ista responsio carnalis est, carnalibus enim datus fuerat locus terre nus ubi orarent. Spirituales autem in spiritu & ueritate adoratuos dominus dixit. Quod post ea quã locutus est, sexta mulier responsione Christum

1. Cor. 11.

Vir & maribus uelut anima. Spiritus hominis.

Spiritus hominis.

1. Cor. 2.

Quinque uiri.

Quinque uiri qui dicantur.

Ioan. 3.

Quinque sensus.

Christum fatetur omnium historiam esse docturã. Dicit enim, Scio quoniam Messias uenit, qui dicitur Christus, cū ergo uenerit, ipse nobis annũciabit omnia.] Sed adhuc errat: quia eum quem uenturũ sperat, uenisse non uidet. Verum tamen misericordia domini nunc error iste tãquam adulter expellitur. Dicit enim ei Iesus, Ego sum, qui tecũ loquor.] Quo audito illa nihil respondit, sed statim relicta hydria abiit in ciuitatẽ festinans, ut euãgelium & Domini aduentum non tantum crederet, sed etiam prædicaret. Ne hoc, quod relicta hydria discersit, negligẽter prætereundum est, hydria enim fortasse amorẽ seculi huius significat, id est, cupiditatem: quia sibi homines de tenebrosa profunditate, cuius imaginẽ puteus gerit, hoc est de terrena cõuersatione hauriunt uoluptatem: qua percepta, iterum in eius appetitum inardescant, sic ut de aqua illa qui biberit, sitiat iterũ. Oportebat autem ut Christo credens, seculo renunciaret: & relicta hydria, cupiditatem secularem se reliquissẽ monstraret, non solum corde credens ad iustitiam, sed etiam ad salutem professura, prædicatura credit. Dicit ei mulier, Domine, uideo quia propheta es tu.] Cœpit uenire uir, nõdum plene uenit, prophetam Dominum putabat, erat quidem propheta, nam de seipſo ait, Non est propheta sine honore, nisi in patria sua. Item de illo dictum est ad Moſen, Prophetam eis suscitabo de fratribus eorum similem tui. Similem scilicet ad formam carnis, non ad eminentiã maiestatis. Ergo inuenimus Dominum Iesum dictum prophetam, proinde iam non multũ errat mulier ista. Video, inquit, quia Propheta es tu, incipit adulterum excludere. Video quia propheta es, & incipit quærere quod illam solebat mouere. Contentio quippe fuerat inter Samaritanos & Iudæos, quia Iudæi in templo à Salomone fabricato adorabant Deum; Samaritani longe inde positi, non in eo adorabant: & ideo Iudæi meliores se esse uolebãt, qui in tẽplo adorabãt Deum. Non enim contumuntur Iudæi Samaritanis, quia dicebant eis, Quoniam uos in templo adoratis, & ideo uos nobis meliores esse perhibetis, quod nos non habemus: nunquid patres nostri, qui Deo placuerunt, in illo templo adorauerunt? Nonne in isto monte adorauerunt, ubi nunc sum? Melius ergo nos, inquit, in hoc monte Deum rogamus, ubi patres nostri roga uerunt. Contendebant utrique ignari, quia uirum non habentes, illi pro templo, isti pro monte inflammabantur aduersus inuicem. Dominus tamẽ modo quid docet mulierẽ, tanquam cuius uir cœperit præfens esse? Dicit ei mulier: Domine, uideo quia propheta es tu: Patres nostri in monte hoc adorauerunt, & uos dicitis quia Hierosolymis adorare oportet. Dicit ei Iesus, Mulier, crede mihi.] Credit enim Ecclesia spõso, sicut scriptum est in Canticis Canticonum, En dilectus meus loquitur mihi; Surge, pro-

Hydria.

Luc. 4. Deut. 18.

Propheta erat Christus.

Iudæorum ac Samaritanorũ contentio.

Adoratio ubi stat. Cant. 2.

pera amica mea, & ueni, iam enim hyems trãsiit, imber abiit, flores apparuerunt in terra, tẽpus putationis aduenit, uox turturis audita est in terra nostra. Merito iam presente uiro audit mulier, Crede mihi, iam enim est in te qui credat, quia præfens est uir tuus. Cœpisti adesse in telle cõ, quando me prophetam appellasti. Mulier, crede mihi: quia nisi credideritis, non intelligetis. Ergo mulier crede mihi, Quia ueniet hora, quando neque in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitur pater. Vos adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudæis est. Sed ueniet hora, quando, & nunc est.] Quæ ergo hora? Quando ueri adoratores adorabunt non in monte isto, non in templo, sed in spiritu & ueritate.] Spiritus est Deus, si corpus esset Deus, oportebat eum adorari in monte, quia & corporeus mons, oportebat eum adorari in templo, quia corporeum est templum. Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu oportet adorare. Nos adoramus quod scimus: uos adoratis quod nescitis: quoniam salus ex Iudæis est.] Multũ dedit Iudæis: sed noluit istos reprobos accipere. Parietem illum accipe, cui adiunctus est alius paries, ut pariter in lapide angulari, qui est Christus, copularentur. Vnus enim paries à Iudæis, unus à gẽtibus. Lõ parietũ duorum conuexio in lapide angulari Christi. Iude electi. Act. 4. Psal. 93. Scio quia Messias ueniet, qui dicitur Christus. Cum ergo uenerit, ille nobis omnia demonstrabit.] Quid est hoc? Modo, inquit, de templo contendunt Iudæi, & nos de monte contendimus. Cum ille uenerit, montem spernet, & templum euerteret, docebit iste omnia, ut in spiritu & ueritate nouerimus adorare. Sciebat quis eam posset docere, sed iam docentem nondum agnoscebat. Iam ergo digna erat cui manifestaretur. Messias autem unctus est, unctus grãce Christus est, hebraice Messias. Ergo dicit ei mulier, Scio quia Messias ueniet, qui dicitur Christus. Cum ergo uenerit, ille nobis annũciabit omnia. Dicit ei Iesus, Ego sum, qui loquor tecum.] Vocauit uirum suum: factus est uir eius caput mulieris: factus est Christus caput uiri, iam mulier ordinatur in fide, & regitur bene uictura. Posteaquam audiuit hoc, Ego sum qui loquor tecum: iam ultra quid diceret, quãdo Christus dominus manifestare se uoluit mulieri, cui dixerat, Crede mihi? Et continuo uenerunt discipuli, & mirabantur quia cum

10

20

30

40

50

60

Parietũ duorum conuexio in lapide angulari Christi.

Iude electi.

Act. 4. Psal. 93.

Christus unctus. Messias.

cum muliere loquebatur. quia quarebat perditam, qui uenerat querere quod perierat, hoc illi mirabantur. Bonum enim mirabantur, non malum suspicabantur. Nemo tamen dixit, quid queris, aut quid loqueris cum illa: Reliquit ergo hydriam suam mulier audito. Ego sum, qui loquor tecum, & recepto in corde Christo domino, quid faceret, nisi iam hydriam dimitteret, & euangelizare curreret. Proiecit cupiditatem, & properauit annunciare ueritatem. Discant qui uolunt euangelizare, proficiant hydriam ad puteum. Recordamini quid superius dixerim de hydria. Vas erat quo aqua hauriebatur. Græco nomine appellatur hydria, quoniam Græce aqua ὕδωρ dicitur: tanquam si aquarium diceretur. Proiecit ergo hydriam, quæ non iam usui, sed oneri fuit. Auidam quippe desiderabat aqua illa fatiari, ut nunciaret Christum. Onere abiecto cucurrit ad ciuitatem. Et dicit illis hominibus, Venite & uidete hominem qui dixit mihi omnia quæ feci, nunquid ipse est Christus? Exierunt de ciuitate, & ueniebant ad eum. & rogabat eum discipuli dicentes, Rabbi, manduca, ierāt enim emere cibos, & uenerant. Ille autem dixit, Ego cibum habeo manducare, quem uos nescitis. Dicebant ergo discipuli ad inuicem, Num quid aliquis attulit ei manducare? Quid mirum si mulier illa non intelligebat aquam? Ecce discipuli nondum intelligunt escam. Audiuit autem cogitationes eorum, & iam instruit ut magister, non per circuitum, sicut illam, cuius adhuc uitum requirebat: sed iam aperte, Meus, inquit, cibus est, ut faciam uoluntatem eius qui me misit. Ergo & potus ipse erat in illa muliere, ut faceret uoluntatem eius qui eum misit. ideo dicebat, Sitio, da mihi bibere, scilicet ut fidem in ea operaretur, & fidem eius biberet, & eam in corpus suum traiceret. Corpus enim eius est ecclesia. Ergo, inquit, ipse est cibus meus, ut faciam uoluntatem eius qui me misit. Nonne uos dicitis quod adhuc quatuor menses sunt, & messis uenit? In opus fertebat, & operarios mittere disponebat. Vos quatuor menses computatis ad messem, ego uobis aliam messem albam & paratam ostendo. Ecce dico uobis, leuate oculos uestros, & uidete quia iam albæ sunt regiones ad messem, ergo messores missurus est. In hoc enim est uerbum uerum, quia alius est qui metit, alius est qui seminatur: ut qui seminatur, simul gaudeat, & qui metit. Ego uos misi metere quod uos non laborastis. Alij laborauerunt, & uos in eorum laborem introistis. Quid ergo messores misit, non seminatores? Quod messores? ubi iam alij laborauerunt. Nam ubi iam laboratum erat, & seminatam erat, iam maturum factum, falcem & trituram desiderabat. Quod ergo erant messores mittendi? Vbi iam propheta prædicauerat: ipsi enim seminatores. Nam si ipsi non seminatores, unde ad illa mulier peruenerat, Scio quia Messias ueniet: hæc ista mulier fructus maturus erat, & erant albæ messes, & falcem quærebant. Misi uos. Quod metere quod non seminastis: Alij seminauerunt, & uos in labores eorum introistis. Qui laborauerunt: Ipse Abraham, Isaac, &

Lu. 19.

Hydria.

Christi ci- bus.

Messores qui sint in sacris literis,

Iacob. Legite labores illorum: in omnibus laboribus eorum propheta est Christi, & ideo seminatores Moyses, & ceteri patriarchæ, & omnes prophetae quanta pertulerunt in illo frangere quando seminabant? Ergo iam Iudæa messis parata erat: merito ibi tanquam matura seges fuit, quando tot milia hominum pretia rerum suarum afferebant, & ad pedes Apostolorum ponentes, perditis humeri sarcinis secularibus, Christum dominum sequebantur. Vere matura messis. Quid inde factum est de ipsa messe? Eiecta sunt pauca grana, & seminauerunt orbem terrarum: & surgit alia messis, quæ in fine seculi metenda est. De ipsa messe dicitur, Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent. Ad istam ergo messem non Apostoli, sed angeli mittuntur. Messores, inquit, angeli sunt. Ista ergo messis crescit inter zizania, & expectat purgari in fine. Illa uero messis iam matura erat, quod prius missi sunt discipuli, ubi & prophetae laborauerunt. Sed tamen fratres uidete quid dictum sit, Simul gaudeat & qui seminatur, & qui metit. Dispariter temporales labores habuerunt, sed gaudio pariter perfrentur, mercedem simul accepturi suam uitam æternam. Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum propter sermonem eius, propter uerbum mulieris testimonium perhibentis, quia dixit mihi omnia quæ cunq; feci. Cum uenissent autem ad illum Samaritani, rogauerunt ut apud eos maneret: & mansit ibi duos dies: & multo plures crediderunt propter sermonem eius: & mulieri dicebant, quia iam non propter tuam loquelam credimus. Ipse enim audiuimus, & scimus quia hic est uere saluator mundi. Et hoc paululum animaduertendum est, quia lectio terminata est, mulier prima nunciavit, & ad mulieris testimonium crediderunt Samaritani, & rogauerunt eum, ut apud eos maneret: & mansit ibi duos dies: & plures crediderunt: & cum credidissent, dicebant mulieri, Non iam propter uerbum tuum credimus, sed ipsi cognouimus, & scimus quia hic est uere saluator mundi. Primo per famam, postea per presentiam. Sic agitur hodie cum ihs qui foris sumus, & nondum Christiani sunt, Christus nunciatur per Christianos amicos, tanquam in illa muliere, hoc est ecclesia, annunciante ut ad Christum ueniant. Credunt per istam famam: manet apud eos biduo: hoc est, dat illis duo præcepta charitatis: & multo plures in eum credunt firmiter, quoniam uere ipse est saluator mundi. Post duos autem dies exiit inde. Ipse enim Iesus testimonium perhibuit quia propheta in sua patria honorem non habet. Confirma- tione uero Samaritanis in fide & charitate, id est gentibus, reuertitur nouissimis diebus huius seculi in patriam, in qua necdum honorem habuit: de qua ipse in hoc loco testatur, quia propheta in sua patria honorem non habet. In patria uero miracula fecit, & non crediderunt in eum. In Samaria non fecit: tamen crediderunt unius femine testimonio. In filium enim Dei credidit ecclesia apostolica prædicatione, quæ

Patriar- chæ et pro- phetae semi- natores uerbi dei,

Act. 4.

Psal. 12

Angeli messores sunt.

Iudæa messis.

Patria Christi eum non hono- rauit.

Iudæi præ- gentibus, pauci crea- diderunt.

10

20

30

40

50

60

Ioan. 4. Maiora horum faciet &c. exponitur. Ioan. 6.

Galilæi ci- ues.

Regulus

Fides dubia.

Mat. 8.

à synagoga reiecta est: unde in patria sua terra ipso Christo prædicante non nisi pauci crediderunt. & hoc est quod in alio loco unus Euangelista ait, Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet. Maiora opera fuerunt, totius mundi fides per Apostolicam prædicationem, quam Christi, qui in Iudæa paucos admodum saluauit, in tantum paucos, ut discipuli sui, præter duodecim, dimiserint eum, sicut dictum est, Multi discipulorum eius abierunt retro, & iam non cum illo ambulabant. Exceperunt eum Galilæi, cum omnia uiderent quæ fecerat Hierosolymis in die festo: & ipsi ascenderunt ad diem festum. Forte miraculorum curiositate incitati, non uoluntate prædicationis eius audiendæ. Venit ergo Iesus iterum in Cana Galilææ, ubi aquam uinum fecit. Quali diceret, quamuis plena domus esset discumbentium, ubi miraculum in conspectu illorum fecit Christus, tamen pauci crediderunt in eum, dicente Euangelista, Et crediderunt in eum discipuli eius. Et forsitan ad uerecundiam dictum est ciuium suorum, & ad laudem alieni genarum. Nam Galilæi ciues fuerunt Christi, & Samaritani alienigenæ fuerunt. In sacra legitur historia. Erat autem quidam regulus, cuius filius infirmatur Capharnaum. Regulus diminutiuum nomen est à rege: & ideo forsitan regulus dicitur iste, quia salutem poposcit filio suo, qui plenam non habuit fidem, habuit & non habuit, ideo audituit. Nisi signa & prodigia uideritis, non creditis. Qui enim salutem quarebat pro filio, proculdubio credebat, neque enim ab eo quæreret salutem, quem non crederet saluatorem. Quare ergo dicitur, nisi signa & prodigia uideritis, non creditis, qui ante crederet, quam signum uideret? Sed memento te qui petit, aperte cognoscetis quia in fide dubitauit, poposcit nanque ut descenderet, & sanaret filium eius. Corporalem ergo presentiam Domini quarebat, qui per spiritum nusquam deerat. Minus itaque in illum credidit, quem non putabat posse salutem dare, nisi presens esset & corpore. Si enim perfecte credidisset, proculdubio sciret quia non est locus ubi non est Deus. Ex magna ergo parte diuisus est, quia honorem non dedit maiestati, sed presentiam carnali. Et salutem itaque filio petijt, & tam in fide dubitauit: quia eum ad quem uenerat, & potentem ad curandum credidit, & tamen morienti filio esse absentem putauit deum. Sed Dominus qui rogatur ut uadat, quia non desit ubi inuitatur, indicat, solo iussu salutem reddidit, qui uoluntate omnia creauit. Quia in re hoc nobis testante didicimus, Centurio ad Dominum dixit: Domine, puer meus iacet paralyticus in domo, & male torquetur. Cui Iesus protinus respondit, Ego ueniam, & curabo eum. Quid est quod Regulus rogat ut ad eius filium ueniat, & tamen corporaliter ire recusat: ad seruum uero Centurionis non inuitatur, &

tamen se corporaliter ire pollicetur? Reguli filio per corporalem presentiam non dignatur adesse: Centurionis seruo non dedignatur occurrere. Quid est hoc nisi quod superbia nostra retunditur, qui in hominibus non naturam, quia ad imaginem dei facti sunt, sed honores & diuitias ueneramur: cumque pensamus quæ circa eos sunt, profecto interiora minime peruidemus. Dum ea consideramus quæ in corporibus despecta sunt, negligimus perscrutare quid sint. Redemptor uero noster ut ostenderet quia quæ alia sunt hominum, sanctis despicienda sunt: & quæ despecta sunt hominum, despicienda non sunt: ad filium reguli ire noluit, ad seruum Centurionis ire paratus fuit. Increpata est ergo superbia nostra, quæ nescit pensare homines propter homines: sola, ut diximus, quæ circumstant hominibus, pensat, naturam non aspicit, honorem Dei in hominibus non agnoscit. Ecce ire non uult filius Dei ad filium Regulis, & tamen uenire paratus est ad salutem serui. Hoc est quod Apostolus ait, Infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia. Credit homo sermoni quem dixit ei Iesus, & ibat. Incipiebat enim fidem habere in sermone Iesu, & ideo sanitatem meruit filij: & qui ex parte dubius uenit, fidelis recessit: & ideo sanitatem meruit filij. Iam serui occurrerunt ei nunciantes quod filius eius uiueret. Interrogauit ergo horam in qua melius habuerat: & dixerunt ei, heri hora septima reliquit eum febris. Septenarius numerus sanctificationis est in donis sancti spiritus, in quo sanitas hominibus credentibus constat: quia in sancto spiritu, qui est donum dei, remissio est omnium peccatorum credentibus. Septenarius quoque numerus si diuiditur in tria & quatuor, sancta Trinitatem significat in ternario numero: & omnium creaturarum unitatem in quaternario, propter quatuor elementa, quatuor animalia, & quatuor plagas mundi, & quatuor anni tempora, quæ omnia ex ipso, & per ipsum, & in ipso creata sunt, constant, & gubernantur: quoniam in ipso uiuimus, motemur, & sumus. Credit ipse, & domus eius tota. Quia nunciatus est ei filius sanus. Ad solum ergo sermonem crediderunt plures Samaritani: ad illud autem miraculum sola domus illa credidit. Quæ res portendit in multitudine fidem gentium, & in paucitate fidem Iudeorum, Gentes uero solo sermone, id est prædicatione apostolica crediderunt: Iudæi uero signa uiderunt, & ipsum dei filium facientem, & tamen pauci crediderunt ex eis.

Homines unde magis pensari debeant. 1. Cor. 1.

Septenarius numerus. Spiritus sancti dona.

Quaternarius numerus. Act. 7.

Gentium etiam rex Christus, non solum Iudeorum

CAPUT V.



Est hæc erat dies festus Iudeorum, & ascendit Iesus Hierosolymam, Est autem Hierosolymis in Probatica, piscina quæ cognominatur hebraice Bethesda, quinquaginta porticus habet. In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, expectantium aquæ motum, Angelus autem Do

B

mini descēdebat secundū tempus in piscinā, & mouebatur aqua: & qui primus descendisset in piscinā post motionē aquæ, sanus fiebat à quacunque detinebatur infirmitate. Erat autē qui dem homo ibi triginta & octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cum uidisset Iesus iacentem, & cognouisset quia iam multum tempus haberet, dicit ei: Vis sanus fieri? Respondit ei languidus, Domine, hominem nō habeo ut cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinā. Dum uenio enim ego, alius ante me descendit. Dicit ei Iesus: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. Et statim sanus factus est homo ille: & sustulit grabatum suum, & ambulabat. Erat autem sabbatum in die illo. Dicebant ergo Iudei, illi qui sanatus fuerat: Sabbatum est, nō licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis, Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum, & ambula. Interrogauerunt ergo eum: Quis est ille homo, qui dixit tibi, Tolle grabatum, & ambula? Is autem qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Iesus enim declinauit à turba constituta in loco. Postea inuenit eum Iesus in templo, & dixit illi: Ecce sanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid cōringat. Abiit ille homo, & nūciatit Iudæis quia Iesus esset qui fecit eum sanum. Propterea persequebantur Iudæi Iesum, quia hæc faciebat in sabbato. Iesus autem respondit eis: Pater meus usque modo operatur, & ego operor. Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere, quia nō solum soluebat Sabbatum, sed & patrem suū dicebat deum, æqualem se faciens deo. Respondit itaq; Iesus, & dixit eis: Amen dico uobis, non potest filius à se facere quicquam, nisi quod uiderit patrē facientem, quæcunque enim ille facit, hæc & filius similiter facit. Pater enim diligit filium, & omnia de monstrat ei quæ ipse facit: & maiora his demōstrabit ei opera, ut uos miremini, sicut enim pater suscitauit mortuos, & uiuificauit, sic & filius quos uult uiuificat. Neque enim pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio, ut omnes honorificent filium, sicut honorificat patrem, qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum. Amen dico uobis, quia qui uerbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet uitam æternam, & in iudicium non uenit, sed transit à morte in uitam. Amen dico uobis, quia uenit hora, & nunc est, quando mortui audient uocem dei, & qui audierint, uiuent. Sicut enim pater habet uitam in semetipso, sic dedit & filio habere uitam in semetipso: & potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est, Nolite mirari hoc, quia uenit hora in qua uenit in monumentis sunt, audient uocem filij Dei, & procedent qui bona fecerunt, in resurrectionē uitæ: qui uero mala egerunt, in resurrectionē iudicij. Non possum ego à meipso facere quicquā. Sicut au-

dio, iudico: & iudicium meum iustum est, quia non quæro uoluntatem meā, sed uoluntatem eius qui misit me. Si ego testimoniū perhibeo de me, testimonium meum nō est uerū. Alius est qui testimoniū perhibet de me, & scio quia uerum est testimonium eius quod perhibet de me. Vos misistis ad Ioannem, & testimonium perhibuit ueritati. Ego autem non ab homine testimonium accipio, sed hæc dico, ut uos saluis sitis. Ille erat lucerna ardens & lucens. Vos autem uoluistis ad horā exultare in luce eius. Ego autem habeo testimonium maius Ioannis. Opera enim quæ dedit mihi pater ut perficiā ea: ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me quia pater misit me: & qui misit me pater, ipse testimonium perhibuit de me: neque uocem eius unquam audistis, neque speciem eius uidistis: & uerbum eius non habetis in uobis manens, quia quem misit ille, huic uos non creditis. Scrutamini scripturas, quia uos putatis in ipsis uitam æternam habere. Et illæ sunt quæ testimoniū perhibent de me, & non uultis uenire ad me ut uitam habeatis. Claritatem ab hominibus non accipio. Sed cognoui uos, quia dilectionem dei non habetis in uobis. Ego ueni in nomine patris mei, & non accepistis me: si alius uenerit in nomine suo, illū accipietis. Quomodo uos potestis credere, qui gloriā ab inuicem accipitis, & gloriā quæ à solo deo est, non quæritis? Nolite putare quia ego accusaturus sum uos apud patrem: est qui accusat uos, Moses in quo uos speratis. Si enim credere tis Moysi, crederetis forsitan & mihi, de me enim ille scripsit. Si autem illius literis non creditis, quomodo uerbis meis credetis?

Dilectio diuinorum eloquiorum, & dulcedo intelligentiæ sanctæ scripturæ, & maxime humilis euangelicæ ueritatis, in qua uerborum honesta simplicitas patet, & sensu altitudinis latet, adiuuante ipso domino qui dat suauitatem, ut terra nostra det fructum suum, & nos ad loquendum, & uos ad audiendum exhortatur. Atq; utinam tam efficax nobis esset loquendi sensus, quam uobis studiose audiendi data est intelligentia, dum uideo sine fastidio uos audire, & gaudio placato cordis uestri, à quo id quod salubre est, non respuitur, sed cum auditate percipitur, & utiliter continetur. Loquamur ergo uobis & nunc de euangelica lectione. Duo pariter miracula humanæ sanitatis leguntur, unum inuisibiliter per angelicam administrationem, alterum per dominicā presentiam uisibiliter exhibitum. Sed utriusque nobis sunt breuiter exponenda mysteria, ne prolixæ lectionis, prolixa quoque explanatio cuiquam forte grauis existat. Probatia piscina, quæ quinq; porticibus cingebatur, populus est Iudæorū, undiq; legis custodia, ne peccare debeat, munitus. Recte etenim lex, quæ quinq; libris Moysi descripta est, quinario numero figuratur.

Mat. 3.

Mat. 3.

Probatia piscina.

Mat. 25.

ratur. Recte populus qui in quibusdam munditiam uitæ seruare, in quibusdam uero solebat immundorum spirituum tentamentis agitari: per aquam signatur piscinæ, quæ nunc placida uentis stare, nunc eis irruentibus turbati confluuerat. Et bene piscina eadem probatica uocatur, quippe Græce oues dicitur, quia erant nimirum in illo populo qui dicere domino possent, Nos autem populus tuus, & oues gregis tui, confitebimur tibi in secula. Vulgo autem probatica, id est pecuaria piscina fertur appellata, quod in ea facerent hostias lauari consueuerant. Multitudo longuentium quæ in commemoratis porticibus iacebat, aquæ motu expectans, significat eorum cateruas, qui legis uerba audientes, suis se hanc uiribus implere non posse dolebant: atq; ideo dominicæ auxiliū gratiæ totis animi affectibus implorabant. Cæci erant, qui necdum perfectam fidem habebant. Claudii, qui bona quæ nouerant, operā gressibus implere nequibant. Aridi, qui quamlibet oculū scientiæ habentes, pinguedine tamē spei & dilectionis egebant. Tales in quinq; porticibus iacebant: sed non nisi in piscinam angelio ueniente sanabantur: quia per legem cognitio peccati: gratia autem remissionis, non nisi per Iesum Christum facta est. nūc designat Angelus qui inuisibiliter descendens in piscinam, & suggerens uim sanandi, mouebat aquā. Descendit enim carne indutus magni consilij angelus, id est paternæ uoluntatis nuncius in populo Iudæorū, & mouebat peccatoris doctrinā sua, factus ut occideretur ipse, qui sua morte corporali non solum spiritualiter languentem sanare, sed & mortuos uiuificare sufficeret. Motus ergo aquæ, passionem domini, quæ mota turbataq; Iudæorum gente facta est, insinuat: quia per eandem passionem redempti sunt credentes à maledictō legis, quasi descendentes in aquam piscinæ turbata sanantur, qui eandem iacuerunt in porticibus ægroti. Legis si quidem litera, quæ nescientes quid agendū quid uitandum esset, edocuit, nec tamen edoctos ut sua decreta cōplerentur adiuuauit: quasi eductos de sedib; ignorantia prioris, in porticibus suis continebat, nec sanabat languidos. Gratia autem euangelica per fidē ac mysteriū dominicæ passionis sanat omnes languentes iniquitatum nostrarū, à quibus in lege Moysi non potuimus iustificari. Quasi eiectos de porticibus legis ægrotos in aquam piscinæ turbidā ut sanari possint immittit, qui à peccatis quæ lex ostēderat, per aquam baptismatis abluit, testante Apostolo, quia quicūq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus, consepulti cum illo per baptismum in mortem: ut quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriā patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Bene autem dicitur, quia qui primus descendisset post motum aquæ, sanus fiebat à quocūq; lan-

Psal. 78.

Languentes.

Cæci.

Claudii. Aridi.

Rom. 3.

Angelus piscine aquam mouens.

Lex Moysi.

Gratia euangelica.

Rom. 6. Baptismi efficacia.

guore tenebatur, quia unus dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus, & qui in unitate catholica Christi mysterijs imbuatur, sanus fit à quocūq; peccatorum languore detineatur. Quisquis autem ab unitate discrepat, salutem, quæ ab uno est, consequi non ualet. Hæc de primō euangelicæ lectionis miraculo, quæ spiritus dedit, locuti sumus. Nunc de secundo quod ipse dederit, fraternitati uestre loquamur. In quo etiam ipso, unus commendatur sanator, non quia omnipotentis pietas saluatoris, omnes quos ibi languentes inuenit, sanare nequeat, sed ut doceret præter unitatem catholicæ fidei nullum cuiuslibet locum patere salutis. Erat autem quidam homo, inquit, ibi, triginta & octo annos habens in infirmitate sua. Homo iste multorum infirmitate detentus annorum, significat peccatorum uel numerositatē depressum: cuius significando reatu, etiam ortus temporis quo isse languebat, congruit, nam duodequadraginta annos habebat in infirmitate. Quadragenarius autem numerus, qui denario quater ducto conficitur, pro perfectione rectæ conuersationis solet in scripturis accipi: quia quisquis perfectæ conuersationis se gerit, legis profectio dialogū per quatuor sancti euangelij libros implet. A qua nimirum perfectiōe duo minus habet, qui Dei & proximi dilectione, quam legis pariter & euangelij scriptura commendat, uacuus incedit. quod etiam mystice dominus sanans infirmum docuit, cum ait, Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. Surge enim dicitur, id est, uirtutum torporem, in quibus diu languebas, exacute, & ad exercitium uirtutum, quibus perpetuo salueris, erigere. Tolle grabatum tuum, id est, dilige proximum tuum, patienter eius infirma tolerando, qui te adhuc tentationum fasce depressum diu patienterq; sustinuit. Aliter enim alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi, & sicut alibi dicit, Supportantes inuicem in charitate, solliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Ambula autem, toto corde, tota anima, tota uirtute deum dilige: & ut ad eius uisionem pertingere merearis, cotidianis bonorum operum passibus de uirtute in uirtutem progredere: nec fratrem quem sufferendo ducas, ob amorem eius ad quem pergis, deserens: nec fratris amorem, ab illo quærendo, cum quo manere desideras, intentionem recti incessus auertens. Sed ut perfecte possis saluari, surge, tolle grabatum tuum, & ambula. id est, relinque peccata pristina, necessitatibus fratrum succurre, & in uniuersis quæ agis, uide ne in hoc seculo mentem figas, sed ad uidendam faciem tui festines Redemptoris. Surge, bona operando: porta grabatum, diligendo proximum: & ambula, expectando beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei. Sed mira perfidorum dementia, qui ad tam

Eph. 4.

Fides una est.

Quadragenarius numerus.

Proximus tolerandus, ac portandus.

Rom. 12. Eph. 4.

Ad Tit. 2.

inopinata diu languentis sanationem, credere, ac spiritualiter sanari debuerant, e contra scandalizantur, & saluato pariter ac saluatori calumnias struunt. Saluato quidem, quia sabbato grabatum tulserit. Saluatori autem, quia sabbato & illum saluari, & grabatum tolli precepit. Quis melius de sabbato, quam tanta diuinitatis potentia nosset? Dicebant, inquit, Iudaei, illi qui sanatus fuerat, sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum. Literam legis stulte defendebant, ignorando dispensationem eius quae legis quondam edicta per seruum decernens, nunc ipse adueniens, eandem legem gratia mutaret, ut quod iuxta literam diu carnaliter obseruauerant, deinceps spirituales spiritualiter obseruandum cognoscerent. Sabbato quippe carnali, quod iuxta Decalogum custodiebant, populus ab omni opere serui die septima uacare preceptus est. Spirituale autem sabbatum est in luce gratiae spiritualis, quae septiformis accipitur, non una, sed omni die nos ab inquietudine uitiorum manere feriatos. Si enim iuxta uocem dominicam, omnis qui facit peccatum, seruus est peccati, patet liquidum quia peccata recte opera serui illa intelliguntur: a quibus quasi in die septimo in perceptione gratiae spiritualis immunes incedere iubemur, nec solum a prauis continere, sed & bonis insistere factis. quod in hac quoque lectione Dominus typice ostendit, cum eum qui duodequadraginta annos languerat, an die sabbati non solum surgere, uerum etiam grabatum tollere, & ambulare precepit: uidelicet insinuans, eos, qui longo uitiorum languore tabescunt, & Dei ac proximi dilectionis inanes, quasi a perfecta uirtutum summa duo minus habent, iam per donum sancti spiritus a uitij posse resurgere, eorumque discusso torpore, cum fraternae dilectionis honore ad uisionem debere sui prosperare conditoris. Quod autem is qui sanatus est, Iesum non in turba adhuc, sed post in templo cognoscit, mystice nos instituit, ut si uere conditoris nostri gratiam cognoscere, si eius amore confirmari, si ad eius uisionem peruenire desideramus, fugiamus solcite turbam, non solum turbatum nos cogitationum, affectuumque prauorum, uerum etiam hominum nequam, qui nostrae sinceritatis possint impedire propositum, uel bona nostra opera deridendo aut etiam prohibendo. Confugiamus seduli ad domum orationis, ubi secreta libertate Dominum inuocantes, & de perceptis ab eo beneficijs gratias agamus, & de percipiendis humiliter deuotione precemur. Imo etiam ipsi templum Dei sanctum, in quod uenire, & mansionem facere dignetur, existere curemus, audientes ab Apostolo, Quia corpora uestra templum est spiritus sancti, qui in uobis est. Inter quae diligentius inuendū fratres mei, quod inueniens in templo quem sanauerat Dominus, ait illi, Ecce sanus

factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Quibus uerbis aperte monstratur, quia propter peccata languerat, nec nisi dimissis eisdem poterat sanari. Sed qui foris ab infirmitate, ipse etiam intus saluauit a scelere, unde & caute praemonuit, ne amplius peccando, grauioris sibi sententiam damnationis contraheret. Quod non ita sentiendum est, quasi omnis qui infirmatur, ob peccata infirmetur. Saepem firmatur homo, ne extollatur in donis Dei, sicut de Paulo Apostolo legitur. Saepem etiam ut probetur, tribulatur, sicut beati Iob patientia tribulatur: & probata est saepe infirmitas pro castigatione dari. Flagellat Deus omnem filium quem recipit. Quibusdam uero infirmitas pro gloria dei datur, ut de caeco nato & de Lazaro legitur. Nouit Dominus pro quo quilibet beatum infirmari, saepe occulto hominibus iudicio, sed nunquam iniusto. Sed discamus flagellis pijsissimis Redemptoris nostri humiliter substemi, arbitrandos nos minus pati quam mereamus, semper illius sententiae memores, quia beatus homo qui corripitur a Domino, & ipse in Apocalypsi, Ego, inquit, quos amo, arguo & castigo. Longe quoque autem languente interius exteriusque sanato, id est & a flagellis aperte castigationis, & a peccatis quibus haec merebatur, erepto, Iudaei, e contra male intus languentes, iam deterius agrotare incipiunt, persequendo uidelicet Iesum, qui haec faceret in sabbato. Persequerentur autem eum quasi legis auctoritatem, simul & diuinae operationis exempla secuti: quia & Dominus sex diebus mundi perfecta creatione, septimo requieuit ab omnibus operibus suis: & populum sex diebus operari, septimo uacare precepit, non intelligentes quia, carnalia legis decreta paulatim erant spiritualia interpretatione mutanda, apparente illo qui non tantum legislator, sed & finis legis est Christus, ad iustitiam omni credenti, neque animaduertens, quia conditor in die septima non ab opere mundanae gubernationis, & annue, imo cotidianae rerum creaturarum substitutionis, sed a noua creaturarum institutione cessauit. Quod enim dicitur, Requieuit Deus die septimo ab omnibus operibus suis, intelligendum est cessasse Deum a nouarum conditione creaturarum. Quod uero hic ipsa ueritas ait, Pater meus usque modo operatur, & ego operor. Operatur pater & filius, ut naturarum diuersitas permaneat, quae in prima conditione mundi condita sunt. Ideo dictum est in Psalmis, Qui finxit singillatim corda eorum, non incognita animarum genera, sed eiusdem substantiae animas quae in primo homine condita est, reformat, quae propter Psalmista cum non solum primordiale mundi creationem, sed & cotidianam creaturae gubernationem ad laudem Creatoris referret, ait inter caetera: Omnia in sapientia fecisti. Si autem Christum Dei uirum, &

Sabbatum carnale & spirituale. Ioan. 8.

Peccata, opera serui- lia.

Languor saepe ex peccatis nascitur.

Orationis secretum templi dei nos sanus. 1. Cor. 6.

Infirmis causae. 2. Cor. 12.

Hebr. 12.

Ioan. 9. & 11.

Iob. 5.

Gen. 2. Operatio dei cotidiana.

Exod. 35.

Legis carnalitas.

Roma. 10.

Gen. 2. Dei ab opere cessatio.

Psal. 32.

Psal. 103.

Dei sapientiam recte confitemur, & omnia in sapientia fecit ac regit Deus, constat nimirum quia pater usque modo operatur, & filius. Ergo pater meus, inquit, non sex solum, ut putatis, diebus primis operatus est, uerum usque modo operatur, non nouum creaturae genus instituyendo, sed quae in principio creauerat, ne desiciant propagando. & ego operor, subauditur, usque modo, cum eo cuncta dispones, regens, accumulans, ac si aperte dicat, Quid mihi inuidetis? cur me uituperatis caeci legis doctores, quod in forma hominis sabbato salutem unius hominis operatus sum, qui in natura diuinitatis una cum Deo patre totum genus humanum, imo totam mundi machinam, & cuncta uisibilia & inuisibilia quietus semper operor? Sed ipsi talis ac tanti mysterij minus capaces, propterea magis querebant eum interficere, quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum, equalem se faciens Deo. In eo maxime dolebat, quia is quem uerum per infirmitatem carnis hominem cognouerant, uerum se Dei filium credi uoluisset, id est non gratia adoptatum, ut caeteros sanctos quibus loquitur, propheta, Ego dixi, dii estis, & filij excelsi omnes: sed natura patri per omnia aequalis: non substantia, sed persona distantem: qui putabant Iesum Christum praedicando se facere quod non esset, non ueraciter intimare quod esset. Commoti sunt ergo Iudaei, & indignati sunt: merito quidem, quod audebat homo aequalē se facere Deo, sed ideo im merito, quia in homine non intelligebant Deum. Carnem uidebant, Deum nesciebant. Habitaculum cernebant, habitatorem ignorabant. Caro enim illa templum erat, Deus inhabitat intus. Non ergo Iesus carnem aequabat patri, non formam serui domino comparabat: non quod factus est propter nos, sed quod erat quod fecit nos. Quis nanque sit Christus, Catholicis loquor. Nostis quae bene credidistis, quia non uerbum tantum, sed uerbum caro factum est, & habitauit in nobis, hac carne maior est pater. Ita pater aequalis, & maior. Aequalis uerbo, maior carne, aequalis ei per quem fecit nos, maior eo, qui factus est propter nos. Commotis uero & turbatis Iudaeis: quia se aequalem Christus patri fecit, qui hominem tantum intellexerunt, non deum: carnem uiderunt, diuinitatem non crediderunt: dixit eis, Non potest a se filius facere quicquam, nisi quod uiderit patrem facientem. Non alia opera facit pater quae uideat filius, & alia filius cum uiderit patrem facientem, sed eadem opera ipse pater & filius. Sequitur enim, Quae cumque enim ille fecerit, haec & filius similiter facit, non cum ille fecerit alia, filius similiter facit. Si haec facit filius quae facit pater, non a tris & filij: quomodo ea facit & filius? Et eadem, & similiter, ne forte eadem, sed dissimili-

Psal. 81. Dij quomodo dicatur homines a Psalmista.

Ioan. 1.

Christus ut patri suae aequalis. Opera patris & filij eadem sunt. Ioan. 1.

ter. Eadem, inquit, & similiter, nam omnia quae pater facit, per filium facit, sicut dictum est, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Ideo similiter dixit, quia eadem facit filius quae facit & pater: quia una patris & filij in diuinitate substantia & operatio, una uoluntas & potestas, una uita & essentia: & aequalia omnia sunt in patre & filio, nisi quod pater pater est, & filius, filius est: separatio est in personis, sed unitas in natura. Non enim potest filius a se facere quicquam, nisi quod uiderit patrem facientem. Non debemus carnaliter intelligere hanc sententiam, quasi duorum hominum patris & filij, unius ostendentis, alterius uidentis: unius loquentis, alterius audientis: quae omnia phantasmata cordis sunt, talis cogitatio, peccati operibus christianis expellenda est. Ergo de hio & patre praesentis docet lectionis exemplum, quia nec patri nec filio ulla distantia diuinitatis sit, sed una maiestas. Quod enim ait filius nihil facere, nisi quod uiderit patrem facientem, non id corporaliter intelligendum est, quia non corporaliter modis deus uidet, sed uisus est omnis in uirtute naturae est. Neque enim partitio esse potest in simplici natura diuinitatis, sed id est filio uidere, & esse. Ideo subiecit, Omnia enim quaecumque facit pater, eadem & filius facit similiter. Significationem unius naturae ostendens, & unius operationis, quia communis est operatio patris & filij, quorum est una natura: una etiam operatio, ideo consequenter subiunxit, Pater diligit filium, & omnia demonstrat ei quae ipse facit. Ut ostenderet omnem hanc patris demonstrationem, filius in confessione esset, & filius: & nequa hic ignoratio in filio possit intelligi aut patre (opera enim omnia, quae ipse faceret, monstraret) continuo ait, Et maior horum opera demonstrabit ei, ut uos admiremini. Sicut enim pater suscitauit mortuos, & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat. Ea enim patrem demonstraturum filio dicit, quae mirrentur. & quae eadem essent illa, mox docuit, Sicut enim pater suscitauit mortuos, sic & filius, quos uult uiuificat. Exaequata uirtus est per naturae indissimilis unitatem: demonstratio operum, non ignorantia habet instructionem, sed nostrae fidei, quae non filio scientiam ignorantium, sed nobis confessionem unitatis inuexit. Demonstrare enim patrem est per filium facere quae facturus est. Nam maiora opera sunt resurrectio mortuorum, quae erit in nouissimo die, quam istius languentis sanitas, qui Christi uerbo sanatus est, ex quo nata est huius occasio tota sermone, dicit enim, ut uos miremini. & hoc difficile est uidere, quomodo tanquam temporaliter filio coaeterno aliqua demonstraret aeternus pater omnia scienti quae sunt apud patrem. Quae sunt tamen uis maioris, hoc enim facile est intelligere, sicut enim pater, inquit, suscitauit mortuos, & uiuificat

Demonstrare patris.

Mortuorum suscitatio, maior est quam istius languentis sanitas. q. d. an. lang. g. id est. uis.

cat, sic & filius quos uult uiuificat. Maiores ergo sunt opera mortuos suscitare, quam languidos sanare. Sed sicut suscitatur pater mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat. Alios ergo pater, alios filius: Non, sed omnia per ipsum. Ipsos itaque filius, quos & pater: quia non alia, nec aliter, sed hec & filius similiter facit. Ita plane intelligendum est, & ita tenendum. Sed memente quia filius quos uult uiuificat. Tenete ergo hic non solum potestatem filij, uerum & uoluntatem. Filius quos uult uiuificat, & pater quos uult uiuificat, & ipsos filius, quos & pater: ac per hoc eadem patris & filij & potestas est, & uoluntas. Eadem quoque uita & uiuificatio mortuorum, & ideo dicit, Sicut pater suscitatur mortuos, & uiuificat quos uult, sic & filius quos uult uiuificat. Non enim alios filius uiuificat, alios pater, sed una potestas unam uiuificationem facit: quæ etiã potestas uno ore honoranda est. & ideo consequenter subiunxit, Pater enim non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio, ut omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Pater non iudicat quenquam, quia patris persona hominem non suscepit, nec in iudicio uidebitur, sed sola filij persona in ea forma qua iudicata est iniuste, iuste iudicabit uiuos ac mortuos. Nec enim filius uidebitur in iudicio in ea natura qua consubstantialis est Deo patri, sed in ea qua substantialis est matri, & homo factus est. Ita intelligendum est, Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio: ac si diceretur, Patrem nemo uidebit in iudicio uiuorum & mortuorum, sed omnes filium, quia filius hominis est, ut possit & ab impijs uideri, cum & illi uidebunt in quem pupugerunt. Quod ne conijcere potius quam aperte demonstrare uideamur, proferamus eiusdem Domini certam manifestamque sententiam, qua ostendamus ipsam fuisse causam, ut diceret, Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio, quia iudex in forma filij hominis apparebit: quæ forma non est patris, sed filij: nec ea filij in qua æqualis est patri, sed in qua minor est patre: ut sit in iudicio conspicuus bonis & malis: ut omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem: quia nemo honorificat patrem, nisi quod habeat filium. Quid est enim honorificare patrem, nisi quod habeat filium? Aliud est enim cum tibi commendatur deus, quia deus est, & aliud cum tibi commendatur deus quia pater est. Cum tibi quia deus est commendatur, creator tibi commendatur, omnipotens tibi commendatur, spiritus quidam summus, æternus, inuisibilis, incommutabilis tibi commendatur. Cum uero tibi quia pater est commendatur, nihil tibi aliud quam & filius commendatur, quia pater dici non potest si filium non habet: sicut nec filius si patrem non habet. Sed ne forte patrem quidem honorifices tanquam maiorem, filium uero tanquam minorem, ut dicas mihi, Honorifico patrem,

Patris & filij eadem uoluntas.

Iudicium hominum filio in diuinitate committitur.

Patrem nemo uidebit in iudicio. Ioan. 19.

Filius in diuinitate patri per omnia æqualis.

scio enim quod habeat filium & non erro in patris nomine: non enim patrem intelligo sine filio. honorifico tamē & filium tanquam minorem: Corripit re ipse filius, & reuocat te, dicens. Ut omnes honorificent filium, non inferius, sed sicut honorificant patrem. Qui ergo non honorificat filium, nec patrem honorificat qui misit illum. Ego, inquis, maiorem honorem uolo dare patri, minorem filio. Ibi tollis honorem patri, ubi minorē das filio. Quid enim sibi aliud uult ista sententia, nisi quia pater æqualē sibi filium generare aut noluit, aut non potuit? Si noluit, inuidit: si non potuit, defecit. Non ergo uides quia ita sentiendū: Vbi maiorem honorē dare uis patri, ibi es contumeliosus in patre. Proinde sic honorifica filium, quomodo honorificas patrem, si uis, honorifica & filium & patrem. Amen amen dico uobis, quia qui uerbum meum audit, & credit ei: qui misit me, habet uitam æternam: & in iudicium non uenit, sed transit. Non nunc transit, sed iam transiit a morte in uitam. Et hoc attendite, Qui uerbum meum audit, & (non dixit, Credit mihi, sed) credit ei qui misit me. Verbum ergo filij audiatur, ut patri credatur. Quare uerbum audit tuum, & credit alteri? Nonne cum uerbum alicuius audimus, eidem uerbum proferenti credimus? loquenti nobis fidem accommodamus? Quid ergo uoluit dicere, Qui uerbum meum audit, & credit ei qui misit me, nisi quia uerbum est in me? Et quis est qui audit uerbum meum, nisi qui audit me, qui credit me? Credit autē ei qui misit me, quia cū illi credit, uerbum eius credit. Cū ergo uerbo eius credit, mihi credit, quia uerbum patris ego sum. Non enim transiret de morte ad uitam, nisi primo esset in morte, & non esset in uita. Cū ergo transierit in uitam, non erit in morte. Mortuus ergo erat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Fit proinde iam quedam resurrectio, & transeunt homines a morte quadam ad quandam uitam, a morte infidelitatis ad uitam fidei: a morte falsitatis ad uitam ueritatis: a morte iniquitatis ad uitam iustitiæ. Est ergo & ista resurrectio mortuorum. Aperiat illa plenius, & luceat nobis, ut cœpit. Amen amen dico uobis, quia ueniet hora, & nunc est, quando mortui audient uocem filij dei: et qui audierint, uiuent. Hoc proprium est patris, qui sic audiuit de incarnatione eius, ut credat quia filius dei est, id est, sic eū propter se factum accipiunt, minorē patre in forma serui, ut credat quia æqualis est patri in forma dei. & ideo sequitur, & hoc ipsum commendans dicit, Sicut enim pater habet uitam in semetipso, ita dedit & filio uitam habere in semetipso. Quod ergo ait, dedit filio uitam habere in semetipso, breuiter dicit, genuit filium uitam in se habentem. Neque enim erat sine uita, & accepit uitam, sed nascendo uita est. Pater uita est & non nascendo, filius uita nascendo. Pater de nullo patre, filius de Deo patre. Pater propter filium est, filius uero & quod filius est, propter patrem est, & quod est, a patre est.

Honorificatio patris in quo sit.

Infidelitas, peccatum maximum.

est, Hoc ergo dixit, uitam dedit filio, ut habeat eam in semetipso, tanquam diceret, Pater, qui est uita in semetipso, genuit filium, qui est & uita in semetipso. Pro eo enim quod genuit, uoluit intelligi dedit: tanquam si cuiquam diceremus, dedit tibi Deus esse. Sequitur enim, & dicit, Et dedit ei potestatem iudicium facere, quia filius hominis est. Puto nihil esse manifestius. Nam quia filius Dei est æqualis patri, non accipit hanc potestatem iudicium faciendi, sed habet illam cum patre in occulto. Accipit autem illam, ut boni & mali eum uideant iudicantem, quia filius hominis est. Visio quippe filij hominis exhibebitur & malis. Nam uisio formæ dei, non nisi mundis corde (quia ipsi Deum uidebunt) id est solis pijs exhibebitur: quorum dilectioni hoc ipsum promittit, quia ostendit se ipsum illis. & ideo uideat quid sequitur, Nolite mirari hoc, inquit. Quid nos prohibet mirari? nisi illud quod reuera miramur. Omnis qui intelligit, ut uideo, non diceret patrem dedisse ei potestatem iudicium facere, quoniam filius hominis est, cum magis hoc expectaretur ut diceretur, quoniam filius dei est: sed quia filium dei secundum id quod in forma dei æqualis est patri, uidere iniqui non possunt: oportet autē ut iudicē uiuorum & mortuorum, cum coram iudicabuntur, & iusti uideant, & iniqui. Nolite, inquit, hoc mirari, quoniam ueniet hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient uocem eius: & procedent qui bona egerunt, in resurrectionem uitæ: qui mala gesserunt, in resurrectionem iudicij. Ad hoc ergo oportebat ut ideo acciperet illam potestatem quia filius hominis est, ut resurgentes omnes uiderent eum in forma in qua uideri ab omnibus potest, sed alij ad damnationem, alij ad uitam æternam. Quæ est autem uita æterna, nisi illa uisio quæ non conceditur impijs: Ut cognoscant te, inquit, unum uerum deum, & quem misisti Iesum Christum, nisi quemadmodum unum uerum deum, qui ostendit se ipsum illis, non quomodo se ostendit etiam puniendis. In forma filij hominis, secundum illam uisionem bonus est, quam uisionem deus apparens exhibet mundis corde: quoniam quæ bonus deus uidebunt mali, non eis uidebitur bonus, quia non ad eum gaudebunt corde, sed tunc se plangent omnes tribus terræ, in numero utiq; malorum hominum & infidelium. Propter hoc etiam illi qui eum dixerat magistrum bonum, querēs ab eo consilium consequenda uitæ æternæ, respondit, Quid interrogas de bono? Nemo bonus nisi unus deus, cum & hominem alio loco dicat bonum ipse dominus. Bonus homo, inquit, de bono thesauro cordis sui profert bona, & malus homo de malo thesauro cordis sui profert mala. Sed quia ille uitam æternam quærebat, uita autem æterna est in illa contemplatione, qua non ad poenam uidetur Deus, sed ad gau-

Dei uisio malis non exhibebitur. Mat. 5.

Iniqui deum in forma dei non uidebunt, sed in forma hominis. Ioan. 17.

Mundi corde deum uidebunt. Psal. 72.

Mat. 24.

Mar. 10.

Bonitas uni deo conuenit. Luca. 6.

dium sempiternū: duas hic resurrectiones ipse Dominus Christus in his uerbis nobis demonstrat. Primam, quæ in fide est, resurgendo a peccatis, de qua ait, Amen amen dico uobis, quia ueniet hora, & nunc est, in qua mortui audient uocem filij Dei. Alteram, ubi ait, Amen amen dico uobis, quia ueniet hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient uocem filij Dei. Illa prior est resurrectio animarum, ista sequens resurrectio erit corporum. Qui uero in hac prima resurgit, in secunda resurget ad gloriam. Qui uero in hac prima non resurgit, in secunda tamen resurget, sed ad poenam. Vtrunque facit Deus per Christum. Qui hic resurgit per eum, ibi resurget ad eum: qui hic per eum non resurgit, nec ibi ad eum resurget. Hora autem nunc est, ut resurgant mortui. Hora erit in fine seculi, ut resurgant mortui: sed resurgant nunc in mente, tunc in carne. Resurgant nunc in mente per uerbum Dei filium, resurgant tunc in carne per uerbum Dei carne factum filium hominis. Neque enim ad iudicium uiuorum, & mortuorum, pater ipse uenturus est: nec tamen recedit a filio pater. Quomodo ergo non ipse uenturus est? quia non ipse uidebitur in iudicio. Videbunt in quem compunxerunt. Forma illa erit iudex, quæ stetit sub iudice. Illa iudicabit, quæ iudicata est. Iudicata est enim inique, iudicabit iuste. Talis apparebit iudex, qualis uideri possit & ab eis quos coronaturus est, & ab eis quos damnaturus est. Distinctio est inter illud uerbum, quod superius dixit, quod mortui audient uocem filij Dei: & inter illud quod hic ait, Venit hora quod omnes qui in monumentis sunt, audient uocem filij Dei. Ibi enim adijcit, & qui audierint, uiuent: hic uero simpliciter ait, audient uocem filij Dei. Ideo illa resurrectio est ad uitam: ista uero quæ futura est, de qua dicit, Audient uocem filij Dei, audient inquam ut resurgant ad iudicium, non addidit hic, ad uitam: quia non omnes ad gloriam resurgent, sed multi ad poenam ideo addidit de futura resurrectione, Proccedent qui bona fecerunt, in resurrectionem uitæ: qui mala egerunt, in resurrectionem iudicij: id est damnationis, quia hic iudicium pro poena posuit. Tunc erit, ultima palea, & separabit bonos a malis, triticum a paleis. Tunc ibi bunt impij in ignem æternum, iusti autem in uitam æternam. Sequitur autem: Non possum a me ipso facere quicquam: sed sicut audio, iudico. For tassis ideo dixit, Non possum a me ipso facere quicquam, quasi dixisset, A me ipso non sum: sed a patre. Pater enim a nullo alio est, filius a patre est. Ideo dixit: sicut audio iudico: quia, unum opus est patris & filij & spiritus sancti. Sicut audit, iudicat, audit uidelicet per unitatem substantiæ, & proprietatē scientiæ. Non iudicat a semetipso: quia non est a semetipso. Pater quippe solus de-

Animarum resurrectio.

Corporum resurrectio.

Pater iudicio uiuorum & mortuorum non aderit.

Humana forma Christus iudicabit.

Iudicium pro poena nonnunquam ponitur.

alio non est, filius à patre genitus est, ut diximus. Ab ipso enim audit filius à quo genitus est: quia non est à seipso, sed ab illo à quo genitus est. A quo illi est intelligentia, ab illo utique & scientia. Ab illo igitur audientia, nihil est aliud quam scientia. Potest quoque hoc ipsum quod dixit, sicut audio, iudico, de humanitatis natura intelligi, quam dei filius ex uirgine sumpsit. Cum ageretur de resurrectione animarum, non dicebat uideo, sed audio. Audio enim tanquam præcipientis patris imperium. Iam ergo sicut homo, sicut quo maior est pater, iam ex forma serui, non ex forma Dei, sicut audio iudico. Et iudicium meum iustum est. Vnde est iudicium iustum hominis: sequitur, Quia non quero uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me. Ista missio, incarnatio est Christi: quæ ad hoc facta est, ut paterna uoluntas in salutem humani generis per eum efficeretur. Videtur enim in hoc loco ex his uerbis saluatoris nostri, uelle eum inuenire nobis, duas naturas in se esse, & ueram habere animam, in qua solet uoluntas esse: quæ sanè tanta coniunctione commixta est diuinitati, ut tota uoluntas in ea spiritalis fiat, non animalis, id est carnalis. Nam consequitur, Si ergo testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est uerum (et paulopost) Qui me misit pater, ipse testimonium perhibet de me. Nunc in se naturam hominis demonstrans, nunc in Dei maiestate æqualem se significans patri. Nunc unitatem sibi diuinitatis cum Deo patre uendicans, nunc fragilitatem humanæ carnis ostendens. Nunc doctrinam suam se non docere, nunc uoluntatem suam se non querere. Nunc testimonium suum uerum non esse, nunc uerum esse significans. Nam hic ait, Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est uerum, & paulopost, Si ego testimonium perhibeo de me, uerum est testimonium meum. Quomodo ergo non est uerum testimonium tuum Domine, nisi secundum fragilitatem carnis? Nam & illud quod dixit, Non ueni facere uoluntatem meam, & Filius à se nihil potest facere, & alia multa huiusmodi, hæc omnia non infirmant filium neque depreciant, nec à patre distungunt. Si quidem & hæc ideo posita sunt, ut uera eius incarnatio noscatur. Nam quod dicit, Ego de patre exiui: ego in patre, & pater in me: ego & pater unum sumus: & qui me uidet, uidet & patrem: & sicut pater suscitatur mortuos & uiuificat, ita & filius quos uult uiuificat: uera eius diuinitas approbatur, quia uoluntas patris & filii, una operatio, una denique gratia, eademque gubernatio est, sicut magister gentium docet ita scribès, Gratia uobis & pax à Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo. Alius est qui testimonium perhibet de me. In sequentibus ostendit quis sit ille alius qui testimonium perhibet de se, ubi ait, Qui misit me pater, ipse te-

stimonium perhibet de me. Testimonium patris est de filio in baptismo, ubi uox facta est de caelo, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui. Simile quoque testimonium in monte sancto perhibuit pater audientibus tribus discipulis de filio suo. Et scio quia testimonium eius uerum est. Omne uerum à ueritate, uerum est. Deus enim ueritas est: & quicquid uerum est, à Deo uerum est. Atque id testimonium dixit quid sit. Opera, inquit, quæ ego facio, testimonium perhibent de me (deinde adiunxit) Et testimonium perhibet de me qui misit me pater. Ipsa quoque opera quæ fecit, à patre se accepisse dicit. Testimonium ergo perhibet opera: testimonium perhibet pater qui misit eum. Perhibuit Ioannes testimonium de Christo tanquam lucerna, non ad sanandos amicos, sed ad confundendos inimicos. Id enim antea prædictum erat à persona patris, Paraui lucernam Christo meo: inimicos eius indidit in confusionem: super ipsum autem effloret sanctificatio mea. Esto itaque in nocte positus attendisti in lucernam, & miratus es lucernam, & exultasti ad lumen lucernæ: sed illa lucerna dicit esse Solem in quo exultare debeat: & quamuis ardeat in nocte, diem te iubet expectare. Non ergo quia illius hominis testimonium non erat opus (nã ut quid mitteretur, si non erat) sed ne in lucerna remaneat homo, & lumen lucernæ sibi sufficere arbitretur, ideo nec Dominus lucernam illam superflua dicit fuisse, nec tamen edicit in lucerna manere debere. Dicit aliud testimonium scriptura Dei, ubi utique Deus perhibuit testimonium filio suo, & in illa scriptura Iudæi spem posuerant, in lege scilicet dei ministrata sibi per Moysen famulum Dei. Scrutamini, inquit, scripturam, in qua uos putatis uitam æternam habere: ipsa testimonium perhibet de me: & non uultis uenire ad me, ut uitam æternam habeatis. Qui uos putatis habere in scriptura uitam æternam, ipsam interrogate cui perhibet testimonium, & intelligite quæ sit uita æterna. Et quia propter Moysen uidebantur repudiare Christum, tanquam aduersarium institutis & præceptis, quæ Moyses tradidit, rursus eosdem ipse conuincit tanquam de alia lucerna. Omnes enim homines lucernæ, quia & incendi possunt, & extingui. Et lucernæ quidem cum sapiunt, lucent, & spiritu feruent. Nam si ardebant, & extinctæ sunt, iam etiam putent. Permanserunt enim serui Dei lucernæ bonæ ex oleo misericordiæ illius, non ex uiribus suis. Gratia quippe Dei gratuita, illa oleum lucernarum est. Plus enim illis omnibus laboraui, ait quædam lucerna. & ne uiribus suis ardere uideretur, adiunxit, Non autem ego, sed gratia dei mecum. Omnis ergo propheta ante domini aduentum lucerna est: de quo dicit Petrus Apostolus, Habemus certiore prophetum sermonem, cui benefacitis, intendentes quemadmodum lucernæ

Matth. 3. Patris testimonium de Christo. Ioan. 14. Testimonium Christi, uerum est. Psal. 131. Scriptura testimonium de Christo. Lucerna omnes homines.

Anima Christi,

Ioan. 3.

Ioan. 6.

1. Cor. 1.

cernæ lucenti in obscuro loco, donec dies luceat, & lucifer oriatur in cordibus uestris. Lucernæ itaque propheta, & omnis propheta una magna lucerna: Quid Apostoli non lucernæ etiam ipsi? Lucernæ plane. Solus enim ille non lucerna. Non enim accenditur & extinguitur, sed est lux uera quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. De Ioanne dicitur, Non erat ille lumen, sed ut testimonium perhiberet de lumine. De Christo autem: Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Quid est quod de Apostolis ipsa ueritas ait? Vos estis lux mundi, & de Ioanne Euangelista, Non erat ille lumen? Nec Ioannes per se erat lucerna, nec Apostoli per se lumen: sed à lumine Christo ille lucerna, & illi illuminati, qui est sol uerus oriens in cordibus credentium. Ego autem habeo testimonium maius Ioanne. Opera enim quæ dedit mihi pater, ipsa opera, quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quia pater me misit: & qui misit me pater, ipse testimonium perhibet de me. Superius dixit, testimonium non accipio ab homine, hic causam reddit cur ab homine testimonium non accepisset, quia habet testimonium patris, & operum testimonia, sed habet maius quam sunt hominum. Ergo hæc missio, incarnatio est Christi, redemptio est nostra. Redemptio uero nostra est in ipsa ueritate, qui ait, Ego ueni ut uitam habeant, & abundantius habeant. Subiunxit uero huic testimonio patris, de ipso patre, quod Iudæi, uel magis omnes infideles excæcatis mentibus ueritatem diuinitatis non possunt accipere, dicens, Neque enim uocem eius audistis unquam, neque speciem eius uidistis, & uerbum eius non habetis in uobis manens. Dicit Apostolus, Non enim audiores legis iustificati sunt, sed factores uerbi Dei, id est, filius Dei non manet in illorum cordibus, qui non seruant quæ audiunt. Quod uero ait, Neque uocem eius audistis, neque speciem eius uidistis, in hoc ostendit substantiam diuinitatis incomprehensibilem esse, & inuisibilem, & uocem eius non carnalibus audiri potuisse auribus, sed spiritali intelligentia per gratiam sancti spiritus intelligi uel amari, secundum quod unicuique datum erit. Scrutamini scripturas, quia uos putatis in ipsis uitam æternam habere: & illæ sunt quæ testimonium perhibent de me: & non uultis uenire ad me, ut uitam habeatis. Non uultis uenire, id est, non uultis credere, quia impossibile est sine fide placere Deo. Venire nostrum ad Christum, id est credere uerum illum filium Dei, & ueram nos per illum habere salutem. Omnis enim scriptura sancta, testimonium perhibuit Christo, siue per figuras, siue per prophetias, siue per angelorum ministeria. Ergo & Moyses perhibuit testimonium Christo, & Ioannes perhibuit testimonium Christo, & ceteri Prophetae & Apostoli perhibuerunt testimonium Christo. His omnibus testimonijs

Mat. 5.

Lux & lumen quomodocumque sunt sancti.

Opera Christi maximum præ omnibus de eo testimonium. Ioan. 10.

Rom. 2.

Diuinitas incomprehensibilis.

Heb. 11.

Venire nostrum ad Christum.

1. Cor. 15.

2. Pet. 1.

præponit testimonium operum suorum, quia per illos non nisi Deus perhibuit testimonium filio suo. Claritatem ab hominibus non recipio. Id est, laudem humanam non quero: quia non ueni ministrari, sed ministrare. id est, non ueni ut honorem ab hominibus acciperem carnalem, sed ut honorem omnibus darem spiritualem. Sed cognoui uos, quia dilectionem Dei non habetis in uobis. Ideo dilectionem Dei non habuerunt, quia non crediderunt in eum, qui non uenit facere uoluntatem suam, sed uoluntatem eius qui misit illum. Ideo subiunxit, Ego ueni in nomine patris mei, & non accepistis me. Id est, non credidistis in me, qui ideo ueniebam in mundum, ut glorificaretur nomen patris. Si alius uenerit in nomine suo, nisi ille qui propriam gloriam querit, & non illius qui misit illum? Quis est quem accipiunt erunt Iudæi, nisi Antichristus, qui uenturus est propriam gloriam querere: Et hoc erit illis poena peccati, quia noluerunt ueritati credere, & credent mendacium. Quomodo potestis uos credere, qui gloriam ab inuicem accipitis: & gloriam quæ à solo Deo non queritis? Considerandum est intentius, quantum sit instantia & humanæ laudis ambitio malum, pro quo ipsa ueritas aut credere non posse quosdam, quia secularis gloriæ erant. Quid est humanæ laudis cupiditas, nisi superbiæ mentis elatio? Vult de se æstimari, quod in se habere non studet. Alter est interius, alter foris uideri desiderat. Humilitas uero gloriam querit à solo Deo, superbia ab hominibus. Vnde de Ioanne Baptista ab ipsa ueritate excellenter laudatus est, quod non esset arundo uento agitata: quia non humanæ laudis, nec odiosa uituperationis aura flante flexibilis fuit: ideo gloriam habuit à Deo Christo, quia gloriam non quaesituit humanam. Nolite putare quia ego accusaturus sum uos apud patrem. Est qui accusat uos, quia non ueni damnare, sed saluare. Moyses uero accusatus, quia increduli estis uoci illius. De me scripsit, dum ait, Prophetam uobis suscitabit Dominus Deus de fratribus uestris, tanquam me ipsum audietis eum. Quid uero sequatur, attendite: Erit, omnis anima quæ non obediuit prophetae illi, exterminabitur de populo Dei. Si illius literis non creditis, quomodo meis creditis uerbis? Quicquid enim Lex uel Propheta scripserunt, omnia Christum uenturum esse designabant. Si enim Iudæi legi uel prophetis credidissent, credidissent utique & Christum. Post hæc uerba mystica, & profundissima intelligenti Domini nostri Iesu Christi, quibus partim suæ diuinitatis, partim & humanitatis arcana mysteria uel tunc audientibus uel nunc legentibus demonstrare uoluit, quin que panum miraculo se ipsum ostendere qui esset uoluit. Idcirco sequenter Euangelista

Operum ad salutem necessitas.

Antichristus sum Iudæi accipient.

Ambitio nis malum. Glorie humane cupiditatis malum.

Mat. 11.

Deut. 18.

Christum omnes facerent, credidissent utique & Christum. cræ literæ loquuntur

CAPVT VI.

Mat. 14.
Mar. 6.
Luca. 9.

Rost haec abijt Iesus trans mare Galilaeae, quod est Tiberiadis: & sequebatur eum multitudo magna, quia uidebant signa quae faciebat super his qui infirmabatur. Subijt ergo in montem Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem proximum Pascha, dies festus Iudaeorum. Cum subleuasset ergo oculos Iesus, & uidisset quia multitudo maxima uenit ad eum, dicit ad Philippum: Vnde ememus panes ut manducet hi? Hoc autem dicebat tentans eum. ipse enim sciebat quid esset factururus. Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, ut unusquisque modicum quid accipiat. Dicit ei unus ex discipulis eius, Andreas, frater Simonis Petri: Est puer unus hic, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces: sed haec quid sunt inter tantos? Dicit ergo Iesus: Facite homines discumbere. Erat autem foenum multum in loco. Discubuerunt ergo utriusque quasi quinque millia. Accipit ergo Iesus panes: & cum gratias egisset, distribuit discumbentibus, similiter & ex piscibus quantum uolebant. Ut autem impleti sunt, dixit discipulis suis: Colligite quae superauerunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis quae superfuerant his qui manducauerant. Illi ergo homines cum uidissent quod Iesus fecerat signum, dicebant: Quia hic est uere propheta, qui uenturus est in mundum. Iesus ergo cum cognouisset, quia uenturi essent ut raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus. Ut autem sero factum est, descenderunt discipuli eius ad mare. Et cum ascendissent nauim, uenerunt trans mare in Capharnaum, & tenebrae iam factae erant, & non uenerat ad eos Iesus. Mare autem uento magno flante, exurgebat. Cum remigassent ergo quasi stadia uiginti quinque aut triginta, uident Iesum ambulantem supra mare, & proximum nauis fieri: & timuerunt. Ille autem dicit eis: Ego sum, nolite timere. Voluerunt ergo accipere eum in nauim: & statim nauis fuit ad terram in quam ibant. Altera die turba quae stabat trans mare, uidit quia nauicula alia non erat ibi, nisi una, & quia non introisset cum discipulis suis Iesus in nauim, sed soli discipuli eius abijissent: aliae uero superuenerunt naues a Tiberiade, iuxta locum ubi manducauerant panem, gratias agentes Deo. Cum ergo uidisset turba quia Iesus non esset ibi, neque discipuli eius, ascenderunt in nauiculas, & uenerunt Capharnaum, quaerentes Iesum. Et cum inuenissent eum trans mare, dixerunt ei: Rabbi, quando huc uenisti? Respondit eis Iesus, & dixit: Amen amen dico uobis, quareis me, non quia uidistis signa, sed quia manducaistis ex panibus, & saturati estis. Operamini non cibum qui perit, sed qui per

manet in uitam aeternam, quem filius hominis dabit uobis. hunc enim pater signauit deus. Dixerunt ergo ad eum: quid faciemus ut operemur opera dei? Respondit Iesus, & dixit eis: Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille. Dixerunt ergo ei: Quod ergo tu facis signum, ut uideamus & credamus tibi? quid operaris? Patres nostri manducauerunt manna in deserto, sicut scriptum est: Panem de caelo dedit eis manducare. Dixit ergo eis Iesus: Amen amen dico uobis, non Moyses dedit uobis panem de caelo, sed pater meus dat uobis panem de caelo uerum. Panis enim uerus est, qui de caelo descendit, & dat uitam mundo. Dixerunt ergo ad eum: Domine, semper da nobis panem hunc. Dixit autem eis Iesus: Ego sum panis uitae: qui uenit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet in aeternum. Sed dixi uobis quia & uidistis me, & non creditis. Omne quod dat mihi pater, ad me ueniet: & cum qui uenit ad me, non esuriam foras: quia descendi de caelo, non ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem eius, qui misit me. Haec est enim uoluntas eius qui misit me, patris, ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die. Haec est autem uoluntas patris mei qui misit me, ut omnis qui uidet filium, & credit in eum, habeat uitam aeternam: & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Murmurabant ergo Iudaei de illo, quia dixisset, Ego sum panis uiuus qui de caelo descendi. & dicebant: Nonne hic est filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & matrem? Quomodo ergo dicit hic: Quia de caelo descendit? Respondit ergo Iesus, & dixit eis: Nolite murmurare in inuicem. Nemo potest uenire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum: & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Est scriptum in Prophetis: Et erunt omnes docibiles Dei. Omnis qui audiuit a patre & didicit, uenit ad me. Non quia patrem uidit quisquam, nisi is qui est a deo, hic uidit patrem. Amen amen dico uobis, qui credit in me, habet uitam aeternam. Ego sum panis uitae. Patres uestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis de caelo descendens: ut si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. Ego sum panis uiuus, qui de caelo descendit. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in aeternum, & panis quem ego dabo, caro mea est, pro mundi uita. Litigabant ergo Iudaei ad inuicem, dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Dixit ergo eis Iesus: Amen amen dico uobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet uitam aeternam: & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Caro enim mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Sicut misit

1. Ioan. 3.

Exod. 16.

Num. 11.

Psal. 77.

Sapient. 16.

Eccl. 24.

Mat. 13.

Esai. 26.

Hier. 31.

Exod. 16.

1. Cor. 11.

me uiuus pater, & ego uiuus propter patrem: & qui manducat me, & ipse uiuet propter me. Hic est panis, qui de caelo descendit. Non sicut manducauerunt patres uestri manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, uiuet in aeternum. Haec dixit in synagoga, docens in Capharnaum. Multi ergo audientes ex discipulis eius, dixerunt: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? Sciens autem Iesus apud semetipsum, quia murmurarent de hoc discipuli eius, dixit eis: Hoc uos scandalizat? Si ergo uideritis filium hominis ascendentem ubi erat prius? Spiritus est qui uiuificat, caro non prodest quicquam. Verba quae ego loquutus sum uobis, spiritus & uita sunt. Sed sunt quidam ex uobis qui non credunt. Sciebat enim ab initio Iesus qui essent credentes, & quis traditurus esset eum. Et dicebat: Propterea dixi uobis, quia nemo potest uenire ad me, nisi fuerit ei datum a patre meo. Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro, & iam non cum illo ambulabant. Dixit ergo Iesus ad duodecim: Nunc quid & uos uultis abire? Respondit ergo ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? uerba uitae aeternae habes: & nos credimus & cognouimus, quia tu es Christus filius dei. Respondit eis Iesus: Nonne ego uos duodecim elegi: & ex uobis unus diabolus est? Dicebat autem de Iuda Simonis Iscariote, hic enim erat traditurus eum, cum esset unus ex duodecim.

Post haec abijt Iesus trans mare Galilaeae, & c. Abijt Iesus trans mare Galilaeae, quod multis pro diuersitate circumiacentium regionum uocabulis distinguitur. illis tantum locis mare Tiberiadis uocatur, ubi Tiberiadem ciuitatem aquis (ut aiunt) calidis salubrem habitationem praemonstrat. Si quidem interfluente Iordane, duo de uiginti passuum milibus in longum, & quinque extenditur in latum. Mystice autem mare turbida ac tumentia, seculi huius uolumina significat, in quibus prauis quilibet iniuste delectati, quasi profundis dediti pisces, mentem ad superna gaudia non intendunt. Vnde bene idem mare Galilaeae, id est rota cognominatur, quia nimirum amor labentis seculi quasi in uertiginem corda mittit, quae ad perennis uitae desideria non permittit erigi. de qualibus Psalmista, In circuitu, inquit, impij ambulat. Sed ab eunte trans mare Galilaeae Iesum multitudo maxima sequebatur, quae doctrinae, sanationis, & refectionis ab eo caelestis munera summa perciperet. Sola illi gens Iudaea sequebatur credendo: postquam uero per incarnationis suae dispensationem fluctus uitae corruptibilis adijt, calcauit, transit, maxima mox eum multitudo credentium secuta est nationum, spiritualiter instrui, sanari ac fatuari desideras, & cum Psalmista dicens, Domine ad te confugi, doce me facere uoluntatem tuam. & iterum, Miserere mei domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine, quoniam conturbata sunt omnia ossa mea, &

Mat. 16.

Mare Galilaeae.

Maris tyris.

Psal. 11.

Psal. 124.

Psal. 6.

iterum de percipiendis ab eo uitae perpetuae alimonijs confisa, Dominus, inquit, pascit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuae ibi me collocauit. Quod autem subiens in montem Iesus, ibi sedebat cum discipulis suis, sed ueniente ad eum multitudine, descendit, atque hanc in inferioribus fecit, quae in inferioribus paulo ante curauerat: nequaquam frustra factum credamus, sed ad significandum mystice, quia doctrinam & charismata sua Dominus iuxta percipientium capacitatem distribuit, infirmis quidem adhuc mentibus paruulis spiritu simpliciora monita committens, & apertiora credens sacramenta: celsioribus autem quibusque, & perfectioribus sensu, secretiora suae maiestatis arcana referens, altiora de uoae conuersationis itinera suggerens, & altiora praemiorum caelestium dona promittens. Denique quidam sciscitanti quid faciens uitam aeternam possideret, quasi inferius adhuc posito, communi suae dona largitatis impedit, dicens. Non occides, non moechaberis, non furtum facies, non falsum testimonium dices: Honora patrem tuum & matrem. Cui postmodum maiora quaerenti, & uelut ad montem uirtutum ascendere cupienti, Si uis, inquit, perfectus esse, uade & uende quae habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo: & ueni sequere me. Cuius discretionem moderaminis non per se solum Dominus in carne docens exhibuit, uerum nunc quoque per uerbi sui ministros exhibere non cessat. Vnde isdem sub unius boni serui persona testatur, quia dare debeant conseruis in tempore tritici mensuram, id est, pro captu audientium opportunam & mensurate uerbi dapes suggerere. Quod uero appropinquante Pascha Dominus turbas docet, sanat, & reficit, possumus ita mystice interpretari, quia Pascha nostrum transitus dicitur: & quoscumque dominus in aeterna munerum suauitate recuperat, ad salubrem profecto transitum praeparat: ut carnales uidelicet concupiscentias, mentis sublimitate transcendant, infirma mundi desideria pariter & aduersa caelestis regni spe & amore conculcent, etiam necesse anima uel carne ad superna ualeant pertingere: quia hoc nimirum in futuro promittitur. Quis quid tam carnales quasi altum amplecti conspiciunt, comparatione aeternorum quasi nihil despiciunt, iuxta exemplum illius qui uidens in Libani, transit temporalia contemplando, & quasi iam non esse uidebat, quae cito tollendum praeuidebat. Cum subleuasset oculos Iesus, uenientem ad se multitudinem uidisse perhibetur, diuinae pietatis indicium est: quia uidelicet cunctis ad se uenire quaerentibus, gratia misericordiae caelestis occurrere consueuit, & ne quaerendo errare possint, lucem sui spiritus aperire currentibus. Nam quod oculi Iesus, dona spiritus eius mystice designent, testatur in Apocalypsi ipsi Ioannes, qui figurate loquens de illo, Et uidi, in

Psal. 22.

Perfectionem & in firmorum rationem Christus habet, Mat. 19.

Tritici mensura quid significet.

Pascha transitu dicitur.

Psal. 36.

Temporale uel temporis.

Oculi Iesu.

uidi, inquit, agnum stantem tãquam occisum, habentem cornua septem, & oculos septẽ: qui sunt septem spiritus dei missi in omnẽ terram. *Quod tentans Philippum dominus, Vnde, inquit, ememus panes, ut manducent hic?* Prouida utiq; dispensatio ne facit, non ut ipse quã nõ nouerat discat, sed ut Philippus tarditatem suã fidei, quam magistro sciente ipse nesciebat, tentatus agnoscat, & miraculo facto castiget. Neque enim dubitare debuerat, præsentem rerum creatorem, qui educit panem de terra, & uino lætificat cor hominis, paucorum denariorum panes sufficere turbarum millibus non paucis, ut unusquisque sufficienter acciperet, & iam saturatus abiret. *Quinque autem panes quibus multitudinem populi saturauit, quinque sunt libri Moyli, quibus spiritali intellectu patefactis, & abundantiore iam sensu multiplicatis, auditorum fidelium cotidie corda reficit. Qui bene hordeacci fuisse referuntur, propter nimirum austeriora legis edita, & integumenta literã grossiora, quã interiorum spiritualis sensus quali medullam celabat. Duo autem pisces, quos addidit, Psalmistarum non inconuenienter & Prophetarum scripta significant, quorum unicanendo, alteri colloquendo suis auditoribus futura Christi & Ecclesiã sacramenta narrabant. Et bene per aquatilia animantia figurantur illius æui præcones, in quo populus fidelium sine aquis baptismi uiuere nullatenus posset. Sunt qui putant duos pisces, qui saporem suauem pani dabant, duas illas personas significare, quibus populus ille regeretur, ut pereas consiliorum moderamen acciperet, regiam scilicet, & sacerdotalem ad quas etiam sacrosancta illa unctio pertinebat: quarum officium erat procellis & fluctibus popularibus nõquam frangi atque corrumpi, & uolentibus turbam contradictiones tanquam aduersantibus undas sepe disrumperet: interdum eis, custodita sua integritate, cedere: prorsus more piscium, tanquam in procelloso mari, sic in turbulenta populi administratione uersari. que tamen duæ personæ dominum nostrum præfigurabant. Ambas enim solus ille sustinuit, & non figurate, sed proprie solus impleuit. Puer qui quinque panes, & duos pisces habuit, nec tamen hos esurientibus turbis distribuit, sed Domino distribuendos obulit, populus est Iudæorum, literalis sensu puerilis, qui scripturarũ dicta clausa secum tenuit: quã tamen Dominus in carne apparens accepit, & quid intus haberent utilitatis ac dulcedinis, ostendit: quamq; multiplici spiritus gratia, quã pauca ac despecta uidebantur, exuberarent, patefecit: & hæc per apostolos suos, apostolorumq; successores cunctis nationibus ministranda porrexit. Vnde bene alij referunt euangelistã, quia panes & pisces Dominus discipulis suis, discipuli autem ministrauerunt turbis. Cum enim mysterium humanæ salutis accepisset enarrari per Dominum, ab eis*

Psal. 103.

Quinque panes hordeacci.

Pisces duo.

Duorum piscium significatio. Regia & sacerdotalis apud Iudæos potestas.

Iudæorum populus.

Mat. 14.

Mar. 16.

Luc. 9.

qui audierunt, in nos confirmatum est. Quinque siquidem panes & duos pisces fregit, & distribuit discipulis, quando aperuit illis sensum, ut intelligerent omnia quã scripta essent in lege Moyli, & prophetis, & psalmis de ipso. Discipuli apposuerunt turbis, quando profecti prædicauerunt ubique domino cooperante, & sermone confirmate sequentibus signis. Fœnum in quo discumbens turba reficitur, concupiscentia carnalis intelligitur, quam calcare ac premere debet omnis qui spiritualibus alimentis satiare desiderat. Omnis enim caro fœnum, & omnis gloria eius tanquam flos fœni. Discumbat ergo super fœnum, florem fœni conterat, id est castiget corpus suum, & seruituti subiciat, uoluptates carnis edomet, luxuriã fluxa restringat, quisquis panis uiui cupit suauitate refici, quisquis supernæ gratiã dapibus renouari cupit, ab infirma uetustate deficiat. *Quinque milia uiri qui manducaverunt, refectionem uitæ eorum qui uerbo reficiuntur, insinuant. Virorum quippe nomine solent in scripturis perfectiores quicq; figurari, quos fœminea mollities nulla corrumpit: quales esse cupit eos quibus dicit apostolus, Vigilate, stete in fide, uiriliter agite, & confortamini. Millenarius autem numerus, ultra quem nulla nostra computatio succrescit, plenitudinem rerum de quibus agitur, indicare consueuit. Quinario uero quinque notissimè corporis nostri sensus exprimuntur, uisus uidelicet, auditus, gustus, olfactus, & tactus. In quibus singulis quicunque utiliter agere & confortari fatagunt sobrie & iuste & pie uiuendo, ut cælestis sapientiã mereantur dulcedine recreari, nimirum quinque millibus uirorũ, quos dominus mysticis dapibus satiãuit, figurantur. Nec prætereundum, quod refecturus multitudinem, gratias egit. Egit quippe gratias, ut & nos de perceptis cælestis muneribus gratias semper agere doceret, & ipse quantum de nostris profectibus gratuletur, & de nostra spiritali refectione gaudeat, intumesceret. Vultis etenim nosse fratres, quantum saluator noster, nostrã gaudeat salutem? Narrat euangelista Lucas dedisse eum discipulis potestatem calcandi super omnem uirtutem inimici: eorumq; nomina scripta esse in cælis indicasse, & statim inferi. In ipsa hora exultauit in spũ sancto, & dixit, Confiteor tibi pater domine cæli & terre, quod abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Claret ergo quia salutem ac uitam fidelium congratuletur, qui patrẽ gratias agendo collaudat, quod ea quã superbientibus abscondit, humilibus spiritus secreta reuelauerat. Quod autem saturata multitudine, iussit discipulos colligere quã superauerunt fragmentorum, ne perirent: hoc profecto signat, quia pleraque sunt arcana diuinorum eloquiorum, que uulgi sensus non capit, nonnulla quã per se quidem minus docti atsequi nequeunt. Hæc ergo*

Lucæ. 24.

Mar. 16. Fœnum.

Esai. 40

Viri nomine in literis quid significet.

1. Cor. 16. Millenarius numerus.

Lucæ. 10.

Saluti nostræ saluator noster congratulatur.

neceffe est qui ualent, diligentius scrutando colligant, & ad eruditionem minorum suorũ uel dicto uel scripto faciant peruenire, ne alimenta uerbi, illorum desidia pereant, plebibusq; tollantur, qui hæc Domino donante interpretando colligere norunt. *Collegerunt ergo, inquit, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum.* Quia duodenario numero solet perfectionis cuiuslibet summa figurari, recte per duodecim cophinos fragmentorum plenos, omnis doctorũ spiritaliũ chorus exprimitur, qui obscura scripturarum, quã per se turbæ nequeunt, & meditando colligere, & madata literis, suo pariter ac turbarum usui conseruare iubentur. hoc ipsi fecerit Apostoli & Euangelistæ, non pauca legis & prophetatum dicta suis, interpretatione addita, inserendo opusculis hoc se quaces eorum Ecclesiã toto orbe magistri, etiam integros nonnulli utriusque testamenti libros diligentiore explanatione discutiedo, qui quamlibet hominibus despecti, cælestis tamen gratiã sunt panis fœcũdi. Nam seruilia cophinis solent opera fieri. Vnde de populo qui in luto ac lateribus seruiabat in Aegypto, dicit Psalmista, Manus eius in cophino seruiertunt. *Illi ergo homines cum uisissent quod fecerat signum, dicebant, quia hic est uere propheta qui uenturus est in mundum.* Recte quidem dicebant Dominum prophetam magnum, magnam salutis præconem iam mundo futurum. Nam & ipse prophetam se uocare dignatur, ubi ait, Quia non capit prophetam perire extra Hierusalem. Sed nondum plena fide proficiebant, qui hunc etiam deum dicere nesciebant. Ergo illi uidentes signũ quod fecerat Iesus, dixerunt, quia hic est uere propheta qui uenturus est in mundum. Nos certiori agnitione ueritatis & fidei uidetes mundum quem fecit Iesus, & signa quibus illum repleuit, dicamus, Quia hic est uere mediator Dei & hominum, qui in mundo erat diuinitate, & mundus per ipsum factus est: qui in propria uenit humanitate querere & saluare quod perierat, ac recreare mundum quem fecerat: qui cum suis fidelibus per præsentiam diuinitatis est in mundo omnibus diebus usque ad consummationem seculi. *Iesus autem cum cognouisset quia uenturi essent ut raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus.* Datur ergo intelligi, quod Dominus cũ sederet in motu cum discipulis suis, & uideret turbas ad se uenientes, descenderat de monte, & circa inferiora loca turbas pauerat. Nã quomodo fieri posset, ut rursus illuc fugeret, nisi ante de monte descendisset: Significat ergo aliquid, dominus de alto descendit ad pascendas turbas: pauit, & ascendit. Quare autem ascendit cum cognouisset quod uellent eum rapere, & regem facere? Quid enim? non erat rex, qui timebat fieri rex? Erat omnino, nec talis rex qui ab hominibus fieret, sed talis qui hominibus regnum daret. Nunquid forte & hic aliquid significat nobis Ie-

Duodenarius numerus. Doctorum officium.

Psal. 90.

Propheta erat Christus. Lucæ. 13.

Rex coronari Christus uoluit.

sus, cuius facta, uerba sunt? Ergo in hoc quod uoluerunt eum rapere, & regem facere, & propter hoc fugit in montem ipse solus, hoc in illo factum, tacet, nihil loquitur, nihil significat? An forte hoc erat rapere eum, præuenire uelle tempus regni eius? Etenim uenerat modò non iam regnare, quomodo regnaturus est in eo quod dicimus, Aduentat regnum tuum. Semper quidem ille cum patre regnat, secundum quod est filius Dei, uerbum Dei, uerbum per quod facta sunt omnia. Prædixerunt autem propheta regnum eius etiam secundum quod homo factus est Christus, & fecit fideles suos Christianos. Erit ergo regnum Christianorum, quod modo colligitur, quod modo comparatur, quod modo emittitur sanguine Christi: erit aliquando manifestum regnum, quãdo erit aperta claritas sanctorum eius propter iudicium ab eo factum, quod iudicium supra ipse dixit quod filius hominis facturus sit: de quo regno etiã apostolus dicit, Cum tradiderit regnum Deo & patri. Vnde etiam ipse dicit, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratum est ab initio mundi. Discipuli autem & turbæ credentes in eum, putauerunt illum sic uenisse, ut iam regnaret. Hoc est uelle rapere, & regem facere, præuenire uelle tempus eius, quo ipse caput se occultabat, ut opportune prodiret, & oportune dictum est, fugit? Neque enim si nollet, teneretur: si nollet, raperetur: qui si nollet, nec agnosceretur. Sed hoc significatiue factũ est. Solus fugit, ne carnaliter regnaret: quia solus ascendit in cælum, unde spiritaliter regnaret in sanctis suis. Fugit in montem ipse solus, primogenitus à mortuis, ascendens super omnes cælos, & interpellas pro nobis. Quem sacerdos significabat semel in anno sancta sanctorum ingrediens nõ sine sanguine, ut interpellaret pro populo, sursum posito solo in monte agno, qui intrauit in interiora ueli, foris populo constituto. Sed uideamus illo intra uelum cælestis altitudinis morante, quid discipuli in nauicula patiebantur. Quid est nauicula quã à fluctibus iactatur: nisi ecclesia, quã persecutionibus fatigatur & foris, & intus: Foris à paganis aperta persecutione, intus à falsis fratribus occulta seditione. Ideo addidit, *Vi autem sero factum est, descenderunt discipuli eius ad mare: & cum ascendissent nauiculam, uenerunt trans mare in Capharnaum.* Cito dixit finitum, quod postea factum est. Uenerunt trans mare in Capharnaum, & rediit ut exponat quomodo uenerunt, quia per stagnũ nauigantes transierunt: & cum nauigarent ad eum locum, quo eos uenisse iam dixit, recapitulando exponit quid acciderit. *Tenebræ iam factæ erant, & non uenerat ad illos Iesus.* Quantum accedit finis mundi, crescunt errores, crescunt terrores, crescit iniquitas, crescit infidelitas, lux denique, quã charitas apud Ioannem ipsum Euangelistam satis

Mat. 6. Lucæ. 11. Aduentat regnum tuum.

1. Cor. 16. Mat. 25

Coloss. 1. Psal. 71. Roma. 8. Leuit. 16. Hebr. 9. Nauicula apostolorum.

1. Ioan. 2.

aperte que monstratur, ita ut diceret, Qui odit fratrem suum, in tenebris est: creberrime extinguitur. Refrigescente charitate, abundanter iniquitate, ipsi sunt fluctus nauem turbantes tempestates, & uenti clamores sunt maledictorum. inde charitas refrigescit, inde fluctus augentur, turbatur nauis, Vento magno flante mare exurgebat, tenebre crescebant, intelligentia minuebatur, iniquitas augebatur. Tamen inter hac omnia nauis ibat, ad terram properabat, portum querebat. Ita inter omnia tentamentorum genera Ecclesia proficiebat. Laborat, sed non mergitur. Christum expe-

Fluctus maris quid significent. Mat. 10.

ctat, quando per eum ad portum perueniat tranquillitatis. Cum ergo remigassent stadia uiginti quinque aut triginta, crescunt fluctus, augentur tenebrae, fauunt tempestates: sed tamen nauis ambulat. Qui perseuerauerit in finem, hic saluus erit. Nec ipse stadiorum numerus contemnendus esse uidetur. nam quare dixisset Euangelista, Quali stadiis uiginti quinque aut triginta? sufficeret dicere, uiginti quinque, aut triginta. Quos numeros, testimonio uoce, non adfirmatis protulit idem Euangelista. Queramus numerum uiginti quinque unde constat, unde fiat. De quinario. Quinarius ille numerus ad legem pertinet. ipsi sunt quinque libri Moysi, ipsi sunt quinque porticus illos languidos continententes. ipse quinque panes quinque milia hominum pascentes. Ergo legem significat numerus uiginti quinque, quoniam quinque per quinque, id est quinque quinque faciunt uiginti quinque, quadrarum quinarium. Sed huc legi, antequam Euangelium ueniret, deerat perfectio. Perfectio autem in senario numero comprehenditur. Nam senarius numerus perfectus est, & partibus suis impletur, id est 1. 2. 3. nec alie partes in eo inueniri possunt: nec illae partes coniunctae aliud quid conficere possunt nisi senarium numerum. propterea sex diebus deus mundum perfecit: & quinque ipsi per sex multiplicantur, ut lex per Euangelium adimpleatur, ut fiant sexies quinti triginta. Ad eos ergo qui implent legem, uenit Iesus: & uenit quomodo fluctus calcans omnes tumores mundi sub pedibus habes, omnes celsitudines seculi premens: & tamen tanta sunt tribulationes, ut etiam ipsi qui crediderunt Iesum, & qui conantur perseuerare, expauescant, ne deficiant a Christo, fluctus calcantes seculi. Cur timet

XXV. numerus. Quinarius numerus.

Christianus, dum Christus loquitur, Ego sum, nolite timere: confidite, ego uici mundum? Voluerunt ergo eum accipere in nauem, agnoscetes ac gaudentes secuti facti, & statim fuit nauis ad terram in quam ibant. Factus est finis ad terram, de humido ad solidum, de turbato ad firmum, de itinere ad fidem, id est ad perfectam tranquillitatem, quae non erit nisi in portu aeternae serenitatis: ubi tota charitas, & nulla iniquitas: tota felicitas, & nulla perturbatio, ubi sine fine regnabit, qui hic for-

Senarij numeri 1. 2. 3. 4. 5. 6.

20

Gen. 2.

30

Ioan. 16.

40

titer usque in finem uitae suae laborant. Altera die, turba quae stabat trans mare, uidit quia alia nauicula non esset ibi nisi una, & quia non introisset Iesus cum discipulis suis in nauem, sed soli discipuli eius abissent. Aliae uero superuenerunt naues a Tiberiade iuxta locum ubi manducauerant panem, gratias agentes Domino. Cum ergo uideret turba quia Iesus non esset ibi, neque discipuli eius, ascenderunt in nauiculas, & uenerunt Capharnaum, quarentes Iesum. Insinuatum est tamen illis tam magnum miraculum. Viderunt enim quod discipuli soli ascendissent in nauem, & quia nauis non ibi erat. Venerunt autem inde & aliae naues iuxta locum illum ubi manducauerant panem, in quibus eum turbae securae sunt cum discipulis ergo non ascenderat, alia nauis illie non erat. Vnde subito trans mare factus est Iesus, nisi quia super mare ambulauit, ut miraculum monstraret? Et cum inuenissent eum turbae, Ecce praesentat se turbis, a quibus rapit timuerat, & in montem confugerat. Omnino confirmat & insinuat nobis in mysterio dicta esse illa omnia, & facta in magno sacramento, ut aliquid significarent. Ecce ille qui in montem fugerat turbas, nonne cum ipsis turbis loquitur? Modo teneant, modo regem faciant. Et cum inuenissent eum trans mare, dixerunt ei, Rabbi, quando huc uenisti? Ille post miraculi sacramentum, & sermonem infert: ut si fieri potest, qui pasti sunt, pascantur: & quorum satiauerit panibus uentrem, satiet sermonibus mentem, sed si capiunt: & si non capiunt, sumant quod capiunt: ne fragmenta pereant. Loquatur ergo, & audiamus. Respondit Iesus, & dixit, Amen amen dico uobis, Queritis me, non quia uidistis signa, sed quia manducauistis ex panibus meis. Propter carnem me queritis, non propter spiritum. Quam multi non querunt Iesum, nisi ut illis faciat bene secundum tempus? Alius negotium habet, quare intercessionem clericorum. Alius premitur a potentiore, fugit ad Ecclesiam. Alius uult pro se interueniri apud eum, apud quem parum ualet, ille sic, ille sic. Impletur cotidie talibus ecclesia. Vix queritur Iesus propter Iesum. Queritis me, non quia uidistis signa, sed quia manducauistis ex panibus meis. Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in uitam aeternam. Queritis me propter illud? Queritis me, propter me. Ipsum enim insinuat istum cibum, quo in consequentibus illucescat, Quem filius hominis dat uobis. Expectabat, credo, iterum panes manducare, iterum discumbere, iterum saginari, sed dixit, Cibum, non qui perit, sed qui permanet in uitam aeternam. Superius diximus nauem Ecclesiam Christi significare, quae tempestatibus huius seculi turbatur, & laborantes in ea portat, ut uiriliter laboret, donec Christus comprimens fluctus persecutionum, reddat serenitatem. Hic uero dicit, Altera die, turba quae stabat trans mare, uidit, quia alia nauicula non erat ibi, nisi una. Quid est, altera die turba stans

50

60

70

80

90

100

Mare Christus calcet.

Iesum uult non propter Iesum.

Luce. 6.

Mat. 5.

Christus homo electus ac signatus.

Signare quid sit.

Psal. 44. Filius hominis Christus.

stans super mare, nisi post ascensionem Christi turba stans in operibus bonis, non iacens in terrenis uoluptatibus, sed expectans unde ueniat Iesus ad eos: Et hic una nauis dicitur, sicut prius una fuit Ecclesia Christi, in qua ille praesentialiter corpore uersabatur. Nunc quoque una est, quae similiter in spe expectat aduentum illius. Sed quid est quod aliae naues uenerunt a Tiberiade, nisi haereticorum conuenticula, qui Iesum non sincera fide quaerunt, sub dolo calliditatis sua quaerentes, non quae Iesu sunt, Vnde consequenter respondit eis Iesus, Amen amen dico uobis, queritis me, non quia uidistis signa, sed quia manducauistis ex panibus meis, & saturati estis. De illis uero qui saturati sunt, in alio dicit Euangelio, Ve uobis qui saturati estis. De esurientibus uero uitae panem, & iustitiae cognitionem, dicitur, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Ad quem cibum hortabatur eos insequenti mox Christus sermone dicens, Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in uitam aeternam. Carnalis cibus perit, spiritualis uero permanet, quem filius hominis uobis dabit. Hunc enim pater signauit Deus. Iustum filium hominis non lite sic accipere quasi alios filios hominis, quibus dictum est, Filij autem hominum in protectione alarum tuarum sperabunt. Iste filius hominis sequestratus quadam gratia filius hominis, exceptus a numero hominum filius hominis est. Iste filius hominis, filius Dei est. Iste homo etiam Deus est. Vnde & ipsa ueritas quae tunc loquebatur ad Iudaeos, & nunc omnibus loquitur per Euangelicam praedicationis uerba, & qui sit ostendit, non quales se plurimi tunc aestimauerunt, uel etiam nunc estimant. Subiunxit uero, Hunc enim Deus pater signauit. Signare quid est, nisi proprium aliquid ponere? Hoc est signare, ponere aliquid quod non confundatur cum ceteris. Signare, est signum rei ponere. Cuiusque rei ponis signum, ideo ponis signum, ne confusa cum alijs, a te non possit agnoscere. Pater ergo eum signauit. Quid est signauit? proprium quiddam illi dedit, ne ceteris compararetur hominibus, ideo dictum est, Vixit te Deus Deus tuus oleo exultationis praeparatibus tuis. Ergo signare quid est? Exceptum habere, hoc est praeparatibus tuis. Itaque nolite me, inquit, contemnere, quia filius hominis sum: & quaerite a me cibum non qui perit, sed qui permanet in uitam aeternam. Sic enim filius hominis sum, ut non sim unus ex uobis. Sic sum filius hominis, ut Deus pater me signarit. Quid est signare? proprium aliquid mihi dare, quo non confunderer cum genere humano, sed per quem liberaretur genus humanum. Dixerunt ergo ad eum, Quid faciemus ut operemur opera Dei? Dixerat enim illis, Operamini uos escam, non quae perit, sed quae permanet in uitam aeternam. Quid faciemus, inquit, quod obseruando, hoc praeparatum implere poterimus? Respondit Iesus, & dixit eis, Hoc

est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille. Hoc est ergo manducare cibum non qui perit, sed qui permanet in uitam aeternam. Ut quid paras dentem & uentrem? Crede, & manducauisti. Discerere quidem ab operibus fides, sicut Apostolus dicit, Arbitramur iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Et sunt opera quae uidentur bona sine fide Christi, & non sunt bona: quia non referuntur ad eum finem ex quo sunt bona. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti. Ideo noluit discernere ab opere fidem, sed ipsam fidem dixit esse opus. Ipsa est enim fides, quae per dilectionem operatur. Nec dixit, Hoc est opus uestrum: sed dixit, Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille: ut qui gloriatur, in Domino gloriatur. Quia ergo inuitabat eos ad fidem, illi adhuc quaerebant signa quibus crederent. Vnde de si non Iudaei signa petunt. Dixerunt ergo ei, Quod ergo tu facis signum, ut uideamus & credamus tibi quid operaris? Parum ne erat quod de quinque panibus pasti sunt? Sciebant hoc quidem, sed huic cibo manna de caelo praeferebant. Dominus autem Iesus talem se dicebat, ut Moysi praeponebatur. Non enim ausus est Moses de se dicere quod daret cibum non qui perit, sed qui habet uitam aeternam. Aliquid plus promittebat quam Moyses. Per Moysen quippe promittebatur regnum, & terra producens lac & mel, temporalis pax, abundantia filiorum, salus corporis, & cetera omnia temporalia quidem, in figura tamen spiritualia, quia ueteri homini in ueteri testamento promittebantur. Attendebant autem promissa per ipsum Moysen, & attendebant promissa per Iesum. Ille plenum uentrem promittebat in terra, sed cibum qui perit. Iste promittebat cibum, non qui perit, sed qui permanet in uitam aeternam. Attendebant eum plus promittentem, & quasi nondum uidebant maiora facientem. Attendebant utique qualia fecisset Moyses, adhuc aliquid maiora uolebant fieri ab eo, qui tam magna pollicebatur. Quid, inquit, facis, ut credamus tibi? Et ut noueritis quia miracula illa huic miraculo comparabat, & ideo quasi minora ista iudicabant quae faciebat Iesus. Patres nostri, inquit, manna manducauerunt in deserto. Sed quid est manna, forte contemnitis, sicut scriptum est, Dedit illis manna manducare. Per Moysen patres nostri panem de caelo acceperunt, & non eis dictum a Moysi, Operamini cibum qui non perit, sed qui permanet in uitam aeternam. Et non talia operaris qualia Moyses. Panes hordeaceos ille non dedit, sed manna de caelo. Dixit ergo eis Iesus, Amen amen dico uobis, Non Moyses dedit uobis panem de caelo, sed pater meus dedit uobis panem de caelo. Verus enim panis est, qui de caelo descendit, & dat uitam mundo. Verus ergo ille panis est, qui dat uitam mundo: & ipse cibus est de quo paulo antea locutus sum, Operamini cibum qui non perit, sed qui permanet in uitam

Crede, & manducauisti.

Rom. 3.

Rom. 16.

Galat. 5.

1. Cor. 1.

Manna.

Mose promissa.

Exod. 16.

Panis uerus.

æternā. Ergo & illud manna hoc significabat, & illa omnia signa mea erant. Signa mea dixistis: quod significabatur, contemnitis. Non ergo Moses dedit panem de cælo. Deus dat panem. Sed quem panem: forte manna? Non, sed panem quem significauit manna, ipsum scilicet Dominū Iesum. Pater meus dat uobis panem uerum. Panis enim Deus est, qui descendit de cælo, & dat uitā mundo. *Dixerunt ergo ad eum, Domine, semper da nobis panem hunc.* Quomodo mulier illa Samaritana, cui dictum est, Qui biberit de hac aqua, non sitiet unquam: continuo illa secundum corpus accipiens, sed tamen carere indigentia nolens, Da, inquit, mihi Domine de hac aqua, sic & isti, Domine da nobis panem hunc, qui nos reficiat, nec deficiat. *Dixit ergo eis Iesus, Ego sum panis uitæ, qui uenit ad me, non esuriet, & qui credit in me, non sitiet unquam.* Qui uenit ad me, hoc est quod ait, & qui credit in me, & quod dixit, non esuriet, hoc intelligendum est, & non sitiet unquam. Vtroque enim illo significatur æterna fatietas, ubi nulla est egestas. Panem de cælo desideratis? Ante uos habetis, & non manducatis. *Sed dixi uobis, quia & uidiſtis me, & nō credidistis.* Sed non ideo ego populum perdidit. Nunquid enim infidelitas uestra fidem Dei euacuauit? Vide enim quod sequitur, *Omne quod dat mihi pater, ad me ueniet: & eum qui uenit ad me, non eijciam foras.* Quale est illud intus, unde non exitur foras? Magnum penetrabile, & dulce secretum. O secretum sine tædio, sine amaritudine malarum cogitationū, sine interpellatione tentationum & dolorum. Nonne illud secretū est quo intrabit ille cui dicitur Deus, Euge serue bone & fidelis, intra in gaudia Domini tui? *Et eum qui uenit ad me, non eijciam foras: quia descendi de cælo non ut faciam uoluntatem meam, sed eius qui misit me.* Ideo ergo eum qui uenit ad me, non eijciam foras, quia descendit de cælo non facere uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui me misit. Magnum sacramentum est quod ait, Qui uenit ad me, non eijciam foras. Causam mox subiungens quare foras non eijceret ad se uenientem, id est in se credentem, dixit, Quia non ueni facere uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me. Quis est qui eijcitur foras de illo dulci & suauissimo secreto, quod intrare præcipitur seruus faciens uoluntatem Domini sui, nisi superbus: nisi anima in se ipsa cōfidens, & suæ potestatis esse quærens? Nec eam prophetam habens diceret, Nonne Deo anima mea subiecta est? Anima uero per humilitatem dei subiecta gratiæ, nunquam eijcitur foras, sed intrat in gaudium Domini sui. Igitur ut causa omnium morborum curaretur, id est superbia, descēdit & humilis factus est filius Dei. Quid superbis homo? Deus propter te humilis factus est. Puderet te fortasse imitari humilem hominem: saltem imitate humilem Deum. Venit filius dei in homine, & humilis factus est. Præcipitur tibi ut

Ioan. 4.

Rom. 3.

Secretum bonæ conscientie.

Mat. 25.

Psal. 61.

Superbia malum.

sis humilis, non tibi præcipitur ut ex homine factus as pecus. Ille Deus factus est homo: tu homo cognosce quia es homo. Tota humilitas tua est, ut cognoscas te. Ergo quia humilitatem docet de us, dixit, Non ueni facere uoluntatem meam, sed eius qui me misit. Hęc enim commendatio humilitatis est. Superbia quippe facit uoluntatem suam, humilitas facit uoluntatem Dei. Ideo qui ad me uenerit, non eijcitur foras. Quare? quia non ueni facere uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui me misit. Humilis ueni, humilitatem docere ueni. Magister humilitatis ueni. Qui ad me uenit, incorporatur mihi: qui ad me uenit, humilis fit. Qui mihi adhæret, humilis erit: quia non faciet uoluntatem suam, sed dei: & ideo non eijcietur foras: quia Adam cum superbus esset, proiectus est foras: Christus uero humilis factus, exaltatus est super omne nomen quod nominatur uel in cælo, uel in terra. Qui doctor humilitatis uenit non facere uoluntatem suam, sed uoluntatem eius qui misit illum. Veniamus ad eum, intremus ad eum, in corpore ueni, ut nec nos faciamus uoluntatem nostram, sed uoluntatem Dei: & non nos eijciet foras, quia membra eius sumus, quia caput nostrum esse uoluit docendo humilitatem. Ad quem uenire non potest nisi humilis: a quo non mittitur foras nisi superbus. Hęc est uoluntas eius qui misit me patris, ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo. Ipse illi datus est, qui seruat humilitatem, hunc accipit. Qui non seruat humilitatem, longe est a magistro humilitatis. Ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo. Sic non est uoluntas in conspectu patris uestri, ut pereat unus de pusillis istis. Deumentibus potest perire, de pusillis nihil perit: quia nisi fueritis sicut pusillus iste, non intrabitis in regnum cælorum. omne quod dedit mihi pater, non perdam ex eo: sed resuscitabo ego illum in nouissimo die. Videte quemadmodum & hic geminam illam resurrectionem delineet. Qui uenit ad me, modo resurgit, humilis factus in membris meis: sed resuscitabo eum in nouissimo die secundum carnem. Hęc est enim uoluntas patris mei qui misit me, ut omnis qui uidet filium, & credit in eum, habeat uitam æternam: & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Superius dixit, Audit uerbum meum, & qui credit ei qui misit me. Modo autem, Qui uidet filiū, & credit in eum. Non dixit, Videt filiū, & credit in patrem, hoc est enim credere in filiū, quod & in patrem: quia sicut habet uitam pater in semetipso, sic dedit & filio uitam habere in semetipso: ut omnis qui uidet filiū, & credit in eum, habeat uitam æternam. Credendo, & transeundo ad uitam, id est primam illam resurrectionē. Et quia non est sola, Et resuscitabo eum, inquit, in nouissimo die. Sequitur, *Ego sum panis uiuus, qui de cælo descendi.* Ideo panis, quia uita: & ideo uita, quia de cælo descendit, dicente ipso, *Ego sum uita, ueritas, & uita.* Ille est panis substantialis, qui ut nobis

Humilitas bonum.

Nosse se, tota humilitas est. Gene. 3. Ephe. 1.

Voluntas dei facienda non nostra.

Mat. 8.

Resurrectio duplex.

Ioan. 14. Mat. 6.

ut nobis detur, cotidie deprecari iubemur. Cū Dominus noster Iesus Christus panem se dicebat de cælo descendisse. *Murmurauerunt Iudæi, & dixerunt, Nonne hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & matrem? quomodo ergo dicit quia de cælo descendit?* Ideo murmurabant, quia hunc panem non intelligebant, hunc panem non esuriebant, hunc panem non amabant. nam si amarent, utique non murmurarent. ideo a pane cælesti longe erant: nec eum esurire nouerāt, quia fauces cordis languidas habebant. Auribus apertis surdi erant. Videbant, & cæci stabant. Panis surdus iste, interioris hominis quærit esuriam, Vnde alio loco dicit, *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* Dixerunt, Cuius nouimus patrem & matrem. Matrem sciebant terrenam, patrem nesciebāt cælestem, qui a patre cælesti attracti non fuerant. quod mox ipse Dominus sequenti uerbo innotuit, dicens, *Nolite murmurare inuicem. Nemo potest uenire ad me, nisi pater qui misit me, attraxerit eum.* Ille uenit, quem gratia Dei præuenit: cui cum propheta dicamus, *Miser cordia eius præueniet me, & iterum, Misericordia eius subsequetur me.* Præuenit uelle, subsequitur perficere. Trahit pater ad filiū eos qui propterea credunt in filiū, quia eum cogitāt patrem habere Deum. Deus enim pater æqualem sibi genuit filiū: & qui cogitat, atque in fide sua sentit & ruminat æqualem esse patri eum, in quem credidit, ipsum pater trahit ad filiū. Qui enim de Christo dicit, *Non est Deus uerus, non trahit eum pater, sed peruersa cogitatio trahit eum ueritati non consentire.* Ille tractus est a patre, qui ait, *Tu es Christus filius Dei uiui.* Cui Dominus inquit, *Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cælis est. Ista reuelatio, ipsa est attractio.* Dum enim dixit, *Nemo potest uenire ad me, nisi pater qui misit me, attraxerit eum: continuo subiunxit, Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Reddā quod sperat. uidebit quod adhuc non uideō credidit. Manducabit quod esurit, satiabitur eo quod sitit. Vbi? In resurrectione mortuorum, quia ego resuscitabo eum in nouissimo die.* *Scriptum est enim in prophetis, Et erunt omnes docibiles Dei.* Quare hoc dixit? *O Iudæi, pater uos non docuit, quomodo potestis me cognoscere? Omnes regni illius homines docibiles dei erunt. Non ab hominibus audiēt: & si ab hominibus audiūt, tamen quod intelligunt intus datur, intus coruscant, intus reuelatur. Homines foris uerbum sonare possunt, sed in uanum laborant, nisi intus Deus docēs aperiat sensus. Ille est Dei docibilis, quem Deus intus ueritatis instruit agnitione & amore.* *Omnis qui audit a patre, & didicit, uenit ad me.* Quomodo trahit pater? Docendo delectat, non necessitate cogendo: quia nemo necessitate cre-

Panis substantialis.

Mat. 5. Esuriet ac sitis spiritualis.

Psal. 22. Misericordia Christi præueniens.

Mat. 16.

Trahitio patris.

Necessitate tenemur, sed uoluntate.

dit, sed uoluntate. Filius docebat, pater docebat: homo qui uidebatur, loquebatur, sed ut Deus in corde audientis interius docebat. Ideo subiunxit, *Non quia patrem uidit qui sicut: nisi is qui est a Deo, hic uidit patrem.* Ego sum a patre, & ideo patrem uideo. Quid est doceri a patre, nisi audire uerbum patris, id est, me? Ne forte ergo cum dico uobis, Omnis qui audit a patre, & didicit, dicatis apud uos. Sed nunquam uidimus patrem, quomodo ergo discere potuimus a patre? A me ipso audite: non quia patrem uidit quisquam: sed qui est a Deo, hic uidit patrem. Ego noui patrem: ab illo sum. Sed quomodo? Verbum ab illo, cuius est uerbum: non quod sonat & transit, sed manet quod dicente, & trahit audientem. *Amen amen dico uobis, qui credit in me, habet uitam æternam.* Reuelare se uoluit quid esset. nam compendio dicere potuit, *Qui credit in me, habet me.* Ipse enim Christus uerus est deus, & uita æterna. Qui ergo credit in me, inquit, uenit ad me: et qui uenit ad me, habet me. Quid est autem habere me? habere uitam æternam. Mortem assumpsit uita æterna, mori uoluit: sed de tuo homo, nō de suo. Accepit a te, unde moreretur pro te. Assumpsit ergo uita mortem, ut uita occideret mortem. Nam qui credit, inquit, habet uitam æternam. nō quod patet, sed quod latet. Vita enim æterna uerbi, in principio erat apud Deum, & Deus erat uerbum, & erat lux uita hominum. Mori uenit, sed die tertia resurrexit. *Ego sum, inquit, panis uitæ.* Et unde illi susperiebant? *Patres, inquit, uestri manducauerunt manna, & mortui sunt.* Quare manducauerunt & mortui sunt? Quia quod uidebant, credebant: quod non uidebant, non intelligebant. Ideo patres uestri, quia similes estis illorum. Manducauerunt Moses, & Aaron, & cæteri sancti, qui fuerunt in populo, manna, & non sunt mortui, quia non spiritualiter uisibilem cibum intellexerunt, spiritualiter esurierunt. Alij uero manducauerunt, & permanserunt in infidelitate: sicut Iudæi audierunt loquentem Christum, sed non spiritualiter uerba eius intellexerunt. Ideo dixit eis, *Patres uestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. qua morte, nisi infidelitatis? Nam communi morte mortui sunt & sancti qui fuerunt inter eos. Ideo signauit Dominus Iesus his uerbis mortem spiritualem, non carnalem. Patres ergo istorum, id est mali patres malorum, infideles patres infidelium, murmuratores patres murmuratorum. nam de nulla re magis Deum offendisse ille populus dicitur, quam contra Deum murmurando. Ideo & Dominus uolens ostendere talium filios, hinc ad eos cœpit: *Quid murmuratis inuicem, murmuratores, filij murmuratorum? Patres uestri manna manducauerunt, & mortui sunt. non quia malum erat manna, sed quia male manducauerunt.* *Hic est panis qui de cælo descendit.* Hunc*

Ioan. 1.

Caro Christi, panis uitæ.

Patres Iudæorum qui dicantur.

Mors infidelitatis.

Iudæorum murmuratio deo ingratis. Panis sacramentum.

1. Cor. 10. panem significauit manna: hunc autem panem significauit altare Dei. Sacramenta illa fuerunt in signis: diuersa sunt in re. quæ significantur, paria sunt. Apostolum audi, Nolo enim uos, inquit, ignorare fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes per mare transierunt, & omnes in Mose baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eandem escam spiritualem manducauerunt. Spiritualem utique, non corporalem. Alteram illi, quia manna, nos aliud, spiritualem uero eandem quam nos, sed patres nostri, non patres illorum, quibus nos similes sumus, non quibus illi similes fuerunt. Hic est ergo panis de celo descendens: ut si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. Sed quod pertinet ad uirtutem sacramenti, non quod pertinet ad uisibile sacramentum: qui manducat intus, non foris: qui manducat in corde, non qui premittit dente. Ego sum panis uiuus, qui de celo descendi. Ideo uiuus, quia de celo descendi. De celo descendit & manna: sed manna umbra erat, iste ueritas est. *Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum. Et panis quem ego dabo, caro mea est, pro mundi uita.* Hoc quando caperet caro, quod dixit panem carnem? Vocatur caro, quod non capit caro: & ideo magis non capit caro, quia uocatur caro, hoc enim exhorruerunt, hoc adsumulatum esse dixerunt: hoc non posse fieri putauerunt. Caro mea est, inquit, pro mundi uita. Norunt fideles corpus Christi, si corpus Christi esse non negligunt. fiant corpus Christi, si uolunt uiuere de Spiritu Christi. De Spiritu Christi non uiuit, nisi corpus Christi. Quisquis uiuere uult, credat in Christum, manducet spiritualiter spiritualement cibum. Incorporetur corpori Christi, & non sit putridum membrum, quod refecari mereatur, sit pulchrum, sit sanum, sit aptum capiti suo. *Litigabant ergo Iudæi adinuicem, dicentes, Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* Litigabant utique adinuicem, quoniam panem concordie non intelligebant, nec sumere uolebant. Nam qui manducant talem panem, non litigant adinuicem, quoniam unus panis, unum corpus multi sumus: & per hunc fecit Deus huiusmodi habitare in domo. Quod autem adinuicem litigantes quæ runt quomodo possit Dominus carnem suam dare ad manducandum, non statim edunt, sed adhuc eis dicitur, *Amen amen dico uobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis.* Quomodo quidem detur, & quoniam modi sint manducandi istum panem, ignoratis: uerum tamē nisi manducaueritis carnem filij hominis, & eius sanguinem biberitis, non habebitis uitam in uobis. Hæc non utique cadaueribus, sed uiuentibus loquebatur. Vnde, ne istam uitam intelligentes, de hac re litigarent, sequutus adiunxit, *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem,*

habet uitam æternam.] Hanc ergo non habent, qui istum panem non manducat, nec istum sanguinem bibit. Nam temporalem uitam, sine ullo utcunque homines in hoc seculo, qui non sunt per fidem in corpore eius, habere possunt: æternam autem nunquam, quæ sanctis promittitur. Ne autem putarent sic in isto cibo & potu eis, qui carnaliter sumunt, & non spiritualiter intelligunt, in fine promitti uitam æternam, continuo subiicit, & dixit, *Ego resuscitabo eum in nouissimo die.* Ut habeat interim secundum Spiritum uitam æternam in requie, quæ sanctorum spiritus suscipit. Quod autem ad corpus attinet, nec eius uita æterna fraudatur, sed in resurrectione mortuorum nouissimo die caro resuscitabitur. *Caro enim mea, inquit, uere est cibus, & sanguis meus uere est potus.* Cum enim cibo & potu id appetant homines, ut non esuriant, neque sitiant, hoc ueraciter non præstat, nisi iste cibus & potus, qui eos a quibus sumitur, immortales & incorruptibiles facit, id est, societas ipsa sanctorum, ubi pax erit, & unitas plena, atque perfecta, propterea quippe, sicut etiam hoc ante nos intellexerunt homines, Dominus noster Iesus Christus corpus & sanguinem suum in eis rebus commendauit, quæ ad unum aliquid rediguntur ex multis, namque aliud in unum ex multis granis conficitur, aliud in unum ex multis acinis confluit. Denique iam exponit quomodo id fiat quod loquitur, & quid sit manducare corpus eius, & sanguinem bibere. *Et qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo.* Hoc est ergo manducare illam escam, & illum bibere potum, in Christo manere, & illum manentē in se habere. Ac per hoc qui non manet in Christo, & in quo non manet Christus, proculdubio nec manducat spiritualiter eius carnem, licet carnaliter & uisibiliter premat dentibus sacramentum Corporis & Sanguinis Christi: sed magis tantæ rei sacramentum ad iudicium sibi manducat & bibit, quia immundus præsumit ad Christi accedere sacramenta, quæ altus non digne sumit, nisi qui mundus est: de quibus dicitur, Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. *Sicut misit me, inquit, uiuens pater, & ego uiuo propter patrem: & qui manducat me, & ipse uiuit propter me.* Non enim filius participatione patris sit melior, qui est natus æqualis, sicut participatio filij per unitatem corporis eius & sanguinis, quod illa manducatio potatioque significat, efficit nos meliores. Viuimus ergo nos propter ipsum, manducantes eum, id est, ipsum accipientes æternam uitam, quam non habemus ex nobis. Viuit autem ipse propter patrem, missus ab eo, quia semetipsum exinaniuit, factus obediens usque ad lignum crucis. Sicut misit me uiuens pater, & ego uiuo propter patrem: & qui manducat

Manna Mofi.

1. Cor. 10. Psal. 67.

Panis sacramenta- lis manducatio.

Vita nostra propter Christum est. Ioan. 5.

Sapere secundum carnem, mors est.

Rom. 8. Caro ut pro fit.

Caro Christi non secundum carnem intelligenda.

Matt. 5.

Philip. 2.

cat me, & ipse uiuit propter me. Ac si diceret: Et ego uiuo propter patrem: id est, ad illum tanquam ad maiorem refero uitam meam: quod exinanitio mea fecit, in qua me misit. Ut autem quisque uiuat propter me, participatio facit qua manducat me. Ego itaque humiliatus uiuo propter patrem, ille erectus uiuit propter me. Non de ea natura dixit, qua semper est æqualis patri, sed de ea in qua minor factus est patre. Qui etiam superius dixit: Sicut pater habet uitam in semetipso, ita dedit filio uitam habere in semetipso, id est, genuit filium, uitam habentem in semetipso. *Hic est panis, qui de celo descendit.* Ut illum manducando uiuamus, qui æternam uitam ex nobis habere non possumus. *Non sicut manducauerunt, inquit, patres uestri manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, uiuet in æternum: Hæc dixit in Synagoga, docens in Capharnaum.* Quod ergo illi mortui sunt, ita uult intelligi, ut non uiuant in æternum. Nam temporaliter profecto & hi morientur, qui Christum manducant: sed uiuent in æternum, quia Christus est uita æterna. Signum quia manducauit, & bibit, hoc si manet, & manetur: si habitat, & inhabitatur: sic erit ut non deseratur. Hoc ergo nos docuit, & admonuit mysticis uerbis, ut simus in eius corpore, sub ipso capite in membris eius, edentes carnem eius, non relinquentes unitatem eius. Sed qui aderant, plures non intelligendo scandalizati sunt. Non enim cogitabant hæc audiendo, nisi carnem, quod ipsi erant. Apostolus autem dicit, & uerum dicit, Sapere secundum carnem, mors est. Carnem suam dat nobis Dominus manducare: & sapere tamen secundum carnem, mors est, cum de carne sua dicat, quia ibi est uita æterna. Ergo nec carnem debemus sapere secundum carnem, sicut in his uerbis, *Multi itaque audientes (non ex inimicis, sed) ex discipulis eius, dixerunt, Durus est hic sermo, quis potest eum audire?* Si discipuli durum habuerunt istum sermonem, quid inimici? Et tamen sic oportebat, ut diceretur, quod non ab hominibus intelligeretur. Secretum Dei, intentos debet facere, non a uersos. Isti autem defecerunt talia loquente Domino Iesu: non crediderunt, aliquid magnum dicentem, & uerbi illius aliquam gratiam cooperientem: sed prout uoluerunt, ita intellexerunt, & more hominum, quibus caput non erat Iesus, quasi hoc disponderet Iesus, carnem, qua indutum erat uerbum, uelut in frusta concissam distribuere credentibus in se. Durus est, inquit, hic sermo, quis potest eum audire? *Sciens autem Iesus apud semetipsum, quia murmurarent de eo discipuli eius.* Sic enim apud se ista dixerunt, ut ab illo non audirentur: sed ille qui eos nouerat in seipsis, audiens apud semetipsum respondit, & ait, *Hoc uos scandalizat.* Quia dixi, Carnem meam do uobis manducare, & sanguinem meum bibere, hoc uos nempe scan-

dalizat. *Si ergo uideritis filium hominis ascendentem ubi erat prius.* Quid est hoc? hinc soluit quod illos mouerat: hinc eruit, unde fuerunt scandalizati: hinc planè, si intelligerent, illi enim putauerunt, eum erogaturum corpus suum: ille autem se dixit ascendurum, in cælum utique integrum. Cum uideritis filium hominis ascendentē ubi erat prius, certe uel tunc uidebitis, quia non eo modo quo putatis, eriget corpus. Certe uel tunc intelligetis, quia gratia eius non consumitur morsibus. In his uerbis perspicue intelligitur, Christum esse unam personam, dum dixit filium hominis esse prius in cælo. In terra loquebatur, & in cælo se esse dicebat. Quod quò pertinet, nisi ut intelligamus unam personam esse Christum Deum & hominem, non duas: ne fide nostra non sit trinitas, sed quaternitas. Christus ergo unus est, uerbum, anima, caro. Unus Christus, filius Dei, & filius hominis. Unus Christus, filius Dei semper, filius hominis ex tempore: tamen unus Christus secundum unitatem personæ in cælo erat, quando in terra loquebatur. Sic, erat filius hominis in cælo, quomodo filius Dei in terra. Sic filius Dei in terra suscepta carne, quomodo filius hominis in cælo, in unitate personæ. Quod mox latius exponit, quid inter sit inter spiritum & carnem, & quid inter carnaliter Christum manducare uelle, & spiritualiter accipere. Ait enim, *Spiritus est qui uiuificat, caro non prodest quicquam.* Paulo ante dixit, *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis.* & modo dicit, *Caro non prodest quicquam, id est, si carnaliter uultis intelligere quæ dico, caro non prodest quicquam. Si sic carnaliter intelligitis, manducandum sicut animalium cibum, sicut carnes quæ emuntur in mercellis, Spiritus enim est, qui uiuificat.* Per spiritum prodest caro, quæ per se ipsam non prodest: quia littera occidit, Spiritus autem uiuificat. nam per carnem spiritus aliquid pro salute nostra egit: caro uas fuit quod habebat, per quam spiritus saluauit nos, utens organo carnis ad salutem humani generis, quia diabolus urebatur serpente, quasi organo, ad subuersionem primi parentis nostri. Spiritus est, qui uiuificat, caro autem non prodest quicquam. *Sicut illi intellexerunt carnem, non sic ego do ad manducandum meam carnem. Proinde, Verba, inquit, quæ ego locutus sum uobis, spiritus & uita sunt.* Diximus enim fratres, hoc Dominum commendasse in manducatione ramis suæ, & potatione sanguinis sui, ut in illo maneamus, & ipse in nobis. Manemus autem in illo, cum sumus membra eius. Manet autem ipse in nobis, cum sumus templum eius. Ut autem simus membra eius, unitas nos compaginat. Ut compaginaret unitas, quid facit nisi charitas? *Charitas Dei uideat. Apostolum interroga. Cha-*

Christus deus & homo, una persona.

Spiritus ac carnis differentia.

2. Cor. 3.

Serpens, diaboli organum. Gene. 3.

Rom. 8.

iritas, inquit, Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Ergo spiritus est qui uiuificat, spiritus enim facit uiua membra. Nec uiua membra spiritus facit, nisi quæ in corpore quod uegerat ipse spiritus inuenit, nam spiritus qui est in te, o homo, quo constas ut homo sis, nunquid uiuificat membrum quod separatum inuenit a carne tua? Spiritum tuum dico animam tuam. Anima tua non uiuificat nisi membra quæ sunt in carne tua. Vnum si tollas, iam ex anima tua non uiuificatur, quia unitati corporis tui non copulatur. Hec dicuntur ut amemus unitatem, & timeamus separationem. Nihil enim sic debet formare Christum, quam separari a corpore Christi. Si enim separatur a corpore Christi, non est membrum eius, si non est membrum eius, non uegetatur spiritus eius. Quisquis autem, Apostolus inquit, spiritum Christi non habet, hic non est eius. Spiritus ergo est qui uiuificat, caro non prodest quicquam. Verba quæ ego locutus sum uobis, spiritus & uita sunt. Quid est, spiritus & uita sunt: spiritualiter intelligenda sunt. Intellexistis carnaliter: etiam sic illa spiritus & uita sunt, sed tibi non sunt. O homo, qui spiritualiter ea non intelligis, nec fide ea uenerari nosti. Sunt enim quidam in uobis qui non credunt. Et ideo non intelligunt, quia non credunt. Propheta enim dixit, Nisi credideritis, non intelligetis. Per fidem copulamur, per intellectum uiuificamur. Prius credimus per fidem, ut sic post uiuificemur per intellectum. Sciebat enim ab initio Iesus qui essent credentes, & quis traditurus esset eum. Nam ibi & Iudas erat inter eos qui scandalizati sunt, quem Christus nec siluit, nec aperte ostendit, ut omnes timerent, quamuis unus periret. Sed posteaquam dixit & distinxit credentes a non credentibus, expressit causam quare non crederent. Propterea dixi uobis, inquit, quia nemo potest uenire ad me, nisi fuerit ei datum a patre meo. Datur enim a patre credentibus fides, ut nemo gloriatur in fide sua, quæ a se non est quasi propria, sed a Deo data, quasi gratia. Ex hoc multi discipuli eius abierunt retro, & tam non cum illo ambulabant. Abierunt retro, non post Christum, sed post Satanam. Ipsi autem sic redierunt retro, quomodo præcisi a corpore Christi, nec ultra redeunt ad eum, quia forte fideliter in corpore eius non fuerunt: & hi non pauci, sed multi. Videamus ergo quid ad paucos dixerit qui remanserunt. Dixit ergo Iesus ad duodecim, Nunquid & uos uultis abire. Non discessit nec Iudas, sed quare manebat, Domino iam apparerat, postea manifestatus est. Respondit Petrus pro omnibus, unus pro multis, unitas pro uniuersis. Respondit ergo ei Simon Petrus, Domine, ad quem ibimus? Repellis nos a te. Da nobis alterum te. Ad quem ibimus, si a te recedimus? Ad quem ibimus? Verba uitæ æternæ habes.

1 Videte quemadmodum Petrus dante Domino, recreante spiritu sancto intellexit, unde nisi quia credidit uerba uitæ æternæ. Vitam enim æternam habes in ministracione corporis & sanguinis tui, & nos non cognouimus & credimus, sed credimus & cognouimus. Credidimus enim, ut cognosceremus. Nam si prius cognoscere, & deinde credere uellemus, nec cognoscere nec credere ualeremus. Quid credimus, & quid cognouimus? Quia tu es Christus filius Dei. Id est, quia ipsa uita æterna es, & non das in carne & sanguine tuo, nisi quod es. Respondit Iesus, Nonne ego uos duodecim elegi? & unus ex uobis diabolus est. Dicebat autem de Iuda Simonis Iscariote, hic enim erat traditurus eum, cum esset unus ex duodecim. Unus ex duodecim erat, non fide, sed numero: non ueritate, sed simulatione. Sed quomodo intelligendum est, Nonne ego uos duodecim elegi, dum ille unus filius diaboli dicitur esse? nisi quia aliter electi sunt illi undecim, & aliter ille unus. Electi sunt illi ut manerent in Christo, & ut sonus illorum exiret per orbem terrarum. Electus est ille unus, ut dispensatio diuinæ misericordiæ in salute humani generis impleretur per eum: unde bonitas Dei bene utebatur malitia illius: sicut in uenditione Ioseph bene usus est Deus malitia fratrum, ut ex opere malo illorum, bonitas Dei ostenderetur in salute multorum. Sic malum Iudæ in bonum uersum est nostrum. Quod facit malus male utendo bonis Dei, sibi nocet, non bonitas Dei destruere poterit. Quare duodecim elegit Christus? Duodenarius numerus sacratus est. Non enim quia perijt inde unus, ideo illius numeri honor ademptus est: nam in locum peruntis alius surrogatus est, multique numerus consecratus, numerus duodenarius: quia per uniuersum orbem, hoc est per quatuor cardines mundi, trinitatem fuerant annuntiaturi. Ideo quaterni electi sunt, ut sancta Trinitas per quatuor partes orbis prædicaretur. Nam & annus duodenario numero currit, & ordo signorum in calis, per quæ Sol & Luna currere noscuntur, duodenario numero distinguuntur. Ideo hoc numero primos prædicatores Christus direxit in mundum. Nec numerus Iudæe reunte uiolatus est, sed alius eius loco surrogatus. De cuius numeri sacratissima significatio ne ipse Christus in Euangelio ait de excellentissima sanctorum gloria. Cum autem sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.

CAPVT VII.
I Ost hæc autem ambulabat Iesus in Galilæam, non enim uolebat in Iudæa ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere. Erat autem in proximo dies festus Iudæorum, Scenopegia. Dixerunt autem ad eum fratres

tres eius: Transi hinc, & uade in Iudæam, ut & discipuli tui uideant opera tua quæ facis. Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipse in palam esse. si hæc facis, manifesta te ipsum mudo. Neque enim fratres eius credebant in eum. Dixit ergo eis Iesus: Tempus meum nondum aduenit; tempus autem uestrum semper est paratum. Non potest mundus odisse uos. Me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo quod opera eius mala sunt. Vos ascendite ad diem festum hunc, ego enim non ascendo ad diem festum, quia meum tempus non impletum est. Hæc cum dixisset, ipse mansit in Galilæa. Vt autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum, non manifeste, sed quasi in occulto. Iudæi ergo quærebant eum in die festo, & dicebant: Vbi est ille? Et murmur multum erat in turba de eo. Quidam enim dicebant: Quia bonus est. Alij autem dicebant: Non, sed seducit turbas. Nemo tamen palam loquebatur de illo, propter metum Iudæorum. Iam autem die festo mediante, ascendit Iesus in templum, & docebat. Et mirabantur Iudæi, dicentes: Quomodo hic literas scit, cum non didicerit? Respondit eis Iesus, & dixit: Mea doctrina, non est mea, sed eius qui misit me. Si quis uoluerit uoluntatem eius facere, cognoscat de doctrina utrum ex deo sit, an ego a me ipso loquar. Qui a semetipso loquitur, gloriam propriam querit, qui autem querit gloriam eius qui misit eum, hic uerax est, & iniustitia in illo non est. Nonne Moses dedit uobis legem, & nemo ex uobis facit legem? Quid me queritis interficere? Respondit turba, & dixit: Dæmonium habes, quis te querit interficere? Respondit Iesus, & dixit eis: Vnum opus feci, & omnes miramini. Propterea Moses dedit uobis circumcisionem, non quia ex Mose est, sed ex patribus, & in sabbato circumciditis hominem. Si circumcisionem accipit homo in sabbato, ut non soluiatur lex Moysi: mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in sabbato? Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate. Dicebant ergo quidam ex Hierosolymis: Nonne hic est quem querunt interficere? Ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt. Nunquid uere cognouerunt principes, quia hic est Christus? Sed hinc scimus unde sit, Christus autem cum uenerit, nemo scit unde sit. Clamabat ergo Iesus in templo docens & dicens: Et me scitis, & unde sim scitis: & a me ipso non ueni, sed est uerus qui misit me, quem uos nescitis. Ego scio eum: & si dixero quia nescio eum, ero similis uobis, mendax, sed scio eum, quia ab ipso sum, & ipse me misit. Quærebant ergo eum apprehendere, & nemo misit in illum manus, quia nondum uenerat hora eius. De turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant: Christus cum uenerit, nunquid plura signa faciet, quam quæ hic facit? Audierunt Pharisei

turbam murmurantem de illo hæc, & miserunt principes & Pharisei ministros, ut apprehenderent Iesum. Dixit ergo eis Iesus: Adhuc modicum tempus uobiscum sum, & uado ad eum qui me misit. Quæretis me, & non inuenietis: & ubi ego sum, uos non potestis uenire. In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat Iesus, & clamabat, dicens: Si quis sitit, ueniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uitæ. Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Nondum enim erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Ex illa ergo turba cum audissent hos sermones eius, dicebant: Hic est uere propheta. Alij dicebant: Hic est Christus. Quidam autem dicebant: Nunquid a Galilæa uenit Christus? Nonne scriptura dicit, Quia ex semine Dauid, & de Bethleem castello ubi erat Dauid, uenit Christus? Dissensio itaque facta est in turba propter eum. Quidam autem ex ipsis uolebant apprehendere eum, sed nemo misit super eum manus. Venerunt ergo ministri ad Pontifices & Phariseos, & dixerunt eis illi: Quare non adduxistis illum? Responderunt ministri: Nunquam sic loquutus est homo, sicut hic homo. Responderunt ergo eis Pharisei: Nunquid & uos seducti estis? Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Phariseis? Sed turba hæc quæ non nouit legem, maledicti sunt. Dixit Nicodemus ad eos, ille qui uenit ad eum nocte, qui unus erat erat ex ipsis: Nunquid lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat? Responderunt & dixerunt ei: Nunquid & tu Galilæus es? Scrutare scripturas, & uide quia a Galilæa propheta non surgit. Et reuersi sunt unusquisque in domum suam. Post hæc, inquit, ambulabat Iesus in Galilæam. Non enim uolebat in Iudæam ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere. Hoc infirmitatis nostræ præbebat exemplum, non ipse perdidit potestatem, sed nostram consolabatur fragilitatem. Futurum enim erat, ut dixi, ut aliqui fideles eius absconderent se, ne a persecutoribus inuenirentur: & ne illis pro crimine obiceretur latibulum: præcessit in capite, quod in membris confirmaretur. Potuit enim Christus ambulare in Iudæam, & non occidi, qui ait: Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Hanc potestatem ostendit, dum uoluit, dum ad uocem illius, retro ceciderunt, qui eum cum armis uenerant apprehendere.

Spiritus que uiuificet.

Anima spiritus.

A corpore Christi non separatur Rom. 8.

Esa. 6.

Fides creditur a patre.

Cognitio fidem non facit sed contra.

Credendum ut intelligatur.

Iudas Iscariotes Christi proditor ex Apostolis.

Psal. 18.

Gen. 37.

Malum Iudæ in bonum uersum est.

Duodenarius numerus.

Leui. 12.

Deut. 11.

Matt. 19.

Mich. 2. Mat. 2.

Ioan. 3.

Ioan. 10.

Ioan. 18.

Erat

Scenope-
gia.
Leui.23.

Azymorū
dies festus.

Fratres do-
mini.

Iudæi glo-
riam carna-
liter quæ-
runt.

Gala.4.

Erat autem in proximo dies festus Iudæorum scenopegia. Scenopegia est dies festus quo Iudæi mense se-
primo in tabernaculis sub ramis arborum habi-
tare diebus septem iuebantur, ad memoriam
habitationis illorum in eremo. Iste erat dies fe-
stus, quem Iudæi magna solennitate celebra-
bant, uelut reminiscentes beneficiorum domi-
ni, qui eos eduxit de terra Ægypti. Dies festus
Azymorum Iudæorum dicitur non unus dies,
sed quotquot illius festiuitatis fuerunt, quasi un-
num diem festum propter unius festiuitatis cō-
suetudinem nominare solebant. Dixerunt ergo
ad eum fratres eius: Transi hinc, & uade in Iudæam. Fratre
Domini uisitatissimo sanctæ scripturæ mo-
re consanguinei sanctæ Mariæ semper uirgini-
nis dicebantur. Nam Abraham & Loth, & La-
ban & Iacob, fratres sunt dicti, cum esset Labā
autunculus Iacob. Cum ergo audieritis fratres
Domini, Mariæ cogitate consanguinitatē, non
iterū parientis ullam progeniem. Diximus fra-
tres, qui fuerunt: audiamus quid dixerūt: Tran-
si hinc, & uade in Iudæam, *Ut & discipuli tui ui-
deant opera tua quæ facis.* Opera domini discipu-
los non latebant, sed istos latebant. Isti enim
fratres, id est cōsanguinei, Christū cōsanguine-
um habere potuerunt: credere autē in eum ipsa
ppinquitate fastidierunt. ideo continuo euan-
gelista secutus est, *Neque enim fratres eius credebant
in eum.* Quare in eum non credebāt? Quia hu-
manam gloriam requirebāt, dicentes ad eum,
*Transi hinc & uade in Iudæam, ut & discipuli tui ui-
deant opera tua.* Nemo quippe in occulto aliquid facit, & querit
opera tua. *Nemo quippe in occulto aliquid facit, & querit
opera tua.* Si hoc facis, manifesta te ipsum mundo. I-
pse palam esse. Si hoc facis, manifesta te ipsum mundo. I-
nam his uerbis ostenditur gloriam illius car-
naliter quærere eos, quasi dixissent, Facis mira-
bilia, sed abscondite. Transi in Iudæam, ut prin-
cipatus gētis, & ciuitas caput regni uideāt mira-
bilia tua. Innotescere, appare omnibus, ut laudari
possis ab omnib⁹. Quid ergo ad hęc domin⁹ Ie-
sus dicit? *Meum tempus nondū aduenit: tēpus autē uestrū
semper est paratum.* Apostolus dicit, Postq̄ uenit
plenitudo tēporis, misit deus filium. Tempus ue-
ro gloriæ Christi nondum uenit cum hæc locu-
tus est. Quid illi uidentur quærere, qui ei suade-
bāt ire in Iudæam, miracula facere, mundo in-
notescere? Ne latens, ignobilis putaretur. Sed
ille uoluit altitudinem humilitatem præcedere,
& ad ipsam celsitudinem per humilitatis ui-
am peruenire. Tempus autem uestrum, id est,
mundi gloria, semper est paratū, erit enim tem-
pus gloriæ. Qui uenit in humilitate, ueniet in
altitudine. Qui uenit iudicandus, ueniet iudica-
tus. Qui uenit occidī a mortuis, ueniet iudica-
re de uiuis & mortuis. *Vos ascendite ad diem fe-
stum hunc.* Quid est hunc? Vbi gloriam huma-
nam quæritis. Quid est hunc? Vbi extendere
uultis carnalia gaudia, non eterna cogitare.
Ego non ascendo ad diem festum hunc, quia meum tempus
nondum impletum est. In diem festum gloriam uos
humanam quæritis: meum uero tempus, id est

gloriæ meæ, nondum uenit. Ipse erit dies fe-
stus meus non diebus istis percurrens & trans-
iens, sed manens in æternum. Ipsa erit festiui-
tas, gaudium sine fine, æternitas sine labe, se-
renitas sine nube. *Hæc cum dixisset, ipse mansit in
Galilæa. Ut autem ascenderant fratres eius, tunc & ipse
ascendit ad diem festum, non manifeste, sed quasi in occulto.* Ideo non ad diem festum hunc, quia non
gloriam temporaliter quærebat, sed aliquid
docere salubriter, corrigere homines, de die
festo æterno admonere, amorem ab hoc secu-
lo auertere, & in Deum conuertere. Quid est
autem, quasi latenter ascendit ad diem festum?
Non uacat & hoc Domini opus. Nam omnes
dies festi Iudæorum in figura fuerunt. Ideo la-
tenter ascendebat in eis, quia Christus uerū in
illis: populo priori occultus, modo uerū me-
liori populo manifestus: quia quod ille popu-
lus in umbra agebat, nos iam manifesta luce fa-
cimus. unde licet intelligere uel hanc Domi-
ni responsonem, qua ait, Ego non ascendo
ad diem festum hunc, ad passionem illius per-
tinere: quia Christus non in festiuitate scenope-
giæ, sed in festiuitate Paschali, qua agnus oc-
cidī solebat, crucem ascendit. Iudæi autem que-
rebant eum in die festo antequam ascenderet.
ptiores enim fratres ascenderant. Non tunc
ascendit illæ, quando illi putabant & uolebant
uriam hoc impleretur quod ait, Non ad hunc,
id est, ad quem uos uultis, primum uel secun-
dum diem. Ascendit autem postea, ut Euan-
gelium loquitur, mediato die festo, id est, cum
iam illius diei festi tot dies præterissent, quot
remanissent. Ipsam enim festiuitatem, quan-
tum intelligendum est, diebus plurimis cele-
brabant. Dicebant ergo: Vbi est ille? & murmur
multus de eo erat in turba. Vnde murmur? De con-
tentione. Quæ fuit contentio? *Quidam enim
dicebant quia bonus est, alij autem, non, sed seducit tur-
bas.* De omnibus eius seruis hoc dicitur mo-
do. Quicumque eminet in aliqua gratia, alij di-
cunt, bonus est: alij, non, sed seducit turbas.
Vnde hoc? quia uita nostra abscondita est cum
Christo in Deo. Hoc patitur corpus Christi
usq̄ in finem seculi à mundi amatoribus, quod
tunc passus est à Iudæorum murmuratoribus.
necdum frumentum à paleis segregatum est,
ut grana frumenti congregentur in horreum,
& paleæ comburantur igne æterno. Quod dic-
tum est ergo de Domino, ualeat ad consolati-
onem de quocunq̄ hoc dictum fuerit Chri-
stiano. Nemo tamen palam loquebatur de illo, pro-
pter metum Iudæorum. Qui dicebant, bonus est.
Nam qui dicebant, seducit turbas, sonitus eo-
rum apparebat tanquam aridorum foliorum.
Seducit turbas, clarius sonabant. Bonus est,
prefsius susurrabant. Modo autem fratres quā
uis nondum uenerit illa gloria Christi, quæ
nos æternos factura est, modo tamen ita cre-
scit Ecclesia eius, ita eam dignatus est per eun-
ctā

Festa Iudæ-
orum, signi-
ficant.

Boni non
omnibus
statim pro-
bantur.
Colos.3.

Frumentū
cū paleis.

Adoptiuū
Dei filium
esse Chri-
stum hære-
sis.
Rom.9.

Ioan.1.

Crede, &
intelliges,
nō contrā.

sta diffundere, ut etiam susurraret, sed uicit tur-
bas: sed clarius personet, bonus est, nam noua
hæresis in angulis occulte susurrat, Christus est
adoptiuus, sed clarius uniuersalis sanctæ Ecce-
siæ uox resonat, Christus est filius Dei propri-
us. Sibilant quoque serpentino ore, Chri-
stus nuncupatiuus est Deus, sed expressius fir-
miusq̄ fidelium omnium unanimitas clamat,
Christus bonus est Deus: teste egregio prædi-
catore, qui ait, Quorū patres, ex quibus Chri-
stus, qui est super omnia Deus benedictus.
Ascendit ergo Iesus ad diem festum mediante die festo, &
docebat: & mirabantur Iudæi, dicentes, Quomodo hic li-
teras scit, cum non didicit. Ille quia latebat docebat:
& nō tenebatur & palam loquebatur. Illud en-
nim ut lateret, erat exempli: hoc potestatis. Sed
etū doceret, mirabatur Iudæi. Omnes quidem,
quantū arbitror, mirabatur, sed nō omnes con-
uertebantur. Vnde admiratio? quia multi no-
uerant ubi natus, & quemadmodum fuerat es-
ducat. Nunquam eum uiderant literas di-
fcentem, audiebant tamen de lege disputan-
tem, legis testimonia proferentem, quæ ne-
mo posset proferret, nisi legisset: nemo legeret,
nisi literas didicisset: & ideo mirabantur. Eo-
rum autem admiratio, magistro facta est insi-
nuandæ altius ueritatis occasio. Ex eorū quip-
pe admiratione & uerbis dixit Dominus ali-
quid profundum, & diligentius inspiciendum.
Quid ergo respondit Dominus eis admiranti-
bus quomodo sciret literas, quas non didice-
rat? *Mea, inquit, doctrina, non est mea, sed eius qui
misi me.* Hæc est enim profunditas. Videtur en-
nim paucis uerbis quasi cōtraria locutus. Non
enim ait, ista doctrina non est mea, sed mea
doctrina non est mea. Quomodo mea & non
mea, quæstio est, quomodo fieri possit utrum-
que, & mea, & non mea? Si enim diligenter in-
tueamur quod ipse in exordio dicit sanctus E-
uangelista. In principio erat uerbum, & uerbū
erat apud Deum, & Deus erat uerbum: inde
pēdet huius solutio quæstionis. Quæ est ergo do-
ctrina patris, nisi uerbū patris? Ipse ergo Chri-
stus, doctrina est patris, si uerbum patris, sed
quia uerbum non potest esse nullius, sed alicu-
ius: & suam doctrinam dixit seipsum, & non su-
am, quia patris est uerbum. hoc ergo dixisse ui-
detur Dominus Christus, *Mea doctrina non
est mea: ac si diceret, Ego sum à me ipso. Quam
uis enim filium patri dicamus & credamus æ-
qualem, nec ullam in eis esse naturæ uel substā-
tiæ distantiam, nec inter generantem acque ge-
neratum aliquod interfuisse interuallum, tamē
hoc seruatō & custodito, ita dicimus, quod il-
le pater est, ille filius. Pater autem non est si
non habeat filium, filius non est si non habeat
patrem. sed tamen filius Deus de patre, pa-
ter autem Deus, sed non de filio pater, non
Deus de Deo. Filius uero, Deus de Deo, lu-
men de lumine, Pater lumen, filius lumen: non*

duo lumina, sed unum lumen. Pater Deus, fi-
lius Deus: non duo dii, sed unus Deus, pater
& filius, spiritus sanctus de patre & filio pro-
cedens, & ipse Deus. sicut pater Deus, sicut fi-
lius Deus, sic etiam spiritus sanctus Deus: non
tres dii, sed unus Deus, unum lumen, una sub-
stantia, una natura, una maiestas, una æterni-
tas, una magnitudo, una potentia, una bonitas.
Vidit itaque ipse Dominus Christus Dei sa-
pientia hoc tam profundum arcanum nō om-
nes intellecturos. in consequenti dedit consi-
lium. *Intelligere uis? crede.* Deum enim
prophetans dixit, *Nisi credideritis, non intelligen-
tis.* Ad hoc pertinet quod hic etiam Dominus
secutus adiunxit, *Siquis uoluerit uoluntatem eius fa-
cere, cognoscat de doctrina utrum ex Deo sit, an ego à me-
ipso loquor.* Quid est hoc, si quis uoluntatem
eius uoluerit facere? Sed ego dixeram, si quis
crediderit, & hoc consilium dederam, si non
intellexisti, inquam, crede. Intellectus enim
merces est fidei. Ergo noli quærere intelligen-
re, ut credas: sed crede, ut intelligas: quoni-
am nisi credideritis, non intelligetis. Cum er-
go ad possibilitatem intelligendi consilium
dederim obedientiam credendi, & dixerim
Dominum Iesum Christum hoc ipsum con-
iunxisse, in consequenti sententiā inuenimus eū
dixisse: *Si quis uoluerit uoluntatem eius face-
re, hoc est credere. Sed quia cognoscit, hoc
est intelligit, omnes intelligūt: quia uero quod
ait, si quis uoluerit uoluntatem eius facere, hoc
pertinet ad credere: ut diligentius intelliga-
tur, opus est nobis ipso Domino nostro expo-
sitore, ut indicet nobis utrum reuera ad cre-
dere pertineat facere uoluntatem patris eius.
Quis nesciat hoc esse facere uoluntatem Dei,
operari opus eius, id est, quod illi placet? Ipse
enim Dominus aperte alio loco dicit, Hoc est
opus Dei, ut credatis in eum, quem ille mi-
sit. Ut credatis in eum: non, Ut credatis ei.
Non autem continuo, qui credit ei, credit in
eum. nam & dæmones credebant ei, & non
credebant in eum. Rursus etiam de Aposto-
lis ipsius possumus dicere, Credimus Paulo:
sed non credimus in Paulum. Credimus Pe-
tro, sed nō credimus in Petrū. Crediti in eum
qui iustificat, deputatur fides eius ad iustitiam.
Quid est ergo credere in eū? Credēdo amare,
credendo diligere, credendo ad eū ire, & eius
membris incorporari. Ipsa est ergo fides quam
de nobis exigit Deus, quæ per dilectionem o-
peratur. Si intelligis uerba Dei, intellige quia
Christus filius est Dei, & doctrina patris: non
est ex se ipso, non ex nihilo, non ex alijs substi-
tibus, sed ex patre tantum, in patre manens,
æqualis patri. *Qui à semetipso loquitur, gloriam pro-
priam querit.* Hoc erit qui uocatur Antichri-
stus, extollens se, sicut Apostolus dicit, super
omne quod dicitur Deus, & quod colitur. Ipsi-
sum quippe annuncians dominus gloriā suam
quasi uerum*

Esa.6.

Cognitio-
nem dei
des facit.
nō contrā.

Opus Dei,
uoluntas
Dei.
Ioan.6.

Matt. 17.
Iacob. 2.

Rom. 4.
Credere
deo, & in
deum.

Gala. 3.

2. Thef. 2.

Ioan. 5. quæsiturum, non gloriam patris, ait ad Iudæos, Ego ueni in nomine patris mei, & non suscepi-
 Antichri- scipietis. Significauit eos Antichristum susce-
 sti ambi- pturos, qui gloriam nominis sui quæsiturus est,
 tio, inflatus, non solidus, & ideo non stabilis, sed utiq;
 ruinosus. Dominus autem noster Iesus Christus magnum exemplum nobis præbuit humilitatis. Nempe æqualis est patri. Nempe in principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Nempe ipse dixit, & uerissimè dixit. Tanto tempore uobiscum sum, & nō cognouistis me? Philippe, qui me uidet, uideret & patrem. Nempe ipse dixit, & uerissime dixit. Ego & pater unum sumus. Si ergo cum patre unum æqualis patri, Deus de Deo, deus apud deum coæternus, immortalis, pariter incommutabilis, pariter sine tempore, pariter creator, dispensator temporū: tamen quia uenit in tempore, & formā seruī accepit, & habitu inuētus est ut homo, quærit gloriam patris, non suam.
 Philipp. 2. Quid tu homo facere debes, qui quando aliquid boni facis, gloriam tuam quæris: quando autem aliquid mali facis, deo calumniam meditaris? Intende tibi, creatura es. Agnosce creatorem, seruus es. Ne contempnas deum, adoptatus es, sed nō meritis tuis. Quære gloriam eius à quo habes hanc gratiā homo adoptatus, cuius gloriam quæsiuit qui est ab illo unicus natus. Qui autem quærit gloriam eius qui misit illum, hic uerax est, & iniusticia in illo non est. In Antichristo autem iniustitia est, & uerax nō est, quia gloriam suā quæsiturus est, nō eius à quo missus est. Nō est missus, sed uenit permissus. Omnes ergo pertinentes ad corpus Christi, ne inducamur in laqueū Antichristi, non quæramus gloriam nostrā. Sed si ille quæsiuit gloriam eius qui eum misit, quanto magis nos eius qui nos fecit? Sequitur, Non me Moses, inquit, dedit uobis legem, & nemo ex uobis facit legem? Quid me queritis interficere? Ideo enim queritis interficere, quia nemo ex uobis facit legem. Nam si legem fecissetis, in ipsis literis Christū agnosceretis, & præsentem non occideretis, & illi responderunt. Respondit enim turba. Respondit quasi turba, non pertinentia ad ordinem, sed ad perturbationem. Denique turba turbata uide quid responderit. *Dæmonium habes, quis te querit occidere?* Quali non fuerit peius dicere, dæmonium habes, quam eum occidere. Ei quippe dictū est quod dæmonium habebat qui dæmones expellebat. Quid possit aliud dicere turba turbulenta? quid possit aliud olere coenū commotū, nisi putidum? Turba turbata est, unde à ueritate. Turbam sippitudinis turbauit claritas lucis. Oculi autem non habentes sanitatem, non possunt ferre luminis claritatē. Dominus autem non planè turbatur, sed in sua ueritate tranquillus, non reddidit malum pro malo, nec maledictum pro maledicto: quibus si diceret, Dæmonium uos habetis: uerum di-

ceret. Nam unde hoc illi dicerent de ueritate, Dæmonium habes, nisi eos diaboli falsitas irritaret? Quid ergo responderit tranquillus, audiamus, & tranquillæ uiuamus. *Vnum opus feci, & omnes miramini.* Tanquam dicens, quid si omnia opera mea uideretis? Ipsius enim opera erant quæ in mundo uidebant: & ipsum qui fecit omnia, non uidebant. Fecit unā rem, & turbati sunt, quia saluum fecit hominem in sabbato: non intelligentes Dominum esse sabbati filium hominis, qui sabbatum propter hominē cōstituit, non hominem propter sabbatū. Nec sabbatum destruxit, qui sanum fecit hominem in sabbato, quia ad salutem hominum hominibus sabbati custodia data est. *Propter Moses dedit uobis circumcisionem.* Bene factum est ut acciperetis circumcisionem à Mose. Non quia ex Mose est, sed ex patribus. Abraham quippe primus accepit circumcisionem à Domino. Et in sabbato circumciditis, Cōuincit uos Moses in lege. Accipistis ut circumcidatis octauo die, accepistis in lege ut uacatis septimo die. Si octauus dies illius qui natus est, occurrerit ad diem septimum sabbati, quid facietis? Vacabitis, ut seruetis sabbatum, an circumcidetis, ut impleatis sacramentum diei octauæ? Sed noui, inquit, quid facitis. Circumciditis hominem, quare? quia circumcisio pertinet ad aliquod signum salutis, & non debent homines sabbato uacare à salute. Ergo nec mihi irascimini, quia saluum feci totum hominem in sabbato. Si circumcisionem, inquit, accipit homo in sabbato, ut non soluiatur lex Mosi. Aliquid enim per Moſen in illa constitutione circumcisionis salubriter institutum est, mihi operati salutem in sabbato, quare indignamini? Forte enim illa circumcisio ipsum Dominum significabat, cui illi curanti & sananti indignabantur. Iusta est enim adhiberi octaua die. Et quid est circumcisio, nisi carnis expoliationem? Significat ergo ista circumcisio, expoliationem à corde cupiditatum carnalium. Non ergo sine causa data est, & in eo membro fieri iusta, quoniam per illud membrū procreatur creatura mortalium: & per unum hominem mors, sicut per unum hominem, peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors. Ideo quisq; cum præputio nascitur, quia omnis homo cum uitio propagnis nascitur: & non mundat Deus siue à uitio cum quo nascimur, siue à uitijis quæ male uiuendo addimus, nisi per cultellum petrinum, id est, Dominum nostrum Iesum Christum. Petra enim erat Christus. Cultellis enim petrinis circumcidebant, & petre nomine Christum figurabant, & præsentem non agnoscebant, sed in super occidere eum cupiebant. Quod uerò circumciditis hominem in sabbato, intelligite hoc significari opus bonum. *Quod ego feci totum hominem saluum in sabbato.* Quia & curatus est, ut sanus esset in corpore: & credidit, ut sanus esset

Iudicandū recte ac uere, non personaliter. Christus unde fuerit.
Visio Christi in corpore. Aequis dilectio.
Circumcisio quid sit.
Præputiū quisq; cum nascitur affert.
Mat. 2. Micheæ 5. Natiuitas Christi locus.

esset in anima. *Nolite iudicare personaliter, sed rectū iudicium iudicate.* Quid est hoc nisi quia si per legem Mosi circumciditis sabbato, non irascimini Mosi: & quia ego die sabbati saluum feci hominem, irascimini mihi: personaliter iudicatis, ueritatem attendite, & iustum iudicium iudicate. Si secundum ueritatem iudicatis, neq; Mosen neq; me condemnabitis: & ueritate cognita, me cognoscetis, quia ego sum ueritas. Hoc ueritatem fratres quod Dominus notauit hoc loco, euadere in hoc seculo, magni laboris est, nō personaliter iudicare, sed rectū iudicium retinere. Admonuit quidem dominus Iudæos, sed monuit nos, illos conuicit, nos instruxit. Illos redarguit, nos exacuit. Non putemus hoc nobis ideo nō dictum, quia tunc ibi nō fuimus. Nos itaq; sic audiamus Euāgelium, quasi præsentem Dominum: ne dicamus, O illi felices, qui eum uideri potuerunt, multi in eis qui uiderunt eum carnaliter, occiderunt: multi autem in nobis qui non uiderunt, crediderunt. Quis est qui non iudicat personaliter, nisi qui æqualiter diligit? Qui æqualiter omnes diligit, æqualiter de omnibus iudicat. Nec hoc dictum putemus de illis quos pro honore graduum diuerso modo honoramus, sed de illis quorum causas diiudicare iubemur. Dominus igitur Iesus non manifeste, sed occulte ascendit ad diem festum: non quia timebat ne teneretur, cuius potestas erat ut non teneretur, sed ut significaret etiā in ipso die festo qui celebrabatur à Iudæis, occultari, & clausum esse mysterium, sed mox apparuit potestas, quæ putabatur timiditas. Loquebatur enim palam in die festo, ita ut mirarentur turbæ, & dicerent quod audiuimus, cum lectio legeretur: *Nemo hic est quem quærebant interficere? ecce palam loquitur, & nihil illi dicunt. Nam uere cognouerunt principes quia hic est Christus?* Qui nouerant quæ seueritā quærebatur, mirabantur quæ potētia non tenebatur. Vnde non plane intelligentes illius potentiam, putauerunt esse principum scientiam, quod ipsi cognouerant eundem esse Christum, & ideo pepercerunt ei, quo tempore occidendum quæsierunt, deinde illi ipsi apud seipſos qui dixerant, Nunquid cognouerunt principes quia hic est Christus? fecerunt sibi quæstionem, quæ eis uideretur non esse Christum. Adiungentes enim dixerunt, *Sed istum nouimus unde sit: Christus autem cum uenerit, nemo scit unde sit.* Quid est quod dixerunt Iudæi, Christus cum uenerit, nemo scit unde sit, dum Herode interrogante locum natiuitatis eius, demonstrauerunt iuxta prophetiam Micheæ pphetæ, & ex hoc certū est locum natiuitatis illius eos nosse? Sed cōsiderandum est quid se nosse putarent, & quid non se scire dixerunt. Locum enim natiuitatis illius sciebant per prophetarum dicta, sed diuinam eius natiuitatē, quæ ex Deo patre æternaliter natus est, propter impietatem cordis sui nesciebant. *Esa-*

ia dicente, Generationem eius quis enarrabit? Deniq; & ipse Dominus ad utrumq; respondit, & de humanitatis fragilitate, & de diuinitatis maiestate, dicens, *Clamabat ergo docens in templo Iesus, Et me scitis, & unde sim scitis.* Recte ergo dixit, Et me nostis, & unde sim scitis, id est, secundum carnem natiuitatem meam nostis, & nobilitatem parentum meorum, & effigiem uultus mei, nostis. Secundum diuinitatem autem non nostis, *Quia à me ipſo non ueni, sed est uerus qui me misit, quem nescitis.* Sed ut eum sciat, credite in eum quem misit: & sciat quod nemo Deum uidit unquam nisi unigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit: & patrem nemo cognouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Deniq; cum dixisset, Sed est uerus qui misit me, quem uos nescitis: ut ostenderet eis unde possent scire quod nesciebant, subiicit, *Ego scio eum.* Ergo à me querite ut sciat, eum. Quare autem scio eum? quia ab ipſo sum, & ipse me misit. Magnificetur unumq; mōstrauit. Ab ipſo, inquit, sum: quia filius de patre: & quæ quid est filius, de illo est, cuius est filius, ideo dominū Iesum dicimus deum de Deo: patrem non dicimus Deū de Deo, sed tantum Deum. & dicimus Dominum Iesum lumen de lumine, patrem non dicimus lumen de lumine, sed tantū lumen. Ad hoc ergo pertinet quod dixit, ab eo sum. Quæ autem uidetis me in carne, ipse me misit. Vbi audis, ipse me misit, noli intelligere naturæ dissimilitudinē, sed generantis auctoritatem. Quærebant ergo eum apprehendere, & nemo misit in illum manus, quia nondum uenerat hora eius. Hoc est, quia nolebat. Qui enim uoluntate natus est, uoluntate & passus est. Sicut horam præuiderat natiuitatis suæ, ita horam prædestinauit passionis suæ. Si hora mortis nostræ, illius uoluntas: quanto magis hora passionis suæ in arbitrio uoluntatis suæ uenit? Magna igitur misericordia Domini nostri Iesu Christi, factum esse eum propter nos in tempore, per quem facta sunt tempora. Factū esse inter omnia, per quem facta sunt omnia: factū esse quod fecit, factus est quod fecerat. Factus est enim homo, qui hominem fecerat: ne periret quod fecerat. Secundum hanc dispensationem iam uenerat hora natiuitatis, & natus erat: sed nondum uenerat hora passionis: ideo nondum passus est, quia necdum uenerat hora in qua pati uoluisset. Ideo in cruce legitur eum dixisse, dum omnia perfecta fuerunt: secundum scripturas prophetarum, Consummatum est: & inclinato capite tradidit spiritum. Dum uero uoluit, consummata fuerunt quæ de eo scripta sunt. & consummatis omnibus, potestatem propria emisit spiritum. De turba autem multi crediderunt in eum. Humiles & pauperes saluos faciebat Dominus: principes insaniebant, & ideo medicum non solum non agnoscebat, sed etiam occidere cupiebant. Erat quædam turba quæ suam ægritudinem cito uidit, &

Esa. 53.
Ioan. 1.
Luc. 10.
Ioan. 19.
Consummatum est.
Psal. 33.
Humiles & pauperes saluos faciebat Dominus.
res magis saluantur.

illius medicinam sine dilatione cognouit, quæ commota miraculis credidit, principibus infidelitate manentibus. Ideo audita multitudinis fide murmurabant, quia Christus glorificabatur: & cito miserunt ministros ut eum comprehenderent: quem apprehendere non poterunt, adhuc nolentem ut comprehenderetur: sed au dierunt de centem, qui uenerant apprehendere. Dixit ergo Iesus, *Adhuc modicum tempus uobiscum sum.* Quod modo uultis facere, facturi estis, sed non modo. Quod modo nolo, quare adhuc modo nolo: quia adhuc modicum tempus uobiscum sum. *Et tunc uado ad eum qui misit me.* Implere de beo dispensationem meam, & sic peruenire ad passionem meam. *Queritis me, & non inuenietis: & ubi sum ego, uos non potestis uenire.* Hic iam resurrectionem suam prædixit. Noluerunt enim agnoscere præsentem, & postea quasi fuerunt, cum uiderent multitudinem iam credentem. Magna enim signa facta sunt, & iam Dominus resurrexit, & ascendit in cælum: tunc per discipulos facta sunt magna, sed ille per illos fecit, qui & per se ipsum. Ipse quippe illis dixerat, Sine me nihil potestis facere. Quare non potuerunt uenire: quia noluerunt credere: quia nullus sine fide saluari potest. *Dixerunt ergo Iudæi, non ad ipsum, sed ad semetipsum, quod hic iturus est, quia non inueniemus eum: Nunquid in dispersionem gentium iturus est, & docturus gentes?* Non enim sciebant quod dixerunt: sed quia ille uoluit, prophetauerunt. Iturus enim erat Dominus ad gentes, non præsentia corporis sui, sed potestate diuina in discipulis suis, de quibus dixit propheta, *Quam pulchri sunt pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona:* in his pedibus Christus iturus erat ad gentes, & eas docturus gentes, quæ fidem acceperunt, gentes quas Iudæi spreuerunt, qui uerum nescientes prophetauerunt, quia ignorauerant Christum dicentem, *Et ubi ego sum, uos non potestis uenire.* Quare non potestis uenire: quia non uultis credere. Quid est quod dixit, *Ubi sum ego, nisi, in sinu patris, cõtempiternus patri sum, in terra loquebatur, sed in patris sinu esse monstrabat.* Inter cæteras dispensationes domini nostri, & doctrinas salutis nostræ, & dubitationes Iudæorum de domino Iesu Christo quæ dixit, quibus alij confunderentur, alij docerentur, nouissimo festiuitatis illius die (tunc enim ista agebantur) quæ appellatur scenopegia, id est, tabernaculorum constructio, de qua festiuitate iam meminit charitas ueltra fuisse desertum, uocat Dominus Christus, & hoc non ut cunq; loquedo, sed clamando, ut qui sitit, ueniat ad eum. Sitimus: ueniamus, non pedibus, sed affectibus: ne migrando, sed amando ueniamus. quanquam interiorum hominum & qui amat, migrat: & aliud est migrare corpore, aliud corde. Migrat corpore, qui motu corporis mutat locum: migrat corde, qui motu cordis mutat affectum, si aliud amas, aliud amabas,

Ioan. 15.
Hebr. 15.
Esa. 52.
Pedes Christi A postei eius.
Migratio corporalis & spiritalis.

non sibi es ubi eras. Clamabat ergo nobis Dominus, stabat enim, & clamabat, *Si quis sitit, ueniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ.* Quid hoc esset, quando euangelista exposuit, immorari non debemus, Vnde enim dixerit dominus, Si quis sitit, ueniat ad me, & bibat: & qui credit in me, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ: consequenter exposuit Euangelista, dicens, *Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum.* Hoc tantum sciamus, quia de charitate hoc clamabat Dominus Iesus. Clamat ergo, & dicit ut ueniamus, & bibamus, si intus sitiamus: quia cum biberimus, flumina aquæ uiuæ fluent de uentre nostro. Venter interioris hominis, conscientia cordis eius. Bibito ergo isto liquore, reuiuiscit purgata conscientia: & hauriens fontem habebit: ipsa etiam fons erit. Quid est fons, uel quid est fluuius, qui manat de uentre hominis? Beneuolentia, qua uult cõsultare proximo. Si enim putet quia quod sibi bibit, sufficit, arefcit, & non fluit aqua uiua de uentre eius. Si autem proximo festinat cõsultare, ideo non siccat, quia manat. Videamus quidnam sit quod bibunt qui credunt in Deum: quia utiq; si Christiani sumus, & credimus, bibimus: & unus quisq; in se debet cognoscere si bibit: ut si bibit, fluat ex eo quod bibit, non enim nos deseret fons, si non deseramus fontem. Exposuit Euangelista, & dixit unde dominus clamasset, ad qualem potum inuitasset, quid bibentibus proponasset, dicens, *Hoc autem dicebat de spiritu quem accepturi erant credentes in eum.* *Nondum enim erat spiritus datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus.* Quem dicit spiritum, nisi sanctum? Spiritum namq; unusquisq; homo habet in se, proprium spiritum, id est, animum. Animus enim cuiusq; eius est spiritus, de quo dicit Paulus Apostolus, *Quis enim scit hominum quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est?* Sed quid est quod ait, *Nondum enim erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus?* Nunquid non spiritus fuit in sanctis Dei prophetis & patriarchis, qui multa per spiritum sanctum futura prædixerunt? Igitur & Helizabeta legitur spiritum sancto repleta esse, & de Zacharia similiter, dicente Euangelista, *Et Zacharias pater eius repletus est spiritu sancto, & prophetauit, dicens: Quid est quod dicit, Spiritus sanctus necdum fuerat datus?* Multa enim indicia præcedentis spiritus sancti habemus, antequam Dominus glorificaretur resurrectione carnis suæ. non enim alium spiritum etiam prophetæ habuerunt, qui Christum uenturum prænuiciauerunt. Sed modus quidam futuræ prædicationis huius, qui omnino antea non apparuerat. de ipso hic dicitur, nusquam enim legimus antea congregatos homines accepto spiritu sancto linguis omnium gentium locutos fuisse. Post resurrectionem autem suam primum, quando apparuit

10
20
30
40
50
60

Anima hominis, 1. Cor. 7.
Luc. 1.
Act. 1.

ruit discipulis suis, dixit illis, *Accipite spiritum sanctum.* De hoc ergo dictum est, *Nondum erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus.* & inflauit in faciem eorum, quo flatu primum hominem quem fecit, uiuificauit, & de limo erexit: quo flatu animam membrum eius dedit. Significans enim eundem esse spiritum quem inflauit in faciem eorum, ut a luto exurgerent, & Iudeis operibus renunciarent, tunc primum post resurrectionem suam Dominus (quam dicit Euangelista, glorificationem) dedit discipulis suis spiritum sanctum, deinde commoratus cum eis quadraginta diebus, ut liber Actuum Apostolorum demonstrat, ipsis uidentibus, & uidentibus deducantibus, ascendit in cælum. ibi peractis decem diebus, die Pentecostes, misit de super spiritum sanctum, qui, sicut dixi, fuerant uno in loco congregati: quo accepto, omnium gentium linguis locuti sunt. Quæret aliquis forsitan, baptizati in Christo, & in charitate præceptorum eius uiuētes, quare omnium gentium linguis non loquantur, dum certum est spiritum sanctum eos accepisse? Quia ipsa Ecclesia quæ est corpus Christi, omnium gentium linguis loquitur: quod tunc in primitiua Ecclesia præsignatum est, quæ in Iudæa uenit tantummodo de gente initiata est, nunc uero ex omnibus gentibus congregata. Quomodo uero unus tunc homo loquebatur linguis, ita modo unitas sanctæ Ecclesiæ omnibus loquitur linguis, accipimus ergo & nos spiritum sanctum, si amamus Ecclesiam, si charitate compaginamur, si catholico nomine & fide gaudemus. Igitur quantum quisque amat Ecclesiam Christi, tantum habet spiritum sanctum. Habemus ergo spiritum sanctum, si amamus Ecclesiam, amamus autem, si in eius compage & charitate consistimus, quam Apostolus omnibus uirtutibus fiducialiter preposuit. Quicunq; ipsam habet, cuncta habebit bona: quia sine illa nihil pderit quicquid habere potuerit homo: de qua beatus Iacobus Apostolus ait, qui autem offēderit in uno, factus est omnium reus. De hac etiam ipsa ueritas, ait, *In hoc enim cognoscunt omnes quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad inuicem.* Cum ergo hæc loquebatur Christus in die nouissimo festiuitatis, quæ modo proposuimus, & ut potuimus tractauimus, nata est de illo in turba dissensio, alij putantibus quod ipse esset Christus: alij discipulis, quia de Galilæa non exurgeret Christus. Qui uero missi fuerant ut eum tenerent, redierunt immunes à crimine, & pleni admirationis. Nam & testimonium perhibuerunt diuina doctrina eius, cum dicerent illi à quibus missi erant, *Quare non adduxistis eum?* Responderunt enim, nusquam se audisse hominem sic locutum. Non enim quisquam sic loquitur homo: ille autem sic locutus est, quia deus erat & homo: tamen Pharisei testimonium eorum re-

Ioan. 20.
Spiritus sancti doctrina.
Gen. 2.
Ioan. 20.
Act. 1.
Act. 1.
Linguis omnium gentium etc. Christi fecundia.
Ecclesiæ Christi amor.
1. Cor. 13.
Charitatis præstia.
Iaco. 2.
Ioan. 13.

pellentes, dixerunt eis, *Nunquid & nos seducti estis?* Videmus enim delectatos uos esse sermonibus illius. *Nunquid aliquis de principibus credidit in eum, aut ex Phariseis? Sed turba hæc quæ non nouit legem, maledicti sunt.* Qui non nouerant legem, ipsi credebant in eum: & eum qui miserant legem, contemnebant qui docebant legem, ut impleretur quod dixerat ipse Dominus, *Ego ueni ut non uidentes uideant, & uidentes cæci fiant.* Cæci enim facti sunt Pharisei doctores, illuminati sunt populi legem nescientes, & in authorem legis credentes. Nicodemus tamen unus ex Phariseis, qui ad Dominum nocte uenerat, & ipse quidem non incredulus, sed timidus (nam ideo & nocte uenerat ad lucem, quia illuminari uolebat, & sciri timebat) respondit Iudæis, *Nunquid lex nostra iudicat hominem, nisi au dierit ab ipso prius, & cognouerit quid faciat?* Volebāt enim illi peruersi ante esse damnatores, quam cognitores. Sciebat autem Nicodemus, uel potius credebatur, quia si tantummodo eum patienter uellent audire, forte similes fierent illis qui missi sunt tenere eum, & maluerunt credere illi, quam tenere illū. *Responderunt ergo ei.* Ex præiudicio cordis sui quod & illis, *Nunquid & tu Galilæus es?* Id est, quasi à Galilæo seductus? Dominus enim Galilæus dicebatur, quoniam de Nazareth ciuitate erant parentes eius. Secundum Mariam dixit parentes, non secundum uirile semen. Non enim quasi uir in terra nisi matrem, qui iam habebat de super patrem. Nam utraq; eius natiuitas mirabilis fuit, diuina sine matre, humana sine patre homine. Quid ergo illi quasi legis doctores ad Nicodemum? *Scrutare eum, quia propheta à Galilæa non surgit.* Sed dominus prophetatum in de surrexit. Reuersi sunt, inquit Euangelista, unusquisq; in domum suam.

CAPVT VIII.

Iesus autem perrexit in montem Oliueti, & diluculo iterum uenit in templum: & omnis populus uenit ad eum, & sedens docebat eos. Adducunt autem scribæ & Pharisei mulierem in adulterio deprehensam, & statuerunt eam medio, & dicunt ei: *Magister, hæc mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis?* Hoc autem dicebāt tentantes eum, ut possent accusare eum. Iesus autem inclinās se deorsum, digito scribebat in terram. Cū ergo perseverarent interrogātes eum, erexit se, & dixit eis: *Qui sine peccato est uestrum, primus in illā lapidem mittat.* Et iterum se inclinās scribebat in terram. Audientes autem hæc, unus post unum exibant, incipientes à senioribus: & remansit solus Iesus, & mulier in medio stās. Erigens autem se Iesus dixit ei: *Mulier, ubi sunt qui te accusabant? nemo te condemnauit? Quæ dixit, Nemo Domine. Dixit autem Iesus: Nec ego te condemnabo. Va-*

10
20
30
40
50
60

Mar. 4.
Luc. 1.
Galilæus quare dicitur sit Christus.
Leui. 24.

1. Ioan. 1.

de, & iam amplius noli peccare. Iterum ergo loquutus est eis Iesus, dicens: Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitae. Dixerunt ergo ei Pharisaei: Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est uerum. Respondit Iesus, & dixit eis: Et si ego testimonium perhibeo de meipso, uerum est testimonium meum: quia scio unde ueni, & quod uado: uos autem nescitis unde uenio, aut quod uado. Vos secundum carnem iudicatis, ego non iudico quoniam quem non iudico ego, iudicium meum uerum est, quia solus non sum, sed ego, & qui misit me, pater. Et in lege uestra scriptum est: Quia duorum hominum testimonium uerum est: Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me qui misit me, pater. Dicebant ergo ei: Vbi est pater tuus? Respondit Iesus, Neque me scitis, neque patrem meum: si me sciretis, forsitan & patrem meum sciretis. Haec uerba locutus est Iesus in gazophylacio, docens in templo: & nemo apprehendit eum, quia necdum uenerat hora eius. Dixit ergo iterum eis Iesus: Ego uado, & quaeritis me, & in peccato uestro moriemini. Quod ego uado, uos non potestis uenire. Dicebant ergo Iudaei: Nunquid interficiet semetipsum, quia dicit: Quod ego uado, uos non potestis uenire? Et dicebat eis: Vos deorsum estis, ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo. Dixit ergo uobis quia moriemini in peccatis uestris, si enim non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato uestro. Dicebat ergo ei: Tu quis es? Dixit eis Iesus: Principium, qui & loquor uobis. Multa habeo de uobis loqui, & iudicare, sed qui me misit, uerax est: & ego quae audiui ab eo, haec loquor in mundo. Et non cognouerunt quia patrem eius dicebat Deum. Dixit ergo eis Iesus: Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & a meipso facio nihil, sed sicut docuit me pater, haec loquor. Et qui me misit mecum est, & non reliquit me solium: quia ego quae placita sunt ei, facio semper. Haec illo loquente, multi crediderunt in eum. Dicebat ergo Iesus ad eos qui crediderunt ei Iudaeos: Si uos manseritis in sermone meo, uere discipuli mei eritis, & cognoscetis ueritatem, & ueritas liberabit uos. Responderunt ei: Semen Abraham sumus, & nemini seruiuimus unquam. quomodo tu dicis, Liberi eritis? Respondit eis Iesus: Amen amen dico uobis, quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati, seruus autem non manet in domo in aeternum, filius manet in aeternum. si ergo filius uos liberauerit, uere liberi eritis. Scio quia filij Abraham estis, sed quaeritis me interficere, quia sermo meus non capit in uobis. Ego quod uidi apud patrem, loquor: & uos quae uidistis apud patrem uestrum, facitis. Responderunt, & dixerunt ei: Pater noster Abraham est. Dicit ei Iesus: Si filij

Deut. 19. Mat. 18. 2. Cor. 13. Hebr. 10.

Rom. 3.

Rom. 6. 2. Pet. 2.

Abraham estis, opera Abraham facite. Nunc autem quaeritis me interficere, hominem qui ueritatem uobis locutus sum, quam audiui a deo. Hoc Abraham non fecit. Vos facitis opera patris uestri. Dixerunt itaque ei: Nos ex fornicatione non sumus nati, unum patrem habemus Deum. Dixit ergo eis Iesus: Si Deus pater uester esset, diligeretis utique me, ego enim ex deo processi, & ueni, neque enim a meipso ueni, sed ille me misit. Quare loquelam meam non cognoscitis? Quia non potestis audire sermonem meum. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris uestri uultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in ueritate non stetit, quia non est ueritas in eo. cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax est, & pater eius. Ego autem si ueritatem dico, non creditis mihi. Quis ex uobis arguet me de peccato? Si ueritatem dico, quare uos non creditis mihi? Qui ex deo est, uerba dei audit. Propterea uos non auditis, quia ex deo non estis. Responderunt ei: Non bene dicimus nos quia Samaritanus es tu, & demonium habes? Respondit Iesus: Ego demonium non habeo, sed honorifico patrem meum, & uos in honorastis me. Ego autem non quaero gloriam meam, est qui quaerit, & iudicet. Amen amen dico uobis, si quis sermonem meum serauerit, mortem non uidebit in aeternum. Dixerunt ergo Iudaei: Nunc cognouimus quia demonium habes. Abraham mortuus est, & propheta, & tu dicis, Si quis sermonem meum serauerit, non gustabit mortem in aeternum. Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est, & propheta mortui sunt? Quem teipsum facis? Respondit Iesus: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est, est pater meus, qui glorificat me, quem uos dicitis, Quia deus noster est: & non cognouistis eum: ego autem noui eum: & si dixero quia non scio eum, ero similis uobis, mendax. Sed scio eum, & sermo nem eius seruo. Abraham pater uester exultauit ut uideret diem meum, & uidit, & gauisus est. Dixerunt ergo Iudaei ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham uidit te? Dixit eis Iesus: Amen amen dico uobis, ante quam Abraham fieret, ego sum. Tulerunt ergo lapides, ut facerent in eum, Iesus autem abscondit, & exiit de templo. **I**nde Iesus perrexit in montem Oliueti. Mons qui uelpe Oliueti, sublimitate Dominicae pietatis & misericordiae designat, quia & graece *ελαιον* misericordiae, oleum uocatur *ελαιον*, & ipsa unctio olei fessis ac dolentibus membris solet adferre leuamen. Sed & hoc, quod oleum & uirtute ac puritate praeminet, & quemcumque ei liquorem superfundere uolueris, confestim hunc transcendere, eius superferri consuevit, gratiam misericordiae caelestis non inconuenienter insinuat, de qua scriptum est. Suauis dominus uniuersis, & miserationes eius super omnia

1. Ioan. 3.

1. Ioan. 4.

Oliueti mons.

ελαιον Oleitypus.

Miserationum dominus, immensitas.

Psal. 144.

Sessiois typus.

Psal. 33.

Leuit. 20.

Peccata proximi ut castigare debeamus. Gala. 6.

nia opera eius. Tempus quoque diluculi, exortu eiusdem gratiae, quia remota legis umbra, lux Euangelicae ueritatis erat reuelanda, demonstrat. Pergit ergo Iesus in montem Oliueti, ut arcem misericordiae in se constare denunciet. Venit iterum diluculo in templum, ut eandem misericordiam cum incipiente noui testamenti lumine, fidelibus, templo uidelicet suo, pandendam praebendamque significet. Et omnis, inquit, populus uenit ad eum: & sedens docebat eos. Sessio domini, humilitate incarnationis, per quam nobis misereri dignatus est, insinuat. Bene autem dicitur, quia cum sedens doceret Iesus, omnis populus uenit ad eum: quia postquam humilitate suae incarnationis proximus hominibus factus est, libentius est a multis eius sermo receptus. A multis inquam est eius sermo receptus, & a pluribus est superba impietate contemptus. Audierunt enim mansueti, & latati sunt. Denique Iudaei tentantes adduxerunt mulierem in adultério deprehensam. Interrogantes quid de ea fieri iuberet, quoniam Moses talem lapidare mandauerat: ut si & ipse hanc lapidam decerneret, deriderent eum quasi misericordiae quam semper decebat, oblitum, si lapidari ueretur, striderent in eum detibus suis, & quasi fautorem scelerum, legisque contrarium uelut merito damnerent. Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra. Per inclinationem Iesu, humilitas: per digitum, qui articulorum compositione flexibilis est, subtilitas discretiois exprimitur. Porro, per terram, cor humanum, quod uel bonarum uel malorum actionum solet reddere fructus, ostenditur. Postulatus ergo Dominus iudicare de peccatrice, non statim dat iudicium, sed prius se inclinans deorsum, digito scribebat in terra: ac sic de mum quam obnixerogatur iudicari: nos uidelicet typice instituens, ut cum quaelibet proximo rum errata conspiciamus, non haec ante reprehendendo iudicemus, quam ad conscientiam nostram humiliter reuersi, digito eam discretionis solerter exculpamus: & quid in ea conditori placeat, quid ue displiceat, sedula examinatione dirimamus, iuxta illud Apostoli, Fratres, & si praecipuus fuerit homo in aliquo delicto: uos, qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu mansuetudinis, considerans teipsum, ne & tu tenteris. Cum autem perseverarent interrogantes eum, erexit se, & dixit eis, Qui sine peccato est uestrum, primus in illam lapidem mittat. Quia hinc & inde Domino Scribae & Pharisaei tendebant laqueos insidiarum, putantes eum uel in misericordem futurum in iudicando, uel iniustum, prauidens ille dolos, quasi fila transit araneae, iudicium iustitiae per omnia, & mansuetudinem pietatis ostendens. Ecce temperantia misericordiae, Qui sine peccato est uestrum. Ecce iterum iustitia iudicandi, Primus in illam lapidem mittat. Ac si dixisset, Si Moses mandauit uobis iudicem huiusmodi lapidare, uidete, quia non

hoc peccatores, sed iustos facere praecipit. Primo uos ipsi iustitiam legis implete, & sic innocentes manibus, & mundo corde, ad lapidandam ream concurrite. Primo spiritualia legis edicta, fidem, misericordiam & charitatem perficite, & sic ad carnalia iudicanda diuertite. Da to autem iudicio, Dominus autem iterum se inclinans scribebat in terra. Et quidem iuxta morem consuetudinis humanae potest intelligi, quod ideo Dominus coram tentatoribus improbis inclinari, & in terra scribere uoluerit, ut alio surum uultum intendens, liberum eis daret exire, quos sua responsione percussos, citius exituros, quam plura interrogaturos esse prauiderat. Denique audientes, unus post unum exiebant, incipientes a sententibus. Sed figurate nos admonet, quod & ante datam & post datam sententiam inclinans scripsit in terra, ut & prius quam peccantem proximum corripiamus, & postquam debita castigacionis illi ministerium reddiderimus, nos ipsos digna humilitatis inuestigatione perpendamus: ne forte aut eisdem quae in ipsis reprehendimus, aut alijs quibuslibet simus facinoribus irretiti: sicut forte fieri poterit, ut qui hominidam reum mortis esse iudicauerit, ipse in seipso per odium fraternae mortis reus esse ante oculum conditoris inueniatur. Similiter qui fornicacionis crimen in fratre accusat, in seipso superbiae factus non uideat. Ideo iubetur iudex alieni criminis digito, discretionis in corde suo describere, ne forte reus in seipso inueniatur. Quid igitur nobis in huiusmodi periculis remedium? Quid restat salutis? nisi ut cum peccantem conspiciamus alium, mox inclinemur deorsum, id est, quam deiecit ex nostra conditionis fragilitate simus, si non nos diuina pietas sustentet, humiliter inspiciamus. Digito scribamus in terra, id est, discrimine solerti pensemus, an cum beato Iob dicere possimus, Neque enim reprehendit nos cor nostrum in omni uita nostra. Bene qui inclinatus scripsit in terra, creatus misericordiae uerba depromit: quia quod per humanam infirmitatis societatem promissit, per diuina uirtutem potentiae hominibus domum pietatis impendit. Erigens inquit, se Iesus, dixit ei: Mulier, ubi sunt qui te accusabant? Nemo te condemnauit. Quae dicit, Nemo Domine. Nemo condemnare ausus est peccatricem, quia in se cernere singulis coeperant, quod magis damnandum cognoscerent. Sed quia accusantium turba prolato iustitiae potere fugauit, uideamus accusatam quanto misericordiae munere subleuet. Sequitur, Dixit autem Iesus, Nec ego te condemnabo. Vade, & amplius noli peccare. Quoniam misericors & pius est, praeterita relaxat: quoniam iustus est, & iustitiam diligit, ne amplius iam peccet, interdicit. Verum quia poterant dubitare aliqui an posset Iesus, quem uerum hominem nouerant, dimittere peccata, dignatur ipse aperius quid diuinitas ualeat, ostendere. Post repulsam nan

Adultera a Christo liberatio. Iustitiam deratores, iusti sumo.

Iudices in- stitui.

Ioan. 3.

Digito in terra scribere, quid sit.

Iustitia ac misericordiae tempus.

que tentatorum nequitiam, post solutam peccatricis culpam, iterum locutus est, Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lucem uitae. Vbi manifeste docet non solum qua autoritate mulier peccata dimiserit, sed etiam quod ipse sit uera lux, quae illuminat omnem hominem uenturum in hunc mundum. Cuius perpetuum splendorem humana fragilitas uidere non potuisset, nisi nube carnis tegetur, per quam quasi per quoddam lucidissimum speculum, diuini luminis claritas humanis mentibus innotesceret: quae fide purganda est, ut tanti luminis aspectu digna efficiatur. Vnde sequutus ait, Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lucem uitae. Qui meis modò iussis & exemplis obsequitur, non timebit in futuro tenebras damnationis, sed lucem potius uitae, ubi nunquam prius moriatur, habebit. Itaque fratres mei sequamur Christum lumē mundi, ne ambulemus in tenebris. Tenebrae metuendae sunt, morum, non oculorum: & si oculorum, non exteriorum, sed interiorum, unde discernitur non album & nigrum, sed iustum & iniustum. Cum ergo dixisset Dominus noster Iesus Christus, Responderunt Iudaei, Tu de te testimonium dicis: testimonium tuum non est uerum. Antequam ueniret Dominus noster Iesus Christus, multas ante se lucernas propheticas accendit, & misit. De his erat etiam Ioannes Baptista, cui tam magnum ipsum lumen quod est Christus, perhibuit testimonium, quale nulli hominum. Ait enim, In natis mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. hic tamen, quo nemo erat maior in natis mulierum, dicit de Domino nostro Iesu, Ego quidem baptizo uos in aqua, qui autem uenit post me, fortior me est: cuius non sum dignus calceamentum soluere. Videte quemadmodum se lucerna diei summittat, Lucernam uero ipsum Ioannem fuisse Dominus ipse testatur. Ille erat, inquit, lucerna ardens & lucens: & uos uolulistis ad horam exultare in lumine eius. Responderunt ergo Iudaei, Tu de te testimonium dicis: testimonium tuum non est uerum. Videamus quid audiant, audiamus & nos, sed non sicut illi, illi contemnes, nos credentes. Illi Christum occidere uolentes, nos per Christum uiuere cupientes. Interim ista distantia distinguat aures mentesque nostras, & audiamus quid Iudaeis responderit Dominus. Respondit Iesus, & dixit eis, Etsi ego testimonium de me perhibeo, uerum est testimonium meum, quia scio unde ueni, & quo uado. Lumen, & alia demonstrat, & seipsum. Christus & se ostendit, & patrem ostendit, & de Iudaeis quid esset uenturum. Ergo ait Dominus, & uerum ait, Etsi ego de me testimonium perhibeo, uerum est testimonium meum, quia scio unde ueni, & quò uado. Patrem uolebat intelligi: patri gloriam dabat filius. Aequalis glorificat eum à quo est missus. Quantum debet homo glorificare eum à quo est creatus? Scio un-

de ueni, & quò uado. Iste qui in praesentia uobis loquitur, habet quod non deseruit, sed tamē ueniens. Non enim ueniendo inde discessit, aut rediēdo nos dereliquit. Quid miramini? Deus est, non potest hoc fieri, sed ab homine non potest hoc fieri. Ab ipso Sol oriente pergat ad occidentem, & deserit orientem, non est in oriente Dominus noster Iesus Christus, & uenit, & ibi est, & rediit, & hic est. Audi ipsum Euangelistam alio loco dicentem, & si potes, cape si non potes, crede. Deū, inquit, nemo uidit unquam, nisi unigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Non dixit, fuit in sinu patris. Hic loquebatur, & ibi se esse dicebat: quia & hinc discessurus quid dixit? Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi. Ergo uerum est testimonium luminis, siue se ostendat, siue alia: quia sine lumine non potest uideri lumen, & sine lumine non potest uideri quodlibet aliud quod non est lumen. Ita que lumen & seipsum ostendit, & quae circa se sunt, ita & Christus & seipsum ostendit, & alios illuminat, quae charitate circa se sunt, & sequitur illum non pedum gressibus, sed charitatis officijs. Duos aduentus Domini nostri Iesu Christi legimus in scripturis sanctis à prophetis esse praedictos: unum misericordiae, qui peractus est: alterum iudicij, qui uenturus est. Prima ergo dispensatio Domini nostri Iesu Christi, medicinalis, non iudicialis est. Nam si primò uenisset iudicaturus, neminem inuenisset cui praemia iustitiae redderet. Quia ergo uidit omnes peccatores, & omnino neminem esse immunem à morte peccati, prius erat eius misericordia praeroganda, & post exercendum iudicium, quia de illo cantauerat psalmista, Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. non enim ait iudicium & misericordiam, nam si primum esset iudicium, nulla esset misericordia, sed primo misericordia, postea iudicium, Quae est prima misericordia? Creator hominis, homo esse dignatus est: factus quod fecerat, ne periret quod fecerat. Quid huic misericordiae addi potest? Addidit tamen: nam reprobatus est ab hominibus, pro quorum salute uenerat in mundum. Irrisiones sustinuit, flagella, sputa, opprobria inimicorum, turpissimam mortem crucis. Haec omnia sustinuit, quia uoluit. Voluit, ut saluaret hominem, quem creauerat. Nullum genus mortis intolerabilius fuit cruce, propter longos cruciatus. Sed nihil nunc gloriosius, quam signum crucis portare in fronte. Vnde apostolus ait gloriam crucis praedicans, Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Quia uenit neminem iudicare, consequenter Iudaeis respondit, Vos secundum carnem iudicatis: ego non iudico quemquam. Pertulit iniustum iudicium, ut ageret iustum: sed in eo quod pertulit iniustum, misericordiae fuit.

Christus ad nos ueniens patrem non deseruit.

Ioan. 1.

Mat. 28.

Aduentus domini duo.

Iudicij aduentus.

Peccato omnia plena erant in Christi aduentu.

Miseri cordia iudicij anteuertit.

Iudicium Christi.

Christi passio.

Crucis ignominia ac gloria.

Galat. 6.

Christus lux mundi.

Matt. 11. Ioan. Ius Ioan. 1.

Ioan. 5.

Testimonium de se, cuius uerum sit.

Potentiam distulit Christus. Mar. 15. fuit. Denique ita humilis factus est, ut pertineret ad crucem. Distulit quidem potentiam, sed publicauit misericordiam. Vnde distulit potentiam? quia de cruce descendere noluit, qui potuit de sepulchro resurgere. Vnde publicauit misericordiam? quia pendens in cruce dixit, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Siue ergo propter hoc, quia non uenerat iudicare mundum, sed saluare mundum, dixit, Ego non iudico quemquam, siue, quemadmodum commemorauit, quoniam dixerat, Vos secundum carnem iudicatis, addidit, Ego non iudico quemquam: ut intelligamus Christum non secundum carnem iudicare, sicut ab hominibus iudicatus est. Nam ut agnoscatiam & iudicem Christum, audite quid sequitur, Et si iudico ego, iudicium meum uerum est. Ecce habet & iudicium. Sed agnosce saluatore, ne sentias iudicem. Quare autem dixit iudicium suum uerum esse? Quia solus, inquit, non sum, sed ego, & qui me misit pater. Quid est missio Christi, nisi incarnatio eius? Missus est Christus, id est ac si dicas, Incarnatus est Christus. Erat a patre missus est, & a patre nunquam recessit: & hic fuit per incarnationem: & hic est modo per diuinitatem. Fides ergo mundet corda nostra: ut intellectus impleat corda nostra, & ut intelligamus mysterium salutis nostrae, altum est, profundum est, secretum est. Vna est substantia, una diuinitas, una maiestas patris & filij. Pater non passus est, sed solus filius. Ergo intelligamus missionem filij nominatam incarnationem filij. Patrem autem incarnatum esse non credas. Vnde ergo uerum est iudicium eius, nisi si quia uerus filius est patris? Ideo dixit, Iudicium meum uerum est, quia solus non sum: sed ego, & qui me misit pater. Idem ergo in alio loco dixit, Ego & pater unum sumus, unum in substantia, duo in personis. Vnde dixit propter substantiae unitatem, sumus dixit propter personarum distinctionem. Audi quid dixit, Ego, & qui misit me pater. Distingue personas, agnosce quia pater pater est, agnosce quia filius filius est, ne in barathrum Sabelliani peruenias: & noli dicere aliud & aliud, sed dic alius & alius, non aliud in substantia, sed alius in persona, non pater maior, non filius minor in diuinitatis gloria. Sed crede, unum sumus. Ideo quod dixit ipsa ueritas unum, liberat te ab Arrio: quod dixit sumus, liberat à Sabellio. Si unum, non ergo diuersum, si sumus, non ergo unus. De iudicio dixerat dum dicit, Ego non iudico quemquam, de testimonio nunc uult dicere, In lege, inquit, uestra scriptum est. Vestra dixit, tanquam diceret, in lege quae uobis à deo data est, sicut dicimus panem nostrum cotidianum, quem à Deo nobis dari poscimus. Quid est quod in lege uestra scriptum est? Quia duorum hominum testimonium uerum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso, & testimonium perhibet de me qui misit me, pater. Dicebant ergo. Nūquid per se duo homines uerum dicunt testimonium?

Nonne duo falsi testes contra Susannam falsum protulerunt testimonium? Et Iudaeis quaerentibus falsum testimonium contra Christum, dicit Euangelista, Nouissime uenerunt duo falsi testes. Nunquid quia duo erant, ideo falsi testes non erant? Qui de duobus dicimus uel tribus? Vniuersus populus mentitus est contra Christum. Si ergo totus populus, qui constat ex magna hominum multitudine falsum testimonium dicere inuentus est, quomodo accipiendum est, in ore duorum uel trium testimonium stabit omne uerbum? Nisi quia hoc modo per mysterium Trinitas commendata est, in qua perpetua stabilitas ueritatis est. Si uis habere bonam causam, habeto duos uel tres testes, patrem, filium, & spiritum sanctum. Denique quādo Susanna casta foemina fidelisq; coniunx duobus falsis testibus arguebatur, trinitas illi in conscientia atque in occulto suffragabatur, illi Trinitas de occulto unum testem Danielē excitauit, & duos conuicit. Ergo quia in lege uestra scriptum est, duorum hominum testimonium uerum esse, accipite nostrum testimonium, ne sentiat iudicium. Ego autem, inquit, non iudico quemquam, testimonium perhibeo de me, differo iudicium, Eligamus fratres testimonium dei, quia testimonium dei uerum est. Et quoniam testis est omnium quae agimus, iudex erit omnium quae fecimus: & alium non quaerit testem nisi seipsum: quia omnia secreta cordis nostri considerat, & quid ex quo fonte procedat, ideo testis, quia non quaerit alium unde cognoscat quis, uel qualis sit uita tua, qui reddet unicuique secundum opera sua. Responderunt ergo Iudaei Domino loquenti de patre suo, & dixerunt, Vbi est pater tuus? Pater Christi carnaliter acceperunt, quia uerba Christi secundum carnem iudicauerunt. Erat autem qui loquebatur, in aperto caro, in occulto uerbum: homo manifestus, Deus occultus. Videamus ergo quid ad haec Dominus respondit. Vbi est, inquit, pater tuus? Audiuimus enim te dicere, Solus non sum, sed ego, & qui me misit pater. Nos solum te uidemus, patrem tuum tecum non uidemus. Quomodo te dicis, solum non esse, sed cum patre tuo esse? Aut ostende nobis tecum esse patrem tuum, & Dominus: Nūquid me uidetis, & patrem meum non uidetis? hoc enim sequitur, hoc suis uerbis ipse respondit. Quorum uerborum expositionem nos ante praemisimus. Videte enim quid dixerit, Neque me scitis, neque patrem meum. Si me sciretis, & patrem meum sciretis. Dicitis ergo, Vbi est pater tuus? quasi me iam sciat, quasi totum hoc sim quod uidetis. Ergo quia me non nostis, ideo uobis patrem meum non ostendo. Me quippe hominem putatis, ideo patrem meum hominem quaeritis, quia secundum carnem iudicatis, quia uero secundum quod uidetis, aliud sum, & aliud secundum quod non uidetis: patrem autem meum lo-

Testimonium falsorum reprobationes.

Mat. 26.

In ore duorum uel trium stabit omne uerbum.

Susanna liberatio.

Testis unus uerax, multos falsos arguet.

Luc. 23.

Ioan. 10.

Sabellij error.

Aliud & aliud in trinitate non dicitur, sed alius & alius.

Noster panis quomodo dicitur, & nostra lex.

60

quor occulturn, prius est ut me noueritis: tunc & patrem meum scietis. Si enim me sciretis, & patrem meum forsitan sciretis. Ille qui omnia scit, quando dicit forsitan, non dubitat, sed increpat. Attende enim quomodo increpatue dicatur ipsum forsitan, quod uidetur esse uerbum dubitationis, sed uerbum dubitationis est quando dicitur ab homine, ideo dubitante, quia nesciente, cum uero dicitur a Deo uerbum dubitationis, cum deum utique nihil lateat, illa dubitatione arguitur infidelitas, non opinatur diuinitas. Ne arguitur infidelitas, non opinatur diuinitas. Homines enim de his rebus quas certas habent, aliquando increpatue dubitant, id est uerbum dubitationis ponunt, cum corde non dubitant: uelut si indignis seruo tuo, & dicas, Contemnis me? considera, forsitan Dominus Deus tuus tuos, hinc & Apostolus ad quosdam contemptores suos loquens ait, Puto autem quod & ego spiritum Dei habeo. Quod dicit puto, dubitare uidetur: sed ille increpat, non dubitat. & Dominus Christus alio loco increpans infidelitatem futuram generis humani, Cum uenerit, inquit, filius hominis putas inueniet fide in terra? dicit ergo omnia, per que facta sunt omnia, & tamen dubitando increpat, Si me sciretis, & patrem meum forsitan sciretis. Increpat infideles, admonet fideles: ut sciant unam esse cognitionem patris & filij: quatenus sciant cognitionem filij, cognitionem esse & patris. Ideo discipulo electo poscenti ut ostenderetur eis pater, respondit, Tanto tempore uobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe, qui uidet me, uidet & patrem. Si dissimilis esset filius patri, nunquid diceret discipulis suis, Qui me uidet, uidet & patrem? Nunquid diceret Iudaeis, Si me sciretis, & patrem meum sciretis? Hec uerba locutus est Iesus in gazophylacio, docens in templo. Magna fiducia, si enim pater erit si nollet, quia nec nascereur si nollet. Quid est quod haec uerba Iesus in gazophylacio docens in templo locutus est? Gazophylacium locus est ubi thesauri conduntur. Iesus in gazophylacio loquebatur Iudaeis, dum in parabolis locutus est turbis. Nam gazophylacium fuit Christus, in quo omnia lauerunt mysteria, tunc aperienda, dum ipse qui lauit in littera, loquebatur non in prouerbis, sed palam omnia fidelibus suis enarrans. Nam & gazophylacia adherabant templo, quia ipse Christus templum est, de quo ipse ait, Soluite templum hoc, cui omnia mysteria ueteris legis adherabant, & ad eum omnia respiciebant, donec ueniret ad aperienda singulorum gazophylacia mysteriorum, aperiende eo sensus fidelium suorum, ut intelligerent quae latebant, sicut Euangelista ait, Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas. Denique quid sequitur, Nemo apprehendit eum, quia necdum uenerat hora eius, scilicet hora dispositionis suae, hora uoluntatis suae: quia qui uoluntate natus est, uoluntate passus est. Si ergo pati nollet, non pa-

teretur, sanguis ille non funderetur, mundus non redimeretur. Agamus itaque gratias & potestati diuinitatis, & miserationi infirmitatis eius de occulta patientia, quam Iudaei non nouerant, unde illis modo dictum est, Neque me noueratis, neque patrem meum, & de carne suscepta, quam Iudaei nouerant, & cuius patriam sciebant, unde illis alio loco dixit, Et me noueratis, & unde sim scitis, Vtrunque nouerimus in Christo, & unde aequalis est patri, & unde illo maior est pater. Illud uerbum est, illud caro: illud Deus est, illud homo: sed unus Christus, Deus & homo. Modo de sua passione quid loqueretur Christus, audiamus. Ego uado, inquit, & quaeritis me. Non desiderio, sed odio. Nam illi posteaquam abscisit ab oculis hominum, inquisierunt, & qui oderant, & qui amabant: illi persequendo, isti habere cupiendo. Bonum est animam Christi quaerere, sed quomodo discipuli eam quaerunt, & malum est quaerere animam Christi, sed quomodo eam Iudaei quaerunt. Illi enim ut haberent, isti ut perderent. Denique isti, quia sic quaerebant mori malo corde & peruerso: quod secutus aditit. Quaeritis me? & ne putetis quia me bene quaeritis: In peccato uestro moriemini. Hoc est Christum male quaerere, in peccato suo mori. In peccato suo morietur, qui in peccato permanet usque ad mortem. Ille Christum non quaerit, qui salutem animae suae per poenitentiam non quaerit. Ad quem Propheta clamat, Quaerite Dominum dum inueniri potest. Qui misericordem dum tempus habet non quaerit, inueniet eum iratum. Iudaeis dixit, In peccato uestro moriemini, quia praesciebat eos in peccato suo permanere. Singulari numero dixit in peccato, & plurali uestro, quia omnibus illis ad quos loquebatur, unam esse uoluntatem, aequalem malitiam persequendi eum qui saluare eos uenerat, sciebat. Alio uero loco discipulis suis dixit, Quo ego uado, uos non potestis uenire modo. Non abstulit eis spem, sed praedixit dilationem. Quando enim hoc discipulis Dominus loquebatur, tunc non poterant uenire quod ille ibat, sed post ea uenturi erant. Isti autem nunquam, quibus praescius dixit, In peccato uestro moriemini. His autem auditis uerbis, quomodo solent carnalia cogitantes, & secundum carnem iudicantes, & totum carnaliter audientes & sapientes, dixerunt, Nunquid interficiet semetipsum, quia dicit, Quod ego uado, uos non potestis uenire? Stulta uerba, & omnino insipientiae plena. Quid enim non poterant illi uenire, quod ille perrexit, si interficeret semetipsum? nunquid ipsi non erant morituri? Quid est ergo, Nunquid interficiet semetipsum, quia dixit, Quod ego uado, uos non potestis uenire? Si de morte hominis diceret, quis hominum non moritur? Ergo quod ego uado, dixit, non cum itur ad mortem, sed quod ibat ipse post mortem. Illis itaque non intelligentibus ista, respondit eis Dominus, qui

Ioan. 7. Peccato im mori quis dicatur. Esa. 55. Ioan. 13.

Forfitan. Dubietas in sacris litteris. 1. Cor. 7. Luc. 18. Ioan. 15. Gazophylacium quid sit. Ioan. 2. Luc. 24.

terram sapiebant. quid ait? Dicebat eis, Vos deorsum estis. Ideo terram sapitis, quia sicut serpens terram manducatis. Quid est terram manducatis? terrenis pacimini, terrenis delectamini, terrenis inhiatis, sursum cor non habetis, uos deorsum estis. Ego de supernis sum. Vos de mundo estis, ego non sum de hoc mundo. Quomodo ergo non erat de hoc mundo, per quem factus est mundus, & semper ubi est, & omnes de mundo? Sed prius mundus, postea homo: & Christus ante mundum, ante Christum nihil, quia in principio erat uerbum, & omnia per ipsum facta sunt. sic enim erat ille de supernis, de quibus supernis? Christus ab ipso patre. Nihil illo superius, quia uerbum genuit aequale sibi, coaeternum sibi, unigenitum sibi, sine tempore, per quem conderet tempora. Ideo Christus ante omnes creaturas, & ante omnia tempora: quia de patre coaeternus patri genitus est. Ego de supernis sum, uos de hoc mundo estis. Ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo uobis, quia moriemini in peccatis uestris. Exposuit nobis fratres quid intelligi uoluit, Vos de hoc mundo estis, quia peccatores eratis, quia iniquiterant, quia infideles erant, quia terrena sapiebant. Nunquid Apostoli & sancti Dei de hoc mundo non erant? Erant quidem, quia de Adam nati sunt: sed ipsa ueritas de his ait, Ego elegi uos de mundo, id est, de carnali conuersatione, quae mundi nomine hoc loco significari uidetur. Quiergo erant de mundo, facti sunt non de mundo, & pertinere coeperunt ad eum per quem factus est mundus. Isti autem remanserunt esse in mundo, quibus dictum est, Moriemini in peccatis uestris. Nemo dicat, de hoc mundo non sum. Quisquis es homo, de hoc mundo es. Sed uenit ad te qui fecit mundum, & liberauit te de hoc mundo. Si delectat te mundus, semper uis esse immundus. Si autem iam non delectat te hic mundus, iam tu eris mundus, & non audies quod Iudaei audierunt, Moriemini in peccatis uestris. & qui plus peccat, plus est in mundo, & plus immundus: & quanto quis se mundat a peccato, tanto se declarat de mundo non esse. Merito audierunt Iudaei, Moriemini in peccatis uestris: quia non habere peccatum nullo modo potestis, qui cum peccato nati estis: sed tamen si in me, inquit, credideritis, cum peccato quidem nati estis, sed in peccato uestro morituri non estis. Tota ergo infelicitas ipsa erat, non peccatum habere, sed in peccatis mori. hoc est quod debet fugere omnis Christianus. Propter hoc ad baptismum curritur. Propter hoc si aegritudine uel aliunde periclitatur, sibi quisque desiderat subueniri. Propter hoc etiam surgens paruulus a matre pns manibus ad Ecclesiam fertur, ne sine baptismo exeat, & in peccato quo natus est, moriatur. Adiunxit enim dicens, Si non credideritis, moriemini in

Terram manducate quid sit. De mundo non erat Christus. Mundus quid dicatur. De mundo qui dicatur esse. Ioan. 15. De mundo qui dicatur esse, & non esse. Peccato carere non possumus, sed in peccato mori necesse non habemus. Baptismi necessitas. Baptismus paruulorum.

peccatis uestris. Reddita spes est desperantibus, excitatio facta est dormientibus cordibus. euigilauerunt, inde plurimi crediderunt, sicut Euangelij ipsius conuentientia testatur, ubi ait: Haec illo loquente, multi crediderunt in eum. In hoc ergo populo, cui Dominus loquebatur, erant qui in peccato suo fuerant morituri, & qui in ipsum qui loquebatur, fuerant credituri, & ab omni peccato liberandi. Tamen hoc attende, quod ait Dominus Christus: Si non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato uestro. Quid est, si non credideritis, quia ego sum? Qui nihil addidit, multum est quod commendauit. Dixit, ego sum, & non addidit quid, siue Christus, siue filius dei, siue ille quem prophetae praedixerunt, siue saluator mundi, siue aliud aliquid quod de eo in scripturis legitur: Multum est quod ait ipsum, Ego sum: quia dixerat deus Exod. 3. Mose, Ego sum qui sum, & hic modo, Nisi credideritis quia ego sum, eodem modo uerbo essentiae sempiternae usus est ad populum Iudaeorum, quo tunc ad Mosen per Angelum in rubo flammiae ignis, quem missurus erat ad liberandum populum suum. Quid est quod hic dixit, Ego sum? nisi ille ipse qui tunc ueni in angelo mittere Mosen seruum meum ad liberandum populum meum, ego ipse modo per meipsum ueni incarnatus, homo factus, liberare homines quos creauit, saluare qui perdit fuerant. Quaequid enim aliquo modo mutari potest, uel in melius, uel in deterius, quodammodo moritur ab eo quod fuit ante, dum incipit aliud esse, uel aliter esse quam fuit. Solus uero Deus semper idem est, immutabilis ueritas, immutabilis bonitas, immutabilis sempiternitas, immutabilis natura, immutabilis substantia, & quicquid de eo dici potest, semper idem est quod fuit & erit. Propter nihil aliud melius uidetur intelligi in hoc uerbo quo ait Dominus, Ego sum. nisi, Ego sum Deus. Moriemini in peccato uestro. Sed illi semper terrena sapientes, & semper secundum carnem audientes, & respondentes, Quis ei dixerunt? Tu quis es? Non enim cum dixisti, Nisi credideritis quia ego sum, addidisti quis es. Quis es, ut credamus? Et ille, Principium. Ecce quod est. Esse principium, mutari non potest. Principium in se manet, & innouat omnia. Principium est, cui dictum est: Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Principium, ait, qui loquor uobis. Principium me credite, ne moriamini in peccatis uestris. Tamen quae enim in eo quod dixerant, Tu quis es? nihil aliud dixissent quam quid te esse credamus? respondit, Principium me esse credite, & addidit, & loquor uobis. id est, qui humilis propter uos factus, ad ista uerba descendit. Nam si principium sicuti est, ita maneret apud patrem, ut non acciperet formam serui, & homo loqueretur hominibus, quomodo ei crederent, cum infirma corda intelligibile uerbum sine uoce: ceu sensibilia,

Exod. 3. Ego sum, interpretatur. Mori in peccato quis dicatur. Christus etiam principium se dicit. Psal. 101.

bilis, uideren non possent: Ergo, inquit, credite me esse principium: quia ut credatis, non solum sum, sed & loquor uobis. Verba sunt Domini nostri Iesu Christi quae habuit cum Iudaeis, ita moderans loquelam suam, ut caeci non uiderent, & fideles oculos aperirent. Dicebant ergo Iudaei, Tu quis es? quia dixerat supra Dominus, Nisi credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis uestris. Ad hoc ergo illi, Tu quis es? Veluti quaerentes nosse, in quem deberent credere, ne in suo peccato morerentur. Respondit dicentibus, Tu quis es? & ait, Principium, qui & loquor uobis. Quare se dicit Dominus Iesus principium? Principium, quia omnia per ipsum facta sunt, sicut Psalmista dicit, Omnia in sapientia fecisti. Si igitur omnia in sapientia fecit Deus, id est, in filio suo coaeterno sibi & substantiali, filius utique omnium principium est. Vtique recte dicitur & pater principium, & filius principium: non tamen duo principia: sicut pater Deus, & filius Deus, non tamen duo dii, sed unus Deus dicendus est. Sic pater principium, & filius principium, non tamen duo principia, sed unum principium fatendum est. Ergo & spiritus sanctus principium est, non tamen tria principia, pater & filius & spiritus sanctus, sed unum principium: sicut pater Deus, filius Deus, & spiritus sanctus Deus, non tamen tres dii, sed unus Deus. Pater omnipotens, filius omnipotens, spiritus sanctus omnipotens, non tamen tres omnipotentes, sed unus omnipotens. Idem enim pater quod ad se est, Deus est: quod ad filium est, pater est, quod filius ad se ipsum est, Deus est: quod ad patrem est, filius est, spiritus sanctus quod ad se est, Deus est: quod ad patrem & filium, spiritus sanctus est, quia patris & filii spiritus est, ex patre & filio procedens, unius substantiae, potestatis, maiestatis cum patre & filio. Audiamus ergo principium quid loquitur nobis. Multa, inquit, habeo de uobis loqui, & iudicare. In alio uero loco dixit, Non iudico quenquam: praesentem suum ostendens aduentum, quo uenit saluare, non iudicare: quia uenerat ut saluaret mundum, non ut iudicaret mundum. Quod autem nunc dicit, Multa habeo de uobis loqui & iudicare, iudicium futurum dicit. Ideo enim ascendit, ut ueniat iudicare uiuos & mortuos. Nemo iustus iudicabit, quam qui iniuste iudicatus est. Multa habeo, inquit, loqui & iudicare de uobis, Sed qui misit me, uerax est. Videte quemadmodum patri dat gloriam aequalis filius patri. Exemplum enim nobis praebet gloriam dare Deo, gloriam Dei quaerere, non nostram: quasi diceret, O homo fidelis, si ego filius patris, aequalis patri, confubstantialis patri, coaeternus patri, do gloriam ei a quo sum: quomodo tu superbus es apud eum, cuius es seruus? Multa, inquit, habeo de uobis loqui, & iudicare: sed qui misit me, uerax est. Tamen quam diceret, ideo uerum dico, quia filius uera

Psal. 103.

Veritas & de patre dicitur & de filio.

Trinitatis persona.

Ioan. 8. Aduentus domini.

Iudicium Christi.

Gloria dei quaerenda non nostra.

cis, ueritas sum, pater ueritas est, filius ueritas. Ait enim apertissime ipse Dominus, Ego sum uia, ueritas, & uita. Ergo si filius ueritas, pater quid, nisi quod ait, ueritas? Qui me misit, uerax est. Filius ueritas, pater uerax est, sed non a ueritate. Filius ueritas, sed a patre, quia filius a patre, non a seipso, & ideo ait alio loco, A meipso non ueni. id est, a meipso non sum. Pater utique uerax est, non participando ueritatem, sed generando ueritatem, quia pater genuit filium, qui de seipso ait, Ego sum uia, & ueritas. Cum autem dixisset Dominus Iesus, Verax est qui me misit, non intellexerunt illi quod de patre eis dicebat: necdum habuerunt oculos cordis apertos, ut intelligere possent aequalitatem ueracis & ueritatis. Dicebat eis, Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum: & a meipso facio nihil: sed sicut me docuit pater, haec loquor. Quid est hoc? Nihil enim aliud uidetur dixisse, nisi eos post passionem suam cognituros, quis esset. Proculdubio ergo uidebat ibi aliquos quos ipse nouerat, quos ipse cum ceteris sanctis suis ante mundi constitutionem praesciendo elegerat, post passionem suam esse credituros. Ipsi sunt illi quos assidue commedamus, & ad inuentionem cum magna exhortatione proponimus. Misso enim de super Spiritu sancto post Domini passionem & resurrectionem & ascensionem, cum miracula fierent in eius nomine, quem tanquam mortuum persecuentes Iudaei contemperunt, compuncti sunt corde: & qui sequentes occiderunt, mutati crediderunt: & quem sanguinem saeuendo fuderunt, credendo biberunt, illa tria millia, & illa quinque millia Iudaeorum: quod sibi uolebat, quando dicebat. Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum. Tanquam dicens, Differo cognitionem uestram, ut impleam passionem meam, ordine uestro cognoscetis, qui sim, non quia omnes tunc erant credituri ex his qui audiebant, id est post Domini passionem, nam paulo ante dixit, Haec eo loquente, multi crediderunt in eum, & nondum exaltatus erat filius hominis. Exaltationem quippe dicit passionis, non glorificationis: crucis, non caeli, nam ibi exaltatus est, quando pependit in ligno. Sed illa exaltatio, humiliatio fuit. Tunc enim factus est patri obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod exaltauit illum Deus. Altera exaltatio fuit, quando leuatus est in crucem. Altera, dum ascendit in caelum. Illa humiliatio, ista glorificationis. Exaltationem uero crucis, oportebat impleri per eorum manus, qui postea fuerant credituri: quibus dicit, Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum. Quare hoc? Nisi ut nemo desperaret, in quocumque scelere male sibi conscius, quando uidebat eis donari homicidium, qui occiderunt Christum dominum. Addidit, Tunc cognoscetis, quia ego

Ioan. 14.

Ioan. 8.

Ast. 2. & 4. Iudaei praedestinati & electi.

Christus exaltatus.

Philip. 4.

Ioan. 8.

ego sum. Quid est, ego sum? nisi unius substantiae cum patre, sicut ad Moysen superius diximus dictum esse, Ego sum, qui sum, & sic dices filijs Israel: Qui est, misit me ad uos. Verbo substantiali utitur de seipso dominus, ut intelligatur aeternam esse substantiam, & unam esse substantiam patris & filij. Tamen ne ipse intelligeretur pater, continuo adiunxit, Et a meipso facio nihil, sed sicut docuit me pater, haec loquor. Quod uero ait, A meipso facio nihil, quid est, a meipso facio nihil? id est, a meipso non sum. Quod autem addidit, sicut docuit me pater, haec loquor: sensus altissimus est, cor enim mundandum est (nec enim in maleuola animam introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis) ut intelligatur quod ait, Sicut docuit me pater, sic loquor: non enim ita intelligendum est, quasi homo pater, homini filio loqueretur, sed excellentius & sacratius. Aliter uero intelligendum est quod ait Euangelista, In principio erat uerbum, & aliter intelligendum, Verbum caro factum est, Aliter de diuinitate Christi, in qua aequalis est deo patri: aliter de humanitate eius, in qua conuulsus est nobis, cogitandum est. Non uno modo intelligendum est quod ait dominus, Ego & pater unum sumus: & illud quod dixit, Pater maior me est. Ergo incorporaliter cogitate, pater locutus est filium, quia incorporaliter pater genuit filium. Nec eum sic docuit, quasi in doctum genuerit: sed hoc est eum docuisse, quod est sciente genuisse, & hoc est, docuit me pater, quod, sciente me genuit pater. Si enim, quod pauci intelligunt, simplex est natura ueritatis, hoc est filio esse, quod nosse: ab illo ergo habet quod nouerit, a quo habet ut sciat non ut prius ab illo esset, ab illo postea nosset: sed quemadmodum illi gignendo dedit ut nosset, quia simplicis (ut dictum est) natura ueritas est, esse & nosse non est aliud atque aliud, sed hoc ipsum dixit ergo ista Iudaeis, & addidit, Et qui me misit, mecum est. Iam hoc & ante dixerat, sed rem magnam assidue commemorat, Misit me, & mecum est. Si ergo tecum est o domine, non unus ab alio missus est, sed ambo uenistis. & tamen cum ambo simul sint, unus missus est, alter misit: quoniam missio incarnatio est, ipsa incarnationis filij tantum est, non & patris. Misit itaque pater filium, sed non recessit a filio. Ergo, inquit, qui me misit, non reliquit me solum. Cuius auctoritate tanquam paterna incarnatus sum, mecum est, non me reliquit. Quare me non reliquit? Non reliquit me, inquit, solum, quia ego quae placita sunt ei, facio semper. Ipsa est aequalitas semper, non ex quo dam initio & deinceps, sed sine initio, sine fine. Dei enim generatio non habet initium temporis, quia per unigenitum facta sunt tempora. Haec illo loquente, multi crediderunt in eum. Necdum in omnem terram exiuit sonus eorum, necdum omnibus praedicatum est, necdum dictum est: Ite, docete omnes gentes, ergo Dominus ad

Exod. 3. Substantia leuerbum, sum, uni deo compe tit.

Sapient. 1.

Christi diuinitas & humanitas.

Ioan. 10. Ioan. 14.

Veritas natura simplex est.

Generatio Dei, sine tempore. Psal. 18. Mat. 28.

eos qui crediderunt in eum, ait Iudaeos, Si nos manseritis in uerbo meo. Ideo manseritis, quia initia ti estis, quia esse ibi coepistis, si manseritis in fide quae in uobis esse credentibus coepit, quod peruenietis? Vide quale initium quod perducit. Amasti fundamentum: culmen attēde, & ex ista humilitate aliam celsitudinem quaere. fides enim humilitate habet: cognitio & immortalitas & aeternitas non habet humilitatem, sed excellentiam, erectionem: nullam defectionem, aeternam stabilitatem: nullam ab inimico expugnationem, nullam deficiendi timorem. Magnum est quod incipit a fide, sed maius quod peruenitur per fidem. Audi igitur quod perueniat, & uide quanta sit fides. Ergo & uos, ait, si manseritis in uerbo meo, in quo credidistis, Vere discipuli mei eritis. Subiunxit quoque, Et cognoscetis ueritatem. Qui cognoscit ueritatem, cognoscit Deum, quia Deus ueritas est, dicente ipso domino, Ego sum uia, ueritas, & uita. Credamus ergo, ut cognoscamus ueritatem: quia sine fide ad cognitionem ueritatis nullus peruenire poterit. Quid est quod cognituri sumus: illud quod nec oculis uisum uidit, nec auribus audiuit, nec in cor hominis ascendit. Quid est enim fides, nisi credere quod non uides? Fides ergo est, quod non uides, credere. Veritas, quod credidisti, uidere. Quid est quod uidere nobis promittitur? Dicit enim dominus in alio loco, quid esset quod uisuri erimus. Qui autem diligit me, diligitur a patre meo, & ego diliga eum, & manifestabo ei me ipsum. Haec est promissio, haec est merces fidei quae per dilectionem operatur, haec est satietas quam psalmista optauit dicens, Satiabor dum manifestabitur gloria tua. O domine, fac nos digne amare te, & non amare seculum: ut ualeamus ad illam libertatem peruenire, ad quam per cognitionem ueritatis peruenitur, de qua subiunxit dicens, Et ueritas liberabit uos. Quid est, liberabit uos? liberos faciet. Denique Iudaei carnales, & secundum carnem iudicantes, non hi qui crediderunt, sed in illa turba qui erant qui non credebant, iniuriam sibi factam putauerunt, quia dixit eis, Veritas liberabit uos. Indignati sicut seruos se esse significatos, Et uere serui erant: & exponet illis quae sit seruitus, & quae sit futura libertas, quam ipse promittit. Nihil enim aliud est dicere, Et ueritas liberabit uos, nisi liberos uos faciet: sicut nihil est aliud, saluat, nisi saluos facit. Audiuimus ergo quid libera ueritas dixit: audiamus quid superba fallitas respondeat. Dixit ergo Iudaei: Semen Abrahae sumus, & nemini seruumus unquam: quomodo tu dicis, liberi eritis? Non enim dixerat Dominus, liberi eritis, sed ueritas liberabit uos. In quo tamen uerbo uult nihil aliud intellexerunt, nisi libertatem carnalem: & extulerunt se quod semen essent Abrahae, & dixerunt, Semen Abrahae sumus, & nemini seruumus unquam: quomodo tu dicis, liberi eritis? O uana superbia, o falsa iactantia, Quomodo uerum

Cognitio nis celsitudinis do.

Ioan. 14.

1. Cor. 2.

Fidei diffinitio.

Ioan. 14.

Psal. 16.

Libertas ueritatis.

Gen. 37. uerum dicitis, Nemini seruiimus unquam? Io seph non est uenidatus? Prophetæ sancti non sunt ducti in captiuitatem? Denique nonne ille ipse est populus qui in Aegypto lateres faciebant, & operibus duris, nō saltem in argento & auro, sed in luto seruebant? Si nemini seruistis unquam, o ingrati, quid est quod uobis alsidue imputat deus, quomodo uos dedomō seruitutis liberauit? An forte patres uestri seruerunt, uos autem qui loquimini, nulli seruistis unquam? Romano- rum impe- rium in Iu- deos, Quomodo ergo soluitis tributū Romanis, unde & ipsi ueritati laqueū quasi captiōnis propo- suistis, ut diceretis, Licet ne reddere tributū Cæ- sari? Vrsi dixisset, licet teneretis eum quasi mal- let oppressam libertatē seminis Abraham. Si au- tem diceret, non licet, calumniaremini apud re- ges terræ, quod prohiberet regibus tributa per- solui, deinde prolato nummo, uicti estis, & ca- ptioni uestre uos ipsi estis respondere compul- si. Ibi enim uobis dictum, Reddite Cæsari quæ Cæsaris sunt, & deo quæ dei sunt, cum uos ipsi respondiissetis, quod nummus haberet imagi- nem suā: sic Deus querit in homine suam, nec alienū quid querit Deus ab homine, sed quod condidit in homine. ideo enim deus homo fa- ctus est, ut in homine reformaret, quod in ho- mine formauit. Ego mentietibus, & de uana li- bertate tumentibus, quid responderit Domi- nus Iudæis, audiamus, Amen amen dico uobis, quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Quis non sub his uerbis cōtremiscat? Si omnis homo pec- cator, omnis homo seruus peccati. Sed intēcius audiamus qualiter liberemur de hac seruitute. Terrorem incutit, sed medicinā adhibet. nam ait Dominus, Amen amen dico uobis, Quid est amen, amen, nisi, uerū, uerum dico uobis? Quod uerbum nec Græcus interpres nec latinus au- sus est in aliam transferre linguam, ut honorem haberent uelamento secretæ testificationis ue- ritatis in Christo. Veritas dicit, Verum uerum dico uobis. Ingeminat ac replicat uerbum ueri- tatis, ut excitaret dormientes, intentos faceret audientes, ne contemneretur qui ait, Amen a- men dico uobis, quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. O miserabilis seruitus, serui- re peccato, seruire diabolo, qui peccati est au- thor. Sepe homines malos dominos fugiunt, ne seruiant malis: & non fugiunt peccatū, cuius ser- ui sunt: & quanto felicius esset fugere peccatū, & seruire homini libera cōscientiā? Deinde ser- uis hominis aliquando sui domini duris impe- rijs fatigatus, fugiendo requiescit. seruus pecca- ti quo quo fugit, secum id trahit: quocumque fu- gerit, non fugit seipsum. mala conscientia non est quod eat: sequitur se, imō non recedit a se. pec- catum enim quod fecit, in uis est. Fecit peccatū, ut aliquam corporalem caperet uoluptatē: uo- luptas trāsit, peccatū manet, præterit quod dele- ctabat, remanet quod pūgat: mala seruitus. Ali- quando fugiunt homines improbos dominos, uo-

lentes carere dominis, qui nolunt carere pecca- tis. Quāto felicius deserat homo peccatum, fu- giat ad Christum, Deum liberatorem interpel- let? Liberat ergo ab hac seruitute peccati solus dominus, qui illā non habuit: qui solus sine pec- cato uenit in mūdum. Ille solus liberare potest de peccato, qui uenit sine peccato, & factus est sacrificium pro peccato. Cum ergo omnis qui facit peccatum, seruus sit peccati: quæ sit spes nobis libertatis, audite. Seruus autem, inquit, non manet in domo in æternum. Ecclesia est domus, ser- uus est peccator. Non maneat homo in pecca- to, ne sit seruus peccati. Vt possit manere in do- mo, id est in ecclesia, maneat in corpore capitis sui, ut sit filius, non seruus. Lōge aliud est pecca- re, aliud manere in peccato. Qui manet in pec- cato, seruus est peccati: qui fugit a peccato, ser- uus erit iustitiæ. Terruit, ne peccatum amare- mus: spem dedit, ne de peccati solutione diffide- remus. Omnis, inquit, qui facit peccatū, seruus est peccati, seruus autem nō manet in domo in æternum. Quæ ergo nobis spes est, qui non su- mus sine peccato? Audi spem tuam. Filius ma- net in æternum. Si ergo filius uos liberauerit, tunc ue- re liberi eritis. Hæc spes nostra fratres, ut a libero liberemur, & liberando seruos nos faciat. Ser- uum enim eramus cupiditatis: liberati efficitur serui charitatis. Prima libertas est non permane- re in peccato, seruire iustitiæ, dicente apostolo, Cum serui essetis peccati, liberi eratis iustitiæ: nunc autem habetis fructum uestrum in sancti- ficationem, finem uero uitam æternā. Perfecta uero libertas est, deo Christo seruire: illum dili- gere, qui uerens nos liberauit: qui uerus est filius dei, & dominus in forma serui: non seruus, sed in forma serui dominus. Fuit quippe illa carnis forma seruilis: sed quamuis esset similitudo car- nis peccati, non erat peccati: libertatem promi- sit credentibus in se. Iudæi uero, tanquam de sua libertate superbiētes, dedignati sunt fieri liberi, cum essent serui peccati. Ideo autem se li- beros esse dixerunt, quia semen Abraham erant. Quid ergo eis ad hæc respondit Dominus, au- diamus. Scio, inquit, quia filij Abraham estis, sed queritis me interficere. Agnosco carnis originem, nō cor- dis fidē. Filij Abraham estis, sed secundū carnem, ideo queritis me occidere, inquit. Sermo enim meus non capit in uobis. Id est, non habet locum in uobis, si sermo meus caperetur a uobis, cape- ret utique uos. Quid est ergo, non capit in uo- bis: id est non capit cor uestrū? quia non recipi- tur a corde uestro. Audistis certē dominū dicen- tē, Scio quia filij Abraham estis: audite quid post ea dicat: Ego, inquit, quod uidi apud patrem meum, lo- quor: & uos quæ uidi apud patrem uestrū, facitis. Quid autem faciunt quod dixit eis. Queritis me oc- cidere. Hoc apud Abraham nunquam uiderat. Dicit, Quæ uidi apud patrem meum, loquor. Veritatem uidi, ueritatem loquor: quia ueritas sum, si enim Dominus ueritatē loquitur: quia ipse

Peccato liber Christus.

Iustitiæ ser- uire, libera- tas, Rom. 6.

ipse est ueritas patris, quam uidit apud patrem: se uidisse loquitur, quia ipse est ueritas patris, quam uidit apud patrem. Ipse est enim uerbum, quod uerbum erat apud Deum. Isti ergo malum quod faciunt, quod dominus subiurgat & corri- pit, ubi uiderunt apud patrem suum, cum audie- rimus in consequentibus apertius dictum qui sit eorum pater, tunc intelligemus qualia uide- rint apud talem patrem. Adhuc enim non no- minat patrem ipsorum. Paulō superius Abra- ham commemorauit, sed carnis originem, non uitæ similitudinem dicitur. Alterum, patrem illorū, qui nec genuit eos, nec creauit ut homi- nes essent, sed tamen filij erant eius, in quātum mali erant, non in quantum homines erant, in quo imitati, non in quo creati. Responderunt, & dixerunt ei, Pater noster Abraham est. Quali tu quid diciturus es contra Abraham: aut si aliquid po- tes, aude reprehendere Abraham. quia non do- minus non audebat reprehendere Abraham, sed talis erat Abraham, qui non reprehendere- tur a domino, sed potius laudaretur: tamen isti uidebantur eum probare, ut aliquid mali dice- ret de Abraham, & esset occasio faciendi quod cogitabant. Pater noster, inquit, Abraham est. Audiamus quomodo eis respondit Domi- nus, cum illorum damnatione laudās Abrahā. Dicit eis Iesus, Si filij Abraham estis, opera Abraham facite. Nunc autem queritis me interficere, hominē qui ueritatem uobis locutus sum, quam audiui a Deo, hoc Abraham non fecit. Ecce ille laudatus, isti damnati. Abraham non erat homicida. Non dico, inquit, ego Do- minus sum Abraham: quod eis dicerem, uerum di- cerem. nam dixit alio loco, Ante Abraham ego sum, & tunc eum illi lapidare uoluerunt. Non dixit hoc: interim quod uidetis, quod aspicietis, quod me solum putatis, homo sum. Hominem dicentem uobis quod audiuit a deo, quare uul- tis occidere, nisi quia non estis filij Abraham? & tamen superius ait, Scio quia filij Abraham estis. Non negauit eorum originē, sed facta condem- nat. Caro eorum ex illo erat, sed uita non erat. Ergo Christiani facti sunt semen Abraham gra- tia dei: nō de carne Abraham facti illi coheredes, deus illos exheredauit, istos adoptauit. Ibi sunt de quibus alio loco a Ioanne Baptista dictum est, Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. Illi enim sunt filij Abraham, qui fi- dem Abraham imitantur. Ideo subiunxit Domi- nus dicens, Si filij Abraham estis, opera Abra- hæ facite. Factis probate nobilitatem, non uer- bis. Sed queritis me interficere, hominē qui ueritatem locutus sum uobis, quā audiui a deo. hoc Abraham non fecit. Vos facitis opera patris uestri. Et adhuc non dicit quis est iste pater co- rum. Modo illi quid responderunt? Cæperunt enim ut utique cognoscere non de carnis gene- ratione dominū loqui, sed de uitæ institutione. Et quia consuetudo scripturarū est, quam lege- bant fornicationē, spiritualiter appellari, cū dñs

Iudeorum pater Abraham, pater & dia- bolus.

Abrahæ laus.

Ioan. 8.

Abraham quomodo Iudeorum pater fuit & non fuerit.

Matt. 3. Abrahæ filij.

Facto probatur nobilitas.

Fornicatio in sacris li- teris, quæ intelligitur.

multis & falsis anima tanquam prostituta subij- citur, ad hoc responderunt. Dixerunt itaque ei, Nos ex prostitutione non sumus nati, unum patrem habemus deum. Iam uiluit Abraham, repulsi sunt eum, quomodo repelli uoluerit, ore ueridico, quia erat talis Abraham, cuius factum non imitaba- tur, & de illius genere gloriabantur, & mutaue- runt responsonē, credo, dicentes apud seipso, Quotiescunq; nominauerimus Abrahā, dicitur nobis, Quare non imitami eum, de cu- ius genere gloriamini? Nos sanctum, iustū, in- nocentem tantum uirū imitari non possumus, deum dicamus patrem nostrum. uideamus quid nobis diciturus est. Nunquid falsitas inuenit quod diceret, & ueritas non inueniret quid re- sponderet? Audiamus quid dicant, audiamus quid audiant. Vnum, inquit, patrem habemus Deum. Dixit ergo eis Iesus, Si deus pater uester esset, diligeretis utique me, ego enim ex deo processi & ueni, neq; enim a me ipso ueni, sed ille me misit. Dicitis Deum pa- trem, agnoscite uel fratrem uestrum. Hic teti- git quod sapius solet dicere, Non a me ipso ue- ni, sed ille me misit: a deo processi, & ueni. Chri- sti ergo missio, incarnatio eius est. Quod uero de deo patre processit uerbum, æterna proces- sio est, non habens tempus, per quem factū est tempus. Ergo ab illo processit ut deus, ut equa- lis, ut filius unicus. Vt uerbum patris uenit ad nos: quia uerbum caro factum est, ut habitaret in nobis. Aduentus eius, humanitas eius: man- sio eius, diuinitas eius. Quare, inquit, loquelam me- am non cognoscitis, quia non potestis cognoscere sermonem meum. Ideo non potuerūt cognoscere, quia nō poterant audire. Sed unde audire non poterāt, nisi quia corrigi credendo nolebant: & hoc un- de? Vos ex patre diabolo estis. Quādiu patrem commemoratis? quādiu patrem mutatis, mo- do Abraham, modo Deum? Audite a filio Dei cuius filij estis, a patre diabolo estis. Deus crea- tor omnium creaturarū creauit hominem: quo modo hic dicit, uos a patre diabolo estis? Quic- quid a deo creatum est, bonum est: & omnis ho- mo quātum creatura Dei est, bonus est. Quan- tum uero se subijcit per liberum arbitrium dia- bolo, a patre diabolo est. Bona enim hominis natura, sed uitiata est per malam uoluntatem, & inde a patre est diabolo. Quod fecit deus, nō po- test esse malum, si ipse homo non sit sibi malus. Iudæi imi- tando, sed imitando. Consuetudo uero scriptu- ræ sanctæ est, ex imitatione uel similitudine ope- rum filios sæpe nominare, uel propheta ad Lu- dæos ait, Pater tuus Amorraeus, & mater tua Cethæa. Amorraei gens erat quædam unde ori- ginem Iudæi nō ducebant. Cethæi & ipsi gena- tem suam habebant omnino alienam a genere Iudæorū. Sed quia erant impij Amorraei & Ce- thæi, Iudæi autē imitati sunt impietates illorum: inuenerant filij parentes, non de quibus nasce- rentur, sed quorum mores sectando, pariter

Processio Christi a patre.

Diabolus quomodo cuiusquam pater dicitur.

Iudæi imi- tatione fi- lij.

Amorraei.

Diabolus unde sit. Angeli obedientes.

Gene. 3.

Homicida quare dicitur diabolus.

Psal. 56.

Homicidium ex quo dicitur perit. Mendax dicitur homo.

Verba dei qui non audit.

Diabolifilius est.

Diabolus mendax.

Mendacium diabolus genuit.

Psal. 115.

damnarētur. Queritis autem fortasse unde ipse diabolus? Inde utique, unde & ceteri. Angeli in sua obedientia perstiterunt, ille inobediēdo & superbiendo lapsus est Angelus, & factus est diabolus. Sed modo audite quid dicat Dominus. Vos, inquit, à patre diabolo estis. *Et desideria patris uestri facere uultis.* Queritis me occidere, hominem, qui ueritatem uobis dico. Et ille inuidit homini, & occidit hominem. diabolus enim est. Diabolus autem cum inuideret hominē, serpentem indutus, locutus mulieri, de muliere uenenauit & uirum. mortui sunt diabolū autē dīdo: quem non audissent, si deum audire uoluissent. Positus enim homo inter deū qui creauit eum, & serpentem qui fallebat eum, cui obtemperare debuit creatori, non deceptori. Ergo ille homicida erat ab initio. Videte genus homicidij fratres. Homicida dicitur diabolus, non gladio armatus, non ferro accinctus. Ad hominem uenit: uerbum malum seminauit, & occidit. Noli ergo putare te non esse homicidam, quando fratri tuo mala persuades. Si fratri tuo mala persuades, occidis. Audi Psalmistam, Filij hominum, dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum machæra acuta. Vos ergo desideria patris uestri facere uultis, ideo sauitis in carnem, quia non potestis in mentem. Ille homicida erat ab initio. Utique in primo homine. ex illo ille homicida. Ex quo potuit fieri homicidium: ex quo factus est homo. non enim posset occidi homo, nisi prius fieret homo. Homicida ergo ille ab initio. & unde homicida? *Et in ueritate non stetit, quia ueritas non est in eo.* Non quomodo in Christo sic est ueritas, ut Christus ipse sit ueritas. Si ergo iste in ueritate stetit, in Christo stetit. Sed in ueritate non stetit, quia ueritas non est in eo. *Quomodo loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax est, & pater eius.* Quid est hoc? Audistis uerba Euangelij, intenti accepistis. Ecce repeto, ut agnoscatis quid exigatis. De diabolo dominus ei dicebat, quæ de diabolo dicit à domino meruerunt. Ille homicida erat ab initio. uerum est. nam primum hominem occidit. Et in ueritate non stetit, quia de ueritate lapsus est. Cum loquitur mendacium, utiq; ipse diabolus, de proprio loquitur. Mendacium utiq; ipse diabolus de proprio loquitur, quia mendax est, & pater eius. diabolus autē à semetipso mendax fuit, & mendacium suum ipse genuit. A nemine audiuit prius mendacium. Quomodo Deus pater genuit filium ueritatem, sic diabolus genuit quasi filium mendacium. Mendacium genuit, quia in ueritate non stetit. Omnis enim qui in Deo manet, quia deus ueritas est, in ueritate stat. Si quis uero à deo recesserit, mendax erit, dicente Psalmographo, Omnis homo mendax. In quantum uero homo à deo recedit, in quantum mendax erit, dum à ueritate declinauerit: & inde peccato erit: quia omne peccatū non est ueritas, sed mendacium, quia recedendo à deo non

habet ueritatem. Diabolus uero bonus creatus est, sed per seipsum malus factus est, declinando à summo bono. Ideo ex proprijs locutus est mendacium, quia in seipso inuenit unde esset mendax. Homo uero deceptus à diabolo, factus est à diabolo mendax: ideo q; filius diaboli, non natura, sed imitatione. Recedamus ergo à patre mendacij, curramus ad patrem ueritatis. Amplectamur ueritatem, ut accipiamus ueram libertatem. Iudæi apud patrem suum uiderant quod loquebantur. Quid? nisi mendacium? Dominus autem patrem suum uidit quod loqueretur. Quid? nisi seipsum? Quid? nisi uerba patris æternum, & patri coæternum? ideo subiungit, *Ego ueritatem dico uobis, & non creditis mihi.* Nam mendax mendacium loquitur, sed ueritas ueritatē profert. Diabolus mendax, Christus uero ueritas, & ueritatis assertor, quia ex ueritatis ore nihil aliud poterit procedere nisi ueritas. Sequitur ergo, *Quis ex uobis arguet me de peccato?* Sicut ego arguo uos uestrumq; patrem de peccato & mendacio. Ecce qualis est mansuetudo Christi. Relaxare peccata uenerat, & dicebat, *Quis ex uobis arguet me de peccato?* Non de dignatur ex ratione ostendere se peccatorem non esse, qui ex uirtute diuinitatis potuit peccatores iustificare. Interrogat eos, quare ueritatem non uelint credere, dicens, *Si ueritatem locutus sum uobis, quare non creditis mihi?* Nisi quia filij diaboli estis, & non ueritatis. Filij diaboli, non natura, sed imitatione. Redditq; causam cur ueritati non crederent, cum dicit, *Ideo uos non auditis, quia ex deo non estis.* Ite rum noli attendere naturam, sed uitium. Sic sunt isti ex deo, & non sunt ex deo. Natura ex deo, uitio non ex deo. Natura uero bona, quæ ex deo est, peccauit uolūtate, credēdo quod diabolus persuaserat: & uitata est: ideo medicum quarat, quia sana nō est. Agnoscatur natura, unde creator laudatur: agnoscatur uitium, propter quod medicus aduocetur. Terribile est quod subdit, *Qui est ex deo, uerba dei audit: propterea uos non auditis, quia ex deo non estis.* Si enim ipse uerba dei audit, qui ex deo est, & audire uerba eius non potest quisquis ex illo non est: interroget se unusquisque si uerba dei in aure cordis percepit, & intelligit unde sit. Cælestem patriā desiderare ueritas iubet, carnis desideria contere, mūdi gloriam declinare, aliena nō rapere, propria largiri. Penset ergo apud se unusquisque uestrum si hæc uox Dei in cordis eius aure conualuit, & quia iam ex deo sit agnoscat. Dixerunt ergo Iudæi, *Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & demonium habes?* Accepta autem tanta contumelia, quid Dominus respondeat audiamus. *Ego demonium nō habeo, sed honorifico patrem meum, & uos in honorasti me.* Quia enim Samaritanus interpretatur custos, & ipse ueraciter custos est, de quo Psalmista ait, *Nisi dominus custodierit ciuitatē, in uanum uigilant qui custodiunt eam.* & cum

Diabolus ex seipso lapsus.

Dei uerba qui non audit, dei filius nō est.

Patientia exemplum in Christo.

Samaritanus quis dicitur.

Psal. 126.

Esaiæ. 21.

Custos dicitur Christus.

Ioan. 5.

Prædicatio augetur tibus malis frangi non debet.

Sætos falso ueneratur, quid enim nescit.

Mors duplex.

& cum per Esaiam dicat, Custos qui de nocte custos qui de nocte respondere noluit Dominus. Samaritanus nō sum; sed, Ego demonium non habeo. Duo quippe ei illata fuerūt: unum negauit, & aliud tacendo cōsensit. Custos namque humani generis uenerat: & si Samaritanū se non esse diceret, esse se custodem negaret. Sed tacuit quod cognouit, & patienter reputat quod fallaciter audiuit, dicens, Ego demonium non habeo. Hic uero in semetipso nobis Dominus patētia præbuit exemplum, qui si respondere uoluisset Iudæis, Vos demonium habetis, uerum utique dixisset: quia nisi impleti demonio, tam peruersē de Deo loqui nō possent. Sed accepta iniuria, etiam quod uerum erat, dicere ueritas noluit, ne non dixisset ueritatem, sed prouocatus, contumeliam reddi dicit uideretur. Ex quare quid nobis inuitur nisi ut eo tempore quo à proximis ex fallitate contumelias accipimus, eorum etiam uera mala taceamus, ne ministeriū iustæ correptionis in arma uertatur furoris. Sed quid nobis ad ista faciendū sit, adhuc exēplo nos admonet, cum subiungit, *Ego autem non quero gloriam meam, est qui querat, & iudicet.* Scimus certe quod scriptū est, quia pater omne iudicium dedit filio: & tamen ecce idem filius iniurias accipiēs, gloriam suam non quarit. Illicitas contumelias patris iudicio referat, ut nobis profecto insinuet quantum nos esse patientes debemus, dum adhuc se ulcisci non uult & ipse qui iudicat. Cum uero malorum peruersitas crescit, non solum frangi prædicatio non debet, sed etiam augetur. quod suo exemplo nos admonet, qui postquam habere demonium dicitur est, prædicationis suæ beneficia largius impendit, dicens, *Amen amen dico uobis, si quis sermonem meum serauerit, mortem non uidebit in æternum.* Sed sicut bonis necesse est, ut meliores etiam per contumelias existant, ita semper reprobis de beneficio peiores sūt, nam accepta prædicatione, iterum dicunt: *Nunc cognouimus quia demonium habes.* Quia enim æternæ morti inhæserant, eandem mortem cui inhæserant, non uidebant, dum solā mortis carnem aspicerent, in ueritatis sermone caligabant, dicentes, *Abraham mortuus est, & propheta: & tu dicis, si quis sermonem meum serauerit, mortem non gustabit in æternum.* Unde & ipsi ueritati eundem Abraham & prophetas quasi uenerantes præferunt, sed aperta nobis ratio ostenditur, quod qui deum nesciunt, Dei quoque famulos falso uenerantur. Vos, inquit, dicitis, demonium habes, ego uos ad uitam uoco: seruate sermonem meum, & non moriemini. Illi audiebant, mortem non uidebant in æternum, qui seruauerunt sermonem meum, & irascebantur, quia iam mortui erant illa morte quæ uitanda erat. nam illam mortem uitare non potuerunt, quæ mortuus est Abraham, & propheta, id est carnis mortem. Nam Abraham spiritu uiuebat: & ideo de

eo ipsa ueritas ait alio loco, Non est Deus mortuorum, sed uiuorum. Quid est quod ait, Mortem non uidebit in æternum? id est mortē damnationis cum diabolo, & angelis eius. Nam ista mors corporis, migratio quædam est sanctis ad meliorem uitam, impijs uero ad pœnas perpetuas: quas hic mortis nomine ueritas designare uoluit. Sed ista morte, quam Dominus uult intelligi, nec Abraham mortuus est, nec prophetæ mortui sunt. Illi enim mortui sunt, & uiuunt: isti uiuebant, & mortui erant. Quem teipsum facis, inquit, ut dicas, mortem non uidebit in æternum, qui seruauerit sermonem meum, cum scias & Abraham mortuum, & prophetas mortuos? Respondit Iesus, *Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est, est pater meus qui glorificat me.* Hoc ait propter illud quod dixerat, *Quem teipsum facis?* Refert enim gloriam suam ad patrem, de quo est quod Deus est. Dicit patrem suum Dominus Iesus Christus, quem illi dicebant dominum suum, & non cognouerunt. Si enim ipsum cognouissent, eius filium recepissent. Ergo autem, inquit, noui eum. Secundum carnem uero dicantibus potuit & hinc arrogans uideri, quia dixit: *Ego noui eum.* Sed uide quid sequitur: *Si dixero, non noui eum: ego similis uobis, mendax.* Ergo arrogātia nō ita uitatur, ut ueritas relinquatur. Sed scio eum, & sermonem eius seruo. Sermonē patris tanquam filius loquebatur, & ipse erat uerbum patris, quod hominibus loquebatur. Et notandum quod uidit eos Dominus aperta sibi impugnatione resistere, & tamen eis se iterata non delinuit uoce prædicare, dicens, *Abraham pater uester exultauit ut uideret diem meum: uide, & gauisus est.* Tunc quippe dicitur domini Abraham, uide: cum in figura summæ trinitatis tres angelos hospitiū recepit: quibus profecto susceptis, sic tribus quasi unū locutus est: quia et in personis numerus trinitatis est, in natura tamē unitas est diuinitatis. Sed carnales mentes audientium, oculos à carne non subleuant: in eo solam carnis atatem pensant, dicentes, *Quin quaginta annos nondum habes, & Abraham uidisti?* Quos benigne redemptor noster à carnis sue intuitu submouet, & ad diuinitatis cōtemplationem trahit, dicens, *Amen amen dico uobis, Antequam fieret Abraham, ego sum.* Ante enim præteritū temporis est, sum præsentis. Et quia præteritū & futurum tempus diuinitas non habet, sed semper esse habet, non ait, Ante Abraham ego fui, sed Ante Abraham ego sum. Unde & ad Moysen dicitur, *Ego sum, qui sum.* &, *Dices filijs Israel, Qui est, misit me ad uos. Ante ergo uel post, Abraham habuit, qui & accedere potuit per exhibitionem præsentia, & recedere per cursum uitæ. Veritas uero semper esse habet, quia ei quicquam nec priore tēpore incipitur, nec subsequenti terminatur. Sed sustinere ista æternitatis uerba mentes infidelium non ualentes, ad lapides currunt: & quem intelligere non poterant,*

Matt. 22.

Gen. 22. Angelus tres uidit, Abraham, &c.

Exod. 3.

obruere quærebant. Quid autem contra furorem lapidantiū dominus fecit, ostenditur, cum protinus subinfertur, *Iesus autē abscondit se, & exiit de templo.* Mirum ualde est, fratres charissimi, cur persecutores suos Dominus sese abscondendo declinauerit, qui si diuinitatis suæ potētiam exercere uoluisset, tacito nutu mētis in suis eos iustibus ligaret, aut in pœna mortis subitā obrueret. Sed quia pati uenerat, exercere iudiciū nolebat. Certe sub ipso passionis tēpore & quātum poterat ostēdit, & tamen hoc ad quod uenerat, pertulit. Nam cum persecutoribus suis se quærentibus diceret, Ego sum: sola hac uoce eorum superbiam percussit, & omnes in terram strauit. Qui ergo hoc in loco potuit manus lapidantium non se abscondendo euadere, cur abscondit se, nisi quod homo inter homines, & factus redemptor noster, alia nobis uerbo loquitur, alia exemplo? Qui autem nobis hoc exemplo loquitur, nisi ut etiam cum resistere possimus, iram superbientiū humiliter declinemus?

Ioh. 18.

Superbientium ire non minus quam credendum.

CAPVT IX.



IT prateriens Iesus, uidit hominem cæcum à natiuitate: & interrogauerunt eum discipuli eius. Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, ut cæcus nasceretur? Respondit Iesus: Neque hic peccauit, neque parentes eius: sed ut manifestentur opera Dei in illo. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. Venit nox, quando nemo potest operari. Quādiu sum in mūdo, lux sum mundi. Hoc cum dixisset, expuit in terram, & fecit lutum ex spūto, & liniuit lutū super oculos eius, & dixit ei: Vade, laua in natoria Siloe, quæ interpretatur, missus. Abijt ergo, & lauit, & uenit uidens. Itaque uicini, & qui uiderant eum prius qui mendicū erat, dicebant: Nonne hic est qui sedebat, & mendicabat? Alij dicebant: Quia hic est. Alij autem: Nequaquam, sed similis est ei. Ille uero dicebat: Quia ego sum. Dicebant ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit: Ille homo qui dicitur Iesus, lutū fecit, & unxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad natorium Siloe, & laua. Et abijt, & lauit, & uideo. Et dixerunt ei: Vbi est ille? Ait, Nescio. Adducunt ad Pharisæos eum qui cæcus fuerat. Erat autem sabbatū, quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum Pharisæi quomodo uidisset. Ille autē dixit eis: Lutum mihi posuit super oculos, & laui, & uideo. Dicebāt ergo ex pharisæis quidā: Non est hic homo à deo, qui sabbatum non curat. Alij autem dicebant: Quomodo potest homo peccator hæc signafacere? Et schisma erat inter eos. Dicunt ergo cæco iterū: Tu quid dicis de illo qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: Quia propheta est. Non crediderunt ergo Iudæi de illo quia cæcus fuisset & uidisset, donec uocauerūt parentes eius qui uiderat, &

in interrogauerunt eos, dicentes: Hic est filius uester, quē uos dicitis quia cæcus natus est? Quomodo ergo nunc uidet? Responderunt eis parentes eius, & dixerunt: Scimus quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est. Quomodo autē nunc uideat, nescimus: aut quis eius aperuit oculos, nos nescimus. ipsum interrogate, sciatatē habet, ipse de loquatur. Hæc dixerūt parentes eius, quoniam timebant Iudæos. Iam enim conspirauerāt Iudæi, ut si quis eum cōfiteretur esse Christum, extra synagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt: Quia ætatem habet ipsum interrogate: Vocauerunt ergo rursum hominē qui fuerat cæcus, & dixerūt ei: Da gloriam Deo, nos scimus quia hic homo, peccator est. Dixit ergo eis ille: Si peccator est, nescio: u-num scio, quia cæcus cum essem, modō uideo. Dixerūt ergo illi: Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis: Dixi uobis iam, & audistis, quid iterum uultis audire? Num quid & uos uultis discipuli eius fieri? Maledixerūt ergo ei, & dixerunt: Tu discipulus illius sis, nos autem Mosi discipuli sumus. Nos simus quia Mosi loquutus est Deus, huc autem nescimus unde sit. Respondit ille homo, & dixit eis: In hoc enim mirabile est, quia uos nescitis unde sit, & aperuit meos oculos. Scimus autē quia peccatores Deus non audit: sed si quis Dei cultor est, & uoluntatem eius facit, hunc exaudit. A seculo non est auditū quia quis aperuit oculos cæci nati. Nisi esset hic à deo, non poterat facere quicquam. Responderunt, & dixerunt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit Iesus quia eiecerunt eum foras: & cum inuenisset eum, dixit ei: Tu credis in filium dei? Respondit ille, & dixit: Quis est domine, ut credam in eum? Et dixit ei Iesus: Et uidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est. At ille ait: Credo domine. Et procidens adorauit eum. Et dixit ei Iesus: In iudicium ego in hunc mundum ueni: ut qui non uident, uideant, & qui uident, cæci fiant. Et audierūt quidam ex pharisæis qui cum ipso erant, & dixerunt ei, Nunquid & nos cæci sumus? Dixit eis Iesus. Si cæci essetis, non haberetis peccatum: nunc uero dicitis, Quia uidemus. Peccatum ergo uestrum manet.

Postquam exisset Dominus de templo Iudæorum, quid fecerit in populo gentium, imò totius humani generis, audiamus. Sequitur enim Euangelista, & ait, Prateriens uidit hominem cæcum à natiuitate. Ea quippe quæ fecit dominus noster Iesus Christus, stupenda atque miranda, & opera & uerba sunt. Opera, quia facta sunt: uerba, quia signa sunt. Si ergo quid significet hoc quod factum est, cogitemus, genus humanū est iste cæcus. Hæc enim cæcitas contigit in primo homine per peccatum, de quo omnes originē duximus, non solum mortis, sed etiam iniquitatis. Si enim cæcitas est infidelitas,

Christus que fecit & opera & uerba sunt.

fideltas, illuminatio est fides. quem fidelem, quando uenit Christus, inuenit, ideo Euangelista de Christo dicit, Et prateriens. Sic praterit enim Christus, & non in uia peccatorum nostrorum stetit, sicut in quadam parabola ipse do minus ait, Venit enim Samaritanus secus uia. Qui uenit sanare uulneratum semiuuium, prateriens cæcum illuminat. Qui uulneratus in parabola dicitur, hic in re gesta cæcus illuminatur. Vidit ergo hominem cæcum, non ut cunq; homines præter illum solum quæ ex uirgine natus est, originali peccato cæci, id est cum peccato nati sunt, quod ex radice peccatrice primi parentis traxerunt. Interrogauerunt eum discipuli eius, Rabbi, scis quia Rabbi magister est. Magistrum appellabant, quia discere desiderabāt. Quæstionem quippe Domino proposuerunt tanquam magistro. Quis peccauit hic, aut parentes eius? Respondit Iesus, Neque hic peccauit, neque parentes eius, ut cæcus nasceretur. Quid est quod dixit? Si nullus homo sine peccato, numquid parētes huius cæci sine peccato erant? Nunquid ipse sine peccato originali natus erat, uel uiuendo nihil addiderat? Si ergo & parentes eius habuerunt peccatum, & iste habuit peccatum, quare Dominus dixit, Neque hic peccauit, neque parentes eius: nisi ad rem respondit de qua interrogatus est, cur cæcus nasceretur. Habebant enim peccatum parentes eius, sed non ipso peccato factum est ut cæcus nasceretur. Si ergo non peccato parentum factum est ut cæcus nasceretur, quare cæcus natus est? Audi magistrum docentem. Quærit credentem, ut faciat intelligentem. Ipse causam dicit quare sit ille cæcus natus. Neque hic peccauit, inquit, neque parentes eius, sed ut manifestentur opera dei in illo. Non solum quid in hoc tantummodo cæco acturus sum, sed ut manifestetur quid in cæcitate totius humani generis per me agendū sit, manifestetur. Deinde secutus adiūxit, Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. Memerote quomodo uniuersam gloriā illi dat, de quo est, quia ille habet filium qui de illo sit, ipse nō habet de quo sit. Quæ sunt opera domini propter quæ uenit filius dei in mundum? nisi cæcitate generis humani illuminare, uulnerata quæque sanare, perdita quærare, deformia reformare? Sed quid est quod dixit, Me oportet operari opera eius qui me misit, donec dies est? Venit enim nox, in qua nemo potest operari. Constat expressum ac definitum diem commemorasse dominum hoc loco seipsum, id est lumen mundi. Quamdiu, inquit, sum in hoc mundo, lumen sum mundi. Ergo ipse operatur. Quamdiu est autem in mundo: Putamus fratres eum fuisse hic tunc, & modo non hic esse? Si hoc putamus, iam ergo post ascensum facta est nox ista. Quid est quod ait discipulis ascendens in cælum, Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consum-

Luc. 19.

Rabbi.

Originale peccatum.

Christi opera.

Diei ty. pus.

Mat. 28.

mationem seculi? Qui tunc corporali præsentiā fuit in mundo, nunc diuina potētia præsens est ubique in mundo. Audiuius diem, audiamus quæ sit nox ista. Quid igitur? quid dicemus de nocte ista quando erit, quando nemo poterit operari? Nox ista impiorum erit, nox ista eorū erit quibus in fine dicitur, Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius. Sed & nox dicta est, nō flamma, non ignis. Audi quia & nox est, de quodam seruo dicit, Ligate illi manus & pedes, & proijcite eum in tenebras exteriores. Operetur ergo homo, ne illa nocte præueniatur, ubi nemo possit operari. Modo est ut operetur fides per dilectionem. & si modo operamur, hic est dies, hic est Christus. Audi promittentem, & ne arbitreris absentem. Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Ibi enim erit nox, ubi nemo possit operari, sed recipere quod operatus est. Aliud est tempus operationis, aliud receptionis. Reddet enim unicuique secundum opera sua. Audiamus sollicita mente Apostolum exhortātem nos operari dum tempus habemus, dicit enim, Dum tempus habemus, operemur bonum. Quid enim Christus dixerit admonendo bonos, terrendo malos, audiuius. Sed uideamus quid fecerit. Hæc cum dixisset, expuit in terram, & fecit lutum ex spūto, & liniuit lutum super oculos eius, & dixit ei, Vade, & laua in natoria Siloe, quod interpretatur missus. Quid fecit dominus, perspicuum est. Illuminatio enim facta est in cæco, sed magnum mysterium commendatur in humano genere. Expuit in terram de salua lutum fecit, qui uerbum caro factus est. & unxit oculos cæci, in unctus erat, & nondum ui debat. Mittit illum ad piscinam quæ uocatur Siloe. Peruenit autem ad Euangelistam commendare nobis nomen huius piscinæ, & ait, quod interpretatur missus. Iam quis est missus, agnosceris. Nisi enim ille fuisset missus, nemo nostrum fuisset ab iniquitate dimissus. Lauit ergo oculos in ea piscina, quæ interpretatur missus, baptizatus est in Christo. Si ergo quando eum in seipso quodammodo baptizauit, tunc illuminauit: quando in unxit, fortasse catechumenum fecit. Potest quidem aliter atq; aliter tantū sacramenti exponi & pertractari profunditas: sed hoc sufficiat charitati uestre. Vngitur catechumenus, id est docetur ut credat in Christum, mittitur ad piscinam baptismi, ut illuminetur, ut lumen uernum agnoscat, ut remissionem peccatorum accipiat, ut ex filio iræ efficiatur filius Dei, illuminatusq; ueniat prædicare Christum. Itaque uicini, & qui uiderant eum prius quia mendicū erat, dicebant, Nonne hic est qui sedebat & mendicabat? Alij dicebant, quia hic est, alij autem, nequaquam, sed similis est eius. Aperti oculi uultum mutauerant. Ille dicebat, quia ego sum. Vox grata, ne damnaretur in grata. Dicebant ergo ei, Quomodo sunt aperti oculi tui? Respondit, Ille homo qui dicitur

Noctis ty. pus. Mat. 28.

Christi presentia in toto mundo.

Rom. 2.

Gal. 6.

Cæcus natus, humanum genus repræsentat.

Baptismi efficacia. Catechumeni.

tur Christus, lutum fecit, & unxit oculos meos, & dixit mihi, Vade ad natatoria, & laua, & abij, & laui, & uideo] Ecce annunciator factus est gratiae, Ecce Euangelizat, confitetur uidentem, Cæcus ille confitebatur, & cor impiorum ringebatur, quia nō habebant in corde, quod iam ille habebat in facie.

Dixerunt ei, Vbi est ille? ait, Nescio.] In his uerbis animus ipsius adhuc inuncto similis erat, nōdum uidenti. Sed ponamus fratres tāquam illam inunctionem in animo habuerit, & prædicat, & nescit quem prædicat. Adducunt eum ad phariseos, qui cæcus fuerat. Erat autem sabbatum quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabat eum pharisei, quomodo uidisset. Ille autē dixit, Lutum posuit mihi super oculos meos, & laui, & uideo. Dicebant ergo ex phariseis quidam.] Non omnes, sed quidam, iam enim inungebantur quidam. Quid ergo dicebant nec uidentes, nec uncti? Non est iste homo a deo, qui sabbatum non custodit.] Ipse potius custodiebat, qui sine peccato erat. Sabbatū enim spiritaliter hoc est, nō habere peccatum. Denique fratres hoc admonet Deus, quando commendat sabbatum. Omne opus seruile non facietis. Hæc sunt uerba Dei sabbatum cōmendantis. Omne opus seruile non facietis. Iam superiores lectiones interrogate quod sit opus seruile, & a domino audite, Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Sed isti nec uidentes, ut dixi, nec inuncti, sabbatum carnaliter obseruabant, spiritaliter uiolabant. Alij dicebant, Quomodo potest homo peccator hæc signa facere?] Ecce sunt inuncti.

Et schisma erat in eis.] Dies ille diuisus erat inter lucem & tenebras. Dicunt ergo cæco iterum, Tu quid dicis de eo qui aperuit oculos tuos?] Quid de illo sentis? Quid existimas? Quid iudicas? Queriebant quem admodum hominī calumniarētur, ut de synagoga pelleretur, sed a Christo inuenirentur. Sed ille constanter quod sentiebat expressit. Ait enim, Quia propheta est.] Adhuc quidē inunctus in corde, nondum dei filiū cōfiteatur, nec mentitur tamē. Ipse dominus de seipso ait, Nō est propheta sine honore, nisi in patria sua.

Non crederunt ergo Iudæi de illo, quia cæcus fuisse, & uidisset, donec uocauerunt parentes eius qui uiderat, & interrogauerunt eos, dicentes: Hic est filius uester, quem uos dicitis quia cæcus natus est? quomodo ergo nunc uidet? Responderunt parentes eius eis, & dixerunt, Scimus quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est; quomodo autem nunc uideat, nescimus, & dixerunt, Ipsum interrogate, ætatem habet, ipse de se loquatur.] Scimus autem, quia filius noster est: sed iuste cogermur loqui pro infante, quia ipse pro se loqui non posset. olim loquitur, modo uidet, cæcum a natiuitate nouimus. loquentem olim scimus, uidentem modo uidemus. ipsum interrogate, ut instruamini. Hæc dixerunt parentes eius, quia timebāt Iudæos. iam enim conspauerant Iudæi, ut si quis eum confiteretur Christum, extra synagogam fieret.] Iam non erat malum extra synagogam fieri. Illi expellebant, sed Christus excipiebat, propterea parentes eius dixe-

runt, quia ætatem habet, ipsum interrogate. Vocauerunt ergo rursus hominem qui fuerat cæcus, & dixerunt ei, Da gloriam Deo.] Quid est, da gloriam Deo? Nega quod accepisti. Hoc planē non est gloriam Deo dare, sed Deum potius blasphemare. Da, inquit, gloriam Deo. Nos scimus quia hic homo peccator est, Dixit ergo ille: Si peccator est, nescio: unum scio, quia cæcus cum essem, modo uideo. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos?] Et ille iam stomachas aduersus duritiā Iudæorum, & ex cæco uidentem, non ferens cæcos, Respondit eis, Dixi uobis iam, & audistis, quid iterum uultis audire? Nunquid & uos uultis discipuli eius fieri?] Quid est, Nunquid & uos? nisi, quia ego iam sum? Nunquid & uos uultis? Iam uideo, sed non uideo uos uidere. Maledixerunt ei, & dixerunt, Tu discipulus eius sis.] Tale maledictum super nos, & super filios nostros. Maledictum est enim, si cor discutias, non si uerba perpendas. Nos autem tem Mosi discipuli sumus. Nos scimus quia Mosi locutus est Deus.] Utinam sciretis, quia Mosi locutus est Deus: sciretis quis per Moysen prædictus est Deus. Habetis enim Dominum dicentem, Si crederetis Mosi, crederetis & mihi. de me enim ille scripsit. Itane sequimini seruum, & dorsum ponitis contra Dominum? Sed nec seruum sequimini, nam per illum ad Dominum ducemini. Respondit ille homo, & dixit eis, In hoc mirabile est, quia uos nescitis unde sit: & aperuit oculos meos. Scimus autem quia peccatores Deus non exaudit: sed si quis Dei cultor est, & uoluntatem eius facit, hunc exaudit.] Adhuc inunctus loquitur, nam & peccatores exaudit Deus. Si enim peccatores Deus non exaudiret, frustra ille Publicanus oculos in terram demittens, & peccus suum percutiens, diceret, Domine, propitius esto mihi peccatori, & ista confessione meruit iustificationem, quomodo iste cæcus illuminationem. Sed peccatoribus lauandum est cor poenitentiae lacrymis, ut exaudiantur: & fiet in corde illorum, quod factum est in facie cæci huius: & sentient Deum illos exaudire, qui ut peccatores saluaret, uenit in hunc mundum. A seculo non est auditum, quia aperuit quis oculos cæci nati. Nisi esset hic a Deo, non poterat facere quicquam.] Libere & constanter confessus est ueritatem. Hæc enim quæ facta sunt a Domino, a quo fierent, nisi a Domino? aut quando a discipulis talia fierent, nisi in eis Dominus habitaret? Responderunt, & dixerunt, In peccatis natus es totus.] Quid est totus? Cum oculis clausis, sed qui aperuit oculos, saluat & totum. Ipse dabit in corde resurrectionem, qui in facte dedit illuminationem. In peccatis totus natus es, Et tu doces nos? Et eiecerunt eum foras.] Ipsi illum magistrum fecerant: ipsi ut discerent, toties interrogauerunt, & interrogati docentem proiecerunt. Sed quid dixi iam dudū fratres, Illi pellunt, dominus suscipit, magis enim quia expulsus est, Christianus factus est. Certe proiectus est iste de synagoga. Audiuit Iesus, & uenit ad

nit ad eum, & dixit ei, Tu credis in filiū Dei? & ille, Quis es Domine, ut credam in eum?] Videbat autem, & non uidebat. Videbat oculis tantum, sed corde adhuc non uidebat. Ait illi Dominus: Et uides eum, hoc est, oculis: & qui loquitur tecum, ipse est. Audiuit ergo Iesus, quia eiecerunt eum foras, & cum inuenisset eum, dixit ei, Tu credis in filiū Dei? Modo lauat faciem cordis. Respondit ille, & dixit, Quis est Domine, ut credam in eum? Et dixit ei Iesus, Et uidisti eum: & qui loquitur tecum, ipse est. Tunc prosternus adorauit eum.] Nunc lauat faciem cordis. Denique iam facie lota cordis, & mundata conscientia, agnoscens illum non filium hominis tantum, quod ante crediderat, sed etiam filium Dei, quem uidebat, ait, Credo Domine. Sed parum est dicere, Credo, uis uidere qualem credat? Procidentem adorauit eum. Si eum Dei filium non credidisset, quem uidebat, nul-

latenus adorasset eum. Incumbite ergo orationibus peccatores, confitemini peccata uestra, orate ut deleantur, orate ut minuantur, orate ut uobis proficientibus ipsa deficiant: tamen nolite desperare: & peccatores orate. Quis enim non peccauit? A sacerdotibus incipite. Sacerdotibus dictum est, Prius offerte sacrificia pro peccatis uestris, & sic pro populo. Sequitur, In iudicium ego in hunc mundum ueni, ut qui non uident, uideant: & qui uident, cæci fiant.] Quid est quod dicit, In iudicium ego in hunc mundum ueni, dum alio loco dicit, Nō enim ueni ut iudicem mundum? nisi quia aliud est iudicium discretionis, aliud est iudicium damnationis, de quo Dominus ipse ait alibi, Qui non credit in me, iam iudicatus est, id est, damnatus. Hic enim in hoc loco, sicut in sequentibus uerbis, patet, iudicium discretionis significare, dum ait, Ut qui non uident, uideant: & qui uident, cæci fiant. Quid est, ut qui nō uident, uideant? id est, qui se non uidere confitentur, & medicum quærunt, ut uideant: & qui uident, cæci fiant. Quid est, qui uident, cæci fiant? id est, qui se putant uidere, & medicum non quærunt, sed in sua cæcitate permanent. Ergo istam discretionem uocauit iudicium, qua discernit humiles a superbis, credentes a non credentibus, medicum quærentes, ab eis qui medicum quærere contemunt. O domine, uenisti ut qui non uident, uideant: recte, quia lumen es, recte, quia dies es, recte, quia a tenebris liberas homines. Hoc omnis anima accipiat, hoc omnis anima intelligat, ut non maneat in tenebris, sed illuminetur ab eo qui illuminat omnē hominē uenientē in hunc mundum. Cōmoti sunt ergo uerbis istis quidā ex phariseis, Et dixerunt ei, Nunquid & nos cæci sumus?] Audi ita quid est quod eos mouebat. Et qui uident, cæci fiāt. Dixit eis Iesus, Si cæci essetis, non haberetis peccatum.] Cum sit cæcitas ipsa peccatum, si cæci essetis, id est, si uos cæcos aduerteretis, si uos cæcos diceretis, & ad medi-

cum curreretis: si ergo ita cæci essetis, non haberetis peccatum. Nunc uero quia dicitis, quia uidemus, peccatum uestrum manet.] Quare? quia dicendo uidemus, medicum non quæratis, in cæcitate uestra remanetis. Sequitur,

MEN AMEN DICO UOBIS, QUI NON INTRAT PER OSTIUM IN OUILE OUIUM, SED ASCENDIT ALTUNDE, ILLE FUR EST & LATRO. QUI AUTEM INTRAT PER OSTIUM, PASTOR EST OUIUM. HUIUS OSTIARIUS APERTURIT, & OUES UOCEM EIUS AUDIUNT, & PROPRIAS OUES UOCANT NOMINATIM, & EDUCIT EAS. ET CUM PROPRIAS OUES EMISERIT, ANTE CAS UADIT, & OUES ILLUM SEQUUNTUR, QUIA SCIUNT UOCEM EIUS. ALIENUM AUTEM NON SEQUUNTUR, SED FUGIUNT AB EO, QUIA NON NOUERUNT UOCEM ALIENORUM. HOC PROUERBIUM DIXIT EIS IESUS. ILLI AUTEM NON COGNouerūt QUI QUERERETUR EIS. DIXIT ERGO EIS ITERUM IESUS: AMEN AMEN DICO UOBIS, QUIA EGO SUM OSTIUM OUIUM. OMNES QUOTQUOT UENERUNT, FURES SUNT & LATRONES: SED Nō AUDIERUNT EOS OUES. EGO SUM OSTIUM. PER ME SI QUIS INTROIERIT, SALUABITUR: & INGREDIETUR & EGREDIETUR, & PASCUA INUENIET. FUR NON UENIT NISI UT FURETUR, & MACTER & PERDAT. EGO UENI UT UITAM HABEANT, & ABUNDANTIUS HABEANT. EGO SUM PASTOR BONUS. BONUS PASTOR ANIMAM SUAM DAT PRO OUIBUS SUIS. MERCENARIUS AUTEM, & QUI NON EST PASTOR, CUIUS NON SUNT OUES PROPRIÆ, UIDET LUPUM UENIENTEM, & DIMITTIT OUES, & FUGIT: & LUPUS RAPIT, & DISPERGIT OUES. MERCENARIUS AUTEM FUGIT, QUIA MERCENARIUS EST, & NON PERTINET AD EUM DE OUIBUS. EGO SUM PASTOR BONUS, & COGNOSCOMEAS, & COGNOSCUNT ME MEÆ. SICUT NOUIT ME PATER, & EGO AGNOSCO PATREM, & ANIMAM MEAM PONO PRO OUIBUS MEIS. ET ALIAS OUES HABEO, QUAS NON SUNT EX HOC OUILE, & ILLAS ME OPORTET ADDUCERE: & UOCEM MEAM AUDIET, & FIET UNUM OUILE, & UNUS PASTOR. PROPTEREA ME DILIGIT PATER, QUIA EGO PONO ANIMAM MEAM, & ITERUM SUMAM EAM. NEMO TOLLIT EAM A ME, SED EGO PONO EAM A MEIPSO. POTESTATEM HABEO PONENDI EAM, & POTESTATEM HABEO ITERUM SUMENDI EAM. HOC MANDATUM ACEPI A PATRE MEO. DIFFENSIO ITERUM FACTA EST INTER IUDÆOS PROPTER SERMONES HOS. DICEBANT AUTEM MULTI EX IPLIS: DE MONIUM HABET, & INFANIT: QUID EUM AUDIUITIS? ALII DICEBANT: HÆC UERBA Nō SUNT DÆMONIUM HABENTIS. NUMQUID DÆMONIUM POTEST CÆCORUM OCULOS APERIRE? FACTA SUNT AUTEM ENCENIA IN HIEROSOLYMIS, & HYEMS ERAT. ET AMBULABAT IESUS IN TEMPLO, IN PORTICU SALOMONIS. CIRCUMDADERUNT ERGO EUM IUDÆI, & DICEBANT EI: QUOUSQUE ANIMAM NOSTRAM TOLLIS? SI TU ES CHRISTUS, DIC NOBIS PALAM. RESPONDIT EIS IESUS: LOQUOR UOBIS, & NON CREDITIS. OPERA QUÆ EGO FACIO IN NOMINE PATRIS, HÆC TESTIMONIUM PERHIBENT DEME: SED UOS NON CREDITIS, QUIA NON ESTIS EX OUIBUS MEIS, OUES MEÆ UOCEM MEAM AU-

dit ad eum, & dixit ei, Tu credis in filiū Dei? & ille, Quis es Domine, ut credam in eum?] Videbat autem, & non uidebat. Videbat oculis tantum, sed corde adhuc non uidebat. Ait illi Dominus: Et uides eum, hoc est, oculis: & qui loquitur tecum, ipse est. Audiuit ergo Iesus, quia eiecerunt eum foras, & cum inuenisset eum, dixit ei, Tu credis in filiū Dei? Modo lauat faciem cordis. Respondit ille, & dixit, Quis est Domine, ut credam in eum? Et dixit ei Iesus, Et uidisti eum: & qui loquitur tecum, ipse est. Tunc prosternus adorauit eum.] Nunc lauat faciem cordis. Denique iam facie lota cordis, & mundata conscientia, agnoscens illum non filium hominis tantum, quod ante crediderat, sed etiam filium Dei, quem uidebat, ait, Credo Domine. Sed parum est dicere, Credo, uis uidere qualem credat? Procidentem adorauit eum. Si eum Dei filium non credidisset, quem uidebat, nul-

Desperare nemo debet. Ezech. 9. Hebr. 7.

Ioan. 3.

Videntes cæci facti, & contra.

50

60

cum curreretis: si ergo ita cæci essetis, non haberetis peccatum. Nunc uero quia dicitis, quia uidemus, peccatum uestrum manet.] Quare? quia dicendo uidemus, medicum non quæratis, in cæcitate uestra remanetis. Sequitur,

CAPVT X.



MEN AMEN DICO UOBIS, QUI NON INTRAT PER OSTIUM IN OUILE OUIUM, SED ASCENDIT ALTUNDE, ILLE FUR EST & LATRO. QUI AUTEM INTRAT PER OSTIUM, PASTOR EST OUIUM. HUIUS OSTIARIUS APERTURIT, & OUES UOCEM EIUS AUDIUNT, & PROPRIAS OUES UOCANT NOMINATIM, & EDUCIT EAS. ET CUM PROPRIAS OUES EMISERIT, ANTE CAS UADIT, & OUES ILLUM SEQUUNTUR, QUIA SCIUNT UOCEM EIUS. ALIENUM AUTEM NON SEQUUNTUR, SED FUGIUNT AB EO, QUIA NON NOUERUNT UOCEM ALIENORUM. HOC PROUERBIUM DIXIT EIS IESUS. ILLI AUTEM NON COGNouerūt QUI QUERERETUR EIS. DIXIT ERGO EIS ITERUM IESUS: AMEN AMEN DICO UOBIS, QUIA EGO SUM OSTIUM OUIUM. OMNES QUOTQUOT UENERUNT, FURES SUNT & LATRONES: SED Nō AUDIERUNT EOS OUES. EGO SUM OSTIUM. PER ME SI QUIS INTROIERIT, SALUABITUR: & INGREDIETUR & EGREDIETUR, & PASCUA INUENIET. FUR NON UENIT NISI UT FURETUR, & MACTER & PERDAT. EGO UENI UT UITAM HABEANT, & ABUNDANTIUS HABEANT. EGO SUM PASTOR BONUS. BONUS PASTOR ANIMAM SUAM DAT PRO OUIBUS SUIS. MERCENARIUS AUTEM, & QUI NON EST PASTOR, CUIUS NON SUNT OUES PROPRIÆ, UIDET LUPUM UENIENTEM, & DIMITTIT OUES, & FUGIT: & LUPUS RAPIT, & DISPERGIT OUES. MERCENARIUS AUTEM FUGIT, QUIA MERCENARIUS EST, & NON PERTINET AD EUM DE OUIBUS. EGO SUM PASTOR BONUS, & COGNOSCOMEAS, & COGNOSCUNT ME MEÆ. SICUT NOUIT ME PATER, & EGO AGNOSCO PATREM, & ANIMAM MEAM PONO PRO OUIBUS MEIS. ET ALIAS OUES HABEO, QUAS NON SUNT EX HOC OUILE, & ILLAS ME OPORTET ADDUCERE: & UOCEM MEAM AUDIET, & FIET UNUM OUILE, & UNUS PASTOR. PROPTEREA ME DILIGIT PATER, QUIA EGO PONO ANIMAM MEAM, & ITERUM SUMAM EAM. NEMO TOLLIT EAM A ME, SED EGO PONO EAM A MEIPSO. POTESTATEM HABEO PONENDI EAM, & POTESTATEM HABEO ITERUM SUMENDI EAM. HOC MANDATUM ACEPI A PATRE MEO. DIFFENSIO ITERUM FACTA EST INTER IUDÆOS PROPTER SERMONES HOS. DICEBANT AUTEM MULTI EX IPLIS: DE MONIUM HABET, & INFANIT: QUID EUM AUDIUITIS? ALII DICEBANT: HÆC UERBA Nō SUNT DÆMONIUM HABENTIS. NUMQUID DÆMONIUM POTEST CÆCORUM OCULOS APERIRE? FACTA SUNT AUTEM ENCENIA IN HIEROSOLYMIS, & HYEMS ERAT. ET AMBULABAT IESUS IN TEMPLO, IN PORTICU SALOMONIS. CIRCUMDADERUNT ERGO EUM IUDÆI, & DICEBANT EI: QUOUSQUE ANIMAM NOSTRAM TOLLIS? SI TU ES CHRISTUS, DIC NOBIS PALAM. RESPONDIT EIS IESUS: LOQUOR UOBIS, & NON CREDITIS. OPERA QUÆ EGO FACIO IN NOMINE PATRIS, HÆC TESTIMONIUM PERHIBENT DEME: SED UOS NON CREDITIS, QUIA NON ESTIS EX OUIBUS MEIS, OUES MEÆ UOCEM MEAM AU-

Cæcitas peccati interpretatur.

Esa. 40. Ezech. 34.

Ezech. 37.

1. Mac. 4.

& ego cognosco eas, & sequuntur me: & ego uitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est, & nemo potest rapere de manu patris mei. Ego & pater unum sumus. Sustulerunt ergo lapides Iudæi, ut lapidarent eum. Respondit eis Iesus: Multa bona opera ostendi uobis ex patre meo: propter quod eorum opus me lapidatis: Respondent ei Iudæi: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, & quia tu, homo cum sis, facis te ipsum Deum. Respondit eis Iesus: Nonne scriptum est in lege uestra: Ego dixi, dñs estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo dei factus est, & non potest solui scriptura: quem pater sanctificauit, & misit in mundum, uos dicitis, Quia blasphemias: quia dixi, filius dei sum: Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio, & si mihi non uultis credere, operibus credite, ut cognoscatis & credatis quia pater in me est, & ego in patre. Quærebant ergo eum apprehendere: & exiit de manibus eorum. Et abiit iterum trans Iordanem in eum locum ubi erat Ioannes baptizans primum. & mansit illic. Et multi uenerunt ad eum, & dicebant: Quia Ioannes quidem signum fecit nullum: omnia autem quæcumque dixit Ioannes de hoc uera erant. Et multi crediderunt in eum.

Amen dico uobis, Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, fur est, & latro. Vtque in eum locum, Hoc prouerbiū dixit eis Iesus. Illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis. Propter Phariseorum (qui se uidere iactabant, cum ceci essent) uenenatam, & superbam, & insanabilem arrogantiam dominus Iesus ista contextuit que in hac parabola leguntur, quam ipse illis in illis gētibus exponere dignatus est: in qua nos salubriter, si aduertamus, admonuit non gloriarī in sapientia humana, non in morum dignitate, si humilitas fidei catholice in Christum desit. Multi enim sunt pagani, qui secundum quandam uitæ huius consuetudinem dicuntur boni homines, innocentes, & quasi obseruantes ea que in lege præcepta sunt, deferentes honorem parentibus suis, non moechantes, non homicidum perpetrantes, non furtum facientes, non falsum aduersus quenquam testimonium perhibentes, & cætera quæ in lege mandata sunt, uelut obseruant, & Christiani non sunt, & ple-rumque sciaant, quomodo isti Pharisei, dicentes, Nunquid & nos cæci sumus? Sed hæc omnia inaniter faciunt, quia non intrant per ostium, sed aliunde tumido fastu quasi per seipsos ascendere quærunt. Quapropter dominus similitudinem proposuit de grege suo, & de ostio quæ intratur ad ouile. Quid enim prodest uana stantiam de bene uiuendo inflatio, dum ad finem perpetualiter bene uiuendi, uita eorum non perueniat? Ad hoc enim debet unicuique prodesse bene uiuere, ut detur illi semper bene

uiuere. Nam si cui non datur semper bene uiuere, quid prodest ei bene uiuere? Ad tempus igitur, nec bene uiuere dicendi sunt, qui finem bene uiuendi uel cæcitate nesciunt, uel inflatio ne contemnunt. Non est autem cuiquam spes uera & certa semper bene uiuendi, nisi agnoscat uitam, quæ est Christus, & per ianuam intret in ouile. Sunt enim quidam homines qui in suis gloriantur moribus, & alios post se trahere quærunt, non de Christi præceptis instruentes suos sectatores, sed suis exemplis uiuere eis suadentes: de quibus alio loco ipsa ueritas ait, Docentes doctrinas hominum & mandata dei contemnent. Hi per aliam partem ascendere quærunt, rapere & occidere, non ut pastor, saluare atque conseruare. De talibus hic dictum est, Sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro. Non solum uero tales inueniuntur doctores inter eos qui sine nomine Christi sunt, sicut multi philosophorum, qui suam sapientiam buccis crepantibus uentilabant, & uitam beatam suis sectatoribus promittebant: uerum etiam plurimi qui Christiano nomine censebantur, & illuminatos a Christo se esse iactabant, fingentes sibi noua queque nomina de Christo, eaque fidei catholice contraria, sicut innumerabiles heretici faciebant, existimantes se falso nomine per ianuam quæ Christus est, intrare. Sabellius dicit, Qui filius est, ipse est pater, sed filius non est pater. Non intrat per ostium, qui filium dicit patrem. Arius dicit, Aliud est pater, aliud filius. Recte diceret, si diceret, alius, non quo audit, Ego & pater unum sumus. Nec ipse ergo intrat per ostium. Prædicat enim Christum qualem sibi pingit, non qualem ueritas habet. Fotinus dicit, Christus homo est tantum, non Deus. Nec ipse intrat per ostium, quia Christus & homo & Deus est. Huic enim noua heresis, quæ nostris temporibus orta est, consentire uideatur, affirmando & prædicando, Christus, sicut quislibet sanctorum, nuncupatiuus est Deus, & non uerus. Quid opus est multa percurrere, & multa uana hæresum dinumerare? Hoc tenete, ouile Christi, Ecclesiam catholicam esse credite. Quicumque uult intrare ad ouile, per ostium intret, id est, per Christum, & Christum uerum Deum, & uerum filium dei prædicet. Nec solum Christum prædicet, sed Christi quoque gloriam quærat, non suam. Nam multi quærendo gloriam suam, oues Christi sparserunt potius quam congregauerunt. Humilis est enim ianuam Christus Dominus Deus noster, qui ait, Discite a me quia mitis sum, & humilis corde. Qui intrat per hanc ianuam, oportet humiliet se, ut sano capite possit intrare. Hi sunt qui uocem ueri pastoris audiunt. Hi sunt quos proprias oues nominatim uerus pastor uocat, de his dictum est, Gaudete & exultate, quoniam nomina uestra scripta sunt in cælis. Hinc enim eas uocat nominatim

Bene uiuere dicendi qui sunt.

Hominum traditiones & mandata. Matt. 15.

Philosophorum mendaciorum uanitas.

Arius error.

Ouile Christi, Nuncupatiuum Dei Christum esse asserentium error. Mar. 11. Humilitatis doctor Christus.

Luc. 10.

Esa. 43.

Psal. 81.

Mundana probitas nihil prodest si non adest fidei humilitas.

Similitudo.

Pastor bonus Christus suas oues ostium regit. nominatim. Et quis alius eas emittit, nisi qui eorum peccata dimittit, ut eum sequi duris libertate uinculis possunt? Et quis eas præcedit, quo eum sequuntur, nisi qui resurgens a mortuis, iam non moritur, & mors illi ultra non dominabitur? Has uero educit a fide ad speciem: & ante istas uadit, quia prior omnium ascendit in cælum: & quæ sunt oues suæ, illum sequuntur, quia sciunt uocem doctrinæ suæ. Alienos uero doctores non sequuntur, sed fugiunt ab eis, quia non nouerunt uocem, id est doctrinam, alienorum. Sed loquente domino Iesu, non intellexerunt qui audierunt, Incastratum enim habuerunt cor, & grauius audierunt. Nominat hostium, nominat ouile, nominat oues, commedit hæc omnia, sed nondum exponit. Legamus ergo, quia uerturus est ad ea uerba in quibus nobis aliquid quæ dixit, dignetur exponere: ex quorum expositione dabit nobis fortasse etiam illa que non exposuit, intelligere. Pascit enim manifestis, exercet obscuris. Audiamus, exponentem, qui audiuius preponentem. Dicit ergo eis iterum Iesus, Amen amen dico uobis, quia ego sum ostium ouium. Ecce ipsum ostium, quod clausum posuerat, aperuit. Ipse est ostium. Agnouimus, intremus, ut nos intrasse gaudeamus. Omnes quotquot uenerunt, fures sunt & latrones. Quid est hoc domine? Omnes quotquot uenerunt. Quid enim? tu uenisti. Sed intellige, omnes quotquot uenerunt, dixit, utique præter me. Recolamus ergo, Ante aduentum ipsius uenerunt propheta: nunquid fures fuerunt, & latrones? Absit. Non præter illum uenerunt, sed cum illo uenerunt. Cum illo inquam uenerunt, quia uerturus præcones mittebat: & eorum corda quos miserat, possidebat. Cum illo ergo uenerunt, quia cum uerbo Dei uenerunt. Ego sum, inquit, uita, ueritas, & uita. Ipse est ueritas, cum illo uenerunt, quia ueraces fuerunt, & ueritatem prædicauerunt. Quotquot autem præter illum uenerunt, fures sunt, & latrones. Per se uenerunt, quia per eum missi non fuerunt, dicente Apostolo, Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? Et quia per se uenerunt, & non sunt ab eo missi, fures sunt, & latrones. Nam ante aduentum Christi falsi fuerunt in populo Dei propheta, falsi doctores, sicut post aduentum illius sub nomine Christiano quamplurimi falsi fuerunt doctores, nec doctores, sed seductores: non prædicatores, sed prædicator, latrocinia exercetes, non sana doctrina inherentes, sed falsæ, de quibus dictum est, Fures sunt, & latrones, id est, ad furandum & occidendum uenerunt. Sed non audierunt eos illæ quæ ueræ sunt oues, non sub pelle ouina lupinum cor abscondentes. Igitur qui ante aduentum Christi prædicauerunt, eodem spiritu prædicauerunt, quo Apostoli & sancti doctores qui post aduentum Christi ueritatis uiam mundo ostenderunt. Quotquot autem illo tempore crediderunt, uel Abraham, uel Isaac, uel Iacob,

uel Moysi, uel alijs patriarchis, alijs que prophetis Christum prænunciabantibus, oues erant, & Christum crediderunt, non alienam uocem, sed ipsius Christi audierunt. Nam iudex clamabat in præcone, dum præco iudicem annuntiabat uenturum. Alij sunt ergo quos non audierunt oues, in quibus non erat uox Christi, errantes, falsa docentes, inania garrientes, uana fingentes, miseros seducetes, sicut pseudopropheta, sicut Scribæ & Pharisei temporibus ipsius domini. Hi sunt qui uenerunt per se, & non sunt a iudice missi. His uero cum doctrinis suis procul expulsi, uideamus quos nos pastor bonus uocat. Dicit enim, Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. Et per hoc euidenter ostendit, non solum pastorem, sed etiam oues intrare per ostium. Sed quid est, ingredietur & egredietur, & pascua inueniet? Ingredi quippe in ecclesiam per ostium Christum, ualde bonum est. Exire autem de ecclesia, sicut ait ipse Ioannes Euangelista in epistola sua, Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis, non est utique bonum. Talis ergo egressus non posset a bono pastore laudari, ut diceret, Et ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. Est ergo aliquis non solum ingressus, uerum etiam egressus bonus per ostium bonum, quod est Christus. Sed quis est ille laudabilis & beatus egressus? Possim quidem dicere ingredi nos quando interius aliquid cogitamus, egredi autem, quando exterius aliquid operamur, & quoniam, sicut dicit Apostolus, per fidem habitat Christus in cordibus nostris, egredi per Christum, esse secundum ipsam fidem etiam foris, id est coram hominibus operari, unde & in Psalmo dicitur, Exiet homo ad opus suum. & ipse Dominus dicit, Luceant opera uestra coram hominibus. Sed plus me delectat quod ipsa ueritas, tanquam pastor bonus, & ideo doctor bonus, quodammodo nos admonuit secundum quem modum intelligere debeamus quod ait, Ingredietur & egredietur, & pascua inueniet: cum sequutus adiunxit, Fur non uenit nisi ut furetur & mactet, & perdat: ego ueni ut uitam habeant, & abundantius habeant. Videtur enim dixisse, ut uitam habeant ingredienti. Non autem potest quisquam per ostium, id est per Christum egredi ad æternam uitam, quæ erit in specie, nisi per ipsum ostium, hoc est per eundem Christum, in ecclesiam eius, quod est ouile eius, intrauerit ad uitam temporalem, quæ est in fide: ideo ait, Ego ueni ut uitam habeant, hoc est, fidem, quæ per dilectionem operatur: per quam fidem in ouile ingrediuntur ut uiuant, quia iustus ex fide uiuit. Et abundantius habeant, qui perseverando usque in finem, per illud ostium, id est per fidem Christi egrediuntur, quoniam ueri fideles moriuntur, & abundantius habebunt uitam, ueniendo quo pastor ille præcessit, ubi nunquam deinde moriantur,

dicatio in eodem spiritu fuit.

Pseudopropheta.

Ingressus & egressus ouium. 1. Ioan. 2.

Egressus bonus, & malus.

Psal. 103. Mat. 5. Coram hominibus etiam operandum.

Abac. 2.

Pastor bonus Christus suas oues ostium regit.

Esa. 6. Act. 2.

Ostium Christi est.

Ioan. 4.

Rom. 10.

Fures qui dicantur. Doctores alij.

Patriarcharum & prophetarum et apostolorum præ-

de moriantur. Quāuis ergo & hic in ipso ouili nō desint pascua (quoniam ad utrumq; possumus intelligere quod dictum est, & pascua iuueniet, id est, & ad ingressum, & egressum) tamen uerē pascua inuenient, ubi saurentur qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Quidam pascua inuenit, cui dictum est, Hodie mecum eris in paradiso. Sequitur de boni pastoris perfectione sententia Domini, & de mali pastoris fuga, quem mercenarium nominat. Ego sum, inquit, pastor bonus. Pastor bonus animam suam dat pro ouibus suis, mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, non pertinet ad eum de ouibus. ¶ Loquens Dominus Iesus ouibus suis & praesentibus & futuris, quae tunc aderant, quia erant ibi iam oues eius, erant quae futurae erant oues eius, & in praesentibus & futuris, & illis & nobis, & quotquot etiam post nos fuerint oues eius, quam suas amet, ostendit. Omnes ergo audient uocem pastoris sui, dicentis: Ego sum pastor bonus. non adderet, bonus, nisi essent pastores mali. Sed pastores mali ipsi sunt fures & latrones, aut certe, ut multum, mercenarij. Omnes enim hic personas quas posuit, requirere, distinguere, nosse debemus. Aperuit enim uiam ad duas res dominus, quas quodammodo clausas posuerat. Iam scimus, quia ostium ipse est: scimus, quia pastor ipse est. Fures & latrones qui sunt, priori sententia patefactum est. Nunc autem audiuius mercenarium, audiuius & lupum, nominatus est & ostiarius. In bonis ergo ostium est, ostiarius, pastor, & oues: in malis fures & latrones, mercenarius & lupus. Ostium Dominum Iesum Christum accipimus, pastorem ipsum. Ostiarium nobis quaerendum reliquit, & quid ait ad ostiarium? Huic, inquit, ostiarius aperit. ¶ Cui aperit? pastoris, quid aperit pastoris ostium, & quis est ipsum ostium? ipse etiam pastor. Diuersa sunt nomina, pastor, ostium, ouis, unum aliquid significantia. Nam ipsius Domini uerba paulo ante audiuius. Ego sum ostium. Et hic modò lectū est nobis: Ego sum pastor, qui etiam ab amico sponsi agnus nominatur, sicut in hoc praesenti Euangelio audiuius, Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, de quo multò ante Propheta praedixit, Tanquam ouis ad occisionem ductus est, quamuis totum corpus suum, oues illius intelligantur. Potest & ille ostiarius intelligi, quia nemo ingreditur uel egreditur, nisi eo aperiente, qui habet clauem David: qui aperit, & nemo claudit, & nemo aperit. Non ergo pigeat nos secundum quādam similitudinem ipsum ostiarium accipere, quem & ostiū. Quis est ostiarius, nisi qui aperit? Quis aperit, nisi qui se exponit? dicente ipso, Ego sum uita, ueritas, & uita. Si forte tibi uoluntas est aliam quaerere personā ostiarij, spiritus sanctus est, de quo ipse Dominus discipulis suis ait, Ip-

se docebit uos omnem ueritatem. Ostium quidem Christus, Christus quidem ueritas. Quis aperit ostiū, nisi qui docet omnem ueritatem? Dum dominus boni pastoris opus ostendere uoluit, seipsum proposuit in exemplum, dicens, Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis. Fecit quod monuit, ostendit quod iussit. Animam suam posuit pro ouibus suis. Ostia est nobis de cōtemptu mortis uia quam sequamur, appositā forma cui imprimamur. Primum nobis est, exteriora nostra misericorditer ouibus eius impendere: postremum uero, si necesse sit, etiam mortem nostram pro eisdem ouibus ministrare. Qui nō dat pro ouibus substantiam suam, quādo pro his daturus est animam suam? Exposuimus, uel magis domino docente intelleximus, quis sit pastor, quis ostiū, quis ostiarius, quae etiam & oues: necnon qui sint fures & latrones, cognouimus: sed modò de mercenario & lupo consideremus, de quibus ipse Dominus dixit, Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriae, uidet lupum uenientem, & dimittit oues, & fugit. ¶ Non pastor, sed mercenarius uocatur, quia non pro amore intimo oues dominicas, sed ad temporales mercedes pascit. Mercenarius quippe est, qui locū quidem pastoris tenet, sed lucra animarum nō quaerit, tenens commodis inhiat, honore praelationis gaudet, temporalibus lucris pascitur, impensa sibi ab hominibus reuerētia letatur. Iste sunt enim mercedes mercenarij, ut pro eo ipso quod in regimine laborat, hoc quod querit inueniat, & ab hereditate gregis in posterū alienus existat. Lupus enim super oues uenit, eū quilibet iniustus & raptor, fideles quosq; atq; humiles opprimit. Sed is qui pastor esse uidebatur, & non erat, relinquit oues, & fugit: quia dum sibi ab eo periculum metuūt, resistere eius iniustitiae non praesumit. Fugit autem, non mutādo locum, sed subtrahendo solatiū. Fugit, quia iniustitiam uidit, & tacuit. Fugit, quia se sub silentio abscondit. Sed est alius lupus, qui sine cessatione quotidie, non corpora, sed mentes dilaniat, malignus uidelicet spiritus, qui caulas fidelium insidians circūit, & mortes animarum quaerit: de quo lupo mox subditur, Et lupus rapit & dispergit oues. ¶ Lupus uenit, & mercenarius fugit, quia malignus spiritus, mentes fidelium in tentatione dilaniat: & is qui locum pastoris tenet, curam sollicitudinis non habet. Animae pereunt, & ipse de terrenis commodis letatur. Lupus rapit & dispergit oues, cum alium ad luxuriam pertrahit, alium in auaritiā accendit, alium in superbiā erigit, alium per iracundiam diuidit, hunc inuidia stimulat, illum in fallacia supplantat. Quasi ergo gregem lupus dissipat, cum fidelium populum diabolus per tentationes necat. sed cōtra hanc mercenarius nullo zelo accenditur, nullo seruiore dilectionis excitatur: quia dum sola exteriora commoda

Ostium Christus est.
Mercenarius.
Lupus.
Spiritus malus.
Persecutores fidelium lupi.

requirit, interiora gregis dāna negligēter patitur, unde & mox adiūgitur, Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus meis. ¶ Sola ergo causa est ut mercenarius fugiat, quia mercenarius est: ac si aperte diceretur, Stare in periculo ouium non potest, qui in eo quod ouibus praestit, non oues diligit, sed lucrum terrenum quaerit. Dum enim honorem amplectitur, dum temporalibus commodis letatur, opponere se contra periculum trepidat, ne quod diligit amittat. Sed quia redemptor noster culpas ficti pastoris innotuit, iterum formam cui debeamus imprimi ostendit, dicens, Ego sum pastor bonus. Atque subiungit, Et cognosco meas, hoc est diligo, & cognoscent me mea. ¶ Ac si patenter dicat, diligunt obsequuntur. Unde mox subiungit, Sicut nouit me pater, & ego cognosco patrem, & animam pono pro ouibus meis. ¶ Ac si aperte dicat, in hoc constat quia & cognosco patrem, & cognoscor a patre, quia animam meā pono pro ouibus meis, id est, ea charitate, qua pro ouibus morior, quātum patrem diligā, ostendo. Quia uero non solum Iudaeam, sed etiam gentilitatem redimere uenerat, adiungit, Et alias oues habeo, quae nō sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & uocem meam audient: & fiet unū ouile, & unus pastor. ¶ Redēptionem nostram, quia ex gentili populo uenimus, Dominus aspexerat, cū se adducere & alias oues dicebat. Hoc quotidie fieri fratres aspiciatis, hoc recōsiliatis gentibus factum hodie uidetis. Quasi ex duobus gregibus unū ouile efficit, quia Iudaicum & gentilem populum in sua fide coniungit, Paulo attestante, qui ait, Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum. Dum enim ad aeternam uitam ex utraque natione simplices eligit, ad ouile proprium oues deducit, de quibus profecto ouibus rursum dicit, Oues mea uocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me: & ego uitam aeternam do eis. ¶ De quibus & paulo superius dicit, Per me si quis introierit, saluabitur, & ingreditur & egreditur, & pascua inueniet. Ingreditur quippe ad fidem, egreditur uero à fide ad speciem, à credulitate ad contemplationem. Pascua autem inuenient, quia quisquis illum corde simplici sequitur, aeternae uiriditatis pabulo nutritur. Quae autem sunt istarum ouium pascua, nisi aeterna gaudia sempiternae uirentis paradisi? Pascua namq; electorum sunt uultus praesens dei: qui dū sine defectu conspicitur, sine fine mens uitae cibo satiatur. Sequitur, Propterea me diligit pater, quia ego pono animam meā, & iterum sumam eam. ¶ Quid dicit? Propterea me pater diligit, quia morior ut resurgā. Cum magno enim potere dictum est, Ego, quia ego, inquit, pono animam meam. Ego pono, quid est, ego pono? Ego, inquit, illum pono, Non glorientur Iudaei. Sauiere potuerunt, potestatem habere non potuerunt. Sauiant quantum possunt: si ego nolue-

Cognosce re Deum.
Gentilium ouium.
Ephes. 2.
Ingredi & egredi.
Dei uisio animae fidelis satietas.

ro ponere animam meam, quid sauiendo facturi sunt? Vna responsione prostrati sunt, quādo eis dictum est, Quem queritis? dixerunt Iesum. & ait eis, Ego sum: redierunt retro, & ceciderunt. Qui ceciderunt ad unam uocem Christi morituri: quid facient sub uocem iudicaturū? Ego, inquit, pono animam meam. Non glorientur Iudaei quasi qui praualuerunt: ipse posuit animam suam. Sicut potestatem habuit ponendi, ita habuit & potestatem resumendi: quod alijs uerbis in hoc ipso Euangelio ostendit, dicens, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Quod Euangelista secutus exposuit, Hoc enim dicebat de templo corporis sui, & adiunxit, discipulos suos haec uerba rememorasse cum resurrexisset Iesus à mortuis. Hoc suscitabatur, quod moriebatur. Nam uerbum mori non potuit, nec anima illa mortua fuit. Caro tantum mortua est, & resurrexit tertia die. Sed quaerendum est quid sit quod dixit, Ego pono animam meam. Quis posuit? quem posuit? Quis est qui posuit? Quid est Christus? Verbum & homo: nec sic homo, ut sola caro: sed quia homo constat ex carne & anima, totus autem homo in Christo: non enim partem deteriorē suscepisset, & partem meliorem deseruisset: pars quippe hominis, melior est anima quam corpus. Quia ergo totus homo in Christo, quid est Christus? Verbum, inquam, & homo. Verbum caro factum est: id est, Deus homo factus est. Dicit enim, Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Christus autem & pro nobis posuit, & quando uoluit posuit, & quando uoluit sumpsit animam suam. Ponere ergo animam, mori est. Sic & Apostolus Petrus Domino dixit, Animam meam propter te ponam, id est, pro te moriar carne. Caro posuit animam suam, & caro iterum sumpsit animam: non tamen potestate sua caro, sed potestate inhabitantis uerbi Dei. Verbum uero sit eam, in unitatem personae sibi: sed à carne anima posita est, & iterum resumpta per potestatem diuinitatis. Caro ergo posuit animam suam expirando. Vide ipsum dominum in cruce, quid dixit, Sitio. Qui adierant, tinxerunt spongiam in aceto, alligauerunt arundini, & appoluerunt ori eius. Quod cum accepisset, ait, Perfectum est. Quid est, perfectum est? Impleta sunt omnia, quae ante mortem futura fuerant propheta. Et quia potestatem habebat quando uellet ponendi animam suam, posteaquam dixit, Perfectum est: ait Euangelista, Et inclinato capite tradidit spiritum. Quod ibi dicitur Tradidit: hic dictum est Ponit: quia unum est tradere, & ponere. Quis tradidit? quem tradidit? Spiritum tradidit: caro illum tradidit. Quid est, caro illum tradidit? Caro illum emisit, caro illum expirauit. Ideo enim dicitur

Vita suam pro uoluntate sua Christus posuit.
Ioan. 8. Iudaei nolentē Christum, occidere nō potuissent.
Ioan. 2. Christus qui sit.
Ponere animam, mori.
Anima suam quomodo Christus posuit.
Verbum, quod assumptum est.
Ioan. 19. Consummatum est.

Expirare, dicitur expirare, id est, extra spiritum fieri, quo modo est exulare, extra solum fieri. Quod hic dicit, Potestatem habeo ponendi animam meam: ubi dictum est, In clinato capite tradidit spiritum: qui spiritus anima est. Cum ergo exit anima a carne, & remanet caro sine anima, tunc homo ponere animam dicitur. Quando Christus animam posuit? quando uerbum uoluit, principatus enim in uerbo erat: ubi potestas erat quando poneret caro animam, quando surmeret. Sicut enim unus homo anima & corpus, sic unus Christus uerbum & homo. Anima & corpus duæ res sunt, sed unus homo. Verbum & homo duæ res sunt, sed unus Christus. Nemo enim titubet in fide quando audit Dominum dixisse, Potestatem habeo ponendi animam meam. Ponit eam caro, sed ex potestate uerbi. Sumit eam caro, sed ex potestate uerbi. Verbum anima caro, unus est Christus: & dum caro occisa fuit, Christus occisus fuit: & dum caro animam resumpsit, Christus animam resumpsit: quia quicquid ibi factum est in dispensatione humanae salutis, totum unus Christus egit, unus filius Dei proprius & perfectus, unus Deus uerus & omnipotens: homo propter uerbum Deus, Deus propter hominem homo: sicut dictum est, Verbum caro factum est. Sed hæc omnia unde implerentur, subsequenti uerbo ostendit. Hoc, inquit, mandatum accepi a patre meo. Verbum non uerbo accepit mandatum: sed in uerbo unigenito patris est omne mandatum. Cum autem dicitur filius a patre accipere, quod substantialiter habet, quomodo dictum est, Sicut pater habet uitam in semetipso, sic dedit filio uitam habere in semetipso: cum filius ipse sit uita, non potestas minuitur, sed generatio ostenditur: quoniam pater non quasi ei filio qui imperfectus natus est, aliquid addidit, sed ei quem perfectum genuit, omnia gignendo dedit. Ita illi dedit suam æqualitatem, quem non genuit in æqualem. Sed hæc loquente Dominus, quoniam lux lucebat in tenebris, & tenebræ eam non comprehendebant. Dissensio iterum facta est inter Iudæos propter sermones hos. Dicebant autem multi ex ipsis, Dæmonium habet, & insanit. quid eum auditis? Itæ fuerunt densissima tenebræ. Alij dicebant, Hæc uerba non sunt dæmonium habentis, nunquid dæmonium potest oculos cæcorum aperire? Jam istorum oculi coeperant aperiri, & aliquid lucis uideri, & ueritatis agnoscere. Audiuimus patientiam Domini, & inter opprobria Iudæorum salutis prædicationem. Sed illi obdurati magis eum tentare aggressi sunt, quam uerbis illius obedire. Facta sunt, inquit Euangelista, encænia in Hierosolymis, & hyems erat: & ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis. Encænia autem uocabatur solennitas dedicationis templi, quæ populus dei ex antiqua patrum traditione per annos singulos celebrare consueuerat. Sed notandum est quod hæc encænia quæ hic leguntur, non ad

primam templi dedicationem, sed ad ultimam pertinere: quod ex eo facile colligitur, quia hyeme facta referuntur. Prima si quidem eiusdem templi dedicatio à Salomone tempore autumni, secunda autem à Zorobabel & Iesu sacerdote te tempore ueris, tertia à Iuda Macchabæo tempore hyemis est facta, quando specialiter constitutum esse legitur, ut eadem dedicatio per omnes annos in memoriam solennibus renouaretur officijs: quæ etiam ad tempus usque dominicæ incarnationis obseruata fuit, sicut modo cum legeretur Euangelium, audiuius. Quæ etiam dedicatio salubri consuetudine in Ecclesijs Christi seruari moderno tempore dignoscitur. Considerandum est quare Euangelista dixisset hæc encænia hyemis tempore facta esse. Omnino propter duritiam Iudæorum, & infidelitatem, quæ frigoris nomine sæpe designari legitur. Et ambulabat Iesus in porticu Salomonis. Si ergo Dei filius ambulare uoluit in templo in quo caro & sanguis brutorum animalium offerebatur, multo magis nostram orationis domum, ubi carnis ipsius ac sanguinis sacramenta celebrantur, uisitare gaudebit. Si per ambulare non desepit porticum, in quo rex quondam mortalis ac terrenus, quæuis potentissimus ac sapientissimus, ad orandum stare solebat: quanto magis penetralia cordium nostrorum inuisere atque illustrare desiderat, si tamen ea porticum esse Salomonis, hoc est, si ea timorem suum, qui est initium sapientiæ, habere perspexerit? Neque enim putandum est quia domus solummodo in qua ad orandum uel ad mysteria celebranda conuenimus, templum sit Domini: & non ipsi, qui in nomine domini conuenimus, multo amplius templum eius appellamur & simus, cum manifeste dicat Apostolus, Vos estis templum dei uiui, sicut dicit deus, Inhabitabo in eis, & inter illos ambulabo. Ostendit ergo Euangelista cur dixisset, hyemis tempore, dum inquit, Circumdedertunt ei Iudæi. Circumdedertunt itaque eum tentationis gratia, non ueritatis agnoscendæ uoluntate, & dicebant, Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus dic nobis palam. Hæc uero non ueritatem dei inquirendo, sed illi quem interrogabant, insidiando, & calumniâ struendo, dicebant, ut inuenirent quando accusarent eum, nolentes eum credere Deum, sed hominem purum tantummodo futurum, & regem cæteris hominibus excelsiorem esse uenturum, quia etiam de mentia posterî eorum usque in præsens, & donec Antichristum pro Christo suscipiant, errare non cessant. Et si se dominus Iesus Christum esse responderet, cogitabant eum tradere potestati præsidis puniendum, quasi contra Augustum repugnans, illicitum sibi usurparet imperium. sed ipse nostræ salutis consulens propter quos hæc scribenda erant, id responsum tempore

Dedicatio templi.

3. Reg. 6. & s. 1. 2. Esa. 6. 1. Mac. 4.

Salomonis porticus.

Templum dei nos sumus. 2. Cor. 6.

Iudæorum error de Christo.

Ioan. 7.

Accipere mandatum a patre, quoniam dicitur Christus.

Encænia.

ret, & quia Christus est, fidelibus aperta uoce paderet. Illi enim de homine Christo querebant, ipse autem diuinitatis sue, quæ equalis est patri, palam mysteria narrat. Quid ergo Iudæi circumdantes dominum dixerunt, uideamus. Quousque, inquit, animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam. Non uenit Christus in se credentibus animam tollere, sed animam uiuificare. Sed ipsi sibi Iudæi animam per infidelitatem tulerunt, qui tentare Christum, non in Christum credere, congregati sunt. Respondit eis Iesus, Loquor uobis & non creditis. Proprie ostendit quis esset dum dixit, Loquor uobis, id est uerbum dei coæternum patri: quia opera quæ facit in nomine patris, testimonium perhibent quod est filius Dei, qui gloriam suam non quaesit, sed eius qui misit illum: quia una est gloria patris & filij, sed hanc fidem corda infidelium accipere non quiterunt: de quibus ait, Sed uos non creditis. Causam quæ redditur non crederent, quia non estis ex ouibus meis. Oues sunt credendo, oues sunt pastorem sequendo, oues sunt redemptorem non contemnendo, oues sunt per ostium intrando, oues sunt exiundo, & pascua inueniundo. Quomodo ergo istis dixit, Non estis ex ouibus meis: quia uidebat eos ad sempiternam futuram perditionem, non ad uitam æternam sui sanguinis pretio comparatos. Oues meæ uocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego uitam æternam do eis. Dicit enim, cognosco eas, Consuetudo sanctæ scripturæ est dicere Dominum nosse quicquid eligit, Apostolo dicente, Nouit Dominus qui sunt eius. & illud noscitur, quod non approbat dignum uitæ æternæ, unde ad impios dicitur erit, Non uouit uos. Sequitur de ouibus, Et ego uitam æternam do eis. Hæc sunt pascua quæ superius promisit ouibus suis, ubi nulla herba crescit, totum uiret, totum uiget, totum integrum permanet, & quicquid semel accipitur, semper habetur. Et non peribunt in æternum. Hic subsuauiter ostendit, quomodo uos peribitis, quia non estis ex ouibus meis. Et non rapiet eas quisquam de manu mea. Id est, potestate mea. Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est. Quod dedit pater filio, maius omnibus est, ut ipse illi esset unigenitus filius, æqualis, consubstantialis. Quid est quod dedit? Vtique gignendo dedit, quia non minorem sibi genuit, non tempore posteriore, sed coæternum, sine initio temporis semper Deum. Non est dicendum, Non erat antequam natus erat. Nunquam enim non natus erat, qui patri coæternus erat. Qui sapit, capit, qui non capit, credat, nutriatur fide, ut possit capere uerbum Dei, quia uerbum filius. Semper ergo filius, & semper æqualis. Non enim crescendo, sed nascendo æqualis est, qui semper natus de patre filius, de Deo Deus, de eterno coæternus. Pater autem non de filio Deus, filius de patre Deus. Ideo pater gignendo dedit ut deus esset, gignendo de-

dit ut æqualis esset, hoc est quod maius est omnibus. Ideo transcendit iste Ioannes omnes altitudines creaturarum, & milia exercitus angelorum, & magna omnia, & peruenit ad illud quod maius est omnibus, & dicit, In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Hoc est quod maius omnibus est, id est, ut sim uerbum eius, ut sim ueritas filius eius, ut sim splendor lucis eius. Ideo nemo rapit oues de manu mea. Et nemo potest rapere de manu patris mei. Manus patris & manus filij, una manus est, id est una potestas, quia una diuinitas, una maiestas, una æternitas, una æqualitas. Quam uidelicet æqualitatem ipse Dominus in diuinitate habuit, priusquam mundus esset, apud patrem, ipse in humilitate ex tempore incarnationis accepit, & nemo potest rapere de manu patris mei. Aperte dans intelligi, unam atque indissimilem esse manum, hoc est uirtutem, suam, & patris: atque ideo Christum se esse credendum, qui non sicut ceteri, factus per gratiam ex tempore, sed uerus semper exiit filius Dei, quod etiam sequenti sententia luce clarius aperit, dicens, Ego & pater unum sumus. Vnum, inquit, sumus, una nobis substantia, una est diuinitas, una æternitas, perfecta æqualitas: dissimilitudo nulla. Quibus profecto uerbis non præsentem solummodo Iudæorum quaestionem, qua an ipse esset Christus interrogabant explicauit, sed etiam hereticorum perfidiam, quam futuram præuidit, quantum sit execranda, monstrauit. Conticescat Sabellius audiens, Ego & pater, qui unam personam patris & filij praua doctrina distulit, nam ego & pater duæ sunt personæ. Item crubescat Arrius audiens, Vnum sumus, qui duas naturas in patre & filio adstruit, dum unum unam naturam significat, sicut sumus duas personas. Sequamur Apostolicam fidem, quam beatus Petrus princeps Apostolorum confessus est. Tu es Christus filius Dei uiui. Iudæi uidelicet uerba Domini audientes, hucusque sustinuerunt: dum uero ait, Ego & pater unum sumus, non pertulerunt, sed more suo duri, ad lapides cucurrerunt, sicut Euangelista dicit, Tulerunt lapides, ut lapidarent eum. Dominus, quia non patiebatur quod nolebat pati, & non est passus nisi quod uoluit pati, adhuc eos lapidare cupientes alloquitur. Sustulerunt Iudæi lapides, ut lapidarent illum. Respondit eis Iesus, Multa bona opera ostendi uobis ex patre meo: propter quod eorum opus me lapidatis: Et responderunt, De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia: quia tu homo cum sis, facis te ipsum Deum. Ad illud hoc responderunt quod dicebat, Ego & pater unum sumus. Ecce Iudæi intellexerunt quod Arriani non intelligunt. Ideo enimirati sunt, quoniam senserunt non posse dici, Ego & pater unum sumus, nisi ubi æqualitas est patris & filij, dominus autem uide quid responderit patris. Videt eos non ferre splendorem ueritatis,

Ioannis Encænia uel sublimitas, Ioan. 1.

Manus patris, & manus filij, Ioan. 17.

Arrii confusio, Mat. 16.

Oues Christi.

Nosce & noscitur Dei. 2. Timo. 2. Mat. 7.

Pascua uita æterna.

50

10

20

30

40

50

60

Pfal. 84.
Lex que
dicatur.

Mat. 11.
Mat. 23.

Luc. 24.

Pfalms, le-
gis nomi-
ne nonnun-
quam ueni-
unt.

Ego sum
dij estis.

Sanctifica-
tio filij in
diuinis,
qua intelli-
gatur.
Mat. 6.

Eccenos in
Deo, & de
un in no-
bis, aliqua
do dicere
possumus.

& contentauit in uerbis. Nonne scriptum est in le-
ge uestra (id est nobis data) quia, Ego dixi dii estis. Deus
dicit per Prophetam in Psalmo hominibus, Ego
dixi, dii estis. & legem appellauit Dominus ge-
neraliter omnes illas scripturas: quamuis alibi
specialiter dicat legem, a prophetis eam distin-
guens, sicut est, Lex & prophetæ usque ad Io-
annem. & in his duobus præceptis tota lex &
prophetæ. Aliquando autem in tria distribuit
eadem scripturas, ubi ait, Oportebat impleri
omnia quæ scripta sunt in lege & prophetis &
psalmis de me. Nunc uero etiam psalmos, legis
nominem nuncupauit, ubi scriptum est, Ego dixi
dij estis. Si illos dixit deos, ad quos sermo deifac-
tus est, & non potest solui scriptura, quæ pater sanctificauit & misit
in mundum, uos dicitis. Quia blasphemias, quia dixi, filius dei
sum. Sermo Dei factus est ad homines, ut dice-
rentur dii, ipsum uerbum Dei, quod est apud
Deum. Si ergo homines participando sunt dii:
unde participat, non est Deus? Si lumina illu-
minata, dii sunt: lumen quod illuminat, quomo-
do non est deus? Si calefacti quodammodo igne
salutari, dii efficiuntur: unde calefiunt, non est
Deus? Accedis ad lumen, illuminaris, & inter
filios Dei numeraris. Si recedis à lumine, obscu-
raris, & in tenebris computaris. Illud tamen lu-
men nec accedit ad se, quia non recedit à se. Si
ergo uos deos facit sermo Dei, quomodo non
est Deus uerbum Dei patris? Ergo pater sanctifi-
cauit filium suum, & misit in mundum. Forte aliquis
dicat, Si pater eum sanctificauit, aliquando san-
ctus non erat. Sic ergo sanctificauit, quomodo
genuit. Vt enim sanctus esset, gignendo ei de-
dit, quia sanctum eum genuit. Nam si quod san-
ctificatur, ante non erat sanctum: quomodo di-
cimus Deo patri, Sanctificetur nomen tuum?
Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi. Si autem
facio, & si mihi non uultis credere, operibus credite, ut cognos-
catis & credatis quia in me est pater, & ego in illo. Quo-
modo possunt dicere homines, Si enim bene
cogitemus, in Deo sumus: & si bene uiuamus,
deus in nobis est. Fideles participantes eius gra-
tiam, illuminati ab ipso, in illo sumus, & ipse in
nobis. Sed non sic unigenitus filius. Ille in pa-
tre, & pater in illo, tanquam æqualis in eo cui est
æqualis. Denique nos aliquando possumus dice-
re, in Deo sumus, & deus in nobis. ego & deus
unum sumus, nūquid possumus dicere? In deo
es, quia deus cōtinet te. Deus est in te, quia tem-
plū dei factus es. Sed nūquid quia in deo es, &
deus est in te, potes dicere, Qui me uidet? Deū
uidet? quomodo unigenitū dixit, Qui me uidet,
uidet & patrem? Ego & pater unū sumus? A-
gnosce proprium Domini, & munus serui.
Proprium Domini est æqualitas patris, munus
serui est participatio Saluatoris. Quærebant er-
go eum apprehendere. Vt inam apprehenderent,
sed credendo & intelligendo, non scruendo &
occidendo. Quærebant ergo eum apprehen-
dere. Dum enim apprehendere uoluerunt,

quid eis fecit? Et exiuit de manibus eorū. Non eum
apprehenderūt, quia minus fidei habuerunt: &
quia noluit, qui potestare habuit animā suam
ponere, non apprehēderunt eū, dum autem uo-
luit apprehēsus est ab eis, manibus iniquitatis.
Et abiit iterum trans Iordanem ad eum locum ubi erat Io-
annes baptizans primum: & mansit ibi: & multi uene-
runt ad eum, & dicebant quia Ioannes quidem signum fecit
nullum. Meministis dictum de Ioanne, quia lu-
cerna erat, & diei testimonium perhibebat. Quid
ergo isti dixerunt apud se? Nullum, inquit, in-
miraculum ostendit Ioannes, non dæmonia fu-
gauit, non expulit febrem, non cæcos illumina-
uit, non mortuos suscitauit, non tot millia ho-
minum de quinque uel septem panibus satia-
uit, non super mare ambulauit, non uentis &
fluctibus imperauit. Nihil horum fecit Ioannes,
& totum quicquid dicebat, huic testimonium
perhibebat. Per lucernam ueniamus ad diem.
Ioannes nullum fecit signum. Omnia autem quæ
cumque dixit Ioannes de hoc, uera erant. Ecce qui ap-
prehenderunt, non quomodo Iudæi uolebant
comprehendere discedentem, apprehende-
runt isti permanentem. Denique quid sequitur?
Et multi crediderunt in eum.

Ioan. s.
Ioannes Ba-
ptista mul-
tum fecit si-
gnum.



CAPVT XI.
Rat autem quidam languens Lazarus à Bethania de castello Ma-
riae & Marthe sororum eius. Maria autem erat quæ unxit Do-
minum ueruo, & extersit pe-
des eius capillis suis, cuius frater Lazarus infir-
mabatur. Miserunt ergo sorores eius ad eum,
dicentes: Domine, ecce quem amas, infirma-
tur. Audiens autem Iesus, dixit eis: Infirmitas
hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, ut
glorificetur filius Dei per eam. Diligebat au-
tem Iesus Martham, & sororem eius Mariam,
& Lazarum. Vt ergo audiuit, quia infirmaba-
tur: tunc quidem mansit in eodē loco duobus
diebus, deinde post hæc dicit discipulis suis: Ea-
mus in Iudæam iterum. Dicunt ei discipuli: Rab-
bi: nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum
uadis illuc? Respondit Iesus: Nonne duode-
cim sunt horæ diei? Si quis ambulauerit in die,
non offendit, quia lucem huius mundi uidet. Si
autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux
non est in eo. Hæc ait, & post hæc dicit eis: La-
zarum amicus noster dormit, sed uado ut à som-
no exsuscitem eum. Dixerunt ergo discipuli
eius: Domine, si dormit, saluus erit. Dixerat
autem Iesus de morte eius: illi autem putauer-
unt, quia de dormitione somni diceret. Tunc
ergo Iesus dixit eis manifeste: Lazarus mortu-
us est, & gaudeo propter uos, ut credatis, quon-
iam non eram ibi: sed eamus ad eum. Dixit er-
go Thomas qui dicitur Didymus, ad condiscipu-
los: Eamus & nos, & moriamur cum eo. Ve-
nit itaque Iesus, & inuenit eum quatuor dies iam
in monumentum habentem, Erat autem Be-
thania

30

40

50

60

thania iuxta Hierosolymā quasi stadijs quindecim. Multi autem ex Iudæis uenerunt ad Martham
& Mariam, ut consolarentur eas de fratre suo.
Martha ergo ut audiuit quia Iesus uenit, occur-
rit illi. Maria autem domi sedebat. Dixit ergo
Martha ad Iesum: Domine, si fuisses hic, frater
meus non fuisset mortuus. sed & nunc scio quia
quæcumque poposceris à deo, dabit tibi Deus.
Dicit illi Iesus: Resurget frater tuus. Dicit ei
Martha: Scio quia resurget in resurrectione in
nouissimo die. Dixit ei Iesus: Ego sum resurre-
ctio & uita: qui credit in me, etiā si mortuus fue-
rit, uiuet: & omnis qui uiuit, & credit in me, non
moriatur in æternum. Credis hoc? Ait illi: Vti-
que domine, ego credidi, quia tu es Christus fili-
us dei uiui, qui in hunc mundum uenisti. Et cum
hæc dixisset, abiit, & uocauit Mariam sororem
suam silentio, dicens: Magister adest, & uocat
te. Illa ut audiuit, surgit cito, & uenit ad eum, non-
dum enim uenerat Iesus in castellum, sed erat
adhuc in illo loco ubi occurrerat ei Martha. Iu-
dæi ergo qui erant cum ea in domo, & consola-
bantur eam, cum uidissent Mariam, quia cito sur-
rexit & exiit, sequuti sunt eam, dicentes, quia
uadit ad monumentum ut ploret ibi. Maria er-
go cum uenisset ubi erat Iesus, uidens eum, ceci-
dit ad pedes eius, & dicit ei: Domine, si fuisses
hic, non esset mortuus frater meus. Iesus ergo ut
uidit eam plorantem, & Iudæos qui uenerant
cum ea, plorantes, infremuit spiritu, & turbauit se-
ipsum, & dixit: Vbi posuisti eum? Dicit ei: Do-
mine, ueni & uide. Et lachrymans est Iesus. Di-
xerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum.
Quidam autem ex ipsis dixerunt: Non poterat hic,
qui aperuit oculos cæci nati, facere ut hic non
moreretur? Iesus ergo rursus fremens in semet-
ipso, uenit ad monumentum, erat autem spe-
lunca, & lapis superpositus erat ei. Ait Iesus: Tol-
lite lapidem. Dicit ei Martha, soror eius qui
mortuus fuerat: Domine, iam sciet: quatuor-
decim enim dies. Dicit ei Iesus: Nonne dixi tibi,
quoniam si credideris, uidebis gloriam dei? Tu
Ierunt ergo lapidem. Iesus autem eleuatis sur-
sum oculis dixit: Pater, gratias ago tibi, quon-
iam audisti me. ego autem sciebam quia sem-
per me audis, sed propter populum qui circum-
stat, dixi, ut credat quia tu me misisti. Hæc cum
dixisset, uoce magna clamauit: Lazare, ueni fo-
ras. Et statim prodijt qui fuerat mortuus, liga-
tus manus & pedes infirmitis: & facies illius suda-
rio erat ligata. Dixit eis Iesus: Soluite eum, & si-
nite abire. Multi ergo ex Iudæis qui uenerant
ad Mariam & Martham, & uiderant quæ fecit,
crediderunt in eum. Quidam autem ex ipsis
abierunt ad Phariseos, & dixerunt eis quæ fe-
cit Iesus. Collegerunt ergo pontifices & Phari-
sæi concilium, & dicebant: Quid facimus? quia
hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum
sic, omnes credent in eum: & uenient Roma-
ni, & tollent nostrum locum & gentem. Unus

autem ex ipsis Caiphas nomine, cum esset pōti-
fex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quicquam,
nec cogitatis, quia expedit nobis, ut unus moria-
tur homo pro populo, & non tota gens pereat.
Hoc autem à semetipso non dixit: sed cum esset pon-
tifex anni illius, prophetauit quod Iesus mori-
turus erat pro gente: & non tantum pro gente,
sed ut filios Dei qui erant dispersi, congregaret
in unum. Ab illo ergo die cogitauerunt ut in-
terficerent eum. Iesus ergo iam non in palam am-
bulabat apud Iudæos, sed abiit in regionem iux-
ta desertum in ciuitatem quæ dicitur Ephrem,
& ibi morabatur cum discipulis suis. Proximum
autem erat pascha Iudæorum, & ascenderunt
multi Hierosolymam de regione ante pascha,
ut sanctificarent seipos. Quærebant ergo Ie-
sum, & colloquebantur ad inuicem, in templo
stātes: Quid putatis, quia non uenit ad diem fe-
stum? Dederant autem pontifices & Pharisæi
mandatum, ut si quis cognouerit ubi sit, indi-
cet, ut apprehendant eum.
Erat autem quidam languens Lazarus à Bethania de
castello Mariae & Marthe. Plurima uero in
hoc miraculo Lazari manifesta sunt. Expositio
nem in singulis non quæramus, ut liberius ne-
cessaria pertractemus. In superiore lectione
meministis, quod Dominus exiit de manibus
eorum qui lapidare eum uoluerunt, & disces-
sit trans Iordanem, ubi Ioannes baptizabat.
Ibi ergo Domino constituto, infirmabatur in
Bethania Lazarus, quod castellum erat proxi-
mum Hierosolymis. Maria autem erat quæ un-
xerat dominum unguento, & extersit pedes
eius capillis suis, cuius frater Lazarus infirmaba-
tur. Miserunt ergo sorores eius ad eum, dicentes: Iam
intelligimus quia miserunt ubi erat Dominus,
quoniam absens erat. Trans Iordanem scilicet
miserunt ad Dominum, nūciantes quod argo-
taret frater earum: ut, si dignaretur, ueniret, &
cum ab ægritudine liberaret. Ille distulit sana-
re, ut posset resuscitare. Quid ergo nunciaue-
runt sorores eius? Domine, ecce quem amas, infirma-
tur. Non dixerunt, ueni, amanti enim tan-
tummodo nunciandum fuit. Non aufere sunt di-
cere, ueni & sana. Non aufere sunt dicere, Ibi tur-
be, & hic fiet. Cur enim non hoc & iste, si fides
illius Centurionis in de laudatur? ait enim, Non
sum dignus ut intres sub tectum meum: sed
tantum dic uerbo, & sanabitur puer meus. Ni-
hil horum istæ, sed tantummodo, Domine, ecce
quem amas, infirmatur. Sufficit ut noueris, non
enim amas, & deseris. Dicit aliquis, Quomodo
per Lazarum peccator significabatur, & à Do-
mino sic amatur? Audiatur dicentem, Non
ueni uocare iustos, sed peccatores. Si enim pec-
catores Dominus non amaret, similitudinem
carnis peccati non indueret. Audiens autem Ie-
sus dixit illis: Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro glo-
ria Dei, ut glorificetur filius Dei. Talis glorifica-
tio ipsius non ipsum auxit, sed nobis profuit.

30

40

50

60

Bethania

Marc. s.

Amare
Christus
non potest,
& desere-
re.

Lazarus
quatri-
duanus,

Legeus Hoc ergo ait, non est ad mortē, quia ipsa mors non est ad mortem, sed potius ad miraculum, quo facto crederent homines in Christum, & uiderent ueram mortem. Sane uidete quemadmodum tanquam ex obliquo Dominus Deus se dixit, propter quosdam qui negant. Nam sunt haeretici qui hoc negant, quod filius Dei sit Deus, ecce audiant. Infirmas haec, inquit, nō est ad mortem, sed pro gloria Dei. **Quē gloria? cuius dei? Audi quod sequitur, ut glorificetur filius Dei per eam, per quam per illam infirmitatem. Diligebat autem Iesus Martham, & sororem eius Mariam, & Lazarum.**] Languens ille, tristes omnes dilecti: sed diligebat eos & languentium Saluator, imō etiam mortuorum suscitator, & tristitiam consolator. **Vt ergo audiuit quod infirmabatur, tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus.**] Nunciauerunt ergo illae, mansit illic ille. Tandem tempus ductum est, quousque quadriduum compleretur. Non frustra, nisi quia forte, imō quia certe & ipse numerus dierum intimat aliquod sacramentum. **Deinde post haec dicit discipulis suis: Eamus in Iudaeam iterum.**] Vbi pene fuerat lapidatus, qui propterea inde discessisse uidebatur, ne lapidaretur. Discessit enim ut homo: sed in redeundo quasi oblitus infirmitatem, ostendit potestatem. Eamus, inquit, in Iudaeam. Denique hoc dicto uidete quemadmodum discipuli territi fuerint. **Dicunt ei discipuli, Rabbi, nunc querebant te lapidare Iudaei, & iterum uadis illud: Respondit Iesus, Nonne duodecim sunt horae diei?] Quid tibi uult ista responsio? Illi dixerunt, Modo te uolebant lapidare Iudaei, & iterum uadis illuc, ut te lapident? & dominus, Nonne duodecim horae sunt diei? Si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi uidet. Si autem ambulauerit in nocte, offendit, quia non est lux in eo.] De die quidem locutus est, sed ad nostram intelligentiam quasi adhaerere nox est. Inuocemus diem, ut repellat noctem, & cor lumine illustret. **Quid enim dominus dicere uoluit? Quantū mihi uidentur, quantum subiacet altitudo profunditasque sententiae, redarguere uoluit dubitationem illorum, & in fidelitatem. Voluerunt enim consiliū dare Domino, ne moreretur, qui uenerat mori, ne ipsi morerentur. Sic etiam quodam in alio loco Petrus sanctus diligens dominū, sed adhuc non plene intelligens cur uenisset, timuit ne moreretur: & uita displicuit, id est ipsi Domino. Cum ergo uellent dare consiliū homines Deo, discipuli magistro, serui domino, aegroti medico corripuit eos, & ait, Nonne duodecim sunt horae diei? Si quis ambulauerit in die, non offendit. Me sequimini, si non uultis offendere. Noli te mihi consiliū dare, quos a me consiliū oportet accipere. Quo ergo pertinet, Nōne duodecim sunt horae diei? quia ut dicit esse se ostenderet, duodecim discipulos elegit. Si ego sum, inquit, dies, & uos horae: nūquid horae diei consiliū dant? Horae diem sequuntur, non hora dies.****

Si ergo illi horae, quid tibi Iudas, & ipse inter duodecim horas? Si hora erat, lucebat, si lucebat, quomodo diem ad mortē tradebat? Sed dominus in hoc uerbo nō ipsum Iudā, sed successorem ipsum prauidet, Iuda enim cadere successit Mathias, & duodenarius numerus mansit. Nō enim frustra duodecim discipulos elegit, nisi quia ipse spiritalis est dies. Sequatur ergo hora diem, praedicent horae diem, horae illustrentur a die, horae illuminentur a die, per horarum praedicationem credat mundus diem. Ergo ait de compendio, Me sequimini, si non uultis errare, & post hoc dicit eis, **Lazarus amicus noster dormit: sed uado ut a somno excitem eum.**] Verū dixit, fororibus mortuus erat, Domino dormiebat, hominibus mortuus erat, qui eum suscitare nō poterant. Nam Dominus tanta facilitate suscitabat de sepulcro, quāta tunc excitat dormientes de lecto. Ergo secundum potestatem suam dixit dormientē, quia & alij mortui dicti sunt in scripturis saepe dormientes, sicut Apostolus dicit, De dormientibus autē nolo uos ignorare fratres: ut non contristemini sicut & ceteri qui spem non habent. Ideo & ipse dormientes appellauit, quia resurrekturos pronūciauit. & in alio loco omnes quidem dormiemus, sed non omnes resurgemus. mortem nostram dormitionis nomine significans. Nam corpus dum deseritur ab anima, dormit in sepulcro, resuscitandum in nouissimo die. Anima uero dum deserunt corpora, diuersas receptiones habet, gaudium bonae, malae tormenta. Sed cum facta fuerit resurrectio, & bonorum gaudium amplius erit, & malorum tormenta grauiora, quando cum corpore torquebuntur. Dum Dominus de dormitione amici diceret discipulis, responderunt quomodo intellexerunt. **Dominus, si dormit, saluus erit.**] Solēt enim esse somnia aegrotantium, salutis indicia. Dixerat autem Iesus de morte eius, illi autē putauerunt quia de dormitione somni diceret.] Tunc ergo dixit eis Iesus manifeste, subobscure enim dixerat, dormit. **Ait ergo manes, Lazarus mortuus est, & gaudeo propter uos, ut credatis: quia ibi non eram, sed scio quia mortuus est.**] Aeger enim, non mortuus fuerat nunciatus. Sed quid lateret eum, qui creauerat, & ad cuius manus anima morientis exierat? Hoc est quod ait, Gaudeo propter uos, ut uestra fides augeatur, siue firmetur, Vt credatis, quod intelligendum est, ut amplius robustiusque credatis. **Sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad eum discipulos suos, Eamus & nos, & moriamur cum eo. Venit itaque Iesus, & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem.**] De quatuor diebus multa quidem dici possunt, sicut se habent obscura scripturarū loca, quapropter diuersitate intelligentiū multos sensus pariunt. Dicamus & nos quid nobis uideatur significare mortuū quadriduū. Quomodo enim in illo ceco intelligimus quodammodo humanum genus, sic forte & in isto mortuo

Iudas Iscariotes Christi proditor ex Apostolis, Mathias Apostolus.

Dormiunt Christo, qui nobis mortui sunt.

Dormientes qui dicuntur in scriptura saepe.

Anima post mortē statim bonū aut malum recipiunt.

Somnus aegrotantis, salutis indicium.

Scripturarum obscurarum uarios sensibus pariunt.

Quatriduanus mortuus.

Peccatum originale. mortuo multos intellecturi sumus. Diuersis enim modis una res significare potest. Homo quando nascitur, iam cum morte nascitur, quia de Adam peccatum trahit. unde dicit Apostolus, Per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors: & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Ecce habes unum diem mortis, quem homo trahit de mortis pagina. Deinde crescit, incipit accedere ad rationales annos, ut legem sapiat naturalem, quam omnes habent in corde fixam. Quod tibi fieri non uis, alij ne feceris. Nunquid hoc de paganis dicitur, & non in natura ipsa quodammodo legitur? Furtum uis pati? utique non uis. Ecce lex in corde tuo, Quod non uis pati, facere noli: & hanc legem transgrediuntur homines: ecce alter dies mortis. Data etiam lex diuinitus per famulum Dei Moysen, dictum est illi, Non occides, non moechaberis, non falsum testimonium dices, honora patrem & matrem, nō concupisces rem proximi tui. Ecce lex scripta est, & ipsa contemnitur. Adde tertium diem mortis, quid restat? Venit & Euangelium, praedicatur regnum caelorum, diffamatur ubique Christus, minatur gehennam, uitam promittit aeternam, & ipse contemnitur. Transgrediuntur homines Euangelium, ecce quartus dies mortis. Merito iam putet, nunquid & talibus neganda est misericordia? absit etiam, ad tales Dominus excitandos non dedignatur accedere. Multi autem ex Iudaeis uenerant ad Martham & Mariam, ut consolarentur eas de fratre suo. Martha ergo ut cognouit quia Iesus uenit, occurrit illi: Maria autem domi sedebat. Dixit ergo Martha ad Iesum: Domine, si fuisses hic, frater meus non esset mortuus. Sed & nunc scio quia quaecūque poposceris a deo, dabit tibi deus.] Non dixit, Sed & modo rogo te ut susci tes fratrem meum. Vnde enim sciebat, si fratri eius resurgere utile foret? Hoc tantum dixit, Scio quia potes, si uis, facis, utrum autem facias iudicij tui est, non praesumptionis meae. Sed & nunc scio, quia quaecūque poposceris a deo, dabit tibi deus. Dicit illi Iesus, **Resurget frater tuus, dicit ei Martha, Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die.**] De illa resurrectione secura sum, de hac incerta sum. **Dicit ei Iesus, Ego sum resurrectio & uita.**] Dicis, resurget frater meus in nouissimo die, uerum est: sed per quem tunc resurget, potest modo resurgere, quia ego sum resurrectio & uita. Ideo resurrectio, quia uita: quia qui credit in me, non morietur in aeternum. Quid hoc? qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet: sicut Lazarus mortuus est, & uiuit: quia non est Deus mortuorum, sed uiuorum. De olim mortuis patribus, hoc est de Abraham, de Isaac, de Iacob, tale responsum Iudaeis dedit, Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob. non est Deus mortuorum, sed uiuorum, omnes enim illi uiuunt. Crede ergo: & si mortuus fueris, uiues, si autem non cre

dis, & cū uiuis, mortuus es. Vnde est ergo mors in anima? quia nō est fides in ea. Vnde est mors in corpore? quia ibi non est in anima. Ergo anima tua anima, fides est. sicut anima corporis, uita est corporis: ita fides animae, uita est animae. Qui credit in me, inquit, etiam si mortuus fuerit in carne, uiuet in anima, donec resurgat caro, nunquam postea moritura. hoc est, Qui credit in me, licet moriatur, uiuet: & omnis qui uiuit in carne, & credit in me, etsi moriatur ad tempus propter mortem carnis, non morietur in aeternum propter uitam spiritus, & immortalitatem resurrectionis. hoc est quod ait, **Et omnis qui uiuit & credit in me, non morietur in aeternum. Credis hoc? Ait illi, Vtique Domine, Ego credidi quia tu es Christus filius Dei uiui, qui in hunc mundum uenisti.**] Quando hoc credidi, quia tu es resurrectio, credidi quia tu es uita. Credidi quia qui credit in te, & si moriatur, uiuet: & qui uiuit, & credit in te, non morietur in aeternum. **Et cum haec dixisset, abiit, & uocauit Mariam sororem suam, silentio dicens, Magister adest, & uocat te.**] Aduertendum est quemadmodum suppressam uocem silentium nuncupauit. Nam quomodo siluit quae dixit, Magister adest, & uocat te? Aduertendum etiam quemadmodum Euangelista non dixerit, ubi, uel quando, uel quomodo Mariam Dominus uocauerit: ut hoc in uerbis Marthae potius intelligeretur, narrationis ueritate seruata. **Ille ut audiuit, surgit cito, & uenit ad eum. Nondum enim uenerat Iesus in castellum, sed erat adhuc in illo loco ubi occurrerat ei Martha. Iudaei igitur qui erant cum illa in domo, & consolabantur eam, cum uidissent Mariam quia cito surrexit & exiit, secuti sunt eam, dicentes, quia uadit ad monumentum, ut ploret ibi.**] Quare hoc pertinuit ad Euangelistam narrare? Vt uideamus, quae occasio fecerit, ut plures ibi essent, quando Lazarus resuscitatus est. Putantes enim Iudaei propterea illam festinare, ut doloris sui solatiū lacrymis quaereret, secuti sunt eam: ut tam grande miraculum quadriduū mortui resurgentis, testes plurimos inueniret. **Maria ergo cum uenisset ubi erat Iesus, uidens eum, cecidit ad pedes eius, & dixit ei, Domine, si hic fuisses, frater meus non esset mortuus. Iesus ergo ut uidit eam plorantem, & Iudaeos qui cum illa erant, plorantes, fremuit spiritu, & turbauit semetipsum, & dixit, Vbi posuisti eum?] Aliquid nobis innuauit fremendo spiritu, & turbando seipsum. Quis enim eum posset, nisi se ipse, turbare? Itaque primo hic attendite potestatem, & sic inquirete significationem. Turbaris tu nolens, turbatur Christus quia uoluit. Esuriiuit Iesus, uerum est, sed quia uoluit. Dormiuit Iesus, uerum est, sed quia uoluit. Mortuus est Iesus, uerum est, sed quia uoluit. In illius potestate erat sic uel sic affici, uel non affici. Veram enim animam suscepit, & carnem totius hominis, sibi coactans in persona unius naturam, nam & anima Apostoli uerbo illustrata est, &**

Anima mors.

Silentium suppressum hoc.

Christus, quae passus est, uolens passus est.

aliorum Apostolorum & sanctorum Prophe-
tarum uerbo illustrata sunt animæ, sed de nul-
la dictum est, Verbum caro factum est, de nul-
la dictum est, Ego & pater unum sumus. Ani-
ma Christi, & caro Christi, cum uerbo Dei, u-
na persona est, unus Christus est: ac per hoc
ubi est summa potestas, secundum uoluntatis
nutum turbatur infirmitas. Hoc est, turbauit
semetipsum. Dixi potestatem, attende signifi-
cationem. Magnus reus est, quem mors quatri-
duana & illa significat sepultura. Quid est ergo
quod turbat semetipsum Christus, nisi ut
significet tibi quomodo turbari tu debeas cum
tanta mole peccati grauaris & premeris? Atten-
disti enim, tu uidiisti te reum, computasti ti-
bi, Illud feci, & pepercit Deus, Illud commisi,
& distulit me. Euangelium audiui, & contem-
psi. Dic, dic lacrymando, baptizatus sum, &
iterum ad peccatum reuolutus sum, Quid fa-
cio? quod eo? unde euado? Quando ista dicis,
iâ fremit Christus, quia fides fremit. In uoce fe-
mētis apparet spes resurgentis. Vbi ipsa fides
est in eis, ibi est Christus fremens. si fides in no-
bis, Christus in nobis. Quid enim aliud ait Apo-
stolus, habitare Christum per fidem in cordibus
nostris? Ergo si fides tua de Christo, Christus est
in corde tuo: ergo fremat Christus in corde
tuo. Fleuit ergo Christus amicum mortuum,
quæ uenit resuscitaturus. Quare enim fleuit, ni-
si quia hominem flere docuit oppressum pon-
dere peccatorum? Quare fremuit, & turba-
uit semetipsum? nisi quia fides hominis sibi
merito displicentis, fremere quodammodo de-
bet in accusatione malorum operum, ut uio-
lentia penitenti cedat consuetudo peccandi.
& dixit, Vbi posuistis eum? Scis quia mortuus
sit, & ubi sit sepultus, ignoras? Et ista signifi-
catio est. Non ausus sum dicere, nescit, quid enim
illenescit? Vnde hoc probamus? Dominum
audi dicturum in iudicio, Non noui uos. Vi-
deo in luce mea: non uos uideo in illa iustitia
quam noui. Sic & hic tanquam nescientem
peccatorem, dixit, Vbi posuistis eum? Talis
est uox Domini in paradiso posteaquam pec-
cauit Adam, Adam ubi es? Dicunt ei, Domi-
ne, ueni & uide. Quid est, uide? Miserere. Vi-
det enim Dominus, quando miseretur: unde
illi dicitur, Vide humilitatem meam, & laborem
meum, & dimitte omnia peccata mea. Et la-
crymatus est Iesus. Dixerunt ergo Iudæi, Ecce quomodo
amabat eum. Quid est, Amabat eum? Non ueni uo-
care iustos, sed peccatores ad penitentiam.
Quidam autem dixerunt ex ipsis, Non poterat hic, qui ape-
rui oculos cæci, facere ut hic non moreretur? Quid
uoluit facere ut non moreretur, plus est quod
facturus est, ut mortuus suscitetur. Iesus rursus
fremens in semetipso, uenit ad monumentum. Fremit
& in te, si disponas reuiuiscere. Omni homini
dicitur, qui premitur pessima consuetudine,
Veni ad monumentum. Erat autem spelunca &

Ioh. 7.
Ioh. 10.

Christus
batio, ac
fremuit.

Fide Chri-
stus est in
nobis.

Mat. 7.
Non noui
uos, inter-
pretatur.
Gen. 24.

Psal. 24.

Luc. 9.

lapis superpositus erat ei.] Mortuus sub lapide, reus
sub lege. Scitis enim quia lex quæ data est Iu-
dæis, in lapide scripta est. Omnes autem rei
sub lege sunt. Bene uiuentes enim in lege non
sunt. Iusto lex posita non est. Quid est ergo la-
pidem reuolueret? Gratiam prædicare. Apo-
stolus enim Paulus ministrum se dicit noui te-
stamenti, non litera, sed spiritu. Nam litera, in-
quit, occidit, spiritus autem uiuificat. Litera
occidens, quasi lapis est premens. Remouete,
inquit, lapidem, remouete legis pondus. gra-
tiam prædicare. Dicit enim Martha, soror eius qui
mortuus fuerat, Domine, iam factet. quatruiduanus
enim est. Dicit enim Iesus, Nonne dixi, quoniam si credi-
deris, uidebis gloriam Dei? Quid est, uidebis glo-
riam Dei? Quia & putentem, & quatruidua-
num suscitauit. Omnes enim peccauerunt, & e-
gent gloria Dei: & ubi abundarit peccatum,
superabundauit gratia. Tulerunt ergo lapidem.
Iesus autem eleuatis sursum oculis dixit, Pater, gratias ago,
tibi, quoniam audisti me. Ego autem sciebam, quia semper me
audis, sed propter populum qui circumstant, dixi, ut credant,
quia tu me misisti. Hæc cum dixisset, uoce magna clamauit,
fremuit, & lacrymauit. Uoce magna clamauit,
quia difficile surgit, quem moles malæ con-
suetudinis præmilit: sed tamen surgit, cum
occulta gratia intus uiuificatur. Surgit post
uocem magnam. Quid est factum? Uoce ma-
gna clamauit, Lazare ueni foras. & statim prodijt
qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus: & facies illius
sudario erat ligata. Quomodo processit ligatis pe-
dibus, miraris? & non miraris, quia resurrexit
quatruiduanus? In utroque potentia Domini e-
rat, non uires mortui. Processit, & adhuc liga-
tus adhuc in uolutus, tamē foras iam processit.
Quid significat? Quando contemnis, mortu-
us iaces: & si tanta quanta dixi contemnas, se-
pultus iaces: quædo conuolueris, procedis. Quid
est enim procedere, nisi ab occultis uelut ex-
undo manifestari? Sed ut confitearis, Deus
facit uoce magna clamando, id est magna gra-
tia uocando. Ideo cum processisset mortuus
adhuc ligatus, confitens, & adhuc reus, ut solue-
rentur peccata eius, ministris hoc dixit, Solui-
te illum, & sinite abire. Quæ solueritis in terra,
erunt soluta in cælis. Potuit enim ligamenta
soluere, qui mortuum resuscitauit: sed prop-
ter unitatem sanctæ Dei Ecclesiæ, & indiui-
duam charitatem, dicitur ministris, id est, disci-
pulis Christi, Soluite eum: quia sine unitate
Ecclesiæ catholicæ fidei, & charitate ecclesia-
sticæ sanctitatis, peccata non soluuntur. Mula-
ti autem ex Iudæis qui uenerant ad Mariam, & uiderant
quæ fecit Iesus, crediderunt in eum, quidam autem ex ipsis
abierunt ad Phariseos, & dixerunt quæ fecit Iesus. Non
omnes ex Iudæis qui conuenerant ad Mariam,
crediderunt, sed tamen multi. quidam uero ex
eis, siue ex Iudæis, qui conuenerant, siue ex
eis qui crediderant, abierunt ad Phariseos, &
dixerunt eis quæ fecit Iesus, siue annunciando
ut &

Exo. 21.
& 34.
Iusti sub
lege non
sunt.
1. Cor. 3.
Littera &
spiritus.

Rom. 7.

Consuetu-
dinis malæ
incommo-
dum.

Mat. 18.

Ecclesiæ
unitas &
charitas.

ut & ipsi crederet, siue potius prodendo ut seui-
rēt. Sed quomodolibet, & à quibuslibet ad pha-
risæos ista prolata sunt. Colligebant Pontifices &
Pharisei concilium, & dicebant, Quid facimus? Nec ta-
men dicebant, credamus. Plus enim perditio ho-
mines cogitabant quomodo nocerent ut perde-
rent, quam quomodo sibi consulerent ne peri-
rent: & tamen timebant, & quasi consulebant.
Dicebant enim, Quid facimus? Quia hic homo mul-
ta signa facit. si dimittimus eum sic, omnes credent in eum,
& uenient Romani, & tollent nostrum locum & gentem.
Temporalia perdere noluerunt, & uitam æter-
nam non cogitauerunt: ac sic utrunque amiserunt.
Nam & Romani post domini passionem
& glorificationem tulerunt eis locum & gen-
tem, & pugnando, & transferendo: & illud eos
sequitur, quod alibi dictum est, Filij autem re-
gni huius ibunt in tenebras exteriores. Hoc au-
tem timuerunt, ne si omnes in Christum crede-
rent, nemo remaneret qui aduersus Romanos
ciuitatē dei templumque defenderet, quoniam
contra ipsum templum, & contra suas paternas
leges doctrinam Christi essentiebant. Unus
autem ex ipsis Caiphas, cum esset pontifex anni illius, dixit
eis, Vos nescitis quicquam, nec cogitatis, quia expedit nobis
ut unus homo moriatur pro populo, & non tota gens pere-
at. Hoc autem à semetipso non dixit, sed cum esset pontifex
anni illius, prophetauit. Hic docuit etiam per homi-
nes malos prophetiæ spiritum futura prædica-
re: quod tamen Euangelista diuino tribuit fa-
cramento, quia pontifex fuit, id est summus sa-
cerdos. Potest autem mouere, quomodo dica-
tur pontifex anni illius, cum dominus statuerit
unum summum sacerdotem, cui mortuo unus
succederet. Sed intelligendum, per ambitiones
& contentiones inter Iudæos postea constitu-
tum, ut plures essent, & per annos singulos ui-
cibus ministrarent. nam de Zacharia hoc dicitur,
Factum est autem cum sacerdotio fungere-
tur in ordine uicis suæ ante Deum, secundum
constitutionem sacerdotij, forte exiit ut incen-
sum poneret ingressus in templum Domini.
Hinc apparet plures eos fuisse, & uices suas ha-
buisse. Nam incensum non licebat ponere nisi
summo sacerdoti. & forte etiam unum annum
plures administrabāt, quibus alio anno alij suc-
cedebant: ex quibus forte exiebat, qui incensum
poneret. Quid est ergo quod prophetauit Ca-
phas? Quia Iesus mortuus erat pro gente: non tan-
tum pro gente, sed ut filios Dei qui erant dispersi, congre-
garet in unum. Hoc Euangelista addidit. Nam
Caiphas de sola Iudæorum gente prophetauit,
in qua erant oues, de quibus ait ipse Dominus,
Non sum missus, nisi ad oues quæ perierunt do-
mus Israel. Sed nouerat Euangelista alias esse
oues, quæ non erant de hoc ouile, quas oportebat
adduci, ut esset unum ouile, & unus pastor.
Hæc autem secundum prædestinationem dis-
ta sunt, quia nec oues eius, nec filij Dei ad-
huc erant, qui nondum crediderant. Ab illo

Romano-
rum de Iu-
dæis uictoria.
Mat. 8.

Caiphas
de Christo
tollendo pro-
phetia &
consilium.
Malitiam
prophetauit.

Iudæorum
ambitio.

Luc. 1.

Sacerdo-
tium Iu-
dæorum.
Mat. 15.
Ioh. 10.

ergo die cogitauerunt ut interficerent eum. Iesus iam non
palam ambulabat apud Iudæos, sed abiit in regionem iuxta
desertum in ciuitate quæ dicitur Effrem, & ibi morabatur
cum discipulis suis. Non quia potentia eius defe-
cerat, in qua utique, si ueller, & palam cum Iu-
dæis conuersaretur, & nihil ei facerent. Sed in
hominis infirmitate, uiuendi exemplum disci-
pulis demonstrabat. in quo apparet non esse
peccatum, si fideles eius, qui sunt membra eius,
oculis persequentium se subtraherent, & furo-
rem sceleratorum latendo potius deuirarent.
Sciebat Iesus tempus appropinquasse passionis
suæ, & redemptionis nostræ. Appropinqua-
te tempore, in quo pati disposuit, appropinqua-
uit ille & loco in quo eiusdem passionis dis-
pensationem perficere uoluit, dicit enim Euan-
gelista, Proximum erat Pascha Iudæorum. Illumi-
nem festum, Iudæi cruentum habere Domini
sanguine noluerunt. Illo die festo occisus est
agnus, qui uobis eundem diem festum suo san-
guine consecrauit. Consilium erat inter Iu-
dæos de occidendo Iesu, Ille qui de cælo ue-
nerat pati, propinquare uoluit loco passionis,
quia imminere hora passionis. Ascenderunt
ergo multi in Hierosolimam de regione ante Pascha, ut
sanctificarent seipsos. Hoc faciebant Iudæi secun-
dum præceptum Domini per sanctum Moysen
in lege datum, ut die festo quod Pascha erat,
omnes undique conuenirent, & illius diei ce-
lebratione sanctificarentur. Sed illa celebra-
tio, umbra erat futuri. Quid est umbra futuri?
Propheta Christi uenturi, propheta pro
nobis illo die passuri: ut transfret umbra, & lux
ueniret: ut transfret significatio, & ueritas te-
neretur. Habebant ergo Iudæi pascha in um-
bra, nos in luce. Quid enim opus erat ut Do-
minus eis præciperet per ipsum diem festum
ouem occidere, nisi quia ille erat, de quo pro-
phetatum est, Sicut ouis ad immolandum de-
ductus est: Sanguine occisi peccatis, Iudæorum
postes signati sunt: sanguine Christi frontes
nostræ signantur: & illa significatio, quæ erat
sanguinis agni aspersio, ab omnibus signatis
prohibens exterminatorem, in ueritate exhibi-
ta est, cum Christus pronobis occisus est: ne
timeamus diabolum exterminatorem, si cor-
nostrum recipiat saluatorem. Quærebant, inquit
Euangelista, Iesum, & colloquebantur adinucem, stantes in
templo. Quid putatis, quia non uenit ad diem festum?
Quærebant ergo Iudæi Iesum, sed male. Quæ-
rebant enim ut uenientem ad diem festum in-
terficerent. Quæramus autem nos illum stan-
tes in templo Dei, & perseverantes unanimit-
er in oratione, & colloquamur adinucem in
psalmis, hymnis, canticis spiritualibus in gra-
tia, postulantes ipsum ut uenire ad diem festum
nostrum, ut sua nos præsentia illustrare, sua
ipse nobis dona sanctificare dignetur. De-
derant autem pontifices & Pharisei mandatum, ut si quis
cognouerit ubi sit, indicet, ut apprehendant eum. Mandatum
F +

Persecutio
fugienda.

Pascha Iu-
dæorum.

Exo. 12.


Esti. 53.
Ouis im-
molatio
apud Iu-
dæos in
pascha,
Christi
passio.

Quæren-
d. Domini
tempus.

ergo Iudaeorum, peccatum est, quarebant Christum occidere, non in Christo uiuere. Queramus nos in Christo uiuere, quem illi quarebant occidere. Illi malae quarebant, nos bene quareamus, nam nunc est tempus quarendi Dominum, sicut Propheta ait, Querite Dominum dum inueniri potest. Qui misericordem eum inuenire uelit in iudicio, quarat modo in humilitatis & charitatis officio.

CAPVT XII.

Mat. 26. Mar. 14.



Iesus ergo ante sex dies pasche uenit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit Iesus. Fecerunt autem ei coenam ibi, & Martha ministrabat. Lazarus uero unus erat ex discumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram unguenti nardi pisticae preciosi, & unxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis, & domus impleta est ex odore unguenti. Dixit ergo unus ex discipulis eius Iudas Iscariotes, qui erat eum traditurus: Quare hoc unguentum non uenit trecentis denariis, & datum est egenis? Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & loculos habens, ea que mittebantur portabat. Dixit ergo Iesus: Sine illam, ut in diem sepulturae meae feruet illud. Pauperes enim semper habebitis uobiscum, me autem non semper habetis. Cognouit ergo turba multa ex Iudaeis, quia illic est, & uenerunt non propter Iesum tantum, sed ut Lazarum uiderent, quem suscitauit a mortuis. Cogitauerunt autem principes sacerdotum & ut Lazarum interficerent, quia multi propter illum abibant ex Iudaeis, & credebant in Iesum. In crastinum autem turba multa que uenerat ad diem festum, cum audissent quia uenit Iesus Hierosolimam, acceperunt ramos palmarum, & processerunt obviam ei, & clamabant: Hosanna, benedictus qui uenit in nomine domini rex Israel. Et inuenit Iesus asellum, & sedit super eum, sicut scriptum est: Noli timere filia Sion: ecce rex tuus uenit sedens super pulum asinae. Haec non cognouerunt discipuli eius primum, sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt, quia haec erant scripta de eo, & haec fecerunt ei. Testimonium ergo perhibebat turba quae erat cum eo quando Lazarum uocauit de monumento, & suscitauit eum a mortuis. Propterea & obviam uenit ei turba, quia audierunt eum fecisse hoc signum. Pharisei ergo dixerunt ad semetipsos: Videtis quia nihil proficimus? Ecce mundus totus post eum abiit. Erant autem qui dam gentiles ex his qui ascenderant ut adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad Philippum, qui erat a Bethsaida Galilaeae, & rogabant eum, dicentes: Domine, uolumus Iesum uidere, Venit Philippus, & dicit Andree, Andreas rursum & Philippus dixerunt Iesu, Iesus autem respondit eis, dicens, Venit hora, ut clarificetur filius hominis, Amen amen dico uobis, nisi gra-

Mat. 21. Mar. 14. Luc. 19. Zach. 9.

Mat. 10. Mar. 8. Luc. 9.

num frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam aeternam custodit eam. Si quis mihi ministrat, me sequatur: & ubi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificauit eum pater meus. Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater, saluifica me ex hac hora. Sed propterea ueni in horam hanc. Pater, clarifica nomen tuum. Venit ergo uox de caelo, dicens: Et clarificauit, & iterum clarificabo. Turba ergo quae stabat & audierat, dicebat tonitruum esse factum. Alii autem dicebant: Angelus ei loquutus est. Respondit Iesus, & dixit, Non propter me haec uox uenit, sed propter uos. Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum. Hoc autem dicebat significans qua morte esset moriturus. Respondit ei turba: Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in aeternum: & quomodo tu dicis, Oportet exaltari filium hominis? Et quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis Iesus: Adhuc modicum lumen in uobis est. Ambulate dum lucem habetis, ut non uos tenebrae comprehendant: & qui ambulat in tenebris, nescit quod uadat. Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis. Haec loquutus est Iesus, & abiit, & abscondit se ab eis. Cum autem rata signa fecisset coram eis, non credebant in eum: ut sermo Esaias impleretur quem dixit, Domine, quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est: Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Esaias, Excaecauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, ut non uideant oculis, & non intelligant corde, & couertantur, & sanem eos. Haec dixit Esaias, quando uidit gloriam eius, & loquutus est de eo. Veruntamen & ex principibus multi crederunt in eum: sed propter phariseos non confitebantur, ut esynagoga non eijcerentur, dilexerunt enim gloriam hominum magis quam gloriam Dei. Iesus autem clamauit, & dixit: Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me: & qui uidet me, uidet eum qui misit me. Ego lux in mundum ueni: ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. Et si quis audierit uerba mea, & non custodierit, ego non iudico eum. Non enim ueni ut iudicem mundum, sed ut saluificem mundum. Quis spernit me, & non accipit uerba mea, habet qui iudicet eum. Sermo quem loquutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die: quia ego ex meipso non loquutus, sed qui misit me pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar. & scio quia mandatum eius, uita aeterna est. quae ergo ego loquor, sicut dixit mihi pater, sic loquor.

Sciens ergo dominus conspirasse de se occidendo Iudaeos, non fugit insidiantium manus, sed certus de gloria resurrectionis, primo uenit

10 20 30 40 50 60

Psal. 109. Esa. 40. Ezech. 34.

Esa. 53. Ro. 10. Marc. 4.

uenit Bethaniam proximam Hierosolymis ciuitatem, ubi Lazarum suscitauerat a mortuis: deinde etiam Hierosolimam, ubi ipse patetur, & resurgeret a mortuis. Hierosolimam quidem, ut ipse ibi moreretur: Bethaniam uero, ut resuscitatio Lazari cunctorum memoriam arctius imprimeretur, & magis magisque confunderentur, atque inexcusabiles conuincerentur impij principes, qui occidere non timerent eum qui suscitare posset a mortuis: & nec beneficijs suscitationis prouocati, nec diuina suscitantis uirtute perterriti, animos ab iniusta caede retraherent. Nec transitorie legendum est, quare ante sex dies Paschae uenisset Iesus Bethaniam, magna enim dignitas senarii numeri est in sanctis scripturis, & multa opera Domini nostri in senario numero perfecta esse demonstrantur, quia senarius numerus in seipso per suas proprias partes diuisus, uel coniunctus, perfectissimus esse constat. habet enim partes tres in seipso denominatas, id est unum, duo, tria, nam sexta eius pars unum est, tertia uero duo, dimidia itaque tria, unum uero & duo, & tria, sex esse dignoscitur: nec aliud ex his tribus partibus coniunctis confici potest, nisi sex tantum: nec in alias partes senarius numerus diuidi potest, nisi in has tres, id est unum, duo & tria: nam ipsum Dominum creatorem omnium, huius mundi creaturas sex diebus perfecisse nouissimum est: & sexta die hominem fecisse constat: ad quem serpentina fraude perditum, ante sex dies Paschae uenit ipse filius Dei, per quem creatus est, Bethaniam ad liberandum: ut qui sexta die creatus est, sexta feria liberaretur. nam sexta feria Christum esse passum, nemini ignotum esse reor. Igitur & mense sexto, annunciente archangelo, uirgo sacra inspiratione Spiritus sancti eundem redemptorem nostrum concepisse legitur: qui etiam sexta hora, perfecta aetate super puteum sedens, mulieri Samaritanae diuini fontis fluenta aperire dignatus est. Sexta quoque aetate mundi ipse creator ad redemptionem mundi, iuxta fidem sacrae historiae, uenisse iam legitur. Habent quoque haec tres partes, id est unum, duo, & tria, ex quibus, ut diximus, senarius constat, aliquid mysterij in dispensatione salutis humanae. Primo itaque tempore sub lege naturae, ueluti in quadam unitate sancti patres deo seruiabant. Secundo uero tempore lex addita est ad naturam, ut quod mala consuetudo uitauit in natura, lex reformaret in litera: & fuerunt duo, natura, & lex. Tertio itaque tempore uenit gratia caelestis per Iesum Christum, & sunt tria, natura, lex, & gratia, sicut nec lex naturae bonum destruxit, ita nec gratia legem soluit, sed adimpleuit, naturamque pristinae reddidit nobilitati: natura tamen & lex sine gratia impleri non potuit. Nec sic homini liberum arbitrium datum est, uel legis praecipuum; ut

Senarii numeri dignitas.

Gene. 2.

Luc. 1.

Ioan. 4. Naturae legis & gratiae concordia.

Liberum arbitrium.

gratiae non indigeret, sicut Pelagiana haeresis affirmat. Et ne dicerent machinatores calumniarum, phantastice suscitatum fuisse Lazarum, facta ibi Domino coena, & ipse unus erat ex discumbentibus cum eo: ut dum uiuentem, loquentem, epulantem, cum suis familiariter conuersantem, uiderent siue audirent, uel sic suscitantis potentiam agnoscerent, & acciperent gratiam. Mystice autem coena haec dominica, ubi Martha ministrabat, & Lazarus inter alios discumbebat fides est ecclesiae, quae per dilectionem operatur. In qua coena Martha ministrat, cum anima quaeque fidelis operam Domino suae deuotionis impendit, Lazarus uero unus sit ex discumbentibus cum Domino, cum etiam hi qui post peccatorum mortem resuscitati ad iustitiam sunt, una cum eis qui in sua permansere iustitia, de praesentia ueritatis exultantes, poenitentes simul cum innocentibus caelestis gratiae muneribus aluntur. Et bene eadem in coena, Bethania celebratur, quae est ciuitas in latere montis Oliueti, & interpretatur Domus obedientiae. Dominus namque obedientiae Ecclesia est, quae fidelitas Domini iussis obtemperat: & ipsa est ciuitas quae super montem misericordiae constituta, nunquam potest abscondi: ipsa quae de sui latere constructa redemptoris, id est aqua ablutionis, & sanguine sanctificationis, quae de ipsius latere pro se morientis exiit, imbuta est. Vbi etiam altera soror Lazari Maria, in magna indicium dilectionis, sicut sequentia monstrant Euangelij, accepit libram unguenti nardi pisticae preciosi, & unxit pedes Iesu, & extersit capillis suis pedes eius, quo non solum succedit indicium deuotionis, sed & altarium fidelium Deo animarum signatur pietatis obsequium. Maria autem accepit libram unguenti nardi pisticae preciosi. Quid namque per libram unguenti, nisi perfectio iustitiae exprimitur: quod unguentum ex nardo pistica dicitur esse confectum. Quid enim per unguentum, nisi bonus odor opinionis insinuat: & hoc unguentum ex nardo pistica, id est nardo fidei, nam *wisus*, graece fides latine dicitur, sine fide enim Deo placere impossibile est, nec bona fama sine fide catholica fieri poterit. O homo, unde pedes Iesu bene uiuendo, dominicae sectare uestigia, & capillis exterge, quae tibi superflua sunt, pedibus Domini necessaria sunt, id est, minimis quibusque in Ecclesia, de quibus in fine dicitur erit Dominus, Quamdiu fecistis uni ex minimis his, mihi fecistis. Domus autem repleta est odore, id est, Ecclesia, uitae religiosa bona fama, nam odor bonus, est uita bona. Audi Apostolum, Christi bonus odor sumus, inquit, in omni loco. Et in Canticis canticorum, Unguentum confusum nomen tuum. Item, Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.

Bethaniam.

Ecclesiae laus.

Mat. 5.

Pedes domini.

Unguenti typus.

Fides.

Hebr. 11.

Mat. 25.

2. Cor. 2. Odor bonus, uita bona.

Magdale= nes erga Christum amor.

sum. Vbi aperte quid Maria semel fecerit, ty-
pice autem quid omnis Ecclesia, quid anima
quæque perfecta semper faciat, ostenditur.
Dicit ergo ex discipulis eius Iudas Iscariothes, qui erat
eum traditurus, Quare hoc unguentum non uenit trecentis
denarijs, & datum est egenis? Væ impio traditori,
uæ complicibus eius nequitia, etiam nunc mem-
bra Christi persequentibus, qui famam uirtu-
tis, quam ipsi habere non merentur, proximis
qui habent, inuidere non cessant. Et quidẽ pu-
tare possent Iudam ob curam pauperum hæc
fuisse locutum: sed prodit mentem illius testis
uerax, qui ait, Dixit autem, non quia de egenis perti-
nebat ad eum, sed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ
mittebantur, portabat. Non ergo tunc Iudas pe-
riit, quando pecunia corruptus dominum pro-
didit, sed iam perditus Dominum sequebatur,
qui loculos habens dominicos, ea quæ mitte-
bantur portabat in ministerium pauperum, quæ
etiam infideli mente furari solebat. Videns er-
go Dominus cor illius, cupiditatis iam sordide
pollutum, prauidens peiori proditionis sordide
polluendum, commisit eius fidei quicquid ha-
bebant in sacculis, cumque de his quæ is uellet fa-
cere permiserit, ut uel collati honoris, uel habitæ
memoria pecuniæ, mentem ab ipsius uenditio-
ne reuocaret. Verum quia semper auarus eget,
neque unquam beneficiorum perfidus memi-
nit impius a furto pecuniæ quam portabat, per-
uenit ad traditionem Domini, qui pecuniam
sibi seruandam commendabat. Dixit ergo Ie-
sus: Sine illa, ut in diem sepulture meæ seruet illud. Qua-
si innocenter interroganti Iudæ Dominus sim-
pliciter & mansuete, quo ministerium Mariæ
pertineret exposuit, quia ipse uidelicet mortu-
rus, & ad sepeliendū aromatibus esset ungen-
dus: id est quæ Mariæ, cui ad unctionem mortui
corporis eius, quamuis multum desiderati, per-
uenire non liceret, donatum sit uiuenti adhuc
impendere obsequium, quod post mortem ce-
leri resurrectione prauenta nequiret. Vnde be-
ne Marcus Dominum de illa dixisse testatur,
Quod habuit hæc, fecit: præuenit ungere cor-
pus meum. Iam defuncti tangere non potuit:
solum quod potuit, fecit. Præuenit uitium ad-
huc fumerandi officio donare. Pauperes enim
semper habetis uobiscum, me autem non semper habetis.
Et hic magnæ moderamine patientiæ Domi-
nus non Iudam arguit avaritiæ, & non paupe-
rum gratia de pecunia loqui, sed ex ratione de-
monstrat, non esse culpandos eos qui ei inter ho-
mines conuersanti de facultatibus suis mini-
strarent, cum tam paruo tempore ipse apud ec-
clesiã corporaliter esset manurus, pauperes au-
tẽ, quibus eleemosyna fieri posset, in ea semper
essent habendi. Cognouit ergo turba multa ex Iudæis,
quia illic est, & uenerunt non propter Iesum tantum, sed ut
Lazarum uiderent, quem suscitauit a mortuis. Curiositas
hos, non charitas adduxit ad Iesum: sed nos uer-
sa uice, fratres charissimi, si cognoscimus ubi le-

60 sus est, ubi mansionem facit, ubi Bethaniam, id
est domum animæ obedientis, in qua habitat,
inuenit, ueniamus illuc contemplatione: non
propter hominem tantum, quem a morte ani-
mæ suscitauit, spiritualiter uiuere donauit, sed
ut bonam hominis uitam imitando, per hoc ad
uisionem Iesu pertingere mereamur: quia pro-
certo cognouimus, ubi Iesus est. Resurrexit e-
nim post mortem, & ascendit in cælum, ubi ha-
bet mansionem perpetuam. Ipsa est uera Be-
thania, ciuitas scilicet cælestis, quam nullus ua-
let nisi obediens intrare. Cogitauerunt autẽ prin-
cipes sacerdotum, ut & Lazarum interficerent, quia multi
propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Iesum.
O cæca cæcorum uersutia, occidere uelle susci-
tatum, quasi non posset suscitare occisum, qui
poterat defunctum, & quidem se utrumque pos-
se docuit, qui & Lazarum defunctum, & se-
ipsum suscitauit occisum. Postquam dominus
quariduanum mortuum suscitauit stupenti-
bus Iudæis, & alijs eorum in uidendo credenti-
bus, alijs inuidendo pereuntibus, & discubuit
in domo Iesu, recumbente quoque Lazaro qui
fuerat a mortuis suscitatus, post unguentũ dif-
fusum super pedes eius, unde domus odore cõ-
pleta est, de quibus in superioribus, quantum po-
tuimus quid tractauimus: nunc uidendũ est, an-
te Domini passionem gestũ est. Dicit enim E-
uangelista. In crastinum autem turba multa quæ con-
uenerat ad diem festum, cum audissent quia uenit Iesus He-
rosolymam, acceperunt ramos palmarum, & processerunt
obuiam ei, & clamabant, Hosanna, benedictus qui uenit in
nomine Domini rex Israel. Rami palmarum, laudes
sunt significantes uictoriam, qui erat Domi-
nus mortẽ moriendo superaturus, & trophæo
crucis de diabolo mortis principe triumphatu-
rus. Hosanna, benedictus qui uenit in nomine
domini. Notandũ sane quod hosanna, uerbum
hebraicum compositum est ex duobus, corru-
pto, & integro. Salua namque, siue saluifica, apud
eos dicitur hosanna uerò interiectio est depre-
catis, quomodo apud Latinos interiectio est do-
lentis heu, & interiectio admirantis papa. De-
niq; in Psalmo ubi LXX interpretestransstule-
runt, O domine saluum me fac: in hebræo scri-
ptum est, hosanna anna adonai, quod interpre-
noster Hieronymus diligentius elucidans ita
trastulit, Obsecro domine salua, obsecro, ean-
dem namque significationẽ habet ipsum uerbum
obsecrationis. Hosanna itaque, salua obsecro si-
gnificat, cõsumpta litera uel uocali quæ uerbu-
prius terminat, cum perfecte dicitur hos, per
uirtutem literæ uocalis aleph, a qua uerbum se-
quens incipit anna: quod metrici in uersibus
scandendis synalæphen uocant, quãuis illi scri-
ptam literam scandentes, transiliant: in hoc au-
tẽ uerbo hosanna, iod litera nec saltẽ scribatur,
sed sensu loquentium saluo, funditus intermit-
tatur. Benedictus qui uenit in nomine domini
60 Rex Israel: sic accipiendũ est, ut in nomine Do-
mini

Christi mansio.

Palmarum rami.

Hosanna.

Anna hebraicè, quid significet. Psal. 118.

Hosanna, quid significet. Hos.

Mar. 14.

Pauperes semper sunt in ecclesia.

Ioan. 5. Rex Israel quomodo dicitur sit Christus.

Elia Sion.

Asinae pulus.

Asina.

mini dei patris intelligatur: quamuis possit in-
telligi etiam in nomine suo, quia & ipse domi-
nus est. Vnde alibi scriptum est, Pluit dominus
a domino. Verba eius melius nostrum dirigunt
intellectum qui ait, Ego ueni in nomine patris
mei, & non susceperitis me: alius ueniet in nomi-
ne suo, hunc susceperitis. Humilitatis enim ma-
gister est Christus, qui humiliauit semetipsum,
factus obediens usque ad mortem, mortem au-
tem crucis. Non itaque amittit diuinitatẽ, quan-
do nos docet humilitatem. In illa patri est æqua-
lis, in hac nobis similis. Per quod patri est æqua-
lis, nos ut essemus creauit. Per quod nobis est si-
milis, ne periremus redemit. Has ei laudes tur-
ba dicebat, Hosanna, benedictus qui uenit in
nomine domini Rex Israel. Quam uocem mē-
tis inuidetia principes Iudæorum perpeti non
poterant, quando Regem suum Christum tan-
ta multitudo clamabat. Sed quid fuit domino
regem esse Israel? Qui magnum fuit regi secu-
lorum, regem fieri hominum? Non enim rex Is-
rael est Christus ad exigendum tributũ, uel fero
exercitum armandum, hostesque debellandos,
sed rex Israel, quod mētem regat, quod in æter-
num cõsulat, quod in regnum cælorum creden-
tes, sperantes, amentesque perducatur. Dei ergo fi-
lius æqualis patri, uerbum per quod facta sunt
omnia, quod rex esse uoluit Israel, dignatio est,
non promotio: miserationis indicium est, non
potestatis augmentum. Qui enim appellatus est
rex Iudæorum, in cælis est Dominus Angelo-
rum. Et inuenit Iesus asellum, & sedit super eum. Hic
breuiter dictum est. Nam quemadmodum sit
factum, apud alios Euangelistas plenissime le-
gitur. Adhibetur autem huic facto propheti-
cum testimonium, ut appareret quod magni
principes Iudæorum eum non intelligebant, in
quo implebatur quod legebant. Inuenit ergo
Iesus asellum, & sedit super eum, Sicut scriptum
est, Noli timere filia Sion, ecce rex tuus uenit sedens super
pullum asinæ. Hæc filia Sion, cui diuinitus ista
dicuntur, in illis erat ouibus, quæ uocem pasto-
ris audiebant. In illa erat multitudo, quæ do-
minum uenientem tanta deuotione laudabat,
tanto agmine deducebat: ei dictum est, Noli ti-
mere, illum agnosce qui a te laudatur, & noli tre-
pidare cum loquitur, quia ille sanguis funde-
tur, per quem tuum delictum deleatur, & uita
redimatur. Sed pullum asinæ in quo nemo sede-
rat, (hoc enim apud alios Euangelistas inueni-
tur) intellige populum gentium, qui legem do-
mini non acceperat: asinam uero (quia utrun-
que iumentum domino adductum est) plebem
eam quæ ueniebat ex populo Israel, non indo-
mita tamen, sed quæ prælepe domini agnouit.
Hæc non cognouerunt discipuli eius primum, sed quando glo-
rificatus est, (id est quando uirtutẽ suã resurrectionis osten-
dit) tunc recordati sunt, quia hæc erant scripta de eo.
Recolentes quippe secundum scripturam, quæ
ante passionem, uel in Domini passione com-

pleta sunt, ibi & hoc inuenierunt, ut secundum
eloquia prophetarum in pullo asinæ sederet.
Testimonium perhibebat turba quæ erat cum eo quando
Lazarum uocauit de monumento, & suscitauit eum a mor-
tuis: propterea & obuiam uenit ei turba qui audierunt eum
fecisse hoc signum. Pharisei ergo dixerunt ad semetipsos,
Videtur quia nihil proficimus, ecce mundus totus post eum
abit. Turba turbauit turbam. Quid autem in-
uides cæca turba, quia post eum uadit mundus,
per quem factus est mundus? Erant autem gen-
tiles quidam ex his, qui ascenderant, ut adorarent in die fe-
sto. Hi ergo acceperunt ad Philippum, qui erat a Betsaida Ga-
lilee, & rogabant eum dicentes, Domine, uolumus Iesum
uidere. Veni Philippus, & dicit Andrea, Andreas rursus
& Philippus dicunt Iesu. Videamus quid Domi-
nus ad ista responderit, Ecce uoluerunt eum Iu-
dæi occidere: Gentiles uidere. Sed etiam illi ex
Iudæis erant qui clamabant, Benedictus qui ue-
nit in nomine domini rex Israel. Ecce illi ex cir-
cuncisione, isti ex præputio, uelut parietes de
diuerso uenientes, & in unam fidem Christi
pacis osculo concurrentes. Audiamus ergo uo-
cem lapidis angularis. Iesus autem, inquit, respon-
dit eis dicens, Venit hora ut clarificetur filius hominis.
Hic quisquam forsitan putet: ideo se dixisse glo-
rificatum, quia gentiles eum uolebant uidere.
Non ita est, sed uidebat ipsos gentiles post pas-
sionem & resurrectionem suam in omnibus
gentibus credituros: quia sicut dicit Aposto-
lus, Cæcitas ex parte in Israel facta est, donec
plenitudo gentium intraret. Ex occasione igitur
istorum gentilium, qui eum uidere cupie-
bant, annunciat futuram plenitudinem gen-
tium, & promittit iam iamque adesse horam glo-
rificationis suæ, qua facta in cælis, gentes fue-
rant creditura. Vnde prædictum est, Exalta-
re super cælum Deus, & super omnem terram
gloria tua. Hæc est gentium plenitudo, de qua
dicit Apostolus, Cæcitas ex parte in Israel facta
est, donec plenitudo gentium intraret. Sed alti-
tudinem glorificationis oportuit ut præcede-
ret humilitas passionis. Ideo secutus adiunxit,
Amen amen dico uobis, Nisi granum frumenti cadens
in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet, si autem mor-
tuum fuerit, multum fructum affert. Se autem dice-
bat ipsum esse mortificandum, & multiplican-
dum. mortificandum, in fidelitate Iudæorum:
multiplicandum fide omnium populorum. Iam
uero exhortans ad passionis suæ sectanda ue-
stigia, Qui amat, inquit, animam suam, perdet eam.
Quod duobus modis intelligi potest, qui amat,
perdet id est, si amas, perde, si cupis uitam tene-
re in Christo, noli timere mori pro Christo.
Item alio modo, qui amat animam suam, per-
det eam: noli amare in hac uita, ne perdas in
æterna uita. Hoc autem quod posterius dixi,
magis habere uidetur Euangelicus sensus. Se-
quitur enim, Et qui odit animam suam in hoc mun-
do, in uitam æternam custodit eam. Ergo quod supra di-
ctũ est, qui amat, subintelligitur, in hoc mundo,
ipse

Gentiles Christum uidere cupientes.

Rom. 11.

Psal. 56.

Rom. 11.

Amare animam et perdere.

ipse utique perdet, qui autem odit, utiq; in hoc mundo, in uitam aeternam ipse custodit eam. Magna & mira sententia, quemadmodum sit hominis in animam suam amor ut pereat, odium ne pereat. Si male amaueris, tunc odisti. Si bene oderis, tunc amasti. Felices qui oderunt custodendo, ne perdant amando. Hic animae nomine uita praesens designatur, uel etiam huius uitae delectatio, quae perdenda est, ut feliciter inuenias uoluntatem tuam in regno Dei, quam fortiter uicisti in hoc seculo. nam sancti martyres odio habuerunt hanc praesentem uitam pro Christi nomine, dum magis uoluerunt hanc praesentem uitam perdere, quam Christum negare, implentes quod sequitur, Si quis mihi ministrat, me sequatur. Quid est, me sequatur, nisi me imitetur? Christus enim pro nobis passus est, ait Apostolus Petrus, relinquens nobis exemplum, ut sequamur uestigia eius. Ecce quod dictum est. Si quis mihi ministrat, me sequatur. (Quo fructu, qua mercede, quo premio?) Et ubi sum, inquit, ego, illic & ministri mei erunt. Merces est amoris, & operis pretium quo ministratur Christo, esse cum illo cui ministratur. Vbi enim bene erit sine illo? aut quomodo male esse poterit cum illo? Audi euidentius. Et si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus. Quo honore, nisi ut sit cum filio eius? Quod enim superius ait, Vbi ego sum, illic & minister meus erit: hoc intelligitur exposuisse cum dicit, Honorificabit eum pater meus. Nam quem maiorem honorem accipere poterit adoptat, quam ut sit ubi est unicuique, non aequalis factus diuinitati, sed consociatus aeternitati? Quid sit autem ministrare Christo, qui operi mercedata promittitur, considerandum est. Si quis mihi ministrat, me sequatur: hoc intelligi uoluit, ac si diceret, Si quis me non sequitur, non mihi ministrat. Ministrant ergo Iesu Christo, qui non sua quaerunt, sed quae Iesu Christi, hoc enim est, me sequatur, uias ambulat meas, non suas, sicut alibi scriptum est, Qui se dicit in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Etiam si porrigit esurienti panem, debet misericordia facere, non de instantia, non aliud ibi quaerere quam opus bonum, nesciente sinistra quid faciat dextera, id est ut alienetur intentio cupiditatis ab opere charitatis. Illi dicitur, Cum uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Nec ea tantum quae ad misericordiam pertinent corporalem, sed omnia opera propter Christum faciens, tunc erunt bona: quoniam finis legis Christus, ad iustitiam omni credenti. Credens, minister est Christi usque ad illius opus magnae charitatis, quod est animam suam pro fratribus ponere, hoc est enim & pro Christo ponere, quia & hoc propter sua membra dicitur est, Cum pro istis fecistis, pro me fecistis. De tali quippe opere etiam se ministrum facere & appellare dignatus est, ubi ait, Sicut filius hominis non uenit ministrari, sed mi-

nistrare, & animam suam ponere pro multis. Hinc est ergo unusquisque minister Christi, unde est & minister Christus. Sic ministrantem Christo honorificat pater eius honore illo magno, ut sit cum filio eius, nec unquam deficiat fides eius. Communiter uero de omnibus ait, Si quis mihi ministrat. Omnis enim quicumque bene agit, Christo ministrat. Vnde unusquisque pro modulo suo ministrat Christo, bene uiuendo, eleemosynas faciendo, nomē doctrinamque eius quibus potuerit praedicando. Qui uero bene uiuente exhortatur ut permaneant in bene uiuendo, ministrat Christo. Qui uero humiliter admonenti se obedit, ministrat Christo, & qui fideliter in hoc seculo ministrat Christo, feliciter in futuro seculo regnat cum Christo. Cum dominus Iesus praedixisset in grano sinapis passionem suam, & suos horraretur ministros ut sequerentur eum, ad nostram rursus in firmitatem suam temperauit affectum, & ait, Nunc anima mea turbata est. Vnde turbata est anima Iesu? Nunquid non ideo animam accepisti, & hominem perfectum, ut patereris in eo? Video te domine nostram infirmitatem in te transferre, & in te causam suscipere nostram. Ideo turbatus es, quia uoluisti: sicut natus fuisti, quia uoluisti: nam paulo ante de te dictum est, ubi Lazarus suscitasti, turbauit semetipsum. Nam his uerbis ab infirmitate nostra rapuit nos ad firmitatem suam. Vox est enim fortitudinis Domini, ubi ait, Venit hora ut clarificetur filius hominis. Vox est infirmitatis nostrae, dum ait, Nunc anima mea turbata est. O Domine mediator deus supra nos, homo propter nos, agnosco misericordiam tuam. Nam quod tu tantus tuae charitatis uoluntate turbaris, multos in corpore tuo, qui suae infirmitatis necessitate turbantur, ne desperando pereant, consolari, Audi ergo o miles Christi quid deinde subiugat. Cum dixisset, Nunc anima mea turbata est, Et quid dicam, inquit, Pater saluifica me ex hac hora, sed propterea ueni in hanc horam. Pater clarifica tuum nomen. Docuit te quid cogites, docuit quid dicas, quae in uoces, in quo speres, cuius uoluntatem certam atque diuinam tuae uoluntati humanae infirmatae praeponas. Non ideo tibi uideatur ex alto deficere, quia te uult ab imo prospicere. Nam & tentari dignatur est a diabolo, a quo utique si nollet non tentaretur, & ea respondit diabolo, quae tu in tentationibus debeas respondere. & ille quidem tetatus est, sed non periclitatus, ut doceret te in tentatione periclitantē tentatori respondere, & post tentationem non ire, sed de periculo tetationis exire. Sicut autē hic dixit, Nunc anima mea turbata est, ita etiam ibi dicit, Tristis est anima mea usque ad mortem. & Pater, si fieri potest, trahat a me calix iste. Hominis suscepit infirmitatem, ut doceat sic contristatum & conuulsatum quod sequitur dicere, Verum non quod ego uolo, sed quod

Odisse animam suam quid sit.

Martyres Christum in passione imitati.

1. Pet. 2.

Christiana merces, esse cum Christo.

Ministrare Christo.

1. Ioan. 2.

Instantia in omni opere uitanda.

Mat. 25.

Rom. 10.

Christi clarificatio.

Mat. 1. Mat. 2.

Mat. 3. Mat. 17.

Mat. 14. Luc. 8. Ioan. 11. Rom. 6. Psal. 96.

Turbatio Christi.

Mundi iudicium.

Diabolus ut dicatur mundi princeps.

Mat. 4. Tentatio Christi a diabolo.

Mat. 26. Timor ac pavor Christi.

quod tuus pater. Sic enim homo ab humanis in diuina dirigitur, cum uoluntati humanae uoluntas diuina praepositur. Quid est autem, Clarifica tuum nomen, nisi in sua passione & resurrectione? Quid est ergo aliud, nisi ut pater clarificet filium, qui clarificat nomen suum, etiam in similibus passionibus seruorum suorum? Venit ergo uox de caelo, Et clarificauit, & iterum clarificabo. Et clarificauit, antequam facerem mundum: & iterum clarificabo resurgentem a mortuis, & ascendentem in caelum. Et aliter intelligi potest, Et clarificauit, cum de uirgine natus est, cum de caelo per indicem stellam a Magis adoratus est, cum a sanctis sancto spiritu plenus agnitus est, cum descendente spiritu in specie columbae declaratus, cum uoce de caelo sonante monstratus, cum in monte transfiguratus, cum miracula multa fecit, cum multos sanauit atque mundauit, cum de paucissimis panibus tantam multitudinem paut, cum uentis & fluctibus imperauit, cum mortuos suscitauit. Et iterum clarificabo, cum resurget a mortuis, cum mors ei ultra non dominabitur, cum exaltabitur super caelos Deus, & super omnem terram gloriam eius. Turba ergo quae stabat & audiebat, dicebat tonitruum factum esse. Alij dicebant, Angelus ei locutus est. Respondit Iesus, & dixit, Non propter me uox haec uenit, sed propter uos. Hic ostendit, illa uice non sibi indicatum quod iam sciebat, sed eis quibus indicari oportebat. Sicut autem illa uox non propter eum, sed propter illos diuinitus facta est, sic anima eius non propter eum, sed propter alios uoluntate turbata est. Nunc iudicium est mundi. Non enim de futuro iudicio hoc dictum esse putamus, quod in fine mundi futurum est, ubi boni & mali separabuntur aeterna diuisione, sed de iudicio quod cotidie in sancta dei ecclesia solet esse. Possidebat ergo diabolus genus humanum, & reos suppliciorum tenebat chirographo peccatorum, dominabatur in cordibus infidelium, ad creaturam colendam deserendo creatore deceptos captiuosque trahebat. Per Christum autem fidem, quae morte eius & resurrectione firmata est, per eius sanguinem, qui in remissionem fusus est peccatorum, millia credentium a dominio diaboli liberantur, Christi corporei copulantur, & sub tanto capite uno eius membra diaboli membrata uegetantur. Hoc uocabat iudicium, hanc discretionem, hanc a se reuocandis diaboli expulsionem. Denique attende quid dicat, quasi quaeremus quid esset quod ait, Nunc iudicium est mundi, secutus exposuit, ait enim, Nunc princeps huius mundi efficietur foras. Audiuimus quale dixerit esse iudicium, non ergo illud quod in aeternum est, ubi uini & mortui iudicandi sunt, alii ad sinistram, alii ad dexteram separatis: sed iudicium quo princeps huius mundi efficietur foras. Nunc, inquit, princeps huius mundi efficietur foras, hoc

intelligendum est quod nunc sit, non quod tantum post futurum esse in nouissimo die praeuidebat. Ergo Dominus quod sciebat post passionem & glorificationem suam, per uniuersum mundum multos populos credituros, in quorum cordibus diabolus intus erat, cui quando ex fide renunciatur, efficitur foras, dicit, Nunc princeps mundi huius efficietur foras. Sed dicit aliquis, Nunc quid de cordibus patriarcharum & prophetarum ueterumque iustorum non est efficitur foras? Efficitur est plane. Quomodo ergo dictum est, nunc efficietur foras? Quomodo puramus, nisi quia tunc quod in hominibus paucissimis factum est, nunc in multis magnisque populis iam futurum esse praedictum est? sicut illud quod dictum est, Spiritus autem nondum erat datus, quia Iesus nondum erat glorificatus: potest similem habere quaestionem, & similem solutionem. Non enim sine spiritu sancto futura praenunciauerunt prophetae, aut non etiam dominum infantem in spiritu sancto Symeon fenez & Anna uidua cognouerunt, & Zacharias & Elizabeth, qui de illo nondum nato, sed iam concepto tanta per spiritum sanctum praedixerunt sed spiritus nondum erat datus, id est, illa abundantia gratiae spiritualis, qua congregati linguis omnium loquerentur, ac sic in linguis omnium gentium futura praenunciaretur ecclesia: qua gratia spirituali populi congregarentur: qua longe lateque peccata dimitterentur, & millia millium Deo reconciliarentur. Quid ergo, ait quispiam, quia diabolus e crediturum cordibus efficitur foras, iam fidelium neminem tentat: imo uero tetat e non cessat: sed aliud est intrinsecus regnare, aliud forinsecus oppugnare. Aliud est uulnerare, aliud occidere. Sed si uulnerat, adest qui sanat: quia sicut pugnantibus dicitur est, Haec scribo uobis, ut non peccetis: ita qui uulnerantur, quod sequitur audiunt: Et si peccaueritis, ad rocatum habemus ad patrem, Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio peccatorum nostrorum. Quid enim oramus cum dicimus, Dimitte nobis debita nostra, nisi ut uulnera nostra sanentur? Et quid aliud petimus cum dicimus, Et ne nos inferas in temptationem, nisi, ne ille qui insidiatur, uel certe extitit fecus nullus irumpat ex parte, uel nulla nos fraude decipiat, nullis nos subuertat machinis. Quando non tener locum cordis, ubi fides habitat, efficitur est foras. Sed nisi Dominus custodierit ciuitatem, in uanum uigilat qui custodit eam. Nolite ergo de uobis ipsis praesumere, sed non uobis foras efficitur diabolus, in modo iterum reuocare. Absit autem ut diaboli mundum principem ita diuini existimemus, ut cum caelo & terra dominari posse credamus: sed mundus appellatur in malis hominibus, qui toto terrarum orbe diffusi sunt, sicut appellatur domus in his a quibus inhabitatur, secundum quod dicimus, bona domus est, uel mala do-

Eiecio diaboli.

Ioan. 7.

1. Pet. 1.

Luc. 2. Luc. 1.

Diabolus quomodo efficitur foras.

1. Ioan. 2.

Mat. 6. Dimittite nobis debita nostra, interpretatum.

Psal. 126.

Diabolus, quomodo dicatur mundi princeps.

mus est non quando reprehendimus siue laudamus edificium parietum atque tectorum, sed ipsos mores uel bonorum hominum uel malorum. Sic ergo dicitur est, Princeps huius mundi, id est princeps malorum hominum, qui habitant in mundo. Appellatur etiam mundus in bonis, qui similiter toto terrarum orbe diffusi sunt, inde dicitur Apostolus, Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, hic sunt ex quorum cordibus princeps mundi efficitur foras. Cum ergo dixisset, hunc princeps huius mundi efficitur foras. *Ergo, inquit, si exaltatus fuero a terra, omnia traham post me.* Quae omnia nisi ex quibus ille efficitur foras. Non autem dixit omnes, sed omnia. Non enim omnium est fides. Non itaque hoc ad uniuersitatem hominum retulit, sed ad creaturam integritatem, id est spiritum & animam & corpus, & illud quod intelligimus, & illud quod uidemus, & illud quod uisibiles & contrectabiles sumus. *Qui enim dicit, Capillus capitis uestri non peribit, omnia trahit post se.* Aut si omnia ipsi homines intelligendi sunt, omnia predestinata ad salutem posuimus dicere, ex quibus omnibus aut nihil esse perituum, cum supra de suis omnibus loqueretur. Aut certe omnia hominum genera, siue in linguis, siue in gradibus honorum omnium, siue in diuersis artibus ingeniorum omnibus, siue in artium licitarum & uisum professionibus omnibus, & quicquid aliud dici potest secundum innumeras differentias quibus inter se per sola peccata homines distat, ab excellentissimis usque ad humillimos, a rege usque ad mendicem, Omnia, inquit, traham post me: ut sit caput eorum, & illa membra eius. Sed si exaltatus fuero, non enim dubitat futurum esse quod uenit implere, hoc referatur ad illud quod superius ait, Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit granum, multum fructum affert. Nam exaltationem suam quid aliud dicit, quam in cruce passionem? quod & ipse Euangelista non tacuit. Subiunxit enim, & ait, Hoc autem dicebat significans quia morte esset moriturus. Respondit ei turba, Non audiuimus ex lege, quia Christus manet in aeternum? & quomodo tu dicis, Oportet exaltari filium hominis? Quis ille? Memoriter tenuerunt quod Dominus dicebat assidue filium hominis se esse. Nam hoc loco non ait, si exaltatus fuerit a terra filius hominis, sed sicut superius dixerat quando nuntiati sunt gentiles illi qui eum uidere cupiebant, Venit hora, ut glorificetur filius hominis, hoc itaque isti animo retinentes, & quod nunc ait, Cum exaltatus fuero a terra, mortem crucis intelligentes, quaesierunt ab illo, & dixerunt, Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in aeternum, & quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Si enim Christus est, inquit, uat, manet in aeternum: si manet in aeternum,

quomodo exaltabitur a terra? id est, quomodo crucis passione morietur? Hoc enim eum distulisse intelligebant, quod facere cogitabant. Non ergo eis uerborum istorum obscuritatem aperuit in fusa sapientia, sed stimulata conscientia. *Dixit ergo eis Iesus, Adhuc modicum lumen in uobis est.* Hinc est quod intelligitis, quod Christus manet in aeternum. *Ergo ambulate dum lucem habetis, ut non uos tenebrae comprehendant.* Ambulate, accedite, totum intelligite, & moriturum Christum, & uictorem in aeternum, & sanguinem futurum quo redimat, & ascensurum in sublimia quod perducatur. Tenebrae autem uos comprehendent, si eo modo credideritis Christi aeternitatem, ut negetis in eo mortis humilitatem. *Et qui ambulat in tenebris, nescit quod uadat.* Sic potest offendere in lapidem offensionis, & petram scandali, quod fuit Dominus caecis lucis, sicut credentibus lapis quem reprobaue runt adificantes, factus est in caput anguli. Hinc dedignati sunt credere in Christum, quia eorum impietas contempsit mortuum, risit occisum, & ipsa erat mors grani multiplicandi, & exaltatio trahentis post se omnia. *Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filij lucis sitis.* Cum aliquid ueri auditum habetis, credite in ueritate. Et considerandum quod non ait, Videte lucem, sed, credite in lucem, uidendam post huius uitae uitam. Seipsum enim (ut dictum est) dicit lucem, in quam oportet credere: suam per hoc deitate significans. *Haeclocus est Iesus, & abiit, & abscondit se ab eis.* Non ab eis qui credere & diligere coeperant, non ab eis quicum ramis palmarum & laudibus obuiam uenerant, sed ab eis qui uidebant & inuidebant, quia nec uidebant, sed in lapidem illum caecati offende bant. Cum autem se abscondisset Iesus ab eis qui illum occidere cupiebant (quod saepe propter obliuionem commonendi estis) nostrae infirmitati consuluit, non suae potestati deroga uit. Praenunciata Dominus Christus passione sua in exaltatione crucis, quod Iudaei intelligentes, quaestionem proposuerunt quomodo diceret se esse mortuum, cum ex lege audierint quod Christus manet in aeternum. deinde intulit Euangelista, & ait, *Cum autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum, ut sermo Isaiae prophetae adinpletur, quem dixit, Domine, quis credidit auditui nostris? & brachium Domini cui reuelatum est.* Quis, pro raritate posuit: quia quod sancti prophetae a Deo audierunt, & in populo praedicauerunt, paucissimi crediderunt. Vbi in eo quo ait, Brachium Domini cui reuelatum est? satis ostendit brachium Domini ipsum Dei filium nuncupatum, non quod Deus pater figura decernatur: ut carnis humanae, eius filius tanquam membrum corporis, haerere: sed quia omnia per ipsum facta sunt, ideo brachium Domini dicitur est. Sicut enim tuum est brachium per quod operaris, sic Dei brachium dictum

2. Cor. 5.

Luc. 21.

Omnia traham ad me, interpreta tum.

Ioan. 21.

Exaltatio Christi, eius passio.

Rom. 9. Lapis offensionis petra scandali.

Brachium domini.

dictum est eius uerbum, quia per uerbum operatus est mundum. Cur enim homo brachium ut aliquid operetur extendit, nisi quia non continuo fit quod dixerit? si autem tanta potestate praualeret, ut sine illo corporis motu fieret quod diceret, brachium eius esset uerbum eius. Sed Dominus Iesus Dei patris unigenitus filius sicut non est paterni corporis membrum, ita non est cogitabile uel sonabile ac transitorium uerbum: quia cum omnia per ipsum facta sunt, Deus erat uerbum. Quem Euangelista uerbum nominauit esse apud Deum, hunc propheta brachium domini nominauit. Dum brachium domini audiuius, Dei uirtutem, & Dei sapientiam Christum agnoscamus, per quem facta sunt omnia. Omnia enim in sapientia fecisti, dicitur Psal mista. Non est enim ipse qui pater, sed unum sunt ipse & pater, & aequalis patri, ubique totus. Hic quaestio difficilis oritur, quid fecissent Iudaei mali, uel quae culpa illorum esset, ut non crederent, si necesse erat ut sermo Isaiae prophetae imple retur quem dixit, Domine, quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est? Cui quaestioni respondemus, Deum praescium futurorum, per prophetam praedixisse, tamen non fecisse. Non enim propterea quenquam Deus ad peccandum cogit, quia futura hominum peccata iam nouit, ipsorum enim praesciuit peccata: non sua, non cuiusquam alterius, sed ipsorum. Quapropter, si ea quae ille praesciuit ipsorum, non sunt ipsorum, non uera praesciuit, sed quia illius praescientia falli non potest, sine dubio non alij, sed ipsi peccant, quos Deus peccaturos esse praesciuit. Peccerunt ergo peccatum Iudaei, quod eos facere non compulit, cui peccatum non placet: sed facturos esse praedixit, quem nihil latet. Sed ea quae sequuntur Euangelij uerba urgent, & profundiorum quaestionem faciunt. Dicitur enim hic quasi causa si incredulitatis illorum, qui illorum oculos excacauit, & cor indurauit. Hoc omnino de Deo dicitur, non de diabolo. Sed causa quae genda est cur propheta dixisset hoc Deum fecisse: quam eo donante, quantum poterimus exponamus. Non poterant credere, quia hoc propheta praedixit: quia Deus hoc futurum esse praesciuit. Quare autem non poterant, si a me quaeratur, respondeo, quia nolebant. Malam quippe eorum uoluntatem prauidit Deus, & per prophetam praenunciavit ille cui abscondi futura non possunt, & hanc excacationem uel indurationem mala eorum meruisse uoluntate. Sic enim excacat, sic obdurat Deus, deserendo, & non adiuuando: quod occulto nobis iudicio facit, sed nunquam iniusto. Cum ergo Paulus Apostolus hanc ipsam difficillimam quaestionem tractaret, ait, Nunquid iniquitas est apud Deum? Absit. Si ergo absit, ut sit ini quitas quando non adiuuat, iuste facit, quia omnia non

Psal. 103.

Præscientia dei.

Peccati causa an sit Deus.

Rom. 9.

temeritate, sed iudicio facit. Porro si iudicia iustorum iusta sunt, quanto magis sanctificationis & iustificationis dei iusta ergo sunt, sed occulta. Ideo cum quaestiones huiusmodi in medium uenerint, quare alius sic, & alius sic iudicetur, quare ille deo deferente excacatur, ille Deo ad iuuante illuminatur: non nobis iudicium de iudicio tanti iudicis usurpemus, sed contremiscentes exclamemus cum Apostolo, O latitudo diuitiarum sapientiae & scientiae dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiae eius. De talibus uero quaestionibus uel iudicis Dei admonentem audiamus scripturam, atque dicentem, Altiora te ne quaeris, & fortiora te ne perscrutatus fueris. Perueniamus ergo in uiam fidei, hanc perseverantissime teneamus. Ipsa perducit ad cubiculum regis, in quo sunt omnes thesauri sapientiae absconditi. Non enim Dominus ipse Iesus Christus, suis illis magnis & praecipue electis discipulis inuidebat, quando dicebat, Multa habeo uobis dicere, sed non potestis illa portare modo. Ambulandum est, proficiendum est, crescendum est, ut sint corda nostra capacia earum rerum quas capere modo non possumus. quod si nos ultimus dies proficientes inuenerit, ibi discemus, quod hic non potuimus. Non itaque mirum est quia non poterant credere, quorum uoluntas sic superba erat, ut ignorantibus Dei iustitiam, & suam uolentes constituere, sicut de illis dicit Apostolus, iustitiae Dei noluerint esse subiecti. Quia enim non ex fide, sed tanquam ex operibus timuerunt, ipso suo timore caecati offenderunt in lapidem offensionis. Sic autem dictum est, non poterant, ubi intelligentum est quod nolebant, quemadmodum dicitur est de Domino deo nostro, Si credimus, ille fidelis permanet: negare seipsum non potest. Sicut laus est uoluntatis diuinae, quod illos saluos fieri uoluit: ita quod illi non poterant credere, culpa est uoluntatis humanae. Hoc de Iudaeis qui excacati & indurati sunt, Deus praesciuit, atque in eius spiritu propheta praedixit. Quod uero addidit, Et conuertatur, & sanem eos: utrum subaudiendum sit, id est, non conuertantur, connexa de super sententia ostendit, ubi dictum est, Ut non uideant oculis, & intelligant corde: quia & hic utique dictum est, non intelligant. & ipsa enim conuersio de illius gratia est, cui dicitur, Deus uirtutum conuerte nos. An forte & hoc de supernae medicinae misericordia factum intelligendum est, quoniam peruersae & superbae uoluntatis erant, & iustitiam suam constituere uolebant, ut ad hoc deferentur, & caecarentur: ad hoc inquam excacarentur, ut offenderent in lapidem offensionis, & imple rentur facies eorum ignominia, & ita humiliati quaerent nomen domini, & non suam, quia inflatur superbus, sed iustitiam Dei, quia iustificatur impius: hoc enim multis eorum profecit in bo-

Iudicia dei iusta.

Rom. 11.

Eccl. 3.

Colof. 2.

Ioan. 16.

Rom. 10.

Operum gloriosio.

2. Tit. 2.

Iudaei ad Christum conuersi.

Conuersio nostra ex Dei gratia est.

Psal. 79.

Profectus in lege Domini.

Luc. 23.

Luc. 13.

Gal. 6. Crucis exaltatio.

Verecundie sedes frons.

Occulte credentes in Christo. Confessio Christi publica.

Martyrii gloria unde sit. Confessio laudis.

Ioan. 7.

num, qui de suo scelere cōpuncti, in Christum postea crediderūt: pro quibus & ipse orauerat, dicens, Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Sequitur, Veruntamen ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter Phariseos non confitebantur, ut de synagoga non eijcerentur. Dilexerunt enim gloriam hominum magis quam gloriam Dei.] Videte quemadmodum notaerit Euangelista & improbauerit quosdam, quos tamen in eum dixit credidisse: qui in hoc ingressu fidei si proficerent, amore quoque humanæ gloriæ proficiendo superarent, quem superauerat Apostolus, dicens, Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Ad hoc enim & ipse Dominus crucem suam, ubi eum dementia superbia impietatis irritat, in eorum qui illum crederent, frontibus fixit, ubi est quodammodo sedes uerecundiae, ut se nomine eius fides non erubescat, & magis Dei gloriam, quam hominum diligant. Loquente Domino Iesu Christo apud Iudæos, & tanta miraculorum signa faciente, quidam crediderunt prædestinati in uitam æternam, quos etiam uocauit oues suas. Quidam uero non crediderunt, nec poterant credere, eo quod occulto, nec tamen iniusto iudicio Dei fuerant excæcati. Alij uero palam credentes, & cum ramis palmarum occurrentes, alij uero occulte credentes, sed propter Phariseos non confitentes, quos Euangelista notauit cum dixit, Dilexerunt gloriam hominum magis quam gloriam Dei. Gloria Dei est publice confiteri Christum, sicut martyres sancti fecerunt: de quibus alio loco ipse Dominus ait, Quis confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo. Qui confiteatur Christum confessione laudis, confitebitur, id est laudabitur à Christo coram deo patre. His ita se habentibus, & suam iam propinquantem passionem, Iesus clamauit & dixit, Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me.] Iam dixerat quodam loco, Doctrina mea non est mea, sed eius qui me misit, quod à seipso ipse non esset, sed haberet à quo esset. Deus enim de deo filius patris: pater autem non Deus de deo, sed deus pater filij. Nunc autem quod ait, Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me: quomodo intellecturi sumus, nisi quia homo apparebat hominibus, cum lateret Deus: & ne putarent hoc eum esse tantummodo quod uidebant, talem, ac tantum: sed uolens credi qualis & quantus est pater, Qui credit in me, inquit, non credit in me, id est quod uidet, sed in eum qui misit me, id est in patrem: unde necessesse est, ut eum credat filium habere: & dum patrem credit æternum, credat & filium habere

coæternum sibi, & consubstantialē sibi. Propterea dixit, Qui credit in me, non credit in me: nolens ut totum quod de Christo creditur, secundum hominem crederetur. Ille bene credit in me, qui secundum id quod uidet me, non tantum credit in me, sed secundum id quod credit in me, credit æqualem patri. Ac ne putaretur sic uoluisse intelligi patrem, tanquam patrem multorum filiorum per gratiam regeneratorum, non unicus uerbi æqualis sibi, continuo subiicit, Et qui uidet me, uidet eum qui misit me.] Vsq̄ eadeo non distat inter eum & me, ut qui me uidet, uideat eum qui misit me. Hæc uisio, intellectuālis, non carnalis, debet intelligi, quæ modo in laude est sanctorum, post resurrectionis ultimæ diem in re æternæ beatitudinis erit, de qua alibi ait, Beati mudo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Attendamus cetera. Ego lux in mundum ueni: ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. Dixit quodam loco discipulis suis, Vos estis lumen mundi, non potest abscondi ciuitas super montem constituta: neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lumen uestrum coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui in caelis est. Non tamen dixit, Vos lux uenistis in mundum: ut omnis qui credit in uos, in tenebris non maneat. Nusquam hoc legi posse cōfirmo. Lumina ergo sunt omnes sancti: sed credendo illuminantur ab eo, à quo si quis recesserit, tenebrabitur. Lumen autem illud quod illuminat, à se recedere nō potest, quia incommutabile omnino est. Cum autē dicit, Omnis qui credit in me, in tenebris non manet, satis manifestat omnes se in tenebris inuenisse: sed ne in eis tenebris remaneant, in quibus inuenti sunt, debent credere in lucē quæ uenit in hunc mundum, quia per illam factus est mundus. Et si quis audierit, inquit, uerba mea, & non custodierit, ego non iudico eum.] Audite, quomodo dicit filius, Ego non iudico eum: cum dicit alio loco, Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio: nisi quia intelligendum est quod sequitur, Non enim ueni, inquit, ut iudicem mundum, sed ut saluum faciam mundum.] Nunc ergo est tempus misericordiae, post erit iudicij: quia misericordiam, inquit, & iudicium cantabo tibi Domine. Sed de ipso etiam futuro nouissimo iudicio uidete quid dicat, Quia spernit me, & non accipit uerba mea, habet qui iudicet eum. Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die.] Nō ait, Qui spernit me, & non accipit uerba mea, ego eum non iudico in nouissimo die. Venit enim filius Dei ad saluandum, non ad iudicandum, ideo dixit, non iudico eum, id est modo in presenti, sed iudico eum in nouissimo die. Cum enim dixisset, Qui spernit me, & non accipit uerba mea, habet qui iudicet eum, expectantibus, quisnam ille

Mat. 5.

Mat. 9.

Lumina sancti dicuntur.

Ioan. 8.

Psal. 100.

Rom. 2.

Ioan. 5.

Mandatum patris, filius est.

Filius legis Christus.

ille esset, cautus adiunxit, Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die. Satis manifestauit seipsum iudicaturum in nouissimo die. Seipsum quippe locutus est, seipsum annunciauit, seipsum sanctam posuit, quia ipse ad oues pastor intraret. Aliter itaq̄ iudicabuntur qui non audierunt, & qui audierunt & contempserunt. Qui enim sine lege peccauerunt, ait Apostolus, sine lege peribunt: & qui in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Quid ego, inquit, ex me non sum locutus.] Ideo se dicit non locutum ex seipso, quia non est ex seipso. Iam hoc saepe diximus, quod filius à se non est, sed à patre, ideo adiunxit, Sed qui misit me pater ipse, mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar.] Non enim locorum spatio, non syllabarum expressio, nō uocali sono pater filio loquitur, ut filius mandatum patris audiat, sicut filius hominis ab homine audire solet quid pater mandet illi: sed unicus filius est uerbum patris, & sapientia patris, in illo sunt omnia mandata patris. Nec enim mandatum patris aliquando filius nesciuit, ut eum necesse esset ex tēpore habere quod accepit, ut nascendo accipere, dederitq̄ illi gignendo pater quod non haberet, sed eum genuit uitam habentem, sicut superius ait, Sicut pater habet uitam, sic dedit & filio uitam habere in semetipso, id est, genuit filium uitam habentem in semetipso. Sic dicit hic, Sicut mandatum dedit mihi, & quia æterna ipsa natiuitas nūquam non fuit, filius qui est uita: & sic est uita æterna, sic est qui natus est, uita æterna: ita & mandatum, non quod filius non habeat, pater dedit, sed, sicut dixi, in sapientia patris, quod est uerbum patris, omnia mandata sunt patris. Sequitur enim, Et scio quia mandatum eius uita æterna est.] Si ergo uita æterna est mandatum patris, quā aliud dictum est, quā, Ego sum mandatum patris: Proinde & id quod adiungit & dicit, Quæ ego loquor, sicut dixi mihi pater, sic loquor.] Non accipiamus dixit mihi, quali uerbo locutus sit unico uerbo, aut egebat deus uerbis dei, uerbum dixit ergo pater filio, sicut dedit uitam filio, non quod nesciebat, uel non habebat, sed ipse filius erat. Quid est autem, Sicut dixit mihi, sic loquor, nisi uerbum loquor? Ita ille dixit ut uerax, ita iste loquitur ut ueritas. Verax autem genuit ueritatem. Quid ergo iam diceret ueritati? Non enim imperfecta erat ueritas, cui uerum aliquid adderetur. Dixit ergo ueritati, quia genuit ueritatem. Porro ipsa ueritas sic loquitur ut ei dictum est, sed intelligentibus quos docet ut nata est. Ut autem crederent homines quod intelligere nondum ualēt, ex ore carnis uerba sonuerunt, & abierunt, transuolantes soni strepuerunt peractis mortuorum suorum: sed res ipsæ quarum signa sunt soni, tractæ quodammodo in eorum memoriam qui audierunt, etiam ad nos per litteras, quæ uisibilia signa sunt, peruenerunt,

Non sic loquitur ueritas, intelligentibus mentibus intus loquitur: sine sono instruit: intelligibili uoce perfundit. Qui ergo potest in ea uidere natiuitatis eius æternitatem, ipse illam sic audit loquentem, sicut ei dixit pater quod loqueretur. Excitauit nos ad magnum desiderium interioris dulcedinis suæ: sed crescendo capiamus, ambulando crescemus, proficiendo ambulemus, ut peruenire possimus per seipsum, ad seipsum seipso ducente nos, & promittente nobis, Ego sum uita, ueritas, & uita. Via quærentibus, ueritas inuenientibus, uita permanentibus.



CAPVT XIII. Nte diem festum paschæ, sciens Iesus quia uenit hora eius ut transiret ex hoc mundo ad patrem: cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Et cœna facta, cum diabolus iam misisset in cor, ut traderet eum Iudas Simonis Iscariotes, sciens quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad deum uadit, surgit à cœna, & ponit uestimenta sua. & cum accepisset lintheum, præcinxit se. Deinde misit aquam in peluim, & cepit lauare pedes discipulorum, & exergere lintheo quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes? Respondit Iesus, & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis modò, scies autem postea. Dicit ei Petrus: Non lauabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Iesus: Si non lauero te, nō habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus: Domine, non tantum pedes meos, sed & manus & caput. Dicit ei Iesus: Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus. Et uos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum, propterea dixit: Non estis mundi omnes. Postquam ergo lauit pedes eorum, accepit uestimenta sua: & cum recubuisset iterum, dixit eis: Scitis quid fecerim uobis? Vos uocatis me magister & domine, & bene dicitis. Sum etenim. Si ergo ego laui pedes uestros, dominus & magister, & uos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, ita & uos faciatis. Amen amen dico uobis, non est seruus maior Domino suo, neque Apostolus maior eo qui misit illum. Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea. Non de omnibus uobis dico, ego scio quos elegerim, sed ut adimpleatur scriptura: Qui manducat mecum panem, leuabit cōtra me calcaneum iurum. Amodo dico uobis, prius quā fiat: ut cum factum fuerit, credatis quia ego sum. Amen amen dico uobis, qui accipit si quē misero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum qui me misit. Cum hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu: & protestatus est, & dixit: Amē amen dico uobis, quia unus ex uobis tradet me. Aspiciebant er-

Mat. 26. Luc. 22. Mar. 14.

Infra. 19. Mat. 10. Luc. 6.

Psal. 40. Mat. 10. Luc. 10.

Mat. 26. Mar. 14.

Luc. 22. go adinuicem discipuli, haesitantes de quo diceret. Erat ergo recumbens unus ex discipulis eius in sinu Iesu, quem diligebat Iesus. Innuuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei: Quis est de quo dicit? Itaque cum recubisset ille supra pectus Iesu, dixit ei: Domine, quis est? Respondit Iesus: Ille est, cui ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxisset panem, dedit Iudae Simonis Iscariotae. Et post bucellam introiuit in eum faranas. Et dicit ei Iesus: Quod facis, fac citius. **Hoc autem nemo sciuit discumbentium ad quid dixerit ei.** Quidam enim putabant (quia loculos habebat Iudas) quod dixisset ei Iesus: Em ea quae opus sunt nobis ad diem festum, aut egenis ut aliquid daret. Cui ergo accepisset ille bucellam, exiuit continuo. Erat autem nox. Cum ergo exisset, dixit Iesus: Nunc clarificatus est filius hominis, & deus clarificatus est in eo. Si deus clarificatus est in eo, & deus clarificabit eum in semetipso: & continuo clarificabit eum. **Fi-lioli, adhuc modicum uobiscum sum.** Quare-tis me, & sicut dixi Iudaeis, quod ego uado, uos non potestis uenire, & uobis dico modum: Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos, ut & uos diligatis inuicem. In hoc cognoscet omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicem. Dicit ei Simon Petrus: Domine, quod uadis? Respondit Iesus: Quod ego uado, non potes me modum sequi: sequeris autem postea. Dicit ei Petrus: Quare non possum te sequi modum? animam meam pro te ponam. Respondit ei Iesus: Animam tuam pro me ponas? Amen amen dico tibi, non cantabit gallus, donec me ter neget.

Scripturus Euangelista Ioannes memorabilis in Pascha priusquam ad passionem iret, pedes lauare dignatus est, primo ipsius nomen Paschae quid mystice signaret, aperire curauit, ita incipiens. **Ante diem autem festum paschae sciens Iesus quia uenit hora eius ut transeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.** Pascha quippe transitus interpretatur, nomen ex eo uetus habens, quod transierit in eo Dominus per Aegyptum percutiens primogenita Aegypti, & filios Israel liberans, & quod ipsi filij Israel transierint illa nocte de Aegyptia seruitute, ut uenirent ad terram promissae olim haereditatis & pacis. Mystice autem significans quod in eo Dominus transiturus esset ex hoc mundo ad patrem, & quod eius exemplo fideles abiectis temporalibus desiderijs, abiecta uitiorum seruitute, continuis uirtutum studijs transire debent ad promissionem patriae caelestis. Quomodo autem transierit Iesus ex hoc mundo ad patrem, pulchro sermone designat Euangelista cum dicit, Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. id est, intantum dilexit, ut ipsa dilectione uitam ad tempus finiret corporalem, mox de morte ad uitam, de hoc mun-

do transiturus ad patrem. Maiorem enim hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam quis ponat pro amicis suis. Vnde recte uterque transitus, & legalis uidelicet, & Euangelicus, sanguine consecratus est, ille agni paschalis, iste eius de quo dicit Apostolus, Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Iste sanguine fuso in cruce, ille in cruce modum medio limine & superliminari medius asperso in postibus, Pascha non (sicut quidam existimant) Graecum nomen est, sed hebraeum: opportunissime tamen occurrit in hoc nomine quaedam congruentia utrarumque linguarum. Quia enim patitur, graece πασχα dicitur, ideo pascha passio putata est: uel hoc nomen a passione sic appellatum. In sua uero lingua, hoc est Hebraea, pascha transitus dicitur, propterea quod tunc primum pascha celebrauit populus dei, quando ex Aegypto fugientes, Rubrum mare transierunt. Hoc itaque nomen, id est pascha, quod latine, ut dixi, transitus nuncupatur, uelut interpretas nobis beatus Euangelista, Ante diem, inquit, festum paschae sciens Iesus, quia uenit eius hora, ut transeat ex hoc mundo ad patrem. Ecce pascha, ecce transitus. Vnde, & quod De hoc scilicet mundo ad patrem. Spes membrum in capite est data, quod essent illo transeunte sine dubio secutura. Quid ergo infideles, & ab hoc capite atque ab eius corpore alieni? nonne & ipsi transeunt, quia non permanent? Transeunt plane & ipsi. Sed aliud est transire de mundo, aliud transire cum mundo, aliud ad patrem, aliud ad hostem. Nam & Aegyptij transierunt, non enim perse-quendo manserunt non tamen transierunt per mare ad regnum, sed in mari ad interitum. Sciens ergo Iesus quia uenit eius hora, ut transiret ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Vtique, ut & ipsi de hoc mundo ubi erant, ad suum caput quod hinc transisset, eius dilectione transierent. Quid est enim in finem, nisi in Christum? Finis enim legis Christus, ait Apostolus, ad iustitiam omni credenti. Finis perficiens, non interficiens: finis quod usque eamus, non ubi pereamus. Sic omnino intelligendum est, Pascha nostrum immolatus est Christus. Ipse est enim finis noster, in illum est transitus noster. Intelligendum, in finem dilexit eos, usque ad mortem dilexit eos: quia tantum dilexit, ut ipse moreretur propter eos. **Et cena, inquit, facta, cum diabolus iam misisset in cor, ut traderet eum Iudas Simonis Iscariotes.** Cena ergo facta dictum est iam parata, & ad conuiuantium mensam usumque perducta. Quod autem ait, Cum diabolus iam misisset in cor, ut traderet eum Iudas Simonis Iscariotes: si quaeris quid nullum sit in cor Iudae: hoc utique, ut traderet eum. Missio ista, spiritualis suggestio est: quae non fit per aurem, sed per cogitationem: ac per hoc non corporaliter, sed spiritualiter. Neque enim spirituale quod dicitur, semper in laudem accipiendum

Ioan. 15. Sanguine consecratus uterque transitus, & legalis & Euangelicus,
Pascha, transitus,
Cena Domini,
Transitus multiplex, Exo. 14.
Rom. 10. Christus finis legis.
Spirituali non semper in laudem.

accipiendum est. Nouit Apostolus quaedam spiritualia nequitiae in caelestibus, aduersus quae nobis colluctationem esse testatur. Non autem essent etiam maligna spiritualia, si non essent etiam maligni spiritus: ab spiritu enim spiritualia nominantur. **Sciens quia omnia dedit ei pater in manus, & quia a Deo exiit, & ad Deum uadit.** Cum ergo illi pater omnia dedisset in manus, cur ille discipulorum non manus, sed pedes lauit? Sciebat quia per humilitatem incarnationis a Deo exiit, & per uictoriam resurrectionis ad deum erat rediturus, nec Deum cum inde exiret, nec nos deserens cum rediret, Sciebat quidem omnia haec, & tamen in magna suae indicium, in magna nostrae exemplum humilitatis, surgit a cena, ponit uestimenta sua, lauat pedes discipulorum: non dei domini, sed hominis serui implens officium: & eis quoque pedes humiliter abluens, cuius manus in sua traditione nouerat, pro-caciter esse polluentes. Quod si altiori indagine mysterium hoc humillimum nostri saluatoris pertractare delectet, cena haec sacrosancta, in qua cum discipulis recubuit dominus, tempus significat uniuersum quo corporaliter in ecclesia demoratur, & dapibus uerbi salutaris, ac miraculorum suorum dulcedine cunctos longe lateque pauit, & ipse audientium fide ac dilectione passus est, quia quotquot ad gratiam ueritatis conuer-tit, per Ecclesiam quati more uescentium fecit augmentum. **Surrexit autem a cena, & posuit uestimenta sua.** Quando temporaliter cum hominibus amplius conuersari desistens, membra corporis assumpti deposuit in cruce. **Accepto linteo praecinxit se.** Quando accepto a patre mandato patendi pro nobis, in ipso passionis exercitio sua membra circumdedit. Solet namque per linteam, quod multifario tormentorum labore conficitur, afflictio passionum figurari. Et Dominus ponens uestimenta, linteo praecingitur, ut significet se habitum corporis quem induit, non sine pressura dolorum, sed longa crucis tribulatione deponere. **Misit aquam in peluim, & cepit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo quo erat praecinctus.** Quando defunctus in cruce, a quam una cum sanguine de latere suo profudit in terram, quibus credentium opera munda-ret, eademque opera non solum passionis sacramentis sanctificare, sed etiam eisdem exemplis confirmare dignatus est. **Uenit ergo ad Simonem Petrum.** Quali aliquibus iam lauisset, & post eos uenisset ad primum. Quis enim nesciat primum Apostolorum esse beatissimum Petrum? Sed non ita intelligendum est, quod post alios quos ad illum uenerit, sed quod ab illo coe-pe-rat. Quando ergo pedes discipulorum lauare coepit, uenit ad eum a quo coepit, id est, ad Petrum: & tunc Petrus, quod etiam quilibet eorum expauescit, expauit, atque ait, **Domine tu mihi lauas pedes?** Tu mihi: Quid est, tu quid est, mihi? Cogitanda sunt potius quam dicenda: ne

forte quod ex his uerbis aliquatenus dignum concipit anima, non explicet lingua. **Sed respondit Iesus, & dixit ei, Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea.** Nec tamen ille dominici facti altitudine exterritus, permittit fieri, quod cur fieret ignorabat, sed usque ad suos pedes humiliter Christum adhuc non uult uidere, non potest sustinere. **Non lauabis, inquit, mihi pedes in aeternum.** Quid est, in aeternum? Nunquam hoc feram, nunquam patiar, nunquam sinam. Hoc quippe in aeternum non fit, quod nunquam fit. Tum Saluator aegrum reluctantem de ipsius salutis periculo exterrens, **Si non lauero te, inquit, non habebis partem mecum.** Ita dictum est, si non lauero te, cum de solis pedibus ageretur, quomodo dici assolet, calcas me, quando sola planta calcatur. At ille amore & timore turbatus, & plus expauescens Christum sibi negari, quam usque ad pedes suos humiliari, **Domine (ait) mi, non tantum pedes meos, sed manus, & caput.** Quando quidem sic minaris, lauanti tibi membra mea, non solum ima non subtraho, uerum etiam prima sub-ferno. Ne mihi neges capiendam tecum partem, nullam tibi nego abluendam mei corporis partem. **Dicit ei Iesus, Qui lotus est, non indiget nisi pedes lauare, sed est mundus totus.** Totus utique praeter pedes, uel nisi pedes, quos habet opus lauare. Sed quid est hoc? quid sibi uult? quid hic necessarium est ut quaeramus? Dominus dicit, ueritas loquitur, quod opus habeat pedes lautare, etiam ille qui lotus est. Quid fratres mei, quid putatis? nisi quia homo in sancto quidem baptismo totus abluatur, non praeter pedes, sed totus omnino: ueruntamen cum in rebus humanis postea uiuitur, utique terra calcatur. Ipsi igitur humani affectus, sine quibus in hac mortalitate non uiuitur, quasi pedes sunt, ubi ex humanis rebus afficimur: & sic afficimur, ut si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipiamus, & ueritas in nobis non sit. **Co-tidie igitur pedes lauare nobis, qui interpellat pro nobis: & quotidie nos oportet habere ut pedes lauemus, in ipsa oratione dominica profitemur, cum dicimus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Si enim confiteamur, sicut scriptum est, peccata nostra, profecto ille qui lauit pedes discipulorum suorum, fidelis est & iustus: qui dimittat nobis peccata nostra, & mundet nos ab omni iniquitate, id est usque ad pedes quibus conuersamur in terra. Lauatio pedum illa, remissionem quidem peccatorum designat: non tamen eam quae semel in baptisate datur, sed illam potius qua quotidie animi fidelium reatus, sine quibus in hac uita non uiuitur, quotidiana eius gratia mundantur. Pedes namque, quibus incedentes terram tangimus, ideoque eos a contagio pulueris, sicut reliquum corpus immunes custodire nequimus ipsam terrenae habitationis necessitatem designant. Qui ergo lotus est, non indiget nisi ut**

Christum, quid signifi-cet.
Baptismi ef-ficacia.
Affectus nostri p. = des nostri.
Contid. = na peccata.
Mat. 6. Orationis quotidianae necessitas.
Pedum la-tio.

Supra 7.
2. Ioan. 2.
Infra 15.

Pascha.
Exod. 12.

Ephes. 6.

Cena Do-minica.

Linteam.

Petrus A-postolorum primus.

Lotum pe-dum Apo-stolorum per

10

20

30

40

50

60

pedes lauet, sed est mundus totus: quia qui ablutus est fonte baptismatis in remissionem omnium peccatorum, non indiget rursus, imo non potest eodem modo abluere: sed quotidiana tantum mundanę conuersationis contagia, necesse habet quotidiana sui redemptoris indulgentia tergantur. Est enim toto actionum suarum corpore mundus, exceptis dumtaxat ijs quę mę tinent necessitate curę temporalis adhaeserunt: ob quorū quotidianam sordidationē simul & mūdationem quotidie dicimus orantes, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Verum hæc de Apostolis, eorumq; similibus. At nos, qui diuini saepe timoris obiti, iter lautum incedimus, non illa leui & quotidiana orationum solennitate possumus ab erratum nostrorum sorde liberari, sed maior necesse est inquinatio maiori orationum, uigiliarum, uel ieiuniorum, lachrymarum atq; elemosynarum exercitio purgetur. Postquam uero lauit pedes discipulorum Dominus, accepit uestimenta sua, & cum recubisset uerum.] Aperuit uerbo mysterium lauationis, quod eis paulo ante factum necdum sciētibus exhibuerat: quia postquam patiendo in cruce, lauacrum nobis remissionis consecrauit, accepit membra iam immortalia, quę mortalia posuerat: & cum post resurrectionem apparuisset discipulis, ac familiariter cum eis esset, etiam in cōuescendo per dies quadraginta conuersatus, exposuit eis utilitatem suę passionis, cuius eatenus quia uirtutem mysticam nesciebant, euentum satis timebant.

Necessitatibus proximorum subuenire debemus.

1. Ioan. 5. Fratru pro peccatis orare debemus. Confessio mutua.

tam inopinati, tam admirabilis, tam expauescendi, & nisi uehementer ipse terruisset, nullo modo sinendi, ut magister non tantū ipsorum, sed & angelorum, & dominus non tantum ipsorum, sed rerum omnium, lauaret pedes discipulorum & seruatorum suorum. Huius ergo tanti facti quoniam promiserat scientiam dicens, Scies postea: quid sit quod fecit, docere nunc incipit. Vos, inquit, uocatis me magister & domine: & bene dicitis. sum etenim. Bene dicitis, quia uerum dicitis. sum quippe quod dicitis, Homini præceptum est. Non te laudet os tuum, sed laudet te os proximi tui. periculosum est enim sibi placere, cui cauendum est superbire. Ille autem qui super omnia, quantumcumque se laudet, non se extollit excelsus. Nec potest recte dici arrogans Deus, nobis nanque expedit eum nosce, non illi. Nec eum quisquam cognoscit, si non se indicet ipse qui nouit. Si ergo non se laudando, quasi arrogantia uitare uoluerit, nobis sapientiam denegabit. Et magister quidem quod se esse dicit, nemo reprehederet, etiā qui eū nihil esse aliud quam hominē crederet, quoniam id profiteretur quod & ipsi homines in quibuslibet artibus usq; adeo sine arrogantia profiterentur, ut professores nocentur. Quod uero Dominum & ipse se dicit discipulorū suorum, cum sint illi etiam secundū seculū ingenui, quis ferat in homine? Sed Deus loquitur, nulla est hic elatio tantę celsitudinis, nullū mendacium ueritatis. Nobis subiacere illi, utile est celsitudini. Nobis seruire, utile est ueritati. Quod se dominū dicit, non illi est uirtutis, sed nobis est beneficium. Dicit uerū qui ueritas est, ne non dicam ego quod utile est, dū taceret ille quod est. Beatissimus Paulus, non utiq; unigenitus dei filius, sed unigeniti filij dei seruus & Apostolus, non ueritas, sed particeps ueritatis, agit libere atque constanter. Et si uoluerit gloriari, non ero insipientes, ueritatē enim dico. Neq; enim in seipso, sed in ipsa ueritate, quę superior est ipso, & humiliter & ueraciter gloriaretur: quoniam & ipse præcipit, ut qui gloriatur, in Domino gloriatur. Ita ne non timeret insipientiā, si gloriari uellet amator sapientię, & in gloria sua timeret insipientiam ipsa sapientiā. Non timuit arrogantiam, qui dixit, In domino laudabitur anima mea: & in laude sua timeret arrogantiam potestas dominī, in quo laudabitur anima serui? Vos, inquit, uocatis me magister & domine, & bene dicitis, sum etenim. Ideo bene dicitis, quia sum. Nam si non essem quod dicitis, male diceretis, etiā si me laudaretis. Si ergo ego, inquit, laui pedes uestros dominus & magister, debetis & uos alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, ita & uos faciatis. Hoc est beate Petre, quod nesciebas, quando fieri non sinebas. Hoc tibi postea sciendum promisit, quando ut sineres, terruit magister tuus & Dominus Deus tuus lauans pedes tuos. Est enim

Prou. 27. Laus propria sordet.

Magister quis dicatur.

Professores.

Pauli Apostoli gloria.

2. Cor. 12.

1. Cor. 1.

Psal. 33. Laus Dei omnia superat.

Tit. 5. Latio pedum manibus facie de. Dan. 3.

Humilitatio Christi ana ad pedes usque proximi la uandos. Affectus nostri. Dimittite nobis debita nostra, interpreta tum.

Oratio pro inuicem. Interpellatio Christi pro nobis.

Ephes. 4.

Donare in uicem delicta debemus.

enim apud pleroseq; consuetudo huius humilitatis usq; ad factum quod cernatur expressa. Vnde & Apostolus cum benemeritā uiduam commendaret, si hospitio, inquit, recepit, si sanctorum pedes lauit. & apud sanctos uanicun- que hæc consuetudo non est, quod manu non faciunt, corde faciunt: in illorum numero sunt, quibus dicitur in hymno beatorū trium uirorum, Benedicite sancti & humiles corde dominum. Multo autem melius, & sine cōtrouersia uerius, ut etiam manibus faciat: nec dedignetur quod fecit Christus, facere Christianus. Cū enim ad pedes fratris inclinatur corpus, etiam in corde ipso uel excitatur, uel si iam inerat, cōfirmatur ipsius humilitatis affectus. Sed excepto isto mortali intellectu, ita nos huius dominici facti altitudinem commendasse meminimus, quod lauando pedes iam lotorū atq; mūdatorum discipulorum significauerit dominus propter humanos quibus in terra uersamur affectus, quantumlibet profecerimus in apprehensione iustitię, nos sine peccato non esse, quos subinde abluat interpellando pro nobis, cum oramus patrem qui in cælis est, ut debita nostra dimittat nobis, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quomodo ergo ad hunc intellectum poterit pertinere hoc quod ipse postea docuit, ubi sui facti exposuit rationem, dicens, Si ego laui pedes uestros dominus & magister, debetis & uos alter alterius lauare pedes. Ex plurimum enim dedi uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, ita & uos faciatis? Nunquid dicere possumus, quod etiam frater fratrem a delicti poterit cogitatione mundare? Imo uero id etiam nos esse admonitos in eius dominici operis altitudine nouerimus, ut confessi inuicem delicta nostra, oremus pro nobis, sicut Christus interpellat pro nobis. Audiuimus Apostolum Iacobum hoc ipsum euidentissime præcipientem, ac dicentem, Cōfitemini inuicem delicta uestra, & orate pro uobis: quia ad hoc dominus nobis dedit exemplum. Si enim ille qui nullum peccatum nec habet nec habuit nec habebit, orat pro peccatis nostris, quanto magis nos inuicem pro nostris orare debemus? & si dimittit nobis ille, cui non habemus quod dimittamus, quāto magis dimittere deberimus inuicem nobis, qui sine peccato hic uiuere non ualemus: Quid enim uidetur in hac altitudine sacramenti Dominus significare cum dicit, Exemplum enim dedi uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, ita & uos faciatis nisi quod apertissime dicit Apostolus, Donantes uobis met ipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut & dominus donauit uobis, ita & uos inuicem itaq; nobis delicta donemus, & pro nostris delictis inuicem oremus, atq; ita quodammodo inuicem pedes nostros lauemus. Amen amen dico uobis, non est seruus maior domino suo, neque Apostolus maior eo qui misit illum. Hoc ideo dixit, quia

lauerat pedes seruatorum Dominus: & ipse qui qui misit, eorū quos misit, ἀπόστολος græce, latine dicitur missus, ut ostenderet ea quę excelsus fecit humiliter, multo magis humilibus & infirmis humiliter esse faciendā. Sed ut & hoc in loco spiritualis intellectus cōmoneret, quia si ipse qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, interpellat pro nobis excelsibus, multo magis ipsi debemus orare pro inuicem. Sed & si dimittit nobis ille, cui non habemus quod dimittamus, multo magis oportet nos alterutrum dimittere nobis debita nostra: quod ipsum Apostolus quoque præcipiens ait, Estote autem inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & deus in Christo donauit uobis. Si hæc, inquit, scitis, beati eritis, si feceritis ea. Salutaris hæc multū nostri saluatoris & sedulo est cogitanda sententia, quia beati erimus sciendo cælestia præcepta, si tamen ea que nouimus, operādo secutemur. Qui enim cognita eius mādāta seruire negligit, beatus esse non ualet, qui hæc uel cognoscere contemnit, multo longius a beatorum sorte secluditur. Cū ergo hæc dominus præmisisset, adiunxit, Non de omnibus uobis dico, ego scio quos elegerim, sed ut impleatur scriptura, Qui manducat meū panē leuabit super me calcaneum suū. Hoc quid est aliud, nisi, conculcabit me? Notum est de quo loquatur Iudas ille traditor eius attingitur, ergo ipsum non elegerat: unde ab eis quos elegerat, isto sermone discernit. Quod ergo dico, inquit, beati eritis, si feceritis ea, non de omnibus uobis dico: est inter uos qui non erit beatus, neque faciet ea. Ego scio quos elegerim. Quos nisi eos qui beati erunt faciendo quę præcepit, ac faciendā commonstrauit, qui efficere beatos potest. Non est igitur traditor Iudas electus? Quid est ergo quod alio loco dicit, Nonne ego uos duodecim elegi, & unus ex uobis diabolus est? An & ipse ad aliquid electus? Ad quod utique erat necessarius, non autem ad beatitudinem, de qua modo ait, Beati eritis si feceritis ea, hoc non de omnibus dicit. Scit enim quos ad societatem beatitudinis huius elegerit, non est ex eis iste, qui panem illius sic edebat, ut super eum leuaret calcaneum. Illi manducabant panē dominicū, ille panem Domini cōtra dominū. Illi uitam, ille panem. Qui enim manducat indigne, ait Apostolus, iudiciū sibi manducat. Amodo, inquit, dico uobis prius quā fiat, ut credatis cum factum fuerit, quia ego sum. Id est, ego sum de quo illa scriptura præcessit, ubi dictum est, Qui manducat meum panem, leuabit super me calcaneum. Deinde sequitur, & dicit, Amen amen dico uobis, quia qui accipit eum, si quem misero, me accipit, Qui autem me accipit, accipit eum qui me misit. Si enim uoluerimus intelligere hoc ideo dictum, Qui me accipit, accipit eum qui me misit: quod unius nature sint pater & filius: consequens uidebitur ex eorundem uerborum regūa, quā dictum est, Qui accipit, si quem

Apostolus missus dicitur.

1. Pet. 2.

Ephes. 4.

Scire præcepta non sufficit, nisi & facias.

quem

Psal. 18.

Christus in predicatoribus suis missis recipitur.

Ioan. 6.

Christi turbatio.

Passionibus ne succubamus, passionem in se nosstris Christus recipit.

quem misero, me accipit: ut unius naturae sit filius & Apostolus. Possit quidem & hoc non in conuenienter intelligi, quoniam geminae est gigas illae substantiae, qui exultauit ad currendam vitam. Verbum enim caro factum est, hoc est, Deus homo factus est. Proinde ita dixisse possit uideri, Qui accipit eum quem misero, me secundum hominem accipit. qui autem me secundum deum accipit, accipit eum qui me misit. Sed cum ista dicebat, non ab illo naturae unitas, sed in eo qui mittitur, mittentis commendatur authoritas. Sic itaque unusquisque eum qui est missus accipiat, ut in illo eum qui misit attendat. Si ergo attendas Christum in Petro, inuenies discipuli praecceptorem. Si autem attendas patrem in filio, inuenies unigeniti genitorem, ac sic in eo qui missus est, sine ullo accipis errore mittentem. Cum haec dixisset Iesus, turbatus est spiritu, & protestatus est, & dicit, Amen amen dico uobis, quia unus ex uobis tradet me. Hinc ceterum turbatus est Iesus non carne, sed spiritu, quia dicturus fuerat, Unus ex uobis tradet me. Nunquid nam illi hoc tum primum uenit in mentem, uel tunc primum ei subito reuelatum est, eumque repente tanti mali nouitate turbauit? Nonne hinc paulo ante loquebatur dicens, Qui manducat meum panem, leuauit super me calcaneum? Nonne etiam superius iam dixerat, Et uos mundi estis, sed non omnes? Vbi Euangelista subiunxit, Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum: quem iam & ante significauerat dicens, Nonne ego uos duodecim elegi, & unus ex uobis diabolus est? Quid est ergo quod nunc turbatus est spiritu, cum protestatus est, & dixit, Amen amen dico uobis, quia unus ex uobis tradet me? An quia iam eum fuerat expressurus, ut non lateret in ceteris, sed discernere retur a ceteris, ideo turbatus est spiritu? & quia ipse traditor iam fuerat, ut Iudaeos quibus Dominus ab eo traderetur, adduceret, turbauit eum imminens passio, & periculum proximum, & traditoris impendens manus, cuius fuerat praecognitus animus? Tale quippe hoc est quod Iesus turbatus est spiritu, quia etiam illud quod ait, Nunc anima mea turbata est, & quid dicam? Pater, salua me ex hac hora, sed propterea ueni in horam hanc. Sicut ergo hic eius anima turbata est hora propinquante passionis, ita etiam nunc exituro Iuda, atque uenturo, & propinquante tanto scelere traditoris, turbatus est spiritu. Turbatur ergo potestate habens ponendi animam suam, & potestatem habens iterum sumendi eam. Turbatur tam ingens potestas, turbatur petrae firmitas, an potius in eo nostra turbatur infirmitas? Ita uero nihil indignum credant serui de domino suo, sed agnoscant se membra in capite suo. Qui mortuus est pro nobis, prius turbatus est idem ipse pro nobis. Quis ergo potestate mortuus est, potestate turbatus est. Qui transfigurauit corpus humilitatis no-

stra, conformatum corpori gloriae suae, transfigurauit in se etiam affectum infirmitatis nostrae, compatiens nobis affectu animae suae. Proinde quando turbatur magnus, fortis, certus, in uictus, non timeamus quasi deficiat; non perit, sed nos quaerit, nos in qua, nos omnino sic quaerit: nos ipsos in illius perturbatione uideamus, ut quando turbamur, non desperatione pereamus, nam quando turbatur, qui non turbaretur nisi uolens, consolatur qui turbatur & nolens. Turbetur plane animus Christianus, non miseria, sed misericordia. timeat ne pereant homines Christo. contristetur cum perit aliquis Christo. laetetur, cum accipiuntur homines Christo. concupiscat acquiri homines Christo. Timeat & sibi, ne pereat Christo. Contristetur peregrinari se a Christo, concupiscat regnare cum Christo. Laetetur dum sperat se peregrinaturum esse cum Christo. Iste sunt ceterae quatuor quas perturbationes uocant, timor & tristitia, amor & laetitia. Habent eas iustus de causis animi Christiani. Firmissimi quidem sunt Christiani, si qui sunt, qui nequaquam morte imminere turbantur. Sed nunquid Christo firmiores? Quis hoc infansimus dixerit? Quid est ergo quod ille turbatus est, nisi quia infirmus in suo corpore, hoc est in sua ecclesia, suae infirmitatis uoluntaria similitudine consolatus est: ut si qui suorum adhuc morte imminente turbantur, ipsum intueantur, ne hoc ipso se putantes reprobos, peiore desperationis morte forebeantur. Quantum itaque bonum de participatione diuinitatis eius expectare & sperare debemus, cuius nos & perturbatio tranquillat, & infirmitas firmat? Siue ergo isto loco ipsum Iudam pereuntem miserando turbatus est, siue sua morte propinquante turbatus est, non est tamen ullo modo dubitandum, non eum animi infirmitate, sed potestate turbatum: ne nobis desperationis salutis oriatur, quando non potestate, sed infirmitate turbamur. Carnis quippe ille gerebat infirmitatem: quae infirmitas resurrectione consumpta est. Sed quia non solum homo, uerum etiam deus erat, ineffabili distantia uniuersum genus humanum animi fortitudine superabat. Non ergo aliquo est cogente turbatus, sed turbauit semetipsum: quod de illo euidenter expressum est, quando Lazarum suscitauit. Nam sibi scriptum est, quod turbauit semetipsum, ut hoc intelligatur & ubi non legitur scriptum: & tamen eum legitur fuisse turbatum. Affectum quippe humanum, quando oportuisse iudicauit, in semetipso potestate commouit, qui hominem totum potestate suscepit. Etiam hoc nobis Dominus significare suae perturbatione dignatus est, quod scilicet falsi fratres, & dominici agri illa zizania ita necesse est usque ad messis tempus inter frumenta tollerari, ut quando ex his aliqua separari etiam ante messem urgens causa compellit, fieri sine Ecclesiae

Philip. 3.

Turbatio hominis Christiani qualis esse debeat.

Perturbationes animi.

Carnis nostrae infirmitatem Christus accepit, & quare.

Mat. 13. Zizania rurum tolleratio.

schismatizantium turbatio.

1. Ioan. 2.

Sinus Iesu, pectus Iesu.

Ecclesiae perturbatione non posset. Hanc perturbationem sanctorum suorum per schismatizantes & haeticos futurum quodammodo praenunciens dominus, praefigurauit in seipso, cum exituro Iuda homine malo, & commissionem frumenti in qua diu fuerat toleratus, separatus separatione apertissima, relicto, turbatus est non carne, sed spiritu. Spirituales enim eius in huiusmodi scandalis non pueritate sed charitate turbantur, ne forte in separatione aliquorum zizaniorum simul aliquod eradicetur & triticum. Turbatus est itaque Iesus spiritu, & protestatus est, & dixit, Amen amen dico uobis, quia unus ex uobis tradet me. Unus ex uobis, numero, non merito: specie, non uirtute: commistione corporali, non uinculo spiritali: carnis admiratione, non cordis totius unitate. Proinde non qui ex uobis est, sed qui ex uobis exiturus est. Nam quomodo erit uerum quod protestatus est Dominus, & dixit, Unus ex uobis, si uerum est quod ait idem ipse in epistola sua, cuius est hoc Euangelium, Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum. Non erat igitur ex illis Iudas, mansisset enim cum illis, si esset ex illis. Quid est ergo, Unus ex uobis tradet me? nisi, Unus ex uobis exiturus est, qui tradet me? quia & ille qui ait, Si fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum: iam dixerat, ex nobis exierunt: ac per hoc utrumque uerum est, ex nobis, & non ex nobis. Secundum aliud ex nobis, secundum aliud non ex nobis. Secundum communionem sacramentorum ex nobis, secundum suorum proprietatem criminum non ex nobis. Aspiciant ergo ad inuicem discipuli, haesitantes de quo diceret. Sic quippe in eis erat erga magistrum suum pia charitas, ut tamen eos humana alterum de altero stimularet infirmitas. Nota quidem sibi erat cuiusque conscientia: ueruntamen quia proximi erat ignota, ita sibi singulis quisque erat certus, ut incerti essent & ceteris singuli, & singulis ceteri. Erat ergo recumbens unus ex discipulis eius in sinu Iesu, quem diligebat Iesus. Quid dixerat in sinu, paulo post ait, ubi dicit, super pectus Iesu. Ipse est Ioannes, cuius est hoc euangelium, sicut postea manifestat. Erat enim haec eorum consuetudo qui sacras nobis literas ministrarunt, ut quando ab aliquo eorum diuina narrabatur historia, cum ad se ipsum ueniret, tanquam de alio loqueretur, & sic insereret ordinem narrationis suae, tanquam rerum gestarum scriptor, non tanquam scriptus praedicator. Quocirca quod etiam hic beatus Euangelista non ait, Erat recumbens in sinu Iesu: sed ait, Erat recumbens unus ex discipulis: nostrorum auctorum consuetudinem agnoscamus potius quam miremur. Quid enim deperit ueritati, quando & res ipsa dicitur, & modo quodam dicendi facultate deuitatur? Hoc quippe narrabat, quod ad eius laudem maxi-

mam pertinebat. Quid est autem, quem diligebat Iesus? quasi alios non diligeret, de quibus idem ipse Ioannes superius ait, In sinem dilexit eos, & ipse dominus, Maiorem haec charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis. Et quis enumeret omnia diuinarum testimonia paginarum, quibus Dominus Iesus non illius, nec eorum qui tunc erat tantum, sed etiam post futurorum membrorum suorum, & totius ecclesiae suae dilector ostenditur? Sed profecto latet hic aliquid, & pertinet ad sinum in quo recumbebat qui ista dicebat. Per sinum quippe quid significatur aliud quam secretum? Innuat ergo Simon Petrus, & dicit ei. Notanda est locutio, dici aliquid non sonando, sed tantummodo innuendo. Innuat, inquit, & dicit. Utique innuendo dicit. Si enim cogitando aliquid dicitur, sicut scriptura loquitur, Dixerunt apud semetipsos: quanto magis innuendo, ubi iam foras qualibuscunque signis promittitur quod fuerat corde conceptum? Quid ergo dixit innuendo? quid nisi quod sequitur, Quid est de quo dicit? Haec uerba Petrus innuit, quia non sono uocis, sed motu corporis dixit. Itaque cum recubisset ille super pectus Iesu. Hic est utique pectoris sinus, sapientiae secretum. Dicit ei, Domine, quis es? Respondit Iesus, Ille est, cui intinctum panem porrexero. Et cum intinxisset panem, dedit Iuda Simonis Iscariotae. Et post panem tunc introiit in illum Satan. Expressus est traditor, nudatae sunt latebrae tenebrarum. Bonum est quod accepit, sed malo suo accepit, quia male bonum malus accepit. Multum quippe interest, non quod accipiat, sed quis accipiat: nec quale sit quod datur, sed qualis ipse cui datur. Nam & bona obfunt, & mala profunt, sicut fuerint quibus datur. Peccatum inquit, Apostolus, ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem. Ecce per bonum factum est malum, dum male accipitur bonum. Quid ergo miraris, si datus Iudae panis Christi, per quem manciparetur diabolo, cum uideas e contrario datum Paulo angelum diaboli, per quem perfecteretur in Christo? Ita & malo bonum obfuit, & bono malum profuit. Recordamini unde sit scriptum, Quicumque manducauerit panem, aut biberit calicem domini indigne, reus erit corporis sanguinis domini. & de his erat sermo cum hoc Apostolus diceret, quia domini corpus uelut quaelibet alium cibum indistincte negligenter sumebant. Hic ergo si corripitur qui non dicitur, hoc est, non discernit a ceteris cibis Dominicum corpus, quomodo damnatur qui ad eius mensam fingens amicum accedit inimicus? Si reprehensione tangitur negligentia conuiuantis, qua pena percutitur uenditor inuita demonstratio cui gratia fuisset ingratus. Intrauit ergo post hunc panem Satan in Domini traditorem, ut sibi iam traditum plenius possideret, in quem prius intrauerat, ut deciperet.

Dilexisset Ioannem praeceteris Christus, cur dicitur.

Dicit aliquid etiam innuendo, & cogitando.

Bona malis obfunt, & mala bonis profunt.

1. Cor. 11. Angelus diabolus Panis datus.

Corpus Christi non negligenter sumendum, aut indistincte.

Bucella intincta Iudae.

Nec

Luc. 25. Satanas quomodo in Iudam intravit.

Christus per buccellam intin- etiam, suū exprimit traditorē.

Corpus Christi quomodo Iudas accepit.

Rmo. 4.

Ephes. 5.

Loculi Christi.

Neque enim non in illo erat quando ad Iudaeos perrexit, & de pretio tradendi Domini pactus est, cum hoc apertissime Lucas Euangelista testetur & dicat, Intrauit Satanas in Iudam, qui cognominatur Iscariotes, unū de duodecim, & absit, & locutus est cum principibus sacerdotum. Ecce ubi ostenditur quod iam intrauerat Satanas in Iudam. Prius ergo intrauerat immittendo in cor eius cogitationem qua traderet Christum, talis enim iam uenerat ad eonandum. Nunc autem post panem intrauit in eum, non ad hoc ut alienum tentaret, sed ut proprium possideret. Non autem, ut putant quidam negligenter legentes, tunc Iudas Christi corpus accepit. Intelligendum est enim quod iam omnibus eis distribuerat Dominus sacramentum corporis & sanguinis sui, ubi & ipse Iudas erat, sicut sanctus Lucas euidentissime narrat. Ac deinde ad hoc uentum est, ubi secundum narrationem Ioannis apertissime dominus per buccellam intin- etiam atq; porrectam suam exprimit traditorem, fortasse per panis tinctionem illius significans fictionem. Nō enim omnia quae tinguntur, abluuntur, sed ut inficiantur, nonnulla tinguntur. Si autem bonum aliquid hic significat tinctione, eidem bono ingrati non immerito est secuta damnatio. Adhuc tamē Iudae possessio non a domino, sed a diabolo, cum homini ingrato intrasset panis in uentrem, hostis in mentem; adhuc inquam tanti mali iam corde concepti plenus restabat effectus, cuius iam praecesserat damnandus affectus. Itaq; Dominus, cum panis uictus panem mortuo tradidisset, & panem tradendo, panis traditorem ostendisset, Quod facis, inquit, fac citius. Non praecipit facinus, sed praedixit Iudae malū, nobis bonum. Quid enim Iudae peius, & quid nobis melius, quam traditus Christus, ab illo aduersus illum, pro nobis praeter illum? Quod facis, fac citius. O uerbum libētius paratū quam iratū: non tam in perniciem perfidū se ueniendo, quam ad salutem fidelium festinādo, quia traditus est propter delicta nostra, & dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea. Vnde & de ipso dicit Apostolus, Qui me dilexit, & tradidit seipsum pro me. Nisi ergo se traderet Christus, nemo traderet Christū. Quid habet Iudas, nisi peccatum? Neque enim in tradendo Christo salutem nostram cogitauit, propter quā est traditus Christus: sed cogitauit pecuniae lucrem, & inuenit animae demeritum. Quod facis, fac citius, non quia tu potes, sed quia hoc uult, qui totum potest. Hoc autem nemo sciuit discumbentium ad quid dixerit ei. Quid enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quia dicit ei Iesus, Eme ea quae opus sunt nobis ad diem festum: aut ut egenis aliquid daret. Habebat ergo dominus loculos: & a fidelibus oblata conseruans & suorum necessitatibus, & alijs indigentibus tribuebat. Tūc primum ecclesiasticae pecuniae forma est instituta, ubi intelligeremus, quod

praecipit, non cogitandum esse de crastino, non ad hoc fuisse praecipitum, ut nihil pecuniae feruaretur a sanctis, sed ne Deo propter ista seruiatur, & propter inopia timorem iustitia deseratur. Nam & Apostolus in posterum prouidens ait, Si quis fidelis habet uiduas, sufficienter tribuat eis, ut non grauetur Ecclesia, quo ueris uiduis sufficere possit. Cum ergo accepisset buccellam, exiit continuo. erat autem nox (Et ipse qui exiit, erat nox. Cū ergo exisset nox) ait Iesus, Nunc clarificatus est filius hominis. Dies ergo diei cruciat uerbum, id est, Christus discipulis fidelibus ut audirēt eū, & amarent sequēdo, & nox nocti annunciauit scientiam, id est Iudas Iudaeis fidelibus, ut uenirent ad eum, & apprehenderent persequēdo. Quid ergo ait Dominus posteaquam Iudas exiit, ut citius faceret quod erat facturus, hoc est Dominum traditurus? Quid ait dies, cum exisset nox? Quid ait redemptor cum exisset uēditor? Nunc, inquit, clarificatus est filius hominis. Quare nunc? Nunquid quia exiit qui tradat? quia imminet, qui teneant & occidant? Itaque nunc clarificatus est, quia prope est ut amplius humilietur? quia iam impendet ut alligetur, ut iudicetur, ut cōdemnetur, ut irrideatur, ut crucifigatur, ut interimatur. Hęcine est glorificatio? an potius humiliatio? Nonne quando miracula faciebat, ait tamē de illo iste ipse Ioannes, Spiritus nō erat datus, quia Iesus nondū erat clarificatus? Tunc ergo nondum erat glorificatus, cum mortuos suscitaret: & nunc est glorificatus, cum morti propinquaret? Nondum erat clarificatus facies diuina, & glorificatus est passus humana? Mirum si hoc Deus ille magister significabat, & dicebat his uerbis. Altius est perscrutandum altissimi dictum, qui se aliquid quantum manifestat ut inueniamus, & iterum occultat ut inquiramus, & de inuentis ad inuenienda tanquam passibus innitatur. Video hic aliquid quod praefigurat magnum aliquid. Exiit Iudas, & clarificatus est Iesus. Exiit filius perditionis, & clarificatus est filius hominis. Ille quippe exierat, propter quem dictum eis erat, Et uos mundi estis, sed non omnes. Exeunte itaque in mundo, omnes mundi remanserunt, & cum suo mundatore remanserunt. Tale aliquid erunt, cum uictus a Christo transferit hic mundus, & nemo in populo Christi remanebit immundus, cum zizanijs a tritico separatis iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui. Hoc futurum prauidens Dominus, & nunc significatū esse contestans, discedente Iuda, tanquam zizanijs separatis, remanentibus tanquam tritico Apostolis sanctis, Nunc, inquit, clarificatus est filius hominis, tanquam diceret, Ecce in mea illa clarificatione quid erit, ubi malorum nulluserit, ubi honorum nullus perit. Sic autem non est dictum, Nunc significata est clarificatio filij hominis: sed dictum est, Nunc clarificatus est filius hominis: quemadmodum non

Pecunia ecclesiastica, Mat. 6.

1. Timo. 5.

Dies diei eructat uerbum.

et c. interpretatur Nox peccati,

Ioan. 7.

Christi clarificatio.

Mat. 13.

1. Cor. 10. Mat. 13. Significata ita tanquam significatio ponit. Clarificatio Christi.

Modicum uobiscum sum, interpretatur. Act. 1.

Christino bificum praesentia.

non est dictum, Petra significabat Christum, sed petra erat Christus. Nec dictū est, Bonum semen significat filios regni, aut zizania significat filios maligni: sed dictū est, Bonum semen, hi sunt filij regni, zizania autem filij maligni. Si cut ergo solet loqui scriptura, res significantes tanquam illas quae significantur appellans, ita locutus est Dominus dicens, Nunc clarificatus est filius hominis, posteaquam separato in de nequissimo, & secum remanentibus sanctis, significata est clarificatio eius, quando separatis iniquis, manebit in aeternitate cū sanctis. Cum autem dixisset, Nūc clarificatus est filius hominis: adiunxit, Et Deus clarificatus est in eo. Ipsa enim clarificatio filij hominis est, ut Deus clarificetur in eo. Si enim nō ipse in seipso, sed deus clarificatur in illo, tunc Deus illum in se clarificat. Denique tanquam ista exponens adiungit & dicit, Si Deus clarificatus in eo, & Deus clarificabit eum in semetipso. Hoc est, si deus clarificatus est in eo, quia non uenit facere uoluntatem suam, sed uoluntatem eius qui misit illū: & Deus clarificauit eum in semetipso, ut natura humana, in qua est filius hominis, quae a uerbo aeterno suscepta est, etiam immortalī aeternitate donetur: & continuo inquit, clarificabit eum: resurrectionem scilicet suam, non sicut nostram in fine seculi, sed continuo futuram hac attestatione praedicans. Ipsa est enim clarificatio de qua Euangelista iam dixerat quod paulo ante commemorauit, quia propterea nondum erat spiritus datus, illo utique nouo modo in eis qui bus fuerat eo modo post resurrectionem credentibus dandus, quia Iesus nondum erat clarificatus, id est, nō dum fuerat mortalitas immortalitate uestita, & in aeterna uirtute temporalis infirmitas commutata. Potest & de ista clarificatione dictum uideri, Nūc clarificatus est filius hominis: ut quod ait nunc, non ad imminētē passionem, sed ad uicinam resurrectionem pertinere credatur, tanquam fuerit factum, quod erat tam proxime iam futurum. Filioli, adhuc modicum uobiscum sum. Ne putarent ergo quod sic eum clarificaturus esset deus, ut nō eis coniungeretur ulterius ea conuersatione qua in terra est, Adhuc, inquit, modicum uobiscum sum, tanquam diceret, Continuo quidem resurrectione clarificabor, nō tamen continuo ascensus sum in caelum, sed adhuc modicum uobiscum sum. Sicut enim scriptum est in Actibus Apostolorū, fuit cum eis post resurrectionem, quadraginta dies intrans & exiens, manducans & bibens, non quidem habens esuriendi ac sitiendi egestatē, sed usq; ad ista carnis insinuans ueritatem, quia cibandi & potandi iam non habebat necessitatem, sed potestatem. Hoc ergo quadraginta dies significauit dicendo, Adhuc modicum uobiscum sum: an aliquid aliud? Potest enim & sic intelligi, Adhuc modicum uobiscum sum, adhuc sicut uos in hac infirmitate

carnis etiam ipse sum: donec scilicet moreretur, ac resurgeret: quia posteaquam resurrexit, cum illis quidem fuit diebus, ut dictum est, qua draginta, exhibitione corporalis praesentiae: sed non cum illis fuit cōsortio infirmitatis humanae. Est & alia diuina praesentia sensibus ignota mortalibus, de qua item dicit, Ecce ego uobiscum sum usque ad consummationem seculi. Hoc certe non est, Adhuc modicum uobiscum sum. Non enim modicum est usq; ad consummationem seculi. Aut si & hoc modicum est, (uolat enim aetas, & in oculis dei mille anni sicut dies unus, aut sicut uigilia in nocte) non tamen hoc significare uoluisse credendus est nunc, quando quidem securus adiunxit, Quae retis me, & sicut dixi Iudaeis, quod ego uado, non potestis uenire. Vtique post hoc modicum quo uobiscum sum, quaeritis me: & quod ego uado, uos non potestis uenire. Nunquid post consummationem seculi, quod ipse uadit, uenire non poterunt? Et ubi est quod aliquando post in hoc ipso sermone dicturus est, Pater, uolo ut ubi ego sum, & ipsi sint mecum? Non ergo de illa sua cum suis praesentia, quae cum illis est usque ad consummationem seculi, nunc locutus est ubi ait, Adhuc modicum uobiscum sum: sed uel de infirmitate mortali, qua cū illis erat usq; ad passionem suā: aut de praesentia corporali, qua cum illis futurus erat usq; ad ascensionem suam. Quodlibet horum quis eligat, cum fide non litigat. Ne cui autē uideatur aborere iste sensus a uero, quod dicimus dominum mortalis carnis communionem, in qua cum discipulis usque ad passionem fuit, significare potuisse dicendo, Adhuc modicum uobiscum sum: apud alium quoque Euangelistam post resurrectionem eius uerba attendat: ubi ait, Haec locutus sum uobis, cum adhuc essem uobiscum, quasi tunc erat cū ipsis simul assisētibus, uidentibus, tangentibus, colloquentibus. Quid est ergo, cum adhuc essem uobiscum: nisi, cum adhuc essem in carne mortali, in qua estis & uos? Tūc enim in eadem carne quidem resuscitata erat, sed cū illis in eadem mortalitate iam non erat. Quapropter sicut ibi iam in mortalitate carnis ueraciter ait, Cū adhuc essem uobiscum, ubi nihil aliud intelligere possumus, quam cum adhuc essem in carnis mortalitate uobiscum: ita & hic non absurde dixisse intelligitur, Adhuc modicum uobiscum sum: tanquam diceret, Adhuc modicum, sicut uos estis, mortalis sum. Ergo sequētia uideamus, Quaeritis me: & sicut dixi Iudaeis, quod ego uado, uos non potestis uenire, & uobis dico modum, hoc est, modum non potestis. Iudaeis autem cum hoc diceret non addidit modum. Isti itaque non poterāt uenire tunc quod ille ibat, sed poterant postea. Nam hoc Apostolo Petro apertissime paulo post ait, Cum enim dixisset ille, Domine, quod uadis? respondit ei, Quo ego uado, non potes me modo sequi: se-

Praesentia diuina. Mat. 28.

Psal. 89.

Luc. 24.

queris autem postea. Sed hoc quid sit, non negligenter est praterendum. Quo enim sequi tunc non poterant discipuli dominum, sed postea poterant. Si dixerimus ad mortem, homini nato quod inuenitur tempus quo ad moriendum non sit idoneus? quando quidem talis est in corpore corruptibili hominum fors, ut non sit ea facilior uita, quam mors. Non igitur adhuc minus idonei erant sequi dominum ad mortem, sed minus idonei erant sequi dominum ad uitam quae non habet mortem. Illo quippe iubat Dominus, ut resurgens a mortuis iam non moreretur, & mori ei ultra non dominaretur. Moriturum quippe dominum pro iustitia, quo modo iam fuerat secuturi, adhuc martyrio non maturi? aut iterum dominum ad immortalitatem carnis quomodo iam fuerant secuti quando libet morituri, sed in seculi sine resurrectione? Aut iterum dominum ad sinum patris, nec relicturum eos, unde non recessit cum uenisset ad eos, quomodo iam fuerant secuturi cum esse nemo possit in illa felicitate, nisi perfectus in charitate? Ideo quod docetis quomodo idonei esse possent pergere quod ille antecedebat, Mandatum nouum, inquit, do uobis, ut diligatis inuicem. Hi sunt gressus quibus sequendus est Christus. Nonne iam hoc erat mandatum in antiqua Dei lege, ubi scriptum est, Diliges proximum tuum tanquam teipsum? Cur ergo nouum mandatum appellatur a domino, quod tam uetus esse conuincitur? An ideo est mandatum nouum, quia exuto uetere induit nos hominem nouum? Innouat quippe audientem, uel potius obedientem, non omnino, sed ista dilectio quam Dominus ut a carnali dilectione distingueret, addidit, Sicut dilexi uos, nam diligunt inuicem mariti & uxores, parentes & filii, & quaecumque alia homines inter se necessitudo humana deuinxerit, ut taceamus de dilectione culpabili atque damnabili, qua diligunt inuicem adulteri & adulterae, scortatores & meretrices, & quoscunque alios non humana necessitudo, sed humanae uitae noxia turpitudine coniungit. Mandatum ergo nouum nobis dedit Christus, ut diligamus inuicem, sicut ipse dilexit nos. Dilectio ista non innouat, ut simus homines noui, haeredes testamenti noui, cantatores cantici noui. Hac dilectio, fratres charissimi, antiquos etiam istos tunc patriarchas & prophetas, sicut postea beatos Apostolos, innouauit: ipsa & nunc innouat gentes, & ex uniuerso genere humano, quod diffunditur in toto orbe terrarum, facit & colligit populum nouum, corpus nouae nupte, filii dei unigeniti spousa, de qua dicitur in Cantico canticorum, Quae est ista quae ascendit dealbata? Vtique dealbata, quia innouata. Vnde nisi mandato nouo? propter quod pro inuicem in ea sollicita sunt membra. Audiunt enim atque custodiunt, Mandatum nouum do uobis, ut uos inuicem diligatis, non sicut se diligunt qui corrum

Homini fragilitas ac mortalitas.

Dilectionis mandatum quomodo nouum dicatur. Leuit. 19.

Amor uerus.

Amor Christianus.

Cantic. 3. & 8.

punt: nec sicut se diligunt, quia homines, sed se diligunt quoniam dii sunt, & filii altissimi omnes, ut sint filio eius unico fratres, ea dilectione inuicem diligentes, qua ipse dilexit eos, perducitur eos ad illud finem qui sufficiat eis, ubi satietur in bonis desiderium eorum. Tunc enim aliquid desiderio non deerit, quando omnia in omnibus deus erit. Nolite itaque putare fratres mei in hoc quod ait Dominus, Mandatum nouum do uobis, ut uos inuicem diligatis: illud magnam pretermisum esse, quo precipitur ut diligamus dominum Deum nostrum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente. Sed bene intelligentibus utrumque inuenitur in singulis. Nam & qui diligit Deum, non potest cum continere praecipientem ut diligit proximum, & qui sancte ac spiritualiter diligit proximum, quid in eo diligit nisi Deum? Ipsa est dilectio ab omni mundana dilectione discreta: quam distinguendo addidit Dominus, Sicut dilexi uos. Quid enim nisi Deum dilexit in nobis? non quod habebamus, sed ut haberemus, ut perducatur nos, sicut paulo ante dixit: ubi sit Deus omnia in omnibus. Sicut etiam medicus recte dicitur agros diligere: & quid in eis diligit nisi salutem? quam cupit utique reuocare: non morbum, quem uenit expellere. Sic ergo & nos inuicem diligamus, ut quantum possumus, inuicem ad habendum in nobis Deum cura dilectionis attrahamus. Hac dilectionem donat ipse nobis, qui ait, Sicut dilexi uos, ut & uos diligatis inuicem. Ad hoc ergo nos dilexit, ut & nos diligamus inuicem, hoc nobis conferens diligendo nos, ut mutua dilectione constringamur inter nos, & tam dulci uinculo connexis membris, corpus tantum capitis sumus. In hoc, inquit, cognoscent omnes, quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis in inuicem. Tanquam diceret, Alia munera mea habent uobiscum etiam non mei, non solum naturam, uitam, sensum, rationem, & eam salutem quae hominibus peccatoribusque communis est, uerum etiam linguas, sacramenta, prophetiam, scientiam, fidem, distributionem rerum suarum pauperibus, & traditionem corporis sui ut ardeant, sed quoniam charitatem non habentes, ut cymbala concrepant, nihil sunt, nihil eis prodest. Non ergo in illis quamuis bonis muneribus meis, quae habere possunt etiam non discipuli mei, sed in hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis in inuicem. O sponsa Christi, pulchra inter mulieres, O dealbata ascendens, & incumbens super fratru uelum tuum: quoniam cuius lumine illustraris ut candeas, eius adiutorio fulcris ne cadas. O quam bene tibi cantatur in illo Cantico canticorum, uelut epithalamio tuo, Quia charitas in delicijs tuis, ipsa non comperdit cum impijs animam tuam, ipsa non discernit causam tuam, & sicut mors ualida est, & in delicijs tuis est. Quam mirandi generis mors est, cui parum fuit non esse in poenis, nisi esset in super

Mat. 22.

Proximi dilectione Deus diligitur.

Medicus agros quomodo diligere dicitur.

Amoris uinculum.

1. Cor. 11. Charitatis praesentia.

Cantic. 8.

Quaedam mors in delicijs.

insuper in delicijs? Dicit ei Simon Petrus, Domine, quo uadis? Sic utique hoc dixit magistro discipulus, & Domino seruus, tanquam sequi paratus. Propterea quippe Dominus, qui eius animum uidit quare hoc interrogauerit, sic ei respondit, Quod ego uado, non potes me modo sequi. Tanquam diceret, Propter quod interrogas, non potes modo. Non ait, non potes, sed non potes modo. Dilationem intulit, non spem tulit: & eandem spem quam non tulit, sed potius dedit, sequenti uoce confirmauit, addendo atque dicendo, Sequeris autem postea. Quid festinas Petre? Nondum te suo spiritu solidauit petra. Noli extolli praesumendo, non potes modo. Noli deseri desperando, sequeris postea. Sed adhuc ille quid dicit, Quare non possum te sequi modo? Animam meam pro te ponam. Quid in animo suo esset cupiditatis, uidebat: quid uirium, non uidebat. Voluntatem suam iactabat infirmus, sed in spiciebat ualitudinem medicus. Ille promittebat, ille praenoscere, qui nesciebat, audiebat: qui praescribebat, docebat quantum sibi assumpserat Petrus, intuendo quid uellet, ignorando quid posset. Quatum sibi assumpserat, ut cum dominus uenisset animam suam ponere pro amicis suis, ac per hoc & pro ipso, ille hoc domino offerre consideret, & nondum pro se posita anima Christi, animam suam pollicetur positum esse pro Christo. Respondit ergo Iesus, Animam tuam pro me pones? Ita ne? facies pro me, quod non dum ego pro te? Animam tuam pro me pones? Praere potes, qui sequi non potes? Quid tantum praesumis? Quid de te sentis? Quid esse te credis? Audi quid sis. Amen amen dico tibi, non cantabit gallus, donec me ter neges. Ecce quomodo tibi cito apparebis, qui magna loqueris, & te paruulum nescis. Qui mihi promittis mortem tuam, ter negabis uitam tuam. Qui te iam putas mori posse pro me, prius uiue pro te. Nam timendo mortem carnis tuae, mortem dabis animae tuae. Non enim ait, Non cantabit gallus, donec hominem neges: aut sicut loqui familiariore cum hominibus dignatione consueuit, Non cantabit gallus, donec filium hominis ter neges: sed ait, donec me ter neges. Quid est, me, nisi quod erat? & quid nisi Christus erat? Quicquid ergo eius negauit, ipsum negauit: Christum negauit, Dominum deum suum negauit, quia & ille discipulus eius Thomas quando exclamauit, Dominus meus, & Deus meus: non uerbum, sed carnem tetigit: non in corpoream Dei naturam, sed hominis corpus curiosis manibus contrectauit. Hominem itaque tetigit, & tamen Deum cognouit. Si ergo quod iste tetigit, hoc Petrus negauit: quod iste clamauit, hoc Petrus offendit. Non cantabit gallus, donec me ter neges, Ducas licet, Hominem nescio: ducas licet, Homo, nescio quid dicis: ducas licet, Non sum ex eius discipulis: me negabis. Si, quod dubitare nefas est, hoc Christus dixit,

Negatio Petri quae uis fuerit. Ioan. 20. Thome de Christo confessio.

uerumque praedixit, proculdubio Petrus Christum negauit. Non accusemus Christum, cum defendimus Petrum. Peccatum agnoscat infirmitas: nam mendacium non habet ueritas. Agnouit plane peccatum suum infirmitas Petri, prorsus agnouit, & quantum mali Christum negando commiserit, plorando monstrauit. Ipse suos redarguit defensores, & unde illos conuincat, perdit lachrymas testes. Neque nos cum ista dicimus, primum Apostolorum accusare delectat: sed hunc intuendo, admoneri nos oportet, ne homo quisquam de humanis uiribus fidat. Nam quid aliud pertinuit ad doctorem saluatoris nostrum, nisi ut nobis, nequaquam de se quoniam debere praesumere, in ipso primo Apostolorum demonstraret exemplum? In anima itaque contigit Petri, quod offerebat in corpore: non tamen pro domino, ut temere praesumeret, precessit, sed aliter quam putabat. Nam quae ante mortem & resurrectionem Domini & mortuus est negando, & reuixit plorando. Sed mortuus est, quia superbe ipse praesumpsit, reuixit autem quia benigne ille respexit.

10

20

30

40

50

60

CAPUT XIII.



T ait discipulis suis: Non turbetur cor uestrum. Creditis in Deum, & in me credite. In domo patris mei mansiones multae sunt. Si quo minus dixissem uobis, quia uado parare uobis locum. Et si abiero, & preparauero uobis locum, iterum uenio, & accipiam uos ad meipsum: ut ubi sum ego, & uos sitis. Et quod ego uado, scitis, & uiam scitis. Dicit ei Thomas: Domine, nescimus quod uadis: & quomodo possimus uiam scire? Dicit ei Iesus: Ego sum uia, & ueritas, & uita. Nemo uenit ad patrem, nisi per me. Si cognouissetis me, & patrem meum utique cognouissetis: & amodo cognosceatis eum, & uidistis eum. Dicit ei Philippus, Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Dicit ei Iesus: Tanto tempore uobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe, qui uidet me, uidet & patrem. Quomodo tu dicis, Ostende nobis patrem? Non credis quia ego in patre, & pater in me est? Verba quae ego loquor uobis, a meipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit opera. Non creditis quia ego in patre, & pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite. Amen amen dico uobis, qui credit in me, opera quae ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet: quia ego ad patrem uado: & quodcumque petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam, ut glorificetur pater in filio. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam. Si diligitis me, mandata mea seruate: & ego rogabo patrem, & alium paraclatum dabit uobis, ut maneat uobiscum in aeternum, spiritum ueritatis: quem mundus non potest accipere: quia non uidet eum, nec scit eum: uos autem cognoscetis eum, quia apud uos manebit, & in uobis

Luc. 22.

Mat. 27. Mar. 11.

erit. Non relinquam uos orphanos, ueniam ad uos. Adhuc modicum, & mundus iam me non uidet. Vos autem uidetis me: quia ego uiuo, & uos uiuetis. In illo die uos cognoscetis quia ego sum in patre meo, & uos in me, & ego in uobis. Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Dicit ei Iudas, non ille Iscariotes: Domine, quid factum est, quia manifestaturus es nobis teipsum, & non mundo? Respondit Iesus, & dixit ei: Si quis diligit me, sermonem meum seruat, & pater meus diligit eum, & ad eum ueniet, & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Et sermonem quem audistis, non est meus, sed eius qui misit me patris. Haec locutus sum uobis apud uos manens. Paraclitus autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia, & suggeret uobis omnia quaecumque dixero uobis. Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis. Non quomodo mundus dat, ego do uobis. Non turbetur cor uestrum, neque formidet. Audistis quia ego dixi uobis: Vado & uenio ad uos. Si diligere uis me, gauderetis utique, quia uado ad patrem: quia pater maior me est. Et nunc dixi uobis prius quam fiat, ut cum factum fuerit, credatis. Iam non multa loquar uobiscum. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Sed ut cognoscat mundus quia diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Surgite, eamus hinc.

ET ait discipulis suis, Non turbetur cor uestrum: creditis in Deum, & in me credite. Ne mortem sibi tanquam tantum homini timerent, & ideo turbarentur, consolatur eos, etiam Deum se esse contestans. Creditis in Deum, & in me credite. Consequens est enim, ut si in Deum creditis, & in me credere debeatis. quod non esset consequens, si Christus non esset Deus. Creditis in Deum, & in eum credite, cui natura est, non rapina, esse aequalem deo. Semetipsum enim exinanit, non tamen formam Dei amittens, sed formam serui accipiens. Mortem metritis huius formae serui: Non turbetur cor uestrum: Deus suscitabit illam formam dei, sed quid est quod sequitur. In domo patris mei mansiones multae sunt. Nisi quia & sibi metuebant, unde audire debuerunt, Non turbetur cor uestrum. Quis enim eorum non meteret, cum Petro dictum esset, fidentiori, atque promptiori, non turbabit gallus, donec ter me neges: Tanquam ergo essent ab illo perituri, merito turbabantur. Sed cum audiant, In domo patris mei mansiones multae sunt. Si quo minus, dixisset uobis: quia uado parare uobis locum.] A perturbatione recreantur, certae fidentes etiam post pericula tentationum se apud Deum cum Christo esse mansuros: quia & si alius alio fortior, alius alio sapien-

tior, alius alio iustior, alio sanctior, in domo patris mei multae mansiones sunt, nullus eorum alienabitur ab illa domo, ubi mansionem pro suo quisque accepturus est merito. Denarius quidem ille aequalis est omnibus, quem pater familias eis qui operati sunt in uinea, iubet dari omnibus, non in eo discernens qui minus, & qui amplius laborarunt. quo utique denario uita significatur aeterna, ubi amplius alio nemo uiuit, quoniam non est uiuendi diuersa in aeternitate mensura: sed multae mansiones diuersae meritorum in una uita aeterna significant dignitates. Alia enim gloria Solis, alia gloria Lunae, alia gloria stellarum. Stella enim ab stella differt in gloria. Sic & resurrectio mortuorum. Tanquam stellae sancti, diuersae mansiones diuersae claritatis, tanquam in caelo fortium in regno. Sed propter unum denarium nullus separatur a regno: atque ita erit deus omnia in omnibus: ut quoniam deus charitas est, per charitatem fiat, ut quod habent singuli, commune sit omnibus. Sic enim quisque habet, cum amat in altero, quod in se non etiam ipse habet. Non erit itaque alia inuidia impari claritatis, quoniam regnabit in omnibus unitas charitatis. Proinde respuendi sunt a corde Christiano, qui putant ideo dictum multas esse mansiones, qui extra regnum caelorum erit aliquid ubi beate maneant innocentes, qui sine baptismo ex hac uita emigrauerunt, quia sine illo in regnum caelorum ingredi non poterunt. Haec fides non est fides, quoniam non est uera & catholica fides. Non ait Dominus, In uniuerso mundo, aut in uarieta creatura, aut in uita uel beatitudine semper aeterna mansiones multae sunt: sed, In domo inquit, patris mei mansiones multae sunt. Nonne ista est domus, ubi aedificationem habemus ex deo, domum non manufactam, aeternam in caelis? Nonne ista est domus de qua cantamus, Beati qui habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt te? Ergo ne uos non domum cuiuscumque baptizati fratris, sed donum ipsius Dei patris, cui omnes fratres dicimus, Pater noster qui es in caelis, a regno separare caelorum, aut eam sic diuidere audebitis, ut aliquae mansiones eius sint in regno caelorum, aliquae autem extra regnum caelorum? Absit, absit, ut qui uolunt in regno habitare caelorum, in haestulitia uelint habitare uobiscum. Absit inquam, ut cum omnibus domus regnantium filiorum non sit alibi: nisi in regno ipsius regiae domus, pars aliqua non sit in regno. Et si abiero, & praeprauero uobis locum, iterum uenio, & accipiam uos ad meipsum, ut ubi ego sum, & uos sitis.] Quomodo uadit & parat locum, si iam multae mansiones sunt? Si quo minus dixisset, uado parare: aut si adhuc parandus est, cur non merito dixisset, uado parare? An istae mansiones & sunt, & parandae sunt? Si quo minus enim essent, dixisset, uado parare. & tamen quia istae sunt ut parandae sint, non eas uadit

Beatitudo sanctorum qualis. Mat. 20. Denarius diurnus uicolarum.

1. Cor. 15.

Paruulorum sine baptismo mortuorum mansio.

2. Cor. 5.

Psal. 83.

Mat. 6.

Philip. 2.

Mansiones fidelium multae.

dit parare sicut sunt: sed si abierit, & praeprauerit sicut futurae sunt, iterum ueniens accipiet suos ad semetipsum: ut ubi ipse est, sint etiam ipsi. Quomodo ergo mansiones in domo patris non aliae, sed ipsae, & sine dubio ita sunt sicut parandae non sunt? Quomodo putamus, nisi quomodo etiam propheta praedicat Deum, quia fecit quae futurae sunt: non enim ait, qui facturus est quae futurae sunt, sed qui fecit quae futurae sunt. ergo & fecit ea, & facturus est ea. Nam neque facta sunt si ipse non fecit, neque futurae sunt si ipse non fecerit. Fecit ergo ea praedestinando, facturus est operando: sicut discipulos quando elegerit, factis indicat euangelium, tunc utique quando eos uocauit: & tamen ait Apostolus, Elegit nos ante constitutionem mundi, praedestinando utique, non uocando. Sic & mansiones praeprauit, & praeprauit: nec alias, sed quas praeprauit, has praeprauit praedestinando, praeprauit operando. Iam ergo sunt in praedestinatione. Si quo minus, dixisset, ibo & parabo, id est praedestinabo. Sed quia nondum sunt in operatione: Et si abiero, inquit, & praeprauero uobis locum, iterum uenio, & accipiam uos ad meipsum. Parat autem mansiones, mansioibus parando maneres. Quippe cum dixerit, In domo patris mei mansiones multae sunt, quid putabimus esse domum Dei, nisi templum Dei? Quid autem sit, interrogetur Apostolus, & respondeat, Templum Dei sanctum est, quod estis uos. Hoc est etiam regnum Dei quod filius tradidit patri, unde dicit idem Apostolus: Inuitum Christus, deinde qui sunt Christi in presentia eius, deinde finis, cum tradiderit regnum deo, & patri, id est quos redemit sanguine suo, tradiderit contemplando etiam patri suo. Ad haec dicit ei Thomas, Domine, nescimus quo uadis, quo modo possumus uiam scire?] Vtruncumque illos dominus dixerat scire: utrumque dixit ille nescire, & locum quod itur, & uiam quae itur. Sed nescit ille mentiri: ergo isti sciebant, & se scire nesciebant. Conuincat eos iam scire, quod se putant adhuc uisum nescire. Dicit ei Iesus, Ego sum uia, & ueritas, & uita.] Nunquid non poterat ei dicere Apostoli eius, cum quibus loquebatur, Nescimus te? Proinde si eum sciebant, & uia ipse est, uiam sciebant. Si eum sciebant, & uita ipse est, uitam sciebant. Ecce scire conuicti sunt, quod se scire nesciebant. Quid igitur & nos in isto sermone concipimus? quid putatis fratres mei? nisi quia dixit, Et quod uado, scitis, & uiam scitis. Et ecce cognouimus quod sciebant uiam, & quia sciebant ipsum qui est uia. Sed uia est quae itur: nunquid uia est quod itur? Vtruncumque autem illos dixerat scire, & quod uadit, & uiam. Opus ergo erat ut diceret, Ego sum uia: ut ostenderet, eos, quia scirent eum uiam scire, quam praeprauerant se nescire. Quid autem opus erat ut diceret, Ego sum uia & ueritas, & uita: cum uia cognita qua iret, resta-

ret nosse quod iret? nisi quia ibat ad ueritatem, ibat ad uitam: ibat ergo ad seipsum per seipsum: & nos quod imus, nisi ad ipsum: & qua imus, nisi per ipsum? Ipse igitur ad seipsum per seipsum: nos ad ipsum per ipsum: imo uero ad patrem & ipse & nos. Nam & de seipso alibi dicit, Ad patrem uado. & hoc loco propter nos, Nemo, inquit, uenit ad patrem, nisi per me.] Ac per hoc & ipse per seipsum, & ad seipsum, & ad patrem: & nos per ipsum, & ad ipsum, & ad patrem. Dic mihi domine deus meus, dic mihi obsecro, quomodo uadis ad te? Nunquid dnam ut uenires ad nos, reliqueras te, maxime quia non a te ipso uenisti, sed pater te misit? Scio quidem quod te exinanisti, sed quia formam serui accepisti, non quia formam Dei uel ad quam redires dimisisti, uel quam reciperes amissisti: & tamen uenisti, & non solum usque ad carnales oculos, uerum etiam usque ad manus hominum peruenisti: quomodo, nisi in carne? Per hanc uenisti, manens ubi eras. Per hanc redisti, non relinquens quod ueneras. Si ergo per hanc uenisti, & redisti: per hanc proculdubio, non solum nobis qua ueniremus ad te, uerum etiam tibi qua uenires & redires, uia fuisti. Cum uero ad uitam, quod es ipse, isti, eandem profecto carnem tuam ad uitam de morte duxisti. Aliud quippe uerbum dei est, aliud homo: sed uerbum caro factum est, id est, homo. Non itaque alia uerbi, alia est hominis persona: quoniam utrumque est Christus, una est persona. Ac per hoc quemadmodum caro cum mortua est, Christus est mortuus: & cum caro sepulta est, Christus sepultus est (sic enim corde credimus ad iustitiam, sic ore confessionem facimus ad salutem) ita cum caro a morte uenit ad uitam, Christus uenit ad uitam: & quia uerbum Dei Christus est, Christus est uita. Ita mirum quodam & ineffabili modo, qui nunquam dimisit uel admisit seipsum, uenit ad seipsum. Venerat autem, ut dictum est, per carnem deus ad homines, ueritas ad mendaces. Deus enim uerax, omnis autem homo mendax. Cum itaque ab hominibus abstulit, atque illuc ubi nemo mentitur, carnem suam leuauit: idem ipse quia uerbum caro factum est, per seipsum uelut per carnem, ad ueritatem, quod est ipse, remeauit: quam quidem ueritatem, quamuis inter mendaces, & in morte seruauit. Aliquando enim Christus fuit mortuus, sed nunquam fuit falsus. Accipite quauis diuersum & longe impar exemplum, tamen utcumque ad intelligendum deum ex his quae propriis subiecta sunt Deo. Ecce ego ipse quantum attinet ad animum meum, cum hoc sim quod estis & uos, si taceo, apud meipsum sum. si autem loquor uobis quod intelligatis, quodammodo ad uos procedo, nec me relinquo, sed & ad uos accedo, & non recedo unde procedo. Cum autem tacuero, quodammodo ad me redeo, & quodammodo uobiscum maneo, si reueritis quod audistis in

Nemo uenit ad patrem, nisi per me.

Vita aeterna quae sit.

Rom. 3.

sermone quē dico. Si hoc potest imago quam fecit Deus, quid potest non à Deo facta, sed ex Deo nata imago dei deus? Cuius illud quo ad nos egressus est, & in quo à nobis regressus est, corpus, non sicut meus elapsus est sonus, sed manet ubi iam non moritur, & mors ei ultra non dominabitur. Quod itaque ait, Vt ubi ego sum, & uos sitis: ubi erant futuri, nisi in ipso? ac per hoc est etiam ipse in seipso: & ideo ibi illi, ubi & ipse, hoc est, in ipso. Ipsa est igitur uita aeterna, in qua futuri sumus cum acceperit nos ad se: & ipsa uita aeterna, quod ipse est, in ipso est. Vbi est ipse, & nos sumus, hoc est, in ipso: sicut pater habet uitam in semetipso. Et utique non aliud est uita quam habet, nisi quod est ipse qui hanc habet. Si dedit filio habere uitam in semetipso, cum ipse sit eadem uita, quam habet in semetipso. Nunquid autem nos uita quod est ipse, hoc erimus, cum in illa uita, hoc est in ipso esse coeperimus? Non utique, quia ipse existendo uita, habet uitam, & ipse est quod habet: & quod uita est in ipso, ipse est in seipso. nos autem non ipsa uita, sed ipsius uitae participes sumus, atque ita ibi erimus, ut in nobis ipsi non quod ipse est, esse possimus, sed nos ipsi non uita, ipsam habeamus uitam, qui seipsum habet uitam, eo quod ipse est uita. Denique ipse & in seipso est inmutabiliter, & in patre inseparabiliter: nos uero cum in nobis ipsis esse uoluissimus, ad nos ipsos turbati sumus: unde illa uox est, Ad me ipsa turbata est anima mea, atque in deterius commutata: neque id quod fuimus, manere potuimus. Cum autem per ipsum uentus ad patrem, sicut ait, Nemo uenit ad patrem, nisi per me manentes in illo nec à patre nos quisquam poterit separare, nec ab illo. Si cognouissetis me, inquit, & patrem meum utique cognouissetis. Hoc est, quod ait, Nemo uenit ad patrem, nisi per me. Deinde subiungit, Et amodo cognoscitis eum, & uidi distis eum. Sed Philippus, unus ex Apostolis quid audierit non intelligens, Domine, inquit, ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Cui Dominus: Tanto, inquit, tempore uobiscum sum, & non cognouistis me, Philippe? qui uidet me, uidet & patrem. Quomodo nunc dicit, Tanto tempore uobiscum sum, & non cognouistis me: cum profecto & quod iret, & uitam scirent, non ob aliud, nisi quod ipsum utique scirent? Sed facile ista soluitur quaestio, si dicamus, quod cum aliqui eorum sciebant, aliqui nesciebant, atque in his qui nesciebant, Philippus erat: & quod ait, Et quod ego uado, scitis, & uiam scitis: illis dixisse intelligatur, qui sciebant: non Philippo, cui dictum est, Tanto tempore uobiscum sum, & non cognouistis me, Philippe? His ergo qui filium iam nouerant, etiam illud de patre iam dictum est, Et amodo cognoscitis eum, & uidistis eum. Dictum est enim, propter omnimodam similitudinem, quae illi cum patre est: ut ideo amodo dicerentur nos-

se patrem, qui nouerant similem filium. Ergo iam sciebant filium, etsi non omnes, certe quidam eorum, quibus dicitur, Et quod uado, scitis, & uiam scitis. Ipse est enim uia. Sed patrem nesciebant: ideo audiunt, Si cognouissetis me, & patrem meum cognouissetis, per me utique & illum. Alius enim ego sum, alius ille. Sed ne putarent dissimilem, Et amodo, inquit, cognoscitis eum. Viderunt enim eius simillimum filium. Sed admonendi fuerant talem esse etiam patrem, quem nondum uidebant, qualis est filius quem uidebant. & ad hoc ualet quod postea Philippo dicitur, Qui uidet me, uidet & patrem, non quod ipse sit & pater, & filius: quod in Sabellianis, qui uocantur etiam Patripassianis, catholica fides damnat: sed quod tam similes sint pater & filius, ut qui unum norit, ambos nouerit. Solemus enim de simillimis duobus ita loqui eis qui unum illorum uident, & qualis sit alius, uolunt nosse, ut dicamus, Vidistis istum illum uidistis. Sic ergo dictum est, Qui uidet me, uidet & patrem: non quia ipse est pater, qui filius, sed quod à patris similitudine in nullo proorsu discreper filius. Nam nisi duo essent pater & filius, non dictum esset, Si cognouissetis me, & patrem meum cognouissetis. Vtique enim, quia nemo, inquit, uenit ad patrem, nisi per me: si cognouissetis me, & patrem meum cognouissetis: quoniam ego, per quem uenitur ad patrem, perducam uos ad eum, ut ipsum etiam cognoscatis. Sed quoniam illi sum omnino simillimus, amodo cognoscitis eum, cum cognoscitis me: & uidistis eum, si oculis cordis uidistis me. Quid ergo est quod dicitis Philippe, Ostende nobis patrem, & sufficit nobis? Tanto, inquit, tempore uobiscum sum, & non cognouistis me, Philippe? Qui me uidet, uidet & patrem. Quod si à te multum est hoc uidere, saltem quod non uides, crede. Quomodo enim dicitis, inquit, ostende nobis patrem? Si me uidisti, qui illi omnimodo similis sum, uidisti illi cui similis sum. Quod si uidere non potes, non saltem credis quia ego in patre, & pater in me est? Poterat hic dicere Philippus, Video quidem te, & credo te esse simillimum patri: sed nunquid arguendus & obiurgandus est, cui cum similem uideat, etiam illum cuius est similis, uult uidere? Similem quidem noui, sed adhuc alterum sine altero noui. Non mihi sufficit, nisi & illum cui iste est similis, nouerim. Ostende itaque nobis patrem, & sufficit nobis. Sed ideo magister discipulum arguebat, quoniam cor postulat uidebat, tanquam enim melior pater esset quam filius, ita Philippus patrem nosse cupiebat, & ideo nec filium sciebat, quo melius aliquid esse credebat. Ad hunc sensum corrigendum dictum est, Qui uidet me, uidet & patrem: quomodo tu dicitis, Ostende nobis patrem? Video quomodo tu dicas: non alterum quarris uidere similem, sed illum putas esse meliorem, Non credis

Psal. 41.

Nemo uenit ad patrem, nisi per me.

Sabelliani.

Verba operasunt.

Maiora horum faciet etc. exponitur. Mat. 9.

Ioan. 15.

Opera christi maiora fecerunt apostoli.

Luc. 19.

Conuersi plures sunt ad fidem per apostolos, quam per Christum.

Matth. 7.

credis quia ego in patre, & pater in me est? Cur in similibus distantiam cupis cernere? Cur in separabilibus separatim desideras nosse? Verba quae ego loquor uobis, à meipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit opera. Non creditis, quia ego in patre, & pater in me est. Alioquin etc.] Ergo & uerba opera sunt: Plane ita est. Nam profecto qui proximum loquendo aedificat, bonum opus operatur. Sed quid est, A meipso non loquor: nisi, A meipso non sum qui loquor: Et quippe tribuit quod facit, de quo ipse est qui facit. Amen amen dico uobis, qui credit in me, opera quae ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet, quia ego ad patrem uado.] Quid est hoc? Qui faceret opera quae Christus fecit, non inueniebamus: qui etiam maiora faciet, inuenturi sumus? Sed dixerimus sermone pristino, quia maius fuit umbrae suae transitu (quod discipuli fecerunt) quam simbriae suae tactu (quod ipse Dominus fecit) sanare languentes: & quia plures Apostolis, quam ipso per eos proprium praedicante Domino crediderunt: ut haec uideretur opera, intelligenda esse maiora, non quod maior esset magistro discipulus, uel Domino seruus, uel adoptatus unigenito, uel homo deo, sed quod per illos ipse dignaretur eadem maiora facere, qui dicit eis alio loco, Sine me nihil potestis facere. Ipse quippe, ut alia omittam, quae sunt innumerabilia, sine ipsis fecit ipsos, sine ipsis fecit hunc mundum: & quia homo etiam ipse fieri dignatus est, sine ipsis fecit & seipsum. Quid autem illi sine ipso, nisi peccatum? Denique & hic quod de hac re poterat nos mouere, mox abstulit. Cum enim dixisset, Qui credit in me, opera quae ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet: continuo secutus adiunxit, Quia ego ad patrem uado: Et quodcumque petieritis in nomine meo, hoc faciam.] Qui dixerat, faciet: postea faciam dicit. Porro autem maiora per eum facere, quam praeter eum, non est defectio, sed dignatio. Quid enim retribuunt serui Domino pro omnibus quae retribuit eis: quando quidem inter caetera bona etiam hoc eis donare dignatus est, ut maiora faceret per illos, quam praeter illos. Nonne ab ore ipsius diues ille tristis abscersit, quando uita aeternae consilium quod quasi uis, auditum abiecit? & tamen postea quam ab illo auditum non fecit unus, fecerunt multi, cum loqueretur per discipulos magister bonus. Ecce maiora fecit praedicatus à credentibus, quam locutus audientibus. Verum hoc adhuc mouet, quod haec maiora per Apostolos fecit: non autem ipsos tantum significans ait, Opera quae ego facio, & uos facietis, & maiora horum facietis: sed omnes ad suam familiam pertinentes intelligi uolens, Qui credit in me, inquit, opera quae ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet. Si ergo qui credit faciet, non credit utique qui non faciet: sicuti est, Qui diligit me, mandata mea custodit: unde profecto qui non custodit, non diligit. Item alio loco, Qui audit,

inquit, uerba mea haec, & facit ea, similibo eum uiro prudenti, qui aedificauit domum suam super petram. Qui ergo non est similis huic uiro prudenti, proculdubio aut uerba mea haec audit & non facit, aut omnino nec audit, nec facit. Qui credit in me, inquit, licet moriatur, uiuet. Qui ergo in me non credit, non utique uiuet. Tale etiam hoc est, Qui credit in me, faciet. Non itaque credit, qui non faciet. Quid est hoc, fratres? Nunquid inter credentes in Christum non est computandus, qui non fecerit opera maiora, quam Christus? Durum est, absurdum est: ferri non potest: non toleratur, nisi intelligatur. Apostolum igitur audiamus, Credenti, inquit, in eum qui iustificat impium, deputatur fides eius ad iustitiam. In hoc opere facimus opera Christi: quia & ipsum credere in Christum, opus est Christi. Hoc operatur in nobis, non utique sine nobis. Audi iam ergo, & intellige. Qui credit in me, opera quae ego facio, & ipse faciet. Prius ergo faciam, deinde & ipse faciet: quia facio ut faciat. Quae opera, nisi ut ex impio iustus fiat? Et maiora horum faciet. Quorum obsecro nunquidnam omnium operum Christi maiora facit, qui cum timore & tremore suam ipsius salutem operatur, quod utique in illo, sed non sine illo Christus operatur? Proffusus maius hoc esse dixerim, quam est caelum & terra, & quaecumque cernuntur in caelo & in terra. Et caelum enim & terra transibit, praedestinatorum autem salus & iustificatio permanebit. In illis tantum opera Dei, in his autem est etiam imago Dei. Sed in caelis sedes, dominationes, principatus, potestates, archangeli, angeli, opera sunt Christi: nunquid etiam his operibus maiora facit, qui operante in se Christo, cooperatur aeternam salutem ac iustificationem suam? Non hic audeo praecipitare sententiam. Intelligat qui potest, iudicet qui potest, utrum maius sit iustus creare, quam impios iustificare. Certe enim si aequalis est utrunque potentiae, hoc maioris est misericordiae. Hoc est enim pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, praedicatum est Gentibus, creditum est mundo, assumptum est in gloria. Sed omnia opera Christi intelligere, ubi ait, Maiora horum faciet: nulla nos necessitas cogit. Horum enim forsitan dixit, quae ille faciebat: tunc autem uerba fidei faciebat, & de his operibus fuerat praelocutus, dicens, Verba quae ego loquor uobis, à meipso non loquor: pater autem in me manens, ipse facit opera. Tunc igitur uerba eius, erant opera eius. Et utique minus est uerba iustitiae praedicare, quod fecit praeter nos: quam impios iustificare, quod ita fecit in nobis, ut faciamus & nos. Quia ego ad patrem uado: et quodcumque petieritis nomine meo, hoc faciam.] Sic ergo perrexit ad patrem, ut non relinqueret indigentes, sed exaudiret petentes. Sed quid

Ioan. 11.

Rom. 4. Credero in Christum, opus Christi.

Philip. 2. Salus nostra maior quam caelum & terra.

Impi iustificatio maior quam creatio.

Verba, operasunt.

Orantes est, quodcumque petieritis, cum uideamus ple-
nō semper nō forte propterea, quia male petūt: nam hoc ex-
exaudi- probrauit Apostolus Iacobus dicens, Petitis, &
mur, & non accipitis, eo quod male petatis, ut in con-
quare. cupiscentijs uestris infumatis. Male ergo uis-
Iaco. 4. ruse eo quod uult accipere, Deo potius miserā-
te non accipit. Proinde si hoc ab illo petitur, un-
de homo scēditur exauditus, magis metuēdum
est, ne quod posset non dare propitijs, det irā-
tus. An non uideamus Israelitas malo suo impe-
trasse? Concupierant enim carnibus uesci, qui-
bus pluebatur manna de cælo. Eui gila igitur
homo fidelis, & uigilanter audi quod illic pos-
tum est, In nomine meo. Ipsum enim Quodcum-
que, non ait petieritis Vtuncq; sed in nomine
meo, Qui promissit ergo tam magnum benefi-
cium, quis uocatur? Vtq; Christus Iesus. Chri-
stus significat regē, Iesus significat saluatorem.

Num. 11. Petitiones nostræ non semper exaudiuntur, & quare.
Non itaque saluos nos faciet quicumque rex,
sed rex saluator. Ac per hoc quodcumque peti-
mus aduersus utilitatem salutis, nō petimus in
nomine saluatoris: & tamen ipse saluator est,
non solum quando facit quod petimus, uerum
etiam quando non facit: quoniam quod uidet
peti contra salutem, non faciendo, potius se ex-
hibet saluatorem. Nouit enim medicus quid
prostra, quid contra suam salutem poscat agro-
tus: & ideo contraria poscentis non facit uolun-
tatem, ut faciat sanitatem. Quapropter quando
uolumus ut faciat quodcumque petimus, non
utcumque, sed in nomine eius petamus, quod si
fecerit, ut saluator facit, quod est nomen eius si
delibus eius. Est quippe impijs & damnator,
qui dignatur fidelibus esse saluator. Qui ergo
credit in eum, quodcumque petierit in nomine
quod est illis qui credūt in eum, hoc facit, quo-
niam hoc sicut saluator facit. Si autē qui in eum
credit, aliquid per ignorantiam contra salutem
suam petit, nō in nomine saluatoris petit, quia
saluator ei non erit, si quod eius salutē impedit,
fecerit. Vnde tunc expedit potius ut nō facien-
do propter quod inuocatur, faciat quod uoca-
tur. Propterea non solum saluator, sed etiam
magister bonus, ut faciat quodcumque petie-
rimus, in ipsa oratione quam nobis dedit, do-
cuit quod petamus: ut etiam sic intelligamus
non petere nos in nomine magistri, quod peti-
mus præter regulam ipsius magisterij. Sane
quædam quamuis in nomine eius petamus, id
est secundum magistrum petamus, non tunc
quando petimus facit, sed tamen facit. Neque
enim qui & illud petimus, ut ueniat regnum
Dei, propterea non facit quod petimus, quia
non statim cum illo in æternitate regnamus.

Nomine Christi petenda que petimus.

Matt. 6. Dilatio petitionum, negatio nō est.

Gala. 6. Verum tamen orantes, tanquam seminantes
mus. Non autem negligenter audiendum est,
quod Dominus, ne quisquam eum putaret

quod se promissit, facere petentibus, sine patre
esse facturum, cum dixisset. Quodcumque pe-
tieritis in nomine meo, hoc faciam: continuo
subiicit, Vt glorificetur pater in filio, si quid petieritis
in nomine meo, hoc faciam. Nullo modo igitur si-
ne patre facit: quandoquidem ut in illo pater
glorificetur, propterea facit. Facit ergo pater
in filio, ut filius glorificetur in patre. Et facit fi-
lius in patre, ut pater glorificetur in filio: quo-
niam unum sunt pater & filius. Spiritum para-
cletum Christus promissit Apostolis. Quo au-
tem modo promiserit, aduertamus. Si diligitis
me, inquit, mandata mea seruate: & ego rogabo patrem, &
alium paraclatum dabit uobis, ut maneat uobiscum in æter-
num, spiritum ueritatis. Cum hoc dicat de spiritu
sancto, quem nisi habeamus, nec diligere De-
um possumus, nec eius mandata seruare: quo-
modo diligitur, ut eum accipiamus, quem nisi
habeamus, diligere non ualemus? Quomodo
mādata seruabimus, ut eum accipiamus, quem
nisi habeamus, mādata seruare non possumus?
Restat ergo ut intelligamus spiritum sanctum
habere qui diligit, & habendo mereri ut plus
habeat, & plus habendo plus diligit. Iam itaq; Spiritus
habebat spiritum discipuli, quem Dominus
promittebat, sine quo eum Dominum non di-
cebant: nec tamen eum adhuc sic habebant, sicut
eum Dominus promittebat. Et habebant
ergo, & non habebant, qui quantum habent
dus fuerat, nondum habebant. Habebant itaq;
minus, dandus erat eis amplius. Habebāt oculi
te, accepturi erāt manifeste: quia & hoc ad ma-
ius donum sancti spiritus pertinebat, ut eis in-
notesceret quod habebant. De quo munere
Apostolus loquens ait, Nos autem non spiri-
tum huius mundi accepimus, sed spiritum qui
ex deo est, ut sciamus quæ a Deo donata sunt
nobis. Nā & ipsam manifestā impertitionem
spiritus sancti, non semel, sed bis Dominus nu-
mero egit. Mox enim ut resurrexit a mortuis,
insufflans ait, Accipite spiritum sanctum. Num-
quid igitur qui tunc dedit, ideo non misit etiam
postea quem promissit? Aut non idē ipse est spi-
ritus sanctus, qui & tunc est insufflatus ex ipso,
& post ab ipso missus è cælo? Quapropter cur
ipsa quæ facta est euidenter donatio eius, bis fa-
cta fuerit, alia quæstio est. Fortassis enim pro-
pter duo præcepta dilectionis, proximi, & dei,
ut commendaretur ad spiritum sanctum perti-
nere. quod uero ait, Rogabo patrem, & aliu pa-
raclatum dabit uobis: ostendit & seipsum esse
paracletum: Paracletus enim latine dicitur aduo-
catus: & dictum est de Christo, Aduocatum
habemus ad patrem Iesum Christum iustum.
Sic autem mundum dixit non posse accipere
spiritum sanctum, sicut etiam dictum est, Pru-
dentia carnis inimica est in Deum: legi enim
Dei non est subiecta: nec enim potest, uelut
si dicamus, Inuidia, inuidia esse non potest,
Mundum quippe ait, hoc in loco significans
dilectores

Spiritus sancti uirtus & dono-
rum eius augmentū.
1. Cor. 12.
1. Cor. 2.
Spiritus sancti uirtus & dono-
rum eius augmentū.
1. Cor. 12.
Dilectio duplex.
Paracletus
1. Joan. 2.
Aduocatus
nostrus.

dilectores mundi: quæ dilectio non est a patre:
& ideo dilectio huius mundi, de qua satagimus
ut minuatur & consumatur in nobis, contraria
est dilectio dei, quæ diffunditur in cordibus no-
stris per spiritum sanctum qui datus est nobis.
Mundus ergo eum accipere non potest, Quia
non uidet eum, neque scit eum. Non enim habet in-
uisibiles oculos mundana dilectio, per quos ui-
deri spiritus sanctus nisi inuisibiliter nō potest.
Vos autem, inquit, cognoscetis eum, quia apud uos man-
bit, & in uobis erit. Erat in eis ut maneat, non ma-
nebit ut sit. Prius enim quod esse alicui, quam ma-
nere. Sed ne putarent quod dictū est, apud uos
manebit ita dictum, quemadmodum apud ho-
minem hospes inuisibiliter manere cōsueuit, ex-
posuit quid dixerat, apud uos, cum adiunxit &
dixit, in uobis. Ergo inuisibiliter uidetur: nec si
non sit in nobis, potest esse in nobis eius scien-
tia. Sic enim a nobis uidetur in nobis & nostra
conscientia. Nam faciem quidem uidemus al-
terius, nostram non uidemus: conscientiam ue-
ro nostram uidemus, alterius nō uidemus. Sed
conscientia nunquam est nisi in nobis, Spiritus
autem sanctus potest esse etiam sine nobis. Da-
tur quippe ut sit & in nobis. Sed uideri & sciri
quemadmodū uidendum uidēdus est, & scien-
dus est, non potest a nobis, si non sit in nobis.
Non relinquam uos orphanos, ueniam ad uos. Orpha-
ni pupilli sunt. Illud enim grecum eiusdem rei
nomen est, hoc latinum. Nam & in Psalmo ubi
legimus, Pupillo tu eris adiutor. Grecus habet,
orphanus. Quamuis ergo nos filius Dei suo pa-
tri adopraverit filios, & eūdem patrem nosuo-
luerit habere per gratiam, qui eius pater est per
naturam: tamen etiam ipse erga nos paternum
quodammodo demonstrat affectum, cum di-
cit, Non relinquam uos orphanos, ueniam ad
uos. Hinc est quod etiam sponi filio nosappel-
lat, ubi dicit, Veniethora ut auferatur ab eis spō-
sus, & tunc ieiunabunt filij sponi. Quis autem
sponsus, nisi Dominus Christus? Deinde sequi-
tur & dicit, Adhuc modicum, & mundus me iam non
uidet. Quid enim tunc non uidebat eum mun-
dus, quando quidem mundi nomine uult intel-
ligi eos de quibus & superius locutus est, dicēs
de spiritu sancto, Quem mundus accipere non
potest, quia nō uidet eum, neq; cognosciteum?
Uidebat eum plane mundus oculis in carne
conspicuum: non autem uidebat quod in car-
ne uerbum latebat. Videbat hominem, non ui-
debat Deum. Videbat indumentum, non uide-
bat indutū. Sed quoniam post resurrectionem
etiam ipsam carnem suam, quam non solum ui-
dendam, uerum etiam contrectandam demon-
strauit suis, uoluit demonstrare non suis, hinc
fortasse intelligendum est esse dictum, Adhuc
modicum, & mundus me iam non uidet, Vos
autem uidetis me: quia ego uiuio, & uos uiue-
tis. Cur de presentī se dixit uiuere, illos autem
de futuro esse uicturos? nisi quia uicturos es-

Rom. 5.
Conscien-
tia nostra.
Orphani.
Psal. 9.
Luc. 9.
Sponsus
Christus.

tiam carnis uita, utique resurgentis, qualis in
ipso præcedebat, & illis est pollicitus secu-
turam: & quia ipsius mox futura fuerat resurre-
ctio, presentis posuit temporis uerbum, pro-
pter significandam celeritatem: illorum autem
quoniam seculi differtur in finem, non ait Vi-
uētis, sed uiuētis. Duas ergo resurrectiones, su-
am scilicet mox futuram, & nostram in seculi fi-
ne uenturam, duobus uerbis presentis tempo-
ris & futuri eleganter breuiterq; promissit, quia
ego uiuio, inquit, & uos uiuētis. Quia uiuio ideo
& nos uiuemus. Per hominem quippe mors, &
per hominem resurrectione mortuorum. Sicut
enim in Adā omnes moriuntur, ita & in Chri-
sto omnes uiuificabuntur: quoniam nemo ad
mortē, nisi per illū: nemo ad uitā, nisi per Chri-
stum. Quia nos uiuimus, mortui sumus. Quia
uiuio ipse, uiuemus nos. Mortui sumus illi, quā-
do uiuimus nobis. Quia uero mortuus est ille
pro nobis, & sibi uiuio, & nobis. Quia enim ui-
uit ille, & nos uiuemus. Nam sicut per nos mor-
tem potuimus, non sic & uitam per nos habere
possuemus. In illo die, inquit, Vos cognoscetis quia
ego sum in patre meo, & uos in me, & ego in uobis. In
quo die, nisi de quo ait, Et uos uiuētis? Tunc e-
nim erit ut possimus uidere quod credimus,
nam & nunc est in nobis, & nos in illo. Sed hoc
nunc credimus, tunc autem etiam cognosce-
mus: quamuis & nunc credendo nouerimus,
sed tunc contemplando noscemus. In illo ergo
die quando uiuemus ea uita qua mors absor-
betur, cognoscemus quia ipse in patre, & nos in
ipso, & ipse in nobis: quia tunc perficietur hoc
ipsum quod nunc inchoatū est iam per ipsum,
ut sit in nobis, & nos in ipso. Qui habet, inquit,
mādata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me. Qui ha-
bet in memoria, & seruat in uita: qui habet in
sermonibus, & seruat in moribus: qui habet au-
diendo, & seruat faciendo: aut qui habet facien-
do, & seruat perseverando: ipse est, inquit, qui
diligit me. Opere est demonstranda dilectio,
ne sit infructuosa nominis appellatio. Et qui
diligit me, inquit, diligitur a patre meo, & ego diligam eum,
& manifestabo ei meipsum. Quid est, diligam: tan-
quam tunc dilecturus sit, & nunc non diligit?
Absit. Quomodo enim nos pater sine filio,
aut filius sine patre diligeret? Quomodo cum
inseparabiliter operentur, separabiliter dili-
gunt? Sed ad hoc dixit, diligam eum: ad eum
quod sequitur, & manifestabo ei meipsum.
Diligam, & manifestabo: id est, ad hoc dili-
gam, ut manifestem. Nunc enim ad hoc dili-
git, ut credamus, & mandatum fidei teneamus:
tunc ad hoc diligit, ut uideamus, & ipsam uisio-
nem mercedē fidei capiamus: quia & nos nunc
diligitur uidendo quod credimus. Quia ergo
dixerat dominus, Adhuc modicum, & mundus
me iam non uidet, uos autem uidetis me: inter-
rogauit eum de hoc ipso Iudas, nō ille traditor
eius

1. Cor. 13.
Dilectio
opere de-
monstran-
da.
Iudas san-
ctus Ap-
stolus.

eius qui Iſcariotes cognominatus eſt, ſed cuius Epistoſa inter ſcripturas canonicas legitur.
 Domine, quid factum eſt quia nobis manifeſtaturus eſt te ipſum, & non mundo? Simus cum ipſis tanquam interrogantes diſcipuli, communemq; magiſtrum audiamus & nos, Iudas enim ſanctus, non inmundus, nec inſector Domini, ſed ſector, cauſam quaſiuit quare ſe non mundo, ſed ſuis manifeſtaturus eſſet Ieſus? quare adhuc modicum, & mundus non uideret eum? Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum ueniet, & manſionem apud eum faciemus. Ecce expoſita eſt cauſa quare ſuis ſe manifeſtaturus eſt, non alienis: quos mundi nomine appellat: & ipſa cauſa eſt, quod hi diligat, illi non diligant. Ipſa eſt cauſa de qua ſacer inſonat pſalmus, Iudica me Deus, & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta. Qui enim diligitur: quia diligunt, diliguntur, qui uero non diligunt, ſi linguis hominum loquantur, & Angelorum, ſunt amentum ſonans, & cymbalum tinniens: & ſi habuerint prophetiam, & ſcierint omnia ſacramenta, & omnem ſcientiam, & habuerint omnem fidem, ut montes transferant, nihil ſunt: & ſi diſtribuerint omnem ſubſtantiam ſuam, & tradiderint corpus ſuum ut ardeant, nihil eis prodeſt. Dilectio ſanctos diſcernit a mundo, quae facit unanimes habitare in domo. In qua domo facit pater & filius manſionem, qui donant & ipſam dilectionem, quibus donent in fide etiam ſua manifeſtationem: de qua diſcipulus interrogauit magiſtrum, ut non ſolum illi qui tunc audiebant per os eius, ſed etiam nos per Euangelium eius hoc noſſe poſſemus. Quaſi uerat enim de Chriſti manifeſtatione, & audiuit de dilectione & manſione. Eſt ergo quaedam dei manifeſtatio interior, quam proſus impij non nouerunt, quibus dei patris & ſpiritus ſancti manifeſtatio nulla eſt, filij uero eſſe potuit, ſed in carne: quae nec talis eſt qualis illa: nec ſemper illis ad eſſe poſteſt, qualiſcunq; ſit, ſed ad modicum tempus, & hoc ad iudicium, non ad gaudium: ad ſupplicium, non ad praemium. Nunc eſt ergo ut intelligamus, quantum aperire ipſe dignatur, quo modo dictum ſit, Adhuc modicum, & mundus me non uidet: uos autem uidetis me. Verum eſt quidem quod poſt paululum etiam corpus ſuum, in quo cum poterant & impij uidere, oculis eorum fuerat ſubtracturus: quando quidem poſt reſurrectionem nemo eum uidit illorum. Sed quoniam dictum eſt, teſtantibus angelis, ſic ueniet quemadmodum eum uidit in caelum: nec aliud credimus, quam illum in eodem corpore ad iudicium uiuorum & mortuorum eſſe uenturum: proculdubio tunc eum uidebit mundus, quo nomine ſignificati ſunt a regno eius alieni. Ac per hoc longe melius intelligitur aliud iam tempus ſignificare uoluiſſe in eo quod dicit, Adhuc modicum, & mundus me iam

non uidet, quando in fine ſaeculi auferetur ab oculis damnatorum, ut illi eum de cetero uideant apud quos diligentes eum facit pater atq; ipſe manſionem. Modicum autem dixit, quia & id quod prolixum uidetur hominibus, breuiſſimum eſt ante oculos Dei. De hoc quippe modo dico iſte ipſe Ioannes Euangelista, Filioſi, inquit, nouiſſima hora eſt. Ne quis porro exiſtmet patrem tantummodo & filium ſine ſpiritu ſancto apud dilectores ſuos facere manſionem, recolat quod ſuperius de ſpiritu ſancto dictum eſt, Quem mundus non poteſt accipere, quia non uidet eum, nec ſcit eum: uos autem cognoscitis eum, quia apud uos manebit, & in uobis erit. Ecce facit in ſanctis cum patre & filio ſanctus etiam ſpiritus manſionem: intus utiq; tanquam Deus in templo ſuo. Deus trinitas, pater & filius & ſpiritus ſanctus ueniunt ad nos, dum uenimus ad eos. Veniunt ſubueniendo, uenimus obediendo. Veniunt illuminando, uenimus intuendo. Veniunt implendo, uenimus capiendo: ut ſit nobis eorum non extraria uifio, ſed interna: & in nobis non tranſitoria manſio, ſed aeterna. Sic mundo non ſe filius manifeſtat. Mundus enim eſt dictus hoc loco, de quibus continuo ſubiunxit atque ait, Qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat. Hi ſunt qui patrem & ſpiritum ſanctum nunquam uident: filium autem, non ut beatificentur, ſed ut iudicentur, ad modicum uident: nec ipſum in forma Dei, ubi eſt cum patre & ſpiritu ſancto inuiſibilis, ſed in forma hominis, ubi eſſe in mundo uoluit patiendi contemptibilis, iudicando terribilis. Quod uero adiunxit, Et ſermo quem audistis, non eſt meus, ſed eius qui miſit me patris. Non miremur, non ueamus: non eſt minor patre, ſed non eſt niſi a patre: non eſt impar ipſo, ſed non eſt a ſeipſo. Neque enim mentitus eſt dicendo, Qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat. Ecce ſuos dixit eſſe ſermones. Nunquid ſibi eſt ipſe contra uerbum ubi ruruſus dixit, Et ſermo quem audistis, non eſt meus: Et fortaſſe propter aliquam diſtinctionem ubi ſuos dixit, pluraliter dixit, hoc eſt ſermones. Vbi autem ſermonem, hoc eſt uerbum, non ſuum dixit eſſe, ſed patris, ſeipſum intelligi uoluit. In principio erat uerbum, & uerbum apud deum, & Deus uerbum, non utiq; ſuum, ſed patris eſt uerbum: quomodo nec ſua imago, ſed patris, nec ſuus filius idem ipſe, ſed patris. Recte igitur actori tribuit quicquid facit aequalis, a quo habet hoc ipſum quod illi eſt in differenter aequalis. Haec locutus ſum uobis apud uos manens. Illa utiq; manſio alia eſt, quam promiſit futuram: haec uero alia, quam praſentem eſſe teſtatur. Illa ſpiritalis eſt, atq; intrinſecus mentibus redditur, haec corporalis extrinſecus oculis atq; auribus exhibetur. Illa in aeternum beatificat liberatos, haec in tempore uiſitat liberandos. Secundum illam Dominus a ſuis dilectoribus non recedit, ſecundu hanc, it & recedit. Haec inquit

Chriſtus poſt iudicium a reprobis non uidebitur.
 1. Ioan. 2.
 Humana forma impij uidebitur Chriſtus in iudicio.

Pſal. 42.

1. Cor. 13.

Charitatis neceſſitas. Pſal. 67.

Manifeſtatio.

Act. 1.

Trinitas ut iudicetur.

Pſal. 2. Ioan. 6. Docere Dei.

Matt. 23.

Act. 10.

Pax Chriſti.

Eph. 2.

inquit, locutus ſum uobis apud uos manens, utique praſentia corporali, qua cum illis uiſibilis loquebatur. Paracletus autem, inquit, ſpiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia, & commemorabit uos omnia quaecunq; dixerit uobis. Nunquid nam dicit filius, & docet ſpiritus ſanctus, ut dicente filio uerba capiamus, docente autem ſpiritu ſancto eadem uerba intelligamus: quaſi dicat filius ſine ſpiritu ſancto, aut ſpiritus ſanctus doceat ſine filio: Aut uero non & filius doceat, & ſpiritus ſanctus dicat: & cum deus aliquid dicit & docet, trinitas ipſa dicat & doceat: Sed quoniam trinitas eſt, oportebat eius ſingulas inſinuare perſonas, eademq; nos diſtincte audire, inſeparabiliter intelligere. Audi patrem dicentem ubi legis, Dominus dixit ad me, filius meus eſt tu. Audi & docentem ubi legis, Omnis qui audiuit a patre & didicit, uenit ad me. Filium uero dicentem modo audisti: de ſe quippe ait, Quaecunq; dixerit uobis, quem & ſi docentem uis noſſe, magiſtrum recole. Vnus eſt, inquit, magiſter ueſter Chriſtus. Spiritus porro factum, quem modo audisti docentem, ubi dictum eſt, Ipſe uos docebit omnia: au di etiam dicentem, ubi legis in Actibus Apſtorum beato Petro dixiſſe ſpiritus ſanctum, Vade cum illis, quia ego miſi eos. Omnis igitur & dicit & docet trinitas. Sed niſi etiam ſingillatim commedaretur, eam nullo modo humana capere utcunq; poſſet infirmitas. Cum ergo ſit omnino inſeparabilis, nunquam trinitas eſſe ſciretur, ſi ſemper inſeparabiliter diceretur. Nam & cum dicimus patrem & filium & ſpiritum ſanctum, non eos utique dicimus ſimul, cum ipſi non poſſint eſſe non ſimul. Quod uero addidit, Commemorabit uobis: intelligere debemus etiam quod iubemur non obliuiſci ſaluberrimos monitus ad gratiam pertinere, qua nos commemorat Chriſtus. Pacem, inquit, relinquo uobis, pacem meam do uobis. Hoc eſt quod legimus apud prophetam, Pacem ſuper pacem. Pacem nobis relinquit iturus, pacem ſuam nobis dabit in fine uenturus. Pacem nobis relinquit in hoc ſaeculo, pacem ſuam nobis dabit in futuro ſaeculo. Pacem nobis relinquit, in qua manentes, hoſtem uincimus: pacem ſuam nobis dabit, quando ſine hoſte regnabimus. quid autem nobis relinquit aſcendens a nobis, niſi ſeipſum, dum non recedit a nobis? Ipſe eſt enim pax noſtra, qui fecit utraque unum. Pax ergo ipſe nobis eſt, & cum credimus quia eſt, & cum uidemus eum ſicuti eſt. Sed quid eſt quod dicitur, Pacem relinquo uobis, non addit meam: ubi uero ait, do uobis, ſibi dicit meam? Vtrum ſubaudiendum eſt meam, & ubi dictum non eſt, quia poſtea dictum eſt, & poteſt referri ad unumque, etiam quod ſemel dictum eſt: An forte & hic aliquid latet, quod petendum eſt & quaerendum, & ad quod pulſantibus aperiendum? Quid enim ſi pacem ſuam eam uoluit intelligi, qualem ha-

bet ipſe? Pax uero iſta quam nobis relinquit in hoc ſaeculo, noſtra potius eſt dicenda quam ipſius. Illi quippe nihil repugnat in ſeipſo, quia nullum habet omnino peccatum. Nos autem talem pacem nunc habemus, in qua adhuc dicamus, Mitte nobis debita noſtra. Eſt ergo nobis pax aliqua, quoniam condeſcendimus legi dei ſecundum interiorem hominem: ſed non eſt plena, quia uidemus aliam legem in membris noſtris repugnantem legi mentis noſtrae. Itemq; inter nos ipſe eſt nobis pax, quia inuicem nobis credimus, quod inuicem diligamus. Sed nec iſta plena eſt, quia cogitationes cordis noſtri inuicem non uidemus: & quaedam de nobis, quae non ſunt in nobis, uel in melius inuicem uel in deterius opinamur. Itaque iſta etiam ſi ab illo nobis relicta eſt pax, noſtra eſt. Niſi enim ab illo, non haberemus & talem: ſed ipſe non habet. Si tenuerimus uſque in finem, qualem accepimus, qualem habet habebimus, ubi nihil nobis repugnet ex nobis, & nihil nos inuicem lateat in cordibus noſtris. Nec ignoro iſta Domini uerba etiam ſic accipi poſſe, ut eiufdem ſententiae repetitio uideatur. Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis. Ut quod dixerat pacem, hoc repetuerit, dicens, pacem meam: & quod dixerat, relinquo, uobis hoc reperierit, dicens, Do uobis. Ut uolet, quiſque accipiat: me tamen delectat (credo quod & uos fratres mei dilecti) ſic tenerem iſtam pacem, ubi aduerſarium concorditer uincimus, ut deſideremus pacem, ubi aduerſarium non habebimus. Quod uero Dominus adiunxit: atque ait, Non quomodo mundus dat, ego do uobis. Quid eſt aliud, niſi, quomodo homines dant, qui diligunt mundum, ita do uobis: qui propterea ſibi dant pacem, ut ſine moleſtia litium atque bellorum, non Deo, ſed amico ſuo mundo perfruantur: & quando iuſti dant pacem, ut non eos persequantur, pax eſſe non poteſt uera, ubi non eſt uera concordia, quia diſtincta ſunt corda. Quo modo enim conſors dicitur, qui ſortem iungit: ita ille conſors dicitur eſt, qui cor iungit. Nos ergo chariſſimi, quibus Chriſtus pacem reliquit, & pacem ſuam non nobis dat ſicut mundus, ſed ſicut ille per quem factus eſt mundus: ut concordemus ſimus, iungamus inuicem corda, & cor noſtrum ſuſcipimus habeamus, ne corruptur in terra. Non turbetur cor ueſtrum, neque formidet. Audistis quia ego dixi uobis, Vado & uenio ad uos. Si diligeretis me, gauderetis utique, quia uado ad patrem, quia pater maior me eſt. Hinc ergo turbari & formidare poterat cor illorum, quod ibat ab eis, quamuis uenturus ad eos. ne forſitan gregem lupus hoc interuallo inuaderet paſtoris abſentia. Sed a quibus homo abſcedebat, Deus non relinquebat: id eſt ipſe Chriſtus, homo & Deus. Ergo & ibat per id quod homo erat, & manebat per id quod Deus erat. Ibat per id quod uno loco erat, manebat per id quod ubique erat.

Mat. 6.

Rom. 7.

Pax noſtra.

Mundana pax.

Conſors, Conſors.

Curr

Cur itaque turbarentur & formidarent, quando sic deferebat oculos, ut non desereret cor? quamuis Deus etiam qui nullo continetur loco, discedat ab eorum cordibus, qui cum relinquunt moribus, non pedibus: & ueniat ad illos qui conuertuntur ad eum non facie, sed fide: & accedunt ad eum mente, non carnae. Vt autem intelligerent secundum id quod homo erat cum dixisset, Vado & uenio ad uos, adiecit atque ait, Si diligeretis me, gauderetis utique, quia uado ad patrem, quia pater maior est. Per quod ergo filius non est aequalis patri, per hoc erat uerus ad patrem, a quo & uenturus est iudicaturus uiuos & mortuos. Ipse ergo Christus filius Dei, equalis patri in forma dei, quia semetipsum exinavit, non formam dei amittens, sed formam serui accipiens, maior est & seipso, quia maior est forma dei quae amissa non est, quam serui, quae accepta est. Quid itaque mirum, uel indignum, si secundum hanc serui formam loquens ait Dei filius, Pater maior me est? & secundum Dei formam Deo loquens ait idem ipse Dei filius, Ego & pater unum sumus? Vnum sunt enim secundum id quod Deus erat uerbum: & maior est pater secundum id quod uerbum caro factum est. Secundum hanc serui formam, puer Christus etiam parentibus suis minor erat, quando paruus maioribus, sicut scriptum est, subditus erat. Aequalis enim patri filius, per quem factus est homo, ut minor esset pater, factus est homo. Quod nisi fieret, quid est homo? Dicit plane Dominus & magister noster, Si diligeretis me, gauderetis utique, quia uado ad patrem, quia pater maior est. Agnoscamus geminam substantiam Christi, diuinam scilicet, quae aequalis est patri: humanam, quae maior est pater: utrumque autem simul, non duo, sed unus Christus, ne sit quaternitas, non trinitas Deus. Sicut enim unus est homo anima rationalis & caro, sic unus est Christus Deus & homo. Ac per hoc Christus est Deus, anima rationalis & caro. Christus in his omnibus, & Christum in singulis confitemur. Quis est ergo per quem factus est mundus? Christus Iesus, sed in forma Dei. Quis est sub Pontio Pilato crucifixus? Christus Iesus, sed in forma serui. Item de singulis quibus homo constat. Quis non est derelictus in inferno? Christus Iesus, sed in anima sola. Quis resurrecturus triduo iacuit in sepulchro? Christus Iesus, sed in carne sola. Dicitur ergo & in his singulis Christus Iesus: uerum haec omnia non duo uel tres, sed unus est Christus. Ideo ergo dixit, Si diligeretis me, gauderetis utique, quia uado ad patrem: quoniam naturae humanae gratulandum est, eo quod sic assumpta est a uerbo unigenito, ut immortalis constitueretur in caelo: atque ita fieret terra sublimis, ut incorruptibilis puluis sederet ad dexteram patris. Hoc enim modo se iturum dixit ad patrem. nam profecto ad illum ibat, qui cum illo erat. Sed hoc

Philip. 2.

Christus seipso maior.

Serui forma in Christo.

Ioan. 10.

Luc. 2.

Christus deus & homo, una persona.

erat ire ad eum, & recedere a nobis, mutare atque immortale facere, quod mortale suscepit ex nobis, & leuare in caelum, per quod fuit in terra pro nobis. Quis non hinc gaudeat, qui sic diligit Christum, ut suam naturam iam immortalem gratuletur in Christo, atque id speret futurum esse per Christum? *Et nunc dixi uobis prius quam fiat, ut cum factum fuerit credatis.* Quid est hoc, cum magis credere homo debeat antequam fiat id quod credendum est? Haec est enim laus fidei, si quod creditur, non uidetur. Nam quid magnum est, si creditur quod uidetur? Secundum illam eiusdem Domini sententiam, quando discipulum arguit, dicens, Quia uidisti, credidisti: beati qui non uident, & credent. Et nescio utrum credere dicendum est quisquam quod uidet. Nam ipsa fides in epistola quae scribitur ad Hebraeos, ita est definita, Est autem fides, sperantium substantia, conuictio rerum quae non uidentur. Quapropter si fides est rerum quae creduntur, eademque fides earum rerum est quae non uidentur, quid sibi uult quod Dominus ait, Et nunc dixi uobis prius quam fiat, ut cum factum fuerit, credatis? Nonne potius dicendum fuit, Et nunc dixi uobis prius quam fiat, quod cum factum fuerit, uideatis? Nam & ille cui dictum est, Quia uidisti, credidisti: non hoc credit quod uidit, sed aliud uidit, aliud credidit. Vidit enim hominem, credidit Deum. Sed & si dicuntur credi quae uidentur, sicut dicit unusquisque oculis suis se credidisse: non tamen ipsa est quae in nobis edificatur fides, sed ex rebus quae uidentur, agitur nobis ut ea credatur quae non uidentur. Quocirca dilectissimi, uide nunc sermo est, quod Dominus ait, Et nunc dixi uobis prius quam fiat, ut cum factum fuerit, credatis: illud utique dicit, cum factum fuerit, quod eum post mortem uiuere erant uiuentem, & ad patrem ascendentem: quo uiso illud fuerant credituri, quod ipse esset Christus filius Dei, qui potuit hoc & facere cum praedixisset, & praedicere antequam faceret: credituri autem hoc non fide noua, sed aucta, aut certe cum mortuus esset defecta, cum resurrexisset refecta. Neque enim eum filius Dei non & ante credebant: sed cum in illo factum esset quod ante praedixit, fides illa quae tunc quando illis loquebatur, fuit parua, & cum moreretur, pene iam nulla, & reuixit, & creuit. Deinde quid dicit? *Iam non multa loquar uobiscum, uenit enim princeps mundi huius.* Quis, nisi diabolus? *Et in me non habet quicquam.* Nullum scilicet omnino peccatum. Sic enim ostendit non creaturam sed peccatorum principem diabolum, quos nunc nomine mundi huius appellat. Et quotiescunque mundi nomen in mali significatione ponitur, non ostendit nisi mundi istius amatores, de quibus alibi scriptum est, Quicumque uoluerit inimicus esse seculi huius, inimicus dei constituitur. Absit ergo ut sic intelligatur diabolus princeps mundi huius.

Ioan. 20.

Heb. 11. Fidei definitio.

Apostolorum fides.

Diabolus mundi princeps.

Iaco. 4. Inimicus dei quis dicitur.

ceps mundi, tanquam gerat uniuersi mundi, id est caeli & terrae, atque omnium qui in eis sunt, principatum: de quali mundo dictum est, cum de Christo uerbo sermo esset, Et mundus per eum factus est. Vniuersus itaque mundus a summis caelis usque ad infimam terram, creatori est subditus, non desertori: redemptori, non interemptori: liberatori, non captiuatori: doctori, non deceptorum. Quemadmodum autem sit intelligendus princeps mundi diabolus, euidentius aperuit Apostolus Paulus, qui cum dixisset, Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, id est, aduersus homines: subiecit atque ait, Sed aduersus principes & potestates, & rectores mundi tenebrarum harum. Sequenti enim uerbo exposuit quid dixisset mundi, cum subiecit, tenebrarum harum: ne quisquam mundi nomine intelligeret uniuersam creaturam, cuius nullo modo sunt rectores Angeli desertores. Tenebrarum, inquit, harum: id est, mundi istius amatorum. Ex quibus tamen electi non sunt, non per suum meritum, sed per Dei gratiam: quibus dicit, Fuitis enim aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino. Omnes ergo fuerunt sub rectoribus tenebrarum harum, id est hominum impiorum, tanquam tenebrae sub tenebris. Sed gratias Deo, qui eruit nos, sicut dicit idem Apostolus, de potestate tenebrarum, & transfudit in regnum filii charitatis suae: in quo princeps huius mundi, hoc est tenebrarum harum, non habebat quicquam: quia neque cum peccato Deus uenerat, nec eius carnem de peccati propagine uirgo pepererat, & tanquam ei diceretur, Cur ergo moreris, si non habes peccatum, cui debeat mortis supplicium? continuo subiicit: *Sed ut cognoscat mundus quia diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio: surgite, & amus hinc.* Discumbens enim discumbentibus loquebatur, eamus autem dicit. Quod nisi ad illum locum unde fuerat tradendus ad mortem, qui nullum habebat meritum mortis, sed habebat ut moreretur, mandatum patris, tanquam ille de quo praedictum erat, Quae non rapui, tunc exolvebam: mortem sine dubio soluturus, & nos a morte debita redempturus.

Ioan. 1.

Mundi princeps diabolus.

Eph. 6.

Eph. 5.

Tenebrae in sacris literis.

Colo. 1.

Virgo Maria Christum de peccati propagine non peperit.



Go sum uitis uera, & pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnem qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat. Iam uos mundi estis, propter sermonem quem locutus sum uobis. Manete in me, & ego in uobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in uite, sic nec uos, nisi in me manseritis. Ego sum uitis uera: uos, palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arefcet, & colligent eum, & in igne

mittent, & ardet. Si manseritis in me, & uerba mea in uobis manserint, quodcumque uolueritis petitis, & fiet uobis. In hoc clarificatus est pater meus, ut fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi uos. Manete in dilectione mea. Si praecepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea: sicut & ego praecepta patris mei seruauit, & maneo in eius dilectione. Haec locutum sum uobis, ut gaudium meum in uobis sit, & gaudium uestrum impleatur. Hoc est praeceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis quae ego praecipio uobis. Iam non dicam uos seruos, quia seruus nescit quid faciat Dominus eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia quaecumque audiui a patre meo, nota feci uobis. Non uos me elegistis, sed ego elegi uos: & posui uos ut caris, & fructum afferatis, & fructus uester maneat: ut quodcumque petieritis patrem in nomine meo, det uobis. Haec mando uobis, ut diligatis inuicem. Si mundus uos odit, scitote quia me priorem uobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat, diligeret: quia uero de mundo non estis, sed ego elegi uos de mundo, propterea odit uos mundus. Mementote sermonis mei, quae ego dixi uobis: Non est seruus maior Domini suo. Si me persecuti sunt, & uos persecutur. Si sermonem meum seruauerunt, & uestrum seruabunt. Sed haec omnia facient uobis propter nomen meum, quia nesciunt eum qui misit me. Si non uenisset, & loquutus fuisset eis, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit, & patrem meum odit. Si opera non fecerim in eis quae nemo alius fecit, peccatum non haberent, nunc autem & uiderunt, & oderunt & me & patrem meum: sed ut adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est: Quia odio habuerunt me gratis. Cum autem uenerit paracletus (quem ego mittam uobis a patre) spiritus ueritatis, qui a patre procedit, ille testimonium perhibebit de me: & uos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.

Mat. 21. 1. Ioan. 3.

Eph. 5. 1. 1. Ioh. 4. 1. Ioan. 3.

1. Ioan. 3.

Mat. 20. Mat. 24.

1. Ioh. 14.

Christus quomodo dicitur ueritas.

leo, petra, lapis angularis, & cetera huiusmodi, quæ magis ipsa sunt uera, ex quibus dicuntur istæ similitudines, non proprietates. Sed cum dicit, Ego sum uitis uera: ab illa se utique discernitur, cui dicitur, Quomodo cõuersa es in amaritudinem uitis aliena? Nam quo pacto est uitis uera, quæ expectata est ut faceret uinum, fecit autem spinas? Ego sum, inquit, uitis uera, **10** *Et pater meus agricola est. Omnem palmitem in non ferentem fructum, tollet eum: & omnem qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat.* Nunquid unum sunt agricola & uitis? Secundum hoc ergo uitis Christus, secundum quod ait, Pater maior me est. Secundum id autem quod ait, Ego & pater unum sumus, & ipse agricola est. Nec talis, quales sunt qui extrinsecus operando exhibent ministerium: sed talis, ut det etiam intrinsecus incrementum. Nam neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Et utique Deus est Christus, quia Deus erat uerbum, unde ipse & pater unum sunt. & si uerbum caro factum est: quod non erat, manet quod erat. Denique cum de patre tanquam de agricola dixisset, quod infructuosos palmites tollat, infructuosos autem purget, ut plus afferat fructum: continuo etiam seipsum mundatorem palmitum ostendens, *Iam uos, inquit, mundi estis propter sermonem quem locutus sum uobis.* Ecce & ipse mundator est palmitum, quod est agricolæ, non uitis officium: qui etiam palmites operarios suos fecit. Nam etiam non dant incrementum, impendunt tamen aliquod adiumentum: sed non de suo: quia sine me, inquit, nihil potestis facere. Mundi scilicet, atque mundandi. Neque enim nisi mundi essent, fructum ferre potuissent: & tamen omnem palmitem qui fert fructum, purgat agricola, ut fructum plus afferat. Fert fructum, quia mundus est, atque ut plus afferat, purgatur adhuc. Quis est enim in hac uita sic mundus, ut non sit magis magisque mundandus: ubi si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & ueritas in nobis non est? Si autem confeseri fuerimus peccata nostra, fidelis est & iustus, qui dimittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate. Mundet utique mundos, hoc est fructuosos, ut tanto sint fructuosiores, quanto fuerint mundiores. Iam uos mundi estis propter uerbum quod locutus sum uobis. Quare non ait, Mundi estis propter baptismum quo abluti estis: sed ait, Propter uerbum quod locutus sum uobis? nisi quia & in aqua uerbum mundat. Detrahe uerbum, & quid est aqua, nisi aqua? **10** Accedit uerbum ad elementum, & fit sacramentum etiam ipsum tanquam utilis uerbum. Nam de hoc utique dixerat, quando pedes discipulis lauit, Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus. Vnde ista tanta uirtus aquæ, ut corpus tangat, & cor abluat, nisi faciente uerbo? non quia dicitur, sed quia creditur. Nam & in ipso uerbo aliud est sonus trans-

iens, aliud uirtus manens. Hoc est uerbum fidei, quod prædicamus, ait Apostolus: quia si confessus fueris in ore tuo, quia Dominus est Iesus, & credideris in corde tuo quia Deus illi suscitauit à mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Vnde & in Actibus Apostolorum legitur, Fide mundans corda eorum, & in epistola sua beatus Petrus, Sic & uos, inquit, baptisma saluos facit, non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio. Hoc est uerbum fidei, quod prædicamus: quo sine dubio, ut mundare possit, consecratur & baptismus. Christus quippe nobiscum uitis, cum patre agricola, dilexit ecclesiam, & semetipsum tradidit pro ea. **10** *Lege Apostolum, & uide quid adiungat: Ut eam sanctificaret, inquit, mundans eam lauacro aque in uerbo. Mundatio igitur nequaquam fluxo & labili tribueretur elemento, nisi adderetur in uerbo. Manete, inquit, in me, & ego in uobis.* Non quomodo illi in ipso, sic ipse in illis, utrunque enim prodest, non ipsi, sed illis. Ita sunt quippe in uita palmites, ut uiti non conferant, sed inde accipiant unde uiuunt. Ita uero uitis est in palmitibus, ut uitale alimentum sumministret eis, non sumat ab eis. Ac per hoc & manentem in se habere Christum, & manere in Christo, discipulis prodest utrunque, non Christo, nam præciso palmitem, potest de uita radice alius pullulare, qui autem præcisus est, sine radice non potest uiuere. Denique adiungit & dicit, *Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in uita, sic nec uos, nisi in me manseritis.* Magna gratiæ commendatio, fratres mei. Corda illustrauit humiliu, ora obstruit superborum. Siue ergo parum siue multum, sine illo fieri non potest, sine quo nihil fieri potest: quia etiam parum attulerit palmes cum purgat agricola ut plus afferat: tamen nisi in uita manserit, & uixerit de radice, quantumlibet fructum à semetipso non potest ferre. *Si quis in me, inquit, non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arefcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet.* Ligna itaque uitæ tanto sunt contemptibilia si in uita non manserint, quanto gloriosiora si manserint. Denique sicut de his etiam per Ezechielem prophetam dominus dicit, præcisa nullis agricolarum usibus profunt, nullis fabrilibus operibus deputantur. Vnum è duobus palmiti congruit, aut uitis, aut ignis. si in uita non est, in igne erit. Ut ergo in igne non sit, in uita sit. *Si manseritis in me, inquit, & uerba mea in uobis manserint: quodcumque uolueritis petitis, & fiet uobis.* Manendo quippe in Christo, quid uelle possunt, nisi quod conuenit Christo? Quid uelle possunt manendo in saluatore, nisi quod non alieni est à salute: Aliud quippe uolumus, quia sumus in Christo, & aliud uolumus, quia sumus adhuc in hoc seculo. De manione namque huius seculi nobis aliquando subrepiat, ut hoc petamus, quod nobis non expedire nescimus: sed abstrus fiat

Hiere. 2. Esai. 5.

Palmites uitis.

1. Cor. 3.

Ioan. 1.

1. Ioan. 1.

Baptismi uirtus unde. Verbi dei, efficacia, Lauare pedes.

Verbum fidei. Rom. 10.

Act. 15.

1. Pet. 3.

Palmites uitis, Ephes. 5.

Ezech. 15.

Verba Christi quomodo in nobis manent.

fiat nobis, si manemus in Christo, qui non facit quando petimus, nisi quod expedit nobis. Manentes ergo in eo, cum uerba eius in nobis manent, quodcumque uoluerimus petimus, & fiet nobis: quia si petimus, & non fiet, non hoc petimus quod habet mansio in eo, nec quod habet uerba eius quæ manent in nobis, sed quod habet cupiditas & infirmitas carnis, quæ non est in eo, & in qua non manent uerba eius. Nam utique ad uerba eius pertinet oratio illa quam docuit, ubi dicimus, Pater noster qui es in caelis, ab huius orationis uerbis & sensibus non recedamus in petitionibus nostris: & quicquid petimus, fiet nobis. Tunc enim dicenda sunt uerba eius in nobis manere, quando facimus quæ præcepit, & diligimus quæ promissit. Quando autem uerba eius manent in memoria, nec inueniuntur in uita, non amputatur palmes in uita, quia uitam non attrahit radice. In his uerba Christi non manent, qui tangunt quodammodo, non coherent: & ideo illis non erunt in beneficium, sed in testimonium: & quia sic insunt in eis, ut non maneant in eis, ad hoc tenentur ab eis, ut iudicentur ex eis. **10** *In hoc, inquit, glorificatus est pater meus, ut fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli.* *Alia enim quæ græce dicitur, Latine gloria est. Quod ideo commemorandum existimaui, quia dicit Apostolus, Si Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum. Hæc est ad Deum gloria (qua glorificatur non homo, sed Deus) si non ex operibus, sed ex fide iustificatur, ut ex deo illi sit etiam quod bene operatur: quoniam palmes non possent ferre fructum à semetipso. Si ergo in hoc glorificatus est Deus pater, ut fructum plurimum afferamus, & efficiamur Christi discipuli: non hoc nostre gloriæ tribuamus tanquam hoc ex nobis ipsis habeamus. Eius est enim hæc gloria: & ideo in hoc non nostra, sed eius est gloria. Vnde & alibi eum dixisset, Sic luceat lumē uestrum coram hominibus, ut uideant opera uestra bona: ne à semetipsis putarent esse bona opera sua, mox addidit, Et glorificent patrem uestrum, qui in caelis est. In hoc enim glorificatur pater, ut fructum plurimum afferamus, & efficiamur Christi discipuli. A quo efficiamur, nisi ab illo, cuius misericordia præuenit nos? Ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo Iesu in operibus bonis. Quod autem ait, Sicut dilexit me pater, & ego dilexi uos: non æqualitatem naturæ ostendit nostre: & sua, sicut est patris & ipsius: sed gratiam qua mediator est Dei & hominum homo Christus Iesus. Mediator quippe monstratur, cum dicit, Diligit me pater, & ego uos. Nam pater utique diligit & nos, sed in ipso: quia in hoc glorificatur pater, ut fructum afferamus in uita, hoc est in filio: & efficiamur eius discipuli. **10** *Manete, inquit, in dilectione mea.* Quomodo manebimus? Audi quid sequitur: Si præcepta mea seruaeritis, manebi-*

Mat. 6. Pater noster qui es in caelis, etc.

Doxa gloria. Rom. 4.

Mat. 5.

Psal. 38. Ephes. 2.

tis in dilectione mea. Ostendit non unde dilectio generetur, sed unde monstratur, tanquam diceret, Nolite uos putare manere in dilectione mea, si non seruaeritis præcepta mea. Si enim seruaeritis, manebitis: hoc est, hinc apparebit quod in dilectione mea manebitis, si mea præcepta seruaeritis: ut nemo se fallat dicendo quod eum diligit, si eius præcepta non seruat. Nam in tantum eum diligimus, in quantum eius præcepta seruaemus. In quantum autem minus seruaemus, minus diligimus. Quamuis quod ait, Manete in dilectione mea, non apparet quam dilexerit dilectionem, utrum qua eum diligimus, an qua ipse nos diligit: sed ex uerbo superiore dignoscitur. Dixerat quippe, Et ego dilexi uos, cui uerbo continuo subiunxit, Manete in dilectione mea. Illa ergo, qua dilexi eos, quid est ergo, Manete in dilectione mea, nisi, manete in gratia mea? Et quid est, si præcepta mea seruaeritis, manebitis in dilectione mea, nisi, hoc scietis, quod in dilectione mea: qua uos diligo, manebitis, si mea præcepta seruaeritis: Non ergo ut nos diligit, prius eius præcepta seruaemus: sed nisi nos diligit, præcepta eius seruare non possumus. Hæc est gratia, quæ humilibus pater, superbos later. Sed quid illud est quod adiungitur, *Sicut & ego præcepta patris mei seruaui, & maneo in eius dilectione.* Vtique etiam hic hæc dilectionem patris intelligi uoluit, qua eum diligit pater. Ita quippe dixerat, Sicut dilexit me pater, & ego dilexi uos, atque his uerbis illa subiunxit, Manete in dilectione mea: illa proculdubio, qua dilexi uos. Ergo quod ait etiam de patre, maneo in eius dilectione, illa scilicet accipiendâ est, qua dilexit eum pater. Sed nunquid & hic gratia intelligenda est, qua pater diligit filium, sicut gratia est qua nos diligit filius, cum sint uos filij gratia, non natura: unigenitus autem, natura, non gratia? An hoc etiam in ipso filio ad hominem referendum est? Ita sane, nam dicendo, sicut dilexit me pater, & ego dilexi uos: gratiam mediatoris ostendit. Mediator autem dei & hominum, non in quantum Deus, sed in quantum homo est Christus Iesus. Et profecto secundum id quod homo est, de illo legitur, Et Iesus proficiebat sapientia & ætate & gratia apud Deum & homines. Secundum hoc igitur recte possumus dicere quod eum ad naturam Dei non pertineat humana natura, ad personam tamen unigeniti filij Dei per gratiam pertinet humana natura, & tantam gratiam, ut nulla sit maior, nulla prorsus æqualis. Neque enim illam susceptionem hominis ulla merita præcesserunt: sed ab illa susceptione, merita eius cuncta ceperunt. Manet ergo filius in dilectione, qua eum dilexit pater, & ideo seruaerit præcepta eius. Quid est enim & ille homo, nisi quod Deus susceptor est eius? Deus enim erat uerbum, unigenitus gignenti coætæmus. Sed ut mediator daretur nobis, per ineffabilem gratiam uer-

Manere in Christo quid sit.

Dilectio Christi.

Christus.

Mediator dei & hominum est Christus, in quantum homo. Luc. 22.

Merita nostra unde sunt.

bum caro factum est, & habitauit in nobis.

Gaudium Christi in nobis.

Hec locutus sum uobis, ut gaudium meum in uobis sit, & gaudium uestrum impleatur. Quod est gaudium Christi in nobis, nisi quo dignatur gaudere de nobis? Et quod est gaudium nostrum, quod dicit implendum, nisi eius habere consortium? propter quod beato Petro dixerat, Si non lauerote, non habebis partem mecum. Gaudium ergo eius in nobis, gratia est quam praestitit nobis, ipsa est ut gaudium nostrum: sed de hac ille etiam ex aeternitate gauderebat, quando nos elegit ante mundi constitutionem. Nec recte possumus dicere quod gaudium eius plenum non erat. Non enim deus imperfecte aliquando gaudebat: sed illud eius gaudium in nobis non erat, quia nec nos, in quibus esse posset, iam eramus: nec quando esse coepimus, cum illo esse coepimus. In ipso autem semper erat, qui nos suos futuros certissima sua praescientia ueritate gaudebat. Gaudium igitur eius de salute nostra, quod in illo semper fuit cum praesciuit & praedestinauit nos, coepit esse in nobis quando uocauit nos. Et hoc gaudium merito nostrum dicimus, quo & nos beati futuri sumus. Sed hoc gaudium nostrum crescit & proficit, & ad suam perfectionem perseverando pertendit. Ergo inchoatur in fide renascentium, implebitur in praemio resurgentium. Ecce unde dictum existimo. Hec locutus sum uobis, ut gaudium meum in uobis sit, & gaudium uestrum impleatur. In uobis sit meum, impleatur uestrum. Semper enim erat meum plenum, & antequam uocarem in, cum uocandi a me praesciremini. Sed sit & in uobis, cum hoc efficiemini quod praesciui de uobis. Impletur autem uestrum, quia beati eritis, quod nondum estis, sicut creati estis qui non fuistis. Hoc est, inquit, praecipuum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. Siue dicatur praecipuum, siue mandatum, ex uno uerbo Graeco utrunque interpretatur, quod est ερωλη. Iam uero ista sententiam & ante dixerat. Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos: ut & uos inuicem diligatis. Huius itaque mandati repetitio, commendatio est: nisi quod ibi mandatum nouum, inquit, do uobis: hic autem, hoc est, inquit, mandatum meum. Ibi tanquam non fuerit antea tale mandatum, hic tanquam non sit alius eius mandatum. Sed ibi dictum est nouum, ne in uetustate nostra perseveremus. hic dictum est meum, ne contemnendum putemus. Quod autem hic ita dixit, hoc est mandatum meum, uelut non sit aliud, quid putamus fratres mei? Nunquid non solui eius de ista dilectione mandatum est, qua diligimus inuicem? Nonne est aliud maius, ut diligamus Deum? Aut uero de sola nobis Deus dilectione mandauit, ut alia non inquiramus? Tria certe commendat Apostolus dicens, Manent autem, fides, spes, charitas. tria haec: maior autem his est charitas. Est in charitate, hoc est in dilectione, concludun-

Ephes. 1.

tur duo illa praepcepta, maior tamen dicta est esse, non sola. De fide igitur nobis quam multa mandata sunt, quam multa de spe quis potest cuncta colligere? quis enumerando sufficeret? Sed intueamus quod ait idem Apostolus, Plenitudo legis charitas. Vbi ergo charitas est, quid est quod possit deesse? Vbi autem non est, quid est quod possit prodesse? Daemodoc credit, nec diligit. Nemo diligit qui non credit. Frustra quidem, sed tamen potest sperare ueniam qui non diligit. Nemo autem potest sperare qui diligit. Itaque ubi dilectio est, ibi necessario fides & spes: & ubi dilectio proximi, ibi necessario etiam dilectio dei. Qui enim non diligit Deum, quomodo diligit proximum tanquam seipsum? Est quippe impius & iniquus. Qui autem diligit iniquitatem, non plane diligit, sed odit animam suam. Hoc ergo praepceptum domini tenemus, ut nos inuicem diligamus, & quicquid aliud praecipit, faciemus: quoniam quicquid est aliud, hic habemus. Discernitur quippe ista dilectio ab ea dilectione qua se inuicem diligunt homines sicut homines. Nam ut discerneret, adiunctum est, sicut dilexi uos. Vt quid enim nos dilexit Christus, nisi ut possimus regnare cum Christo? Ad hoc ergo & nos inuicem diligamus, ut dilectionem nostram discernamus a ceteris, qui non ad hoc se inuicem diligunt, quia nec diligunt. Plenitudinem dilectionis, qua nos inuicem diligere debemus, fratres charissimi, definiuit Dominus dicens, Maiorem haec dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Quia ergo superius dixerat, Hoc est mandatum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos: quibus uerbis addidit quod nunc audistis, Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis: fit ex hoc consequens, quod idem iste Euangelista Ioannes in epistola sua dicit, ut quem admodum Christus pro nobis animam suam posuit, sic & nos debeamus animas pro fratribus ponere, diligentes utique inuicem sicut ipse dilexit nos, qui pro nobis animam suam posuit. Neque hoc ita dictum sit, quasi propterea Domino Christo pares esse possimus, si pro illo usque ad sanguinem martyrium duxerimus. Ille potestatem habuit ponendi animam suam, & iterum sumendi eam. Nos autem nec quantum uolumus uiuimus, & morimur etiam si uolumus. Ipse se nobis praebuit palmitibus uitae: nos habere praeter illum non possumus uitam. Potestremo etiam fratres pro fratribus moriamur, tamen in peccatorum fratrum remissionem nullius sanguis martyris funditur, quod fecit ille pro nobis: neque in hoc quid imitaremur, sed quid gratulemur, contulit nobis.

Mandatum de dilectione, quomodo nouum dicatur.

Vos, inquit, amici mei estis, si feceritis quae ego praecipio uobis. Magna dignatio, cum seruus bonus esse non possit, nisi praepcepta Domini sui fecerit: hinc amicos suos uoluit intelligi, unde boni ser-

Dilectio ad ueniam necessaria. 1. Cor. 13.

uui sunt. Sed, ut dixi, ista dignatio est, ut Dominus quos nouit seruos suos, dignetur dicere amicos suos. Nam ut sciatis ad seruorum officium pertinere praepcepta sui domini facere, alio loco seruos utique obiurgat dicens, Quid autem uocatis me, domine, domine, & non facitis quae dico? Cum ergo dicitis, inquit, Domine, iussa faciendo quid dicatis ostendite. Nonne seruo obedienti ipse dicitur est, Euge serue bone, quoniam in paucis fidelis fuisti, super multa te constitui: intra in gaudium Domini tui. Potest igitur esse & seruus, & amicus, quia seruus bonus. Sed quod sequitur, attendamus. Iam non dico uos seruos, quia seruus nescit quid faciat Dominus eius. Ita nomen constituit amici, ut auferat seruum altero discedente succedat. Quid est hoc? nec cum praepcepta domini fecerimus, serui non erimus? Ita ne tunc serui non erimus, quando boni serui fuerimus? Et quis potest contradicere ueritati, quae ait, Iam non dico uos seruos? & cur hoc dixerit docet. Quia seruus, inquit, nescit quid faciat Dominus eius. Numquid nam seruo bono & probato Dominus eius non etiam sua secreta committit? Quid est ergo quod ait, Seruus nescit quid faciat Dominus eius? Verum esto nescit quid faciat: numquid nescit etiam quid praecipiat? Nam & si hoc nescit, quomodo seruit? aut quomodo seruus est, qui non seruit? Et tamen ipse deus loquitur, Vos amici mei estis, si feceritis quae ego praecipio uobis. Iam non dico uos seruos. O rem mirabilem! Cum seruire non possimus, nisi praepcepta domini fecerimus, quomodo praepcepta faciendo serui non erimus? Si seruus non ero praepcepta faciendo, & nisi praepcepta fecero, seruire non potero: ego seruiendo seruus non ero. Sicut enim duo sunt timores qui faciunt duo genera timentium. Sic duae sunt seruitutes, quae faciunt duo genera seruatorum. Est timor quem perfecta charitas foras mittit, & est alius timor castus, permanens in seculum seculi. Illum timorem qui non est in charitate, attēdebat apostolus cum dicebat, Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore. Illum autem timorem castum attendebat, cum dicebat, Noli altum sapere, sed time. In illo timore quem foras charitas mittit, est etiam seruitus simul foras cum ipso timore mittenda. Vtrunque enim iunxit apostolus, hoc est seruitutem & timorem, dicendo, Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore. Ad hanc seruitutem ad seruum pertinentē intuebatur & Dominus dicens, Iam non dico uos seruos, quia seruus nescit quid faciat Dominus eius. Non ille utique seruus ad timorem pertinens castum, cui dicitur, Euge serue bone, intra in gaudium domini tui: sed ille seruus pertinens ad timorem foras a charitate mittendum: de quo alibi dicit, Seruus non manet in domo in aeternum: filius autem manet in aeternum. Quoniam itaque dedit nobis potestatem fi-

Charitatis praestantia.

lios dei fieri, ut non serui, sed filij simus: miro quodam & ineffabili, sed tamen uero modo, serui, non serui esse possumus. Serui scilicet timore casto, ad quem pertinet seruus intrans in domini sui gaudium: non serui autem, timorem foras mittendo, ad quem pertinet seruus non manens in domo in aeternum. Vt autem tales serui non serui simus, dominum facere scimus. Hoc seruus ille nescit, qui nescit quid faciat Dominus eius: & cum aliquid boni facit, sic extollitur quasi hoc ipse faciat, non Dominus eius: & gloriatur in se, non in Domino gloriatur, cum se ipse deceperit, quia sic gloriatur quasi non acceperit. Nos autem, charissimi, ut amici domini esse possimus, quid noster Dominus faciat, sciamus. Non solum enim homines, uerum etiam iustos ipse facit nos, & non ipsi nos. Vt hoc sciamus, quis nisi ipse faciat? Vos autem dixi amicos, quia omnia quaecunque audiui a patre meo, nota feci uobis. Quis enim audeat affirmare uel credere ullum hominum scire omnia quaecunque a patre audiuit unigenitus filius, quādo nec hoc idem quisquam capit, quomodo audiatur a patre ullum uerbum, cum ipse sit patris unicum uerbum? Quid, quod aliquanto post, in hoc ipso tamen sermone, Multa, inquit, habeo uobis dicere, sed non potestis illa portare modo? Quo igitur pacto intellecturi sumus omnia cum nota fecisse discipulis quaecunque audiuit a patre, cum propterea quaedam multa non dicat, quia scit eos modo portare non posse? Sed nimis mirum quod facturus est, fecisse se dicit: quia ea quae futura sunt, fecit. Sicut enim ait per prophetam, foderunt manus meas, & pedes meos: ita & hoc loco ait, omnia se nota fecisse discipulis, quae se nouit nota esse facturum in illa plenitudine scientiae, de qua dicit Apostolus, Cum autem uenerit quod perfectum est, quod ex parte est euacuabitur. Ibi quippe dicit, Nunc scio ex parte tunc aure cognoscam sicut & cognoscam sum. & nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem. Nam & ipse Apostolus saluos nos dicit factos per lauacrum regenerationis: qui tamen alio loco, Spe, inquit, salui facti sumus. Spes autem quae uidetur, non est spes. Quod enim uidet quis, quid sperat? Si autem quod non uidemus, speramus, per patientiam expectamus. Unde etiam eius coapostolus Petrus: In quem modo, inquit, non uidentes creditis: quem cum uideritis, exultabitis gaudio inenarrabili & honorato, percipientes mercedem fidei salutem animarum uestrarum. Itaque sicut immortalitatem carnis, & salutem animarum futuram expectamus, quamuis iam pignore accepto salui facti esse dicamur: ita omnium notitiam quaecunque unigenitus audiuit a patre, futuram sperare debemus, quamuis iam se hoc fecisse dixerit Christus. Non uos me elegistis, inquit, sed ego elegi uos. Hae est illa ineffabilis gloria. Quid enim eramus quando Christum nondum elegeramus, & ideo non diligebamus? Nam qui non cum

ui possunt probari. Sed, ut dixi, ista dignatio est, ut Dominus quos nouit seruos suos, dignetur dicere amicos suos. Nam ut sciatis ad seruorum officium pertinere praepcepta sui domini facere, alio loco seruos utique obiurgat dicens, Quid autem uocatis me, domine, domine, & non facitis quae dico? Cum ergo dicitis, inquit, Domine, iussa faciendo quid dicatis ostendite. Nonne seruo obedienti ipse dicitur est, Euge serue bone, quoniam in paucis fidelis fuisti, super multa te constitui: intra in gaudium Domini tui. Potest igitur esse & seruus, & amicus, quia seruus bonus. Sed quod sequitur, attendamus. Iam non dico uos seruos, quia seruus nescit quid faciat Dominus eius. Ita nomen constituit amici, ut auferat seruum altero discedente succedat. Quid est hoc? nec cum praepcepta domini fecerimus, serui non erimus? Ita ne tunc serui non erimus, quando boni serui fuerimus? Et quis potest contradicere ueritati, quae ait, Iam non dico uos seruos? & cur hoc dixerit docet. Quia seruus, inquit, nescit quid faciat Dominus eius. Numquid nam seruo bono & probato Dominus eius non etiam sua secreta committit? Quid est ergo quod ait, Seruus nescit quid faciat Dominus eius? Verum esto nescit quid faciat: numquid nescit etiam quid praecipiat? Nam & si hoc nescit, quomodo seruit? aut quomodo seruus est, qui non seruit? Et tamen ipse deus loquitur, Vos amici mei estis, si feceritis quae ego praecipio uobis. Iam non dico uos seruos. O rem mirabilem! Cum seruire non possimus, nisi praepcepta domini fecerimus, quomodo praepcepta faciendo serui non erimus? Si seruus non ero praepcepta faciendo, & nisi praepcepta fecero, seruire non potero: ego seruiendo seruus non ero. Sicut enim duo sunt timores qui faciunt duo genera timentium. Sic duae sunt seruitutes, quae faciunt duo genera seruatorum. Est timor quem perfecta charitas foras mittit, & est alius timor castus, permanens in seculum seculi. Illum timorem qui non est in charitate, attēdebat apostolus cum dicebat, Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore. Illum autem timorem castum attendebat, cum dicebat, Noli altum sapere, sed time. In illo timore quem foras charitas mittit, est etiam seruitus simul foras cum ipso timore mittenda. Vtrunque enim iunxit apostolus, hoc est seruitutem & timorem, dicendo, Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore. Ad hanc seruitutem ad seruum pertinentē intuebatur & Dominus dicens, Iam non dico uos seruos, quia seruus nescit quid faciat Dominus eius. Non ille utique seruus ad timorem pertinens castum, cui dicitur, Euge serue bone, intra in gaudium domini tui: sed ille seruus pertinens ad timorem foras a charitate mittendum: de quo alibi dicit, Seruus non manet in domo in aeternum: filius autem manet in aeternum. Quoniam itaque dedit nobis potestatem fi-

60

60

60

60

60

60

60

60

Rom. 12.

Iacobi. 2.

Desperare, qui diligit, non potest.

Tob. 12.

1. Ioan. 5.

Martyris nullius sanguis pro peccatis nostris est sufficiens.

Amicus Christi: seruus etiam Christi.

Luc. 6.

Matt. 25.

Seruus bonus in euangelio, quis dicatur.

Timor duplex. Seruitus duplex. 1. Ioan. 4. Psal. 118.

Rom. 8.

Rom. 11.

Ioan. 8.

Ioan. 1.

lios dei fieri, ut non serui, sed filij simus: miro quodam & ineffabili, sed tamen uero modo, serui, non serui esse possumus. Serui scilicet timore casto, ad quem pertinet seruus intrans in domini sui gaudium: non serui autem, timorem foras mittendo, ad quem pertinet seruus non manens in domo in aeternum. Vt autem tales serui non serui simus, dominum facere scimus. Hoc seruus ille nescit, qui nescit quid faciat Dominus eius: & cum aliquid boni facit, sic extollitur quasi hoc ipse faciat, non Dominus eius: & gloriatur in se, non in Domino gloriatur, cum se ipse deceperit, quia sic gloriatur quasi non acceperit. Nos autem, charissimi, ut amici domini esse possimus, quid noster Dominus faciat, sciamus. Non solum enim homines, uerum etiam iustos ipse facit nos, & non ipsi nos. Vt hoc sciamus, quis nisi ipse faciat? Vos autem dixi amicos, quia omnia quaecunque audiui a patre meo, nota feci uobis. Quis enim audeat affirmare uel credere ullum hominum scire omnia quaecunque a patre audiuit unigenitus filius, quādo nec hoc idem quisquam capit, quomodo audiatur a patre ullum uerbum, cum ipse sit patris unicum uerbum? Quid, quod aliquanto post, in hoc ipso tamen sermone, Multa, inquit, habeo uobis dicere, sed non potestis illa portare modo? Quo igitur pacto intellecturi sumus omnia cum nota fecisse discipulis quaecunque audiuit a patre, cum propterea quaedam multa non dicat, quia scit eos modo portare non posse? Sed nimis mirum quod facturus est, fecisse se dicit: quia ea quae futura sunt, fecit. Sicut enim ait per prophetam, foderunt manus meas, & pedes meos: ita & hoc loco ait, omnia se nota fecisse discipulis, quae se nouit nota esse facturum in illa plenitudine scientiae, de qua dicit Apostolus, Cum autem uenerit quod perfectum est, quod ex parte est euacuabitur. Ibi quippe dicit, Nunc scio ex parte tunc aure cognoscam sicut & cognoscam sum. & nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem. Nam & ipse Apostolus saluos nos dicit factos per lauacrum regenerationis: qui tamen alio loco, Spe, inquit, salui facti sumus. Spes autem quae uidetur, non est spes. Quod enim uidet quis, quid sperat? Si autem quod non uidemus, speramus, per patientiam expectamus. Unde etiam eius coapostolus Petrus: In quem modo, inquit, non uidentes creditis: quem cum uideritis, exultabitis gaudio inenarrabili & honorato, percipientes mercedem fidei salutem animarum uestrarum. Itaque sicut immortalitatem carnis, & salutem animarum futuram expectamus, quamuis iam pignore accepto salui facti esse dicamur: ita omnium notitiam quaecunque unigenitus audiuit a patre, futuram sperare debemus, quamuis iam se hoc fecisse dixerit Christus. Non uos me elegistis, inquit, sed ego elegi uos. Hae est illa ineffabilis gloria. Quid enim eramus quando Christum nondum elegeramus, & ideo non diligebamus? Nam qui non cum

60

60

60

60

60

60

60

60

60

60

60

60

Eccli. 1.

Psal. 21.

Futurum tanquam praeiens uel praeteritum est apud deum.

ad Tit. 3.

Rom. 8.

1. Pet. 1.

Pfal. 83.

eligit, quomodo diligit? Numquid iam in nobis erat quod in psalmo canitur, Elegi habitus esse in domo dei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum: Non utique, Quid ergo eramus, nisi iniqui & perditii? Neque enim iam credideramus in eum, ut eligeret nos. Nam si iam credentes elegit, electos elegit. Cur ergo diceret, Non uos me elegistis, nisi quia misericordia eius prouenit nos? Non est ut dicas, Antequam

Pfal. 58.

Misericordia Christi prouenit.

credere, iam bona operabar, ideo electus sum. Quid enim est boni operis ante fidem, cum dicat apostolus, Omne quod non est ex fide, peccatum est? Quid ergo dicturi sumus audiendo, Non uos me elegistis, nisi quia mali eramus, & electi sumus, ut boni per gratiam nos eligentis essemus? Non est enim gratia, si praecesserit merita. Et autem gratia, haec igitur non inuenit, sed efficiet merita. Et uidete charissimi, quem ad modum non eligat bonos, sed quos elegit, faciat bonos. Ego, inquit, elegi uos, & posui uos ut eatis, & fructum afferatis, & fructus uester maneat. Nonne iste est fructus de quo iam dixerat, Si in me nihil potestis facere? Elegit ergo nos & posuit ut eamus, & fructum afferamus. Nullum itaque fructum unde nos eligeret habeamus. Ut eatis, inquit, & fructum afferatis. Imus ut afferamus, & ipse est uia qua imus: in qua nos posuit, ut eamus. Proinde in omnibus misericordia eius prouenit nos. Et fructus, inquit, uester maneat.

Gratia, merito efficit.

Et quodcumque petieritis patrem in nomine meo, det uobis. Maneat ergo dilectio ipse est ergo fructus nostrer, quae dilectio nunc est in desiderio, nondum in saturitate: & ipso desiderio quodcumque petierimus in nomine unigeniti filii, dabit nobis pater. Quod autem accipere saluandis non expedit nobis, non existimemus nos petere in nomine saluatoris: sed hoc petimus in nomine saluatoris, quando pertinet ad orationem salutis, haec mando uobis, ut diligatis inuicem. Ac per hoc intelligere debemus, hunc esse fructum nostrum de quo ait, Ego uos elegi ut eatis, & fructum afferatis, & fructus uester maneat. & quod adiunxit, Ut quodcumque petieritis patrem in nomine meo, det uobis: tunc utique dabit nobis, si diligamus inuicem: cum & hoc ipsum ipse dederit nobis, qui nos elegit non habentes fructum, quia non eum nos elegeramus. De fructu itaque nobis mandas, haec mando, inquit, uobis, ut diligatis inuicem. Unde & apostolus Paulus cum contra opera carnis commendare fructum spiritus uellet, a capite hoc posuit. Fructus, inquit, spiritus est charitas, ac deinde caetera tanquam ex isto capite exorta & religata contextuit. Merito itaque magister bonus dilectionem sic saepe commendat, tanquam sola praecipienda sit, sine qua non possunt prodesse caetera bona, & quae non potest haberi sine caeteris bonis, quibus homo efficitur bonus. Pro hac autem dilectione patere debemus etiam odia mundi sustinere. Necessarium est enim ut nos oderit, quos cernit nossequod

Galat. 5.

Charitas fructus spiritus.

Dilectio fraterna.

Christiana non necessaria.

10 Cur ergo se membrum supra uerticem extoluit? Recusas esse in corpore, si non uis odium mundi sustinere cum capite. Si de mundo, inquit, essetis, mundus quod suum erat diligeret. Vniuersa itaque hoc dicit Ecclesiae, quam plerumque etiam ipsam mundi nomine appellat, sicut illud est, Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Itemque illud, Non uenit filius hominis ut iudicaret mundum, sed ut saluaretur mundus per ipsum. & in Epistola sua Ioannes ait, Aduocatum habemus ad patrem, Iesum Christum iustum: & ipse est propitiatio peccatorum nostrorum: non tantum nostrorum, sed & totius mundi. Totus ergo mundus ecclesia est, & totus mundus odit ecclesiam. Mundus igitur odit mundum, inimicus reconciliatum, damnatus saluatum, inquinatum mundatum. Sed iste mundus quem Deus in Christo reconciliat sibi, & qui per Christum saluatur, & cui per Christum peccatum omne donatur, de mundo electus est inimico, damnato, contaminato. Ex eadem quippe massa quae tota in Adam perijt, sunt uasa misericordiae, in quibus est mundus pertinens ad reconciliationem: quem mundus odit ex eadem massa pertinens ad uasa irae, quae perfecta sunt in perditionem. Denique cum dixisset, Si de mundo essetis, mundus quod suum esset, diligeret: continuo subiicit, Quia uero de mundo non estis, sed ego elegi uos de mundo, propterea odit uos mundus. Ergo & ipsi inde erant, unde ut non essent, electi sunt inde, non meritis suis, quorum nulla bona praecesserant operari: non natura, quae tota fuerat per liberum arbitrium in ipsa radice uitiosa: sed gratuita, hoc est uera gratia. Qui enim de mundo mundum elegit, fecit quod eligeret, non inuenit: quia reliquiae per electionem gratiae saluae factae sunt. Si autem gratia, inquit, iam non ex operibus, alioqui gratia iam non est gratia. Si autem quaeratur quomodo se diligit mundus perditionis, qui odit mundum redemptionis: diligit se utique falsa dilectione, non uera proinde falso se diligit, & uere odit. Qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam. Sed diligeret se dicitur, quoniam iniquitatem qua iniquus est diligit. Erratum odisse se dicitur, quoniam quod ei nocet, hoc diligit. Odit ergo in se naturam, diligit uitium. Odit quod factus est per dei bonitatem, diligit quod in eo factum est per liberam uoluntatem. Unde nos quoque illum diligeret & prohibemur, si recte intelligamus, & iubemur. Prohibemur scilicet ubi nobis dicitur, Nolite diligeret mundum, iubemur autem ubi nobis dicitur, Diligite inimicos uestros. Ipsi sunt enim mundus, qui nos odit. Ergo prohibemur diligeret in illo, quod ipse diligit in seipso: & iubemur diligeret in illo, quod ipse odit in seipso. Vitium quippe in illo diligeret

10

20

30

40

50

60

Ecclesia, mundi uocabulo uenit.

2. Cor. 5. Ioan. 3.

1. Ioan. 2.

Rom. 9.

Meritum pro nostris electi non sumus.

Rom. 12. Gratia non ex operibus.

Psal. 10.

Liberum arbitrium.

2. Ioan. 2.

Mat. 5. Inimici diligendi.

Ioan. 3.

1. Ioan. 4.

Seruus bonus in euangelio, quis dicatur.

Pfal. 18.

Mat. 25.

Mat. 5.

Persecutionem propter iustitiam pati.

ligere prohibemur, iubemurque diligeret naturam, cum ipse in se diligeret uitium, oderitque naturam: ut nos eum & diligamus, & oderimus recte: cum se ipse diligeret oderitque peruerse. Mementote, inquit, sermonis mei, quae ego dixi uobis. Non est seruus maior domini suo. Si me persecuti sunt, & uos persequentur, si sermonem meum seruauerunt, & uestrum seruabunt. Manifestum est igitur illum seruum qui non manet in domo in aeternum, illum pertinentem ad tempus quem foras charitas mittet, esse intelligendum ubi dictum est, iam non dico uos seruos. hic autem ubi dicitur, Non est seruus maior domino suo: si me persecuti sunt, & uos persequentur: illum significati seruum pertinentem ad timorem castum, qui permanet in seculum seculi. Hic enim seruus est auditurus, Euge serue bone, intra in gaudium domini tui. Sed haec omnia, inquit, facient uobis propter nomen meum, quia nesciunt eum qui me misit. Quae omnia facient, nisi quae dixit, odio habebunt scilicet, & persequentur sermonem quem contemnuerunt: quoniam si sermonem seruarent eorum, nec tamen odissent eos, neque persequerentur: uel etiam si odissent, nec tamen persequerentur, non omnia facerent. Haec autem omnia faciet uobis, inquit, propter nomen meum. Quid est aliud dicere, quam me in uobis odio habebunt: me in uobis persequerentur: & sermonem uestrum, quia meus est, ideo non seruabunt. Hec enim omnia facient uobis propter nomen meum: non uestrum, sed meum. Tanto igitur miseres qui propter hoc nomen ista faciunt, quanto beatores, qui propter hoc nomen ista patiuntur: sicut ipse alio loco dicit, Beati qui persecutionem patientur propter iustitiam, hoc est enim propter me, uel propter nomen meum. Si eo modo intelligimus dictum, Haec omnia facient uobis propter nomen meum, totum referatur ad iustos, tanquam dictum sit, Haec omnia patientur ab eis. Si autem propter nomen meum sic accipitur, tanquam diceret, propter nomen meum quod in uobis oderunt: ita potest accipi & propter iustitiam, quae in uobis oderunt. Ac per hoc & boni cum persecutionem faciunt malis, possunt recte dici & propter iustitiam facere, quum diligendo persequantur malos: & propter iniquitatem, quam oderunt in ipsis malis. Ita ergo & ipsi mali possunt dici pati, & propter iniquitatem, quae in illis punitur: & propter iustitiam quae in eorum poena exercetur. Item quaeri potest, si etiam mali faciunt persecutionem malis, sicut impij reges & iudices, cum essent persecutores piorum, & utique homicidas, & adulteros, & quosque maleficos quos contra leges publicas fecisse cognoscerent, puniebant: quomodo intelligendum est quod ait Dominus, Si de mundo essetis, mundus quod suum est diligeret? Neque enim quos punit, diligit mundus, a quo uideamus supra dicta scelerum genera plerumque puniri: nisi quia mundus est in eis a quibus talia

scelera puniuntur: mundus & in eis a quibus talia scelera diligitur. Mundus itaque ille qui intelligitur in malis atque impijs, & odit quod suum est: & diligit quod suum est, ex ea parte hominum qua sceleratis nocet: & diligit quod suum est, ex ea parte hominum qua eisdem ipsis cum conscleratis fauet. Ergo haec omnia facient uobis propter nomen meum, uel ita dictum est, propter quod uos patimini: uel ita, propter quod & ipsi faciunt: quia hoc in uobis dum persequuntur, oderunt, & addidit, Quia nesciunt eum qui me misit. Hoc secundum eam scientiam dictum intelligendum est, de qua & alibi scriptum est, Scire autem te, qui scit patrem a quo missus est Christus, nullo modo persequuntur eos quos colligit Christus, quia & ipsi cum eis colliguntur a Christo.

10

20

30

40

50

60

Mundus malus & odit quod suum est, & diligit.

Sapient. 6.

Scientia Christi.

Peccatum maximum, infidelitas.

Excusationem peccati non habere, quia uenit & locutus est eis: si autem habet, utrum ad hoc habeant, ut a peccatis alienentur, an ut minus puniantur? Ad haec inquisita pro meo capitulo domino dante respondeo, habere illos excusationem, non de omni peccato suo, sed de hoc peccato, quia in Christum non crediderunt. ad quos non uenit, & quibus non est locutus, sed non in eo sunt numero ad quos in discipulis uenit, & quibus per discipulos est locutus. quod & tunc facit, nam per Ecclesiam suam uenit ad gentes, & per Ecclesiam suam loquitur gentibus. Ad hoc enim pertinet quod ait, Qui uos recipit, me recipit: & qui uos spernit, me spernit. An uultis, inquit apostolus Paulus, experimentum accipere eius qui in me loquitur?

Luc. 10. 2. Cor. 13.

Restat inquirere utrū hi qui prius quā Chri-
 stus in Ecclesia ueniret ad gētes, & prius quā
 Euangelium eius audirent, uitā huius sine prę-
 uenti sunt, seu pręueniuntur, possint habere
 hanc excusationē. Possunt planē sed non ideo
 possunt effugere damnationē. Quicūq; enim
 sine lege peccauerunt, sine lege peribunt: &
 quicūq; in lege peccauerunt, per legem iudi-
 cabuntur. Isti certe ad quos uenit, & quibus lo-
 cutus est Christus, non habent de magno in si-
 delitatis peccato illam excusationem, qua pos-
 sent dicere, Non uidimus, non audiuimus: siue
 nō acceptaretur ista excusatio ab illo cuius in-
 scrutabilia sunt iudicia, siue acceptaretur: & si
 non ab omni damnatione liberarentur, certe
 aliquanto leuius damnarentur. Audistis Domi-
 num dicentem, *Qui me odit, & patrem meum odit.*
 Qui superius dixerat, *Hęc facient uobis, quia
 nesciunt eum qui misit me.* Si interrogarentur
 Iudei utrum diligerēt deū, quid se aliud quā
 diligere responderent, nec ex animo mentien-
 tes, sed errando potius opinātes? Quomodo e-
 nim diligerent patrem ueritatis, qui habent
 odio ueritatem? Nolunt enim sua facta dam-
 nari: & hoc habet ueritas, ut talia facta damnen-
 tur. Tantum igitur oderunt ueritatem, quan-
 tum oderunt suas pœnas, qua talibus irrogat
 ueritas. Nesciunt autem illam esse ueritatem,
 quæ tales quales ipsi sunt damnat. Oderunt er-
 go quam nesciunt: & eum illam oderunt, profe-
 cto & eum de quo nata est, nisi odisse non pos-
 sunt. Ac per hoc quia ueritatem qua iudicante
 damnantur, de patre Deo natam nesciunt, uti-
 que etiam ipsum nesciunt, & oderunt. *Si ope-
 ra non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non
 haberent.* Peccatum illud scilicet magnum, de
 quo & superius ait, *Si non uenissem, & locutus
 fuisset eis, peccatum nō haberent, hoc est pec-
 catum, quod in eum loquentem & operantem
 non crediderunt.* Hoc peccatum quo in eum
 non crediderunt, ideo sic cōmemoratur, quia
 ipso peccato tenentur & cætera, hoc enim si non
 haberent, & in eum crederent, dimitterentur, &
 cætera. Sed quid est hoc, cum dixisset, *Si opera
 non fecissem in eis, mox addidit, quæ nemo al-
 ius fecit: nulla quippe in operibus Christi ui-
 dentur esse maiora, quā suscitatio mortuorum:
 quod scimus etiam antiquos fecisse Prophetas.*
 Fecit enim Helias, fecit Heliseus, & cum in hac
 carne uiueret, & cum in suo monumento sepul-
 tus iaceret. Fecit tamen aliquam Christus, quæ
 nemo alius fecit, quod quinq; milia hominum
 de quinque, & quatuor millia de septem pan-
 bus paui: quod super aquas ambulauit, & Pe-
 tro ut hoc faceret præstitit: quod aquam muta-
 uit in uinum: quod aperuit oculos cæci nati: &
 alia multa, quæ cōmemorare longum est. Sed
 respōdetur a nobis & alios fecisse quæ ipse non
 fecit, & quæ nemo alius fecit. Quis enim nisi
 Moses Aegyptios plagis tot tātisq; percussit?

Rom. 3.

Infidelitas
peccati.

Christi o-
pera etiam
alij facere,
sed nō om-
nia.
3. Reg. 17.
4. Reg. 4.
Miracula
Christi.
Luc. 9.
Marc. 8.
Mat. 14.
Ioan. 2.
Ioan. 9.
Exod. 7. 8.
9. & dein.
Exod. 14.
Exod. 16.

diuisio mari populū duxit: manna de caelo esu-
 rientibus impetrauit: & aquam de petra sitienti-
 bus fudit: Quis nisi Iesus Naue populū transi-
 tur Jordanis fluuenta diuisit: & currentem so-
 lem emissa ad Dominum oratione frenauit &
 fixit: Quis præter Sanson propter suam sitim
 maxilla mortui asini exundante, satius est?
 Quis præter Heliam curru igneo in alta subuectus
 est? Quis præter tres uiros, Ananiā, Azariā, Mi-
 sahelem in flammis ardentibus, & non uenti-
 bus deambulauit illæsus? Prætereo cætera: quo-
 niam hæc satis esse arbitror quibus demonstre-
 tur, & alios sanctos quædam opera miranda fe-
 cisse, quæ nemo alius fecit. Sed qui tam multa
 uitia, & malas ualitudines, uexationesq; mora-
 talium tanta potestate sanarit, nullus omnino
 legitur antiquorum. Ut enim taceatur quos iu-
 bendo sicut occurrebant, saluos singulos fecit:
 Marcus euangelista quodam loco ait, *Vespere
 autem facto, cum sol occidisset, afferebant ei
 omnes male habētes, & demonia habentes: &
 erat omnis ciuitas congregata ad ianuam: & cu-
 raurit multos qui uexabantur uarijs languori-
 bus: & demonia multa eiecit. Id autem cum
 commemorasset Matthæus, etiam testimoni-
 um propheticum addidit, dicens, *Ut adimplea-
 tur quod dictum est per Esaiam prophetam di-
 centē, Ipse infirmitates nostras accepit, & agro-
 tationes portauit.* Item alio loco dicit Marcus:
 Et quocūq; introibat, in uicos, uel in uillas, aut
 in ciuitatem, in plateis ponebant infirmos, &
 deprecabantur eum, ut uel simbriam uestimen-
 ti eius tangerent: & quotquot tangebāt eum,
 salui fiebant. Hęc nemo alius fecit in eis. Sic e-
 nim est intelligendum quod ait, in eis, non inter
 eos, uel coram eis, sed prorsus in eis, quia sana-
 uit eos. Hęc quippe intelligi uoluit, quæ non
 solum facerent admirationem, uerum etiā ma-
 nifestam conferrent salutem, pro quibus bene-
 ficij utique amorem nō odium retribuere de-
 buerunt. Omnia quidem cæterorum miracula
 superat, quod est natus ex uirgine, matrisq; in-
 tegratam solus potuit nec conceptus uiolare
 nec natus. Sed hoc nec corā eis factum est, nec
 in eis. Ad cognoscendam quippe huius miracu-
 li ueritatem, non cōmuni cum eis aspectu, sed
 discreto ab eis discipulatu Apostoli peruene-
 runt. Iam uero illud, quod die tertio in carne in
 qua occisus fuerat, de sepulcro se reddidit ui-
 uū, & nunquā deinde moriturus, cū illa ascen-
 dit in cælum, super etiam cuncta quæ fecit. Sed
 neque hoc factum est in Iudæis, neque coram
 eis: & nondum hoc fecerat, quando dicebat,
 Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius
 fecit. Nimirum ergo illa sunt quæ in eorum ua-
 litudinibus tanta miracula salutis ostēdit, quan-
 ta illis antea nemo douauit. Hęc enim uide-
 runt: & hoc eis exprobrans adiunxit, & dicit,
 Nunc autem & uiderunt, & oderunt & me, & patrem
 meum, sed ut impleatur sermo qui in lege eorū scriptus est,
 Quia*

Ioh. 3.
Sanson.
Iudic. 15.
4. Reg. 2.
Dan. 3.

Marc. 1.
Mat. 8.
Esa. 53.
Marc. 6.

Miracula
sanctorum
omnia
Christus
fecit.
Quia

Qui odio habuerunt me gratis. Eorum legem di-
 cit, non ab ipsis inuentam, sed ipsis datam: si-
 cut dicimus, Panem nostrum quotidianum:
 quem tamen a Deo petimus, addendo, da no-
 bis. Gratis autem odit, qui nullū ex odio com-
 modum querit, uel incommodum fugit. Sic
 oderunt Deum impij, sic diligunt iusti, hoc est,
 gratis, ut alia propter illum non expectent bo-
 na, quoniam ipse erit in omnibus omnia. Quis-
 quis uero altius attenderit Christum dicentem,
 Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius
 fecit, inueniet ipsum fecisse, si quispiam Dei ho-
 mo tale aliquid fecit. Potest quippe ipse cū cæ-
 ta per seipsum: nemo autem potest aliquid sine
 ipso. Christus nanque cum patre & spiritu san-
 cto, non tres dij, sed unus Deus: de quo scriptū
 est, *Benedictus Dominus deus Israel, qui facit
 mirabilia solus.* Nemo ergo alius fecit quæcum-
 que in eis opera fecit: quoniam quisquis alius
 homo aliquid eorum fecit, ipso faciente fecit:
 hæc autem ipse non illis facientibus fecit.
 Cum autem uenerit paracletus, quem ego mittam uo-
 bis a patre, spiritum ueritatis, qui a patre procedit, ille tes-
 timonium perhibebit de me, & uos testimonium perhibebi-
 tis, quia ab initio mecum estis. Quid hoc pertinet
 ad illud quod dixerat, *Nunc autem & oderunt
 & me, & patrem meum: sed ut impleatur ser-
 mo qui in lege eorum scriptus est, Quia odio
 habuerunt me gratis?* An quia paracletus quan-
 do uenit, spiritus ueritatis, eos qui uiderunt &
 oderunt, testimonio manifestiore conuicit, imō
 uerō etiam aliquos ex illis qui uiderant, & ad-
 huc oderant, ad fidem quæ per dilectionem o-
 peratur, sui manifestatione conuertit? Hoc ut
 intelligamus, ita factum esse recolimus. Ve-
 nit enim die Pentecostes spiritus sanctus in cæ-
 tum uiginti homines congregatos, in quibus
 Apostoli omnes erant: qui illo adimpleti, cum
 linguis omnium gentium loquerentur, plures
 ex his qui aderant, tanto miraculo stupefacti
 (quando quidem uiderunt loquēte Petro tam
 magnum atque diuinum testimonium perhi-
 beri de Christo, ut ille qui occisus ab eis, inter
 mortuos deputabatur, resurrexisse & uiuere
 probaretur) compuncti corde, conuersi sunt,
 & tanti sanguinis tam impie atque immaniter
 fusi indulgentiam perceperunt, ipso redempti
 sanguine, quem fuderunt. Christi enim san-
 guis sic in remissionem peccatorum omnium
 fusus est, ut ipsum etiam peccatum possit dele-
 re quo fusus est. Hęc ergo intuens Dominus,
 dicebat, *Odio habuerunt me gratis.* Cū autem
 uenerit spiritus paracletus, ille testimoniū per-
 hibebit de me, tāquam diceret, *Odio me habue-
 runt, & occiderunt uidentes: sed tale de me tes-
 timonium paracletus perhibebit, ut eos faciat
 in me credere non uidentes.* Et uos, inquit, testi-
 monium perhibebitis, quia ab initio mecum es-
 tis. Perhibebit spiritus sanctus, perhibebitis &
 uos. Quia enim ab initio mecum estis, potestis

Mat. 6.
Gratis o-
disse & a-
marc.
Colos. 3.
Psal. 71.
Act. 2.

prædicare quod nostis, quod ut modo nō facia-
 tis, illius spiritus plenitudo nondum adest uo-
 bis. Ille ergo testimonium perhibebit de me, ut
 uos perhibeatis. Dabit enim uobis fiduciam te-
 stimonium perhibendi, charitas diffusa in cor-
 dibus uestris, per spiritum sanctum qui dabi-
 tur uobis. Quæ utiq; Petro adhuc defuit quan-
 do mulieris ancillæ interrogatione perterritus,
 non potuit uerum testimonium perhibere, sed
 contra suam pollicitationem timore magno
 compulsus est ter negare. Timor autē iste non
 est in charitate, sed perfecta charitas foras mit-
 tit timorem. Ille testimoniū perhibebit de me,
 & uos testimonium perhibebitis. Itaque quia
 ille perhibebit, etiam uos perhibebitis. Ille in
 cordibus uestris, uos in uocibus uestris. Ille in spi-
 rando, uos sonando: ut possit impleri, *In omni
 nem terram exiuit sonus eorum.* Parum quip-
 pe fuerat eos adhortari exemplo suo, nisi imple-
 ret spiritu suo. Deniq; Apostolus Petrus cum
 iam uerba eius audisset ubi dixerat, *Non est ser-
 uus maior domino suo: si me persecuti sunt, &
 uos persequentur: & hoc in illo iam uideret im-
 pleri, in quo patientiam domini sui, si exemplum
 sufficeret, debuit imitari, succubuit, & negauit,
 non utique ferens quod illum ferre cernebat.*
 Cum uerō accepit donū spiritus sancti, quem
 negauerat prædicauit, & quem confiteri timue-
 rat, non timuit profiteri. Prius enim exemplo
 fuerat edoctus, ut quod cōuenerat, nosset. Sed
 nōdum fuerat uirtute fultus, ut quod nouerat,
 faceret. Instructus erat ut staret, sed non erat fir-
 matus ne caderet, quod postea quā per spiri-
 tum sanctum factum est, annunciauit usq; ad
 mortem. Ideo subinfert Dominus,
 CAPVT XVI.
 Sic locutus sum uobis, ut nō scan-
 dalizemini. Absq; synagogis faci-
 ent uos. Sed uenit hora, ut omnis
 qui interficit uos, arbitretur obse-
 quium se præstare Deo. Et hæc fa-
 cient uobis, quia non nouerunt patrem, neque
 me. Sed hæc locutus sum uobis, ut cum uene-
 rit hora eorum, reminiscamini quia ego dixi uo-
 bis. Hęc autē uobis ab initio nō dixi, quia uobis
 cum erā. Et nunc uado ad eū qui misit me, & ne-
 mo ex uobis interrogat, *Quo uadis?* Sed quia
 hæc locutus sum uobis, tristitia impleuit cor ue-
 strū. Sed ego ueritatem dico uobis, expedit uo-
 bis ut ego uadā. Si enim non abiero, paracletus
 non ueniet ad uos. Si autē abiero, mittā eum ad
 uos, & cū uenerit, ille arguet mundū de pecca-
 to, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quis-
 dem, quia non crediderunt in me. De iustitia ue-
 rō, quia ad patrē uado, & iam non uidebitis me.
 De iudicio autē, quia princeps huius mūdi iam
 iudicatus est. Adhuc multa habeo uobis dicere,
 sed non potestis portare modō. Cū autem ue-
 nerit ille spiritus ueritatis, docebit uos omnem
 ueritatem. Non enim loquetur a semetipso,
 sed

Ioan. 8.
Petri p. 44
uor.

1. Ioan. 4.

Psal. 18.

Mat. 24.

sed quæcum p̄ audiet, loquetur: & quæ uentura sunt, annuntiabit uobis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annūciabit uobis. Omnia quæcumq; habet pater, mea sunt. Propterea dixi, Quia de meo accipiet, & annūciabit uobis. Modicum, & iam non uidebitis me: & iterum modicum, & uidebitis me, quia uado ad patrem. Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicem: Quid est hoc quod dicit nobis, Modicum & non uidebitis me, & iterum modicum & uidebitis me, & quia uado ad patrem? Dicebant ergo: Quid est hoc quod dicit, modicum? nescimus quid loquitur. Cognouit autē Iesus, quia uolebant eum interrogare: & dixit eis, De hoc quæritis inter uos, quia dixi, Modicum & non uidebitis me, & iterum modicum & uidebitis me. Amen amen dico uobis, quia plorabitis & flebitis uos, mundus autem gaudebit: uos autem contristabimini, sed tristitia uestra uertetur in gaudium. Mulier cum parit, tristitiam habet, quia uenit hora eius, cū autē pepererit puerum, iam nō meminit pressuræ, propter gaudium, quia natus est homo in mundū. Et uos igitur nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem uidebo uos, & gaudebit cor uestrū, & gaudium uestrū nemo tollet a uobis. Et in illo die me non interrogabitis quicquā. Amen amē dico uobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. **Vsq; modo non petistis quicquam in nomine meo. Petite, & accipietis, ut gaudium uestrum sit plenum.** Hæc in prouerbis loquitur sum uobis. Venit hora cum iam non in prouerbis loquar uobis, sed palam de patre annūciabo uobis. In illo die in nomine meo petetis, & non dico uobis, quia ego rogabo patrem de uobis: ipse enim pater amat uos, quia uos me amatis, & credidistis quia a Deo exiui. Exiui a patre, & ueni in mundum: iterum relinquo mundum, & uado ad patrem. Dicunt ei discipuli eius: Ecce nunc palam loqueris, & prouerbum nullum dicis. Nunc scimus, quia scis omnia, & non opus est tibi ut quis te interroget, in hoc credimus quod a deo existi. Respondit eis Iesus: Modò creditis? Ecce uenit hora, & iam uenit, ut dispergamini unusquisq; in propria, & me solum relinquat: & tamen nō sum solus, quia pater mecū est. Hæc loquutus sum uobis, ut in me pacē habeatis. In mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego uici mundum. **Hæc, inquit, locutus sum uobis, ut non scandalizemini.** Canitur quippe in Psalmo, Pax multa diligentibus legem uram, & non est illis scandalum. Merito itaque promissio spiritus sancto, quo in eis operante fierent testes eius, subiunxit, Hæc locutus sum uobis, ut non scandalizemini. Cum enim charitas Dei diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis, sit pax multa diligentibus legem Dei, ut non sit in eis scandalum. Deinde quæ passuri essent, iam exprimens ait, **Extra syna-**

Mat. 7.
Mar. 11.
Luc. 11.
Iacob. 1.

Mat. 26.
Marc. 14.

Psal. 118.

Rom. 5.

gogas facient uos.] Quid autem mali erat Apostolis expelli de Iudaicis synagogis, quasi non inde se fuerat separaturi, etiam si eos nullus expelleret? Sed nimirum hoc uoluit denunciare, qui Iudæi Christum non fuerant recepturi: & ideo futurum erat, ut foras mitterentur cum illo, ab eis qui esse nollent in illo, hi qui esse non possent sine illo. Nam profecto, quia non erat ullus alius populus Dei, quam illud semen Abrahamæ: si agnoscerent & reciperent Christum tanquam rami naturales in olea permanentes, nec aliæ fierent Ecclesiæ Christi, aliæ synagogæ Iudæorū: eadem quippe essent, si in eodem esse uoluissent: quod quia noluerunt, quid restabat, nisi ut remanentes extra Christum, extra synagogas facerent eos, qui non reliquerent Christum? Accepto quippe spiritu sancto testes eius effecti, non utique tales essent de quibus dicitur, Multi principes Iudæorū crediderunt in eum: sed propter metum Iudæorum, ne pellerentur de synagogis, nō audebant confiteri eum. Dillexerunt enim gloriam hominum, magis quam Dei. Crediderunt ergo in eum, sed non sic quomodo uolebat eos credere qui dicebat, Quomodo potestis credere, gloriam ab inuicem expectantes, & gloriam quæ a solo Deo est, non quærentes? Discipulis ergo sic in eum erudentibus, illa congruit propheta quæ de ipsis inuenitur impleta, Domine in lumine uultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iustitia tua exaltabuntur: quoniam gloria uirtutis eorum tu es. Merito eis dicitur, Extra synagogas facient uos. Illi scilicet qui zelum Dei habent, sed non secundum scientiam. Nec expulsi ab hominibus erubescunt, quoniam gloria uirtutis eorum ipse est. Denique cum hoc eis dixisset, adiecit, **Sed uenit hora, ut omnis qui interficit uos, arbitretur obsequium se prestare Deo. & hæc facient uobis, quia non cognouerunt patrem, neque me.]** Hoc est, non cognouerunt Deum, nec eius filium, cui se in uobis occidendis prestare arbitrantur obsequium. Quæ uerba Dominus ita subiicit, tanquam ex hoc consolaretur qui de synagogis Iudaicis pellerentur. Prænunciāns enim quæ mala essent pro eius testimonio perpassuri, extra synagogas, inquit, faciēt uos. Quid ergo ibi facit hoc uerbum quod ait, Sed uenit hora: non ait, & uenit: cum tribulationem super tribulationem, non consolationem post tribulationem uenturā illis esse prædiceret? An forte sic eos illa de synagogis separatio fuerat turbatura, ut mori mallent, quam in hac uita sine Iudæorum congregationibus immorari? Absit ut sic turbarentur, qui de inon hominum gloriam requirebāt. Quid ergo est, extra synagogas facient uos, sed uenit hora: cū potius dicere debuisset uideatur, Et uenit hora, ut omnis qui interficit uos, arbitretur obsequium se prestare deo: Neq; enim saltem dictum est, sed uenit hora ut interficiāt uos, quasi ut eis mors

Rom. 11.

Ioan. 12.
De synagogis eijciendi mentus.

Ioan. 5.

Psal. 88.

Rom. 10.

mors pro consolatione illius separationis accideret: sed uenit, inquit, hora, ut omnis qui interficit uos, arbitretur obsequium se prestare Deo. Profertur non mihi uideatur aliud significare uoluisse, nisi ut intelligerent atq; gauderent tam multos se Christo acquisituros, cum de Iudæorum congregationibus pellerentur, ut eos non sufficerent pellere, sed non sinerent uiuere, ne omnes ad nomē Christi sua predicatione conuerterent, & ab obseruatione Iudaismi tanquā diuina ueritatis auerterent. Hoc enim de Iudæis dictum debemus accipere, de quibus dixerit, Extra synagogas facient uos. Nam testes, id est martyres Christi, etiam si occisi sunt a gentibus, non tamen illi arbitrati sunt Deo, sed dñs suis falsis obsequium se prestare cum hoc facerent. Iudæorum autem omnis qui occidit prædicatores Christi, Deo se prestare putauit obsequium, credēs quōd desererent Deum Israel, quicumque conuerterentur ad Christū. Ut enim & ipsum Christū occiderent, ista ratione commoti sunt, nam corū de hac etiam re uerba conscripta sunt, Videtis quia totus mundus post eum abiit, si dimiserimus eū uiuere, ueniet Romani, tollent nobis & locū, & gentem, & quod Caiphas dixit, Expedit ut unus homo pro populo moriatur, & non tota gens pereat. Et in hoc ergo suo discipulos exerit exemplo, quibus dixerat, Si me persecuti sunt, & uos persecuentur: ut quemadmodum illum occidendo, Deo se prestare obsequium putauerunt, sic etiam illos. Iste itaque sensus est in his uerbis, Extra synagogas facient uos: sed nolite solitudinem formidare. Separati quippe a congregatione eorum, tam multos in meo nomine congregabit, ut illi metuentes ne templum quod erat apud eos, & omnia legis ueteris sacramenta deserantur, interficiant uos: sic fundentes sanguinem uestrum, ut deo se prestare arbitrentur obsequium. Ecce est illud quod de illis dixit apostolus, Zelum Dei habent, sed non secundum scientiam. Obsequium se prestare putabant Deo, interficiendo famulos Dei. O error horrendus. Itane ut placeas Deo, percutis placentem Deo & Dei templum uiuum te feriente prosternitur, ne Dei templum lapidum deseratur? O execrabilis cecitas: sed ex parte in Israel facta est, ut plenitudo gentium intraret, Sed pro illis occisus colligebat eos qui de his futuris antequam occideretur instruxerit eos, ne ignaros atque imparatos animos mala inopinata & improuisa, quamuis cito transitura, turbarent, sed præcognita & patienter accepta ad bona sempiterna perducerent. hanc enim fuisse causam ut hæc prænunciaret, etiam ipse demonstrauit, adiungens, **Sed hæc locutus sum uobis, ut cum uenerit hora eorum, reminiscamini quia ego dixi uobis.]** Hora eorum, hora tenebrosa, hora nocturna. Sed in die mandauit Dominus misericordiam suam, & nocte declarauit, quādo nox

Martyres Christi.

Ioan. 11.

Rom. 10.
Zeli Dei habent, &c. interpretatum.

Rom. 11.

Psal. 41.

Iudæorum, separatam a se diem Christianorum in illa confusione fuscavit, & quando carnem occidere potuit, fidem tenebrare non potuit. **Hæc autem uobis ab initio non dixi, quia uobiscum eram: nunc autem uado ad eum qui me misit.]** Vbi primum uidendum est, utrum eis futuras non prædixerit ante passionem. Sed alij tres Euangelistæ satis eum prædixisse ista demonstrant antequam uentum esset ad coenā, qua perfecta secundum Ioannem ista locutus est, ubi ait, Hæc autē uobis ab initio non dixi, quia uobiscum eram. An forte hinc ista soluitur quæstio, quia & illum narrat passioni proximum fuisse, cum hæc diceret? Non ergo ab initio quando cum illis erat, quia iam discessurus, iam que ad patrem perrecturus hæc dixit: & ideo etiam secū dum illos Euangelistas uerum hoc est, quod hic dictum est, Hæc autem uobis ab initio non dixi. Sed quid agimus de fide Euangelij secundum Matthæum, qui hæc eis a Domino non solum cum iam esset Pascha cum discipulis conaturus imminente passione, uerum & ab initio denunciata esse commemorat, ubi primum nominatim duodecim exprimuntur Apostoli, & ad opera diuina mittuntur? Quid sibi ergo uult quod hic ait, Hæc autem uobis ab initio non dixi, quia uobiscum eram? nisi quia ex ea quæ hic dicit de spiritu sancto, quod sit uenturus ad eos, & testimonium perhibiturus quando illi mala passuri sunt, hæc eis ab initio non dixit, quia cum ipsis erat. Consolator ergo ille, uel aduocatus (utrumque enim interpretatur, quod est græce ἑκκλησιαστής) Christo abscedente fuerat necessarius: & ideo de illo non dixerat ab initio quando cum illis erat, quia eius præsentia consolabantur. Abscessurus autem oportebat ut diceret illum esse uenturum, per quem futurum erat, ut charitate diffusa in cordibus suis, uerbum Dei cum fiducia prædicarent: & illo intrinsecus apud eos testimonium perhibente de Christo, ipsi quoque testimonium perhiberent, neque scandalizarent cum inimici Iudæi absq; synagogis facerent eos, & interficerent, arbitantes obsequium se prestare Deo: quoniam charitas omnia tolerat: quæ diffundenda erat in cordibus eorum per sancti spiritus donū. Hinc ergo iste totus dicitur sensus, quia facturus eos erat martyres suos, id est, testes suos per spiritum sanctum, ut illo in eis operante, persecutionum quæcumque asperatolerarent, nec frigerent a charitate prædicandi, illo diuino igne succensi. Hæc autem uobis ab initio non dixi, quia uobiscum eram, & ego uos consolabar: nec præsentia corporali exhibita humanis sensibus uestris, quam paruuli capere poteratis. Nunc autē uado ad eum qui me misit: & nemo, inquit, ex uobis interrogat me, quō uadis? Significat sic se iturū, ut nullus interrogaret, quod palam fieri uisit corporis cerneret. Nā superius interrogauerant eum quō

Consolatio spiritus sancti.

quod esset iturus, & responderat eis eod se iturum, quod ipsi tunc uenire non possent. Nunc uero ita ipse promittit iturum, ut nullus eorum quod uadit interroget. Nubes enim suscepit est quando ascendit ad eis, & eum tunc in caelum non uerbis quaesierunt, sed oculis deduxerunt. Sed quia haec locutus sum uobis, inquit, tristitia impleuit cor uestrum. Videbat itaque quid illa sua uerba in eorum cordibus agerent. Spiritualem quippe nodum habentes interiorum consolationem, quam per spiritum sanctum fuerant habituri, id quod exterius in Christo uidebant, amittere metuebant: & quia se amissuros esse, illo uera denuntiante, dubitare non poterant, contristabatur humanus affectus, quia carnis desolabatur aspectus. Nouerat autem ille quid eis potius expediret: quia uisus interior ipse est utique melior, quo eos consolaturus fuerat Spiritus sanctus, non cernentium corporibus ingesturus corpus humanum, sed seipsum credentium peccatoribus infusus. Denique adiungit, Sed ego ueritatem dico uobis: Expedi uobis ut ego uadam. Si enim non abiero, paracletus non ueniet ad uos. Si autem abiero, mittam eum ad uos. Tanquam diceret, Expedi uos ut haec forma serui auferatur a uobis. Caro quidem factum uerbum habito in uobis, sed nolo adhuc me carnaliter diligatis, & isto lacte contenti, semper infantes esse cupiatis. Expedi uobis ut ego uadam, si enim non abiero, paracletus non ueniet ad uos. Si alimenta tenera quibus uos alui, non subtraxero, solidum cibum meum non esuriatis. Si carnaliter haerueritis, capaces spiritus non eritis. Nam quid est, si non abiero, paracletus non ueniet ad uos? Nunquid hic positus, eum non poterat mittere? Quis hoc dixerit? Neque enim ubi ille erat, iste inde recesserat, & sic uenerat a patre, ut non maneret in patre. Postremo, quomodo eum etiam hic constitutus non poterat mittere, quem scimus super eum baptizatum uenisse, atque mansisse, imo uero a quo scimus eum nunquam separabilem fuisse? Quid est ergo, si non abiero, paracletus non ueniet ad uos? nisi, non potestis capere spiritum sanctum, quamdiu secundum carnem nolite persistere Christum? Unde ille qui iam coeperat spiritu, Et si noueramus, inquit, secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus. Ipsam quippe carnem Christi, non iam secundum carnem nouit, qui uerbum carnem factum spiritualiter nouit. hoc enim mirum significare uoluit magister bonus, dicendo, si enim non abiero, paracletus non ueniet ad uos: si autem abiero, mittam eum ad uos. Christo enim discedente corporaliter, non solum Spiritus sanctus, sed & pater & filius illis adsunt spiritualiter. Nam si ab eis sic abscessit Christus, ut pro illo, non cum illo esset spiritus sanctus, ubi est eius promissio dicentis, Ecce uobiscum sum usque in consummationem seculi? &, Veniemus ad eum ego

& pater, & mansionem apud eum faciemus: cum spiritum sanctum ita se promiserit esse missurum, ut cum eis esset in aeternum: ac per hoc cum ex carnalibus uel animalibus essent spirituales futuri, profecto & patrem & filium & spiritum sanctum capacius fuerant habituri. In nullo ergo credendus est esse pater sine filio & spiritu sancto: sed ubi eorum quilibet unus, ibi trinitas deus est unus. Oportebat autem ita insinuari trinitatem, ut quamuis nulla esset diuersitas substantiarum, sigillatim tamen commendaretur distinctio personarum. Et cum uenerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. Quid est hoc? Nunquidnam Dominus Christus non arguit mundum de peccato, cum ait, Si non uenisset, & locutus eis fuisset, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo? Sed ne forte quis dicat hoc ad Iudaeos proprie pertinere non ad mundum, nonne ait alio loco, Si de mundo effectus, mundus quod suum esset, diligeret? Nunquid non arguit de iustitia, ubi ait: Pater iuste, mundus te non cognouit? Nunquid non arguit de iudicio, ubi se ait sinistris esse dicturum, Ite in ignem aeternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius: & multa alia reperuntur in sancto Euangelio, ubi de his Christus arguet mundum. Quid est ergo quod tanquam proprie tribuit hoc spiritui sancto? An forte quia Christus ad Iudaeorum gentem locutus est, mundum non uidetur arguisse: ut ille intelligatur argui, qui audit arguentem: spiritus autem sanctus in discipulis eius, toto orbe diffusus, non unam gentem intelligatur arguisse, sed mundum? Nam hoc illis ait ascendurus in caelum, Non est uestrum scire tempora quae pater posuit in sua potestate: sed accipietis uirtutem spiritus sancti superuenientem in uos, & eritis mihi testes in Hierusalem, & in tota Iudaea & Samaria, & usque in fines terrae. Hoc est arguere mundum. Sed quis audeat dicere, quod per discipulos Christi arguat mundum spiritus sanctus, & non arguat mundum ipse Christus, cum clamat Apostolus, An uultis experimentum accipere eius qui in me loquitur Christus? Quos itaque arguit & spiritus sanctus, arguit utique Christus. Sed quantum mihi uidetur, quia per Spiritum sanctum diffundenda erat charitas in cordibus eorum, quae foras mittit timorem, quo impediri possent, ne arguere mundum, qui persecutionibus fremebat, auderent: propterea dixit, Ille arguet mundum: tanquam diceret, Ille diffundet in uestris cordibus charitatem. Sic enim timore depulso, arguendi habebitis libertatem. Saepe autem diximus, inseparabilia esse opera Trinitatis, sed sigillatim commendandas fuisse personas, ut non solum sine separatione, uerum etiam sine confusione & unitas intelligatur, & trinitas. De peccato qui dem, inquit, quia non credunt in me. Hoc enim

Aet. 1.

Visus interior.

Carnalis Christi dilectio.

Ioan. 1.

2. Cor. 5.

Mat. 23. Ioan. 14.

Trinitatis persona ali qua ubi sit, ibi trinitas etiam tota est.

Mat. 25.

Aet. 1.

2. Cor. 13.

Hoc enim peccatum quasi solum praeter ceteris posuit, quia hoc manente caetera retinentur: & hoc discedente caetera remittuntur. De iustitia uero, inquit, quia ad patrem uado, & iam non uidebitis me. Hinc primo uidentum est, si recte quisquam arguitur de peccato, quomodo recte arguatur & de iustitia. Nunquid enim, si arguendus est peccator, propterea quia peccator est, arguendum quisquam putabit & iustum propterea quia iustus est? Absit. nam & si aliquando iustus arguitur, ideo recte arguitur, quia sicut iustus arguitur, ideo recte arguitur, quia sicut iustus arguitur, de peccato arguitur, non de iustitia: quoniam & in illo quod legitur diuinitus dictum, Noli effici iustus multum, non est notata iustitia sapientis, sed superbia praesumentis. Qui ergo sit iustus multum, ipso nimio fit iniustus. Multum enim se facit iustum, qui dicit se non habere peccatum: aut qui se putat non gratia, sed sua uoluntate sufficiente, effici iustum. Nec recte uidentum iustus est, sed potius inflatus, putando se esse quod non est. Quo pacto igitur mundus arguendus est de iustitia, nisi de iustitia credentium? Arguitur namque de peccato, quia in Christum non credit: & arguitur de iustitia eorum qui credunt. Ipsa quippe fidelium comparatio, infidelium est uituperatio. Hoc & ipsa expositio satis indicat. Volens enim aperire quid dixerit, De iustitia uero, inquit, quia ad patrem uado, & iam non uidebitis me. Non ait, & iam non uidebit me, de quibus dixerat, quia non credunt in me. Sed peccatum quid uocaret exponens, de illis locutus est dicens, quia non credunt in me. Exponens autem quis diceret iustitiam, de qua dicit mundus arguitur, ad ipsos quibus loquitur, se conuertit, atque ait, Quia ad patrem uado, & iam non uidebitis me. Quapropter mundus de peccato quidem suo, de iustitia uero arguitur aliena: sicut arguuntur de lumine tenebrae. Omnia enim quae arguuntur, ait Apostolus, a lumine manifestantur. Quantum enim malum fecit eorum qui non credunt, non solum per seipsum, uerum etiam ex bono potest eorum apparere qui credunt. Et quoniam ista uox infidelium esse consueuit, quomodo credemus quod non uideamus? ideo creditum iustitiam sic oportuit definire, quia ad patrem uado, & iam non uidebitis me. Beati enim qui non uidebit, & credent. Nam & qui uiderunt Christum, non eo laudata est fides eorum, quia credebant, quod uidebant, id est filium hominis: sed quia credebant quod non uidebant, id est filium Dei. Cum ergo & ipsa forma serui subtracta, eorum esset aspectibus, tum uero ex omni parte impletum est. Iustus ex fide uiuit. Est enim fides, sicut in Epistola quae ad Hebraeos est, desinitur, sperantium substantia, conuictio rerum quae non uidentur. Sed quid est, iam non uidebitis me? Non

Trinitatis opera indi uisa. Infidelitatis peccatum.

Iustus nemo. Eccl. 7. De peccato argui. Iustus nimium.

De iustitia argui quomodo quis dicatur.

Ephes. 5.

Ioan. 20.

Fide quomodo uiuat iustus.

enim ait, Ad patrem uado, & non uidebitis me, ut temporis interuallum quo non uidebitis, significasse intelligeretur, siue breue, siue longum, tamen utique terminatum: sed dicendo, iam non uidebitis, uelut nunquam eos de caetero uisuros Christum ueritas pronunciauit. Haec iniustitia est, nunquam Christum uideri, & in eum tamen credere: cum propterea laudetur fides ex qua iustus uiuit, quoniam credit, quem modo non uider, Christum se aliquando esse uisurum? Postremo secundum iustitiam nunquid dicitur sumus Paulum Apostolum non fuisse iustum, confitentem se uidisse Christum post ascensionem eius in caelum, de quo utique iam tempore dixerat, iam non uidebitis me? Nunquid secundum iustitiam hanc iustus non erat gloriosissimus Stephanus, qui cum lapidaretur ait, Ecce uideo caelos apertos, & filium hominis stantem ad dexteram Dei? Quid ergo est, ad patrem uado, & non uidebitis me? nisi, quod modum sum uobiscum. Tunc enim erat adhuc mortalis in similitudine carnis peccati, qui esturire poterat, ac sitire, saugari poterat atque dormire. Hunc ergo Christum, id est talem Christum, cum transisset de hoc mundo ad patrem, non erant iam uisuri: & ipsa est iustitia fidei, de qua dicit Apostolus, Et si noueramus Christum secundum carnem, sed iam non nouimus. Erit itaque (inquit) uestra iustitia qua mundus arguitur, quia uado ad patrem, & iam non uidebitis me. Non uidebitis humile, sed excelsum. Non uidebitis mortalem, sed sempiternum. Non uidebitis iudicandum, sed iudicaturum. & haec fide uestra, id est iustitia uestra, arguet spiritus sanctus incredulum mundum. Arguet etiam, De iudicio, quia princeps mundi huius iudicatus est. Quis est iste? nisi de quo ait alio loco, Ecce uenit princeps mundi huius, & in me nihil inuenit, id est nihil iuris sui, nihil quod ad eum pertineat, nullum scilicet omnino peccatum. per hoc enim est diabolus princeps mundi. Non enim caeli & terra, & omnium quae in eis sunt, est diabolus princeps, quia significatione intelligitur mundus ubi dictum est, Et mundus per eum factus est: sed mundi est diabolus princeps, de quo mundo ibi continuo subiungit atque ait, Et mundus eum non cognouit. hoc est, homines infideles, quibus toto orbe terrarum plenus est mundus: inter quos gemit fidelis mundus, quem de mundo elegit, per quem factus est mundus: de quo ipse dicit, Non uenit filius hominis ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Mundus eo iudicante damnatur, mundus eo subueniente saluatur: quoniam sicut arbor folijs & pomis. sicut arbor paleis & frumentis, ita infidelibus & fidelibus plenus est mundus. Princeps ergo mundi huius, hoc est princeps tenebrarum harum, id est infidelium, de quibus eruitur mundus, de quibus dicitur, Fuitis aliquid quando tenebrae, nunc autem lux in Domino, K

1. Cor. 15.

Aet. 7.

2. Cor. 5.

Ioan. 1. Diabolus mundi princeps.

Ioan. 3. Mundus duplex.

Ephes. 5.

Mat. 25. De iudicio quomodo arguitur mundus, 2. Pet. 1.

Princeps mundi huius, de quo alibi dixit, Nunc princeps mundi huius missus est foras, utique iudicatus est: quoniam iudicio ignis aeterni in re uocabiliter destinatus est. De hoc itaque iudicio quo princeps iudicatus est mundi, arguitur a sancto spiritu mundus, quoniam cum suo principe iudicatur, quem superbus atque impius imitatur. Si enim Deus, sicut dicit Apostolus Petrus, peccantibus angelis non pepercit, sed carceribus caliginis inferi retrudens tradidit in iudicio puniendos seruari: quomodo non a sancto spiritu de hoc iudicio mundus arguitur, quia in sancto spiritu haec Apostolus loquitur: Credant itaque homines in Christum, ne arguantur de peccato infidelitatis suae, quo peccato omnia detinentur. Transeant in numerum fidei, ne arguantur de iustitia eorum quos iustificatos non imitantur. Caueant futurum iudicium, ne cum mundi principe iudicentur, quem iudicatum imitantur. Etenim ne sibi existimet parci superbia dura mortalium, de superborum supplicio terrenda est angelorum. Quod itaque ait Dominus, Adhuc multa habeo uobis dicere, sed non potestis portare modo. Adijcienda illis fuerant quae nesciebant, non quae didicerant, euerrenda. Et ille quidem potuit hoc ita dicere, quia illa ipsa quae docuerat, si uellet eis sic aperire, ut in illo conspiciuntur ab angelis, haec infirmitas humana in qua adhuc erant, ferre non posset. Spiritus autem homo quilibet potest alterum hominem docere quod nouit, si proficiendo capacior faciat spiritus sanctus, in quo & ipse doctor aliquid amplius addiscere poterit, ut sint ambo docibiles Dei. Qua occasione uani quidam Apocalypsin Pauli, quam sanitas non recipit Ecclesiae, nescio quibus fabulis plenam, stultissima presumptione finxerunt, dicentes hanc esse unde dixerit rapitum se fuisse in tertium caelum, & illic audisse ineffabilia uerba, quae non licet homini loqui: ubi si dixisset, quae adhuc non licet homini loqui, utcumque istorum tolerabilis esset audacia. Cum uero dixerit, quae non licet homini loqui, isti sunt qui haec audeant impudenter & infeliciter loqui. Quid est quod ait dominus de spiritu sancto, cum cum uenturum esse promitteret, & doctorum discipulos eius omnem ueritatem, uel eos deducturum in omni ueritate? Non enim loquetur a semetipso, sed quaecumque audiet, loquetur. Simile enim est hoc ei quod de seipso dixit, Non possum a me facere quicquam: sicut audio, iudico. Sed illud cum exponeremus, secundum hominem accipere posse diximus, ut obedientiam suam qua factus est obediens usque ad mortem, praenunciasset filius uideretur & in iudicio futuram, quo uiuos & mortuos iudicabit: quia hoc per id facturus est, quod filius hominis est: propter quod dixit, Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium filio dedit: quia in iudicio non forma Dei, qua coequalis est patri, nec ab impijs uideri potest sed forma hominis apparebit, qua

Pauli apocalypsis.

Ioan. 5.

Christi obedientia.

Ioan. 5.

minoratus est etiam modico minus ab Angelis, quamuis iam in charitate, non in pristina sit humilitate uenturus, conspicuus tamen futurus & bonis & malis. Hinc ait & illud, Et potestatem dedit ei iudicium facere, quoniam filius hominis est. In quibus uerbis, eius manifestatur non eam formam praesentandam esse in iudicio, in qua cum esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem deo: sed illam quam cum semetipsum exinanisset, accepit. Semetipsum enim exinaniiuit, formam serui accipiens. In quo uidetur etiam ad faciendum iudicium obedientiam suam commendasse, cum dixit, Non possum a me ipso facere quicquam: sicut audio, iudico. Adam nanque, per cuius unius hominis obedientiam peccatores constituti sunt multi, non sicut audiuit, iudicauit: quia quod audiuit, praeruaricauit, & a semetipso fecit malum: quia non Dei uoluntatem, sed suam fecit. Iste autem per cuius unius hominis obedientiam iusti constituntur multi, non solum obediens fuit usque ad mortem crucis, in qua est uiuus iudicatus a mortuis, sed obedientem se futurum promittens in ipso quoque iudicio, quo est de uiuis iudicaturus & mortuis. Non possum, inquit, a me ipso facere quicquam: sicut audio, iudico. Sed nunquid de spiritu sancto quod dictum est, Non enim loquetur a semetipso, sed quaecumque audiet, loquetur: secundum hominem, uel secundum assumptionem cuiusquam creaturae dictum esse audebimus opinari: solus quippe in trinitate filius formam serui accepit: quae forma illi ad ueritatem personae cooptata est, id est, ut filius Dei & filius hominis unus sit Iesus Christus, ne non trinitas, sed quaternitas praediceretur a nobis, quod absit a nobis: propter quam personam, profecto unam ex duabus substantijs diuina humanaque constantem, aliquando secundum id quod Deus est loquitur, ut est illud quod ait, Ego & pater unum sumus. Aliquando secundum id quod homo est, sicut & illud, Quoniam pater maior me est: secundum quod accipimus esse ab eo dictum, & hoc unde nunc disputo, Non possum a me ipso facere quicquam: sicut audio, iudico. In persona uero spiritus sancti quomodo id accipimus quod ait, Non enim loquetur a semetipso, sed quaecumque audiet, loquetur: cum in ea non sit alia diuinitatis, alia humanitatis, uel alterius creaturae cuiuscumque substantia, magna exoritur difficultas. Cum igitur spiritus sanctus nulla susceptione hominis sit homo factus, nulla susceptione cuiusquam creaturae creatura sit factus: quomodo de illo intelligendum est, quod Dominus ait, Non enim loquetur a semetipso, sed quaecumque audiet loquetur? Ardua quaestio, nimis ardua. Ipse ad sit spiritus, ut saltem sicut eam cogitare possum, sic eloqui possim: ac sic ad intelligentiam uestram, pro mei moduli facultate, perueniat. Prius itaque nosse debetis & intelligere re qui potestis, credere autem qui intelligere nondum

Ioan. 5.

Philip. 2.

Ad peccatum.

Ioan. 10.

Ioan. 14.

Ioan. 5.

nondum

Spiritus sanctus quomodo dicatur loqui.

Mentis nobilitas.

Ioan. 5.

Disparitatem trinitatis non amittit. Nasci & procedere.

Essentia & audientia.

nondum potestis, in ea substantia quae deus est, non quasi per corporis motu sensus locis proprijs esse distributos, sicut in carne mortali quomuncumque animalium alibi est uisus, alibi auditus, alibi olfactus, per totum autem tactus. Absit hoc credere in illa incorporea immutabiliq; natura. Audire ergo ibi, & uidere, id ipsum est. Cum enim discitur scire, ibi sunt omnia, & uidere & audire, & olfacere & gustare, & tangere, sine ulla huius mutatione substantiae, sine ulla mole, quae in alia parte maior, in alia minor, etiam in sensibus puerili pectore cogitatur, quando Deus sic cogitatur. Cum ergo de spiritu sancto dicitur, Non enim loquetur a semetipso, sed quaecumque audiet, loquetur: multo magis ibi simplex natura: ubi uerissime simplex uel in tel ligenda est, uel credenda, quae longe naturam nostrae mentis excedit, mutabilis est quippe mens nostra, quae percipit discendo quod nesciebat, & amittit de discendo quod sciebat: & uerissimilitudine fallitur, ut pro uero approbet falsum: & obscuritate sua quasi quibusdam tenebris impeditur, ne perueniat ad uerum: & ideo non est ista substantia uerissime simplex, cui non est hoc, esse quod non esse. Potest enim esse, nec non esse. At illa diuina non potest ita esse: quia id quod habet, est: ac per hoc non sic habet scientiam, ut aliud illi sit scientia qua scit, aliud essentia qua est: sed utrumque unum: quanquam nec utrumque dicendum est, quod simpliciter unum est: sicut habet pater uitam in semetipso, nec aliud est ipse quam uita quae in illo est: & dedit filio uitam habere in semetipso: hoc est, genuit filium, qui & ipse uita esset. Sic itaque debemus accipere quod de spiritu sancto dictum est, Non enim loquetur a semetipso, sed quaecumque audiet, loquetur: ut intelligamus non eum esse a semetipso, pater quippe solus de alio non est, nam & filius de patre natus est, & spiritus sanctus de patre procedit. Pater autem nec natus est de alio, nec procedit. Nec ideo sane aliqua disparitas in summa illa trinitate cogitationi occurrat humanae. Nam & filius ei de quo natus est, & spiritus sanctus ei de quo procedit, aequalis est. Quid autem illuc interlit inter procedere & nasci, & longum est quaerendo differere, & temerarium cum differueris definire: quia & menti utcumque comprehendere, & quid forte mens inde comprehendit, linguae difficillimum est explicare, quantumlibet praesit doctor, quantumlibet sit auditor. Non ergo loquetur a semetipso, quia non est a semetipso: sed quaecumque audiet, loquetur. Ab illo audiet, a quo procedit. Audire illi, scire est: sicut superius disputatum est. Quia ergo non est a semetipso, sed ab illo a quo procedit a quo illi est essentia, ab illo & scientia, ab illo igitur audientia: quod nihil est aliud quam essentia. Nec moueat, quod uerbum futuri temporis positum est. Non enim dictum est, quaecumque audiet, aut quodcumque aliud,

sed quaecumque audiet, loquetur. Illa quippe audientia sempiterna est, quia sempiterna scientia. In eo autem quod sempiternum est, sine initio, & sine fine: cuiuslibet temporis uerbum ponatur, siue praeteriti siue praesentis siue futuri, non mendaciter ponitur. Quamuis enim natura illa immutabilis non recipiat fuit & erit, sed tantum est (ipsa enim ueraciter est, quia mutari non potest): & ideo illi tantum conuenerat dicere, Ego sum qui sum: & dices filijs Israel, Qui est, misit me ad uos) tamen propter mutabilitatem temporum, in quibus ueratur nostra mortalitas, & nostra mutabilitas, non mendaciter dicimus & fuit & est, & erit. Fuit in praeteritis seculis, est in praesentibus, erit in futuris. Fuit, quia nunquam defuit. Erit, quia nunquam deerit. Est, quia semper est. Neque enim uelut qui iam non sit, cum praeteritis occidit, aut cum praesentibus: uel ut qui non maneat, labitur: aut cum futuris, uelut qui non fuerat, orietur. Proinde cum secundum uolumina temporum locutio humana uariatur, quia per nulla deesse potuit aut potest aut poterit tempora, uera de illo dicuntur cuiuslibet temporis uerba. Semper itaque audit spiritus sanctus, quia semper scit: ergo & scit, & scit, & sciet: ac per hoc & audiuit, & audit, & audiet: quia sicut iam diximus, hoc illi est audire, quod scire: & scire illi, hoc est quod esse. Ab illo igitur audiuit, audit, audiet, a quo est. Ab illo est, a quo procedit. Sed quod adiungit, Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit uobis. Non negligenter est transendum, quod enim ait, Ille me clarificabit, potest intelligi, quia diffundendo in credentium cordibus charitatem, spiritualesque faciendo, declarabit eis quomodo patri filius esset equalis, quem secundum carnem prius tantummodo nouerant, & hominem sicut homines cogitabant: uel certe quia per ipsam charitatem fiducia repleti, & timore depulso, annunciauerunt hominibus Christum, ac sic eius fama diffusa est toto orbe terrarum: ut sic dixerit, Ille me clarificabit: tanquam diceret, Ille uobis auferet timorem, & dabit amorem: quo me ardētius praedicantes, gloriae meae per totum mundum dabit is odorem, commendabit is honorem. Quod enim facturi erant in spiritu sancto, hoc eundem spiritum dixit esse facturum: quale est etiam illud, Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis. Verbum quippe graecum quod est *δὲξασα*, alius clarificabit, alius glorificabit, latini interpretes in sua quibusque translatione posterunt: quoniam ipsa quae Graece dicitur *δὲξασα*, unde dictum est *δὲξασα*, & claritas interpretatur, & gloria. Gloria namque fit quisque clarus, & claritate gloriosus: ac per hoc quod utroque uerbo significatur, id ipsum est. Sicut autem definerunt antiqui latinae linguae clarissimi auctores, gloria est frequens de aliquo fama cum laude, quae cum est in hoc mun-

Aeternitas in omne tempus id est.

Exod. 3.

Est, proprie de trinitate dicitur.

Clarificatio Christi.

Mat. 3.

Gloria.

do facta de Christo, non Christo credenda est magnum aliquid contulisse, sed mundo. Bonum enim laudare, non laudando, sed laudantibus potest. Quapropter quoniam de his nihil hoc loco dicendum est, qui Christum uisuperant atq; blasphemant, quia de gloria eius loquitur qua est glorificatus in mundo, non eum glorificauit spiritus sanctus uera gloria, nisi in Ecclesia sancta catholica. Alibi enim, id est uel apud haereticos, uel apud quosdam paganos, uera in terris gloria non potest esse, & ubi uidetur esse frequens de illo fama cum laude, uera eius gloria in ecclesia catholica sic per prophetam cantatur, Exaltate super caelos deus, & super omnem terram gloria tua. Quia itaque post eius exaltationem uenturus erat spiritus sanctus, & cum glorificaturus, hoc facit Psalmus, hoc ipse unigenitus promissit futurum, quod uidemus impletum. Quod autem ait, De meo accipiet, & annuntiabit uobis, catholicis audite auribus, catholicis percipite mentibus. Non enim propterea, sicut quidam haeretici putauerunt, minor est filio spiritus sanctus, quasi filius accipiat a patre, & spiritus sanctus a filio, quibusdam gradibus naturarum: absit hoc credere, absit hoc dicere, absit a Christianis cordibus cogitare. Deniq; continuo soluit ipse quaestionem, & cur hoc dixerit, explanauit. Omnia, inquit, quaecumque habet pater, mea sunt: propterea dixi, quia de meo accipiet, & annuntiabit uobis. Quid uultis amplius? Ergo de patre accepit spiritus sanctus, unde accepit filius: quia in hac trinitate de patre natus est filius, de patre procedit spiritus sanctus: qui autem de nullo natus sit, de nullo procedat, pater est solus. Quomodo autem dixerit unigenitus filius, Omnia que habet pater, mea sunt: quia utiq; non sic quemadmodum dictum est illi filio non unigenito, sed ex duobus maior, Tu mecum es semper, & omnia mea tua sunt: eo loco, si dominus uoluerit diligenti consideratione tractabitur, ubi dicit unigenitus patri, Et mea omnia tua sunt, & uia mea sunt. Modicum, & iam non uidebitis me: & iterum modicum, & uidebitis me, quia uado ad patrem. Hae ita obscura erant discipulis antequam id quod dicit, esset impletum, ut quaerentes inter se quid esset quod diceret, omnino se nescire faterentur. Sequitur enim Euangelium, Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicem, Quid est hoc quod dicit nobis, Modicum, & non uidebitis me, & iterum modicum, & uidebitis me? & quia uado ad patrem? Dicebant ergo, quid est hoc quod dicit, Modicum: Nescimus quid loquitur. Hoc enim est quod eos mouebat, quia dixit, modicum, & non uidebitis me. Nam in precedentibus quia non dixerat modicum, sed dixerat, ad patrem uado & iam non uidebitis me: tanquam aperte illis uisus est locutus, nec inter se de hoc aliquid quaesierunt. Nunc ergo quod illis, tunc obscurum fuit, & mox manifestatum est, iam nobis utiq; manifestum est. post paululum

Spiritus sanctus quomodo Christum clarificauit.

Psal. 56.

Spiritus sanctus filio minor non est.

Luc. 15.

enim passus est & non uiderunt eum. Rursus post paululum resurrexit, & uiderunt eum. Illud autem quod ait, iam non uidebitis me, quia isto uerbo, id est iam, hoc intelligi uoluit, quod eum ulterius non uiderent, ibi exposuimus quomodo accipiendum sit, ubi dixit, De iustitia arguet mundum spiritus sanctus, quia ad patrem uado, & iam non uidebitis me: quia scilicet mortalem Christum ulterius non uiderent. Cognouit autem Iesus, sicut sequens Euangelista dicit, quia uolebant eum interrogare, & dixit eis, De hoc quaeritis inter uos, quia dixi, Modicum, & non uidebitis me: & iterum modicum, & uidebitis me? Amen amen dico uobis, quia plorabitis & flebitis uos, & mundus autem gaudebit: uos autem contristabimini, sed tristitia uestra in gaudium erit. Et hoc sic accipi potest, quia contristati sunt discipuli Domini de morte domini, & confestim de resurrectione letati sunt. Mundus autem, quo nomine significati sunt inimici, a quibus Christus occisus est, tunc utique letati sunt occiso Christo, quando sunt discipuli contristati. Mundi quippe nomine, militia potest mundi huius intelligi, id est hominum mundi huius amicorum. Vnde Iacobus apostolus in Epistola sua dicit, Quicumq; uoluerit amicus esse seculi huius, inimicus Dei constituetur. Quibus inimicus Dei factum est, ut nec eius unigenito parceretur. Deinde subiungit, & dicit, Mulier cum parurit, tristitiam habet, quia uenit hora eius. Cum autem pepererit puerum, iam non meminit pressuram, propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Et uos igitur, nunc quidem tristitiam habetis: iterum autem uidebo uos, & gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollet a uobis. Nec ista similitudo ad intelligendum uidetur esse difficilis, quoniam comparatio eius in proprio est, eodem ipso exponente cur dicta sit. Parturitio quippe tristitia, partus autem gaudio comparatur: quod tunc maius esse consuevit, quando non puella, sed puer natus scitur. Quod uero ait, Gaudium uestrum nemo auferet a uobis: quia gaudium ipsum est ipse Iesus, significatum quod ait Apostolus, Christus surgens a mortuis, iam non moritur, mors ei ultra non dominabitur. Hucusque in isto Euangelij capitulo, unde hodie disputamus, uelut facili intellectu omnia cucurrerunt, Acrior necessaria est, in his quae sequuntur, intentio. Quid est enim quod ait, Et in illo die me non rogabitis quicquam? Hoc uerbum quod est rogare, non solum petere, uerum etiam interrogare significat: & Graecum Euangelium unde hoc translatum est, tale habet uerbum, quo utrunq; possit intelligi: ut haec ambiguitas, nec inde soluetur: quanquam & si solueretur, non ideo nulla quaestio remaneret. Dominum enim Christum, posteaquam resurrexit, & interrogatum legimus, & rogatum. Nam interrogatus est a discipulis ascensurus in caelum, quando praesentaretur, & quando regnum esset Israel. Cum uero iam esset in caelo, rogatus est a sancto Stephano

Iacob. 4.

Parientis dolor.

Rom. 6.

Rogare.

Act. 7.

Act. 7.

phano, ut spiritum eius acciperet. Et quis audeat uel cogitare uel dicere in caelo sedentem Christum rogandum non esse, & in terra manentem rogandum fuisse? Rogandum non esse immortalem, rogari debuisse mortalem? Imo charissimi, rogemus eum ut nos dum quaestionis huius ipse dissoluat, lucendo in cordibus nostris ad uidenda quae dicit, Puto enim quod ait, Iterum autem uidebo uos, & gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollet a uobis: non ad illud tempus esse referendum quod resurrexit, eis que suam carnem cernendam tangendam que monstrauit, sed potius ad illud unde iam dixerat, Qui diligit me, diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo me ipsum illi. Iam quippe resurrexerat, iam se illis in carne monstrauerat, iam sedebat ad dexteram patris, quando dicebat idem ipse Apostolus Ioannes, cuius & hoc Euangelium est in Epistola sua, dicens, Nunc filij Dei sumus, & nondum manifestatum est quod erimus: scimus quia cum manifestatum fuerit, similes ei erimus, quoniam uidebitis eum sicuti est. Ista uisio, non uita huius est, sed futurae: non temporalis, sed aeterna. Haec est uita aeterna, dicente ipsa uita, Ut cognoscant te, inquit, unum uerum Deum, & quem misisti Iesum Christum. De hac uisione & cognitione dicit Apostolus, Videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Hinc totius laboris sui fructum Ecclesia nunc parturit desiderando, tunc est paritura cernendo. Parturit gemendo, paritura latando. Parturit orando, paritura laudando: & ideo masculinum, quoniam ad istum fructum contemplationis, cuncta officia referuntur actionis. Solus enim est liber, quia propter se appetitur: non refertur ad aliud: huic seruit actio. Ad hunc enim refertur quicquid bene agitur, quia propter hunc agitur. Ipse autem non propter aliud, sed propter seipsum tenetur & habetur. Ibi ergo finis, qui sufficit nobis: aeternus igitur erit. Neque enim nobis sufficit finis, nisi cuius nullus est finis. Hoc inspiratum erat Philippo quando dixit, Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis. In qua ostensione promissit & filius dicens, Non credis quia ego in patre, & pater in me est? De hoc itaque quae superius dicta sunt, melius existimo intelligi, Modicum, & iam non uidebitis: & iterum modicum, & uidebitis me. Modicum est enim hoc totum spatium, quo praesens peruolat seculum. Vnde dicit ipse Euangelista in Epistola sua, Nouissima hora est. Ideo nanque addidit, Quia uado ad patrem: quod ad priorem sententiam referendum est, ubi ait, Modicum, & iam non uidebitis me: & iterum modicum, & uidebitis me. Eundo quippe ad patrem, factu-

1. Ioan. 3.

Visio Christi aeterna.

1. Cor. 13.

Contemplationis fructus.

Finis dignitas.

Vita praesens modicum quid. 1. Ioan. 2.

rus erat, ut non cum uiderent. Ac per hoc non ideo dictum est, quia fuerat moriturus, & donec resurgeret, ab eorum aspectibus recessurus, sed quod esset iturus ad patrem: quod fecit posteaquam resurrexit, & cum eis per quadraginta dies conuersatus, ascendit in caelum. Illis ergo ait, Modicum, & iam non uidebitis me, qui eum corporaliter tunc uidebant, quia iturus erat ad patrem, & eum deinceps mortalem uisuri non erant, qualem cum ista loqueretur uidebant. Quod uero addidit, Et iterum modicum, & uidebitis me: uniuersae promissit Ecclesiae, sicut uniuersae promissit, Ecce ego uobiscum usque ad consummationem saeculi, Non tardat Dominus promissum: modicum, & uidebitis eum: ubi iam nihil rogemus, nihil interrogamus: quia nihil interrogandum remanebit, nihil quaerendum latebit. Hoc modicum, longum nobis uidetur, quoniam adhuc agitur: cum finitum fuerit, tunc sentiemus quam modicum fuerit. Non ergo sit gaudium nostrum, quale habet mundus, de quo dictum est, Mundus autem gaudebit, Nec tamen in huius desiderij parturitione sine gaudio tristes sumus, sed sicut ait Apostolus, spe gaudentes, in tribulatione patientes: quia & ipsa parturiens, cui comparati sumus, plus gaudet de mox futura prole, quam tristes est de praesenti dolore. Amen amen dico uobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Iam dictum est in superioribus huius Domini sermonis partibus, propter eos qui nonnulla petunt a patre in nomine Christi, nec accipiunt. Non petitur in nomine saluatoris, quicquid petitur contra rationem salutis. Non enim solum literarum ac syllabarum, sed quod sonus ipse significat, & quod eo sono recte ac ueraciter intelligatur, hoc accipiendum est dicere cum dicit, in nomine meo. Vnde qui hoc sentit de Christo, quod non est de unico Dei filio sentiendum, non petit in eius nomine, etiam si non taceat literis ac syllabis Christum: quoniam in eius nomine petit, quem cogitat cum petit. Qui uero quod est de illo sentiendum, sentit, ipse in eius nomine petit: & accipit quod petit, si non contra salutem sempiternam petit. Accipit autem quantum debet accipere. Quaedam enim non negantur, sed ut congruo dentur tempore, differuntur. Ita sane intelligendum est quod ait, Dabit uobis, ut ea beneficia significata sciatur his uerbis, quae ad eos qui petunt, proprie pertinent. Exaudiuntur quippe omnes sancti pro seipsis, non autem pro omnibus exaudiuntur, uel amicis, uel inimicis, uel quibuslibet alijs: quia non utcumque dictum est Dabit, sed Dabit uobis. Usque modo, inquit, non petitis quicquam in nomine meo: petite, & accipietis: ut gaudium uestrum sit plenum. Hoc quod dicit Gaudium plenum: profectò non carnale, sed spiritale gaudium est. Et quando tantum erit, ut aliquid ei iam non

Mat. 28.

Rom. 12. Gaudium fidelium quale esse debet.

Christi nomine petere quid sit

Gaudium plenum.

fit addendum, proculdubio tunc erit plenum. Quicquid ergo petitur quod pertineat ad hoc gaudium consequendum, hoc est in nomine Christi petendum, si diuinam intelligimus gratiam, si uere beatam poscimus uitam. Quicquid autem aliud petitur, nihil petitur: non quia omnino nulla res est, sed quia in tantae rei comparatione quicquid aliud concupiscitur, nihil est. Neque enim prorsus nulla res est homo, de quo ait Apostolus, Qui se putat aliquid esse, cum sit nihil. In comparatione quippe spiritualis hominis, qui scit gratia Dei se esse quod est, si quis uana praesumit, nihil est etiam. Sic ergo recte intelligi potest, Amen amen dico uobis, si quis petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis: ut hoc quod ait, Si quid, non quodlibet intelligatur, sed aliquid quod non in beatae uitae comparatione sit nihil. & quod sequitur, Usque modo non petistis quicquam in nomine meo, duobus modis intelligi potest: uel quia non in nomine meo petistis, quod nomen non sicut cognoscendum est, cognouistis: uel non petistis quicquam, quoniam in comparatione rei quam petere debuistis, pro nihilo habendum est quod petistis. Utigitur in eius nomine non nihil, sed gaudium plenum petant, quoniam si aliquid aliud petunt, id aliquid nihil est, exhortatur dicens, Petite, & accipietis, ut gaudium uestrum sit plenum, id est, hoc in nomine meo petite, ut gaudium uestrum sit plenum, & accipietis. Iste enim bene in petendo perseverantes sanctos suos nequaquam misericordia diuina fraudabit. Haec, inquit, in prouerbijs locutus sum uobis, sed palam de patre annuncio uobis. Possem dicere hanc de qua loquitur hora, futurum oportere seculum intelligi, ubi uidebimus palam, quod beatus Paulus dicit, facie ad faciem: ut quod ait, haec in prouerbijs locutus sum uobis, hoc sit quod ab eodem Apostolo dictum est, Videmus nunc per speculum in enigmate. Annunciabo autem uobis, quia per filium pater uis debetur, iuxta illud quod alibi ait, Neque patrem quis cognoscit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Sed istum sensum uidetur impedire quod sequitur, In illo die in nomine meo petetis. In futuro enim seculo cum peruenerimus ad regnum, ubi similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est, quid peturi sumus, quando satiabitur in bonis desiderium nostrum? Unde & in alio Psalmo dicitur, Satiabor cum manifestabitur gloria tua. Petito namque alicuius est indigentiae, quae ubi nulla erit, ubi haec satietas erit. Relinquitur itaque, quantum sapere ualeo: ut intelligatur Dominus Iesus discipulos suos de carnalibus uel animalibus se spirituales promississe facturum, quantum nondum tales quales erimus, quando spiritale etiam corpus habebimus, sed qualis erat qui dicebat, Sapientiam loquimur inter perfectos, & Non potui uobis lo-

Gala. 6.

Petitiones fidelium.

Prouerbia Christi, 1. Cor. 3.

Luc. 10.

1. Ioan. 3. Psal. 102.

Psal. 16.

1. Cor. 2.

qui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. & Non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quae a Deo donata sunt nobis, quae & loquimur, non in sapientiae humanae doctis uerbis, sed docti spiritu, spiritualibus spiritualia comparentes. Animalis autem non percipit quae sunt spiritus dei. Non itaque percipiens quae sunt spiritus Dei, homo animalis, sic audit quaecumque audit de Deo in tura, ut aliud quam corpus cogitare non possit, quamlibet amplissimum uel immensum, quamlibet lucidum ac speciosum corpus. Tamen ideo prouerbia illi sunt quaecumque dicta sapientiae de incorporea immutabiliq; substantia: non quod ea tanquam prouerbia deputat, sed quia sic cogitat, quomodo qui prouerbia solent audire, neque intelligere. Cum uero spiritualis coeperit omnia diiudicare, ipse autem a nemine diiudicari, (etiam si in hac uita adhuc uelut per speculum ex parte perspiciat, tamen non ullo corporis sensu, non ulla imaginaria cogitatione qua capit aut fingit qualescunque similitudines corporum, sed mentis certissima intelligentia, ita Deum non corpus esse sed spiritum, ita palam de patre annunciantem filio, ut eiuidem substantiae conspiciatur & ipse qui annunciat) tunc in eius nomine petunt, quia in sono eius nominis non aliud quam res ipsa est, quae hoc nomine uocatur, intelligunt. Hi possunt utcumque cogitare dominum nostrum Iesum Christum, in quantum homo est, pro nobis interpellare patrem: in quantum autem deus est, & nos exaudire cum patre: quod eum significasse arbitror ubi ait, Et non dico uobis, quia ego rogabo patrem de uobis. Ad hoc quippe intuentum quomodo non rogat patrem filius, sed simul exaudiunt rogantes pater & filius, non nisi spiritualis oculus mentis ascendit. Ipse enim pater, inquit, amat uos, quia uos me amastis. Ideo amat ille, quia nos amamus. An potius quia ille amat, ideo nos amamus? Ex Epistola sua Euangelista idem ipse respondet. Nos diligimus, inquit, quia ipse prior dilexit nos. Hinc ergo factum est ut diligeremus, quia dilecti sumus. Prorsus donum Dei est, diligere deum. Ipse ut diligeretur dedit, qui non dilectus dilexit. Dupliciter amati sumus, ut esset in nobis unde placeremus. Non enim amaremus filium, nisi amaremus & patrem. Amat nos pater, quia nos amamus filium: cum a patre & filio accepimus, ut patrem amemus & filium. Diffundit enim charitatem in cordibus nostris amborum spiritus, per quem spiritum & patrem amamus, & filium: & quem spiritum cum patre amamus & filio. Amorem itaque nostrum pium quo colimus Deum, fecit Deus, & uidit quia bonum est, ideo quippe nos amauit ipse quia amauit ipse quod fecit. Sed non in nobis faceret quod amaret, nisi antequam id faceret, nos amaret. Et credidistis, inquit, quia a Deo exiui. Exiui a patre, & ueni in mundum, iterum relinquo mundum, & uado ad patrem. Plane credimus. Neque enim propterea incredibile debet uideri, quia sic ad mundum ueniens exiit a patre, ut non desereret patrem: & sic uadit ad patrem relicto mundo, ut non deserat mundum. Exiit enim a patre, quia de patre est: & in mundum uenit, quia mundo suum corpus ostendit, quod de uirgine assumptum. Reliquit mundum corporali discessione, perrexit ad patrem hominis ascensione, nec mundum deseruit praesentiae gubernatione, quales erant discipuli Christi, quando cum eis ante passionem loquebatur magna cum paruus, sed sicut oportebat, ut magna diceretur & admodum eum post eius resurrectionem uel ipse in sufflante uel desuper acceperunt, humana magis quam diuina sapiebant, ut multis indicijs per totum Euangelium declaratur. Unde & hoc est quod in ista lectione dixerunt. Ait enim Euangelista, Dicunt ei discipuli eius, Ecce nunc palam loqueris, & prouerbum nullum dicis. Nunc scimus quia nosti omnia, & non opus est tibi ut quis te interroget. In hoc credimus, quod a Deo existi. Ipse Dominus paulo ante dixerat, Haec in prouerbijs locutus sum uobis: uenit hora, cum iam non in prouerbijs loquar uobis. Quomodo ergo isti dicunt, Ecce nunc palam loqueris, & prouerbum nullum dicis? Nunquid hora iam uenerat, qua non iam in prouerbijs se promiserat locuturum? Prorsus quod nondum illa hora uenisset, continuo uerborum eius ostendit, quae adhuc illam promittat horam, qua non iam in prouerbijs loquetur, sed palam de patre annunciat eis: in qua hora dicit eos in suo nomine peturos, nec se patrem de illis rogaturum, eo quod ipse pater amet eos, quia ipsi amauerunt Christum, & crediderunt quod a patre exierit, & uenerit in mundum, iterum relicto mundo, & iturus ad patrem. Cum ergo adhuc promittatur illa hora, in qua sine prouerbijs locuturus est, cur isti dicunt, Ecce nunc palam loqueris, & prouerbum nullum dicis? nisi quia illa quae scit ipse, non intelligentibus prouerbia sunt: quae adeo non intelligentibus, ut nec saltem non se intelligere intelligant. Paruuli enim erant, nondum spiritualiter diiudicabant, qui de rebus non ad corpus, sed ad spiritum pertinentibus, audiebant. Denique de ipsa horum aetate adhuc secundum interiorum hominem parua & infirma eos admonens, Respondit eis Iesus, Modò credidistis: Ecce ueni hora, & iam ueni, ut dispergamini unusquisque in propria, & me solum relinquatis: & tamen non sum solus, quia pater mecum est. Paulò ante dixerat, Relinquo mundum, & uado ad patrem, nunc dicit, Pater mecum est. Quis uadit ad eum, qui cum illo est? Sed hoc intelligenti est uerbum, non intelligenti prouerbum: sic tamen quomodo a paruulis non intelligitur, utcumque sugitur, & eis etiam si non praebet, quia nondum eum capiunt, solidum cibum, saltem lacteum non denegat ali-

Christus homo in quantum interpellat pro nobis.

Filius quomodo patrem roget in diuinis.

1. Ioan. 4. Christus prior dilexit nos.

60

Discipuli Christi carnales erant ante receptionem spiritus sancti.

mentum. Ex hoc alimento est, quod sciebant eum nosse omnia, nec opus ei esse, ut eum quis interroget. Quod quidem cur dixerint, quare potest. Videtur enim potius fuisse dicendum, Non opus est tibi ut quaequam interroges, non ut quis te interroget. Dixerat quippe, Scimus quia nosti omnia: & utique qui nouit omnia, magis a nescientibus interrogari solet, ut interrogantes audiant quod uolunt, ab eo qui nouit omnia, non ipse interrogare tanquam uolens aliquid scire, qui nouit omnia. Quid sibi ergo uult, quod ei quem sciebant nosse omnia, cum dicere debuisset uideantur. Non opus est tibi ut quemquam interroges: dicendum potius putauerunt. Non opus est tibi ut quis te interroget? Quid quod utrunque legimus factum, & interrogasse scilicet Dominum, & interrogatum fuisse: Sed hoc cito soluitur, quia hoc non est, sed illis opus erat quos interrogabat, uel a quibus interrogabatur. Neque enim aliquos ille interrogabat, ut ab eis aliquid discederet, sed eos pariter ut doceret: & qui interrogabant eum uolentes ab illo aliquid discere, illis profecto id opus erat, ut scirent aliqua ab illo qui nouerat omnia. Nimirum ergo propterea ei non opus erat ut eum quis interrogaret, quoniam nos quando interrogamur ab eis qui uolunt a nobis aliquid scire, ex ipsis interrogationibus eorum cognoscimus quid uelint dicere. Opus est ergo nobis ab eis interrogari, quos docere aliquid uolumus, ut inquisitiones eorum quibus respondendum est, nouerimus. Illi autem ne id quidem opus erat, qui omnia nouerat: nec opus habebat, quod ab eo quisque scire uelisset, per eius cognoscere interrogationem: quia priusquam interrogaretur, interrogatori nouerat uoluntatem. Sed ideo se patiebatur interrogari, ut uel eis qui tunc erant, uel qui haec siue dicta fuerant audirent, siue scripta lecturi, quales essent a quibus interrogabatur, ostenderet: eo quod modo nossemus, uel quibus non circumueniretur fraudibus, uel quibus apud eum proficeretur accessibus. Prauidere autem cogitationes hominum, & ideo non opus habere ut eum quis interrogaret, magnum Deo non erat, sed magnum paruuliserat, qui ei dicebant. In hoc credimus, quia a Deo existi. Multo autem maius erat, ad quod intelligendum eos uolebat extendi, & credere, quod cum illi dixissent, uerumque dixissent, A deo existi: ait ille, Pater mecum est: nec sic a patre filium cogitarent exisse, ut putarent etiam recessisse. Deinde sermonem istum magnum prolixumque concludens, Haec, inquit, locutus sum uobis, ut in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis: sed confidite: ego uici mundum. Illud initium fuerat habitatura ista pressura, de qua superius, ut eos ostenderet paruulos, quibus adhuc non intelligentibus, & aliud pro alio sentientibus, prouerbia quodammodo essent quae cun- que magna & diuina dixisset, ait, Modò

10

20

30

40

50

60

Mundi pressura.

creditis: ecce uenit hora, & iam uenit, ut dispergamini unusquisque uestrum in propria. Ecce initium pressuræ, sed non eo modo perseveraturæ. Quod enim adiunxit, Et me non solum relinquatis, non uult eos tales esse in cōsequente pressura, quam post eius ascensionem in mundo fuerant habituri, ut relinquāt eum, sed ut in illo pacem habeant permanentes in eo. Non enim quando comprehensus est, tantummodo carne sua eius carnem, uerum etiam mente reliquerunt fidem. Ad hoc pertinet quod ait, *Modo creditis: ecce uenit hora ut dispergamini in propria, & me relinquatis.* Tanquam diceret, Tunc ita perturbabimini, ut etiam quod modo creditis, relinquatis. Venerunt enim ad tantam desperationem, & suæ pristinæ fidei (ut ita dixerim) mortē, quanta apparuit in illo Cleopa, qui post eius resurrectionem cum illo se loqui nesciens, & quid ei cōtigerit narrans, Nos, inquit, sperabamus quod ipse fuerat redempturus Israel. Ecce quomodo cum reliquerant, deserendo etiam ipsam fidem, qua in eum ante crediderant. In ea uero oppressura quam post eius glorificationem accepto sancto spiritu pertulerūt, non eum reliquerunt: & quamuis fugerent de ciuitate in ciuitatē, ab ipso non refugerunt: sed habentes pressuram in mundo, ut in illo pacem tenerent ab ipso refuge fuerunt, sed ipsum refugium potius habuerunt. Dato quippe sancto spiritu, factum est in eis quod nunc dictum est eis, *Confidite, quia ego uici mundum.* *Confiderunt, & uicerunt.* In quo, nisi in illo? Non enim uicisset ille mundum, si membra eius uinceret mundus. Vnde ait Apostolus, *Gratia deo, qui dat nobis uictoriam, continuoq; subiecit, Per Dominum nostrum Iesum Christum: qui dixerat suis, Confidite, quia ego uici mundum.* Ante ista quæ nunc sumus adiuuante Domino tractaturi, dixerat Iesus, *Hæc locutus sum uobis, ut in me pacē habeatis: quæ non recētiore patre superius ab eo dicta, sed omnia debemus accipere, siue quæcumque illis locutus est ex quo eos cœpit habere discipulos, siue certe ex quo post coenam exorsus est hunc admirabilē prolixumq; sermonem.* Talem quippe commemorauit causam cur eis sit locutus, ut ad eū finem rectissime referantur, uel omnia quæ locutus est eis, uel ea maxime quæ dixit iam pro eis moriturus, tãquam uerba nouissima, posteaquam de conuiuio sancto ille qui cum fuerat traditurus, egressus est. Hanc enim causam commendauit sermonis sui, ut in illo pacem haberēt, propter quod totum agit, quod Christiani sumus. Hæc enim pax finem temporis non habet, & omni spei nostræ intentionis actionisq; finis ipsa erit. Propter hanc sacramētis eius imbuimur: propter hanc mirabilibus operibus & sermonibus erudimur: propter hanc in eū credimus & speramus, & eius amore quantum donat accendimur. Hæc in pace in pressuris omni-

Luc. 24. Cleopæ diffidentia.


1. Cor. 15.

Pax Christi.

bus consolamur: hac pressuris omnibus liberamur. Propter hanc, omnem tribulationem fortiter sustinemus, ut in hac feliciter sine ulla tribulatione regnemus. Merito ad eam clausit uerba, quæ parum intelligentibus discipulis erant prouerbia. Cū ergo dixisset, propter quid omnia sit locutus, ut in illo scilicet pacem haberent, in mundo habentes pressuram: exhortatusq; fuisset, ut fiderēt, quoniam ipse uicit mundum: eo qui erat ad illos sermone finito, deinde ad patrem uerba direxit, & orare iam cœpit. Sic enim Euangelista sequitur, dicens,

CAPUT XVII.

Hæc loquutus est Iesus: & subleuatis oculis in cœlum, dixit: Pater, uenit hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te: sicut dedisti ei potestatem omnis carnis: ut omne quod dedisti ei, det eis uitam æternam. Hæc est autem uita æterna, ut cognoscant te, solum Deum uerū, & quem misisti Iesum Christum: Ego te clarificauit super terram. Opus consummaui, quod dedisti mihi ut faciam: & nunc clarifica me ut pater apud metipsum, claritate quam habui prius quam mundus fieret, apud te. Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Tui erant, & mihi eos dedisti: & sermonem tuum seruauerunt. Nunc cognouerunt quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt: quia uerba quæ dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperunt: & cognouerunt uere, quia a te exiui, & crediderūt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo. Non pro mūdo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt. Et mea omnia, tua sunt: & tua, mea sunt: & clarificatus sum in eis. Et iam non sum in mundo, & hi in mundo sunt: & ego ad te uenio. Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: ut sint unum, sicut & nos. Cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, ego custodiui: & nemo ex eis perijt, nisi filius perditionis, ut scriptura impleatur. Nunc autem ad te uenio, & hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in semet ipsis. Ego dedi eis sermonem tuum: & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo. Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serues eos a malo. De mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo. Sanctifica eos in ueritate. Sermo tuus, ueritas est. Sicut tu me misisti in mundum, ita & ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico me ipsum, ut sint & ipsi sanctificati in ueritate. Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt per uerbum eorum in me: ut omnes unum sint, sicut tu pater in me, & ego in te: ut & ipsi in nobis unum sint, ut credat mundus, quia tu me misisti. Et ego claritatem, quam tu dedisti mihi, dedi eis



20
30
40
50
60

Psal. 101.

ut sint unū, sicut & nos unū sumus. Ego in eis, & tu in me: ut sint consummati in unum, & cognoscat mundus quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti. Pater, quos dedisti mihi, uolo ut ubi sum ego, & illi sint mecum: ut uideant claritatem meam, quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi. Pater iuste, mundus te non cognouit, ego autem te cognoui, & hi cognouerunt, quia tu me misisti. Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam: ut dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.

Hæc locutus est Iesus, & subleuatis oculis in cœlum, dixit, Pater, uenit hora, clarifica filium tuum. Poterat Dominus unigenitus & coæternus patri, in forma serui, & ex forma serui, si hoc opus esset, orare silentio: sed ita se patri exhibere uoluit precatorem, ut meminisset se nostrum esse doctorem. Proinde quam fecit orationem pro nobis, notam fecit & nobis: quoniam tanti magistri nostri non solum ad ipsos est sermocinatio, sed etiam pro ipsis ad patrem oratio: & si illorum qui ad hæc dicta aderant audiri, profecto & nostra, qui fueramus cōscripta lecturi. Quapropter hoc quod ait, Pater, uenit hora, clarifica filium tuum: ostendit omne tempus, & quid quando faceret, uel fieri sineret, ab illo esse dispositū, qui tempori subditus non est: quoniam quæ futura fuerat per singula tempora, in Dei sapientia causas efficientes habent, in qua nulla sunt tempora. Non ergo credatur hæc hora lato uergente uenisse, sed deo potius ordinante nec sidera necessitas Christi connexuit passionem. Abstinent enim, ut sidera mori cogere non conditor. Non itaq; Christum tempus ut moreretur impedit, sed tempus Christus quo moreretur elegit: qui etiam tempus quo de uirgine natus est, cum patre constituit, de quo sine tempore natus est. Secundum quam uerā sanamq; doctrinam etiam Paulus Apostolus, Cum autem uenit, inquit, plenitudo temporis, misit Deus filium suum, & Deus per prophetam, Tempore ait, acceptabili exaudiuit, & in die salutis adiuui te. & rursus Apostolus, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Dicit ergo, Pater, uenit hora, qui cum patre disposuit omnes horas: tanquam dicens, Pater, quam propter homines, & apud homines ad me clarificandum simul constituimus, uenit hora: clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te. Clarificatum a patre filium, nonnulli accipiunt in hoc quod ei non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Sed si passione clarificatus dicitur, quanto magis resurrectione: Nam in passione magis eius humilitas quam claritas commendatur, Apostolo teste, qui dicit, Humiliauit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Deinde sequitur & de eius clarificatione, cū dicit, Propter quod & Deus illū exaltauit, & donauit ei nomen quod

Orationem suam cur nobis notam fieri uoluit Christus. Clarificatio Christi.

Passio Christi non erat fatialis. Temporum omnium moderator.

Galat. 4.

Esa. 49.

2. Co. 6.

Hora Christi passionis, quomodo dicta. Rom. 8.

Philip. 2.

est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Hæc est clarificatio Domini Iesu Christi, quæ ab eius resurrectione sumpsit exordium. Humilitas autem eius incipit in sermone Apostoli ab eo loco ubi ait, Semetipsum exinanuit formam serui accipiens: & peruenit usque ad mortem crucis. Claritas uero eius incipit ab eo loco ubi ait, Propter quod & Deus eum exaltauit: & peruenit quod in gloria est Dei patris. Utergo mediator Dei & hominū homo Christus Iesus resurrectione clarificaretur uel glorificaretur, prius humiliatus est passione, non enim a mortuis resurrexisset, si mortuus non fuisset. Humilitas, claritatis est meritum: claritas, humilitatis est præmium. Sed hoc totum factum est in forma serui. In forma uero Dei, semper fuit semper erit claritas: imò non fuit, quasi iam non sit: nec erit, quasi nondum sit sed sine initio, sine fine semper est claritas. Quod ergo ait, Pater, uenit hora, clarifica filium tuum: sic intelligendum est, tanquam dixerit, Venit hora seminandæ humilitatis: fructum non differas claritatis. Sed quid sibi uult quod sequitur, *Ut filius tuus clarificet te?* Clarificatum a patre filium secundum formam serui, quam pater suscitauit a mortuis, & ad suam dexteram collocauit, res ipsa indicat, & nullus ambigit Christianus. Sed quoniam non tantum dixit, Pater, clarifica filium tuum, sed addidit etiam, ut filius tuus clarificet te: merito queritur quomodo patrem glorificauerit filius, cum sempiterna claritas Patris nec diminuta fuerit in forma humana, nec augeri potuerit in sua perfectione diuina. Sed in seipsa claritas Patris nec manui nec augeri potest apud homines autem proculdubio minor erat, quando in Iudæa tantummodo Deus notus erat: & nondum a solis ortu usque ad occasum laudabant uerbi nomen Domini. Hoc autem quia per Euangelium Christi factum est, ut per filium pater innotesceret gentibus: profecto patrem clarificauit & filium. Si autem tantummodo mortuus fuisset filius, nec resurrexisset, proculdubio nec a patre clarificatus esset, nec patrem clarificasset. Nunc autem resurrectione clarificatus a patre, resurrectionis suæ prædicatione clarificet patrem. Hoc quippe aperit ordo ipse uerborum. Clarifica, inquit, filium tuum: ut filius tuus clarificet te, tanquam diceret, Resuscita me, ut innotescas toti orbi per me. Deinde magis magisque pandens quomodo clarificet patrem filius, *Sicut dedisti, inquit, ei potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti ei, det eis uitam æternam.* Omnem carnem, dixit omnem animam, a parte totum significans: quemadmodum rursus a parte superiore, significatus est homo totus, ubi ait Apostolus, Omnis anima potestatis sub-

Humiliatio Christi.

Humilitatis præmiū claritas.

Pater quomodo a filio clarificatus.

Psal. 75.

Psal. 112.

Clarificatio filium.

Rom. 13. sub-

Anima pro homine potitur. sublimioribus subdita sit. Quid enim dixit, omnis anima, nisi omnis homo? Hoc autem, quod potestas Christo a patre data est omnis carnis, secundum hominem intelligendum est. nam secundum Deum omnia per ipsum facta sunt, & in ipso condita sunt omnia in caelo & in terra, uisibilia & inuisibilia. Sicut ergo dedisti ei potestatem, inquit, omnis carnis, ita te glorificet filius, id est notum te faciat omni carni quam dedisti ei. Sic enim dedisti, ut omne quod dedisti ei, det eis uitam aeternam. *Hec est autem uita aeterna, inquit, ut cognoscant te solum uerum Deum, & quem misisti Iesum Christum.* Ordo uerborum est: ut te, & quem misisti Iesum Christum, cognoscant solum uerum Deum. Consequenter enim & spiritus sanctus intelligitur, quia spiritus est patris & filii, tanquam charitas substantialis & consubstantialis amborum: quoniam non duo dii pater & filius: nec tres dii pater & filius & spiritus sanctus sed ipsa trinitas, uerus solus uerus Deus. Nec idem tamen pater qui filius, nec idem filius qui pater, nec idem spiritus sanctus qui pater aut filius, quoniam tres sunt, pater, & filius, & spiritus sanctus: sed ipsa trinitas unus est Deus. Si ergo eo modo te glorificat filius, sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, & sic dedisti, ut omne quod dedisti ei, det eis uitam aeternam: & haec est uita aeterna, ut cognoscant te: sic te igitur filius glorificat, ut omnibus quos dedisti ei, te cognitum faciat. Porro si cognitio Dei est uita aeterna, tanto magis uiuere tendimus, quanto magis in hac cognitione proficimus. Non autem moriemur in uita aeterna. Tunc ergo Dei cognitio perfecta erit, quando nulla mors erit. Summa tunc dei clarificatio, quia summa gloria. A ueteribus autem gloria, qua gloriosi homines dicuntur, ita est definita: Gloria est frequens de aliquo fama cum laude. At si homo laudatur cum fama creditur, quomodo Deus laudabitur quando ipse uidebitur? Propter quod scriptum est, Beati qui habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt te. Ibi erit dei sine fine laudatio, ubi erit dei plena cognitio: & quia plena cognitio, ideo clarificatio uel glorificatio. Sed prius hic clarificatur Deus, dum annunciatu hominibus innotescit, & per fidem credentium praedicatur. propter quod dicit, Ego te clarificauit super terram: opus consummaui quod dedisti mihi ut faciam. Non ait, iussisti, sed dedisti: ubi commendatur euidens gratia. Quid enim habet quod non accepit, etiam in uni, genito humana natura? An non accepit ut nihil mali, sed bona faceret omnia, quando in unitate personae suscepta est a uerbo per quod facta sunt omnia? Sed quomodo consummauit opus quod accepit ut faciat, cum restet adhuc passionis experimentum, ubi martyribus suis maxime praebuit quod sequerentur exemplum: unde ait Apostolus Petrus, Christus pro nobis passus est, relinquens nobis exemplum, ut sequamur uestigia eius: nisi quia consummasse dicit, quod se consummaturum certissime nouit: sicut longe ante in prophetia praeteriti temporis usus est uerbis, quando post annos plurimos futuram fuerat quod dicebat. Foderunt, inquit, manus meas, & pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea. Non ait, fodient & dinumerabunt, & in hoc ipso Euangelio, Omnia, inquit, quae audiui a patre meo, nota feci uobis. Quibus ait post ea, Adhuc multa habeo uobis dicere, sed non potestis portare modo. Qui enim certis & immutabilibus causis omnia futura praedestinauit, quicquid facturus est, fecit. Nam & per prophetam dictum de illo est, Qui fecit quae futura sunt. Secundum hoc etiam quod sequitur dicit, Et nunc clarifica me tu pater, apud te ipsum, claritate quam habui prius quam mundus esset apud te. Nam supra dixit, Pater, uenit hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te. In quo uerborum ordine ostendat prius a patre clarificandum filium, ut patrem clarificaret & filius. Modo autem dicit, Ego te clarificauit super terram: opus consummaui quod dedisti mihi ut faciam: & nunc clarifica me. Tanquam prior ipse patrem clarificauerit, a quo deinde ut clarificetur exposcit. Ergo intelligendum est utroque uerbo superius usum secundum id quod futurum erat, clarifica filium, ut clarificet filius, modo uero usum fuisse uerbo praeteriti temporis de re futura, ubi ait, Ego te clarificauit super terram: opus consummaui quod dedisti mihi ut faciam. Deinde dicendo, Et nunc clarifica me tu pater apud te ipsum, quasi posterius esset clarificandus a patre, quem prius ipse clarificauerat, quid ostendit, nisi superius ubi ait, Ego te clarificauit super terram: ita locutum se fuisse, tanquam fecisset quod facturus esset: hic autem poposcisse, ut pater faceret per quod illud filius facturus esset, id est, ut pater clarificaret filium, per quam filii clarificationem etiam filius esset clarificaturus patrem: Denique si de re quae futura erat, ponamus etiam futuri temporis uerbum, ubi pro tempore futuro posuit ipse praeteritum, nulla sententiae remanebit obscuritas: uelut si dixisset, Ego te clarificabo super terram: opus consummabo quod dedisti mihi ut faciam: & nunc clarifica me tu pater apud te ipsum. Nempe ita planum est, sicut illud ubi ait, Clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te. & ipsa est omnino sententia, nisi quia hic dictus est eiusdem clarificationis modus, ubi autem tacitus: tanquam illud isto exponeretur eis quos poterat permouere quomodo pater filium, & maxime quomodo patrem clarificaret filium. Dicendo enim clarificari a se patrem super terram, se autem a patre apud eum dem patrem, modum profecto utriusque clarificationis ostendit. Ipse quippe patrem clarificauit super terram, cum genibus praedicando. Pater uero ipsum apud semetipsum, ad suam dexteram collocando. Sed ideo postea

10
20
30
40
50
60

Præterita pro futuris in sacris litteris saepe ponuntur.

Pateris & filij mutua clarificatio.

postea de clarificando patre, ubi ait, Ego te clarificauit, uerbum praeteriti temporis ponere maluit, ut monstraret in praedestinatione iam factum, & pro iam facto habendum, quod certissime fuerat futurum: id est, ut a patre apud patrem glorificatus, patrem super terram glorificaret & filius. Sed hanc praedestinationem in sua clarificatione manifestius aperuit, qua cum clarificauit pater, in eo quod adiunxit, claritate quam habui prius quam mundus esset apud te. Ordo uerborum est, quam habui apud te prius quam mundus esset. Ad hoc ualeat quod ait, Et nunc clarifica me, hoc est, sicut tunc, ita & nunc. Sicut tunc praedestinatione, ita & nunc perfectione fac in mundo, quod apud te iam fuerat ante mundum. Fac in suo tempore, quod ante omnia tempora statuisti. Hoc quidem sic intelligendum putauerunt, tanquam natura humana quae suscepta est a uerbo, conuerteretur in uerbum, & homo mutaretur in Deum, imò si diligentius quod opinati sunt cogitemus, homo periret in deo. Non enim quisquam ex ista mutatione hominis uel duplicari Dei uerbum dicitur est, uel augeri, ut aut duo sint quod unum fuit, aut amplius sit quod minus fuit. Porro si natura humana in uerbum mutata atque conuersa, uerbum Dei quantum erat, & quod erat, hoc erit: ubi est homo, si non perijt. Sed ad hanc opinionem, quam ueritati prorsus non uideo conuenire, nihil nos urget, si filio dicente, Et nunc clarifica me tu pater apud te ipsum, claritate quam habui prius quam mundus esset, apud te: intelligamus praedestinationem claritatis humanae quae in illo est naturae, ex mortali immortalis apud patrem futurae: & hoc iam praedestinando factum fuisse ante quam mundus esset, quod in mundo etiam si toto tempore fieret. Si enim de nobis dixit Apostolus, Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, cur abhorreere putatur a uero, si tunc pater caput nostrum glorificauit, quando nos in ipso ut membra eius essemus elegit? Sic enim nos electi, quomodo ipse clarificatus: quia prius quam mundus esset, nec nos eramus, nec ipse mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. Sed ille qui per ipsum in quantum uerbum eius est, etiam quae futura sunt fecit, & uocatae quae non sunt, tanquam sint, profecto secundum id quod mediator dei & hominum homo est, ante mundi constitutionem pro nobis deus pater glorificauit ipsum, sicut tunc elegit etiam nos in ipso. Quid enim dicit Apostolus? Scimus autem quoniam diligentibus deum, omnia cooperantur in bonum, ipsi qui secundum propositum uocati sunt. Quos enim praesciuit & praedestinauit, conformes fieri imaginis filii eius, ut sit primogenitus in multis fratribus. Quos autem praedestinauit, illos & uocauit. Nisi forte ipsum praedestinatum dicere formidabimus, quia de nobis tantum, ut efficiamur conformes imaginis

Homo in persona Christi in deum non est mutatus.

Ephesi.

Rom. 4.

Rom. 4.

Rom. 8.

eius, hoc dixisse uidetur Apostolus. Recte qui pater dicitur, non praedestinatus, secundum id quod est uerbum Dei, Deus apud Deum. Ut quid enim praedestinetur, cum iam esset quod erat, sine initio, sine termino sempiternus? Illud autem praedestinandum erat, quod nondum erat, ut sic suo tempore fieret, quemadmodum ante omnia tempora praedestinatum erat ut fieret. Quisquis igitur Dei filium praedestinatum negat, hunc eundem filium hominis negat. Sed propter contentiosos etiam hinc audiamus Apostolum in suarum exordio litterarum: Paulus seruus Iesu Christi, uocatus Apostolus, segregatus in Euangelium Dei, quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, qui praedestinatus est filius Dei in uirtute secundum spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum. Secundum hanc ergo praedestinationem, etiam clarificatus est, prius quam mundus esset, ut esset claritas eius, ex resurrectione mortuorum, apud patrem, ad cuius dexteram sedet. Cum ergo uideret illius praedestinate suae clarificationis uenisse iam tempus, ut & nunc fieret in redditione, quod fuerat in praedestinatione iam factum, orauit, dicens, Et nunc clarifica me, tu pater, apud te ipsum, claritate quam habui, prius quam mundus esset, apud te. tanquam diceret, claritate quam habui apud te, id est, illam claritatem quam habui apud te in praedestinatione tua. Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Quod si de his tantum dicit discipulis, cum quibus coenauit, & ad quos antequam orare inciperet, tam multa locutus est, non pertinet hoc ad illam clarificationem, siue (ut alij interpretati sunt) glorificationem, de qua superius loquebatur, qua filius clarificat, uel glorificat patrem. Quanta enim uel qualis gloria, duodecim uel undecim potius innotuisse mortalibus? Si autem quod ait, Manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo, omnes hic intelligi uoluit, etiam qui in eum fuerant credituri, ad eius magnam, quae futura erat ex omnibus gentibus, Ecclesiam pertinentes, de qua in Psalmo canitur, In Ecclesia magna confitebor tibi: est plane ista clarificatio, qua filius clarificat patrem, cum eius nomen notum facit omnibus gentibus, & tam multis generationibus hominum. Et tale hoc est quod hic ait, Manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo: quale illud quod paulo ante dixerat, Ego te clarificauit super terram. pro tempore futuro & illic & hic praeteritum ponens, sicut quis sciret praedestinatum esse, ut id fieret, & ideo fecisse se dicens, quod erat sine ulla dubitatione facturus. Sed de his qui iam erant discipuli eius, non de omnibus qui in illum fuerant credituri,

Filius Dei praedestinatus. Rom. 8.

Psal. 34.

credidit, eum dixisse quod dixit, Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo: ea quae sequuntur, credibilis esse demonstrant. Cum enim hoc dixisset, adiunxit, Tui erant, & mihi eos dedisti: & sermonem tuum seruauerunt. Nunc cognouerunt quia omnia quae dedisti mihi, abs te sunt: quia uerba quae dedisti mihi, dedi eis, & ipsi acceperunt: & cognouerunt uere quia a te exiit, & crediderunt quia tu me misisti.] Quanquam & haec omnia de omnibus futuris fidelibus dici potuerunt specie perfecta, cum adhuc essent futura. Sed ut de his solis quod tunc habebat discipulis, haec loqui intelligatur, illud magis urget, quod paulo post ait, Cum essem cum eis, ergo seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, custodiui: & nemo ex his perijt, nisi filius perditionis: ut scriptura impleatur, Iudam significans, qui tradidit eum. Ex isto quippe duodenario numero Apostolorum solus ille perijt. Deinde subiungit, Nunc autem ad te uenio. Vnde manifestum est, cum de corporali sua dixisset praesentia, Cum essem cum eis, ego seruabam eos: ueluti iam cum eis ea praesentia non esset. Eo modo enim significare uoluit ascensionem suam mox futuram, de qua dixit, Nunc autem ad te uenio: iturus utique ad dexteram patris, unde uenturus est uiuos & mortuos iudicare praesentia in eodem corporali secundum fidei regulam, sanamque doctrinam, nam praesentia spirituali cum eis erat utique futurus post ascensionem suam, & cum tota Ecclesia sua in hoc mundo usque in consummationem seculi, unde non utique recte intelligitur de quibus dixerit, Cum essem cum eis, ego seruabam eos: nisi hi quos in se credentes seruare iam coeperat praesentia corporali, & quos relictus fuerat absentia corporali, ut eos cum patre seruaret praesentia spirituali. Post uero adiungit & ceteros suos, ubi dicit, Non pro his autem rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt in me per uerbum eorum, ubi manifestus ostendit quod non de omnibus ad eum pertinentibus superius loqueretur, ab eo loco ubi ait, Manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi: sed de his tantum qui eum cum illa diceret, audiebant. Ab ipso itaque orationis eius exordio, ubi subleuatis oculis in caelum dixit, Pater, uenit hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te: usque ad illud quod paulo post ait, Et nunc clarifica me tu pater apud te: meritis claritate quam habui antequam mundus esset, apud te: omnes suos uolebat intelligi, quibus notum faciendo patre, clarificat eum. Cum enim dixisset, Ut filius tuus clarificet te, mox quemadmodum id fieret demonstrauit, dicens, Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis: ut omne quod dedisti ei, det eis uitam aeternam. Haec est autem uita aeterna, ut cognoscant te solum uerum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Non enim potest cognitione hominum clarificari pater, nisi & ille cognoscatur, per quem cla-

rificatur, id est, per quem populis innotescit. Haec est clarificatio patris, quae non circa solos illos Apostolos facta est, sed circa omnes homines fit, quibus suis membris caput est Christus. Neque enim de solis Apostolis potest intelligi, Sicut dedisti eis potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti ei, det eis uitam aeternam: sed utique de omnibus quibus in eum credentibus uita aeterna donatur. Iam nunc ergo uideamus quid de illis a quibus tunc audiebatur discipulis suis dicat: Manifestaui, inquit, nomen tuum hominibus quos dedisti mihi. Non ergo nouerant dei nomen, cum essent Iudei: & ubi est quod legitur, Notus in Iudaea deus: in Irael magnum nomen eius? Ergo manifestaui nomen tuum hominibus istis quos dedisti mihi de mundo, qui me audiunt haec dicentem: non illud nomen tuum quo uocaris Deus, sed illud quo uocaris Pater meus: quod nomen manifestari sine ipsius filij manifestatione non potest. Nam quod deus dicitur, etiam omnibus gentibus ante quam in Christum crederent, non omnimodo esse potuit hoc nomen incognitum. Haec est enim uis uere diuinitatis, ut creaturae rationali iam ratione utenti non omnino ac penitus possit abscondi. Exceptis enim paucis, in quibus natura nimium deprauata est, uniuersum genus humanum deum mundi huius faceret auctorem. In hoc ergo quod fecit hunc modum caelo terraque conspicuum, etiam antequam imbuerentur in fide Christi, notus est omnibus gentibus. In hoc autem quod non est iniurijs suis & cum dijs falsis colendus, notus in Iudaea Deus. In hoc uero quod pater est huius Christi, per quem tollit peccatum mundi, hoc nomen eius prius occultum omnibus, nunc manifesta uis eis quos dedit ei pater ipse de mundo. Sed quomodo manifestaui, si nondum uenit hora de qua superius dixerat, quod ueniret hora cum iam non in prouerbijs, inquit, loquar uobis, sed palam de patre meo annuntiabo uobis: An uero annuntiatio manifesta putabitur in prouerbijs? Cur ergo dictum est, palam annuntiabo, nisi quia in prouerbijs non est palam? Quod autem non prouerbijs occultatur, sed uerbis manifestatur, proculdubio palam dicitur. Quomodo ergo manifestaui, quod nondum palam dixit? Proinde sic intelligendum est pro tempore futuro praeteritum positum, quemadmodum illud, Omnia quaecumque audiui a patre meo, nota feci uobis, quod nondum fecerat, sed loquebatur quasi fecisset, quod immobiliter esse praefixum sciebat ut faceret. Quid est autem, Quos dedisti mihi de mundo? Dicitur enim de illis quod non essent de mundo. Sed hoc regeneratio praestitit, non generatio. Quid est etiam quod sequitur, Tui erant, & mihi eos dedisti? An aliquando erant patris, quando non erant unigeniti filij eius? & habuit aliquando pater aliquid sine filio? Absit: ueruntamen

Patris clarificatio.

Psal. 75.

Dei nomen gentibus notum. Diuinitatis uis.

Ioan. 1.

ueruntamen habuit aliquando aliquid Deus filius quod nondum habuit idem ipse homo filius: quia nondum erat homo factus ex matre, quando tamē habebat uniuersa cum patre, quia propter dixit, Tui erant. Non se inde separauit Deus filius, sine quo nihil unquam pater habuit: sed solet ei tribuere omne quod potest, a quo est ipse qui potest. A quo enim habet ut sit, ab illo habet ut possit: & id simul utrumque semper habuit: quia nunquam fuit, & non potuit. Quocirca quicquid potuit pater, semper cum illo fuit & potuit: quoniam ille qui nunquam non fuit, & nunquam non potuit, nunquam sine patre fuit, nunquam sine illo pater fuit. Quod itaque ait, Et mihi eos dedisti, hominem se accepisse hanc potestatem ut eos haberet, ostendit: quoniam qui super omnes fuit, non semper homo fuit. Quamobrem cum patri potius tribuisset uideatur, ut ab eo illos acceperit, quoniam ex ipso est quicquid est de quo est, etiam ipse sibi eos dedit, hoc est cum patre Deus Christus homini Christo, quod cum patre non est, homines dedit. Denique qui hoc loco dicit, Tui erant, & mihi eos dedisti: iam superius eisdem discipulis dixerat, Ego uos de mundo elegi. Contrariatur hic cogitatio carnalis, atque dispereat. De mundo sibi a patre dicit filius datos homines, quibus alio loco dicit, Ego uos de mundo elegi. Cum patre idem ipse homo filius de mundo eos accepit a patre. Non enim pater illos filio dedisset, nisi elegisset. Ac per hoc filius sicut non inde separauit patrem quando dixit, Ego uos de mundo elegi, quoniam simul eos elegit & pater: sic non inde separauit & se quando dixit, Tui erant: quia & ipsius filij pater erat. Nunc autem homo idem ipse filius accepit eos qui non erat ipsius, quia & formam serui ipsius accepit, id est, quae non erat ipsius. Sequitur ac dicit, Et sermonem tuum seruauerunt. Nunc cognouerunt, quia omnia quae dedisti mihi, abs te sunt. Id est, cognouerunt quia abs te sum. Simul enim pater dedit omnia, cum genuit qui haberet omnia. Quia uerba, inquit, quae dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperunt, id est intellexerunt atque tenuerunt. Tunc enim uerbum accipitur, quando mente percipitur. Et cognouerunt uere quia a te exiit: & crediderunt quia tu me misisti.] Et hic subaudiendum est, uere. Quod enim dixit, Cognouerunt uere, exponere uoluit adiungendo, Et crediderunt. Hoc itaque crediderunt uere, quod cognouerunt uere. Id enim est, a te exiit, quod est, tu me misisti. Cum ergo dixisset, Cognouerunt uere, ne quisquam putaret istam cognitionem iam per speciem factam, non per fidem, exponendo addidit, & crediderunt: ut subaudiamus uere, & intelligamus hoc dictum esse Cognouerunt uere, quod est, crediderunt uere: non eo modo quem significauit paulo ante cum dixit, Modo creditis, uenit hora, & iam uenit, ut dispergamini unusquisque in propria, &

Cognitio fidelium, si des eorum.

me solum relinquantis: sed crediderunt uere, quomodo credendum est, in concussis, firme, stabiliter, fortiter, non iam in propria redituri, & Christum relicturni. Adhuc ergo discipuli non erant tales, quales eos dicit uerbis praeteriti temporis, quasi iam essent, praenunciando quales futuri essent, accepto scilicet spiritu sancto, qui eos, sicut promissum est, doceret omnia: quae prius quam acciperent, quomodo seruauerunt eius sermonem (quod de illis quasi fecerint, dixit) quando primus eorum ter eum negauit, cum ex ore eius audisset quid futurum esset homini, qui eum coram hominibus negauisset? Dedit ergo eis uerba, sicut dicit, quae dedi ei pater. Sed quando illa non foris in auribus, sed intus in cordibus spiritualiter acceperunt, tunc uere acceperunt, quia tunc uere cognouerunt. Vere autem cognouerunt, quia uere crediderunt. Ipsi autem filio quomodo pater ea uerba dederit, quibus uerbis homo poterit explicare? Facilius sane quaestio uideretur, si secundum id quod filius est hominis, accessisse a patre illa uerba credatur: quamquam natus ex uirgine, quando & quomodo ea didicerit, quis enarrabit? quando etiam ipsam quae de uirgine facta est generationem eius quis enarrabit? Si uero secundum id quod est de patre genitus, patrique coaeternus, accepisse a patre ista uerba cogitetur: nihil ibi temporis cogitetur, quasi prius fuerit, qui ea non habuerit, atque ut haberet quae non haberet acceperit: quoniam quicquid Deus pater Deo filio dedit, gignendo dedit. Ita enim dedit filio pater, sine quibus filius esse non posset, sicut ei dedit ut esset. Nam quomodo aliter uerbo uerba daret aliqua, in quo ineffabiliter dixit omnia? Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro eis quos dedisti mihi.] Mundum uult modo intelligi, qui uiuunt secundum concupiscentiam mundi, & non sunt in ea sorte gratiae, ut ab illo eligantur ex mundo. Non itaque pro mundo, sed pro his quos et pater dedit, rogare se dicit. Per hoc enim quod eos illi pater iam dedit, factum est ut non pertineant ad eum mundum pro quo non rogat. Deinde subiungit, Quia tui sunt.] Neque enim quia pater eos filio dedit, amisit ipse quos dedit, cum adhuc filius sequatur, & dicat, Et mea omnia tua sunt, & tua mea.] Vbi satis apparet, quomodo unigeniti filij sint omnia quae sunt patris: per hoc utique, quod etiam ipse deus est, & de patre patri est natus aequalis: non quomodo dictum est uni ex duobus filijs, maiori scilicet, Tu mecum semper es, & omnia mea tua sunt. Illud enim dictum est de his omnibus creaturis quae infra creaturam sanctam rationalem sunt, quae utique subduntur ecclesiae. In qua uniuersa ecclesia & illi duo intelliguntur filij maior & minor cum omnibus Angelis sanctis, quibus erimus aequales in regno Christi & dei. Hoc autem ita dictum est, Et mea omnia tua sunt, & tua mea, ut hic sit etiam ipsa creatura rationalis.

Esa. 53. Christi generatio inenarrabilis.

Mundus malus.

Luc. 15.

Sancti solius eius sunt, a quo creati & iustificati sunt.

Rationalis creaturae praestantia.

tionalis, quae non nisi deo subditur, ut ei quae in fra illam sunt, cum cetera subdatur. Haec ergo cum sit dei patris, non simul esset & filij, nisi patri esset aequalis. De ipsa quippe agebat cum diceret, Non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, qui tui sunt, & mea omnia tua sunt, & tua mea. Nec fas est ut sancti de quibus haec locutus est, cuiusquam sint, nisi eius a quo creati & sanctificati sunt. Ac per hoc omnia quae ipsorum sunt, necesse est ut eius sint, cuius & ipsi sunt. Ergo cum & patris & filij sunt, aequales eos esse demonstrat, quorum aequaliter sunt. Illud autem quod ait, cum de spiritu sancto loqueretur, Omnia quae habet pater, mea sunt: propterea dixi, quia de meo accipiet, & annuntiabit uobis: de his dixit, quae ad ipsam patris pertinent diuinitatem, in quibus illi est aequalis, omnia quae habet habendo. Neque enim spiritus sanctus de creatura quae patri est subdita & filio, fuerat accepturus quod ait, de meo accipiet: sed utique de patre, de quo procedit spiritus, de quo est natus & filius. Et clarificatus sum, inquit, in eis.] Nunc suam clarificationem tanquam facta sit dicit, cum adhuc esset futura: superius autem a patre poscebat ut fieret. Sed utrum ipsa sit clarificatione de qua dixerat, Et nunc clarifica me tu pater, apud te ipsum, claritate quam habui prius quam mundus esset, apud te: utique requirendum est. Si enim apud te, quomodo in eis? An cum hoc ipsum innotescit eis, ac per ipsos omnibus qui credunt eis testibus suis, possumus plane sic intelligere, dixisse Dominum de Apostolis, quod clarificatus sit in eis? Dicendo enim esse iam factum, ostendit iam fuisse praedestinatum: & certum haberi uoluit, quod esset futurum. Etiam, inquit, non sum in mundo, & hi in mundo sunt.] Si horam prorsus illam qua loquebatur attendas, utriusque adhuc in mundo erant, & ipse scilicet, & illi de quibus hoc dicebat. Non enim secundum profectum cordis & uitae id accipere possumus uel debemus, ut illi propterea esse adhuc dicantur in mundo, quod mundana adhuc sapiant: ille autem iam non esse in mundo, sapiendo diuina. Postquam est enim hic unum uerbum quod nos ita intelligere omnino non sinat, quia non ait, Et non sum in mundo: sed, iam non sum in mundo, per hoc ostendens se fuisse in mundo, iam non esse. Numquid ergo fas est, ut eum credamus aliquando mundana sapuisse, & ab hoc errore liberatum, iam illa non sapere? Quis tam impios sensu se induerit? Restat igitur, ut secundum id quod etiam ipse in mundo prius erat, in mundo se dixerit iam non esse, profecto praesentia corporali, a mundo scilicet absentiam suam iam cito futuram, illorum autem tardius: per hoc ostendens, quod se iam non hic esse, illos autem hic esse dixit, cum & ipse hic, & illi hic adhuc essent. Sic enim est locutus homo congruens hominibus, ut mos loquendi sese habet humanus. An non cotidie dicimus, iam non est hic, de alio

quo quanto cyus abituro? & maxime hoc de morturis solet dici, quanquam & ipse dominus tanquam prauidens quid lecturos mouere posset, adiecit, Et ego ad te uenio.] Sic exponens quodammodo cur dixerit, iam non sum in mundo. Commendat ergo patri eos, quos corporali absentia relicurus est, dicens, Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi.] Nempe sicut homo Deum rogar pro discipulis suis quos accipit a Deo. Sed attende quod sequitur, Ut sint, inquit, unum, sicut & nos.] Non ait, Ut nobiscum sint, unum: aut, ut simus unum & ipsi, & nos, sicut unum sumus nos: sed ait, Ut sint unum, sicut & nos. Ipsi utique in natura sua sint unum, sicut & nos in nostra unum sumus. Quod proculdubio uerum non diceret, nisi Deus hoc diceret, quod eiusdem naturae Deus est, cuius & pater: secundum quod alibi dixit, Ego & pater unum sumus, non secundum id quod etiam homo est: nam secundum hoc, pater maior me est, dixit, Cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo.] Me, inquit, ueniente ad te, serua eos in nomine tuo: in quo eos, quando cum eis eram, & ipse seruabam. In nomine patris seruabat discipulos suos filius homo, cum eis humana praesentia constitutus. Sed etiam pater in nomine filij seruabat, quos in nomine filij petentes exaudiebat. His quippe idem filius dixerat, Amen amen dico uobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Neque hoc tam carnaliter debemus accipere, ueluti uicissim nos seruent pater & filius, amborum in nobis custodiendis praesentem custodia, quasi succedat alius quando discesserit alius. Simul enim nos custodiunt pater & filius & spiritus sanctus, qui est unus uerus beatus deus. Sed scriptura nos non leuat, nisi descendat ad nos: sicut uerbum caro factum descendit ut leuaret, non cecidit ut iaceret. Si descendentem cognouimus, cum leuate surgamus, & intelligamus, cum ita loquitur, personas eum distinguere, non separare naturas. Quando ergo seruabat discipulos suos filius praesentia corporali, non expectabat pater ad custodiendum succedere filio discedenti, sed eos ambo seruabant potentia spiritali: & quando abiens abstulit filius praesentiam corporalem, tenuit cum patre custodiam spiritualem: quia & custodiendos quando filius homo accepit, custodiae paternae non eos abstulit: & cum pater filio custodiendos dedit, non dedit sine ipso cui dedit, sed homini filio non sine deo, eodem ipso utique filio. Sequitur ergo filius, & dicit, Quos dedisti mihi, ego custodiu, & nemo ex his perijt, nisi filius perditionis, ut scriptura impleatur.] Filius perditionis dicitur est traditor Christi, perditioni praedestinatus, secundum scripturam: quia de illo in Psalmo centesimo octauo, maxime prophatur. Nunc autem, inquit, ad te uenio, & haec loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis.] Ecce in mundo se loqui dicit, qui paulo ante dixerat, iam

10

20

30

40

50

60

Ioan. 10.

Perditionis filius.

Pax futuri seculi.

Philip. r. Sancti sanctiores sunt. Ioan. 14. Ioan. 8.

Iam non sum in mundo. Quod cur dixerit, ibi exposuimus, imò ipsum id exposuisse docuimus. Ergo & quia nondum abierat, hic adhuc erat: & quia mox fuerat abiturus, hic quodammodo iam non erat. Quod sit autem hoc gaudium, de quo ait, Ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis, iam superius expressum est, ubi ait, Ut sint unum, sicut & nos. Hoc gaudium suum, id est a se in eos collatum, in eis dicit implendum, propter quod se locutum dixit in mundo. Haec est pax illa & beatitudo in futuro seculo, propter quam consequendam, temperanter & iuste & pie uiuendum est in hoc seculo. Loquens adhuc Dominus ad patrem, & orans pro discipulis suis dicit, Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus odio eos habuit.] Nondum id experti fuerant passionibus suis, quae illos postea sunt secutae: sed more suo dicit ista, uerbis praeteriti temporis futura praenuncians. Deinde causam subiiciens cur eos odio habuit mundus, Quia non sunt, inquit, de mundo, sicut & ego non sum de mundo.] Hoc eis regeneratione collatum est. Nam generatione de mundo erat: propter quod iam eis dixerat, Ego uos de mundo elegi. Donatus est ergo eis, ut licet ipse, nec ipsi essent de mundo, eos ipso liberante de mundo. Ipse autem de mundo nunquam fuit, qui etiam secundum formam serui de Spiritu sancto ipse natus est, de quo illi renati. Nam si propterea illi iam non de mundo, quia renati sunt de Spiritu sancto: propterea ille nunquam de mundo, quia natus est de Spiritu sancto, Non rogo, inquit, ut tollas eos de mundo, sed ut serues eos ex malo.] Adhuc enim necessarium habebant, quamuis iam non essent de mundo, esse tamen in mundo. Repetit eandem sententiam. De mundo, inquit, non sunt, sicut & ego non sum de mundo. Sanctifica eos in ueritate.] Sic enim seruantur ex malo: quod superius orauit ut fieret. Quae ratio potest, quomodo de mundo iam non erant, si sanctificati in ueritate nondum erant? aut si iam erant, cur poscat ut sint? An quia & sanctificati, in eadem proficiunt sanctitate, suntque sanctiores, neque hoc sine adiutorio gratiae Dei, sed illo eorum sanctificante profectum, qui sanctificauit inceptum? Unde & Apostolus dicit, Qui in uobis opus bonum coepit, perficiet usque in diem Christi Iesu. Sanctificatur itaque in ueritate haeredes testamenti noui: cuius ueritatis umbram fuerunt sanctificationes ueteris testamenti. Et cum sanctificantur in ueritate, utique sanctificantur in Christo, qui ueraciter dixit, Ego sum uita, ueritas, & uita. Item quando ait, Veritas liberabit uos: paulo post exponens quid dixerit, Si uos, inquit, filius liberauerit, tunc uere liberi eritis. ut ostenderet hoc prius dixisse ueritatem, quod postmodum filium. Quid ergo aliud & hoc loco dixit, Sanctifica eos in ueritate, nisi, sanctifica eos in me? Denique sequitur, & hoc apertius insinuat non desinit. Sermo tuus, inquit, ueritas est.] Quid

aliud dixit, quam, Ego ueritas sum? Graecum quippe Euangelium logos habet, quod etiam ibi legitur ubi dictum est, In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum, & utique ipsum uerbum nouimus unigenitum Dei filium: quod caro factum est, & habitauit in nobis. Unde & hic poni potest, & in quibusdam codicibus positum est, Verbum tuum ueritas est: sicut in quibusdam codicibus etiam ibi scriptum est, In principio erat sermo. In Graeco autem sine ulla uarietate & ibi & hic logos est. Sanctificat itaque patrem in ueritate, id est in uerbo suo, in unigenito suo, suos haeredes, eiusque cohaeredes. Sed nunc adhuc de Apostolis loquitur, nam sequutus ita adiungit, Sicut me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum.] Quos misit, nisi Apostolos suos? Nam & ipsum nomen ἀπόστολος, quoniam graecum est, nihil nisi missum significat in latino. Misit ergo Deus filium suum, non in carne peccati, sed in similitudine carnis peccati: & misit filius eius eos, quos natos in carne peccati, satiificauit a labe peccati. Sed quoniam per hoc quod mediator Dei & hominum homo Christus Iesus factus est caput Ecclesiae, illi membra sunt eius: ideo ait quod sequitur, Et pro eis ego sanctifico me ipsum.] Quid est enim, Et pro eis ego sanctifico me ipsum: nisi, eos in me ipso sanctifico? cum & ipsi sint ego: quoniam de quibus hoc ait, ut dixi, membra sunt eius, & unus est Christus caput & corpus, docente Apostolo, atque dicente de semine Abrahae, Si autem uos Christi, ergo Abrahae semen estis, cum dixisset superius, Non dicit, & seminibus, tanquam in multis, sed tanquam in uno, & semini tuo, quod est Christus. Si ergo semen Abrahae, hoc est Christus, quid aliud dictum est, quibus dictum est, Ergo Abrahae semen estis: nisi, Ergo Christi estis? Inde est quod alio loco idem ipse Apostolus ait, Nunc gaudeo in passionibus pro uobis, & adimpleo ea, quae desunt pressuram Christi, in carne mea. Non dixit, pressurarum mearum, sed Christi, quia membrum erat Christi. Mox addidit, Ut sint & ipsi sanctificati in ueritate.] Quod quid est aliud, quam, in me: secundum id quod ueritas est uerbum illud in principio, Deus, in quo & ipse filius hominis sanctificatus est ab initio creationis suae, quando uerbum factum est caro, quia una persona facta est uerbum & homo. Tunc ergo sanctificauit se in se, hoc est hominem se, in uerbo se, quia unus est Christus uerbum & homo, sanctificans hominem in uerbo. Propter sua uero membra, Et pro eis, inquit, ego. Id est, quod promisi etiam ipsis, quia & ipsi sunt ego: sicut mihi profuit in me, quia homo sum sine ipsis: & ego sanctifico me ipsum, hoc est, ipsos in me, tanquam me ipsum, sanctifico ego, quoniam in me etiam ipsi sunt ego. Ut sint & ipsi sanctificati in ueritate. Quid est, Et ipsi: nisi, quemad-

10

20

30

40

50

60

Sermo idem quod uerbum. Ioan. 1.

In principio erat sermo.

Rom. 8. Carnem peccati. Christus non induit sed sumit: tunc carnis peccati.

Gal. 3.

Colos. 1.

modum ego in ueritate, quod sum ego? Non pro eis autem rogo tantum.] Id est pro discipulis qui cum illo tunc erant: Sed & pro eis, inquit, qui credituri sunt per uerbum eorum in me.] Vbi omnes suos intelligi uoluit, non solum qui tunc erant in carne, sed etiam qui futuri erant. Quotquot enim postea crediderunt in eum, per uerbum Apostolorum sine dubio crediderunt: & donec ueniat, credituri sunt. Ipsis enim dixerat, Et uos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. & per hos Euangelium ministratum est, etiam antequam scriberetur. & utique quisquis in Christum credit, Euangelio credit. Non itaque hi tantum intelligendi sunt, quos ait in se credituros per uerbum eorum, qui ipsos cum in carne uiuerent, Apostolos audiebant, sed & post obitum eorum, & nos longe post nati, per uerbum eorum credimus in Christum: quoniam ipsi qui cum illo tunc fuerunt, quod ab illo audierunt, ceteris predicauerunt: atque ita uerbum eorum, ut etiam nos crederemus, ad nos usque peruenit. ubi cunque est eius ecclesia: & peruentura est ad posteros, quicumque ubi cunque in eum postea credituri sunt. Potest itaque uideri Iesus in hac oratione, non orasse pro quibusdam suis, nisi diligenter scrutemur in eadem oratione uerba eius. Si enim pro eis prius orauit, sicuti iam ostendimus, qui cum illo tunc erant: postea uero etiam pro eis, qui per uerbum eorum in illum fuerant credituri: potest dici non orasse pro illis, qui neque tunc erant cum illo, quando ista dicebat, neque per uerbum eorum postea, sed in eum siue per ipsos, siue quomodolibet, tamen ante crediderant. Nunquid enim cum illo tunc erat Nathanael? Nuncquid Ioseph ille ab Arimathia, qui corpus eius a Pilato petiuit, quem iam discipulum eius fuisse iste ipse Ioannes Euangelista testatur? Nunquid Maria mater eius, & aliae foeminae quas eius discipulas in Euangelio iam tunc fuisse didicimus, nunquid cum illo tunc erant, de quibus saepe dicit idem Ioannes Euangelista, Multi crediderunt: Nam unde erat multitudo illa eorum, qui cum ramis partim precedebant, partim sequebantur insidentem iumento, dicentes, Benedictus qui uenit in nomine Domini? Et cum eis pueri, de quibus ait fuisse praedictum? Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem: Vnde quingenti fratres, qui bus simul post resurrectionem non apparuisset, nisi in eum ante credidissent? Vnde illi centum & nouem, qui cum istis undecim centum uiginti erant, quando simul congregati post eius ascensionem expectauerunt & acceperunt promissum Spiritum sanctum? Vnde erant isti omnes, nisi ex illis de quibus dictum est, Multi crediderunt in eum? Non ergo pro eis tunc Saluator orauit, quoniam pro eis orauit, qui cum illo tunc erant, & pro alijs, qui per uerbum eorum in eum iam non crediderant, sed

fuerant credituri: Isti autem nec cum illo tunc erant, & in eum iam ante crediderant. Omitto dicere de Simone sene, qui in infantulum credit: de Anna prophetissa: de Zacharia, & Elizabeth, qui eum prophetauerunt antequam de uirgine nasceretur. De filio eorum Ioanne, praecursore eius, amico sponsi, qui eum & in Sancto spiritu agnouit. & absentem praedicauit, & alijs agnoscendum, cum praesens esset, ostendit. Hos omitto, quoniam responderi potest, orandum pro talibus mortuis non fuisse, qui cum magnis suis meritis hinc abierant, & recepti quiescebant, hoc enim de antiquis iustis similiter responderetur. Quis enim eorum a damnatione totius massae perditionis, quae per unum hominem facta est, saluus esse potuisset, nisi in unum mediatorem Dei & hominum in carne uenturum, reuelante spiritu credidisset? Sed nunquid ei pro Apostolis orandum fuit: & pro tam multis, qui in hac uita adhuc erant, ne cum illo tunc erant, & ante iam crediderant, orandum non fuit? Quis hoc dixerit? Intelligendum est igitur, quod nondum in eum sic crediderant, quomodo in se ipse credit uolebat: quando quidem & ipse Petrus, cui confitenti & dicenti, Tu es Christus filius Dei uirui, tam magnum testimonium perhibuerat, magis eum mori nolebat, quam mortuum resurrecturum esse credebat: unde mox ab eo appellatus est Satan. Fideles itaque reperimus, qui defuncti iam fuerant, & resurrecturum Christum, reuelante spiritu, non utique dubitabant, quam illi qui cum credidissent ipsum redempturum Israel, uisa eius morte, spem totam quam de illo habuerant, perdidit. Nihil itaque melius credimus, quam post eius resurrectionem, impartito spiritu sancto, edocis & confirmatis Apostolis, eisque in ecclesia primitus doctoribus constitutis, per eorum uerbum sic alios credidisse, quemadmodum in Christum credi oportebat: id est, ut fidem resurrectionis eius tenerent: ac per hoc, & illos omnes, qui iam in eum credidisse uidebantur, ad eorum numerum pertinuisse, pro quibus orauit, dicens, Non pro his autem rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt per uerbum eorum in me. Sed restat nobis ad istam quaestionem adhuc soluendam beatus Apostolus Paulus, & ille ille crudelis in scelere, fidelis in cruce. Paulus quippe Apostolus, non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum, se factum dicit Apostolum, & de ipso suo loquens Euangelio ait, Neque enim ergo ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi. Quomodo igitur erit in eis, de quibus dictum est, Credituri sunt per uerbum eorum in me? Ille uero ille tunc credit, quando in ipsis doctoribus fides quae fuerat qualiscunque, defecit. Nec ipse itaque per eorum uerbum credit in Christum

Luc. 2, Luc. 1,

Ioan. 1,

Mortui ante Christum, tamen per Christum saluati.

Mat. 16, Mar. 8,

Paulus apostolus, non per homines.

Gala. 1,

Latronis fideles fides.

Euangelio credit quis in Christum credit. Verbum apostolorum quod dicitur.

Ioseph ab Arimathia.

Psal. 8, 2. Cor. 15,

Act. 1,

Ioan. 2,

stum Iesum, & tamen sic credit, ut quem uidebat crucifixum, confiteretur non solum resurrecturum, uerum etiam regnaturum, dicendo, Memento mei cum ueneris in regnum tuum, proinde relinquitur, ut si Dominus Iesus in hac oratione pro suis omnibus quicumque in hac uita (quae tentatio est super terram) uel tunc erant, uel futuri erant, orasse credendus est, sic intelligamus quod dictum est, per uerbum eorum, ut ipsum uerbum fidei quod praedicauerunt in mundo, hic significatum esse credamus: dictum autem esse uerbum eorum, quoniam niam ab ipsis est primitus ac praecipue praedicatum. Iam enim ab ipsis praedicabatur in terra, quando per reuelationem Iesu Christi ipsum uerbum eorum Paulus accepit: unde & contulit cum eis Euangelium, ne forte in uacuum cucurrisset, aut curreret: & dextris ei deditur, quia & in illo, quamuis non per eos illi datum, tamen uerbum suum, quod iam praedicabant, & in quo fundati fuerant, inuenerunt: de quo uerbo resurrectionis Christi idem dicit Apostolus, Siue ego, siue illi, sic praedicamus, & sic credidistis. Et iterum, Hoc est, inquit, uerbum fidei, quod praedicamus, quia si confessus fueris in ore tuo, quod Dominus est Iesus Christus, & credideris in corde tuo, quia Deus illum suscitauit a mortuis, saluus eris. Et in Actibus Apostolorum legitur, quod in Christo Deus desinierit fidem omnibus, suscitans eum a mortuis. Hoc uerbum fidei, quia principaliter ac primitus per Apostolos qui ei cohaeserant, praedicatum est, ideo uerbum eorum, dictum est. Neque enim propterea non est uerbum Dei, quia dictum est uerbum eorum, cum dicat idem Apostolus Thessaloni. Fidei uerbes accepisse a se non ut uerbum hominum, sed sicut uerbum Dei, inquit, uere uerbum Dei. Ideo ergo Dei, quia Deus id donauit. Eorum uero uerbum dictum est, quia hoc praedicandum, illis Deus primitus ac praecipue commendauit. Ergo illa oratione pro omnibus quos redempturos, redemptor noster orauit, cum rogans pro Apostolis, qui cum illo tunc erant, adiunxit etiam illos qui per eorum uerbum in eum fuerant credituri. Cum ergo Dominus Iesus orasset pro discipulis suis quos tunc secum habebat, atque adiunxisset suos alios, dicens, Non pro his autem rogo tantum, sed & pro eis, qui credituri sunt per uerbum eorum in me: uelut quaereremus quid uel quare pro illis rogaret, continuo subiunxit dicens, Ut omnes unum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint. Et superius cum adhuc pro solis discipulis quos secum habebat oraret, Pater sancte, inquit, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: ut sint unum, sicut & nos. Hoc ergo etiam nunc & pro nobis rogauit, quod tunc pro il-

Luc. 23,

Iob. 7,

Gala. 2, Pauli apostoli sedulo in euangelio.

1. Cor. 15,

Rom. 10,

Act. 17,

1. The. 2, Fidei uerbes Dei, & uerbu, & Apostolo-

rum. Christi ratio ad omnes fides suos pertinebat.

Christus in quantum homo eiusdem substantiae nobiscum est.

lis, ut omnes, hoc est & nos & illi, unum simus. Vbi diligenter aduertendum est, non dixisse Vnum omnium unum sint: sicut tu pater in me, & ego in te, subintelligitur, Vnum sumus. quod aptius dicitur postea, quia & prius dixerat de discipulis, qui cum illo erant, ut sint unum, sicut & nos. Quamobrem ita est pater in filio, & filius in patre, ut unum sint, quia unius substantiae sunt. Nos uero esse quidem in eis possumus, unum tamen cum eis esse non possumus: quia unius substantiae nos & ipsi non sumus, in quantum filius cum patre Deus est. Nam in quantum homo est, eiusdem substantiae est, cuius & nos sumus. Sed nunc illud potius uoluit commendare, quod alio loco ait, Ego & pater unum sumus, ubi eandem patris & suam significauit esse naturam, ac per hoc cum & in nobis sint pater & filius, uel etiam spiritus sanctus, non debemus eos putare naturae unius esse nobiscum. Sic itaque sunt in nobis, uel nos in illis, ut illi unum sint in natura sua, nos unum in nostra. Sunt quippe ipsi in nobis, tanquam Deus in templo suo. Sumus autem nos in illis, tanquam creatura in creatore suo. Deinde cum dixisset, Ut & ipsi in nobis unum sint: adiunxit, Ut mundus credat, quia tu me misisti. Quid est ergo, omnes unum sint, ut mundus credat? Ipsi quippe Omnes, mundus est credens. Neque enim alij sunt qui unum erant, & alius est mundus propterea crediturus, quia illi unum erunt: cum proculdubio de his dicat, Ut omnes unum sint, de quibus dixerat, Non pro his autem rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt per uerbum eorum in me: continuo subiungens, Ut omnes unum sint. Isti autem omnes, quid nisi mundus est, non hostilis utique, sed fidelis? Nam ecce qui dixerat, Non pro mundo rogo, pro mundo rogo, ut credat: quoniam est mundus, de quo scriptum est, Ne cum hoc mundo damnemur, pro isto mundo non rogo, neque enim quo lit praedestinatus, ignorat. Est & mundus de quo scriptum est, Non uenit filius hominis ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Vnde & Apostolus, Deus erat, inquit, in Christo mundum reconcilians sibi, pro isto mundo rogo dicens, Ut mundus credat quia tu me misisti. Per hanc enim fidem mundus qui est missus a Deo, quomodo ergo intelletur sumus quod ait, Ut & ipsi in nobis unum sint, ut credat mundus quia tu me misisti? nisi quia non in eo causam posuit, ut credat mundus, quia illi unum sunt: tanquam ideo credat, quod eos esse unum uideret, cum ipse mundus sit omnnes qui credendo unum sunt: sed orando dixit, Ut mundus credat sicut orando dixit, Ut omnes unum sint, orando dixit, Ut & ipsi in

Vnum omnium unum sint. Christus.

Deus in nobis est, & nos in deo.

1. Cor. 11, Ioan. 3,

2. Cor. 5,

Mundus omnium est fidelis.

Vnionis ac concordiae uinculum.

nobis unum sint, hoc est enim, omnes unum sint, quod est, mundus credat: quoniam credendo unum fiunt: & perfecte unum, qui cum natura essent unum, dissentiendo ab uno, non erant unum. Denique si uerbum quod ait, rogo, ter-tio subaudiamus, uel potius, quod plenius fiat, ubique ponamus, erit huius expositio sententiae manifestior: Rogo ut omnes unum sint, sicut tu pater in me, & ego in te. Rogo ut & ipsi in nobis unum sint. Rogo ut mundus credat quia tu me misisti. Ideo quippe addidit quod dixit, In nobis: ut quod unum efficiatur fidelissima charitate, gratiae dei nouerimus tribuendum esse, non nobis: sicut Apostolus cum dixisset, Fui stis enim aliquando tenebrae, nunc autem lux, inquit: & ne sibi hoc tribuerent, adiecit, In domino. Deinde saluator noster rogando patrem, se hominem demonstrabat. Nunc demonstrans & seipsum, quoniam cum patre Deus est, face-re quod rogat, Et ego, inquit, claritatem quam dedi stumibi, dedi eis.] Quam claritatem, nisi immor-taliter, quam natura humana in illo fuerat acceptura: Nam nec ipse adhuc acceperat eam, sed more suo propter immobilitatem praedestina-tionis, praeteriti temporis uerbis futurum signi-ficat, quod nunc clarificandus, hoc est suscitandus a patre, & ipse sit nos ad eam claritatem sus-citatus in finem. Simile est hoc ei quod alibi dicit, Sicut pater suscitauit mortuos & uiuificauit, sic & filius quos uult uiuificat. Et quos, nisi eos dem quos pater? Quaecumque enim pater facit, non alia, sed haec & filius, nec aliter, sed similiter facit, ac per hoc suscitauit & seipsum etiam ipse. Nam unde est, Soluite templum hoc, & in tri-duo resuscitabo illud? Proinde immortalitatis claritatem quam sibi a patre datam dicit, etiam sibi ipse dedisse intelligendus est, etsi non dicit, Ideo quippe seipsum solum patrem facere dicit quod & ipse facit, ut cum patre quicquid est, ei tribuat de quo est. Sed aliquando etiam tacito patre se dicit facere, quod facit cum patre ut in-telligamus ita filium non esse a patris opere se-parandum quando se tacito patre dicit aliquid operari, quemadmodum nec pater ab opere filij separatur quando ipso tacito filius operari di-citur, quod nihilominus pater operatur. Cum ergo tacet filius in opere patris operationem suam, humilitatem suam commendat, ut sit no-bis salubrior. Cum uero uicissim in opere suo tacet operationem patris, paritatem suam com-mendat, nec credatur inferior. Isto modo igitur & hoc loco nec se fecit alienum a patris o-pere, quamuis dixerit, Claritatem quam dedi-sti mihi: quia & ipse dedit eam sibi. Nec patrem fecit alienum ab opere suo, quamuis dixerit, de-di eis: quia & pater illam dedit eis. Inseparabi-lianque sunt opera non solum patris & filij, uerum etiam spiritus sancti. Sicut autem ex eo quod patrem pro suis omnibus rogauit, hoc

Ephes. 5.

Ioan. 5.

Patris & filij operationes. Ioan. 2.

fieri uoluit, ut omnes unum sint: ita ex hoc etiam suo beneficio quod ait, claritatem quam dedisti mihi, dedi eis: id fieri nihilominus uoluit. Nam continuo subiunxit, *Ut sint unum, sicut nos unum sumus, deinde addidit, Ego in eis, & tu in me: ut sint consummati in unum.* Vbi se mediato-rem inter Deum & homines breuiter intima-uit. Neque enim hoc ita dictum est, tanquam pater non sit in nobis, aut nos in patre non si-mus: cum & alio loco dixerit, Veniemus ad eum, & mansionem apud eum faciemus. & hic pau-lo ante non dixerit, Ego in eis, & tu in me, quod dixit modo: aut ipsi in me, & ego in te: sed tu in me, & ego in te, & ipsi in nobis. Quod ergo nunc ait, Ego in eis, & tu in me: ita dictum est ex persona mediatoris, sicut illud quod Ap-ostolus ait, Vos Christi, Christus uero Dei. Quod uero addidit, *Ut sint consummati in unum: ostendit eum perducere reconciliationem, quae fit per mediatorem, ut perfecta beatitudi-ne, cui nihil iam possit adijci, perfruamur.* Vnde id quod sequitur, *Ut cognoscat mundus, quia tu me misisti: non sic accipiendum puto, tanquam iterum dixerit, Ut credat mundus.* Aliquando enim & Cognoscere pro eo quod est Credere, ponitur: ut est quod ait ali-quanto superius, *Et cognouerunt uere quia a te exiisti, & crediderunt quia tu me misisti.* Hoc dixit posteriori Crediderunt, quod prius dixe-rat Cognouerunt. Sed hic, quando quidem de consummatione loquitur, talis est intelligen-da cognitio, qualis erit per speciem, non qualis nunc est per fidem. Nam uidetur ordo esse seruatus in eo quod paulo ante dixit, *Ut credat mundus: hic autem, Ut cognoscat mundus.* Ibi enim quamuis dixerit, ut omnes unum sint, & in nobis unum sint: non ait tamen, sint consummati in unum: atque ita subnexuit, ut credat mundus, quia tu me misisti. Hic uero, ut sint, inquit, consummati in unum: ac deinde non addidit, ut credat mundus, sed, ut cognoscat mundus quia tu me misisti. Quamdiu enim credimus quod non uidemus, nondum sumus ita consummati, quemadmodum erimus cum meruerimus uidere quod credimus. Rectissime igitur ibi ait, ut credat mundus: hic, ut cog-noscat mundus. Tamē & ibi & hic, quia tu me misisti: ut nouerimus quantum pertinet ad pa-tris & filij inseparabilem charitatem, hoc nos modo credere, quo tendimus credendo cogno-scere. Si autem diceret, ut cognoscant quia tu me misisti, tantandem ualeret, quantum hoc quod ait, *Ut cognoscat mundus.* Ipsi sunt enim mundus non permanens inimicus, qualis est mundus damnationi praedestinatus, sed ex inimi-co amicus effectus: propter quem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, ideo di-xit, Ego in eis, & tu in me: tanquam diceret, Ego in eis ad quos misisti me: & tu in me, mun-dum

10

20

30

40

50

60

2. Cor. 3.

Cognosce-re, pro cre-dere.

Consumma-tio Chri-stianorum.

Reconcilia-tio media-toris quo nos perducit.

dum reconcilians tibi per me, propterea sequi-tur etiam illud quod ait, *Et dilexisti eos, sicut & me dilexisti.* In filio quippe nos pater diligit, quia in ipso nos elegit ante mundi constitutio-nem. Qui enim diligit unigenitum, profecto di-ligit & membra eius, quae adoptauit in eum per eum. Nec ideo pares sumus unigenito filio, per quem creati & recreati sumus, quia dictum est, *Dilexisti eos, sicut & me.* Neque enim sem-per aequalitatem significat, qui dicit, *Sicut il-lud, ita & illud: sed aliquando tantum, quia est illud, est & illud: aut quia est illud, ut sit & il-lud.* Quis enim dixerit eo prorsus modo in mundum a Christo Apostolos missos, quo modo ipse est missus a patre? Ut enim alias ra-ceam differentias, quas commemorare lon-gum est, missi sunt certe illi cum iam homi-nes essent: missus est autem ipse, ut homo es-set: & tamen superius ait, *Sicut me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum: tan-quam diceret, Quia misisti me, misi eos, ita & hoc loco, Dilexisti eos, inquit, sicut & me dile-xisti: quod aliud nihil est, quam dilexisti eos, quoniam & me dilexisti.* Non enim membra filij non diligeret, qui diligit filium. Aut alia cau-sa est diligendi membra eius, nisi quia diligit eum. Sed diligit filium secundum diuinitatem, quia genuit illum aequalem sibi. Diligit eum etiam secundum id quod homo est, quia ipsum unigenitum uerbum caro factum est, & prop-ter uerbum ei chara uerbi caro. Nos autem dili-git, quoniam sumus eius membra quem diligit: & hoc ut essemus, propter hoc nos dilexit ante quaessemus. Quapropter incomprehensibilis est dilectio qua diligit Deus, nec mutabilis. Non enim ex quo ei reconciliati sumus per sangui-nem filij eius, nos coepit diligere: sed ante mun-di constitutionem dilexit nos, ut cum eius uni-genito etiam nos filij eius essemus, prius quam omnino aliquid essemus. Quod ergo reconcilia-ti sumus Deo per mortem filij eius, non sic audia-tur, non sic accipiatur, quasi ideo nos reconciliauerit ei filius, ut iam inciperet amare quos oderat: sicut reconciliatur inimicus inimico, ut deinde sint amici, & inuicē diligant, qui oderat inuicem: sed iam nos diligenti reconciliati su-mus ei, cum quo propter peccatum inimicitias habebamus. Quod utrum uerum dicam, atte-stetur Apostolus: Commendat, inquit, dilectio-nem suam Deus in nobis: quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mor-tuus est. Habebat itaque ille erga nos charita-tem, etiam cum inimicitias aduersus eum exer-centes, operaremur iniquitatem: & tamen ei ue-rissime dictum est, *Odisti Domine omnes qui operantur iniquitatem.* Proinde miro & diui-no modo, & quando nos oderat, diligebat: ode-rat enim nos quales ipse non fecerat, & quia iniquitas nostra opus eius non omni ex parte

Adoptio nostra per filium Dei.

Sicut, non semper om-nimodā si-militudinē significat.

Reconcilia-tio nostra, cum deo, quomodo in-telligatur. Amor Dei erga nos.

Rom. 5. Charitas Dei erga nos inenar-rabilis.

Odisse quo modo dica-tur Deus.

consumperat, nouerat simul in uno quoque no-strum & odisse quod feceramus, & amare quod fecerat. Et hoc quidem in omnibus intelligi po-test de illo cui ueraciter dicitur, *Nihil odisti eo-rum quae fecisti.* Non enim quod odisset, esse uoluisset, aut omnino esset, quod omnipotens esse noluisse: nisi & in eo quod odit, esset etiā quod amaret. Merito quippe odit, & uelut re-gula suae artis, alienum improbat uitium: amat tamen suum etiam in uitio pro sua uel sanatio-ne beneficiorum, uel damnatione iudicium. Ita deus nihil odit eorum quae fecit, Naturarum enim, non uitiorum conditor, mala quae odit, ipse non fecit: & de malis eisdem, uel sanando ea per misericordiam, uel ordinando per iudicium, bona sunt ipsa quae fecit. Cum igitur eorum quae fecit, nihil oderit, quis digne possit elo-qui, quantum diligit membra unigeniti sui, & quanto amplius ipsum unigenitum, in quo condita sunt omnia uisibilia & inuisibilia, quae in suis generibus ordinata, ordinatissime di-ligit? Membra quippe unigeniti, ad Ange-lorum sanctorum aequalitatem gratiae suae lar-gitate perducit, Unigenitus autem cum sit do-minus omnium, proculdubio est Dominus Angelorum: natura qua Deus est, non Ange-lus, sed potius patri equalis: gratia uero qua ho-mo est, quo modo non excedit excellentiam cuiuslibet Angeli, cum sit una persona carnis & uerbi? In magnam spem Dominus Iesus suos erigit, qua maior omnino esse non possit. Audi-te, & estote in spe gaudentes, propter quod ui-ta ista non amanda, sed toleranda sit, ut esse pos-sitis in eius tribulatione patientes. Audite in-quam, & quod spes nostra leuetur, attendite. Chri-stus Iesus dicit: *Filius Dei unigenitus, qui patri coaeternus & aequalis est, dicit, qui propter nos homo factus est, sed sicut omnis homo medax non factus est, dicit: uita, uita, ueritas dicit: qui nondum uicit, de his quibus uicit, dicit: audite, credite, sperate, desiderate quod dicit: Pater, inquit, quos dedisti mihi, uolo ut ubi ego sum, & illi sint me-cum.* Qui sunt isti, quos dicit a patre datos si-bi? Nonne illi de quibus alio loco dicit, *Nemo uenit ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum: iam quomodo ea quae fieri dicit a patre, faciat & ipse cum patre, si quid in hoc Euange-lio profecimus, nouimus. Ipsi sunt ergo quos a patre accepit, quos & ipse de mundo elegit. Ad quae elegit: ut iam non sint de mundo, sicut non est & ipse de mundo, & sint tamen etiam ipsi mundus credēs, & cognoscens quod Christus a deo patre sit missus, ut mundus ex mundo li-beraretur: ne mundus deo reconciliandus, cum mundo inimicissimo damnaretur. Sicut enim ait in huius orationis exordio, dedit ei potesta-tem omnis carnis, id est omnis hominis, ut libe-ret quos uoluerit, damnet quos uoluerit, qui ui-uos & mortuos iudicabit: sed eos sibi dicit es-*

Sapient. 11.

Malis De-us bene uti-tur.

Colos. 1.

Unigeni-tus Dei fia-lis, ange-lorum do-minus.

Ioan. 6.

se datos, quibus omnibus det uitam æternam. Sic enim ait, Vt omne quod dedit ei, det eis uitam æternam. Proinde non ei dati sunt, quibus uitam non dabit æternam: quamuis & ipsorum potestas ei data sit, cum potestas ei data est omnis carnis, id est omnis hominis. Ita mundus reconciliatus ex inimico liberatur mundo, cum in illo exercet potestatem suam, ut eum in mortem mittat æternam: hunc autem facit suum, cui uitam donet æternam. Quapropter omnibus prorsus ouibus suis bonus pastor, omnibus mēbris suis magnū caput, promisit hoc præmīum, ut ubi est ipse, & nos cum illo sumus, nec poterit nisi fieri quod omnipotenti patri se uelle dixit, omnipotens filius. Ibi est enim & Spiritus sanctus pariter æternus, pariter Deus, Spiritus unus duorum, & substantia uoluntatis amborum. Nā illud quod dixisse legitur propinquante passioe, Verū non quod ego uolo, sed quod tu uis pater: quasi alia patris, alia filij sit uoluntas, aut fuerit: sonus est nostræ infirmitatis quā uis fidelis, quam in se caput nostrum transfigurauit, quando etiam peccata nostra portauit. Vnam uero esse patris & filij uoluntatem, quorum etiam spiritus unus est, quo adiuncto agnoscimus trinitatem: etsi intelligere nondum permittit infirmitas, credat pietas. Sed quoniam quibus promiserit, & quā firma sit ipsa promissio, pro sermonis breuitate iam diximus, hoc ipsum, quantum ualemus, quid sit quod dignatus est promittere, uideamus. Quos dedit mihi, inquit, uolo ut ubi ego sum, & ipsi sint mecum. Quantum attinet ad creaturam in qua factus est ex semine Dauid secundū carnē, nec ipse adhuc erat, ubi futurus erat: sed eo modo dicere potuit, Vbi ego sum: quod intelligere debemus, quod cito fuerat ascensus in cælum: ut iā ibi esse se diceret, ubi erat mox futurus. Potuit & illo modo, quo ante iam dixerat loquens ad Nicodemum, Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit, filius hominis qui est in cælo. Nā & ibi non dixit, Erat, sed Est: propter unitatem personæ, in qua Deus & homo est, & homo Deus. In cælo ergo nos futuros esse promisit. Illo enim forma serui leuata est, qua sumpsit ex uirgine, & ad patris dexteram collocata. Propter sp̄ tantū huius boni & Apostolus ait, Deus autem qui diues est in misericordia, propter multam dilectionē qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo, cuius gratia sumus saluari, & simul excitauit in cælestibus in Christo Iesu. Hoc ergo potest intelligi dixisse Dominus, Vt ubi sum ego, & illi sint mecum. Et ipse quidem de se dixit, quod ibi iam esset, de nobis autem uelle se dixit, ut essemus ibi cū illo: non quod iam essemus, ostendit. Apostolus autem quod dominus uelle se dixit ut fieret, tanquam factum fuerit est locutus. Non enim ait, Excitatus est nos, & in cælestibus sedere facturus, sed, ex

Mat. 26, Verum, nō quod ego uolo &c. interpreta tum. Voluntas patris & filij eadem.

Ioan. 3,

Ioan. 2,

citauit, & sedere in cælestibus fecit, quia non inaniter sed fideliter iam deputat factum, quod futurum esse non dubitat. Quod uero attinet ad formam Dei, in qua æqualis est patri, si secundum eam uelimus intelligere quod dictum est, Volo ut ubi ego sum, & illi sint mecum: abscedat ab animo omnis imaginum corporaliū cogitatio. Quicquid menti occurrerit longum, laum, crallum, qualibet luce corporea coloratum, per qualibet locorum spatia uel finita uel infinita diffusum: ab his omnibus quantum potest aciem suā contemplationis uel intentionis auertat: & non inquiratur æqualis patri filius ubi sit, quoniam nemo inuenit ubi non sit: sed qui uult querere, querat potius ut cum illo sit, nō ubique sicut ille, sed ubicunque esse poterit. Qui enim homini pœnaliter pendenti, & salubriter consentienti ait, Hodie mecum eris in paradiso: secundum id quod homo erat, anima eius ipso die futura fuerat in inferno, caro in sepulcro. Secundum id autem quod Deus erat, utique & in paradiso erat: & ideo Iatronis animā à pristinis facinoribus absolutā, & illius munere iam beata: quamuis ubiq̄ scitille esse non poterat, tamen etiam ipso die cum illo in paradiso poterat, unde ille qui ubique semper est, non recesserat. propterea nimis non ei satis fuit dicere, Volo ut ubi ego sum, & ipsi sint: sed addidit, mecum. Esse cū illo enim, bonum magnum est. Nā & miseri possunt esse ubi est ille, quoniam quicunque ubicunque fuerint, est & ille. Sed beati soli sunt cum illo, quia beati esse non poterūt, nisi ex illo. An non Deo ueraciter dictum est, Si ascendero in cælum, tu ibi es. Si descendero in infernum, ades: Aut uero Christus, non est Dei sapientia, quæ attigit ubique propter suam mundiciam: Sed lux lucet in tenebris, nec eam tenebra comprehendunt. Ac per hoc ut de re uisibili quamuis longe dissimili qualecunque sumamus exemplum, sicut cæcus etiam si ibi sit ubi lux est, non est tamen ipse cum luce, sed absens est à præsentē: ita infidelis atque impius, aut etiam fidelis & pius, nondum tamen ad intuentium sapientiæ lumen idoneus, etiam si esse nusquam possit, ubi non sit & Christus, non est tamen ipse cum Christo, duntaxat per speciem. Nam hominem pie fidelem, non est dubitandum cum Christo esse per fidem: propter quod dicit, Qui non est mecum, aduersum me est. Sed cum patri Deo dicebat, Quos dedisti mihi, uolo ut ubi ego sum, & illi sint mecum: de specie illa omnimodo dicebat, in qua uidebimus eū sicuti est. Nemo serenissimum sensum nubilosa cōtradictione perturbet. Consequentia perhibeant testimonium præcedentibus uerbis. Nempe quum dixisset, Volo ut ubi ego sum, & illi sint mecum: continuo secutus adiunxit, Vt uideant claritatem meam, quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem

10

20

30

40

50

60

Luc. 23, Hodie mecum eris in paradiso interpretatum. Christus ubiq̄ est.

Esse cum Christo, & esse ubi ille est, differunt.

Psal. 138,

Ioan. 2,

Fideles cū Christo, per fidem sunt.

Visto, fidei merces.

Esai. 26,

Mat. 5,

Locus Christi.

Templum Dei nos sumus. Psal. 75,

nem mundi.] Vt uideant, dixit, non Vt credant. Fidei merces est ista, non fides. Si enim fides ad Hebræos in Epistola, recte definita est coniunctio rerum quæ non uidentur: cur nō merces fidei definitur uisio rerum quæ creditæ sperabantur? Cum uiderimus enim claritatē, quam dedit pater filio, etiam si eam dici hoc loco intelligamus, non quā pater æquali filio gignens eum dedit, sed quam factio hominis filio dedit ei post mortem crucis: quādo ergo uidebimus illam filij claritatē, profecto tunc fiet iudicium uiuorum atq̄ mortuorum. Tunc tollerit impius, ne uideat claritatē Domini. Quam autem nisi illam qua Deus est. Beati enim mundi cordis, quia ipsi deum uidebunt. Nec mundi cordis sunt impij: propterea non uidebunt. Tunc ibunt ipsi in supplicium æternum (sic enim tollerit impius, ne uideat claritatem domini) iusti autem ibunt in uitam æternam. Et quæ est uita æterna: ut cognoscant, inquit, te solum uerum Deum, & quem misisti Iesum Christum. non utique licet eum cognouerunt, qui licet non mundi cordis, tamen in forma serui clarificata iudicantem uidere potuerunt: sed licet cognoscendus est à mūdis corde solus uerus Deus cū patre & spiritu sancto filius, quia ipsa Trinitas est solus uerus Deus. Si ergo secundum id quod filius Dei Deus est patri æqualis atque coæternus, accipiamus hoc dictum, Volo ut ubi ego sum, & ipsi sint mecum: in patre cum Christo erimus: sed ille sicut ille, nos sicut nos, ubicunque corpore fuerimus. Si enim loca dicenda sunt & quibus non corpora continentur, & locus est cuique rei, ubi est: locus Christi æternus ubi semper est, ipse pater est: & locus patris, filius est: quia ego, inquit, in patre, & pater in me est, & in hac oratione, Sicut tu pater, inquit, in me, & ego in te, & locus noster ipsi sunt, quia sequitur, Vt & ipsi in nobis unum sint, & nos locus Dei sumus, quoniam templum eius sumus, sicut orat pro nobis, qui mortuus est pro nobis, uiuitq̄ pro nobis. In ipsis unū sumus, quia factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion, quæ nos sumus. Sed quis idoneus est loca ista, uel quæ sunt in locis istis, sine spatioſis capacitatibus, & sine corporeis molibus cogitare? Non parum tamē proficitur, si saltem quicquid tale oculo cordis occurrerit, negatur, respuitur, improbatur, & lux quædam in qua ista neganda, respicienda, improbata certantur, sicut potuerit, cogitatur, & quā sit certa cognoscitur & amatur, ut inde surgatur, atque ad interiora tendatur. Quæ cum penetrare mēs inualida, & minus quā illa sunt pura, nequiterit, non sine amoris gemitu, & desiderij lachrymis inde pellatur, & patienter ferat, quandiu fide mundatur: atq̄ ut illic habitare ualeat, sanctis moribus præparetur. Quomodo ergo non erimus cum Christo ubi est, quando in patre cum illo erimus, in quo est? Neq̄ hinc

10

10

20

30

40

50

60

Apostolus nobis, quamuis nondum rem tenentibus, sed tamen spem gerentibus tacuit. Ait enim, Si resurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt querite, ubi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Mortui enim estis, inquit, & uita uestra abscondita est cum Christo in Deo. Ecce interim fide ac spe uita nostra ubi Christus est, cū illo est, quia cum Christo in Deo est. Ecce uelut iam factum est quod orauit ut fieret dicens, Volo ut ubi ego sum, & illi sint mecum, sed nunc per fidem: quādo autem fiet per speciem? Cum Christus, inquit, apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cum illo in gloria. Tūc apparebimus quod tunc erimus: quia tunc apparebit nō inaniter nos id credidisse ac sperasse antequā essemus. Faciet hoc ille, cui filius cum dixisset, Vt uideant claritatem meam quam dedisti mihi, cōtinuō subiunxit, Quia dilexisti me ante constitutionem mundi. In illo enim dilexit & nos ante constitutionem mundi: & tunc prædestinavit, quod in fine facturus est mundi. Pater, inquit, iuste, mundus te non cognouit. Quia iustus es, ideo te non cognouit. Mundus quippe ille damnationi prædestinatus, meritō non cognouit: mundus uerō quem per Christum reconciliauit sibi, nō meritō, sed gratia cognouit. Quid est enim eum cognoscere, nisi uita æterna? quam mundo damnato utique non dedit, reconciliato dedit. Propterea itaque mundus non cognouit, quia iustus es: & meritū eius ut non cognosceret retribuisti. Et propterea itaque mundus reconciliatus cognouit, quia misericors es: & ut cognosceret, ei non meritō, sed gratia subuenisti. Deniq̄ sequitur, Ego autem te cognoui. Ipse fons gratiæ est, Deus natura, homo autem de spiritu sancto & uirgine, ineffabili gratia. Denique propter ipsam, quia gratia Dei per Iesum Christum est Dominum nostrum, Et hi cognouerunt, inquit, quia tu me misisti. Ipse est mundus reconciliatus. Sed quia tu me misisti, ideo cognouerunt: ergo gratia cognouerunt. Et notum feci, inquit, eis nomē tuum, & notum faciam. Notum feci per fidem, notum faciam per speciem. Notum feci cum fide peregrinantibus: notum faciam sine fine regnantibus. Vt dilectio, inquit, quam dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis. Non est uisitata locutio, dilectio quā dilexisti me. Vtate quippe dicetur, dilectio qua dilexisti me. De Græco quidem ista translata est: sed sunt similes & latine, sicut dicimus, fidelem seruitutem seruauit, strenuam militiam militauit: quod dici debuisse uideatur, fidelis seruitute seruauit, strenua milita militauit. Qualis autem ista locutio est, dilectio quā dilexisti me, tali & Apostolus usus est, Bonum certamen certauit: non ait, bono certamine, quod uisitatius & tanquam rectius diceretur. Quomodo autem dilectio qua dilexit pater filiū, est & in nobis: nisi quia membra eius sumus,

Colof. 3, Vita in Christo abscondita.

Mundus duplex, bonus & malus.

Rom. 7,

2. Tim. 4,


firmus, & in illo diligimur, cū ipse diligitur totus, id est caput & corpus: ideo subiunxit, Et ego in ipsis: tanquam diceret, quoniam ego sum & in ipsis. Aliter enim est in nobis tanquam in templo suo, aliter autem quia & nos ipse sumus, cum secundum id quod ut caput nostrum esset, homo factus est, corpus eius sumus.

FINITA EST SALVATORIS ORATIO.

INCIPIT PASSIO.

CAPVT XVIII.

Mat. 26. Mar. 14. Luc. 22.



Hæc cum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem introiit ipse, & discipuli eius. Sciebat autem & Iudas, qui tradebat eum, locum: quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. Iudas ergo cum accepisset cohortem, & a pontificibus & Pharisæis ministros, uenit illuc cum laternis & facibus & armis. Iesus itaque sciens omnia quæ uentura erant super eum, processit, & dixit eis: Quem queritis? Responderunt ei: Iesum Nazarenum. Dicit eis Iesus: Ego sum. Stabat autem & Iudas qui tradebat eum, cum ipsis. Ut ergo dixit eis, Ego sum: abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogauit eos: Quem queritis? Illi autem dixerunt: Iesum Nazarenum. Respondit Iesus: Dixi uobis quia ego sum. Si ergo me queritis, sinite hos abire. Ut impleretur sermo quæ dixit: Quia quos dedisti mihi, non perdidisti ex eis quenkquam. Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percussit pontificis feritum, & abscidit auriculam eius dexteram. Erat autem nomen seruo Malchus. Dixit ergo Iesus Petro: Mitte gladium tuum in uaginam. Calicem quem dedit mihi pater, non bibam illum? Cohors autem & tribuni & ministri Iudæorum comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum, & adduxerunt eum ad Annam primum. Erat enim focer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius. Erat autem Caiphæ qui consilium dederat Iudæis, quia expedit unum hominem mori pro populo. Sequebatur autem Iesum Simon Petrus, & alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus pontifici, & introiit cum Iesu in atrium pontificis. Petrus autem stabat ad ostium foris. Exiit ergo discipulus alius qui erat notus pontifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum. Dicit ergo Petro ancilla ostiaria: Numquid & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille: Non sum. Stabant autem serui & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se. Erat autem cum eis & Petrus stans, & calefaciebant se. Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipu-

Mat. 26. Mar. 14. Luc. 22.

lis suis, & de doctrina eius. Respondit ei Iesus: Ego palam locutus sum mundo: ego semper docui in synagoga & in templo, quo omnes Iudæi conueniunt: & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt quid locutus sum ipsis, ecce hi sciunt quæ dixerim ego. Hæc autem cum dixisset, unus assisrens ministrorum, dedit alampam Iesu dicens: Sic respondes pontifici? Respondit ei Iesus: Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis? Et misit eum Annas ligatum ad Caipham pontificem. Erat autem Simon Petrus stans & calefaciebant se. Dixerunt ergo ei: Numquid & tu ex discipulis eius es? Negauit ille & dixit: Non sum. Dicit ei unus ex seruis pontificis, cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculam: Nonne ego te uidi in horto cū illo? Iterum ergo negauit Petrus, & statim gallus cantauit. Adducit ergo Iesum a Caipha in prætorium. Erat autem mane: & ipsi non introierunt in prætorium, ut non cõtaminarentur, sed ut manducarent pascha. Exiit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quæ accusationem affertis aduersus hominẽ hunc? Responderunt & dixerunt ei: Si nõ esset hic malefactor, non tibi tradidisset eum. Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum uos, & secundum legem uestram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi, Nobis non licet interficere quenkquam. Ut sermo Iesum impleretur quem dixit, significans qua morte esset moriturus. Introiit ergo iterum in prætorium Pilatus, & uocauit Iesum, & dixit ei: Tu es rex Iudæorum? Respondit Iesus: A temetipso hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? Respondit Pilatus, Numquid ego Iudæus sum? Gens tua & pontifices tui, tradiderunt te mihi. Quid fecisti? Respondit Iesus: Regnum meum non est de hoc mundo, si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utiq; decertarent ut non traderer Iudæis, nunc autem regnum meum nõ est hinc. Dixit itaque ei Pilatus: Ergo rex es tu. Respondit Iesus: Tu dicis quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundum, ut testimonium perhibeam ueritati. Omnis qui est ex ueritate, audit uocem meam. Dicit ei Pilatus: Quid est ueritas? Et cum hoc dixisset, iterum exiit ad Iudæos, & dicit eis: Ego nullam inuenio in eo causam. Est autem consuetudo uobis, ut unum dimittam uobis in pascha. uultis ergo dimittam uobis Regem Iudæorum? Clamauerunt rursum omnes dicentes: Non hunc, sed Barabbam. Erat autem Barabbas latro.

10

20

30

40

50

60

Mat. 26. Mar. 14. Luc. 22. Mat. 26. Mar. 14. Luc. 22.

Mat. 26. Mar. 15. Luc. 23.

Mat. 26. Mar. 14. Luc. 23.

Mat. 27. Mar. 15. Luc. 23.

in sua narratione tacuerunt. Quomodo autem inter se omnes conueniant, nec ueritati quæ per alium promittitur, ab alio repugnetur: quisquis nosse desiderat, non in his sermonibus, sed in alijs laboriosis literis querat. Non ergo sic accipiamus quod ait, Hæc cum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, ubi erat ortus in quem introiit ipse, & discipuli eius: tanquam continuo post illa uerba in illum ortum fuerit ingressus: sed ad hoc ualeat quod dictum est, Hæc cū dixisset Iesus: ut non eum ante opinemur ingressum, quam illa uerba finiret. Sciebat autem, inquit, & Iudas qui tradebat eum, locum. Ordo uerborum est, Sciebat locum, qui tradebat eum, quia frequenter, inquit, Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. Ibi ergo lupus ouina pelle contactus, & inter oues alto patris familias consilio toleratus, didicit ubi ad tempus exiguum dispergeret gregem, insidijs appetendo pastorem. Iudas ergo, inquit, cum accepisset cohortem, & a principibus & pharisæis ministros, uenit illuc cum laternis & facibus & armis. Cohors, non Iudæorum, sed militum fuit. A præside itaque intelligatur accepta, tanquam ad tenendum reum, seruato ordine legitime potestatis, ut nullus tenentibus auderet obliuere. Quamquam & manus tanta fuerit congregata, & sic armata ueniebat, ut uel terreret, uel etiam repugnaret, si quisquam Christum defendere auderet. Ita quippe eius abscondebatur potestas, & obtendebatur infirmitas, ut hæc inimicis necessaria uiderentur aduersus eum in quem nihil ualuisent, nisi quod ipse uoluisset, bene utens bonus malis, & faciens bona de malis, ad faciendos bonos ex malis, & discernendos a malis. Iesus itaque (sicut Euangelista secutus adunxit) sciens omnia quæ uentura erant super eum, processit, & dixit eis, Quid queritis? Responderunt ei, Iesum Nazarenum. Dicit eis Iesus, Ego sum. Stabat autem & Iudas qui tradebat eum cū ipsis. Ut ergo dixit eis, Ego sum: abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Vbi nunc militum cohors & ministri principum ac Pharisæorum: ubi terror & munimẽ armorum? Nempe una uox dicentis, Ego sum, tantam turbam odijs ferocem, armisq; terribilem, sine telo ullo percussit, repulit, strauit. Deus enim latebat in carne, & sempiternus dies ita membris occultabatur humanis, ut laternis & facibus quæreretur. Occidendus a tenebris, Ego sum, dicit, & impios deiecit. Quid iudicaturus faciet, qui iudicandus hoc fecit? Quid regnaturus poterit, qui moriturus hoc potuit? Et nunc ubique per Euangelium, Ego sum, dicit Christus, & a Iudæis expectatur Antichristus, ut retro redeant, & in terram cadant, quoniam deferentes caelestia, terrena desiderant. Certe ad comprehendendum Iesum, persecutores cum traditore uenerunt: quem quærebant, inuenerunt. Audierunt, Ego sum. Quare non comprehenderunt, sed abierunt retrorsum, & ceciderunt:

Zach. 13.

Bona de malis Christus facit.

nisi quia hoc uoluit, qui potuit quicquid uoluit. Verum si nunquam se ab eis permitteret apprehendi, non quidem illi faceret propter quod uenerant: sed hoc ipse faceret, propter quod uenerat. Eum quippe illi occidendum quærebant scisciendo: sed quærebant nos & ipse moriendo. Proinde quia temere uolentibus, nec ualentibus ostendit potestatem suam, tam te neant eum, ut faciat de nescientibus uoluntatem suam. Iterum ergo eos interrogauit, quid queritis? Illi autem dixerunt Iesum Nazarenum. Respondit Iesus, Dixi uobis quia ego sum. Si ergo me queritis, sine hos abire. Ut impleretur sermo quem dixit, quia quos dedisti mihi non perdidisti ex eis quenkquam. Si me, inquit, queritis, sine hos abire. Inimicos uidet, & hoc faciunt quod iubet. Sinunt eos abire, quos non uult perire. Numquid autem non erant postea morituri? Cur ergo si tunc morerentur, perderet eos, nisi quia nõdum in eum sic credebant, quomodo credunt quicunq; non pereunt? Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percussit principis seruum, & abscidit auriculam eius dexteram. Erat autem nomen seruo Malchus. Solus hic Euangelista etiam nomẽ serui huius expressit, sicut Lucas solus, quod eius auriculam Dominus retinexerat, & sanauit eum. Malchus autem interpretatur regnaturus. Quid ergo auris pro Domino amputata, & domino sanata significat, nisi auditum amputatum, uetustate renouatum, ut sit in nouitate spiritus, & non in uetustate literæ? Quod cum præstitum fuerit a Christo, quis dubitet regnaturum esse cum Christo? Quod autem seruus inuentus est, & hoc ad illam pertinet uetustatem, quæ in seruutem generat, quod est Agar. Sed cum accessit sanitas, figurata est & libertas. Factum tamen Petri Dominus improbauit, & progredi ultra prohibuit, dicens, Mitte gladium tuum in uaginam. Calicem quem dedit mihi pater, non uis ut bibam illum? In seruo quippe facto ille discipulus magistri defendere reuoluit, non quod significatum est cogitauit. Et ille igitur ad patientiam cõmonendus fuit, & hoc ad intelligentiam conscribendum. Quod autem a patre sibi dicit datum calicem passionis, profecto illud est quod Apostolus ait, Si Deus pro nobis, quis cõtra nos? qui filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum. Verum autor calicis huius est etiam ipse: qui bibit, unde idẽ Apostolus item dicit, Christus dilexit nos, & tradidit seipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis. Cohors ergo & tribuni & ministri Iudæorum comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum. Cõprehenderunt ad quẽ non accesserunt, quoniam dies ille, illi uero tenebrę permanserunt: nec audierunt. Accedite ad eum, & illuminamini. Si enim sic accedissent, non eum manibus occidendum, sed recipiendum corde cõprehenderent. Nunc autem quado eum illo modo comprehenderunt, tunc ab eo longius recesserunt: & ligauerunt eum, a quo solui potius uelle

10

20

30

40

50

60

Luc. 22.

Malchus.

Gala. 3.

Patientia præcepta quomodo intelligenda.

Rom. 8.

Eph. 5.

Psal. 33.

uelle debuerunt. Et erant fortassis in eis qui tunc impo-

ius uitae fatietas facilius potuit mortem pro Christi confessione conemere) nec solum iuuen-

Christum negare quid sit.

Christiani ubi primum nuncupati.

Frigus equinoctij uerni.

Mar. 4. Luc. 8.

Rom. 6.

Deut. 17.

Mat. 10.

quodammodo non dicebatur in occulto, quia non ita dicebatur eis quibus dictum fuerat, ut taceretur, sed ita potius, ut usquequaque praedicaretur. Si ergo dici potest, aliquid & palam simul & non palam, uel in occulto simul & non in occulto, quomodo dictum est, ut uidentes uideant, & non uideant? Quomodo enim uideant, nisi quia palam, non in occulto? & quomodo rursum ipse non uideant, nisi quia non palam, sed in occulto? Ea tamen ipsa quae audierant, sed non intellexerant, talia erant, ut non possent iuste ac ueraciter criminari: & quotiescumque interrogado tentauerunt ut inuenirent unde accusarent eum, sic eis respondit, ut omnes eorum retunderentur doli, & calumnie frustrarentur. Ideo dicebat, Quid me interrogas? interrogas eos qui audierunt, quid locutus sum ipsis, ecce hi sciunt quae dixerim ego. Hae autem cum dixisset, unus assistens ministrorum dedit alapam Iesu, dicens, Sic respondes pontifici? Respondit Iesus, Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo, si autem bene, quid me caedis? Quid ista responsione uerius, mansuetius, iustius? Eius enim est de quo prophetica uox praecesserat, Intende prospere, procede & regna propter ueritatem & mansuetudinem, & iustitiam. Si cogitemus quis acceperit alapam, nonne uellemus eum qui percussit, aut caelesti igne consumi, aut terra dehiscenteerberi, aut correptum daemone uoluntari, aut aliqua huiusmodi qualibet poena uel etiam grauiore puniri? Quid enim horum per potentiam iubere non potuisset, per quem factus est mundus, nisi patientiam nos docere maluisset, qua uincitur mundus? Hic dicit aliquis, Cur non fecit quod ipse praecipit? Percutienti enim non sic respondere, sed maxillam debuit alteram praeparare. Quid? quod & ueraciter, & mansuetius, iustius respondit, & non solum alteram maxillam iterum percussuro, sed totum corpus figendum praeparauit in ligno? & hinc potius demonstrauit quod demonstrandum fuit, sua scilicet magna illa praecipia patientiae, non ostentatione corporis, sed cordis praeparatione faciendae. Fieri enim potest ut alteram maxillam uisibiliter homo praebet & iratus. Quanto ergo melius & respondit uera placatus, & ad perferenda grauiora tranquillo animo fuit paratus? Beatus est enim qui omnibus quae iniusta pro iustitia patitur, potest ueraciter dicere, Paratum cor meum Deus, paratum cor meum. Hinc fit quippe quod sequitur, Cantabo & Psallam, quod Paulus & Barnabas etiam in uinculis durissimis facere potuerunt. Sed ad narrationis euangelicae sequentia redeamus. Et misit eum Annas ligatum ad Caipham pontificem. Ad illum enim, sicut Matthaeus dicit, ab initio ducebatur, quoniam ipse erat illius anni princeps sacerdotum. Alterius quippe intelligendi sunt agere solere annos ambo pontifices, id est principes sacerdotum, qui erant illo tempore Annas & Caiph,

Psal. 44.

Mat. 5.

Psal. 107.

Silas. Act. 16. Mat. 26.

Pontificum Iudeorum ambitio & cupiditas.

quos Lucas Euangelista commemorat, narras quo tempore coeperit Dominus praecursore Ioanne praedicare regnum caelorum, & congregare discipulos. Sic enim dicit, Sub principibus sacerdotum Anna & Caipha factum est uerbum Domini super Ioannem Zacharie filium in deserto, & caetera. Proinde isti ambo pontifices uicissim suos annos agebant, & erat armus Caiphae quando passus est Christus. Ideo secundum Matthaeum cum comprehensus esset, ad illum ductus est, sed prius ad Annam (secundum Ioannem) uenerunt cum illo, non quia collega, sed quia focer eius erat, & credendum est secundum uoluntatem Caiphae id esse factum, uel etiam domos eorum ita fuisse politas, ut non deberet Annas a transiuntibus praeteriri. Sed cum dixisset Euangelista, quod eum ligatum miserit Annas ad Caipham, reuersus est ad locum narrationis ubi reliquerat Petrum, ut explicaret quod in domo Annae de trina eius negatione contigerat. Erat autem, inquit, Simo Petrus stans, & calefaciens se. Hoc recapitulat quod ante iam dixerat, deinde quae secuta sunt, iungit. Dixerunt ergo ei, Nunquid & tu ex discipulis eius es? Negauit ille, & dixit, Non sum. Iam semel negauerat, ecce iterum. Deinde ut tertia negatio compleretur, Dicit ei unus ex seruis pontificis, cognatus eius cuius abscondit Petrus auriculam, Nonne ego te uidi in horto cum illo? Iterum negauit Petrus, & statim gallus caecauit. Ecce medici est completa praedictio, aegroti conuicta praesumptio. Non enim factum est quod ille praedixerat, Animam meam pro te ponam: sed factum est quod ille praedixerat, Ter me negabis. Adducunt ergo, inquit, Iesum ad Caipham, in praetorium. Ad Caipham quippe ab Anna collega & focero eius dixerat missum. Sed si ad Caipham, cur in praetorium, quod nihil aliud uult intelligi quam ubi praeses Pilatus habitabat? Aut igitur aliqua urgente causa de domo Annae, quod ad audiendum Iesum ambo conuenerant, Caiphas perrexit ad praetorium praesidis, & focero suo Iesum reliquerat audiendum: aut in domo Caiphae praetorium Pilatus acceperat, & tanta domus erat, ut seorsum habitantem dominum suum, seorsum iudicem ferret. Erat autem mane, & ipsi (id est, qui ducebant Iesum) non introierunt in praetorium. Hoc est, in eam partem domus quam Pilatus tenebat. Ipsa erat domus Caiphae, cur autem non introierint in praetorium, exponens causam, Ut non contaminarentur, inquit, sed manducarent Pascha. Dies enim agere coeperant azymorum: quibus diebus contaminatio illis erat in alienigenae habitaculum intrare. O impia caecitas, Timebant, ne habitaculo uideret licet contaminarentur alieno, & non contaminarentur scelere proprio. Alienigenae iudicis praetorio contaminari timebant, & fratris innocentis sanguine non timebant: ut hoc solum interim dicam, ubi rea malorum conscientia tenebatur, nam quod etiam Dominus erat, qui

Luc. 1.

Petri negauit.

eorum impietate ducebatur ad mortem, & uita datur occidebatur, non eorum conscientia, sed ignorantia deputetur. Exijt ergo Pilatus ad eos foras, & dixit, Quam accusationem afferis aduersus hominem hunc? Responderunt, & dixerunt ei: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissimus eum. Interrogentur atque respondeant ab immundis spiritibus liberati, languidi sanati, leprosi mundati, surdi audientes, muti loquentes, caeci uidentes, mortui resurgentes, & quod omnia superat, stulti sapientes, utrum sit malefactor Iesus: sed ista dicebant, de quibus prophetia iam ipse dixerat, Retribuebant mihi mala pro bonis.

Psal. 34.

Dixit ergo eis Pilatus, Accipite eum uos, & secundum legem uestram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudaei, Nobis non licet interficere quenquam. Quid est quod loquitur insana crudelitas? An non interficiebant, quem interficiendum offerebant? An forte crux non interficit? Sic desipiunt, qui non sectantur sed insectantur sapientiam. Quid est autem, Nobis non licet interficere quenquam? si malefactor est, cur non licet? Nonne lex eis praecipit ne malefactoribus, praesertim qualem istum praetabant, a suo Deo seductoribus, parcant? Sed intelligendum est eos dixisse non sibi licere interficere quemquam ea pascha festiuitate quam celebrare iam coeperant, propter quam de ingressu etiam praetoris contaminari metuebant, ita ne obduratis salu Israelite? Ita ne omnem sensum nimia malitia perdidistis, ut ideo uos a sanguine innocetis impollutos esse credatis, quia eum fundendum alteri tradistis? Nunquid & Pilatus illum, qui potestati eius a uobis ingeritur occidendus, suis est manibus occisurus? Si non eum uoluistis occidi, si non insidiati estis, si non uobis tradendum pecunia comparastis, si non comprehendistis, ut in xistis, adduxistis, odistis, si non occidendum gentilium manibus obtulistis uocibus poposcistis, non eum a uobis interfecitum iactate. Si autem illis omnibus uestris praecedentibus factis, etiam Crucifige, crucifige clamat, Filij hominum, dentes eorum arma & sagittae, & lingua eorum machaera acuta. Ecce quibus armis, quibus sagittis, qua machaera iustum interfecistis, quando uobis interficere quenquam non licere dixistis. Hinc est quod ad comprehendendum Iesum, cum sacerdotum non uenissent princeps, sed misissent. Lucas tamen Euangelista in eodem suae narrationis loco, Dixit autem, inquit, Iesus ad eos qui uenerant ad se principes sacerdotum, & magistratus templi, & seniores, Quali ad latronem existis, & caetera. Sicut ergo principes sacerdotum non per se ipsos, sed per quos miserunt ad comprehendendum Christum, quid aliud quam ipsi in suspensionis potestate uenerunt: sic omnes qui crucifigendum Christum impijs uocibus clamauerunt, non quidem per se ipsos, sed eum tamen ipsi per illum qui eorum clamore ad hoc

Exo. 22.

Psal. 56.

Luc. 22.

nefas impulsus est, occiderunt. Quod uero Ioannes Euangelista subiungit, *[Videtur Iesum impleretur quem dixit significans qua esset morte moriturus.]* Non hic mortem crucis uult intelligi, sed quod eum Iudaei forent gentibus tradituri, hoc est, Romanis. Nam Pilatus Romanus erat, eumque in Iudaeam Romani praesidem miserant. Ut ergo iste sermo Iesu impleretur, id est, ut eum sibi traditum gentes interficerent, quod Iesus futurum esse praedixerat, ideo Pilatus, qui Romanus iudex erat, cum uellet eum reddere Iudaeis, ut secundum suam legem iudicaret eum, noluerunt eum accipere, dicentes, Nobis non licet interficere quenquam, ac sic impletus est sermo Iesu, quem de sua morte praedixit, ut eum a Iudaeis traditum interficerent gentes, minore scelere quam Iudaei, qui se isto modo ab eius interfectione uelut alienos facere uoluerunt, non ut eorum innocentia, sed dementia monstraretur. Intrauit ergo iterum in praetorium Pilatus & uocauit Iesum, & dixit ei, Tu es rex Iudaeorum? & respondit Iesus, A temetipso hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? Sciebat utique Dominus & quod ipse interrogauit, & quod ille responsurus fuit: sed tamen dici uoluit, non ut ipse sciret, sed ut conscriberetur quod nos ut sciremus, uoluit. Respondit Pilatus, Nunquid ego Iudaeus sum? Gens tua & pontifices tradiderunt te mihi. Quid fecisti? Respondit Iesus, Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei uique decertarent ut non traderent Iudaeis. Nunc autem regnum meum non est hinc. Hoc est quod bonus magister scire nos uoluit. Sed prius nobis demonstranda fuerat hominum de regno eius opinio, siue gentium, siue Iudaeorum, a quibus id Pilatus audierat: quasi propterea fuisset morte plectendus, quod illicitum affectauerit regnum: uel quoniam solent regnaturis inuidere regnantes, & uidelicet cauendum erat, ne huius regnum siue Romani siue Iudaeis esset aduersum. Poterat autem Dominus quod ait, Regnum meum non est de mundo hoc, & caetera, ad primam interrogationem praesidis respondere, ubi ei dixit, Tu es Rex Iudaeorum? Sed cum uicissim interrogans utrum hoc a semetipso diceret, an audisset ab alijs, illo respondente ostendere uoluit hoc sibi apud illum fuisse a Iudaeis uelut crimen obiectum, patefaciens nobis cogitationes hominum, quas ipse nouerat quoniam uanae sunt. Eisque post responsum Pilati, iam Iudaeis & gentibus opportunius aptiusque respondens, Regnum, inquit, meum non est de mundo hoc. Quod si interrogante Pilato continuo respondisset, non etiam Iudaeis, sed solis gentibus hoc de se opinantibus respondisse uideretur. Nunc uero, quoniam respondit Pilatus, Nunquid ego Iudaeus sum? gens tua & pontifices tradiderunt te mihi: quid fecisti? abstulit a se suspicionem qua posset putari a semetipso dixisse, quod Iesum regem dixerat esse Iudaeorum, id se a Iudaeis audisse demonstrans

Pilatus homo Romanus.

10

20

30

40

50

Psal. 93.

monstrans. Deinde dicendo, Quid fecisti? factis ostendit illud ei pro crimine obiectum: tanquam diceret, Si regem te negas, quid fecisti ut tradereris mihi? quasi mirum non esset si puniendus iudici traderetur, qui se diceret regem. Si autem hoc non diceret, quarendum ab illo esset quid aliud fore fecisset, unde tradidit iudici dignus esset. Audite ergo Iudaei & gentes. Audi circuncisio, audi praeputium. Audite omnia regna terrae. Non impedio dominationem uestram in hoc mundo. Regnum meum non est de hoc mundo. Nolite metuere metu uanisimo, quo Herodes ille maior cum Christus natus nuntiaretur, expauit, & tot infantes, ut ad eum mors perueniret, occidit, timendo quam irascendo crudelior. Regnum, inquit, meum non est de hoc mundo. Quid uultis amplius? Venite ad regnum quod non est de hoc mundo. Venite credendo, & nolite sequi metuendo. Dicit quidem in propheta de Deo patre: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius: sed Sion illa, & mons ille, non est de hoc mundo. Quod enim eius regnum, nisi credentes in eum? de quibus dicit, De hoc mundo non sunt, & ego non sum de mundo, quamuis eos esse uellet in mundo. propter quod de illis dixit ad patrem, Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serues eos a malo. Unde & hic non ait, Regnum meum non est in hoc mundo, sed non est de hoc mundo. & cum probaret dicens, Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei decertarent ut non traderer Iudaeis: non ait, Nunc autem meum regnum non est hic, sed non est hinc. Hic est enim regnum eius usque in finem saeculi, habens inter se commissa zizania usque ad messem. Messis enim est finis saeculi, quando messores uenient, id est angeli, & colligent de regno eius omnia scandala. quod utique non fieret, si regnum eius non esset hic. Sed tamen non est hinc, quia peregrinatur in mundo. Regno quippe suo dicit: De mundo non estis, sed ego uos de mundo elegi. Erant ergo de mundo, quando regnum eius non erant, sed ad mundi principem pertinebant. De mundo est ergo quicquid humanum a uero quidem Deo creatum, sed ex Adam uiciata atque damnata stirpe generatum est. Factum est autem regnum non iam de mundo, quicquid inde in Christo regeneratum est. Sicut enim Deus nos eruit de potestate tenebrarum, & transfudit in regnum filij charitatis suae: de quo regno dicit, Regnum meum non est de hoc mundo, uel, regnum meum non est hinc.

Mat. 2.

Psal. 2.

Regnum Christi.

De mundo & in mundo do disse-

Mat. 23. Messis in saeculis. 2. Cor. 5.

Colof. 1.

10

20

30

40

xerat, Ergo Rex est tu: cui responsum est, Tu dicis quia rex sum ego, dictum est enim Tu dicis: ac si dictum esset, Carnalis carnaliter dicis. Deinde subiungit, Ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundum, ut testimonium perhibeam ueritati. Non producenda huius pronomini syllaba, quod ait, in hoc natus sum, tanquam dixerit, In hac re natus sum: sed corripienda, tanquam dixerit, In hanc rem natus sum, uel ad hoc natus sum: sicut ait, Ad hoc ueni in mundum. In greco namque Euangelio nihil est huius locutionis ambiguum. Unde manifestum est, eum temporalem natiuitatem suam hic commemorasse, quae incarnatus uenit in mundum: non illam sine initio, qua Deus erat, per quem pater condidit mundum. In hoc ergo se dixit natum, id est propter hoc natum, & ad hoc uenisse in mundum, utique nascendo de uirgine, ut testimonium perhibeat ueritati. Sed quia non omnium est fides, adiunxit atque ait, Omnis qui est ex ueritate, audit uocem meam. Audiat utique interioribus auribus, id est, obaudit uocem meam, quod tantumdem ualeat ac si diceret, credit mihi. Cuiusque Christus testimonium perhibeat ueritati, profecto itro est, Ego sum ueritas & dixit alio quoque loco, Ego testimonium perhibeo de me. Quod uero ait, Omnis qui est ex ueritate, audit uocem meam: gratiam eam commendauit, qua nos se cundum propositum uocat: de quo proposito dicit Apostolus, Scimus quia diligentibus Deum, omnia cooperatur in bonum, ipsi qui secundum propositum uocati sunt. Propositum, scilicet uocantis, non uocatorum, quod alibi apertius ita positum est, Collabora Euangelio secundum uirtutem Dei saluos nos facientis, & uocantis uocatione sua secunda, non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum & gratiam. Nam si naturam cogitemus, in qua creati sumus, cum omnes ueritas creauerit, quis non est ex ueritate? Sed non omnes sunt quibus datum est ut audiant ueritatem, hoc est, obediunt ueritati, & credant in ueritatem, quia id ex ipsa ueritate praestatur, nullis proculdubio praecedentibus meritis, ne gratia non sit gratia. Si enim dixisset, Omnis qui audit uocem meam, ex ueritate est: ideo dictum ex ueritate putaretur, quia obtemperat ueritati: non autem hoc ait, sed ait, Omnis qui est ex ueritate, audit meam uocem. Ac per hoc non ideo est ex ueritate, quia eius audit uocem, sed ideo audit, quia ex ueritate est, id est, quia hoc illi donum est, ueritate collatum est. Quod quicquid est aliud, quam donum Christi, credi in Christum?

10

20

30

40

Ioan. 14. Ioan. 5.

Propositum Dei.

Rom. 8.

2. Tit. 1.

Vocatio secundum.

Christo non credi, nisi donante Christo.

tem illi uenisse continuo consuetudinē Iudaeorum, qua solet eis dimitti unus in Pascha : & Ideo non expectauit, ut responderet ei Iesus, Quid est ueritas: ne mora fieret, cum recolisset morem quo posset eis per Pascha dimitti: quod eum ualde cupiuisse manifestū est. Angelus tamen ex eius corde non potuit Iesum esse regem Iudaeorum, tanquam hoc sibi, sicut in titulo ipsa ueritas fixerit, de qua quid esset, interrogauit. Sed hoc audito, clamauerūt rursus omnes dicentes, Non hunc, sed Barabbam. Erat autem Barabbas latro. Non reprehendimus ō Iudaei, quod per Pascha liberatis nocentem, sed quod occiditis innocentem, quod tamen nisi fieret, uerum Pascha non fieret. Sed umbra ueritatis à Iudaeis errantibus tenebatur, & mirabili dispensatione diuinæ sapientiae, per homines fallaces eiusdem umbræ ueritatis implebatur: quia ut uerum Pascha fieret, Christus uelut ovis immolabatur.

CAPVT XIX.



Tunc ergo apprehēdit Pilatus Iesum, & flagellauit. Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerūt capiti eius, & ueste purpurea circumdederunt eum. Et ueniebant ad eum, & dicebant: Auerex Iudaeorum. Et dabant ei alapas. Exiuit iterum Pilatus, & dicit eis: Ecce adduco uobis eum foras, ut cognoscatis, quia in eo nullam inuenio causam. Exiuit ergo Iesus foras, portans coronam spineam, & purpureum uestimētum. Et dicit eis: Ecce homo. Cū ergo uiderent eū pontifices & ministri, clamabant dicentes: Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Accipite eum uos, & crucifigite. Ego enim non inuenio in eo causam. Responderunt ei Iudaei: Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filius Dei se fecit. Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit. Et ingressus est praeorium iterum, & dicit ad Iesum: Vnde es tu? Iesus autem respondit non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi nō loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? Respondit Iesus: Non haberes potestatem aduersum me ullam, nisi tibi datum esset de super. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudaei autem clamabant dicentes, Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Omnis enim qui se regem facit, contradicit Cæsari. Pilatus autem cum audisset hos sermones, adduxit foras Iesum, & sedit pro tribunali in loco qui dicitur Lithostrotos, hebraicè autē Gabatha. Erat autem parasceue paschæ hora quasi sexta: & dicit Iudaeis: Ecce rex uester. Illi autem clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regem uestrum crucifigam? Responderunt pontifices: Nō habemus regem nisi Cæsarem. Tunc ergo tradidit eis illum, ut

crucifigeretur. Susceperunt autem Iesum, & e-duxerunt eum. Et baiulans sibi crucem, exiuit in eum qui dicitur Caluariae locum, hebraicè autem Golgotha, ubi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos hinc & hinc, medium autem Iesum. Scripsit autem & titulum Pilatus, & posuit super crucem. Erat autem scriptum, Iesus Nazarenus rex Iudaeorum. Hinc ergo titulum multi Iudaeorum legerunt, quia prope ciuitatem erat locus, ubi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum hebraicè, græcè, & latine. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudaeorum, Noli scribere, rex Iudaeorum: sed quia ipse dicit, Rex sum Iudaeorum. Respondit Pilatus, Quod scripsi, scriptum est. Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt uestimenta eius (& fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem) & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. Dixerūt ergo ad inuicem: Non scindamus eam, sed fortiamur de illa cuius sit, ut scriptura impleretur, dicens: Partiti sunt uestimenta mea sibi, & in uestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt. Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleophae, & Maria Magdalene. Cum uidisset ergo Iesus matrem, & discipulum stantem quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. Postea sciens Iesus, quia omnia consummata sunt: ut consummaretur scriptura, dicit: Sitio. Vas autem erat positum aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto, hyssopo circumponentes, obtulerunt oris eius. Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit: Consummatū est. Et inclinato capite, tradidit spiritum. Iudaei ergo (quoniam parasceue erat) ut non remaneret in cruce corpora sabbato, (erat enim magnus dies ille sabbati) rogauerunt Pilatum, ut frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerūt ergo milites, & primi quidem frangerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cum uenissent, ut uiderunt eum iam mortuum, non frangerunt eius crura, sed unus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Et qui uidit, testimonium perhibuit: & uerum est testimoniū eius. Et ille scit quia uera dicit, ut & uos credatis. Facta sunt enim hæc, ut scriptura impleretur: Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit: Videbunt in quæ transfixerunt. Post hæc autem rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathia, (eo quod esset discipulus Iesu, oculus autem propter metum Iudaeorum) ut tolleret corpus Iesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo, & tulit corpus Iesu. Venit autem & Nicodemus, qui uenerat ad Iesum nocte primum, ferens mixturam myrrisæ & aloes quasi libras centum. Acceperunt autē corpus Iesu, & ligauerūt illud linteis cum aromatibus, sicut

sicut mos est Iudaeis sepelire. Erat autem in loco ubi crucifixus est, hortus, & in horto monumentum nouum, in quo nondum quisquā positus erat. Ibi ergo propter parasceuem Iudaeorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Iesum.

Cum Iudaei clamassent, non Iesum sibi à Pilato uelle dimitti per pascha, sed Barabbam latronem, non saluatorem, sed interfectorem, non datorem uitæ, sed ademptorem.

Tunc apprehēdit Pilatus Iesum, & flagellauit. Hoc autem Pilatus non ob aliud fecisse credendum est, nisi ut eius iniurijs Iudaei satiati, sufficere sibi existimarent, & usque ad eius mortem fauere desisterent. Ad hoc pertinet quod idē præses etiam cohortem suam permisit facere quæ sequuntur: aut fortassis & iussit: quamuis hoc Euangelista tacuerit. Dixit enim quid deinde fecerint milites: Pilatum tamen id iussisse non dixit. Et milites, inquit, plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius, & ueste purpurea circumdederunt eum, & ueniebant ad eum, & dicebant, Auerex Iudaeorum, & dabant ei alapas. Sic implebantur quæ de se prædixerat Christus. sic martyres informabantur ad omnia quæ persecutores libuisset facere perferenda, sic paulisper occultata tremēda potentia, sic regnum quod de hoc mundo non erat, superbum mundum, non atrocitate pugnandi, sed patēdi humilitate uincebat. sic illud granum multiplicandū seminabatur horribili contumelia, ut mirabili pullularet in gloria. Exiit iterum Pilatus foras, & dicit eis, Ecce adduco eum foras, ut cognoscatis quia in eo nullam causam inuenio. Exiit ergo Iesus portans spineam coronam, & purpureum uestimētum, & dicit eis, Ecce homo. Hinc apparet non ignorante Pilato, hæc à militibus facta, siue iusserit ea, siue permisisset: illa scilicet causa quam supra diximus, ut hæc eius ludibria inimici libitissime biberent, & ulterius sanguinem nō sitirent. Egre dicitur ad eos Iesus portans spineam coronam, & purpureum uestimētum: non clarus imperio, sed plenus opprobrio, & dicitur eis, Ecce homo. Si regni uideatis, iam parcite, quia deiecit uideatis. Flagellatus est, spinis coronatus est, ludibrio sa ueste amictus est, amarissimis conuictijs illusus est, alapis cæsus. Feruet ignominia, frigescat inuidia. Sed non frigescit: inardescit potius & increfcit. Cum enim uidisset eum pontifices & ministri, clamabant dicentes, Crucifige, crucifige. Dicit eis Pilatus, Accipite eum uos, & crucifigite eum. Ego enim non inuenio in eo causam. Responderunt ei Iudaei, Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit. Ecce altera maior inuidia, parua illa quippe uidebatur, uelut affectatæ illicito aut superregiæ potestatis: & tamen neutrum sibi Iesus mendaciter usurpauit: sed utrunq; uerum est, & unigenitus est Dei filius, & rex à Deo constitutus super Sion montem sanctum eius. & utrunque nunc demonstraret, nisi quanto erat

Martyrum informatio.

go audisset Pilatus hoc uerbum, magis timuit, & ingressus est praeorium iterum, & dicit ad Iesum, Vnde es tu? Iesus autem respondit non dedit ei. Hoc silentium Domini Iesu Christi nō semel factum, collatis omnium Euangelistarum narrationibus, reperitur & apud principes sacerdotum, & apud Herodem: quo eum, sicut Lucas indicat, miserat Pilatus audiendum, & apud ipsum: ut nō frustra de illo prophetia præcesserit, Sicut agnus corā tondente se sine uoce, sic non aperuit os suum. Tunc utique, quando interrogantibus non respondit. Quamuis enim quibusdam interrogantibus sæpe responderit, tamen propter illam in quibus noluit respondere, ad hoc data est de agno similitudo, ut in suo silentio non reus sed innocens haberetur. Cum ergo iudicaretur ut bicunque non aperuit os suum, sicut agnus nō aperuit, id est, non sicut male sibi conscius, qui de peccatis conuincitur suis, sed sicut mansuetus, qui pro peccatis immolabatur alienis.

Dicit ergo ei Pilatus, Mihi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? Respondit Iesus, Non haberes aduersus me potestatem ullam, nisi tibi datum esset de super. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. Ecce respondit, & tamen ubicunque non respondit, nō sicut reus siue dolosus, sed sicut agnus, hoc est sicut simplex atque innocens non aperuit os suum. Proinde ubi non respondebat, sicut ovis silebat, ubi respōdebat, sicut pastor docebat. Discamus ergo quod dixit, quod & per Apostolum docuit, quia non est potestas nisi à Deo: & quia plus peccat qui potestati innocentem occidentem liuore tradit, quam potestati ipsa, si eum timore alterius maioris potestatis occidit. Tale quippe Deus Pilato dederat potestatem, ut esset etiam sub Cæsaris potestate. quapropter, Non haberes, inquit, aduersus me potestatem ullam, id est, quantulamcunque habes, nisi hoc ipsum quicquid est, tibi esset datum de super. Sed quoniam scio quantum sit, non enim tantum est, ut tibi omnimodo liberum sit: propterea qui me tradidit tibi, maius peccatū habet. Ille me quippe tuæ potestati tradidit inuidendo, tu uero eandem potestatem in me exerturus es metuendo. Nec timendo quidem præsertim innocentem homo hominem debet occidere: sed tamen id zelando facere, multo maius malum est, quam timendo: & ideo non ait uerax magister, Qui me tibi tradidit, ipse peccatum habet, tanquam ille non haberet, sed ait, Maius habet peccatum: ut etiam se habere intelligeret. Neq; enim propterea illud nullum est, quia maius est. Exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Quid est hoc quod dictū est, exinde: quasi antea iam non quærebat? Lege superiora, & inuenies iam dudum cum quærere dimittere Iesum. Exinde itaque intelligendum est, propter hoc, id est, ex hac causa, ne haberet peccatum occidendo innocentem sibi traditum, quamuis mi-

Silentium Christi.

Luc. 23.

Esa. 53. Agno cōmperatur.

Omnis potestas à Deo.

Rom. 13.

Iudex timore maioris alicuius potestates inique iudicis, minus peccat quærebat.

Malū quod zelandum sit, maius est quam quod metuendo sit.

nus peccans quam Iudæi, qui eum illi tradiderunt occidendum. Exinde ergo, id est ideo, ne hoc peccatum faceret, non nunc primum, sed ab initio quærebant eum dimittere. *Iudæi autem clamabant dicentes, Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Omnis enim qui se regem facit, contradicit Cæsari.* Maiorem timorem se ingerere putauerunt Pilato terrendo de Cæsare, ut occideret Christum, quam superius ubi dixerunt, Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit. Eorum legem quippe ille non timuit ut occideret, sed magis filium Dei timuit ne occideret. Nunc uero non sic potuit eum necesse Cæsarem, authorem potestatis suæ, quem admodum legem gentis alienæ. Adhuc tamen Euangelista sequitur, & dicit, *Filius ergo cum audisset hoc sermone, adduxit in se Iesum, & sedit pro tribunali in loco qui dicitur Lithostrotos, hebraice autem Gabbatha. Erat autem hora septima, quasi sexta.* Qui thora sit Dominus crucifixus, propter Euangelistæ alterius testimonium, qui dixit, *Erat autem hora tertia, & crucifixi sunt eum: quoniam magna discipulatio solent oboriri, cum ad ipsum locum ubi crucifixus narratur, uentum fuerit, ut potuerimus, si dominus uoluerit, differemus. Cum ergo pro tribunali sedisset Pilatus, Dixit Iudæis, Ecce rex uester, illi autem clamabant, Tolle, tolle, crucifige eum. Dixit eis Pilatus, Regem uestrum crucifigam? Adhuc terrorem quem de Cæsare iniecerant, superare conatur, de ignominia eorum uolens eos frangere, dicendo, Regem uestrum crucifigam? quos de ignominia Christi mitigare non poterat. Sed timore mox uincitur. *Responderunt enim pontifices, Non habemus regem nisi Cæsarem. Tunc ergo tradidit eis illum, ut crucifigeretur.* Apertissime quippe contra Cæsarem in mente uideretur, si regem se non habere nisi Cæsarem presentibus, alium regem uelit ingerere, limitando impunitum, quem propter nos ausus ei tradiderunt occidendum. Tradidit ergo eis illum, ut crucifigeretur. Sed nunquid aliud ante cupiebant, quando dicebat, *Accipite eum uos, & crucifigite: uel etiam superior, Accipite eum uos, & secundum legem uestram iudicate eum? Cur autem hoc illi tanto pere uoluerunt, dicentes, Nobis non licet interficere quenquam? & omni modo instantes ut non ab eis, sed à præside occideretur, & ideo eum occidendum accipere recusantes, si tunc eum accipiunt occidendum? Aut si hoc non sit, cur dictum est, Tunc ergo tradidit eis illum ut crucifigeretur? An aliquid interest? Plane interest. Non est enim dictum, Tunc ergo tradidit eis illum, ut crucifigerent eum, sed ut crucifigeretur: id est ut iudicio ac potestate præsidis crucifigeretur. Sed ideo illis traditum dicit Euangelista, ut eos crimine implicatos, à quo alieni esse conabantur, ostenderet. Non enim faceret hoc Pilatus, nisi ut id quod eos cupere cernebat, impleteret. Quod ergo sequitur,**

Susceperunt autem Iesum, & eduxerunt. Potest ad milites iam referri apparitores præsidis. nam postea euidentius dicitur, Milites ergo cum crucifixissent eum, quamuis Euangelista etiam si totum Iudæis tribuit, merito facit. Ipsi enim susceperunt, quod audivissime flagitauerunt: & ipsi fecerunt, quicquid ut fieret extorserunt. Iudicante atque damnante Pilato pro tribunali dominum nostrum Iesum Christum hora quasi sexta susceperunt & eduxerunt. *Et baiulans sibi crucem, exiit in eum qui dicitur Caluarie locum, hebraice Golgotha: ubi eum crucifixerunt.* Quid est ergo quod Marcus Euangelista dicit, *Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum? nisi quia hora tertia crucifixus est Dominus linguis Iudæorum, hora sexta manibus militum: ut intelligamus horam quintam iam fuisse transactam, & aliquid de sexta coepit, quando sedit pro tribunali Pilatus, quæ dicta est à Ioanne, hora quasi sexta. & cum duceretur ut ligno cum duobus latronibus confingeretur, & iuxta eius crucem gererentur quæ gesta narrantur, hora sexta integra compleretur: ex qua hora usque ad nonam Sole obscurato tenebras factas, trium Euangelistarum, Matthæi, Marci, Lucæ contestatur autoritas. Est & alia huius solutio questionis, ut non hic accipiatur hora sexta diei, quia nec Ioannes ait, *Erat autem hora diei quasi sexta: sed ait, Erat autem parasceue paschæ hora quasi sexta. parasceue autem latine preparatio est. Sed isto uerbo Græco libentius utuntur Iudæi, in huiusmodi obseruationibus, etiã qui magis Latine quam Græce loquuntur. Erat autem preparatio paschæ. Pascha uero nostrum, sicut dicit Apostolus, immolatus est Christus. Cuius paschæ preparationem, si ab hora noctis nona computemus: (tunc enim uidentur principes sacerdotum prænucciasse Domini immolationem, dicentes: Reus est mortis: cum adhuc, in domo pontificis audiretur: unde congruenter accipitur inde coepisse preparationem ueri Paschæ, cuius umbra erat pascha Iudæorum, id est, immolationis Christi, ex quo à sacerdotibus prænucciasse est immolandum) profecto ab ea noctis hora, quæ nona fuisse conuincitur, usque ad horam diei tertiam, qua crucifixus esse Christum Marcus Euangelista testatur, sex horæ sunt, tres nocturnæ, tres diurnæ. Vnde in hac parasceue paschæ, id est, preparatione immolationis Christi, quæ ab hora noctis nona coepit erat, quasi sexta agebatur hora: id est, peracta quinta, iam sexta currere coeperat, quando Pilatus tribunal ascendit. Adhuc enim erat ipsa preparatio, quæ ab hora noctis nona coeperat, donec fieret quæ preparabatur Christi immolatio, quæ facta est, hora (secundum Marcum) tertia, non preparationis, sed diei: eadem quæ sexta non diei, sed preparationis, sex utique horis à noctis nona usque ad diei tertiam computatis, Harum**

Iudæis mors Christi merito imputatur.

Mar. 15.

Parasceue quid sit.

1. Cor. 5.

Harum duarum solutionum istius difficultis questionis eligat quisque quam uolet. Melius autem quid eligat iudicabit, qui de consensu Euangelistarum, quæ operosissime disputata sunt legerit. Susceperunt autem Iesum, & eduxerunt eum: & baiulans sibi crucem, exiit in eum, qui dicitur Caluarie locum, Hebraice autem Golgotha, ubi erat crucifigendus, portans crucem suam Iesus. Grande spectaculum: sed si spectet impietas, grande ludibrium. si pietas, grande mysterium: si spectet impietas, grande ignominie documentum. Si pietas, grande fidei monumentum. Si spectet impietas, ridet Regem pro uirga regni lignum sui portare supplicij. Si pietas, uidet regem baiulantem lignum ad semetipsum figendum, quod fixurus fuerat, etiam in frontibus regum: in eo spernendus oculis impiorum, in quo erant gloriatur corda sanctorum. Dicitur enim Paulo, *Mihi enim absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, ipsam crucem suo gestans numero commendabat: & lucernæ arsuræ, quæ sub modo ponenda non erat, candelabrum ferebat. Baiulans ergo sibi crucem, exiit in eum qui dicitur Caluarie locum, hebraice Golgotha: ubi eum crucifixerunt. Et cum eo alios duos, hinc & hinc, medium autem Iesum.* Isti duo, latrones erant, sicut aliorum Euangelistarum narratione didicimus, cum quibus crucifixus, & inter quos fixus est Christus, de quo præmissa dixerat prophetia. *Et inter iniquos deputatus est. Scripsit autem & titulum Pilatus, & posuit super crucem. Erat autem scriptum, Iesus Nazarenus Rex Iudæorum. Hunc ergo titulum multi legerunt Iudæorum, quia prope ciuitatem erat locus ubi crucifixus est Iesus: & erat scriptum Hebraice, Græce, & Latine: Rex Iudæorum.* Hæc quippe tres lingue ibi præ ceteris eminebant: Hebræa propter Iudæos in lege dei gloriantes: Græca propter gentium sapientes: Latina propter Romanos multis ac pene omnibus in tunc gentibus imperantes. Dicebant ergo Pilato Pontifices Iudæorum, *Noli scribere, Rex Iudæorum: sed quia ipse dixit, Rex sum Iudæorum. Respondit Pilatus, Quod scripsi, scripsi.* O ineffabilem uim diuinæ operationis, etiam in cordibus ignorantium. Nonne occulta uox quædam Pilato intus quodam, si dici potest, clamore silentio personabat: quod tanto ante in Psalmorum literis prophetatum est, *Ne corrumpas titulum inscriptionem: Ecce tituli inscriptionem non corrumpit: Quod scripsit, scripsit.* Sed etiam pontifices qui hoc corrumpi uolebant, qui dicebant, *Noli scribere, inquit, Rex Iudæorum: sed quia ipse dixit, Rex sum Iudæorum. Quid loquimini insanit? Quid fieri contra dicitis, quod mutare nullo puncto potestis? Nūquid enim propterea non erit uerum quia Iesus ait, Rex sum Iudæorum? Si corrumpi non potest quod Pilatus scripsit, corrumpi potest quod ueritas dixit: Sed Iudæorum tantum rex*

Gala. 6.

Mar. 15. Luc. 23.

Esa. 54.

Lingua in Christi uoce sacrate.

Tituli Christi in scripto mutari non potuit.

Christus est, an & gentium? Imò & gentium. Cum enim dixisset in Prophetia, *Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum Domini: ne propter montem Sion solis Iudæis eum retribueret, quæ quædam diceret constitutum, continuo subiicit, Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Vnde & ipse iam per os proprium loquens apud Iudæos, *Habeo, inquit, alias oues, quæ non sunt ex hoc ouili: oportet me & ipsas adducere, & uocem meam audierunt: & erit unus grex, & unus pastor. Cur ergo magnum uolumus intelligi in hoc titulo sacramentum, in quo scriptum erat, Rex Iudæorum: si Rex est Christus & gentium? quia scilicet oleaster factus est particeps pinguedinis oleæ. Nam olea, particeps facta est amaritudinis oleæ stri. Nam in eo quod de Christo ueraciter scriptus est titulus, Rex Iudæorum, qui sunt intelligenti Iudæi: nisi Abraham semen, filij promissionis, qui sunt etiam filij Dei, quoniam non qui filij promissionis, deputantur in semine: & gentes erant, quibus dicebat, *Sicut autem uos Christi, ergo semen Abraham estis, secundum promissionem hæredes, Rex ergo Iudæorum Christus, sed Iudæorum circumsisione cordis: spiritu, non litera: quorum laus non ex hominibus, sed ex Deo est, particeps autem ad Hierusalem liberam, matrem nostram, æternam in cælis, Sarani spiritali ancillam, & filios eius de domo liberatatis eicientem. Ideo enim Pilatus quod scripsit, scripsit: quia Dominus, quod dixit, dixit. Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt uestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem: & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, desuper cõtexta per totum. Dixerunt ergo adinuicem, *Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit, ut Scriptura impletur dicens, Partiti sunt uestimenta mea sibi, & in uestem meam miserunt sortem.* Factum est quod uoluerunt Iudæi. Non ipsi, sed milites qui parebant Pilato, iudicante ipso crucifixerunt Iesum: & tamen si uoluntates, si insidias, si opera, si traditionem, postremo si extorquentes clamores eorum cogitemus, magis utique Iudæi crucifixerunt Iesum: sed de partitione & fortitione uestimentorum eius, non est præter eunter loquendum. Quamuis enim omnes Euangelistæ quatuor, huius rei meminerint, ceteri tamen breuius quam Ioannes, & clauise illi, iste uero apertissime, & quot partes de uestimentis eius fecerint, dixit, id est quatuor, ut singulas tollerent. Vnde apparet quatuor milites fuisse, qui eo crucifigendo præsidii partem crucifixissent eum, acceperunt uestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem: & tunicam. subaudiendum est, acceperunt: ut iste sit sensus, *Acceperunt uestimenta****

Psal. 2. Christus non Iudæorum tantum rex sed & gentium.

Ioan. 10.

Rom. 11.

Rom. 9.

Gala. 3. Iudæi spirituales.

Rom. 2.

Crucifixus est à quatuor militibus.

eius, & fecerunt quatuor partes, unicuique mili-
 titi partem. acceperunt & tunicam. & sic locu-
 tus est, ut de cæteris uestimentis nullam for-
 tem missam esse uideamus, sed de tunica, quam
 simul cum cæteris acceperunt, sed non simili-
 ter diuiserunt. De hac enim sequitur exponēs,
 Erat autem tunica in cōsutilis, desuper contex-
 ta per totum. Cur autē de illa sortem miserint,
 narrans, Dixerūt ergo, inquit, adiuuicem, Non
 scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit.
 Apparet itaque in alijs uestibus æquales eos ha-
 buisse partes, ut sortiti necesse non fuerit: in il-
 la uero una, non eos habere potuisse singulas
 partes, nisi scinderetur, ut pannos eius inutili-
 ter tollerent. quod ne facerēt, ad unā eam per-
 uenire sortitione maluerunt. Huius Euangeli-
 stæ narrationi consonat etiam propheticum te-
 stimonium, quod & ipse continuo subiungēs,
 Ut scriptura, inquit, impleteretur, dicens, Partiti
 sunt uestimenta mea sibi, & in uestem meam
 miserunt sortem. Non enim ait sortiti, sed parti-
 titi. nec ait, sortientes partiti sunt: sed in cæteris
 uestimentis sortem, omnino non nominans,
 postea dixit, & in uestem meam miserunt sor-
 tem, propter illam reliquam tunicam. De qua
 re dicam quod ipse donauerit, cum prius eam
 quæ obortiri potest, tanquam Euangelistæ in-
 ter se discrepēt, calumniam propulsauero, de-
 monstrant nullius cæterorum uerba narratio-
 ni Ioannis esse cōtraria. Matthæus enim dicen-
 do, Diuiserunt uestimenta eius sortem mitten-
 tes: ad totam diuisionem uestimentorum uo-
 luit intelligi etiam illam tunicam pertinere, de
 qua sortem miserūt: quia utique omnes uestes
 diuidendo, in quibus & illa fuit, de ipsa sortiti
 sunt. Tale est quod ait etiam Lucas, Diuiden-
 tes uestimenta eius, miserunt sortes. Diuiden-
 tes enim uenerūt ad tunicam, de qua facta est
 sortitio, ut inter eos uniuersa uestimentorum
 eius diuisio compleretur. Quid autem interest
 utrum dicatur, diuidētes miserūt sortes, quod
 ait Lucas: an, diuiserunt sortem mittētes, quod
 ait Matthæus: nisi quod Lucas dicendo sortes,
 pluralem pro singulari numerum posuit: quæ
 locutio scripturis sanctis insolita non est, quam
 uis nonnulli codices Sortem reperiantur habe-
 re, non Sortes. Marcus itaque solus uidetur ali-
 quam intulisse quæstionem. Dicendo enim,
 Mittentes sortem super eis quis quid tolleret:
 tanquam super omnibus uestimentis, non su-
 per sola tunica fors sit missa, locutus uidetur.
 Sed etiam hic breuitas obscuritatem facit. Sic
 enim dictum est, mittentes sortem super eis, ac
 si diceretur, mittentes sortem cum diuideren-
 tur, quod & factum est. omnium quippe uesti-
 mentorum eius diuisio completa nō esset, nisi
 forte claruisset quis etiam illam tunicam tolle-
 ret: ut sic contentio diuidentium finiretur, uel
 nulla potius oriretur. Quod ergo ait, quis quid
 tolleret, quando quidē hoc sorti deputatur, nō

Mat. 27.

Luc. 23.

Mar. 15.

ad omnia quæ diuisa sunt uestimenta referen-
 dum est. fors enim missa est, quis illam tunicam
 tolleret: de qua quoniam narrare prætermisit
 qualis fuerit, & quemadmodum æqualibus fa-
 ctis partibus sola remāserit. quæ ne conscinde-
 retur, uenit in sortem: pro ea positum est quod
 ait, quis quid tolleret, id est, quis eam tolleret:
 tanquam si totum ita diceretur, Diuiserunt ue-
 stimenta eius, sortem mittentes super eis, quis
 tunicam quæ partibus æqualibus superfuera, 10
 tolleret. Quærat forte aliquis, quid significet in
 tot partes uestimentorum facta diuisio, & de tu-
 nica illa sortitio. Quadripertita uestis Domini
 nostri Iesu Christi, quadripertitam figurauit e-
 ius Ecclesiam, toto scilicet qui quatuor parti-
 bus constat terrarum orbe diffusam, omnibus
 eiusdem partibus æqualiter, id est concorditer di-
 stributam. propter quod alibi dicit missurum se
 Angelos suos, ut colligant electos eius à qua-
 tuor uentis, quod quid est, nisi à quatuor parti-
 bus mundi, oriente, occidente, aquilone, & me-
 ridie: Tunica uero illa sortita, omnium partium
 significat unitatem, quæ charitatis uinculo cō-
 tinetur. De charitate autem locutus aposto-
 lus, Supereminentiore, inquit, uitam uobis
 demonstro. & alio loco ait, Cognoscere etiam
 supereminentem scientiæ charitatem Christi.
 Item quæ alibi: Super omnia autem hæc, charita-
 tem, quæ est uinculum perfectionis. Si ergo
 charitas & supereminentiorem habet uitam, &
 supereminet scientiæ, & super omnia præce-
 pta est, merito uestis quæ significatur, desuper
 contexta, perhibetur: in consutilis autem, ne ali-
 quando dissuatur: & ad unum peruenit, quia in
 unum omnes colligit, sicut in Apostolis, cum
 esset etiam ipse numerus duodenarius, id est
 quadrupartitus inter omnes, & omnes essent in-
 terrogati, solus Petrus respondit, Tu es Chri-
 stus filius Dei uiui, & ei dicitur, Tibi dabo cla-
 ues regni cælorum, tanquam ligandi & solu-
 di solus acceperit potestatem, cum & illud u-
 nus pro omnibus dixerit, & hoc cum omni-
 bus, tanquam personam gerens ipsius unitatis
 acceperit. Ideo unus pro omnibus, quia uni-
 tas est in omnibus. Vnde & hic cum dixisset, de
 super contexta, addidit, per totum, quid si refe-
 ramus ad id quod significat, nemo eius est ex-
 pers, qui pertinere inuenitur ad totum: à quo
 toto, sicut Græca indicat lingua, catholica uo-
 catur ecclesia. In sorte autem quid nisi Dei gra-
 tia commendata est: Sic quippe in uno ad o-
 mnes peruenit, cum fors omnibus placuit, quia
 & Dei gratia in unitate ad omnes peruenit: &
 cum fors mittitur, non personæ cuiusquam
 uel meritis, sed occulto Dei iudicio ceditur.
 Nec ideo ista, non aliquid boni significasse
 quis dixerit, quia per malos facta sunt, non
 scilicet per eos, qui Christum secuti, sed qui
 sunt persecuti. Quid enim de ipsa cruce dictu
 ris sumus, quæ certe similiter ab inimicis atque
 impijs

10

20

30

40

50

60

*Vestimen-
 torū Chri-
 sti diuisio
 et sortitio
 quid signifi-
 cetur, Eccle-
 sia toto or-
 be diffusa.*

*Mar. 13.
 Tunica in
 consutilis.
 Eph. 4.
 Eph. 3.
 Colof. 3.*

Matt. 6.

*καθολικὴ
 enim uniu-
 uersale di-
 citur.
 Sortis missa
 A malis et-
 iam facta,
 bonum si-
 gnificant.*

impijs Christo facta & impacta est: & tamen
 ea significari recte intelligitur quod ait Apo-
 stolus, quæ sit latitudo & longitudo, & altitu-
 do & profundum. Postremò quid est quod o-
 mnes nouerunt signum Christi, nisi crux Chri-
 sti: quod signum nisi adhibeatur siue frōtibus
 credentiū, siue ipsi aquæ ex qua regenerantur,
 siue oleo quo chrismate unguuntur, siue sacri-
 ficio quo aluntur, nihil eorum rite perficitur.
 Quomodo ergo per id quod mali faciunt, ni-
 hil boni significatur, quando per crucem Chri-
 sti quam fecerunt mali, in celebratione sacra-
 mentorum eius, bonum nobis omne signatur?
 Et milites quidem, inquit, hæc fecerunt. Sta-
 bant autem iuxta crucem Iesu, mater eius, & soror matris
 eius Maria Cleophae, & Maria Magdalene. Cum uidisset
 ergo Iesus matrem, & discipulum stantem quem diligebat,
 dicit matri suæ, Mulier, ecce filius tuus. deinde dicit discipu-
 lo, Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in
 sua. Hæc nimirum est illa hora, de qua Iesus
 aquam conuersurus in uinum dixerat matri,
 Quid mihi & tibi est mulier? Nondum uenit
 hora mea. Hanc itaque horam prædixerat, quæ
 tunc nondum uenerat, in qua deberet agnosce-
 re moriturus, de qua fuerat mortalis natus.
 Tunc ergo diuina facturus, non diuinitatis, sed
 infirmitatis matrem uelut in cognitam repelle-
 bat: nunc autem humana iam patiens, ex qua
 fuerat factus homo, affectu commendabat lu-
 mano. Tunc enim qui Mariam creauerat, in-
 notescerebat uirtute. nunc uero quod Maria pe-
 pererat, pendebat in cruce. Moralis igitur insi-
 nuatur locus. Facit quod faciendum admonet.
 Exemplo suo instruit præceptor bonus, ut à
 filijs pijs impendatur cura parentibus, tanquā
 lignum illud ubi erant fixa membra morientis,
 etiam cathedra fuerit magistrī doctōris. Ex hæc
 doctrina sua didicerat Paulus apostolus quod
 docebat quando dicebat, Si quis autem in suis, &
 maxime domesticis non prouiderit, fidem ne-
 gat, & est infideli deterior. Quid autem cuique
 tam domesticum, quam parentes filijs, aut pa-
 rentibus filijs? Huius itaque saluberrimi præce-
 pti, ipse magister sanctorum, de seipso constitu-
 ebat exemplum, quando non ut famulæ Deus,
 quam creauerat & regebat, sed ut matri homo
 de qua creatus fuerat, & quam relinquebat, al-
 tenum pro se quodammodo filiū prouidebat.
 Nam cur hoc fecerit, quod sequitur indicat.
 Ait enim Euangelista, Ex illa hora accepit eam
 discipulus in sua. de seipso dicens. sic quippe
 de se commemorare solet, quod eum diligebat
 Iesus: qui utique omnes, sed ipsum præ cæte-
 ris & familiarius diligebat, ita ut in conuiuio
 super pectus suum discumbere faceret. credo
 ut istius Euangelijs, quod per eum fuerat præ-
 dicaturus, diuinam excellentiam hoc modo al-
 tius commendaret. Sed in quæ sua Ioannes ma-
 trem Domini accepit? Neque enim non ex eis

Eph. 3.

Crucis si-
gni uirtus.

Ioan. 2.

Filij, paren-
tum curam
habeant.

1. Timo. 5.

Domesti-
corum cu-
ragenda.

Dilectum
se à Chri-
sto sere in-
dicat Ioan-
nes Euan-
gelista.

erat qui dixerat ei, Ecce nos dimissimus omnia,
 & secuti sumus te: sed ibi quoque audierat, Qui-
 cunque ista dimiserit propter me, accipiet in
 hoc seculo centies tantum. Habebat ergo ille
 discipulus centupliciter plura quam dimiserat,
 in quæ suscipere eius matrem, qui illa donau-
 rat. Sed in ea societate beatus Ioannes percepe-
 rat centuplū, ubi nemo dicebat aliquid suum,
 sed erant illis omnia communia, sicut in Acti-
 bus Apostolorum scriptum est. Sic enim Apo-
 stoli erant quasi nihil habentes, & omnia pos-
 sidētes: & distribuebatur unicuique prout cuius-
 opuserat: unde intelligendum est sic distribu-
 tum fuisse huic discipulo quod opus erat, ut il-
 lic etiam beatæ Mariæ tanquam matris eius por-
 tio poneretur. Magis quæ sic debemus accipere
 quod dictum est, Ex illa hora suscepit eam dis-
 cipulus in sua, ut ad eius curam quicquid ei ef-
 fet necessarium, pertineret. Suscepit ergo eam
 in sua: non prædica, quæ nulla proprie posside-
 bat, sed officia, quæ propria dispensatione exe-
 quenda curabat. Deinde subiungit, Postea
 sciens Iesus quia omnia consummata sunt, ut consummare-
 tur scriptura, dicit, Sitio. Vas ergo positum erat aceto ple-
 num. Illi autem spongiā plenam aceto, hyssopo circumponen-
 tes, obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset Iesus acetum,
 dixit, Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiri-
 tum. Quis potest quæ facit, ita disponere, quo
 modo disposuit homo iste qui passus est? Sed
 homo mediator Dei & hominum, homo de
 quo prædictum legitur, Et homo est, & quia sa-
 gnoscite eum: quoniam omnes per quos hæc fie-
 bant, non agnoscebant hominem Deum. Ho-
 mo nanque apparebat, qui Deus latebat. Pa-
 tiebatur hæc omnia qui apparebat, & idem ip-
 se disponebat hæc omnia, qui latebat. Vidit er-
 go, quia consummata sunt omnia quæ oport-
 tebat, ut fierent antequam acciperet acetum,
 & traderet spiritum. Atque ut hoc etiam con-
 summaretur quod scriptura prædixerat, Et in
 siti mea potauerunt me aceto. Sitio, inquit, tan-
 quam diceret, Hoc minus fecistis, date quod ex-
 stis. Iudei qui ipse erant degenerantes à ui-
 no patriarcharum & prophetarum, & tanquam
 de pleno uase iniquitate mundi huius impleti,
 cor habentes uelut spongiam cauernosis quod-
 dammodo atque tortuosis latibulis fraudulen-
 tum. Hyssopo autem circumposuerunt spon-
 giā aceto plenam, quoniam herba est humi-
 lis, & pectus purgat, ipse Christi humilita-
 tem congruenter accipimus, quam circunde-
 derunt, & se circumuenisse putauerunt. unde
 est illud in Psalmo quinquagesimo, Asperges
 me domine hyssopo, & mūdabor, Christi nan-
 que humilitate mundamur, quia nisi humilitas
 fet semetipsum, factus obediens usque ad mor-
 tem crucis: non utique sanguis eius in peccatorū
 remissionē, hoc est in nostram mundationem
 fuisset effusus. Nec moueat, quomodo spon-
 giā

10

20

30

40

50

60

Mat. 19.

Act. 2.
Apostolo-
rum societas.

Mariæ uir-
ginis curā
Ioannes E-
uangelista
habuit.

Psal. 68.

Iudeorum
de genera-
tio.

Hyssopus.

Phil. 2.

Mat. 27.
Mar. 15.
Arundo.

Lingua.

Scriptura
arundo di
citur.

Ioan. 10.

Apertum
est Christi
latus.

Sacramen
ta ecclesie
undemana
runt.

Gene. 6.

Gene. 3.

giam ori eius potuerint admouere, qui in cruce fuerat exaltatus a terra. Sicut enim apud alios Euangelistas legitur (quod hic praetermisit) in arundine est factum, ut in spongia talis potus ad crucis sublimia leuaretur. Per arundinem uero scriptura significabatur, quae implebatur hoc facto. Sicut enim lingua dicitur uel Graeca uel Latina uel alia quaelibet, sonus significans qui lingua promitur: sic arundo dici potest litera quae arundine scribitur. Sed sonus significantis uocis humanae usitatissime dicimus linguas: scripturarum uero arundinem dici, quominus est utilitatum, eo magis est mystice figuratum. Faciebat ista populus impius, patiebatur ista misericors Christus. Qui faciebat, quid faceret nesciebat. Qui patiebatur autem, non solum quid fieret, & cur fieret sciebat, uerum etiam de male facientibus bene ipse faciebat. Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit, Consummatum est. Quid, nisi quod propheta tanto ante praedixerat? Deinde quia nihil remanserat quod antequam moreretur, fieri adhuc oporteret, tanquam ille qui potestatem haberet ponendi animam suam, & iterum sumendi eam, peractis omnibus quae ut peragerentur expectabat, inclinatio capite tradidit spiritum. Quis ita dormit quando uoluerit, sicut Christus mortuus est quando uoluit? Quis ita cum uoluerit, abit, quomodo cum uoluit abiit? Quanta speranda uel timenda potestas est iudicantis, si apparuit tanta morientis? Tacet autem Ioannes uerba quae dixit tradendo spiritum, Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et dicit spiritum, quia spiritus nomen est rei ita incorporeae, quod etiam in dependens est a corpore, iuxta id quod superius dictum est, Spiritus est Deus. Iudei ergo, inquit, quoniam parasceue erat, ut non remaneret in cruce corpora sabbato (erat enim magnus dies ille sabbati) rogauerunt Pilatum ut frangerentur eorum crura, & tollerentur. Non crura tollerentur, sed hi quibus ideo frangebantur, ut morerentur, & auferrentur ex ligno, ne pendentes in crucibus, magnum diem festum sui diurni cruciatu, horrore foedarent. Venierunt ergo milites, & primi quidem frangerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cum uenissent, ut uiderent eum iam mortuum, non frangerunt eius crura, sed unus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiit sanguis & aqua. Vigilanti uerbo Euange lista usus est, ut non diceret, latus eius percussus sit, aut uulnerauit, aut quid aliud, sed aperuit, ut illic quodammodo uitae ostium panderetur, unde sacramenta ecclesiae manuerunt, sine quibus ad uitam quae uera uita est, non intratur. Ille sanguis in remissionem sulcus est peccatorum. Aqua illa salutarem temperat poculum, haec & lauacrum praestat, & potum. Hoc praenunciabat quod Noe in latere arcae ostium facere iussus est, quia intrarent animalia quae non e-

rant diluuii peritura, quibus praefigurabatur ecclesia. Propter hoc, prima mulier facta est de uiri latere dormientis, & appellata est uita, materque uiuorum. Magnum quippe significauit bonum ante magnum praeruaricationis malum. Et hic secundus Adam inclinatio capite, in cruce dormiuit, ut inde formaretur ei coelum, quae de latere dormientis effluxit, O mors, unde mortui reuiuiscunt. Quid isto sanguine mundius? Quid uulnere isto salubrius? Et qui uidit, inquit, testimonium perhibuit: & uerum est eius testimonium: & ille scit quia uera dicit, ut & uos credatis. Non dixit, ut & uos sciatis, sed ut credatis. Scit enim qui uidit, cuius credat testimonio qui non uidit. Magis autem ad fidem credere pertinet, quam uidere. Na quid est aliud credere, quam fidem accommodare? Facta sunt enim haec, inquit, ut scriptura impleteretur, Os non comminuetis ex eo, & iterum alia scriptura dicit, Videbunt in quem confixerunt. Duo testimonia de scripturis reddidit lingulis rebus quas factas fuisse narrauit. Nam quia dixerat, Ad Iesum autem cum uenissent, ut uiderent eum iam mortuum, non frangerunt eius crura, ad hoc pertinet testimonium, Os non comminuetis ex eo, quod praecceptum est eis qui celebrare pascha iuxta sunt ouis immolatione in ueteri lege, quae dominicae passionis umbra praecesserat: unde pascha nostrum immolatus est Christus: de quo & Esaias propheta praedixerat, Sicut ouis ad immolandum ductus est. Item quia subiunxerat, Unus militum lancea latus eius aperuit: ad hoc pertinet alterum testimonium, Videbunt in quem confixerunt. ubi promissus est Christus in ea qua crucifixus est carne uenturus. Post haec autem rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathia, eo quod esset discipulus Iesu, ut tolleret corpus Iesu. Venit autem & Nicodemus, qui uenerat ad Iesum nocte primum, ferens mixturam myrrhae & aloes quasi libras centum. Non ita distinguendum est ut dicamus, primum ferens mixturam myrrhae, seu ut quod dictum est primum, ad superiorem sensum pertineat. Venerat enim ad Iesum Nicodemus nocte primum; quod idem Ioannes narrat ipse in prioribus Euangelij sui partibus. Hic ergo intelligendum est, ad Iesum non tunc solum, sed tunc primum uenisse Nicodemum: uenit autem postea, ut fieret audiendo discipulus. quod certe modo in reuelatione corporis beatissimi Stephani fere omnibus gentibus declaratur. Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt illuc linteis cum aromatis, sicut mos Iudaeis est sepelire. Non mihi uidetur Euangelista frustra dicere uoluisse, sicut mos Iudaeis est sepelire. Ita quippe, nisi fallor, admonuit in huiusmodi officijs, quae mortuis exhibentur, morem cuiusque gentis esse seruandum. Erat autem in loco ubi crucifixus est, hortus, & in horto monumentum nouum, in quo nondum quisquam posuit erat. Sicut in Mariae uirginis utero nemo ante

10

20

30

40

50

60

Credere
magis ad
fidem per-
tinet, quae
uidere.

Exo. 12.

1. Cor. 5.

Esai. 53.

Latus Chri-
sti aperit.

Nicodemus.

Ioan. 3.

D. Stephe-
ni corpo-
ris reuelatio.

Mortuorum
cura, pro
more cuius
que agenda.

Parasceue
quid sit.

Mar. 16.
Luc. 24.

Mat. 28.
Mar. 16.
Luc. 24.
1. Cor. 15.



ante illu, nemo post illu conceptus est, ita in hoc monumento nemo ante illu, nemo post illum sepultus est. Ibi ergo propter parasceuen Iudaeorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Iesum. Acceperat autem uultu intelligi sepulturam, ne aduerserasceret, quando iam propter parasceue, quam coenam puram Iudaei latine usitatus apud nos uocant, facere tale aliquis non licebat.

Na autem sabbati Maria Magdalene uenit mane cum adhuc tenebrae essent, ad monumentum, & uidit lapidem sublatu a monumento. Cucurrit ergo & uenit ad Simonem Petrum, & ad alium discipulum quem amabat Iesus, & dicit illis: Tulerunt dominu de monumento, & nescimus ubi posuerunt eum. Exiit ergo Petrus & ille alius discipulus, & uenerunt ad monumentum. Currebant autem duo simul: & ille alius discipulus praecurrit citius Petro, & uenit primus ad monumentu. Et cum se inclinasset, uidit posita linteamina, non tamen introiit. Venit ergo Simo Petrus sequens eu, & introiit in monumentum, & uidit linteamina posita, & sudarium quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim inuolutum in unu locum. Tunc ergo introiit & ille discipulus qui uenerat primus ad monumentum, & uidit, & credidit. Nondum enim sciebant scripturam, quia oporteret eum a mortuis resurgere. Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipsos. Maria autem stabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fletet, inclinauit se, & prospexit in monumentum, & uidit duos Angelos in albis sedentes, unum ad caput, & unum ad pedes, ubi positum fuerat corpus Iesu. Dicunt ei illi: Mulier, quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt Dominum meum, & nescio ubi posuerunt eum. Haec cum dixisset, conuersa est retrorsum, & uidit Iesum stantem, & non sciebat quia Iesus est. Dicit ei Iesus: Mulier, quid ploras? Quem quaeris? Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei: Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi, ubi posuisti eu, & ego eum tollam. Dicit ei Iesus: Maria. Conuersa illa dicit ei: Rabboni, quod dicitur Magister. Dicit ei Iesus: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad patrem meum, & patrem uestru, Deum meum, & Deum uestrum. Venit Maria Magdalene annuncians discipulis, Quia uidi Dominu, & haec dixit mihi. Cum ergo sero esset die illo una sabbatorum, & fores essent clausae, ubi erant discipuli congregati propter metum Iudaeorum, uenit Iesus, & stetit in medio, & dicit eis: Pax uobis. Et cum haec dixisset, ostendit eis manus & latus. Gaudium sunt ergo discipuli uiso domino. Dixit ergo eis iteru: Pax uobis. Sicut misit me pater, & ego mit-

to uos. Haec cum dixisset, insufflauit, & dicit eis: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Thomas autem unus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando uenit Iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli: Vidimus dominu. Ille autem dixit eis: Nisi uidero in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam. Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit eis: Pax uobis. Deinde dicit Thomae: Infer digitum tuum huc, & uide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas, & dixit eis: Dominus meus, & Deus meus. Dicit eis Iesus: Quia uidisti me Thomas, credidisti: beati qui non uiderunt, & crediderunt. Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quae non sunt scripta in libro hoc. Haec autem scripta sunt, ut credatis quia Iesus est Christus filius Dei: & ut credentes, uitam habeatis in nomine eius.

Vna autem sabbati Maria Magdalene uenit mane, cum adhuc tenebrae essent, ad monumentum: & uidit lapidem sublatum a monumento. Vna sabbati est, quam iam diem dominicam propter Domini resurrectione mos Christianus appellat: quam Mattheus solus in Euangelistis primam sabbati nominauit. Cucurrit ergo, & uenit ad Simonem Petrum, & ad alium discipulum quem amabat Iesus, & dicit eis, Tulerunt Dominum de monumento: & nescimus ubi posuerunt eum. Nonnulli codices etiam graeci habent, Tulerunt Dominum meum: quod uideri dictum potest propensione charitatis uel famulatus affectu. Sed hoc in pluribus codicibus, quos in promptu habuimus, non inuenimus. Exiit ergo Petrus, & ille alius discipulus, & uenerunt ad monumentum. Currebant autem duo simul, & ille alius discipulus praecurrit citius Petro, & uenit primus ad monumentum. Aduertenda hic & commendanda recapitulatio, quomodo reditum est ad id quod fuerat praetermissum: & tamen quasi hoc sequeretur, adiunctum est. Cum enim iam dixisset, uenerunt ad monumentum, regressus est ut narret quomodo uenerint: atque ait, Currebant autem duo simul, & caetera. Vbi ostendit, quod praecurrens ad monumentum prior uenerit alius ille discipulus, quem seipsum significat, sed tanquam de alio cuncta narrat. Et cum se inclinasset, inquit, uidit posita linteamina, non tamen introiit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introiit in monumentum, & uidit linteamina posita, & sudarium quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim inuolutum in unum locum. Putamus ne nihil ista significant? Nequaquam id putauerim: sed ad alia festinamus, in quibus immorari quaestionis uel obscuritatis alicuius,

Mat. 18.

Dies domi-
nica.

10

20

30

40

50

60

alicuius necessitate cōpellimur. Nam ista quæ per se ipsa manifesta sunt, quid singula etiam si gnificent, querere, sanctæ quidē delicie sunt, sed ociosorum, quod non fumus nos. Tunc ergo introiit et ille discipulus qui uenerat primus ad monumentum. Prior uenit, posterior intrauit. Nec hoc utique uacat: sed mihi ad ista non uacat.

Et uidit, inquit, et credidit. Hic nonnulli parum attendentes, putant hoc Ioannem credidisse, quod Iesus resurrexerit. Sed quod sequitur, non hoc indicat. Quid sibi enim uult quod statim adiunxit, Nondum enim sciebant scripturam, quia oportebat eum a mortuis resurgere. Non ergo eum credidit resurrexisse, quem nesciebat oportere resurgere. Quid ergo uidit? quid credidit? Vidit scilicet inane monumentum, & credidit quod dixerat mulier, eum de monumento esse sublatum. Nondum enim sciebant scripturam, quia oportet eum a mortuis resurgere, & ideo quādo id ab ipso Domino audiebāt, quamuis aper tissime diceretur, consuetudine audiendi ab illo parabolas, non intelligebāt, & aliquid aliud eum significare credebant. Sublatum esse Dominum de monumento discipulis eius Petro & Ioanni nunciauerat Maria Magdalene: quō illi uenientes inuenerunt sola linteamina quibus corpus fuerat inuolutum. Et quid aliud credere potuerunt, nisi quod illa dixerat, quod etiam ipsa crediderat. Abierunt ergo iterum ad semet ipsos discipuli (id est, ubi habitabant, et unde ad monumentum cucurrerant) Maria autem stabat ad monumentum foris plorans. Viris enim redeuntibus, infirmiore sexum in eodem loco fortior figebat affectus: & oculi qui dominum quaesierant, & non inuenerant, lacrymis iam uacabāt, amplius dolētes quod fuerat sublatus de monumento, quam quāto d fuerat occisus in ligno, quoniam magistri tantū, cuius eis uita subtrahēta fuerat, nec memoria remanebat. Tenebat itaque ad monumentum itam dolor iste mulierem. Dum ergo flet, inclinauit se, et prospexit in monumentum. Cur hoc fecerit, nescio. non enim nesciebat non ibi esse iam quem querebat, quando quidem inde sublatum & discipulis ipsa nunciauerat, & illi ad monumentum uenerant, & non solum intuen do, sed etiam intrando corpus Domini quæsierant, nec inuenerant. Quid ergo sibi uult quod ista cum fletet, rursus in monumentum inclinata prospexit? Vtrum quod nimium dolebat, nec suis nec illorum oculis facile putabat esse credendum? An potius diuino instinctu in animo eius esse scitum est ut prospiceret? Prospexit enim, Et uidit duos Angelos in albis sedentes, unum ad caput, et unum ad pedes, ubi positum fuerat corpus Iesu. Quid est quod unus est caput, ad pedes alter se debat? An quoniam qui græce Angeli dicuntur, latine sunt nuncij: isto modo Christi Euangelium uelut a capite usque ad pedes, ab initio usque ad finem significabant esse nuncian dum? Dicunt ei illi, Mulier, quid ploras? Dicit eis, Quia

tulerunt dominum meum, et nescio ubi posuerunt eum. Angeli lacrymas prohibebant, ubi quid aliud quam futurum quodammodo gaudium nunciabant. Ita enim dixerunt, quid ploras? ac si dicerent, plorare noli. At illa eos putans interrogasse nescientes, causas prodidit lacrymarum: quia tulerunt, inquit, dominum meum. dominum suū uocans domini sui corpus exanime, a toto partem significans: sicut omnes confitentur Iesum Christum filium Dei unicum dominum nostrum, quod utiq; est simul & uerbum & anima & caro, crucifixū tamen & sepulchrum, cum sola eius sepulta sit caro. Et nescio, inquit, ubi posuerunt eum. Hec erat causa maior doloris, quia nesciebat quō iret ad consolandum dolorem. Sed horaiam uenerat, qua id quod nunciatum quodammodo fuerat ab Angelis flere prohibentibus, gaudium succederet fletibus.

Denique cum hæc dixisset, conuersa est retrorsum, et uidit Iesum stantem, et nesciebat quia Iesus est. Dicit ei Iesus, Mulier, quid ploras? quem quæris? Illa existimās quia hortulanus es? et dicit ei, Domine, si tu sustulisti eum, dicit mihi ubi posuisti eum? et ego eum tollā. Dicit ei Iesus, Maria. Conuersa illa dicit ei, Rabboni, quod dicitur magister. Nemo calumniatur mulieri quod hortulanum dixerit dominum, & Iesum, magistrum. Ibi enim rogabat, hic agnoscebat. Ibi honorabat hominem, a quo beneficium postulabat: appellabat dominum, cuius ancilla non erat, ut per eum perueniret ad dominum cuius erat. Aliter ergo dominum dixit, Sustulerunt dominum meum, aliter autem, Domine, si tu sustulisti eum, nam & prophetae appellauerunt dominos eos qui homines erant, sed alter illum de quo scriptū est, Dominus nomen ei. Sed ista mulier quæ iam fuerat conuersa retrorsum, ut uideret Iesum, quādo eum putauit esse hortulanum, & cum illo utriusque loquebatur, quomodo rursus conuersa dicitur, ut ei diceret, Rabboni? nisi quia tunc conuersa corpore, quod non erat putauit: nunc corde conuersa, quod erat agnouit. Dicit ei Iesus, Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos, et dicit eis, Ascendo ad patrem meum, et ad patrem uestrum, et deum meum, et deum uestrum. Est in his uerbis quod breuiter quidem, sed tamen attentius pertractare debeamus. Iesus quippe mulierem quæ illum magistrum agnouit & appellauit, cū hæc ei responderet, fidem docebat: & hortulanus ille in eius corde tāquam in orto suo granum sinapis seminabat. Quid est ergo, Noli me tangere? & tanquam huius prohibitionis causa quaeretur, adiunxit, Nondum enim ascendi ad patrem meum. Quid est hoc? Si stans in terra non tangitur, sedens in cælo quomodo ab homine tangereur? qui certe antequam ascenderet, discipulis se tangendum obtulit, dicens, sicut Lucas Euangelista testatur, Palpate & uide, quia spiritus ossa & carnem non habet, sicut me uide

10

20

30

40

50

60

Amos 9.

Luc. 24.

Angeli.

Mat. 28.

Infer digitum tuum hic, & uide manus meas, & asser manum tuam, & mitte in latus meum. Quis autem sit tam absurdus, ut dicat eum a discipulis quidem antequam ad patrem ascendisset, uoluisse se tangi, a mulieribus autem noluisse, nisi cum ascēdisset ad patrem? Sed ne qui sic uellet delipere sineretur, leguntur etiam foeminae post resurrectionem, antequam ad patrem ascenderet, tetigisse Christum, in quibus erat etiam ipsa Maria Magdalene, narrante Mattheo quod occurrit illis Iesus dicens, Aucte. Illæ autem accesserunt, inquit, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. hoc a Ioanne prætermisum est, sed a Mattheo uerum dictum. Restat ergo ut aliquod in his uerbis lateat sacramentum: quod siue inueniamus, siue inuenire minime ualeamus, inesse tamē nullo modo dubitare debemus. Aut ergo sic dictum est, Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum: ut in illa foemina figuraretur ecclesia de gentibus, quæ in Christum non credidit, nisi cum ascēdisset ad patrem, aut sic in se credi uoluisse Iesum, hoc est sic se spiritualiter tangi, quod ipse & pater unum sunt. Eius quippe intimis sensibus quodammodo ascēdit ad patrem, qui sic in eo profecerit, ut patri agnoscat æqualem. Aliter non recte tangitur, id est aliter in eum non recte creditur. Poterat autem sic credere Maria, ut eum putaret imparem patri, quod utriusque prohibetur cum dicitur ei, Noli me tangere. id est, noli in me sic credere, quæ admodum adhuc sapias. Noli tuum sensum hucusque per tendere, quod pro te factus sum, nec transire ad illud per quod facta es. Quomodo enim non carnaliter adhuc in eum credebatur, quem sicut hominem flectat? Nondum enim, inquit, ascendi ad patrem meum. Ibi me tanges, quando me credideris patri non imparem Deum. Vade autem ad fratres meos, & dicit eis, Ascendo ad patrem meum, & ad patrem uestrum. Non ait, patrem nostrum. Aliter ergo meum, aliter uestrum. Natura meum, gratia uestrum. Et Deum meum, & Deum uestrum. Neque hic dixit Deum nostrum. Ergo & hic aliter meum, aliter uestrum. Deum meum, sub quo & homo sum. Deum uestrum, inter quos & ipsum mediator sum. Venit Maria Magdalene nuncians discipulis, quia uidi dominum, et hæc dixit mihi. Cum esset ergo sero die illa una sabbatorum, et fores essent clausæ ubi erant discipuli congregati propter metum Iudeorum, uenit Iesus, et stetit in medio discipulorum, et dicit eis, Pax uobis, et cum hoc dixisset, ostendit eis manus et latus. Clauis enim manus fixerāt, lancea latus aperuerat. Vbi ad dubitatum corda sananda, uulnerum sunt seruata uestigia, moli autem corporis, ubi diuinitas erat, ostia clausa non obstituerunt. Ille quippe eis non apertis intrare potuit, quo nascente uirginitas inuiolata per mansit. Causa si sunt ergo discipuli uiso domino. Dixit ergo eis iterum: Pax uobis. Iteratio, confirmatio est. Ipse quippe

40

50

60

per prophetam promisit pacem super pacem. Sicut misit me pater, inquit, et ego mitto uos. Aqua leui patri filium nouimus, sed hic uerba mediatoris agnoscimus, medium quippe se ostendit dicendo, Ille me, & ego uos. Hæc cum dixisset, insufflauit, et dixit eis, Accipite Spiritum sanctum. Insufflando significauit Spiritum sanctum non patris solius esse Spiritum, sed & suum. Quomodo remiseritis, inquit, peccata, remittuntur eis: et quorum retinueritis, retenta sunt. Ecclesie charitas, quæ per Spiritum sanctum diffunditur in cordibus nostris, participum suorum peccata dimittit. Eorum autem qui non sunt eius participes, tenet. ideo post eamquam dixit, Accipite Spiritum sanctum, hoc continuo de peccatorum remissione subiicit. Thomas autem unus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando uenit Iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli, Vidimus Dominum, Ille autem dixit eis, Nisi uidero in manibus eius fixuram clauorum, et mittam digitum meum in locum clauorum, et mittam manum meam in latus eius: non credam. Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus: et Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, et stetit in medio, et dixit eis, Pax uobis. Deinde dicit Thomas, Infer digitum tuum huc, et uide manus meas, et asser manum tuam, et cetera. Videbat tangebatur hominem, & confitebatur Deum quem non uidebat, nec tangebatur. Sed per hoc quod uidebat atque tangebatur, illud iam remota dubitatione credebatur, dicit ei Iesus, Quia uidisti me, credidisti. Non ait, tetigisti me, sed uidisti me: quoniam generalis quodammodo sensus est uisus, nam & per alios quatuor sensus nominari solet: uelut cum dicimus, Audi & uide quā bene sonet. Olfac & uide, quā bene oleat. Gusta & uide, quā bene sapiat. Tange & uide, quā bene caleat. Vbi que sonuit Vide, cum uisus proprie non negetur ad oculos pertinere. Vnde & hic ipse Dominus, Infer, inquit, digitum tuum, et uide manus meas. Et quid aliud ait, quā tange & uide? nec tamen oculos ille habebat in digito. Ergo siue intuendo, siue etiam tangendo, Quia uidisti me, inquit, credidisti, quamuis dici posset, non ausum fuisse discipulum tangere, cum se offerret ille tangendum. Non enim scriptum est, & tetigit Thomas, sed siue aspiciendo tantum, siue etiam tangendo uiderit & crediderit, illud quod sequitur, magis gentium fidem prædicat atque commēdat. Beati qui non uiderunt, et crediderunt. Præteritū temporis usus est uerbis, tanquam ille qui quod erat futurum, in sua nouerat prædestinatione iam factum. Multa quidem et alia significat Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc autem scripta sunt, ut credatis, quia Iesus est Christus filius Dei: et ut credentes, uiam habeatis in nomine eius. Hoc capitulum, libri huius indicat finem. Sed narratur hinc deinde quemadmodum se manifestauerit Dominus ad mare Tiberiadis, & in captura piscium commendauerit Ecclesie sacramentum, qualis fu-

Spiritus sanctus etiam filij est.

Uisus etiam per alios sensus dicitur.

tura est in ultima resurrectione mortuorum. Ad hoc itaque commendandum ualere arbitror, quod tanquam finis interpositus est libri, quod esset etiam securitatis narrationis quasi proemium, quod ei quodammodo faceret eminentiorem locum: quae narratio incipit ita,

CAPVT XXI.

Rostea manifestauit se iterum Iesus ad mare Tiberiadis, Manifestauit autem sic. Erant simul Simon Petrus, & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanael qui erat a Cana Galilae, & filij Zebedaei, & alij ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus: Vado piscari. Dicunt ei: Venimus & nos tecum. Et exierunt, & ascenderunt in nauim: & illa nocte nihil prederunt. Mane autem facto stetit Iesus in littore, non tamen cognouerunt discipuli quia Iesus est. Dicit ergo eis Iesus. Pueri nūquid pulmentarium habetis? Responderunt ei: Non. Dixit eis: Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis. Miserunt ergo, & iam non ualebant illud trahere pra multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille quem diligebat Iesus, Petro: Dominus est. Simo Petrus cum audisset quia Dominus est, tunica succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare. Alij autem discipuli nauigio uenerunt (non enim longe erant a terra, sed quasi cubitis ducentis) trahentes rete piscium. Ut ergo descenderunt in terram, uiderunt prunas politas, & piscem superpositum, & panem. Dicit eis Iesus: Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piscibus, ceterum quinquaginta tribus. Et cum tot essent, non est scissum rete. Dicit eis Iesus: Venite, praedate. Et nemo audebat discumbentium interrogare eum: Tu quis es? scientes quia Dominus est. Et uenit Iesus, & accepit panem, & dabat eis, & piscem similiter. Hoc iam tertio manifestatus est Iesus discipulis suis, cum surrexisset a mortuis. Cum ergo praedissent, dicit Simoni Petro Iesus: Simon Iona, diligis me plus his? Dicit ei: Etia domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei iterum: Simon Iona, diligis me? Ait illi: Etia domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei tertio: Si mon Iona, amas me? & dixit ei: Domine, tu omnia scis, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce oues meas. Amen amen dico tibi, cum esses iunior, cingebas te, & ambulabas ubi uolebas: cum autem senueris, extēdes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quod tu non uis. Hoc autem dixit, significans qua morte clarificaturus esset deus. Et cum hoc dixisset, dicit ei: Sequere me. Cōuersus Petrus uidit illū discipulū quem diligebat Iesus, sequentē, qui & recubuit in coena super pectus eius, & dixit, Domine, quis est qui tradet te? Hūc ergo cū uidisset Petrus, dixit

Iesu: Domine, hic autem quid? Dicit ei Iesus: Si eum uolo manere donec ueniam, quid ad te? tu me sequere. Exiuit ergo sermo iste inter fratres, quia discipulus ille non moritur. Et non dixit ei Iesus, quia nō moritur: sed, Si eum uolo manere donec ueniam, quid ad te? Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, & scripsit haec: & scimus quia uerum est testimonium eius. Sunt autem & alia multa quae fecit Iesus, quae si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mūdum capere posse eos qui scribendi sunt libros.

Euangeliorum finis.

APOSTOLORVM PISCATIO.



Quari solet de hac piscatione discipulorum, utrum redierint Petrus & filij Zebedaei ad id quod prius fuerant quam a domino uocantur. Erant enim piscatores quando eis dixit, Venite post me, & faciam uos fieri piscatores hominum. tunc eum quippe illi secuti sunt, ut magister eius relictis omnibus adhererent, intantum, ut cum ab eo diues ille tristis abscederet, cui dixerat, Vade, uende omnia que habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo, & ueni sequere me: diceret ei Petrus, Ecce nos dimisimus omnia, & sequuti sumus te. Quid est ergo quod nunc quasi Apostolatur relictio sunt quod fuerant, & quod dimiserant repetunt, tanquam obliti quod audierant, Nemo ponens manum super aratrum, respiciens retro, aptus est regno caelorum? Quod si fecissent defunctio Iesu prius quam surrexisset a mortuis, (quod quidem nō poterant, quoniam dies quo crucifixus est, totos eos tenebat attentos usque ad eius sepulturā, quae ante uesperam facta est: sequens autem dies erat sabbati, quando eis patrium morem seruantibus operari utique licebat: tertio uero die Dominus surrexerat, eosque reuocauit ad spem quam de illo non habere iam coeperant) tamen si tunc fecissent, putarem eos illa quae animos eorum occupauerat desperatione fecisse: nunc uero post eum sibi de sepulchro redditū uiuū, post oblatam suis oculis & manibus non solum uideādam, uerum etiam tangēdam atque palpandam reditū uae carnis cui dēuissimam ueritatem, post inspecta uulnerum loca, usque ad Apostoli Thomae confessionem, qui se aliter crediturum nō esse praedixerat, post acceptū eius insufflatione spiritum sanctum, post uerba in suas aures eius ore prolata, Sicut misit me pater, & ego mitto uos: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt: subiecto sunt, sicut fuerant, non hominum, sed piscium piscatores. Hūc ergo quos hoc mouet, respondendum est, non fuisse eos prohibitos arte sua,

Mat. 14.

Mat. 19.

Questio.

Luc. 9.

Artes exercere praedicatoribus Euangelij licet.

sua, licita scilicet atque concessa, uictum necessarium querere, sui Apostolatus integritate seruata, si quando unde uiuerent, aliud non haberent. Nisi forte quispiam putare audebit aut dicere Apostolum Paulum non pertinuisse ad eorum perfectionem, qui relictis omnibus Christum secuti sunt: quoniam ne quenquā eorum grauarer quibus Euangelij praedicabat, suum uictum suis manibus traherebat, ubi magis impletum est quod ait, Plus omnibus illis laboraui. & adiunxit, Non ego aut, sed gratia dei mecum, ut hoc quoque appareat Dei gratiae deputandum, quod & animo & corpore poterat usque adeo plus omnibus illis laborare, ut ne cessaret ab Euangelio praedicando, neque tamen ex Euangelio, sicut illi, sustentaret hanc uitā, cum id per tot gentes, in quibus Christi nomen non fuerunt prophetatum, multo latius atque fertilius seminaret. Vbi ostendit, ex Euangelio uiuendi, hoc est uictum habendi, non necessitatem Apostolis impositam, sed potestatem datam. Quam potestatem commemorat idem Apostolus dicens, Si nos uobis spiritualia seminauimus, magnum est si uestra carnalia metamus? Si alij potestatis uestrae participant, non magis nos: Sed non sumus usi, inquit, hac potestate. & paulo post, Qui altari seruiunt, inquit, altari comparantur. Sic & Dominus ordinauit ijs qui Euangelium annunciant, de Euangelio uiuere. Ego autem nullius horum usus sum. Satis igitur apertum est, non imperatum, sed in potestate Apostolis positū, ut alium de non uiuerent, nisi ex Euangelio, & ab eis quibus Euangelium praedicando, spiritualia seminabant, carnalia metere, hoc est, carnis huius sustentaculum sumerent, & tanquam milites Christi stipendij debitum acciperent, sicut a prouincialibus Christi. Unde idem ipse miles egregius paulo superior de hac re dixerat, Quis militat suis stipendijs unquam? quod tamen ipse faciebat, quia plus illis omnibus laborabat. Si ergo beatus Paulus ut ea potestate, quam profecto cū ceteris Euangelij praedicatoribus habebat, non cū ceteris uteretur, sed suo stipendio militaret, ne gētes a nomine Christi penitus alienas, doctrina eius qua si uenalis offenderet, aliter educatus, arte quam non nouerat didicisset, ut dum litis manibus transigitur doctor, nullus grauari tur auditor: quanto magis beatus Petrus qui iam piscator fuerat, quod nouerat fecisset ad praesens illud tempus aliud unde uiueret, non inuenit: Sed respondebit quispiam. Et cur nō inuenit, cum Dominus promiserat dicens, Querite primum regnū dei, & iustitiam eius, & haec omnia apponentur uobis: prorsus etiam sic Dominus quod promissum Dei impleuit. Nam quis alius pisces qui caperentur appoluit qui nō sibi aliud credendum est eis in gestis penuriam, qua compellerentur ire piscatum, nisi dispositum uolens exhibere miraculum, ut simul & praedicatoribus Euangelij sui pa-

1. Thef. 2.

1. Cor. 15.

Euangelij de uiuere li.

1. Cor. 9.

Altari seruientes, de altari uiuere possunt.

1. Cor. 9.

Pauli apostoli uirtus

Mat. 6.

Querite primum regnū dei, & iustitiam eius, & haec omnia apponentur uobis: prorsus etiam sic Dominus quod promissum Dei impleuit. Nam quis alius pisces qui caperentur appoluit qui nō sibi aliud credendum est eis in gestis penuriam, qua compellerentur ire piscatum, nisi dispositum uolens exhibere miraculum, ut simul & praedicatoribus Euangelij sui pa-

sceret, & ipsum Euangelium tanto sacramento quod erat de numero piscium commēdaturus, auget. Dicit ergo Simon Petrus, Vado piscari. Dicit ei qui cum illo erant, Venimus & nos tecum. Et exierunt, & ascenderunt nauem. & illa nocte nihil apprehenderunt (usque) & cum tanti essent, non est scissum rete. Hoc est magnum sacramentum in magno Ioannis Euangelio, & ut uehementius commendaretur, loco ultimo scriptum. Quod ergo septem discipuli fuerint in ista piscatione, Petrus & Thomas & Nathanael, & duo filij Zebedaei, & alij duo quorum nomina tacentur, isto suo septenario numero fidem significant temporis. Vni uersum quippe septem diebus uoluitur tepus. Ad hoc pertinet quod mane facto Iesus stetit in littore: quia etiam littus finis est maris, & ideo finem significat seculi. Eundem finem seculi ostendit & quod Petrus rete extraxit in terram, hoc est in littus: quod ipse Dominus aperuit, ubi alio loco de sagena in mare missa similitudinem dedit, & eam trahunt, inquit, ad littus. Quod littus quid esset exponens ait, Sic erit in consummatione seculi. Sed illa uerbi est, nō rei gesta parabola. Re autem gesta, sicut hoc loco, qualiter in seculi fine futura sit, ita Dominus alia piscatione significauit Ecclesiam qualiter nunc sit. Quod autem illud fecit initio praedicationis suae, hoc uero post resurrectionem suam, hinc ostendit illam capturam piscium bonos & malos significare quos nunc habet Ecclesia, istam uero tantummodo bonos, quos habebit in aeternum completa in fine huius seculi resurrectione mortuorum. Denique ibi Dominus non sicut hic, in littore stabat, quando iussit pisces capi, sed ascendens in unam nauem quae erat Simonis, rogauit eum a terra reducere piscium: & in ea sedens docebat turbas. Ut cessauit autem loqui, dixit ad Simonem, Duc in altum, & laxate retia uestra in capturam. & illic quod captum est piscium, in nauiculis fuit, non, sicut hic, rete traxerunt in terram. His signis, & si qua aliqua potuerint reperiri, ibi ecclesia in hoc seculo, hic uero in fine seculi figurata est. ideo illud ante hoc autem post resurrectionem Domini factum est: quia ibi nos Christus significauit uocatos, hic resuscitados, ibi retia nō mittuntur in dexteram, ne solos significant bonos: nec in sinistram, ne solos malos, sed indifferenter: laxate, inquit, retia uestra in capturam, ut permistos intelligamus bonos & malos. Hic autem, Mittite, inquit, in dexteram nauigij rete, ut significaret eos qui stabant ad dexteram, solos bonos. Ibi rete propter significanda schismata sumpebatur: hic uero quoniam tunc iam in illa summa pace sanctorum nulla erant schismata, pertinuit ad Euangelistam dicere, Et cum tanti essent, id est tam magni, non est scissum rete. tanquam illud respiceret ubi scissum est, & in illius mali comparatione commendaret hoc bonum. Ibi capta est multitudo piscium tanta, ut

Septenario numero

fidem significant temporis.

Vni uersum quippe septem diebus uoluitur tepus.

Ad hoc pertinet quod mane facto Iesus stetit in littore: quia etiam littus finis est maris, & ideo finem significat seculi.

Eundem finem seculi ostendit & quod Petrus rete extraxit in terram, hoc est in littus: quod ipse Dominus aperuit, ubi alio loco de sagena in mare missa similitudinem dedit, & eam trahunt, inquit, ad littus.

Quod littus quid esset exponens ait, Sic erit in consummatione seculi.

Sed illa uerbi est, nō rei gesta parabola.

Re autem gesta, sicut hoc loco, qualiter in seculi fine futura sit, ita Dominus alia piscatione significauit Ecclesiam qualiter nunc sit.

Quod autem illud fecit initio praedicationis suae, hoc uero post resurrectionem suam, hinc ostendit illam capturam piscium bonos & malos significare quos nunc habet Ecclesia, istam uero tantummodo bonos, quos habebit in aeternum completa in fine huius seculi resurrectione mortuorum.

Denique ibi Dominus non sicut hic, in littore stabat, quando iussit pisces capi, sed ascendens in unam nauem quae erat Simonis, rogauit eum a terra reducere piscium: & in ea sedens docebat turbas.

Ut cessauit autem loqui, dixit ad Simonem, Duc in altum, & laxate retia uestra in capturam. & illic quod captum est piscium, in nauiculis fuit, non, sicut hic, rete traxerunt in terram.

His signis, & si qua aliqua potuerint reperiri, ibi ecclesia in hoc seculo, hic uero in fine seculi figurata est.

ideo illud ante hoc autem post resurrectionem Domini factum est: quia ibi nos Christus significauit uocatos, hic resuscitados, ibi retia nō mittuntur in dexteram, ne solos significant bonos: nec in sinistram, ne solos malos, sed indifferenter: laxate, inquit, retia uestra in capturam, ut permistos intelligamus bonos & malos.

Hic autem, Mittite, inquit, in dexteram nauigij rete, ut significaret eos qui stabant ad dexteram, solos bonos.

Ibi rete propter significanda schismata sumpebatur: hic uero quoniam tunc iam in illa summa pace sanctorum nulla erant schismata, pertinuit ad Euangelistam dicere, Et cum tanti essent, id est tam magni, non est scissum rete.

tanquam illud respiceret ubi scissum est, & in illius mali comparatione commendaret hoc bonum.

Ibi capta est multitudo piscium tanta, ut

significet.

N 2

Nauicula- rum dua- rum typus.

impleta duo nauigia mergerentur, id est in sub-
 mersionem premerentur. Non enim merfa sunt,
 sed tamen periclitata. Vnde enim existit in ec-
 clesia tanta quæ gemimus, nisi cum tanta multi-
 tudini obliuisti non potest, quæ ad submergendam
 propemodum disciplinam intrat cum moribus
 suis à sanctorum itinere penitus alienis? Hic au-
 tem miserunt rete in dexteram partem, & iam
 non ualebant illud trahere præ multitudinem pi-
 scium. Quid est, & iam non ualebant illud tra-
 here? nisi quia illi qui pertinent ad resurrectio-
 nem uitæ, id est, ad dexteram, & intra Christia-
 ni nominis retia defunguntur, non nisi in litto-
 re, id est in fine seculi cum resurrexerint, appa-
 rebunt? Ideo non ualuerunt sic trahere retia, ut
 in nauem refundent quos ceperant pisces, si-
 cut de illis factum est quibus rete disruptum, &
 nauicula pressa sunt. Habet istos dextros Ec-
 clesia post finem uitæ huius in somno pacis, ue-
 lut in profundo latentes, donec ad litus rete per-
 ueniat, quod traheretur quasi à cubitis ducen-
 tis. Quod autem illic duabus nauiculis, propter
 circuncisionem & præputium, hoc isto loco du-
 centis cubitis existimo figuratum propter utri-
 usque generis electos, & circuncisionis, & præ-
 putij, tanquam centum & centum: quia in sum-
 ma centenaria numerum ad dexteram transiit.
 Postremo in illa piscatione numerus non expri-
 mitur, tanquam illud ibi fiat quod prædictum
 est per prophetam, Annunciaui & locutus sum:
 multiplicati sunt super numerum. Hic uero non
 sunt aliqui super numerum, sed certus est nume-
 rus centum quinquaginta tres. Cuius numeri
 ratio domino adiuuante reddenda est. Si enim
 numerum constituramus qui Legem significet,
 quid erit nisi decem? Decalogum quippe legis,
 id est decem notissima illa præcepta, digito Dei
 in duabus lapideis tabulis primum fuisse con-
 scripta, certissimum est nobis. Sed lex, quando
 non adiuuat gratia, præuaricatores facit, & tan-
 tummodo in litera est. Propter hoc enim maxi-
 me ait Apostolus, Litera occidit, spiritus autem
 uiuificat. Accedat ergo ad literam spiritus, ne
 occidat litera quam non uiuificat spiritus: sed ut
 operemur præcepta legis, non uiribus nostris,
 sed gratia saluatoris. Cum autem accedit ad le-
 gem gratia, id est ad literam spiritus, quodam-
 modo denario numero additur septenarius.
 Iste quippe numero, id est septenario, significa-
 ri spiritum sanctum, aduertenda literarum sa-
 crarum documeta testantur. Nempe enim san-
 ctitas uel sanctificatio, ad centum proprie per-
 tinet spiritum. Vnde cum & pater spiritus sit, &
 filius spiritus sit, quoniam Deus spiritus est: &
 pater sanctus, & filius sanctus sit: proprio ta-
 men nomine amborum, spiritus uocatur spiri-
 tus sanctus. Vbi ergo primum in lege sonuit san-
 ctificatio, nisi in die septimo? Non enim sancti-
 ficauit Deus diem primum, in quo fecit lucem:
 aut secundum, in quo fecit firmamentum: aut

tertium, in quo discreuit mare à terra, & terra
 herbam lignumque produxit: aut quartum, in quo
 sidera sunt creata: aut quintum, in quo anima-
 lia quæ in aquis uiuunt, & in aere uolitant: aut
 sextum, in quo terrestis anima uiua, & ipse ho-
 mo: sed sanctificauit diem septimum, in quo re-
 quieuit ab operibus suis. Conuenienter igitur
 septenario numero significatur spiritus sanctus.
 Esaias autem propheta, Requiescet in eo, inquit,
 spiritus domini, eumque deinceps commendas
 ab opere uel munere septenario, Spiritus, in-
 quit, sapientiæ & intellectus, spiritus consilij &
 fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis: & im-
 plebit illum spiritus timoris Domini. Quid? in
 Apocalypsi nonne septem spiritus Dei dicun-
 tur, cum sit unus atque idem spiritus, diuidens
 propria unicuique prout uult? Sed operatio sep-
 tenaria unius spiritus sic appellata est ab eodem
 spiritu qui scribitur ad fuit, ut septem spiritus di-
 cerentur. Cum itaque legis denario spiritus san-
 ctus per septenarium numerum accedit, fiunt
 decem & septem: qui numerus ab uno usque
 ad seipsum computatis omnibus crescens, us-
 que ad centum quinquaginta tres peruenit.
 Ad unum enim si adicias duo, fiunt utique tres.
 his si adicias tres, & quatuor, fiunt omnes de-
 cem. Deinde si addas omnes numeros qui se-
 quuntur, usque ad decem & septem, ad supra-
 dictum numerum summa perducitur, id est, si
 ad decem quo ab uno usque quatuor peruene-
 ras, addas quinque, & fiant quindecim: his si ad-
 das sex & fiat uiginti unus: his si addas septem,
 & fiat uiginti octo. his si addas octo, & nouem
 & decem, & fiant quinquaginta quinque: his si
 addas undecim & duodecim & tredecim, & si
 ant nonaginta unum: his rursum quatuordecim
 & quindecim & sedecim, & fiant centum trigin-
 ta sex: huic numero adde illum qui restat de quo
 agitur, id est decem & septem, & piscium nume-
 rus ille complebitur. Non ergo tantummodo
 centum quinquaginta tres sancti ad uitam re-
 surrecturi significantur æternam: qui numerus
 ter habet etiam quinquagenarium numerum:
 & insuper ipsa tria propter mysterium Trini-
 tatis. Quinquagenarius autem, multiplicatis se-
 ptem per septem, & unius adiectione, comple-
 tur. Nam septies septem fiunt quadraginta no-
 uem. Vnus autem additur, ut eo significetur u-
 num esse qui per septem, propter operationem
 septenariam demonstratur. & nouimus spiritum
 sanctum post ascensionem domini quinquagesimo
 die missum, quæ discipuli iussu sunt expecta-
 re promissum. Non igitur frustra dicti sunt hi pis-
 ces & tot & tanti, id est, & centum quinquaginta
 tres, & magni. Sic enim scriptum est, Et traxerunt
 rete in terram, plenum magnis piscibus centum
 quinquaginta tribus. Cum enim dixisset domi-
 nus, Non ueni legem soluere, sed adimplere: da-
 turus utique spiritum, per quem lex possit imple-
 ri, tanquam septem additurus ad decem, paucis
 simis

Centena- rius nume- rus.

Psal. 39.

Denarius numerus. Exo. 31. Legis uir- tus. 1. Cor. 3.

Litera spi- ritui uiuifi- canda.

Septenarij numeri ty- pus. Sanctitas spiritus san- cto attri- buitur. Ioan. 4. Spiritus san- ctus patris & filij spi- ritus.

Diei septi- mi sancti- ficatio. Gen. 2. Esa. 11.

Apoc. 1. 1. Cor. 12.

Septemde- cim nume- rus.

Piscium ab Apostolis captorum numerus.

Act. 1. Luc. 24. Act. 1.

Matt. 5.

Regnum caelorum, ecclesia e- tiam dicitur. Mat. 13.

Mat. 5.

Magni in regno caelorum er- guntur mini- mi.

Senarij nu- meri perfe- ctio.

simis uerbis interpositis ait, Qui ergo soluerit
 unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic
 homines, minimus uocabitur in regno caelorum.
 Iste ergo poterit pertinere ad numerum pisci-
 um magnorum: minimus autem ille, qui soluit
 factis, quod docet uerbis, in tali Ecclesia potest
 esse, qualem significat piscium prima illa captu-
 ra, habentem bonos & malos: quia & ipsa dicitur
 regnum caelorum, propter quod ait, Simile
 est regnum caelorum sagena missa in mare, &
 ex omni genere piscium congreganti. ubi uult
 intelligi etiam bonos & malos, quos dicit in lit-
 tore uel in fine seculi separandos. Denique ut
 ostenderet istos minimos reprobos esse, qui do-
 cent bona loquendo, quæ soluunt male uiuen-
 do: nec quasi minimos in uita æterna futuros,
 sed omnino ibi non futuros: cum dixisset, Mi-
 nimus uocabitur in regno caelorum, continuo
 subiicit, Dico autem uobis, quia nisi abunda-
 uerit iustitia uestra plus quam scribarum & Pha-
 risæorum, non intrabitis in regnum caelorum.
 Consequens est ergo, ut qui minimus est in re-
 gno caelorum qualis nunc est Ecclesia, non in-
 tret in regnum caelorum qualis tunc erit Ecce-
 sia: quoniam docedo quod soluit, ad eorum so-
 cietatem qui faciunt quod docent, non perti-
 nebit: & ideo non erit in numero piscium ma-
 gnorum: quoniam qui fecerit & docuerit, mag-
 nus uocabitur in regno caelorum: & quia hic
 magnus erit, ideo ibi erit, ubi minimus ille non
 erit. Usque adeo quippe ibi magni erunt, ut qui
 ibi minor est, maior sit eo quo hic nemo maior
 est. Sed tamen hic qui magni sunt, id est qui in
 hoc regno caelorum ubi sagena congregat bo-
 nos & malos, faciunt bona quæ docent, ipsi e-
 runt in illa regni caelorum æternitate maiores:
 quos isti ad dexteram & ad resurrectionem ui-
 taæ pertinentes indicant pisces. Potest etiam si nu-
 merus iste consideretur, occurrere ad Ecclesiam
 sanctitatem, quæ per dominum nostrum Iesum
 Christum facta est: ut quoniam septenario nu-
 mero creatura constat, cum ternarius anima,
 & quaternarius corpori tribuitur, susceptio ip-
 sa hominis significetur, ducanturque tria septies,
 quia pater misit filium, & pater in filio est, & do-
 no spiritus sancti de uirgine natus est. hæc sunt
 tria, pater, & filius & spiritus sanctus. Septies au-
 tem ipse homo temporalis dispensatione susce-
 ptus, ut fieret sempiternus. sit ergo summa nu-
 meri uiginti unum, uel tria septies. Hæc autem
 hominis susceptio, ad liberationem ualuit Ec-
 clesie, cui ille caput est. At ipsa Ecclesia propter
 animam & corpus in eodem septenario nume-
 ro reperitur. Ducantur itaque uiginti unum item
 septies propter eos qui per hominem domini-
 cum liberantur: & fiunt simul centum quadra-
 ginta septem, cui additur senarius numerus signum
 perfectionis, quia partibus suis quæ illi merum
 tur, constat ita ut nihil minus, nihil amplius inue-
 nitur. Metitur quippe illud, unum, quod habes

sexties, & duo quæ habet ter, & tria quæ habet
 bis: quæ simul ducta, unum & duo & tria, sex fi-
 unt. Quod fortassis ad illud etiam sacramentum
 pertineat, quod Deus sexta die perfecit omnia
 opera sua. Ad centum igitur & quadraginta sep-
 tem cum sex addideris, quod signum perfe-
 ctionis est, fiunt centum quingentatria: qui nu-
 merus piscium inuenitur posteaquam iussu do-
 mini in dexteram partem missa sunt retia, ubi
 peccatores, qui ad sinistra pertinent, non inue-
 niuntur. Peractis ergo Dominus quadraginta
 diebus post resurrectionem cum discipulis suis,
 id est commendans eis quod pro nobis tempo-
 raliter gestum est, ascendit in caelum, & post alios
 quadraginta dies misit spiritum sanctum, quos
 perferentur spiritualiter ad inuisibilia capien-
 da, qui uisibilibus temporalibusque crederant;
 ipsis uidelicet decem diebus post quos misit spiri-
 tum sanctum, eandem perfectionem, quæ per spiri-
 tum sanctum confertur, denario indicans. Ergo
 quoniam perfectio quæ fit per spiritum sanctum,
 quandiu adhuc in carne ambulamus, quamuis
 non uiuamus carnaliter, cum ipsa temporalis dis-
 pensatione copuletur, recte uidetur quinquagenarius
 numerus ad Ecclesiam pertinere, sed
 iam purgatam atque perfectam, quæ temporalis
 dispensationis fidem, atque æternitatis futuræ
 spem charitate amplectitur, id est quasi quadra-
 genarium numero denario copulat. Hæc autem
 ecclesia, ad quam pertinet quinquagenarius nu-
 merus, quia ex tribus generibus hominum eligitur,
 ludæis, gentibus, & carnalibus Christianis,
 siue quia sacramento Trinitatis imbuitur: nume-
 ro quo significatur, ad centenarium & quinquagenarium
 peruenit. quinquaginta enim ter ducta,
 sunt centum quinquaginta: quod cum addide-
 ris ipsa tria, quia insignis & eminens debet esse
 quod in nomine patris & filij & spiritus sancti
 lauacro regenerationis abluitur, fiunt centum
 quinquaginta tria: qui numerus piscium inueni-
 tur, quia in dexteram partem missa sunt retia, &
 ideo magnos id est perfectos, & regno caelorum
 aptos habet: ubi iam coquiescente dispensatio-
 ne, quæ quadragenario numero significatur, de-
 narius remanet: quæ mercedem sancti qui operam-
 tur in uinea, percepturi sunt. Peracta quippe illa
 piscatione, dixit eis Iesus, Venite, prandete. Et ne-
 mo audebat discumbentium interrogare eum, Tu quis es? scien-
 tes quid dominus est. Si ergo sciebant, quid opus
 erat ut interrogaret? Si autem non opus erat, qua-
 re dictum est, non audebat, quasi opus esset, sed
 timore aliquo non auderet? Sensus ergo hic est,
 Tanta erat euidetia ueritatis qua Iesus illis disci-
 pulis apparebat, ut eorum non solum negare, sed
 ne dubitare quidem nullus auderet: quoniam si
 quisquam dubitaret, utique interrogare debe-
 ret, sic ergo dictum est, Nemo audebat interro-
 gare, tu quis es? ac si diceretur, Nemo audebat
 dubitare quin ipse esset. Et ueni Iesus, & acce-
 pit panem, & dedit eis, & piscem similiter. Ecce di-

Gen. 2.

Quinquagenarius numerus.

Etum est etiam quid prandiderint: de quo prandio aliquid suauae ac salubre dicemus & nos, si pascat & nos. Superius narratum est quod isti discipuli quando descenderunt in terram, uiderunt prunas positas, & piscem superpositum, & panem. Vbi non est intelligendum etiam panem fuisse superpositum prunis, sed tantum subaudiendum, uiderunt: quod uerbum si repetamus eo loco ubi subaudiendum est, ita totum dici potest. Viderunt prunas positas, & piscem superpositum, & panem uiderunt. Vel ita potius, uiderunt prunas positas, & piscem superpositum, uiderunt & panem. Iubente etiam domino attulerunt & de piscibus quos ipsi ceperant. Quod eos fecisse, quamuis a narrate non est expressum, tamen dominum iussisse non tacitum est. ait enim, Afferte de piscibus quos nunc prendidistis, & utique iubente illo eos non fecisse quis credat? Hinc ergo fecit prandium dominus illis septem discipulis suis, de pisce scilicet quem prunis superpositum uiderant: huic adiangens ex illis quos ceperant. De pane qui dem nihilominus eos uidisse narratum est. Piscis usus, Christus est passus: ipse & panis qui de caelo descendit. Huic incorporatur ecclesia ad participandum beatitudinem sempiternam. Propter quod dictum est, Afferte de piscibus quos prendidistis nunc, ut omnes qui hac spem gerimus, per illum septenarium numerum discipulorum, per quem potest hoc loco nostra diuersitas intelligi figurata, tanto sacramento nos communicare nossemus, & eidem beatitudini sociari. Hoc domini prandium est cum discipulis suis, quo Ioannes Euangelium suum, cum haberet de Christo alia multa quae diceret, magna, ut existimo, & rerum magnarum contemplatione concludit. Hic enim ecclesia qualis in solis bonis futura est, significatur per capturam centum quinquagintatium piscium: & eis qui hac credunt, sperant, diligunt, participatio tantae beatitudinis per hoc prandium.

Piscis usus, Christus passus.

Apparitiones domini post resurrectionem.

Hoc iam tertio, inquit, manifestatus est Iesus discipulis suis cum resurrexisset a mortuis. Quod non ad ipsas demonstrationes, sed ad dies referre debemus: id est primo die cum resurrexit: & post dies octo quando discipulus Thomas uidit & credidit: & hodie quando hoc de piscibus fecit. Post quot autem dies id fecerit, dictum non est. Nam ipso primo die non semel uisus est, sicut Euangelistarum omnium testimonia collata demonstrant: sed, sicut dictum est, numerandae sunt manifestationes eius, ut ista sit tertia. Prima quippe habenda est eademque una, propter unum diem, quotiescunque se & quibuscunque & die illo quo resurrexit, ostendit. Secunda post dies octo: & haec tertia: & deinde quoties uoluit, usque ad diem quadragagesimum, quo ascendit in caelum: quam uisum scripta sint omnia. Cum ergo prandisset, dicit Simoni Petro: Simon Ioannis, diligis me plus his? etc. Hunc inuenit exitum ille negator, & amator

praesumendo elatus, negando prostratus, flendo purgatus, confitendo probatus, patiendo coronatus. Hunc inuenit exitum, ut pro eius nomine perfecta dilectione moreretur, cum quo se moriturum peruersa festinatione promiserat. faciet eius resurrectione firmatus, quod immature pollicebatur infirmus. Hoc enim oportebat, ut prius Christus pro Petri salute, deinde Petrus pro Christi praedicatione moreretur. Praepositerum fuit quod audere coeperat humana temeritas, cum istum disposuisset ordinem ueritas. Animam suam positurum se pro Christo Petrus putabat, pro liberatore liberandus, cum Christus uenisset animam suam positurus pro suis omnibus, in quibus erat & Petrus, quod ecce iam factum est. Nunc iam firmitas cordis ad suscipiendam mortem pro nomine domini uera ipso donante sumatur, non falsa nobis erratibus praesumatur. Nunc est ut uita huius non metum interitum: quia resurgente domino, uitae alterius praecessit exemplum. Nunc est Petre, ut mortem non timeas: uiuit quem mortuum dolebas: & quem pro nobis mori carnali amore prohibeas, ausus es praenire doctorem, formidasti eius persecutorem. Iam pretio pro te fuso, nunc est ut sequaris emptorem: & sequaris omnino usque ad mortem crucis. Verba eius audisti, quem iam ueraciter probasti. Passurum te ipse praedixit, qui te praedixerat negaturum. Sed prius dominus quod sciebat interrogat, nec semel, sed iterum ac tertio, utrum Petrus eum diligit: nec aliud toties audit a Petro, quam se diligi: nec aliud toties commendat Petro, quam suas oues pasci. Redditur negationi trinae trina confessio, ne minus amori lingua seruiat, quam timori: & plus uocis eliciuisse uideatur mors imminens, quam uita praesens. Sic amoris officium, pascere dominicum gregem: si fuit timoris indicium, negare pastorem. Qui hoc animo pascunt oues Christi, ut suas uelint esse, non Christi: se conuincuntur amare, non Christum, uel gloriantur, uel dominandi, uel acquirendi cupiditate, non obediendi & subueniendi & deo placendi charitate. Contra hoc ergo uigilat toties incitata ista uox Christi, quos Apostolus gemit sua quaerere, non quae Iesu Christi. Numquid est aliud, Diligis me: pascite oues meas: quam si diceretur, Si me diligis, non te pascere te, cogita oues meas: & sicut meas pascere, non sicut tuas: gloriam meam in eis quaere, non tuam: dominum meum, non tuum: lucra mea, non tua: ne sis in eorum societate, qui pertinent ad tempora periculo sa, seipos amantes, & cetera quae huic malorum initio connectuntur, quod uitium maxime cauendum est eis, qui pascunt oues Christi, ne sua quaerant, non quae Iesu Christi, & in usus cupiditatum suarum conferant, pro quibus sanguis fusus est Christi. Cuius amor in eo qui pascit oues eius, in tam magnum debet spirituales crescere ardorem, ut uincat

Mortuus ne sit an ad huc uiuat.

Mat. 16.

Pastorum Christianorum in studio.

Philip. 2. Ioannes Apostolus & Euangelista a Christo praeter ceteris dilectus. 2. Tim. 3.

uincat etiam mortis naturalem timorem, quo mori nolumus, & quando cum Christo uiuere uolumus. Nam & apostolus Paulus dicit se habere concupiscentiam dissoluti, & esse cum Christo: in gemiscit tamen grauatus, & non uult spoliari, sed superuestiri, ut absorbeat mortale a uita: Et huic Dominus dilectori suo, Cum se ueris, inquit, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo non uis. Hoc enim dixit ei, significans quia morte clarificaturus erat Deum. Extendes, inquit, manus tuas, hoc est crucifigeris. Ad hoc autem ut uenias, alius te cinget, & ducet non quo uis, sed quo non uis. Prius dixit quod fieret, & deinde quomodo fieret. Non enim crucifixus, sed utique crucifigendus, quod nolle est ductus, nam crucifixus, non quod nolebat abire, sed potius quod uolebat. Solutus quippe a corpore, uolebat esse cum Christo: sed, si fieri posset, praeter mortis molestiam, uitam concupiscebatur aeternam: ad quam molestiam nolens ductus est: sed ab ea uolens eductus est. Nolens ad eam uenit, sed uoles eam uicere, & reliquit hunc infirmitatis affectum, quo nemo uult mori, usque adeo naturalem, ut cum beato Petro nec senectus auferre potuerit, cui dictum est, Cum senueris, duceris quo non uis. Quem quidem affectum propter nos consolandos etiam in se transfigurauit ipse saluator dicens: Pater, si fieri potest, trahat a me calix iste, qui utique mori uenerat, & habebat mortis necessitatem, sed uoluntaria potestate positurus animam suam, & rursus eadem potestate sumpturus. Sed molestia quatacunque sit mortis, debet eam uincere uis amoris, quo amatur ille: qui cum sit uita nostra, etiam mortem uoluit perferre pro nobis. Nam si nulla esset mortis uel parua molestia, non esset tam magna gloria martyrum. Sed si pastor bonus qui posuit animam suam pro ouibus suis, ex ipsis ouibus tam multos martyres fecit, quanto magis debet usque ad mortem pro ueritate certare, & usque ad sanguinem aduersus peccatum, quibus oues ipsas pascendas, hoc est docendas regendasque committit: Ac per hoc praecedente passionis eius exemplo, quis non uideat magis debere imitando pastori herere pastores, si eum multae etiam imitatae sunt oues: sub quo pastore uno, in grege uno, & pastores ipsi sunt oues. Omnes quippe fecit suas oues, pro quibus est omnibus passus: quia & ipse ut pro nobis pateretur, ouis est factus. Cum ergo praenunciasset dominus Petro qua morte clarificaturus esset deum, dicit ei, Sequere me: & c. usque. Sed sicum uolo manere donec ueniam, quid ad te? Cur enim dicitur Petro, Sequere me: nec dicitur ceteris qui simul aderant, & profecto eum sicut magistrum discipuli sequebantur: Et si ad passionem intelligendum est, numquid solus pro Christiana ueritate passus est Petrus: nonne ibi erat in illis septem alius filius Zebedaei, frater Ioannis, qui post eius ascensionem ab Hero de manifestatur occisus: Verum aliquid

Mortis timor natus Phil. 1. Pauli timor mortis.

Vita humana, tentatio est. Morinemo uiuit.

Mat. 26.

Martyrum gloria uiuere.

Ouis dilectus Christus.

Act. 1.

dixerit, quoniam non est Iacobus crucifixus, merito dictum esse Petro, sequere me: qui non solum mortem, sed etiam mortem crucis, sicut Christus, expertus est. Si hoc & nihil aliud quod sit conuenientius, potuerit inueniri: cur ergo de Ioanne dictum est, Si cum uolo manere donec ueniam, quid ad te? & repetitum est, Tu me sequere: tanquam ille ideo non sequeretur, quoniam eum manere uoluit donec ueniat? Quis facile aliquid dictum esse credat, quam quod fratres crediderunt, qui tunc erant, quod scilicet non esset discipulus ille moriturus: sed donec Iesus ueniret, iste maneret in uita? Sed hanc opinionem Ioannes ipse abstulit, non hoc dixisse dominum aperte contradictione declarans. Cur enim subiungeret, Non dixit Iesus, non moritur. Nisi, ne hominum cordibus quod falsum fuerat inhareret? Sed cui placet, adhuc resistat, & dicat uerum esse quod ait Ioannes, non dixisse dominum uerum discipulum ille non moritur, sed hoc tamen significatum esse talibus uerbis, qualia eum dixisse narrauit: & asserat Ioannem Apostolum uiuere: atque in illo sepulcro eius quod est apud Ephesum, dormire potius eum, quam mortuum iacere contenta: assumatque in argumentum, quod illic terra sensim scaetere & quasi ebullire perhibetur, atque hoc eius anhelitu fieri, siue constanter siue pertinnaciter asseueret. Non enim possunt deesse qui credant, si non desunt qui etiam Moysen asserant uiuere: quia scriptum est, eius sepulcrum non inueniri, & apparuit cum Domino in monte ubi & Helias fuit, quem mortuum legimus non esse, sed raptum, quasi Moysi corpus non potuerit alibi esse, atque inde ad horam diuinitus excitari, quando cum Christo Helias & ipse sunt uisus, sicut ad horam multa sanctorum corpora surrexerunt quando passus est Christus, & post eius resurrectionem apparuerunt multis in sancta, sicut scriptum est, ciuitate. Sed nunquid hinc tanta ista soluitur quaestio, si magno miraculo, qualia potest facere omnipotens, tadium uiuum corpus in sopore sub terra est, donec ueniat terminus seculi? Quinimo sit amplior & difficilior, cur discipulo Iesus quem praeter ceteris diligebat, intantum ut supra pectus eius discumbere mereretur, pro magno munere longum in corpore donauerit somnum, cum beatum Petrum per ingentem martyrum gloriam ab onere ipsius corporis soluerit, etque concesserit quod Apostolus Paulus se concupisse dixit & scripsit, discipulo, & esse cum Christo? Si autem, quod magis creditur, ideo sanctus Ioannes ait non dixisse se dominum, non moritur, he illis uerbis quae dixit, hoc uoluisse intelligi putaretur, corpus eius in sepulcro eius exanime, sicut aliorum mortuorum, iacere reserat ut si uere ibi sit, quod sparsum sit fama de terra que subinde ablata succrescit, aut idcirco fiat, ut eo modo commendetur pretiosa mors eius, quoniam non eam commendat

Ioannes euangelista an mortuus sit, nec e. n.

Sepulcrum Ioannis euangelista.

Moses adhuc uiuere. Gen. 34. Mat. 17. 4. Reg. 2.

Mat. 27.

Philip. 1.

martyrium: (non enim eum pro fide Christi persecutor occidit) aut propter aliquid aliud, quod nos latet: manet tamen quaestio cur dixerit dominus de homine morituro, Si eum uolo manere donec ueniam. Illud etiam in his duobus Apostolis Petro & Ioanne quem non moueat ad quaerendum, cur Ioannem plus dilexerit dominus, cum ipsum dominus plus dilexerit Petrus: Vbi cumq; enim se commemorat Ioannes ut nomine suo tacito ipse possit intelligi hoc addit quod eum diligebat Iesus, quasi solū diligere ut hoc signo discerneret a ceteris, quos omnes utique diligebat. Quid ergo nisi amplius se dilectū, cum hoc diceret, uolebat intelligi: quod absit ut mendaciter diceret. Quod autem maius dare potuit Iesus maioris erga eius dilectionis indicium, quā ut homo cum ceteris condiscipulis suis socius tantę salutis, solus tamen recuberit super pectus ipsius saluatoris: porro quod Apostolus Petrus plus alijs dilexerit Christum, possunt quidem documenta multa proferrī: sed ut longe in alia non eamus, in ipso tertie manifestationis paulo superius lectione quę istam pręcedit, satis euidenter apparet, ubi interrogans eū dixit, Diligis me plus his: quod utique sciebat, & tamen interrogabat, ut etiam nos qui legimus Euangelium, amore Petri erga Dominum, & illo interrogante, & isto respondente nossemus. Quod autem in eo quod respondit Petrus, Amo te: non addit, plus his: hoc respōdit quod de se ipso sciebat. Non enim quātum ab alio quolibet diligeretur, scire poterat, qui cor alterius uidere non poterat: sed tamen superioribus uerbis dicēdo, Etiam Domine, tu scis: satis & ipse declarauit scientem Dominum interrogasse quod interrogauit. Sciebat igitur Dominus non solum quod diligeret, uerū etiam quod plus illis eum diligeret Petrus: & tamen si proponamus quęrentes, quis duorū sit melior, utrum qui plus, an qui minus diligit Christum: quis dubitabit respōdere, eum qui plus diligit, esse meliorem? Item si proponamus, quis duorū sit melior, utrum quem minus, an quem plus diligit Christus: eum qui plus diligitur a Christo, meliorem proculdubio respondebimus. In illa ergo comparatione quam prius proposui, Petrus Ioāni, in hac uero altera Ioannes antepōnitur Petro. Proinde tertiam sic proponimus, Quis est duorum discipulorum melior, qui minus quā cōdiscipulus eius diligit Christū, & plus quā cōdiscipulus eius diligitur a Christo: an ille quem minus quā cōdiscipulum eius diligit Christus, cum plus ipse quā suus condiscipulus diligit Christum: Hic plane cunctatur respōsio, & augetur quaestio. Quantum autem ipse sapio, meliorem qui plus diligit Christum, feliciorem uero quem plus diligit Christus, facile responderem, si iustitiam liberatoris nostri minus eum diligentis a quo plus diligitur, & eum

Quaestio ardua.

Ioannes Apostolus a Christo prę ceteris dilectus.

Petrus Christi manifestissimus

Charitas ubi sit maior, in uita an presentia, an in futuro seculo.

Quaestio alia.

plus a quo minus diligitur, quemadmodum defendere, peruidere. Aggrediar tamē de soluenda quaestione tam ingenti, pro uiribus quas ipse donauerit, disputare. Hucusque enim proposita est, non exposita. Exponenda uero eius hoc sit exordium, ut meminerimus, in hoc corruptibili corpore, quod adgrauat animam, ut tam nos miseram uiuere: sed qui iam redempti per mediatorem sumus, & spiritū sanctum pignus accepimus, beatam uitam in spe habemus, et si re ipsa nondum tenemus. Spes autem quę uidetur, nō est spes, quod enim uidet quis, quid sperat: Si autem quod non uidemus, speramus, per patientiam expectamus. Hanc itaque uitam, de qua scriptum est, Nunquid non tentatio est uita humana super terram? in qua cotidie clamamus ad Deum, Libera nos a malo: cogitur homo tolerare etiam remissis peccatis, quamuis ut in eam ueniret miseriam, primum fuerit causa peccati, productior est enim poena quā culpa, ne parua putaretur culpa, si cum illa finiretur & poena. Hęc est istorum dierum, quos in hac mortalitate agimus malos, quāuis in eis diligamus uidere dies bonos, flecta quidem, sed non reprehendenda conditio. Venit enim de ira Dei iusta, de qua scriptura legens, Homo, inquit, natus ex muliere, breuis uitę, & plenus ira. In hac ira sua continens, sicut scriptum est, miserationes suas deus, pręter alia solatia miserorum quę generi humano prebere non cessat, misit filium suum unigenitum, per quem creauit uniuersa, ut manens deus fieret homo, ut esset mediator Dei & hominum homo Christus Iesus: in quem credentes, per lauacrum regenerationis soluto reatu omnium peccatorum, liberarentur a damnatione perpetua, & uiuerēt in fide & spe & charitate. Et quia in ipso quoque ambulantes, non sunt sine peccatis, quę de huius uitę infirmitate subrepunt, dedit eleemosynarum remedia salutaria, quibus eorum adiuuaretur oratio, ubi eos dicere docuit, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Hoc agit Ecclesia spe beata in hac uita ærumnosa: cuius Ecclesię Petrus Apostolus propter Apostolatus sui primatū gerebat figurata generalitate personam. Quod enim ad ipsum proprie pertinet, natura unus homo erat, gratia unū Christianus, abundantiore gratia unus idemq; primus Apostolus. Sed quādo ei dictum est, Tibi dabo clauēs regni caelorum: quod ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis: & quod ueris super terram, erit solutum & in caelis: uniuersam significabat ecclesiam, quę in hoc seculo diuersis tentationibus uelut imbribus fluminibus, & tērationibus qua utitur, nō cadit, quoniam fundata est super petrā, unde Petrus nomen accipit. Non enim a Petro petra, sed Petrus a petra: sicut nō Christus a Christiano, sed Christianus a Christo uocatur. Ideo quippe ait dominus, Super

10

20

30

40

50

60

Sapient. 9.

Rom. 8.

Iob. 7.

Mat. 6.

Peccatum

malorum

num non

horum cau

sa.

Psal. 33.

Iob. 14.

Psal. 76.

Eleemosy

narum re

media.

Mat. 6.

Petri digni

tas.

Mat. 16.

Petrus a pe

tra dicitur,

nō conuē.

Super

Super hanc petram ædificabo Ecclesiā meam, quia dixerat Petrus, Tu es Christus filius Dei uiuisti super hanc ergo, inquit, petram, quam cōfessus est, ædificabo ecclesiam meā. Petra enim erat Christus: super quod fundamentum etiam ipse ædificatus est Petrus. Fundamentū quippe aliud nemo potest ponere, pręter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Ecclesia ergo quę fundatur in Christo, clauēs ab eo regni caelorum accepit in Petro: id est potestatem soluendi, ligandiq; peccata. Quod est enim per proprietatem in Christo Ecclesia, hoc est, per significationem Petrus in petra, qua significatione intelligitur Christus petra, Petrus Ecclesia. Hęc igitur Ecclesia, quam significabat Petrus, quandiu degit in malis, amando & sequendo Christū liberatur a malis. Magis autē sequitur in eis, qui certant pro ueritate usq; ad mortem. Sed uniuersitati dicitur, Sequere me: pro qua uniuersitate passus est Christus, de quo dicitur idem Petrus, Christus pro nobis passus est, relinquens nobis exemplum, ut sequamur uestigia eius. Ecce propter quod ei dictum est, Sequere me. Est autem alia uita immortalis, quę non est in malis. ibi facie ad facie uidebimus, quod hic per speculum & in enigmate uidetur, quando multum in concupiscenda ueritate proficimur. Duas itaq; uitas sibi diuinitus prædicatas & commendatas nouit Ecclesia, quarum una est in fide, altera in specie. Vna in tempore peregrinationis, altera in aternitate mansionis. Vna in labore, altera in requie. Vna in uia, altera in patria. Vna in opere actionis, altera in mercede contemplationis. Vna declinat a malo, & facit bonum: altera nullum habet a quo declinet malum, & magnum quo fruatur bonū. Vna cum hoste depugnat, altera sine hoste regnat. Vna carnales libidines frenat, altera spiritalibus delectationibus uacat. Vna subuenit indigentī, altera ibi est ubi nullū inuenit indigentē. Vna aliena peccata, ut sua sibi ignoscatur, ignoscit: altera nec patitur quod ignoscat, nec facit quod sibi possit ignosci. Vna bona & mala discernit, altera quę bona sunt cernit. Ergo una bona est, sed adhuc misera: altera melior, & beata. Ista significata est per Apostolum Petrum, illa per Ioannem. Tota hic agitur ista usque in huius seculi finem, & illic inuenit finem: differitur illa complenda post huius seculi finem, sed in futuro seculo non habet finem. Ideo dicitur huic, Sequere me. de illo autem, Si eum uolo manere donec ueniam, quid ad te? tu me sequere. Quid enim & hoc, quantum sapio, quantum capio, quid est hoc? nisi, tu me sequere per imitationē perferendi temporalia mala: ille maneat donec sempiterna uenio redditurus bona, quod apertius ita dici potest, Perfecta me sequatur actio, informata meę passionis exemplo: inchoata uerō contemplatio maneat donec uenio, perficienda cum uenero. Sequitur enim

1. Cor. 10. 1. Cor. 3.

Petrus ecclesie.

1. Pet. 2. Passiones Christi uoluntaria, nostre necessariae.

Vita duae ecclesie.

10

20

30

40

50

60

Christum perueniens usque ad mortē pia plenitudo patientiæ: manet autem donec ueniat Christus, tunc manifestanda plenitudo scientiæ. Hic quippe tolerantur mala huius mundi in terra orientium, ibi uidebuntur bona Domini in terra uiuentium. Quod enim ait, Volo enim manere donec ueniam, non sic intelligendū est quasi dixerit remanere uel permanere, sed expectare: quoniam quod per eum significatur, non utiq; nunc, sed cum uenerit Christus, implebitur. Quod autem per hęc significatur, cui dictum est, Tu me sequere, nisi nunc agatur, nec peruenietur ad illud quod expectatur. In hanc autem actiua uita quanto magis Christum diligimus, tanto facilius liberamur a malo. At ipse nos minus diligit quales nunc sumus: & hinc ideo liberat, ne semper tales limus. Ibi uero amplius nos diligit, quoniam quod ei displiceat, & quod a nobis auferat, non habebimus. Nec ob aliud hic nos diligit, nisi ut sanet, & trāserat ab ijs quę non diligit. Hic ergo minus, ubi nō uult, remaneamus: ibi amplius, quod uult, transeamus, & unde non uult pereamus. Amat ergo eum Petrus, ut ab ista mortalitate liberemur: ametur ab eo Ioannes, ut in ista immortalitate seruemur. Sed ista ratione illud ostenditur, cur amplius Ioannem quā Petrum amauerit Christus, non cur amplius Petrus quā Ioannes amauerit Christum. Neque enim sic plus nos diligit Christus in futuro seculo (ubi cū illo sine fine uiuemus) quā in isto, unde eruemur, ut illic semper simus: & propterea nos tunc eum minus dilecturi non sumus, quando meliores erimus: cum meliores utique, nisi amplius eum diligendo, nullo modo esse possimus. Cur ergo Ioannes minus eum diligebat quā Petrus, si eam uitam significabat, in qua est multo amplius diligendus? nisi quia propterea dictum est, Volo eum manere, id est expectare, donec uenio: quoniam & ipsum amorem, qui tunc amplior erit, nondum habemus, sed futurū expectamus, ut cum ipse uenerit, habeamus. Nam sicut in epistola sua idem dicit Apostolus, Nō dum apparuit quod erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus: quoniam uidebimus eum sicuti est. Tunc ergo amplius quod uidebimus, diligemus. Ipse autem Dominus, illam quę futuro est uita nostram, qualis in nobis futura sit, sciēs prædestinatione, plus amat, ut ad eam nos amādo perducatur. Quocirca quoniam uniuersę uitę Domini misericordia & ueritas, miseriam nostram præsentem nouimus, quia sentimus: & ideo misericordiam Domini, quam nobis de miseria liberandis exhiberi uolumus, plus amamus: eamq; quotidie maxime peccatorum remissione poscimus & habemus. Hoc per Petrum significatū est plus amantem, sed minus amatum, quia minus nos amat Christus miseros quā beatos. Veritatis enim cōtemplatio

Spei tolerantia.

1. Ioan. 3.

Psal. 24.

neca

nem, qualis tunc futura est, minus amamus, quia nōdum nouimus, nec habemus. Hæc per Ioannem significata est minus amantem, atq; ideo & ad ipsam, & ad eius in nobis amorem, qualis ei deberetur, implendum, donec ueniat dominus, expectantem, sed plus amatum: quia id quod per illum figuratum est, hoc efficit beatum. Nemo istos tamen insignes Apostolos se parat: & in eo quod significabat Ioannes, ambo futuri erant. Significando sequebatur iste, manebat ille. Credendo autem ambo mala presentia huius miseris tolerabant. Ambo futura bona illius beatitudinis expectabant. Nec ipsi soli, sed uniuersa hoc facit sancta ecclesia sponsa Christi, ab istis tentationibus eruenda, in illa felicitate seruanda: quas duas uitas Petrus & Ioannes figurauerunt, singuli singulas. uerum & in hac temporaliter ambulauerunt ambo per fidem, & illa in æternū fruuntur ambo per speciem. Omnibus igitur sanctis ad Christi corpus inseparabiliter pertinentibus, propter huius uitæ procellosissimæ gubernaculum, ad liganda & soluenda peccata, clauis regni cælorū primus Apostolorū Petrus accepit, eisdēq; omnibus sanctis, propter uitæ illius sacratissimæ quietissimum sinum, super pectus Christi Ioannes Euangelista discubuit: quoniam nec iste solus, sed uniuersa Ecclesia ligat soluitq; peccata: nec ille de Christi diuinitate, & de rotius diuinitatis trinitate atque unitate sublimis (quæ in illo regno facie ad faciem contemplanda, nunc autem donec ueniat Dominus, in speculo atque ænigmate cōtuenda sunt) quæ predicando ructaret, de fonte dominici pectoris solus bibit, sed ipse Dominus ipsum Euangelium pro sua cuiusque capacitate omnibus suis bibedum toto terrarum orbe diffusit. Sunt qui senserint, & hi quidem non contemptibiles sacri eloqui tractatores, à Christo Ioannē Apostolum propterea plus amatum, quod neque 40

uxorem duxerit, & ab ineunte pueritia castissimus uixerit. Hoc quidem in scripturis canonicis non euidenter apparet: ueruntamen id quoque multum adiuuat congruentiam huiusce sententiæ, quod illa uita per eum significata est, ubi non erunt nuptiæ. Hic est discipulus qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc: & scimus quia uerum est testimonium eius. Sunt autem, inquit, & alia multa quæ fecit Iesus: quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt libros.] Non spatio locorum credendum est, mundum capere nō posse, quæ in eo scribi quomodo possent, si scripta non ferret: Sed capacitate legentium comprehendere fortasse non possent: quamuis salua rerum fide plerunq; uerba excedere uideantur fidē: quod nō fit quando aliquid quod erat obscurum uel dubiū, causa & ratione reddita exponitur: sed quando id quod apertum est, uel augetur, uel extenuatur, nec tamen à tramite significandæ ueritatis erratur: quoniam sic uerba rem quæ indicatur, excedunt, ut uoluntas loquētis nec fallentis appareat, qui nouit quousque credatur, à quo ultra quam credendum est, uel minuitur loquendo aliquid, uel augetur. Hunc loquendi modum Græco nomine hyperbolem uocant: qui modus, sicut hoc loco, ita in nonnullis alijs diuinis literis inuenitur, ut est, Posuerunt in cælum os suum. & Verticem capilli perambulantium in delictis suis. & multa huiusmodi, quæ scripturis sanctis non desunt, sicut alij tropi, hoc est locutionum modi: de quibus operosius disputarem, nisi Euangelista terminante Euangelium suum, etiam compellerer meum terminare sermonem.

EXPOSITIONIS BEDÆ PRESBYTERI IN IOANNIS EUANGELIUM, FINIS.

Sequuntur eiusdem uenerabilis Bedæ presbyteri, famuli Christi, expositiones optimæ in Acta Apostolorum, decenti ordine & quadranti serietum, quod ab eodem Luca Euangelista, à quo proximè expositum Euangelium conscripta sunt: tum, quia phrasi Euangelicæ maximè omnium consentiunt: tum etiam, quod his fortè de causis post Euangeliâ & Epistolas Pauli, in quas seorsum Explicationes idem auctor collegit, in Biblijs uulgatis citari solent. Post quæ, iuxta prædictum ordinem in Epistolas Catholicas, ac demum in Apotolypsim diui Ioannis addemus eiusdem Explanationes: hunc Tomum, non in speratè, nec infideliter clausuri.

Prologus uenerabilis

lis Bedæ presbyteri famuli Christi, ad Accam Episcopum, in expositionem Actuum Apostolorum.

Domino in Christo desideratissimo & uerè beatissimo Accæ Episcopo, Beda, perpetuam in Domino salutem.



Cepi creberrimas beatitudinis tuæ literas, quibus me com- monere dignatus es, ne mētis acumen inerti otio torpore & obdormire permittam, sed me ditandis scrutandisq; cotidie scripturis uigil atque indefessus infusa, & post expositionem Apocalypseos Sancti Euangelistæ Ioannis, quam fratris nostri Eusebii rogatu tribus libris complexam, mox tibi transcribendam destinavi, in explanationem quoque beati Euangelistæ Lucæ, iuxta uestigia patrum, quantum ualeam sudoris impendam. Quod quia facere necdum potui, & operis uidelicet immensitate perterritus, & obstrepentium causarum (quas tu melius nosti) necessitate præpeditus, ne tamen tuæ postulationis contemneretur auctoritas, quod in terim potui, feci. Misi enim opusculum in Actus Apostolorum, quod ante non multos dies editum, & uelocissime quantum tempus dederat, ne tua sacrosancta uoluntas impediretur, emendatum membranulis indideram. Vbi ea quæ uel mystice gesta uel obscurius dicta uidebantur, prout potui dilucidare tentavi. In quo me opusculo cum alij plurimi fidei catholicæ scriptores, tum maxime iuuit Arator sanctæ Romanæ Ecclesiæ subdiaconus, qui ipsum ex ordine librum heroico carmine percurrrens, nonnullos in eodem metro allegoriæ flores admiscuit: occasionem mihi tribuens, uel alia ex his colligendi, uel eadem planius exponendi. Actus igitur Apostolorum (ut beatus Hieronymus ait) nudam quidam sonare uidentur historiam, & nascentis Ecclesiæ infantiam texere: sed si nouerimus eorum scriptorem Lucam esse medicum, cuius laus est in Euangelio, animaduertimus pariter omnia uerba illius, animæ languentis esse medicinam. E quibus nos aliqua iuxta modulum nostræ paruitatis exposuimus, primo admonere curabimus, ipsum Euangelistam Lucam, ut dictum est, iuxta traditionem ueterum Ecclesiæ tractatorem, medicinæ artis fuisse peritissimum, & magis Græcas literas scisse quam

Hebræas. Vnde sermo eius tam in Euangelio quam in Actibus Apostolorum, comprior est, & secularium redolet eloquentiam, magisq; testimonijs Græcis utitur quam Hebræis. Ex quo accidit, quod maxime miror, & propter ingenij tarditatem uehementissimo stupore percussus nescio pericrutarî, qua ratione cum in hebraica ueritate à diluuiō usque ad Abraham decem generationes inueniantur, ipse Lucas qui spiritu sancto calamus regente nullo latenus falsum scribere potuit, undecim generationes iuxta septuaginta interpretes adiecto Cainam, in Euangelio ponere maluerit. Ideo autem in Euangelij Proemio dicit sibi uisum esse ex ordine diligenter scribere, quoniam hoc multi conati sunt. Sed eos debemus accipere, quorū in Ecclesia multa extat auctoritas, quia id quod conati sunt, implere minime potuerunt. Iste autem non solum usque ad resurrectionem, assumptionem que Domini perduxit narrationem suam, ut in quatuor auctoribus Euangelicæ scripturæ dignum suo labore haberet locum, uerum etiam deinceps quæ per Apostolos gesta sunt, quæ sufficere credidit ad edificandam fidem legentium uel audientium uita scripsit, ut solus eius liber fide dignus haberetur in Ecclesia de Apostolorum Actibus narrantis, reprobatis omnibus qui non ea fide qua oportuit, facta dictaq; Apostolorum scribere ausi sunt. Eo quippe tempore scripserunt Marcus & Lucas, quo non solum ab Ecclesia Christi, uerum etiam ab ipsis adhuc in carne manentibus Apostolis probari potuerunt. Nā Domini nutu gerebatur, ut non solum Apostoli qui uiderant, sed & discipuli qui auditu didicerant, facta Christi dictaq; conscriberent, quatenus sequentibus Ecclesiæ doctoribus ea quæ non uiderant prædicandi scribendiq; fiducia pariter & auctoritas præberetur. Actus uero Apostolorum, & præcipue beati Pauli, cuius indiuiduus in peregrinando comes extitit beatus Lucas, sicut uideat ipse cōposuit. Quorum contextus omnis quantum ex aliorum historijs animaduertere potuimus, continet annos uiginti octo. id est, Tiberij Cæsaris annos sex, Cæsaris quatuor, Claudij annos quatuordecim. Cuius principis Petrus Apostolus Romā uenit, & in quarto anno fame facta, octauo anno sunt Iudæi Roma expulsi. Item Nero nis quatuor annos, quorū duos extremos beatus Paulus Romæ in libera mansit custodia. Ex quo intelligimus, in eadem urbe librum esse compositum. Itemq; ut per Iudæorum quoque reges eadem tēpora discernam, Herodes, Philippus, & Lyfanius Tetrarchæ præfuerunt annis sex. Herodes Rex qui & Agrippa qui Cæsarem perijt, annos septē. Agrippa filius eius, sub quo Paulus Romā missus est, annos quindecim. Cuius restant usq; ad subuersionem Hierosolymorum

Aratoris carmen.

Acta Apostolorum nō nudam cōtinēt historiam.

Lucas medicus.

Lucæ discipulianus.

Qui conati non per fecerint.

Marci & Lucæ auctoritas.

Acta Apostolorum, 28. annis.

Iudæorum regum tempora.

lymorum anni duodecim. Hec distinctius excutitur sum, ut cum eiusdem libelli reuoluas historiam, quid sub quo tempore gestum sit, euidenter agnoscere possis. Missi autem & explanationum uinculam epistolae beatissimi Evangelistae Ioannis, cuius maximam partem ex Homilijs sancti Augustini latissima suauitate diffusis, compendiosus breuiator excerpti. Nonnulla uero in calce etiam proprio sudore subtexui. In quo utroque opere, si quid utilitatis inueniatis, Dei donis ascribe. Si quid superflui meae fragilitati compatere, Intercedentem pro nobis beatitudinem uestram dominus omnipotens ad regimen Ecclesiae perpetuo conferuet in columen.

Incipit expositio uenerabilis Bedae presbyteri super Acta Apostolorum.

nerabilis Bedae presbyteri super Acta Apostolorum.

CAPVT I.



Rimum quidem sermonem feci de omnibus o Theophile, quae cepit Iesus facere & docere. De omnibus se dicit Christi factis & dictis in Euangelio scripsisse, non quod omnia comprehendere potuerit, ne sit contrarius Ioanni qui ait, Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quae non sunt scripta in libro hoc: sed quod de omnibus elegerit unde faceret sermonem, quae iudicauit apta & congrua sufficere officio dispensationis suae. Theophilus interpretatur dei amator, uel a deo amatus. Quicumque ergo Dei amator est, ad se scriptum credat, suaeque hic animae, quia Lucas medicus scripsit, inueniat salutem. Et notandum quod ait, Quae cepit Iesus facere & docere. Primo facere, postea docere. Quia Iesus bonum doctorem instituens, nulla nisi quae fecit, docuit. Usque in diem qua praecipiens Apostolis per spiritum sanctum quos elegit assumptus est. Per hyperbaton legendum, usque in diem qua assumptus est, praecipiens ante assumptionem, id est praecipiens dans Apostolis: quae uel hic uel in euangelijs leguntur. Est ergo sensus: Scripsi de Iesu a tempore quo cepit signa facere & docere usque in diem qua eisdem consummatis, unde uenerat rediit. Per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei, & conuincens: & cetera. Ad instruendam Dominus fidem suae resurrectionis, saepius Apostolis post passionem suam uiuus apparuit, cibos sumit, eandemque quam a mortuis suscitauerat palpandam carnem exhibet. Sed altiori mysterio per hanc quadragesi-

De omnibus quomodo scripsit.

Theophilus.

Facere & docere.

mam dierum cum discipulis conuersionem, significat se occulta praesentia quae promiserat implendum. Ecce ego uobiscum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi. Iste enim numerus hanc temporalem terrenamque uitam uel propter quatuor anni tempora, uel propter quatuor uentos caeli designat. Nam postquam consepulti fuerimus cum Christo per baptismum in mortem, quasi rubri maris calale transito, necessarium in hac solitudine Domini habemus ducatum, qui nos ad caelum perducatur, & imaginis suae denario renumerans, praesentia sancti spiritus quasi uera iubilei quiete beatificet. Vos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies. Nondum fuerant Apostoli baptizati, non tamen aqua, sed spiritu sancto, quos intelligimus iam fuisse baptizatos, siue baptismo Ioannis (ut nonnulli arbitrantur) seu (quod magis credibile est) baptismo Christi. Neque enim ministerium baptizandi fuerat, ut haberet baptizatos seruos per quos ceteros baptizaret, quia non defuit memorabilis illius humilitatis ministerium, quando eis lauit pedes. Cum ergo diceret Dominus, Quia Ioannes quidem baptizauit aqua, nequaquam subiunxit, Vos autem baptizabimini, sed Vos autem baptizabimini spiritu sancto. Quia neque Apostoli, neque sequaces eorum qui usque hodie baptizant in Ecclesia, aliter quam Ioannes, id est in aqua baptizare praualent: sed tantum inuocato Christi nomine adest interior uirtus spiritus sancti, quae homine aquam tribuente baptizatorum animas simul & corpora purificet: quod in Ioannis baptismo non fiebat. Nondum enim erat spiritus datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus. Igitur qui conuenerant, interrogabat eum dicentes: Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel? Quoniam apprensus eis locutus est de regno Dei, Spiritus quoque sancti non post multos dies promisit aduentum, consequenter eum de eodem regno percontantur, utrum uidelicet mox adueniente spiritu sancto in praesenti restituendum, an in futuro sanctis reseruandum credere debeant. Carnales enim adhuc discipuli, resurrectione Christi completa, continuo regnum Israel credebant esse uenturum. Iuxta quod Cleophas ait: Nos autem sperabamus, quod ipse esset redempturus Israel. Et Euangelista praemisit, quia Domino Hierosolymam uenturo existimarent quod confestim regnum Dei manifestaretur. Sed oportebat impleri prophetiam, qua patri canans ait: Tu uero repulisti, & spreuisti, & distulisti Christum tuum. Repulit enim & spreuit filium patris, quando eum in passione deseruit loquentem, Deus Deus meus, quare merepulisti? Distulit autem, ut quem sancti illo tempore regnaturum putabant, expectent in die iudicii in sua maiestate uenturum. Unde & ipse Dominus spiritalem

Quadragesimo.

Baptizati ut quando Apostoli.

Sperabamus.

spiritali Israel & regnum caeleste a Prophetis fuisse promissum insinuans, ait, Non est uestrum nosse tempora uel momenta quae pater posuit in sua potestate. Illius (inquiens) regni tam secretum tempus est, ut patris tantummodo scientiae pateat. Et quando dicit, Non est uestrum scire: ostendit quod & ipse sciat, cuius omnia sunt quae patris sunt, sed non expedit nosse mortalibus, ut semper incerti de aduentu iudicis, sic quotidie uiuant, quasi die alia iudicandi sint. Sed accipietis uirtutem superuenientis spiritus sancti in uos. Et eritis mihi testes in Hierusalem, & cetera. Cum superueniret, inquit, in uos spiritus sanctus, nequam regnum Israel, siue regnum dei in Israel, ut putatis, afferet, sed uobis uirtutem de me testificandi praebit. Tantumque regni illius tempora longe sunt, ut prius non solum hanc Hierosolymorum urbem, uerum etiam omnes Iudaeae fines, dehinc autem & proxime gentem Samaritiae ad extremum nouissimos quoque per circuitum mundi terminos Euangelij fama percurrat. Et cum haec dixisset, uidentibus illis eleuatus est. Marcus quidem aliam Domini locutionem commemorans, ait: Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in caelum. Sed quia Lucas significatius adiecit, Cum haec dixisset eleuatus est: ostendit profecto illis quos commemorauerat sermonibus expletis, Dominum ascendisse ad caelos. Et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Ubique creatura suo creatori praestat obsequium. Astra indicant nascentem, patientem obnubunt, recipiunt nubes ascendentem, redeuntem ad iudicium comitabuntur. Ecce duo uiri asciterunt illis in uestibus albis. Albi uestes exaltationi magis congruunt quam humilitati. Et ideo Domino ascendente, in albis uestibus angeli apparent, qui nato domino in albis uestibus apparere non dicuntur, quia qui in natiuitate sua apparuit Deus humilis, in ascensione sua ostensus est homo sublimis. Na & locus congruit, dum his qui in humili ciuitate natus est homo, de monte sublimi regressus est ad caelum. Hic Iesus qui assumptus est a uobis in caelum. Ob duas illi causas angeli uidentur, ut uidelicet ascensionis tristitiam, regressionis commemoratione consolarentur, & ut uere in caelum illum ire monstrarent, & non quasi in caelum sicut Heliam. Sic ueniet quem admodum uis distis eum euntem in caelum. Id est in eadem forma carnis atque substantia ueniet iudicaturus, in qua uenerat iudicandus. Cui profecto immortalitatem dedit, naturam non abstulit. Cuius etiam gloria diuina quae quondam in monte tribus discipulis apparuit, peracto iudicio ab omnibus sanctis uidebitur, quando tolletur impius ne uideat gloriam Dei. Tunc reuersi sunt Hierusalem a monte qui uocatur Oliueti. Dominus & saluator noster principe tenebrarum deuicto, in locum pacis & luminis fideles educit. Meri-

Cetera non obsequia.

Albi uestris.

Sic ueniet.

toque montem charismatis ascendit, sanctum promissurus spiritum, cuius nos unctio docet de omnibus. Qui est iuxta Hierusalem, sabbati habens iter. Iuxta historiam indicat montem Oliuarum spatio miliarij ab urbe Hierusalem esse distans. Sabbato enim iuxta legem plus quam mille passus incedere non licebat. Iuxta allegoriam uero, qui gloriam Domini ad patrem ascendit intus intueri merebitur, & spiritus sancti promissione ditari, hic sabbati itinere urbe perpetuae pacis ingreditur. Eruntque et iuxta Esaiam sabbatum ex sabbato, quia qui hic cessauit a peruerso opere, illic quiescet in caelesti retributione. At contra qui in hoc seculo quasi per tempus sex dierum, salutem operari neglexerit, illo perpetuae quietis tempore, de finibus beatae Hierusalem excludetur, illud Euangelium contemnens, Orate ne fiat fuga uestra hyeme uel sabbato. Et cum introissent in conuicium, ascenderunt ubi manebant. Locum in superiori designat, quia iam a terrena conuersione sabbati, ad superiora scientiae, uirtutisque conscenderant. Iacobus Alphaei, & Simon Zelotes, & Iudas Iacobus. Putant quidam duos fuisse Apostolos Iacobum uocabulo nuncupatos, Iacobum uidelicet Zebedaei, & Iacobum Alphaei, tertium uero Iacobum fratrem Domini, non Apostolum, sed Episcopum fuisse Hierosolymorum. Quod nequaquam uerum est, sed iuxta Euangeliorum fidem, eundem Iacobum filium Alphaei Apostolum praefuisse Hierosolymis sciendum est, qui frater domini dicitur est, eo quod fuerit Mariae matertera Domini filius, cuius Ioannes Euangelista meminit. Strabant autem (inquiens) iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleophae. Mariam hanc Cleophae a patre siue a familia cognominans. Quomodo enim frater domini non Apostolus, sed tertius Iacobus esse dicatur, cum & Paulus eum nominet Apostolum, alium autem (inquiens) Apostolorum uidi neminem nisi Iacobum fratrem Domini? Et Euangelista Marcus, eundem non tertium, sed alterum appellerat dicens: Erant autem & mulieres de longe aspicientes, inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris, & Ioseph mater, & Salome. Cum enim maior & minor non inter tres, sed inter duos solent praebere distantiam, minor Iacobus Alphaei appellatur ad distinctionem maioris qui erat filius Zebedaei. Lege librum beati Hieronymi aduersus Heluidium. Simon autem Zelotes, ipse est qui in Euangelijs scribitur Chananaeus. Chana quippe zelus interpretatur. Erat enim de uico Galilaeae Chana, ubi Dominus aquas conuertit in uinum, & post fratrem suum Iacobum Hierosolymorum rexit Ecclesiam, centumque & triginti annorum sub Traiano crucem ascendit. Confobrinus is secundum carnem Saluatoris fuisse declaratur, quia patre ipsius Cleo-

Sabbati iter.

Iacobi duo uel tres.

Frater Domini.

Maria Cleophae.

Maior Minor.

Simon Zelotes Chana.

Actas & martyrii Simonis.

Iudas Iacobi,

pham, fratrem fuisse Ioseph, Egesippus contestatus est. Iudas uero Iacobi, id est frater Iacobi, idem est qui in Euangelij uocatur Thaddæus, missusque est Edissam ad Abagarum regem Hicroenæ, ut ecclesiastica tradit historia. Sequitur,

Hi omnes erant unanimiter perseverantes in oratione.]

Orationis uirtus.

Vnanimiter perseverant in oratione, qui aduentum sancti spiritus expectant. Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum, Et ideo quicumque eius promissa cupierit accipere dona, perseveranter debet instare precibus fraterna charitate conditis. Erat autem turba hominum simul, centum fere uiginti.] Hi centum uiginti ab uno usque ad quindecim paulatim & per incrementa surgentes, quindecim graduum numerum efficiunt, qui propter utriusque legis perfectionem in Psalterio mystice continetur, & in quo uas electionis apud Petrum Hierosolymis commemoratur. Oportebat enim ut sacramentum quod legis prætor in annis exhibuit, hoc nouæ gratiæ prædicatores suo numero designarent.

Vnderius.

Viri fratres, oportet impleri scripturam quam prædixit spiritus sanctus, &c.] In undenario numero Petrus Apostolus remanere metuit. Omne enim peccatum undenarium est, quia dum peruerse agit, præcepta Decalogi transit. Vnde quia nulla nostra iustitia per se innocens est, tabernaculum quod Arcam dominicam continebat intus, undecim uelut cilicinis desuper obuelabatur. Numerumque Apostolorum duodenarium redintegrat, ut per duas septenarij partes (ter enim quaterni decus dipondius) gratiam quam uerbo prædicabant, & cum numero seruari, & qui mundo quadriformi fidem sanctæ trinitatis prædicaturi erant, Domino dicente: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij, & spiritus sancti: iam operis perfectionem numeri quoque sacramento firmarent. Iuxta altiore autem intellectu, damnatum ecclesiæ quod in fallis fratribus patitur, ha-

Possedit.

stenusex parte maxima perdurat in correctum. At cum in fine mundi populus Iudæorum qui Dominum crucifixum reconciliandus ecclesiæ creditur, uelut quinquagesimo die propinquante, Apostolorum est summa restituta. Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis.] Qui dominum uitæ uendit, terra uiuentium amissa, agrum sanguinis & mortis æternæ, sceleris & nominis sui memoriam possidet. Alioquin non ipse Iudas emptum pretio sanguinis agrum si guli possidere meruit, qui relatis triginta argenteis, traditionis crimen criminiosiore in se protinus morte multauit. Sed more sacri eloquij, possedit dictum est, possidere fecit. Sicut beatus Iob ait: Et abominabuntur me uestimenta mea, id est abominabilem me membra corruptibilis reddent. Et suspensus crepuit medius.]

Dignū Iudæe supplicium.

Dignam sibi poenam traditor amens inuenit, ut uidelicet guttur quo uox proditiōis exie-

rat, laquei nodus necaret. Dignū etiam locum interitus quaesuit, ut qui hominum angelorumque Dominum morti tradiderat, caelo terræque perosus, quali aeris tantummodo spiritibus sociandus, iuxta exemplum Achitophel & Absalon qui regem Dauid persecuti sunt, aeris medio periret. Cui utique satis digno exitu mors ipsa successit, ut uiscera quæ dolum proditiōnis conceperat, rupta caderent, & uacuas uoluerentur in auras. Cuius simillima poenæ mors Arrium hæresarcham dānasse refertur, ut quia ille humanitatem Christi, iste diuinitatem expringuere moliebatur, ambo sicut sensu inanes uixerant, sic quoque uentre uacui perirent.

Arrij mors.

Fiat habitatio eius deserta, & non sit qui inhabitet in ea, & Episcopatum eius accipiat alter.] Plani quidem sunt isti uersiculi, & palam beato Petro interpretante expositi: quia & Iudas meritam præuaricationis suæ poenam excepit, abiensque in locum suum, gehennam uidelicet infernalē, communem humanæ cōuersationis habitationem immatura & impia morte deseruit, & nihilominus accipiente sancto Matthia locum ministerij illius, & Apostolatus, sacratissima perfectio nis Apostolicæ summa restaurata est. Sed notandum quod nequaquam iuxta uulgatam editionem de uno centesimo octauo Psalmo totum testimonium est sumptum, uerum extrema pars tantum, prior uero de sexagesimo octauo, in quo dictum est de Iudæis: Fiat habitatio eorū deserta, & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. Dum enim uellet beatus Petrus & Iudæ abiectionē & electionē Matthiæ testimonij astruere, prophetis, iunxit testimonium quod episcopatu Matthiæ specialiter, & illud quod de Iudæorū, in quorū numero etiā Iudas, erat, abiectione generaliter positū erat. Quod nescio à quo primum imperito emendatore, centesimo octauo Psalmo additū est. Qui cum

uideret hos uersiculos pariter à beato Petro positos, suum Psalterium pariter non habuisse, putare cepit falsatum se habere codicē, & quod non habuerat, superadjicere præsumpsit. Eodem modo tertiodecimo Psalmo de Epistola Pauli ad Romanos, octo uersus quos ipse de uniuersis Psalmis, & Esaia propheta contexerat, adiecti sunt. Quorū primus est: Sepulcrum patens est guttur eorum. Ultimū: Non est timor Dei ante oculos eorum. Hæc enim quæ dixi, non solum Hebraica ueritas, & emendatior septuaginta interpretum editio, uerum aperta quoque ratio comprobatur, quod in eodem centesimo octauo Psalmo, exceptis his uersiculis, triginta sint maledictiones in Iudā Scariothem illata, iuxta numerum argenteorū quibus Dominum uedere non timuit. Quarum prima hæc est: Cōstitue super eum peccatorem. Extrema uero hæc, Et operiantur sicut diploide confusione sua, Ioseph qui uocatur Barfabas, qui cognomi-

Psalmorū diuersorū una citatio.

Maledictiones in Iudam triginta.

natus

natus est iustus, & Matthiam.] Barfabas filius quietis, Matthias Dei paruus interpretatur. De quo Arator,

O quantum distant humana supernis Iudicij: Parui meritō transcenditur ille Laude hominum qui iustus erat.

Sortes.

Et dederunt sortes eis, & cætera.] Non hoc exemplo, uel quod Ionas propheta forte deprehensus sit, indifferenter sortibus est credendum, cum priuilegia singulorū, ut Hieronymus ait, communem legem facere omnino non possint. Nam ibi & gentiles uiri, tempestate coacti, auctorem periculi sorte quærebant, & hic Matthias sorte eligitur, ne Apostoli electio à mada to discrepare legis ueteris uideretur, ubi summus sacerdos sorte quæri iuebatur, sicut de Zacharia dicitur: Secundum consuetudinem sacerdotij sorte exiit ut incensum poneret. Qui idcirco, ut reor, tunc sorte legebatur, ut typo figuraretur, uerum semper quærendum fuisse sacerdotem, donec ueniret cui repositum erat, qui non in hostiarum cruore, sed per proprium sanguinem introiit semel in sancta æterna redemptione inuenta. Cuius hostia tempore paschæ immolata, sed die Pentecostes spiritu sancto in igne apparente, uera consumpta est. Ueteris enim erat consuetudinis, acceptas Deo uitimas cælesti igne consumi. Donec ergo ueritas completeretur, figuram licuit exerceri. Inde est quod Matthias qui ante Pentecosten ordinatur, sorte quæritur: Septem uero Diaconi postea, nequaquam sortis agitatione, sed discipulorum tantum electione, Apostolorum uero oratione & manus impositione sunt ordinati. Quod si qui necessitate aliqua compulsi deum putant sordibus exemplo Apostolorū esse consulendum, uideant hoc ipsos Apostolos non nisi collecto fratrum coetu & precibus ad Deum fuisse egisse.

CAPVT II.



Item complerentur dies Pētecostes, erant omnes pariter in eodem loco.] Hoc est in coenaculo, quod superius ascendisse narratur. Quicumque enim spiritu sancto adimpleri desiderant, carnis domicilium necesse est mentis cōtemplatione transcendant. Sicut autem quadraginta dies, quibus Dominus post resurrectionem suam cum discipulis conuersatus est, conresurgentem Christo peregrinationis huius designant Ecclesiam, ita dies quinquagesimus quo spiritus sanctus accipitur, perfectionem quietis beatæ qua labor Ecclesiæ temporalis denario remunerabitur æterno, congruenter exprimit. Nam & ipse numerus quadragenarius æqualibus suis partibus computatus addit amplius ipsum denarium, & facit quinquaginta. Quadragenarij quippe numeri dimidiū est uiginti, quarta pars decē, quinta octo, octaua quinque, decima quatuor, uigesima duo,

Quinquagesimus dies.

Quadragenarij partes.

quadragesima unū, Viginti autem, & decem, & octo, quinq; & quatuor, & duo, & unū, quinquaginta faciunt. Cuius cōputi facillime patet figura, quoniam præsens cōflictus gaudium nobis iubilei, quasi latenter generat sempiternum, Apostolo dicitur. Quod enim in præfenti momentaneum est & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æterni gloria pondus operatur nobis. Vera est autem nostra beatitudo corporis & animæ, non immortalitate gloriantes summa & beatæ trinitatis æterna uisione satari. Nam corporis quatuor notissimis qualitatibus consistimus. In interiori autem homine, ex toto corde, tota anima, tota mēte, Deum diligere iubemur. Et hoc est perfectum uitæ denarium, diuinæ nos gloriae præfenti uisione lætari. Verum notandum iuxta historiam quod apud antiquos, dies Pentecostes, id est quinquagesimæ, quo lex data erat, ab occisione agni cōputabatur. Hic autem non à domini passione, sed sicut beatus Augustinus exponit, ab eius resurrectione dies quinquagesimus, quo spiritus sanctus missus est, computatur, qui redeunte signi ueteris exemplo, ipse sibi manifestissime diem dominicum suo consecrauit aduentu. Quo etiam temporis articulo, uerum Pascha die dominico monstrauit esse celebrandum. Nam sicut hic, sic & illic in ignis uisione Deus apparuit, dicente Exodo: Totus autem mons Sinai firmabat, eo quod descendisset dominus super eum in igne.

Pentecostes.

Et factus est repente de caelo sonus tanquam aduentus spiritus uehementis, &c.] Per ignem quidem dominus, ut beatus Papa Gregorius exponit, apparuit, sed per semetipsum locutionem interitus fecit. Et neque ignis Deus, neque ille sonitus fuit, sed per hoc quod exterius exhibuit, expressit hoc quod interius gessit. Qui enim discipulos & zelo succensos, & uerbo eruditos in tus reddidit, foris linguas igneas ostendit. In significatione igitur admota sunt elementa, ut ignem & sonitum sentirent corpora, igni uero inuisibili & uoce sine sonitu docerentur corda.

Deus non ignis, sed per ignem significatus.

Linguae ignitæ.

Et apparuerunt illis dispersæ lingue tanquam ignis.] Spiritus enim sanctus in igne & linguis apparuit, quia omnes quos impleuerit ardentes pariter & loquentes facit. Ardentes utique ex se, & loquentes de se. Simul & indicans, quia sancta Ecclesia per mundi terminos dilatata, omnium gentium erat uoce locutura. Sed et super singulos eorum.] Quod sedisse dicitur, regit est potestatis indicium. Vel certe quia requies eius indicatur in sanctis. Et ceperunt loqui uarijs linguis.] Vnitatem linguarum quam superbia Babylonis dispererat, humilitas ecclesiæ recolligit. Spiritu autem uarietas linguarum, dona uariarum significat gratiarum. Verum non incongrue spiritus sanctus intelligitur ideo primum linguarum donum dedisse hominibus, quibus humana sapientia forissecus & discitur, & do-

Sesio spiritus sancti.

Linguarum uarietas.

ceur, ut ostenderet quam facile possit sapientes facere per sapientiam Dei quae eis interna est. Erant autem in Hierusalem habitantes Iudaei, uiri religiosi, ex omni natione quae sub caelo est. Conueniens puto perquirere quinam isti sunt, & ex qua captiuitate Iudaei. Quoniam quidem illa quae in Aegypto fuerat uel in Babylonia, absoluta iam fuerat. Romanis autem nodum uenerant Iudaei in captiuitatem, licet iam & ipsa immineret uelutrix commissi de saluatore piaculi, Super est ergo ut illa intelligatur captiuitas, quae sub Antiocho facta est, quae utique non multis ante temporibus acciderat. Quoniam audiebat unusquisque lingua sua illos loquentes. Queritur in hoc loco, quomodo unusquisque audiebat lingua sua loquentes eos magnalia Dei: utrum ij qui loquebantur, diuersis sermonibus uniuscuiusque linguae hoc quod dicebatur proferebant, id est ut unusquisque eorum nunc hac, nunc alia lingua loquens, sic per omnes curreret, an in eo potius erat mirabile, quod sermo eorum qui loquebantur qualibet lingua fuisset pronuntiatus unicuique audienti, secundum suam linguam intelligebatur, ut (uerbi gratia) uno quocumque Apostolo in ecclesia docente (necesse enim erat tacentibus reliquis unum loqui, & sermonem unum ad auditum omnium peruenire) ipse sermo hanc in se uim haberet, ut cum diuersarum gentium auditores essent, unusquisque secundum linguam suam illius ipsius sermonis qui ab Apostolo fuerat pronuntiatus susciperet auditum, & caperet intellectum. Nisi forte secundum hoc magis uidebatur auditum esse miraculum quam loquentium. Et qui habitabant Mesopotamiam, & Iudaeam, & Cappadociam. Iudaeam hoc loco non totam gentem, sed partem illius, hoc est tribum Iuda & Benjamin significat, ad distinctionem uidelicet Samaritae, Galilaeae, Decapoleos, & aliarum in eadem provincia regionum. Quae licet omnes una lingua loquerentur Hebraea, domesticam tamen linguam dicendi speciem habuere distinctam. Unde & Petrus in domini passione quod Galilaeus sit, loque la sua proditur. Iudaei quoque & profelyti. Profelytos, id est aduenas nuncupabant eos, qui de gentibus originem ducentes, circumcisionem & iudaismum eligere malebant, sicut Achior in libro Iudith fecisse narratur. Non solum ergo, in quiunt, qui natura sunt Iudaei ex diuerso orbe conuenerant, uerum & ij qui de praepurpura nati, eorum adhuc seruituti. Alij autem irridentes dicebant, quia musto pleni sunt isti. Irridentes licet, mystice tamen uera testatur. Qui non uino ueteri, quod in nuptijs ecclesiae defecit, sed multo sunt gratiae spiritalis impleti. Iam enim uinum nouum in utres nouos uenerat, cum Apostoli non in uetustate literae, sed in nouitate spiritus Dei magnalia referant. Non enim, sicut uos estumatis, hi ebrj sunt, cum sit hora diei tertia. Spiritus sanctus gloriam indiuiduae Trinitatis

Captiuitas Iudaeorum.

Linguis uarijs quomodo locuti Apostoli.

Iudaei.

Profelyti.

Musto pleni.

modo praedicaturus, tertia hora conuenienter descendit. Et quia supra dicitur, Erat in oratione perseverantes: recte spiritu sanctum orationis hora percipiunt, ut ostendatur legentibus, quia spiritus sancti gratia non facile percipitur, nisi mens a carnalibus supernorum intentione eleuetur. Tria enim tempora quibus Daniel in die flectere genua sua, & adorare legitur, tertia, sexta, & nona hora, ab Ecclesia intelligitur. Quia & dominus tertia hora spiritum sanctum mittens, sexta ipse crucem ascendens, nona animam ponens, eadem horas nobis ceteris excellentius intimare & sanctificare dignatus est. Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Verbum effusionis ostendit muneris largitatem, quia non ut olim, prophetis uirtutem & sacerdotibus tantum, sed omnibus passim in utroque sexu conditionibus & personis, sancti spiritus esset gratia condonanda. Quae sit enim omnis caro, propheta consequenter exposuit. Et propheta bunt (inquens) filij uestri & filiae uestrae, &c. Et dabo prodigia in caelo sursum, & signa in terra deorsum. Prodigia in caelo, cum domino nascete noui sidus apparuit. Illo crucem ascendente, sol obscuratus est, & ipsum caelum tenebris obductum est. Signa in terra, quia domino spiritum emittente terra contremuit, monumenta aperuit, saxa fregit, & multa quae dormierant sanctorum corpora rediuisa protulit. Sanguinem & ignem & uaporem fumi. Sanguinem dominici lateris, ignem spiritus sancti, uaporem compunctionis & fletum. Quia sicut ab igne fumus, ita ab ardore spiritus sanctus pronascitur. Nam & sanguinem de mortua carne uiuacitudo profluere, quod contra naturam nostrorum est corporum, signi loco factum credere restat. Cuius delicta niti nostrae salutis ac uitae, quae de illius utique morte pronascitur: Potest etiam in igne fidei illum illuminatio, in uapore fumi, Iudaeorum quoniam credere cecitas intelligi. Unde & legem daturus dominus in igne fumoque descendit, quia & humiles per claritatem suae ostensionis illuminat, & superbiorum oculos per caliginem erroris obscurat. Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem. Hoc in domini passione partim factum, partim ante diem magnum, id est iudicij futurum creditur. Tunc enim sol obtenebratus est, sed luna in sanguinem uersa palam hominibus apparere non potuit, quae tunc (utpote in pascha) quintadecima existens, interdum fuerat mortalium uisibus obiectu telluris occulta. Et erit: Omnis quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Hoc est quod Petrus alibi ait, Quia non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente qui timet eum & operatur iustitiam, acceptus est illi. Iesum Nazarenum uirum approbatum a deo, & cetera usque, Affligentes interemitis. Quasi doctus magister prius incredulos quos miseratur admonet, ut iusto timore compunctis consilium salutis postmodum opportunius impendant.

Orandi hoc re.

Effundam.

Omnis caro.

Prodigia.

Sanguis. Ignis. Vapor.

Christi praecordia.

pendant. Et quia legem scientibus loquitur, ipsum Christum esse qui a prophetis esset promissus, ostendit. Nec tamen hunc prius auctoritate sua dei filium nominat, sed uirum probatum, uirum iustum, uirum a mortuis suscitatum, non usitata cum ceteris atque communi resurrectione, id est in finem seculi dilata, sed tertia die celebrata, ut singularis gloriose resurrectionis assertio, testimonium aeternae diuinitatis adquireret. Cum enim ceterorum corpora corruptionem probaret subisse post mortem, hunc utique de quo dicitur, Non dabis sanctum tuum uidere corruptionem, comprobatur humana fragilitatis expertem, probat etiam humanae conditionis merita supergressum, & ideo magis deo quam hominibus conferendum. Quali uero apud gentes Apostoli praedicationis utatur exordio, in Cornelij Ceterionis historia, & in sermone Apostoli Pauli Athenis habito doceberis. Prouidebam dominum coram me semper, quoniam a dextris est mihi, ne commonear. Veniens, inquit, in ea quae transeat, non abstuli oculum ab eo qui semper manet, hoc prouidens, ut in eum post temporalia peracta recurrerem, quoniam fauet mihi ut stabiliter in eo permaneam, & hoc quod peccatum non feci, nec inuentus est dolus in ore meo, non humanitati, sed diuinitati ascribam, propter hoc & in cogitationibus meis iucunditas, & in uerbis meis exultatio, propter resurrectionem scilicet, quia per eam liberatus est mundus. Insuper & caro mea non deficiet in interitum, sed in spe resurrectionis obdormiet. Quoniam neque animam meam in feris possidendam dabis, neque sanctificatum corpus per quod & alij sanctificandi sunt, corrumpi patieris. Quia notis mihi fecisti uias uitae, quibus itur ad aeternitatem. In quibus post tristitia passionis adimplebis me laetitia cum uultu tuo. Et ascendenti in caelos dabis delectationes dexterarum usque in finem. Quia neque derelictus est in inferno. Sic descendit quidem Christus secundum animam ad inferos, ut quibus oportuit subueniret, sed non est derelictus in inferno, quia cito reditu corpus resurrectionum petiuit. Dexteram ergo dei exaltatus, quia dixerat Psalmus, Quoniam a dextris est mihi, ne commonear. Et promissione spiritus sancti accepta a patre, effudit hunc quem uos uidetis & audistis. Videtis in linguis igneis, audistis in nostro sermone. Quod uero ait, quod acceperit a patre promissionem spiritus sancti & effuderit, utranque eiusdem Christi naturam manifestat, quia & accepit ut homo, & effudit ut deus. Non enim Dauid ascendit in caelos. Dicit autem ipse: Sicut enim, inquit, haec quae notissima sunt beatus Dauid non de sua, sed de domini sui ascensione praedixit, qui emittendus ex Sion, id est de regia eiusdem Dauid stirpe uenturus & dominaturus esset in medio inimicorum suorum, sic & illa quae praemisit, non ad Dauid, sed ad Christi mortem & resurrectionem pertinere cognoscite. Dixit Dominus domino meo, sede a dextris meis.

Primum nomen Domini apud Hebraeos Tetragrammaton est, quod proprie in deo ponitur. Secundum, quod commune mortalibus, quod & Reges & ceteri homines appellatur. Quod si nobis opponere uoluerit haereticus Arrianae hac diuersitate minoris filium, patrem esse maiorem: respondebimus ei, illi nomen in feris conuenire, cui sedere imperatur. Sicut & beatus Petrus consequenter exposuit: Quia & dominum eum & Christum Deus fecit, hunc Iesum quem tuos crucifixistis. Non enim diuinitas crucifixata, sed caro est. Et hoc utique fieri potest, quod potuit crucifigi. Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. Hoc est quod ipse Petrus alias de domino ait: Quem oportuit caelum quidem suscipere usque in tempora restitutionis omnium. Tunc enim cum uenerint omnia tempora refrigerij a conspectu Domini, missurus est eum qui praedicatus est a regalibus sedibus nobis Iesum Christum ad iudicandos uiuos & mortuos. His autem auditis, compuncti sunt corde, &c. Vide prophetiam Iosel impletam, carnem positum ignem spiritus sancti, uaporem sequi compunctionis. Fumus enim excutere lacrymas solet. Incipiunt flere qui riserant, tundunt peccatus, dant deo precem suam tanquam sacrificium, ut sanguinem illum ualeant gustare saluandi, quem super se aliosque suos imprecati fuerant ante damnam. Sequitur, Penitentiam, inquit, agite, & baptizetur unusquisque uestrum. Dicitur baptismum praemissum sit poenitentiae lamenta, ut Ecclesiae more prius se a qua sit afflictionis infunderent, & postmodum sacramento baptismatis lauantur. Et appositae sunt in illa die anime circiter tria milia. Vbi primum Ecclesiae celebratum est baptismum, dispensatorie pietas diuina ad confessionem sanctae trinitatis parem numerum collegit animarum. Et Moses quidem quinquagesimo die paschae quo lex data est, solennitatem primitiarum praecipit initiari: nunc autem superueniente spiritu sancto, non manipuli spicarum, sed animarum sunt domino primitiae consecratae. Et habebant omnia communia, &c. Si charitas Dei diffunditur in cordibus nostris, mox profecto generat & proximi dilectionem. Unde propter geminum charitatis ardorem, bis spiritus sanctus legitur Apostolis datus. Magnitudo est fraterni amoris indicium, omnia communia possidere, nihil proprium habentes.

Nomen de mini duplex.

Compunctio.

Poenitentia.

Tria milia.



CAPUT III.

Et Iesus autem & Ioannes ascendebat in templum &c. Apostoli nona hora templum ingressuri, primum claudum diu debilem sanant, deinde ad uesperam usque laborantes, multa hominum milia uerbo fidei imbunt. Quia doctores ecclesiae in finem mundi uenientes, & languenti prius Israel, & postmodum etiam gentilitati praedicant. Hi sunt enim operarij quos nona & undecima hora, in uinea paterfamilias in

Claudi praecordia sanatio.

ducit. Et quidam uir qui erat claudus ex utero matris sue
 baulabatur. Quia populus Israel non solum do-
 mino incarnato, sed a primis etiam legis tēpori-
 bus datæ rebellis extitit, quasi ex utero matris
 claudus fuit. Quod bene Iacob cum angelo lu-
 stante, benedicto quidem sed claudicante, fi-
 guratur, quia populus idem domino in passio-
 ne præualens, in quibusdam per fidem benedi-
 ctus, in quibusdam uero per infidelitatem clau-
 dus. *Quem ponebant quotidie ad portam templi quæ di-
 citur speciosa.* Porta templi speciosa dominus
 est, per quem si quis introierit saluabitur. Ad
 hanc portam debilis Israel ire non ualens, legis
 prophetarumque uocibus affertur, ut ab ingre-
 dientibus in interiora, sapientiam fidei audien-
 do deposcat auxilium. Qui uaticinio futuro-
 rum quasi ad portam ponunt auditores, sed Pe-
 tri est in templum perducere, cui pro confes-
 sione forti & cognomen petreæ, & clauis cæli
 sunt datæ. *Argentum & aurum non est mihi, &c.*
 Habuit quidem uetus tabernaculum iustifica-
 tionis culturæ, & sancti seculare auro argen-
 toque distinctum, sed metallis legis sanguis euā-
 gelij preciosior emicat, quia populus ille qui an-
 te auratos postes mente debili iacuerat, in no-
 mine crucifixi sanatus, tēplum regni cælestis
 ingreditur. Alioquin beatus Petrus domini me-
 mor præcepti quo dicitur, Nolite possidere au-
 rum & argentum, pecuniam quæ ad pedes Apo-
 stolorum ponebatur non sibi recondere, sed ad
 usum pauperum qui sua patrimonialia relique-
 rant seruare solebat. *Et apprehensa manu eius dexte-
 ra alleuauit eum.* Quem uero erigit, hunc etiam
 dextera confortat. Quia sermo docentis in cor-
 de auditoris minus ualet, si non etiam pro-
 pria actionis commendatur exemplis. *Et exi-
 liens stetit, & ambulabat. Et intrauit cum illis in templum.*
 Ordo perfectionis egregius, primum illū sur-
 gere qui iacuerat, deinde arripere uirtutē, & sic
 regni ianuam cum Apostolis intrare. *Et impleti
 sunt omnes stupore & extasi.* Extasim pauorem di-
 cit. Nam & alio modo dicitur extasis amens,
 non pauore alienatus, sed aliqua inspiratione
 reuelationis assumptus. *Cucurrit omnis populus
 ad eos, ad porticum quæ appellatur Salomonis.* Sal-
 uato per Apostolos Israele, concurrat omnis
 mundus ad limina ueri & pacifici Salomonis,
 de quo dicitur, Multiplicabitur eius imperium
 & pacis non erit finis. Iste est autē lapis de mon-
 te abscisus, qui terreno regno fidei inimico ru-
 ente, pacificum per orbem solus tenet imperium.
*Erit autem, omnis anima quæ non audierit Prophe-
 tam illum exterminabitur.* Breuiter ac lucide pro-
 phetarum legisque testimonio docet, dominum
 a cunctis audiendum gentibus, incredulos qui
 dem damnaturum, fideles uero æterna benedi-
 ctione donaturum. *Et omnes prophete a Samuele
 & deinceps.* Quamuis patriarchæ & sancti prio-
 rum temporum de Christo dictis factisque pro-
 phetarint, tempus tamē proprie prophetarum

Porta spe-
ciosa.

Ordo pro-
ficiendi.

eorum dico de Christo Ecclesiæque mysterio
 manifestæque scripserunt, a Samuele, sub quo &
 Regum in Iudæa tempora corperunt, exordi-
 um sumpsit, & usque ad Babylonicæ captiuita-
 tis solutionem permansit. *Et in semine tuo bene-
 dicentur omnes familie terræ.* Semen quidem A-
 brahæ Christus est, in cuius fide nominis om-
 nibus terræ familijs, Iudæis uidelicet, & genti-
 bus est benedictio promissa. Demulcet autem
 10 Apostolus animos Iudæorum: quo ad creden-
 dum faciat promptiores, dicendo quod totius
 mundi sanator eos primum uisitaturus, & bene-
 dicturus elegerit. *Vobis (inquens) primum Deus
 suscitans filium suum.* Vbi pariter intuentum,
 quod ad eundem Dei filium quem semen A-
 brahæ nuncupat, ob duas utique eiusdem Chri-
 sti naturas, ne uel hominem tantum Christum,
 uel alterum hominis & alterum Dei crederent
 filium. Quo hæresis Iaqueo manes insanus &
 Nestorius sunt decepti.

CAPVT IIIII.



Loquentibus autem illis ad populum, super
 uenerunt sacerdotes, & magistratus tem-
 pli & Sadducei, & cetera. Et facer-
 dotes & magistratus, siue prætor
 templi, ut alia dicit editio, qui do-
 ctiores & iudices uidebantur populi, dolebant
 quod ad Apostolos audiendos multitudo con-
 fluxerat. Sadducei autē, quod resurrectionem
 prædicarent. Vtrique uero, quod Iesum quem
 a se occisum nouerant hominem, illi hunc affir-
 marent a Deo patre glorificatum. *Et factus est
 numerus uirorum quinque milia.* Si in quinque mi-
 libus hominum quos in eremo Dominus pa-
 uuit, populus sub lege constitutus, sed Christi
 munere recreatus accipitur, possunt & hæc
 quinque milia, Apostolorum instructa doctri-
 nis, populum designare gentium, eiusdem le-
 gis spiritualiter mysteria secutum. Et bene utri-
 que uespere cælesti munere donatur, quia cum
 ueniret plenitudo temporis, misit Deus filium
 suum. *Hic est lapis qui reprobatus est a uobis a discan-
 tibus, qui factus est in caput anguli.* Aedificantes ea-
 rant Iudæi, qui cunctis gentibus in desolatione
 idolorum morantibus, ipsi soli legem & Pro-
 phetas ad edificationem quotidie legebant. Hi
 dum aedificabant, peruenerunt ad lapidem an-
 gularē qui duos parietes amplecteretur, id
 est inuenerunt in scripturis prophetis Chri-
 stum in carne uenturum, qui duos cōderet po-
 pulos in semetipso. Et quia ipsi in uno pariete
 stare, hoc est soli salui fieri malebant, reproba-
 uerunt lapidem qui non erat aptatus ad unum
 sed ad duos. Verum deus illis licet nolentibus,
 hunc ipse posuit in caput anguli, ut ex duobus
 testamentis & ex duobus populis, aedificatio
 surgeret unius eiusdem que fidei. *Et non est
 in alio aliquo salus.* Si in nullo alio, sed in Chri-
 sto tantum mundi salus est, ergo & patres testa-
 menti

Dolendi
ratio.

Quinq; mi-
lia.

Lapis re-
probatus.

Salus in so-
lo Chri-
sto.

mēti ueteris eiusdem redemptoris incarnatio-
 ne & passione saluati sunt, in qua nos saluari
 credimus & speramus. Et si sacramēta pro tem-
 porum ratione discrepent, fides tamen una ea-
 demque concordat. Quia quam nos per Apo-
 stolos factam, eandem illi dispensationem Christi
 per prophetas didicerunt esse uenturam. Ne-
 que enim est redemptio captiuitatis humane,
 nisi in sanguine eius qui dedit semetipsum re-
 demptionem pro omnibus. *Comperto quod ho-
 mines essent sine literis & idiotæ, admirabantur.* Illite-
 10 ratum mittitur ad prædicandum, ne fides creden-
 tium non uirtute dei, sed eloquentia atque do-
 ctrina fieri putaretur, ut Apostolus ait: Non in
 sapientia uerbi, ut non euacuetur crux Christi.
 Idiotæ enim dicebantur, qui propria tantū lin-
 gua, naturalique scientia contenti, literarum stu-
 dia nesciebant. Siquidem Græci, propriū, ἰδιό-
 uocant. Annorum enim erat homo amplius quadra-
 20 ginta, in quo factum erat signum istud sanitatis. Iuxta histo-
 riam perfecta ætas hominis inexuperabilibus calumnianti-
 bus ostenditur. Allegorice autem, populus Is-
 rael non quadraginta tantum annis in eremo sor-
 des Ægyptias manna contempto requirit, ue-
 rum & in terra repromissionis inter Domini
 semper idolorumque ritus claudicabat. Vel si nu-
 merus quadragenarius geminam legis pleni-
 tudinē significat (quater enim decem, quadra-
 ginta faciunt) utriusque transgressorum uelut qua-
 30 dragenariam perfectionē debilis iacendo tran-
 scendit. *Domine, tu qui fecisti cælum & terram, &c.*
 Auditis persecutorum minis fiduciam sibi re-
 sistendi per uirtutum signa deponunt. Ad-
 uersus sanctum puerum Iesum quem unxisti. Chri-
 sti nomē de quo dictum est, Et aduersus Chri-
 stum eius, ad uerbum exponit. Christus enim
 a christmate, id est ab unctōne nomen accepit.
 Iuxta quod dicitur, Unxit te Deus Deus tuus
 oleo ketiæ, id est spiritu sancto. *Et cum oras-
 sent, motus est locus in quo erant congregati.* Qui uir-
 40 tutem robusti pectoris contra fraudem quære-
 bant hostium, in dicitum iam auditæ precis ter-
 ræ motu percipiunt, quatenus agnoscerent ter-
 ræ sibi corda esse celsura, sub quorum pedi-
 bus sancto adueniente spiritu, terra ipsa sit pa-
 uore concussa. Quamuis latus timor eorum qui
 credendo Apostolis fuerant subiacendi, possit
 intelligi, qui infima grauedine discussa con-
 surgere cum Christo, & cælestia sapere didice-
 runt. *Multitudinis autem credentium erat cor unum
 & anima una.* Qui seculum perfecte relique-
 runt, nequaquam de generis nobilitate gloria-
 tes se inuicem præferēbant, sed uelut unius eius-
 demque matris Ecclesię uisceribus editi, eodem
 cuncti fraternitatis amore gaudebant. *Et uir-
 tute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis
 Iesu Christi domini nostri.* Doctorum uigilanter
 auditorumque discernit ordinē. Nam multitudo
 credentium rebus suis sprete, charitatis inuicem
 copula iuncta est. Apostoli uero uirtutibus re-

Illiterati
prædicant.

Idiotæ.

Quadra-
genarius
Janatus.

Christus.

Cor unū.

fulgentes, Christi cunctis mysteria pandebāt.
 Ioseph autem qui cognominatus est Barnabas ab aposto-
 lis. Hunc puto esse Barnabam, qui infra cum
 Paulo gentium legitur Apostolus ordinatus.
 Unde quia Cyprius genere erat, postea disce-
 10 dens a Paulo, patriam repetit insulā. Licet qui-
 dem arbitrentur Pauli collegam eum potius
 fuisse, qui supra cum Matthia ab apostolatus
 esse sortem statutus, minus intuentes quod iux-
 ta emendatiora exemplaria hic Barnabas, ille
 20 mutata litera Barfabas appelletur, & in libro
 Hebræorum nominum, hic filius consolatio-
 nis, ille autem filius quietis interpretetur. *Quod
 est interpretatum filius consolationis.* Vbi cuncti scri-
 ptura sacra, nomina rerum uel personarū cum
 interpretatione ponit, sensum utique sacrato-
 rem ipsam inesse significat. Merito ergo filius
 consolationis uocatur, qui præsentia contem-
 nens, spe futurorum consolatur. Nam spiritus
 sanctus ideo Paraclitus cognominatur, quia in
 mundo pressuram habentibus, per internam sui
 muneris infusionem, paraclitum, id est, consola-
 tionem cælestium præstat gaudiorum. Sic bea-
 tus Petrus propter eiusdem spiritus gratiā Bar-
 lona, id est, filius columbæ uocatur. Sequitur,
 Et attulit precium, & posuit ante pedes Apostolorum.
 De hoc Arator,
 Destitui debere probant, quod tangere uitant,
 Calcædūque docent quod subdūt greisibus aurū:
 De quo terrenæ ueniunt ad pectora curæ,
 Consimili factatur humo.
 CAPVT V.
 Nania cur tentauit Satanas cor tuum? In
 alia trāslatione iuxta græcum
 10 exemplar ita legitur: Anania, qua-
 re impleuit Satanas cor tuum? Vbi
 notandum, quod animam & men-
 tem hominis nulla creatura iuxta substantiam
 possit implere, sed creatrix sola Trinitas. Quia
 tantummodo secundum operationem & uo-
 luntatis instinctum, animus de his quæ crea-
 20 sunt impletur. Implet enim satanas mentem
 alicuius, & principale cordis, non quidem in-
 grediens in eum & in sensum eius, atque (ut ita
 dicam) aditum cordis introiens, siquidem hæc
 potestas solius diuinitatis est, sed quasi callidus
 30 deceptor, in eos animam humanā malitiæ affe-
 ctustrahens per cogitationes & incentiua ui-
 tiorum, quibus ipse plenus est. Impleuit ergo
 Satanas cor Ananiæ, non ipse intrando, sed suæ
 malitiæ uirum inserendo. *Non est mentitus homi-
 nibus sed Deo.* Supra dixerat eum mentitum spi-
 ritui sancto. Pater ergo spiritum sanctum esse
 40 Deum, & errorem Macedoniū damnatum esse
 usquam natus fuisse. *Audiens autem Anania hæc
 uerba, cecidit & expirauit.* Non quæstus causa
 tam seueram in præuaricatore sententiam de-
 50 dit, sed præuidens in spiritu zizania futura,
 quæ simplicitatem Ecclesiæ prauis moribus
 Petro.

Barnabas.

Barnabas
igitur hic
legetur.

Paraclitus.

Anima un-
de implea-
tur.

Spiritus
sanctus
deus.

Seueritatis
causa in
Petro.

adulterarent, (Ex his enim teterrimum Sarabai tarum genus perhibetur exortu, qui rebus suis nequaquam derelictis, Apostolicam se distributionem custodire simulant) nulla reos passus est poenitentia curari, uerum ad timorem postea incutendum noxium germen radicatus amputare curauit. Denique sequitur, *Et factus est timor magnus in uniuersam ecclesiam, & in omnes qui audiebant haec. Caeterorum autem nemo se audebat coniungere illis.* Poena duorum qui fraudulenter eis iungi tentauerant, caeteris exemplum tribuit. *Ueniente Petro, saltem umbra illius obumbraret quenquam illorum, & liberarentur.* Tunc Petrus umbra sui corporis uisibiliter alleuabat infirmos, qui etiam nunc inuisibili suae intercessionis umbraculo, fidelium infirma roborare non cessat. Et quia Petrus Ecclesiae typus est, pulchre ipse quidem rectus incedit, sed umbra comitante iacentes erigit, quia Ecclesia mente & amore celestibus intendens, quasi umbratice transcurrit in terra, & hic sacramentis temporalibus figurisq; caelestium renouat, quos illic perpetuis remunerat donis. Quidam huic loco ne scit hoc quod Dominus in Euangelio ait: *Qui credit in me, opera quae ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet.* Exurgens autem princeps sacerdotum, & omnes qui cum illo erant, quae est haeresis Sadduceorum. *Haeresis. Sadducaei.* Haeresis graece ab electione uocatur, quia quisq; sibi, spretis aliorum dictis, quod sequendum putauerit, eligebat. Sadducaei autem qui interpretantur iusti (uendicabant enim sibi quod non erant, sicut infra legimus) corporis omnino resurrectionem negantes, animam perire cum carne dicebant. Sed ne Angelum quidem spiritum ue uisum esse credebant, & quinque tantum libros Moysi recipientes, prophetarum praeconia respuebant. Atque ideo maxime hi principibus in persequendo Apostolos adstipulantur, zelo uidelicet ducti, quod illi uirtute magna & miraculorum signis redderent testimonium Resurrectionis Iesu Christi Domini nostri. *Angelus autem domini per noctem aperiens ianuam carceris, &c.* Ne dubitaret Thomas dominum esse carnem & ossa gestantem, quem ianuis clausis uiderat intrantem, ecce ipse cum socijs mortali adhuc carne uestitus, ianuis egreditur clausis. *Carcerem quidem inuenimus clausum cum omni diligentia, & custodes stantes ante ianuas: aperientes autem, neminem inuenimus.* Quid prophane Iudae caeca stimularis insania, surantibus dicens Apostolis dominum fuisse de monumento sublatum? Dic rogo, eosdem Apostolos de carcere tuo clauso, cuius furto credis ablato? *Ambigebant de illis quidnam fieret.* Ne sic quidem fidei se dare uolentes. Ingenita enim malitia, cor perfidum in signis etiam manifestis obdurat. *Et uultus inducere super nos sanguinem hominis istius.* Oblitus est princeps sacerdotum debiti, quod ipse sibi & suis imprecatus erat, dicens, Sanguis eius super nos & super filios nostros. *Surgens au-*

tem quidem in concilio phariseus nomine Gamaliel. Hic Gamaliel, ut Clemens indicat, Apostolorum erat in fide socius, sed eorum consilio permansens apud Iudaeos, ut eorum in tali turbine posset sedare furorem. *Ante hos enim dies exiit Theodas &c.* Theodas hic persuasit multis, ut Iosephus Iudaeos sublati ex urbe facultatibus suis, ripas Iordanis obsidere. Et cum esset magus, prophetam se dicebat esse, posseq; imperio fluuij dirempto gurgite praebere transitum. Cui Phadi procuratoris iussu equitum turba superueniens, multis quidem peremptis aut captis, ipsius caput Hierosolymam reuexit. *Post hunc exitum Iudas Galileus.* Hunc etiam scribit Iosephus Gamaliten, de ciuitate Gamala, qui Sadducho quodam Phariseo coeptis adsumpto, cogeret plebem, ne tributa Romanis soluendo perderet libertatem: proferens ex lege, domino soli seruiendum: & eos qui ad templum decimas deferrent, Caesari tributa reddere non debere. Quae haeresis in tantum creuerat, ut etiam Phariseos & multam partem populi conturbaret, ita ut dominum Christum interrogandum esse crederent, licet tributa dari Caesari, an non?

CAPVT VI. *Actum est murmur Graecorum aduersus Hebraeos.* Causa murmuris erat, quod Hebraei suas uiduas, utpote eruditiores, in ministerio praeferebant uiduis Graecorum. *Non est aequum nos derelinquere uerbu Dei, & ministrare mentis.* De hoc Arator, —Locus indicat iste, Quod meliora rudi populo sint fercula mentis, Quam suta per membra dapes. Considerate ergo fratres uiros ex uobis boni testimonij septem, &c. Hinc iam decreuerunt Apostoli, uel successores Apostolorum, per omnes Ecclesias septem diaconos, qui sublimiori gradu essent ceteris, & proximi circa aram quasi columnae altaris adstiterent, & non sine aliquo septenarij numeri mysterio. Stephanus autem plenus gratia & fortitudine faciebat prodigia & signa magna in populo. Surrexerunt autem quidam de synagoga, quae appellabatur Libertinorum &c. Stephanus Graece, Latine coronatus dicitur. Qui pulcherrima ratione, quod percepturus erat in re, quodam praesagio praecuparat in nomine, lapidatus humiliter, sed sublimiter coronatus. Hebraice autem, norma uestra interpretatur. Quorum uidelicet martyrum sequentium, quibus primo patiendo forma factus est moriendi pro Christo. Et non poterant resistere sapientiae & spiritui qui loquebatur. Hoc est quod dominus ipse suis martyribus ait: Ego enim dabo uobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij uestri. Dignum enim fuit, ut in protomartyre confirmaret, quod cunctis pro suo nomine traditis, est promittere dignatus, *Caput*

CAPVT VII. *Eus gloriae apparuit patri nostro Abraham cum esset in Mesopotamia, &c.* Notandum iuxta uerba Stephani, quia non sicut in Genesi uidetur, post mortem patris locutus est Deus Abraham, qui utique in Carra mortuus est, ubi cum illo & ipse filius habitauit: sed priusquam habitaret in eadem ciuitate, iam tunc cum esset in Mesopotamiae regione, cuius ipsa est ciuitas. *Exi de terra tua, & de cognatione tua, & ueni in terram quam monstrauero tibi. Tunc exiit de terra &c.* Terram & cognationem Abraham Chaldaeorum patriam genusq; appellat, unde iam pridem exierat qui nunc in Mesopotamia degebat, sed quia quasilibet ob causas egrediens spe redeundi & desiderio tenebatur, audit a domino, Exi de terra tua. Non ut corpus inde traiceret, quod iam fecerat, sed ut amorem mentis euelleret. Ideo quod sequitur, Tunc exiit de terra Chaldaeorum, non corporis, sed mentis egressum significat, quo se in perpetuum a Chaldaeorum conuersatione & gente secreuerit. Quia iuxta fidem Chronicorum, eodem anno a Chaldaea est egressus, Mesopotamiam ingressus, in Charris moratus, & in terram repromissionis inductus. Quia erit semen eius accola in terra aliena, & seruituti eos subiciet, & male tractabunt eos annis quadringentis. Non ita intelligendum est, quasi male tractandum uel seruituti subiciendum dixerit hoc semen annis quadringentis, sed per hyperbaton legendum, quia peregrinum erit semen eius annis quadringentis, in cuius parte temporis, etiam seruitus accidit. Quia enim scriptum est, In Isaac uocabitur tibi semen, & ab anno natiuitatis Isaac usque ad annum egressionis ex Aegypto computantur anni quadringenti quinque, quos more suo scriptura quadringentos appellat, quibus peregrinum futurum erat illud semen, siue in terra Chanaan, siue in Aegypto: potest & sic intelligi, quod a quinto anno Isaac, quo per filium ancillae coeperit affligi, labor quadringentorum computetur annorum. Accersit Ioseph Iacob patrem suum & omnem cognationem in animabus septuaginta quinque. Septuaginta interpretes sequitur in dicendo, ceterum in hebraica ueritate, animae tantum septuaginta reperiuntur. Sed & si ipsam animarum seriem in Genesi computare uolueris, addito ipso Iacob & Ioseph cum duobus filijs qui erant in Aegypto, septuaginta solummodo animas inuenies. Et defunctus est ipse & patres nostri, & translati sunt in Sychem. De Ioseph quidem solo scriptura refert, quod ossa de Aegypto translata, & in Sychem sunt tumulata, uerum & ex his beati Stephani uerbis, & sancti Hieronymi scriptis, qui eorundem locorum incola erat, animaduertendum & caeteros quoque patriarchas ibidem esse sepultos, quamuis memoria Ioseph merito celebrior habeatur, qui & haec ipse de ossibus suis fieri man-

dauit, & ad cuius tribum ciuitas ipsa pertinuit. Siquidem Hieronymus in historia beatae Paulae sic refert: Transiit (inquiens) Sychem, non ut pleriq; errantes legunt Sichar, quae nunc Neapolis appellatur, & ex latere montis Garizim extructam circa puteum Iacob, super quem Dominus sedit, intrauit Ecclesiam. Et paulopost, Atque inde (inquit) ditertens, uidit duodecim patriarcharum sepulchra. Item in libro de optimo genere interpretandi: Duodecim patriarchae non sunt sepulti in Arbes, sed in Sychem. Sed merito mouet quod sequitur, *Et positi sunt in sepulchro quod emit Abraham precio argenti a filij Emor filij Sychem.* Docet etenim Genesim, Abraham ab Ephron filio Scor Ethei in Cariaribe locum sepulcri quadringentis argenti sic emisse, in quo ipse Abraham, Isaac, & Iacob, & Adam protoplastus sepulti. Itemq; Iacob de Mesopotamia reuersum iuxta urbem Sychem partem agri quo tabernacula tenderet, ab Emor patre Sychem datis centum agnis accepisse. Non emit ergo Abraham sepulcrum ab Emor Sychemita, sed ab Ephron Etheo, in quo duodecim patriarchae non sunt sepulti, sed in Sychem, ut diximus. Verum beatus Stephanus uulgo loquens, uulgi magis in dicendo sequitur opinionem. Duas enim pariter narrationes coniungens, non tam ordinem circumstantis historiae, quam causam de qua agebatur, intendit. Qui enim insimulabatur aduersus locum sanctum & legem docuisse, pergat ostendere quomodo Iesus Christus ex lege monstraret esse promissus, & quod ipsi nec tunc Moysi, nec domino nunc seruire maluerint. Haec ut potui dixi, non praedicans sententiae meliori si adsit. Porro quod dicitur, A filijs Emor filij Sychem, in graeco exemplari scriptum est, A filijs Emor qui fuit in Sychem, quod Genesim historiae magis concordare uidetur, tamen si fieri potuerit, ut idem Emor & patrem filium Sychem nomine haberet. Cum appropinquaret autem tempus repromissionis quam confessus fuerat Deus Abraham. Illius utique qua dictum est: Et post haec exhibunt, & deseruiet mihi in loco isto. Quis te constituit principem & iudicem super nos? In tota illos concione sua redarguit, iam tunc legi Moysi que fuisse contrarios. Hic est Moses qui dixit filijs Israel: *Prophetam nobis suscitabit Deus de fratribus uestris, tanquam me.* Tanquam me, carne uisibilem, sed super me maiestate mirabilem, sed super me maiestate terribilem. Ne noua, inquit, & aduentitia Christi dicatur esse doctrina, ipse Moses qui noluerunt obedire patres uestri, praedicat & in hominis hunc formam futurum, & cunctis animabus uitae praeccepta daturum. Nunquid uicinas aut hostias obtulistis mihi annis quadringenta in deserto? Quamuis necessitate seruendi Domino libarint, mente auersi ueraciter idolis seruasse dicuntur, ex eo tempore, quo aurum in caput uituli, transformauerunt. Nam quod post

Haeresis. Sadducaei.

Ianuis clausis egredi.

Gamaliel.

Theodas

Iudas Galileus. Gamaliten.

Diaconi septem.

Stephanus

Septuaginta animae.

Patriarcharum sepulchra.

postea quædã domino eos legimus obtulisse, non uoluntate, sed uti ex hoc loco discimus, pœnarum fecerunt metu, & eorum interfectione qui propter idola cõtruerunt. Dominus autem non ea quæ offeruntur, sed uoluntatem respicit offerentium. Denique ubicunque occasio fuit, semper corde reuerſi sunt in Ægyptum.

Et suscepistis tabernaculum Moloch. Quamuis, inquit, uideremini ad tabernaculum domini uictimas hostiasq; deſeire, tota tamen intentione mentis fanum Moloch amplexati estis. Est autem Moloch, siue Melcon, ut saepe etiam legitur, idolum Ammonitarum, quod interpretatur Rex uester. Et sidus ueſtri Remphan. Dimiſistis (inquit) Deum uerum & uerum, & sidus Remphan, id est facturæ ueſtræ uobis pro deo suscepistis. Significat autem luciferum cuius cultui Sarracenorum gens ob honorem Veneris erat mancipata. Et quia Remphan (ut dixi) factura ueſtra, uel requies ueſtra interpretatur, Propheta consequenter adiunxit, atque ait. *Figuras quas fecistis adorare eas.* Subauditur, *et idolorum ueſtrorum,* suscepistis. Et transferam hos trans Babylonem. Propter hæc (inquit) sacrilegia, uos non in Babylonem tantummodo, sed ultra Babylonem quoque captiui ducemini. Nec purandus est primus martyr errasse, quia pro eo quod in propheta scriptum est, Trans Damascum, dixerat trãs Babylonem. Magis enim intelligentiã quã uerbum posuit, quia trans Damascum ducti sunt in Babylonem, sicut trans Babylonem. Tabernaculum testimonij fuit patribus nostris in deserto. Quia dicebant eum contra locum sanctum agere, hinc ostendit dominum non magni pœdere lapidum ornatum, sed splendorem animarum desiderare caeleſtium. Vbi subintelligi uult, sicut tabernaculum in templi factura desertum, sic & ipsum templum intelligant meliori statu succedente delendum. Iuxta quod olim Hieremias præcinebat dicens: Noli te considerare in uerbis mendacij dicentes, Templum domini, templum domini est. Et post aliquanta: Faciam (inquit) domui huic, in qua inuocatum est nomen meum, & in qua uos habetis fiducia, sicut feci Silo, ubi habitauit nomen meum à principio, & proiciã uos à facie mea.

Cælum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Non hoc carnaliter intelligendum, quia si habeat deus membra collocata in cælo & in terra, ut nos cum sedemus, sed ut se indicaret in teriorem esse & superiorem omnibus. cælum si bi sedem, terram uero scabellum pedum esse perhibuit. Qui ut se etiam omnia circumdare monstraret, alibi se cælum metiri palmo, & terrã, & asserit pugillo concludere. Spiritu autem cælum sanctos, terra uero peccatores insinuat, quia his uidelicet Deus in habitãdo præſideat, illos condemnando prosternit. Aut quis locus quietionis meæ est? Non aureus utique uel mar moreus terreſtris habitaculi locus, sed ille quæ

propheta subnectit. Super quem autem requiescit spiritus meus, nisi super humilem & quietum, & tremientem sermones meos? Qui accepistis legem in dispositionem Angelorum. Lex est enim ordinata per Angelos, in manu mediatoris. Ecce uideo cælos apertos, & filium hominis stantem à dextris dei. Cum Dominus Christus & Dei & hominis perfectus sit filius, quid est quod hunc beatus martyr hominis potius quã Dei filium appellare maluit, cui plus utique gloriæ uideretur delaturus si eum dei potius quã hominis filium appellare uoluisset, nisi ut hoc testimonio Iudæorum confunderetur infidelitas, qui se hominem crucifixisse, & hunc deum credere noluisse meminerunt. Ad cõfortandam ergo beati martyris patientiam, caelestis regni ianua panditur, & ne innoxius homo lapidatus titubet in terra, Deus homo crucifixus, apparet coronatus in cælo. Vnde quia stare pugnantis uel adiuuantis est, recte à dextris Dei stantem uidit, quem inter homines persequentes adiutorem habuit. Nec discordare uidetur, quod Marcus eum à dextris dei sedere describit, qui situs iudicantis est, quia & nunc inuisibiliter omnia iudicat, & ad extremum iudex omnium uisibilis adueniet. Et eicientes eum extra ciuitatem lapidabant. Et dominus extra portam passus est, qui nos elegit de mundo in supernum suum regnum & gloriam, & Stephanus quasi aduena mundi, extra ciuitatem lapidatur. Non enim habuit hic manentem ciuitatem, sed futuram tota mente quærebat. Et iusta rerum mutatione, martyr mundi cordis ad cælos intuitum dirigit, persecutor duræ ceruicis manus ad lapides mittit. Vnde Arator ait, —Lapides Iudæa rebellis In Stephanum lym phata rapis quæ crimino duro Saxeæ semper eris.

Positis autem genibus, clamauit uoce magna dicens, Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Pro se quidem stans orauit, pro inimicis genu flexit, quia ipso rum maior iniquitas maius supplicandi remedium flagitabat. Et mira beati martyris uirtus, qui sic zelo feruebat, ut eis quibus tenebatur, palam suæ perfidiæ culpas exprobaret: sic dilectione ardebat, ut in morte quoque pro eis à quibus occidebatur, oraret.

CAPVT VIII. **T**omnes dispersi sunt per regiones Iudææ et Samariæ. Hoc est quod Dominus ipse præcepit. Cui persequeretur uos in ciuitate ista, fugite in aliam. Illius enim nutu gerebatur, ut tribulationis occasio fieret Euangelij seminarium. Intendebant autem turbæ bis quæ à Philippo dicebantur. Et ex præſenti capitulo, & ex Samaritanæ mulieris historia, prompti animi ad credendum, hanc gentem fuisse probatur. Tunc Simo & ipse credit. Vel beati Philippi uerbis & uirtute uictus ueraciter domino credidit, uelut magis credibile est credere



credere se quoadusque baptisma susciperet simulauit, ut quoniam laudis erat audissimus, ita ut Christum se credi uellet, sicut historiæ nar rant, artes ab eo quibus miracula faceret edisce ret. Quod etiam successores eius fecisse docentur, qui auctoris suis malignis artibus instituti, Ecclesiam fraude qualibet ingressi, baptisma furari consueuerunt. Miserunt ad illos Petrum & Ioannem. Pulchre hoc Arator exponit: Sæpe sibi socium Petrus facit esse Ioannem, Ecclesiam, quia uirgo placet.

Notandum autem, quod Philippus qui Samariæ Euangelizabat, unus de septem fuerit. Si enim Apostolus esset, ipse utique manum imponere potuisset, ut acciperent spiritum sanctum. Hoc enim solis pontificibus debetur. Nã presbyteris siue extra Episcopum seu præſente episcopo baptizent, chrismate baptizatos un gere licet, sed quod ab episcopo fuerit cõsecratum, non tamen frontem ex eodem oleo signare, quod solis debetur episcopis, cum tradit spiritum paraclæti baptizatis. Pecunia tua tecum sit in perditionem, & cetera. Sancti uiri cum maledictionis sententiã proferunt, non ad hanc ex uoto ultionis, sed ex iustitia examinis erumpunt. Intus enim subtile Dei iudicium aspiciunt, & mala foras exurgunt, quia maledicto debeant ferri, cognoscunt: & in maledicto non peccant, ex quo & ab interno iudicio non discordant. Cum enim & maledicentis innocentia permanet, & tamen eum qui maledicatur us que ad interitum maledictio absorbet, ex utriusque partis sine colligitur, quia ab uno & intimo iudice in reum sententiã sumpta iaculatur. Vnde & hic Simon qui à Petro maledictum accepit, æterna dãnatione perit. Et infra Barieu à Paulo increpatus, mox cõmuni est luce fraudatus.

In felle enim amaritudinis & obligatione iniquitatis uideo te esse. Ideo spiritus sanctus in columba descendit, ut eos qui se accipere uellent, simplices esse doceret. Nam qui fel amaritudinis id corde reſeruat, quilibet baptizatus uideatur, non est iniquitatis suæ uinculis absolutus, sed quasi ad punctum hora baptizandi purgatus, mox acriori est dãmone septemplex oppreſſus. Frustra ergo gratiam spiritus emere tentat, qui se mente coruina non curauit exuere. Surge & uade contra meridianum. Bene in meridie quæritur, & inuenitur, & abluitur ille, qui deuotione pectoris ardens uelut quædam gentium primitiã Deo meruit cõsecrari. In quo specialiter illud Psalmistæ completum est, Æthiopia præueniet manus eius Deo. Ad uiam quæ descendit ab Hierusalem in Gazam, hæc est deserta. Non uia, sed Gaza deserta dicitur, uetus enim illa Gaza quæ terminus erat quondam Chanaanæorum iuxta Ægyptum, ad solum usque destructa, & alia pro illa alio loco constructa est. Quæ allegoricæ gentium plebem designat olim à Dei cultura desertam, neque ullius prophetarum

prædicationibus exultam. Via uero quæ ad eandem ab Hierosolymis descendens fontem salutis aperuit, Dominus Iesus Christus est, qui ait: Ego sum uia, & ueritas, & uita. Quia super na Hierusalem ad nostram infirmam descendit, non sicut reatus nigredinem baptismatis unda dealbauit. Et ecce uir Æthiops eunuchus potens. Pro uirtute & integritate mentis, uir appellatur: nec immerito, qui tantum studij in scripturis habebat, ut easetiam in uia legere non cessaret: tantumque amoris in religione gerebat, ut aula regia derelicta, de ultimis mundi partibus ueniret ad templum domini. Vnde iusta mercede dum quærit interpretem lectionis, Christum quem quærebat inuenit: plusque ut Hieronymus ait, in deserto fonte ecclesiæ, quã in aurato templo repperit synagogæ. Ibi enim quod Hieremias admirando proloquitur, mutauit Æthiops pellem suam, id est sorde peccatorum abluta, de lauacro Iesu dealbatus ascendit. Candacis regine Æthiopum. Et in Regum libro legimus, quia regina Austri uenit à finibus terræ audire sapientiã Salomonis. Moris quippe fuit illi nationi semper à fœminis regi, easque Candaces appellare. Quærat super omnes gazas eius. Regina Æthiopum thesaurarium præmittens in Hierusalem, gentium designat ecclesiam, uirtutum fideique Domino dona largituram. Sed & nominis etymologia cõuenit. Potest enim Candacis ex hebræo, commutata interpretari. Ipsa quippe est cui in Psalmo: Pro his qui commutabuntur in scripto, dicitur: Audi filia & uide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & cetera. Dixit autem spiritus Philippo. In corde spiritus Philippi loquebatur. Spiritui enim dei quasi quædã nobis uerba facere, est, occulta uia ea quæ agenda sunt intimare. Tanquam ouis ad occisionem datus est. Sicut ouis cum dicitur ad uictimam non repugnat, sic ille propria passus est uoluntate. Vel altiori intellectu, sicut agnus in pascha immolari solebat, sic pascha nostrum immolatus est Christus. Et sicut agnus coram tondente se sine uoce. Non solum sanguine suo nos redemit, sed & lanis operuit, ut argentes infidelitate, sua ueste calefaceret, & audiremus Apostolum nobis loquentem: Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. Sic non aperuit os suum, cum in passione sua Pilato & Pontificibus pauca, Herodi nulla respondere uolebat.

In humilitate iudicium eius sublatum est. Quia iudex omnium, iudicij non repperit ueritatem, sed absque ulla culpa seditione Iudæorum & Pilati uoce damnatus est. Generationem eius quis enarrabit? Aut de diuinitate eius accipiendum est quod impossibile sit diuinæ natiuitatis nosse mysteria, de qua pater loquitur: Anteluciferum genuit e. Aut de partu uirginis, quod difficulter possit exponi. Cuius rationem Martia quæret, per Angelum dicitur: Spiritus in uis superuenient

Moloch.

Luciferi cultores.

Sedes dei etc.

Locus re= quietionis dei.

Simon magus baptizatur.

Philippus non apostolus. Episcoporum officium.

Maledictio a sanctis pronuntiata.

Gaza deserta.

Candacis regine Æthiopum.

Candacis.

Spiritum loqui in nobis.

Ouis Christi.

Iudicium Christi sublatum.

Generationem eius quis enarrabit.

superueniet in te. Ut uel ab angelo, uel ab Euāgelista tantum natiuitatis eius sacramenta dicantur, cuius narrator rarissimus est. Quoniam tollitur à terra uita eius. Ut nequaquam in terra, sed in caelo uiueret. Aperiens autem Philippus os suum &c.] Philippus interpretatur os lampadis, pulcherque est sensus quod os lampadis suum aperiret os, dum obscura prophetiae in scientiae luce proferret. Quamuis & iuxta historiam possit ista circumlocutio designare aliquanto longiorem futurum tunc esse eius sermonem.

Philippus

Fons in quo baptizatus est eunuchus.

Caesarea Palaestina.

Pauli sententia.

Christus in corpore suo patitur.

Pauli excaecatio.

erat tribus diebus non uidens.] Quia dominum non crederat tertia die mortem resurgendo uicisse, suo iam instruit exemplo, qui tenebras triuianas luce reuerfa mutaret. Ego enim ostendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati.] Non debet (inquit) quasi persecutor timere, sed potius quasi frater amplecti, qui aduersa quae sanctis intulerat, promptus est sustinere cum sanctis.

10 Draconis omne corpus dicitur squammis esse contextum. Quia ergo Iudaei serpentes & gemina uiperarum sunt uocati, qui illorum perfidiam sequebatur, quasi pelle serpentina oculos cordis obtexerat. Sed cadentibus sub manu Ananiae ab eius oculis squamis, monstratur in facie quod uerum lumen iam recepit in mente. Accipientes autem eum discipuli eius nocte.] Id est discipuli Christi. In Graeco enim non est additum eius, sed tantummodo discipuli, ut generaliter Christi uel Ecclesiae intelligatur. Non dum enim Paulus discipulos fecisse legitur, sed solum Iudaeos confudisse qui habitabant Damasci.

20 Per murum dimiserunt eum, summittentes in sporta.] Hoc effugij genus hodieque seruuatur in Ecclesia, quando quis antiqui hostis insidijs uel huius seculi laqueis circumfusus, spe fidei que minime saluatur. Murus enim Damasci, quae sanguinem bibens interpretatur, aduersitas oculi est, Rex Areta, qui interpretatur descensio, diabolus intelligitur. Sporta quae iuncis palmisque solet confici, fidei spei que coniunctionem designat, luncus enim uiriditatem fidei, palma spem uitae aeternae significat. Quisquis ergo semuro aduersitatis uidet cinctum, sportam uirtutum qua euadat, festinus ascendat. Cum autem uenisset in Hierusalem, tentabat iungere se discipulis.] Non eum mox baptizatum credamus uenisse ad Apostolos Hierusalem: sed sicut ipse Galathis scripsit, primo abiisse in Arabiam, & iterum reuersum esse Damascum. Deinde post tres annos uenisse Hierosolymam uidisse Petrum, & mansisse apud eum diebus quindecim. Alium autem Apostolorum uidisse neminem, nisi Iacobum fratrem domini. Ac deinde sicut & Lucas exequitur, uenisse in partes Syriae & Ciliciae. Vtrum autem prima an secunda uice Damasci insidias pertulerit, non facile patet. Nam & secunda intelligi potest, ex eo quod dicitur multis diebus impletis consilium fecisse Iudaeos eum interficiendi. Idcirco autem Lucas Arabiam praetermittere uidetur, quod ibi minime praedicauerit, iuxta quod ipse in sequentibus Agrippae regi loquens ait: Quia Damasci primum, & Hierosolymis, & in omni regione Iudaeae, & gentibus praedicabam. Barnabas autem apprehensum illum duxit ad Apostolos.] Hic est Barnabas ille Cyprius genere, leuites, qui supra, precium agrum sui ad pedes Apostolorum attulisse memoratur. Loquebatur quoque & disputabat cum Graecis.] Nota quod Graecos in Hierusalem, Iudaeos

Squamae.

Discipuli.

Murus Damasci. Areta.

Insidias quando passus Paulus.

Barnabas.

Et nota quod Graecos in Hierusalem, Iudaeos

Iudaeos in Damasco, quae gentium est ciuitas, docuerit, ne forte hoc significet, gentiles in ciuitatem dei adiuturos, & Iudaeos in perfidiam gentium esse lapsuros. Iuxta quod Esaias ait: Et uertetur Libanus in Chermel, & Chermel in saltum reputabitur. Inuenit autem ibi hominem quendam nomine Aeneam ab annis octo iacentem in grabato.] Aeneas iste genus significat humanum, infirmorum prius delectatione languescens, sed Apostolorum opere & ore sanatum. Quia etenim mundus ipse quatuor plagis sublimatur, & cursus seculi annuis quatuor temporibus uariatur, quicunque praesentia labentiaque gaudia complectitur, quasi bis quaretnario annorum numero, grabato sternitur eneruis. Grabatum quippe, est ipsa segnitudo ubi requiescit animus, eger & infirmus, id est in uoluptate corporis, & omni delectatione seculari. Aeneas, sanate Dominus Iesus Christus, Surge & sterne tibi.] Quem de paralytici curauerat, mox surgere & sternere sibi praecipit, spiritualiter insinuans, ut quisque fidei solidamentum in corde perceperit, non solum torporem in quo fessus iacuerat discutiat, sed etiam bona opera in quibus requiescere ualeat patet. In Ioppe autem fuit quaedam discipula nomine Tabitha, quae interpretata dicitur Dorcas.] Id est damula uel caprea. Significat autem animas uirtutum studio sublimes, sed hominum opinione contempnibiles. Neque enim beatus Lucas interpretationem nominis auerget, nisi magnum ei mysterium inesse cognosceret. Damula quippe uel caprea, animalia sunt natura si milia. sed magnitudine differentia, quae morantur in excelsis montibus, & quamuis de longinquo, uident tamen omnes qui ueniunt. Vnde & ab acumine cernendi, Graece Dorcades uocantur. Sic nimirum sancti meritis operum in excelsis habitantes, mentis contemplatione & supernis sagaciter intendunt, & summet cauta circumspectione semper inuigilant. Nam quod munda quidem haec animalia iuxta legem, sed timida sunt & imbellia, iuxta quod naturam eorum exprimens Martialis ait, Dente timetur aper, defendunt cornua ceruum, Imbelles damae, quid nisi praeda sumus?

Aeneas paralyticus.

Grabatū.

Dorcas.

Damula & caprea.

Martialis.

10 Quae intermiserant bona acta recogitant, faciunt profecto quod sequitur. Quam cum lauisent, posuerunt eam in cenaculo.] Et caetera quae de Petri euocatione & elemosynarum Dorcadis ostensione narrantur. Et circumsteterunt illum omnes uiduae flentes.] Viduae sunt, pia cogitatione animae poenitentis, quae sensus pristini uigorem quasi uiri regimen ad tempus omiserant, quae pro anima delinquente necesse est suppliciter exorent. Et ostendentes ei tunicas & uestes quas faciebat illis Dorcas.] Non suis pro defuncta uocibus, sed ipsius precabantur operibus, quoniam elemosyna non solum à secunda, sed & à prima morte liberat. Dixit: Tabitha surge. At illa aperuit oculos, & uiso Petro resedit.] Iustissimus ordo resurgentis, ut prius oculos mentis aperiat, & agnita deinde Petri uoce resideat lumen, suae circumspectionis quod perdidit recipiat, & ad doctrinam eorum qui se adiuuerant, uiuat. Dans autem illi manum erexit eam.] Contacta Petri manu Tabitha resurgit, quia languescens anima peccatis, nullo melius ordine quam sanctorum exemplis conualescit.

10 Quae intermiserant bona acta recogitant, faciunt profecto quod sequitur. Quam cum lauisent, posuerunt eam in cenaculo.] Et caetera quae de Petri euocatione & elemosynarum Dorcadis ostensione narrantur. Et circumsteterunt illum omnes uiduae flentes.] Viduae sunt, pia cogitatione animae poenitentis, quae sensus pristini uigorem quasi uiri regimen ad tempus omiserant, quae pro anima delinquente necesse est suppliciter exorent. Et ostendentes ei tunicas & uestes quas faciebat illis Dorcas.] Non suis pro defuncta uocibus, sed ipsius precabantur operibus, quoniam elemosyna non solum à secunda, sed & à prima morte liberat. Dixit: Tabitha surge. At illa aperuit oculos, & uiso Petro resedit.] Iustissimus ordo resurgentis, ut prius oculos mentis aperiat, & agnita deinde Petri uoce resideat lumen, suae circumspectionis quod perdidit recipiat, & ad doctrinam eorum qui se adiuuerant, uiuat. Dans autem illi manum erexit eam.] Contacta Petri manu Tabitha resurgit, quia languescens anima peccatis, nullo melius ordine quam sanctorum exemplis conualescit.

CAPUT X.

Ir autem quidam erat in Caesarea nomine Cornelius, &c.] Non uirtutibus ad fidem, sed fide pertingit ad uirtutes, ut beatus papa Gregorius exponit. Cornelius enim (inquit) cuius elemosynae ante baptismum Angelo teste laudatae sunt, ne operibus ad fidem, sed fide uenit ad opera. Si enim deo uero & ante baptismum non crederat, quem orabat, uel quomodo hunc omnipotens Deus exaudierat, si non ab ipso se in bonis perfici parebat? Sciebat ergo creatorem omnium Deum, sed quia eius omnipotens filius incarnatus esse ignorabat. Fidem habuit, cuius orationes & elemosynae placere potuerunt. Bona autem actione promeruit, ut deum perfecte cognosceret, & de unigenito eius, in carnationis mysterium crederet, quatinus ad sacramentum baptismatis perueniret. Per fidem ergo uenit ad opera, sed opera est solidatus in fide. Vidit in uisu manifeste quasi hora nona diei, &c.] Bene oraculum baptismi perendi hora nona accipit, quia in morte ipsius qui hora nona spiritum tradidit, erat baptizandus.

Cornelii des.

10 Ir autem quidam erat in Caesarea nomine Cornelius, &c.] Non uirtutibus ad fidem, sed fide pertingit ad uirtutes, ut beatus papa Gregorius exponit. Cornelius enim (inquit) cuius elemosynae ante baptismum Angelo teste laudatae sunt, ne operibus ad fidem, sed fide uenit ad opera. Si enim deo uero & ante baptismum non crederat, quem orabat, uel quomodo hunc omnipotens Deus exaudierat, si non ab ipso se in bonis perfici parebat? Sciebat ergo creatorem omnium Deum, sed quia eius omnipotens filius incarnatus esse ignorabat. Fidem habuit, cuius orationes & elemosynae placere potuerunt. Bona autem actione promeruit, ut deum perfecte cognosceret, & de unigenito eius, in carnationis mysterium crederet, quatinus ad sacramentum baptismatis perueniret. Per fidem ergo uenit ad opera, sed opera est solidatus in fide. Vidit in uisu manifeste quasi hora nona diei, &c.] Bene oraculum baptismi perendi hora nona accipit, quia in morte ipsius qui hora nona spiritum tradidit, erat baptizandus.

10 Et nunc mitte uros in Ioppen.] Cum elemosynis precibusque susceptis, mox doctor salutis accessit, iubetur, manifeste innuitur, quod elemosynis illis ac precibus plenam suae salutis cognitionem à domino quaesierit. Vocauit duos domesticos suos, & militem metuentem dominum.] Tres misit ad Petrum Cornelius, quia creditura gentilitas apostolicae fidei Europam, Asiam, Africamque subegit, partim studiis militaribus, hoc est instantia praedicandi, partim domesticis negotiis occupandas. Nota, quod unus miles, & duo domestici mittantur. Quanto enim fortiores, tanto pauciores in Ecclesiae membris inue-

Viduae.

Elemosynarum uirtus.

Cornelii des.

Elemosynae.

Missionum trium ratiō.

nies, plures qui audire uerbum, quam qui dicere sciunt. *Ascendit Petrus in superiora.*] Significat Ecclesiam relictis terrenis cupiditatibus, conuersationem in caelis habituram. *Ut oraret circa horam sextam.*] Sexta hora Petrus inter medias preces esurit, salutem utique mundi quem Dominus sexta aetate seculi querere & saluare uenerat. Quod & ipse uoluit indicare, cum eadem hora diei super Samaritanam puteum sitiebat. *Et descendens uas quoddam uelut linteum magnum.*] Vas illud Ecclesia significat incorruptibili fide praeditam. Linteum enim tinea non consumit, quae uestes alias corrumpit. Et ideo qui uult ad mysterium Ecclesiae catholicae pertinere, excludat de corde suo corruptionem malarum cogitationum, & ita incorruptibiliter firmetur in fide, ut prauis cogitationibus tanquam a tineis non rodatur in mente. *Aliter.* Tinea hareticus est uestimentum domini corrumpere uolens, sed dispensante domino non ualens. Quod etiam in tunica illi domini figuratum est, quam milites scindere non audebant. *Quatuor iniis summiti de caelo in terram.*] Quatuor initia quibus linteum dependebat, quatuor plagas orbis terrarum designant, quibus extenditur Ecclesia. Ipsa est enim ciuitas Dei noli in monte sancto eius, dilatans exultationes uniuersae terrae. Quod enim de caelo summittitur, indicat eam sola superuenientis spiritus sancti gratia seruari pariter atque augeri. *Vnde dicit in Apocalypsi Ioannes: Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem no uam, descendentem de caelo a Deo. Possunt etiam quatuor iniis, Euangelistae figurari, per quos Ecclesia caelesti munere imbuatur atque sublimatur. In quo erant omnia quadrupedia & serpen tia terra uolatilia caeli.*] Animalia illa, omnes gētes sunt erroribus immunde, sed trina submer sione, id est mysterio sanctae Trinitatis in baptis mo mundatae, quae hominis imaginem relin quentes, bestiarum ac serpentium sumpere si guras. *Vnde ad Herodem propter dolosam ma liciam dicitur: Ite, dicitur uulpi illi. Et ad Phari saeos: Genimina uisperarum, Et ad libidinosos: Equi insanientes in foeminas facti sunt. Et de impudentibus: Nolite dare sanctum canibus. Et de uoluptuosis: Neque mittatis margaritas uestras ante porcos. Et de superbis simul ac do losis: Vulpes foueas habent, & uolucres caeli ni dos. Et in comune de omnibus: Et homo cum ia honore esset, id est ad imaginem dei factus, non intellexit, comparatus est iumentis in sippi entibus. Verum autem, id est incorruptum ho minem, Salomon ostendit dicens: Deum time, & mandata eius obserua. Hoc est enim omnis homo. *Surge Petre, occide, & manduca.*] Surge, inquit, ad Euangelizandum preparare. Occide, in gentibus quod fuerant, & fac quod esse. Qui enim manducat cibum foris positum, in suum cor pus transiit. Praecipit ergo ut nationes per incre dulitatem ante foris polita, interfecta praeberi-*

Sexta ho ra.

Vas. Linteum.

Tinea.

Initia qua tuor.

Bestiae qui fiant.

Homo qui sit.

Occide & manduca.

ta uita societati Ecclesiae, quam significat Pe trus, inserantur. Iuxta quod de seipso Paulus Apostolus ait: Ego enim per legem legi mortuus sum, ut Deo uiuam & Christo. Et iterum: Vi uo autem iam non ego, uiuit uero in me Chri stus. Qui uero ab hareticis circumueniuntur, qua si uiti deuorantur a morte. *Quia nunquam man ducant omne commune & immundum.*] Populus Iu daeorum partem Dei esse se iactans, commu nes cibos uocat, quibus omnes utuntur homi nes, Verbi gratia, suillam carnem, ostreas, lepo res, & istiusmodi animantia quae unguam non findunt, nec ruminant, nec squamosa in pisci bus sunt. Immundi uero cibi dicuntur, bestia rum uel reptilium carnes, nulli mortalium comestibiles. *Hoc autem factum est per ter.*] Quia per quatuor partes orbis terrarum mysterium sanctae Trinitatis a duodecim Apostolis praedi candum erat, ideo quatuor lineae, tertia uice de caelo demissa sunt. Siue ut beatus Ambrosius interpretatur, tertio repetita figura operatio nem Trinitatis expressit. Et ideo in mysterijs interrogatio trina defertur, & confirmatio tri na celebratur, nec potest quis nisi trina confes sione purgari. *Vnde & ipse Petrus in Euan gelio, tertio interrogatur, utrum diligat dominum, ut trina responsione uincula quae dominum ne gando ligauit, absoluere.* *Hac opportune Pe tro ostensa sunt, cum Cornelius gentilis ad ex hibendum eum mitteret, ne dubitaret incircun cisis Christianam tradere fidem. Erat enim ex il lis animantibus, Euangelio uase monstratis. Vn de & a spiritu sancto hoc idem facere confir matur. *Et statim receptum est uas in caelum.*] Post trinam submissionem linteum caelo recipitur, quia post huius seculi conuersationem, qua per fidem & baptismum mundata peregrinatur ec clesia, caelestis inhabitatio felix & aeterna se quitur. *Dixit spiritus ei: Ecce uiri tres quaerunt te.*] In mente haec ab spiritu, non in aure carnis au diuit. *Surge itaque & descende, & uade cum eis.*] Descendere de caelo, & ad praedicandum ire iu betur, ut ecclesia dominum non solum alta sub eundo speculetur, sed eundem etiam infirmis qui busque, & quali adhuc exterius positus, sed ta men ostium Simonis, id est obedientiae pulsanti bus, ad actiuam uitam redeundo, uelut e lecto surgendo praedicet. Iuxta quod Dominus ait: Videbitis caelum apertum, & angelos dei ascen dentes & descendentes super filium hominis. *Cuius bene domus iuxta mare posita memoratur.*] Ma re enim fluctuagos seculi tumultus furoresque designat, ubi homines improbi quasi pisces auti dissimi sese inuicem persequuntur & deuorant. Sanctorum uero conuersatio in caelis est, qui et si terrestris domus huius habitationis dissoluatur, & edificationem ex deo habent, domum non manufactam, aeternam in caelis. *Ecce ego sum quem quaeritis. Quae causa est propter quam uenistis?*] Spiritus ei adesse milites dixit, & qua causa uenerant, ta*

Communes.

Ter.

30

40

50

Mare.

60

cuit, quia ad conseruandam humanae mentis hu militatem, aliquando prophetie spiritus ex parte tangit, & ex parte non tangit. *Et factum est cum introisset Petrus, obuius ei uenit Cornelius, & proci dens ad pedes eius adorauit.*] Gestu corporis praemonstrat Cornelius, quid intus in corde deuotionis habuerit. Obuiam enim suo doctore uenit auditor, qui mundo pectore, & intenti seculus aure, atque inhiantis desiderio uerbum fi dei suscipit. Nam qui tarde ad credendum per trahitur, quasi a doctore iacens erigitur. Sed qui de sua uitae maculis erubescens, proci den do in faciem, humilitatis pariter & pudoris in dicia praefert, iure a suo preceptore meretur eri gi. *Petrus uero leuaui eum, dicens: Surge, & ego ipse homo sum.*] Communionem quippe aequalita tis, meruit sanctitas actionis. Nam in Ananiae & Saphirae culpa, zelus ultionis ius aperuit po testatis. *Et mihi ostendit Deus, neminem communem aut immundum dicere hominem.*] Hoc utique tunc ostendit, cum uox angelica sonuit: *Quae Deus purificauit, tu ne commune dixeris. An audis quarta die usque in hanc horam, orans eram hora nona in domo mea, & ecce uir stetit ante me, & caetera.*] In Gre co & in quibusdam Latinis codicibus ita scri ptum est: *A quarta die usque ad hanc horam e ram ieiunans, & orans a sexta hora usque ad nonam, & ecce uir, & caetera.* Multum decebat il lum exaudiri, qui instantiam deprecandi tribus horis continuans, a sexta pertrahebat ad nonam. Quo tempore Dominus ipse quem rogabat, pro totius mundi salute extensus in cruce mani bus orabat. *Uerbum misit filijs Israel annuncians pacem per Iesum Christum, hic est omnium dominus.*] In hoc apparet (inquit) Deum acceptorem non esse personarum, quia filium suum unigenitum, qui & Dominus omnium atque conditor est, cum genere humano pacem facere misit, in cuius nomine prophetis attestantibus, remissio nem peccatorum non Iudaei tantum, sed omnes qui credunt accipiant. *Vos scitis, quod factum est uer bum per uniuersam Iudaeam, & caetera.*] Breviter omnia quae in symbolo dicuntur, complexus est, quod Iesus sit Christus, quod omnium dominus, quod mundum Deo reconciliare missus, quod Ioannis uoce praekonatus, quod spiritu sancto perunctus, quod Deo inhabitante per miracu la declaratus, quod crucifixus, & a mortuis sus citatus, suisque manifestatus, quod iudex omniu in fine uenturus, quodque etiam Ecclesiam suam per fidem totum sit dilataturus in orbem. *Quo modo unxit eum Deus spiritu sancto & uirtute.*] Alia editio dicit, Sicut unxit eum Deus. Praedicauit ergo Ioannes Iesum, sicut unxit eum Deus spiritu sancto, tunc uicque cum dicebat: Ipse uos baptiza bit in spiritu sancto. Et iterum: Quia uidi spiri tum descendentem quasi columba super eum. Unctus est ergo Iesus non oleo uisibili, sed do no gratie, quod uisibili significatur unguento, quo baptizatos ungit ecclesia. Nec tamen tunc

Orationis instantia.

Acceptor personarum non est Deus.

Symbolo contenta.

Unctio Christi.

unctus est spiritu sancto, quando super eum bap tizatum uelut columba descendit. Tunc enim corpus suum, id est Ecclesiam suam praefigura re dignatus est, in qua praecipue baptizati spi ritum sanctum accipiunt. Sed ista mystica & inuisibili unctione tunc intelligendus est un ctus, quando uerbum Dei caro factum est, id est quando humana natura sine ullis praecedentibus honorum operum meritis deo uerbo est in utero uirginis copulata, ita ut cum illo fieret una persona. Ob hoc cōstemur eum natum de spiritu sancto & Maria uirgine. *Quoniam Deus erat cum illo.*] Id est pater cum filio. Melius est enim sic intelligere, quam diuinitatem filij cum homine quem assumpsit cohabitantem signifi cari, ne Christi personam geminare, & in Nesto rij dogma cadere uideamur. *Nobis qui manducauimus & bibimus cum illo postquam resurrexit a mor tuis.*] Hic beatus Petrus quod in Euangelio non recitatur exponit, post resurrectionem scilicet Bibisse cum se bibisse cum Domino. Nisi forte illic creda mus indicatum ubi ait, Donec illud bibam uobiscum nouum in domo patris mei. *Adhuc lo quente Petro uerba, haec cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant uerbum. Tu uero rogauerunt eum, ut maneret apud eos aliquot diebus.*] Ne baptisma gentibus tradere dubitetur, spiritus sancti testimonio confirmatur, ipsas lauacri aquas quas sanctificare solet, nouo ordine praecurrentis, quod semel in testimonio fidei gentium, nunquam uero in lu dais euenisse reperitur. *Et iussit eos in nomine Iesu Christi baptizari. Et obstuperunt ex circumcisione fideles, qui uenerant cum Petro: quia & in natione gra. & c.*] *Cum Ecclesiae regula sit, fideles in nomine sanctae trinitatis baptizari, quaeritur quomodo Lucas per totum libelli huius textum, non aliter quam in nomine Iesu Christi baptismum dari testetur. Quod ita beatus Ambrosius soluit, quod per unitatem nominis impletum mysterium sit. Quia siue Christum dicas, & Deum patrem a quo unctus est filius, & ipsum qui unctus est filium, & spiritum quo unctus est, designasti. Scriptum est enim: Iesum a Nazareth, quo modo unxit eum Deus spiritu sancto. Siue patrem dicas, & filium eius, & spiritum oris pariter indicaui, si tamen id etiam corde compre hendas. Siue spiritum dicas, & Deum patrem a quo procedit spiritus, & filium, quia filij quoque est spiritus, nun cupasti. Vnde ut rationi copuletur auctoritas, in spiritu quoque recte baptizari nos posse, scriptura indicat, dicente domi no: Vos autem baptizabimini spiritu sancto. Et Apostolus ait: Omnes enim in ipso corpore, in uno spiritu baptizati sumus. *Aliter: Praecipue congruit nos in nomine Domini Iesu Christi baptizari, quoniam sicut Apostolus ait, Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius bap tizati sumus, & c.**

Bibisse cum Christo post resurrectionem

Spiritus sanctus apertio.

Baptizari in nomine Christi.

CAPVT XI.

Uidi quadrupedia terra, & bestias, & reptilia, & uolatilia cali, &c.] Miror quomodo hæc quidem super eis quibusdam ueteri lege prohibitis, nunc uero manducandis, interpretantur, cum nec serpentes uel reptilia possint edi, nec ipse Petrus sic intellexerit, sed omnes homines æqualiter ad Christi Euangelium prouocari, nullumq; secundum naturam esse pollutum. Neq; enim quare bestias comederit, sed quare gentibus communicauerit, in crepatus, mysterium huius uisionis exposuit.

Venerunt autem mecum & sex fratres isti.] Pulchre septenarij fratrum numero teste, gratia spiritus sancti septiformis effusa est. Aliter, Quia sex diebus est mundus iste formatus, per sex fratres opera perfecta monstrantur. Qui bene doctorem comitantur, quando suis auditoribus inter uerba exhortationis exempla perfectæ demonstrant operationis. Et glorificauerunt deum dicentes: Ergo & gentibus Deus penitentiam ad uitam dedit.]

Hoc est quod in beati Iohannis libro legitur. Ab aquilone aurum ueniet, & ad Deum formidolosa laudatio. Quia prius frigido gentium pectore splendor fidei exortus est, & pro eodem inopinata fide Iudæa Deum tremendo glorificat. Perambulauerunt usque Phœnicem, & Cyprum, & Antiochiam, &c.] Hinc iam post reuelationem sindonis Euangelicæ, in qua molliter superna spe animalia sancta quiescerent, res ecclesiæ crescere cœperunt, cum per exteras prouincias, insulas, & ciuitates, non solum Iudæis, sed & gentibus Euangelium prædicatur. Profectus est autem Tarsum, ut quæreret Saulum.] Dicitur enim supra, quia de Hierosolymis Saulus clam mitteretur Tarsum. Et surgens unus ex eis nomine Agabus, significabat per spiritum famem magnam futuram.] Agabus potest nuncijs tribulationis interpretari, qui secundum nomen suum & hic famem generat, & infra Paulo Apostolo uincula prophetat. Proposuerunt in ministerium mittere habitantibus in Iudæa fratribus.] Sciebant in Iudæa, & maxime Hierosolymis, famem acris futuram. Vbi pauperes erant sanctorum, qui rebus suis, domibus, agrisque uenditis, precia deferentes Apostolis, pecunijs acquirendis non multum ulterius uocabant. Sed & nonnulli pro confessione fidei, ab ipsis Iudæis incredulis propria substantia multabantur ablata. Quibus dicit Apostolus: Et rapinam bonorum uestrorum cum gaudio suscepistis. Hos inter eleemosynarios religiosum Helenæ Adiabæ Regine factum memoratur, quæ comparatis ab Aegypto frumentis, Hierosolymitarum necessitatibus largissime ministravit. Vnde

& honorificam ante portas eiusdem urbis meruit sepulturam.

CAPVT XII.

Odem autem tempore, misit Herodes rex magnus.] Non famis uidelicet tempore, quam quarto Claudij anno factam historiæ referunt, cum Herodes tertio eiusdem sit anno defunctus, sed illo haud dubie tempore, quo oblationes Hierosolymam deferebantur. Non autem putemus Herodem qui tetrarcha erat, postea Regem factum, hoc capitulo designatum. Refert enim Iosephus, Cæsari imperio suscepto continuo Iudæorum principatum huic Herodi filio Aristoboli, quem tamen ille Agrippam nominat, tradidisse, simul & Philippo ac Lyfania tetrarchias. Quarto autem, id est ultimo imperij anno, Herodi eidem pariter contulisse. Ipsum uero Herodem qui uel in Ioannis nece aut exortu, uel in passione domini interfuerat, multis exercituum morbis exilio damnasse perperno. Porro hunc Herodem siue Agrippam, tertio claudij anno, sui uero regni septimo, ab Angelo percussum, regnum Agrippæ filio relicto, Aristobolus aut quem dixit, ipse est qui a patre perfido, id est Herode seniore, sub quo Dominus natus est, cum fratre Alexandro iuerat interfectus. Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio.] De quo Iacobo, Clemens Alexandrinus historiam quandam dignam memoria refert. Et is (inquit) qui obtulerat eum iudici ad martyrium (Iacobum scilicet) motus est, etiam ipse confessus est se esse Christianum. Ducti sunt autem ambo pariter ad supplicium. Et cum ducerentur in uia, rogauit Iacobum dari sibi remissionem. At ille parumper deliberans: Pax tibi inquit. Et osculatus est eum. Et ita ambo simul capite plexi sunt. Tradens quatuor quatercentis militum sibi se milites habebat.

Percepit latere Petri, suscitauit eum.] Percussio lateris, commemoratio Passionis Christi est, de cuius uincere salus nostra profuxit. Et nobis quoque pressurarum cathena retentis, tale solatium ipse reddit Apostolus Petrus dicens: Christo igitur passio in carne, & uos eadem cogitatione armamini. Præcingere, & calceate caligastus.] Et prophetas & Apostolos cingulis uolos fuisse legimus, cuius sibi Petrus ligamenta propter rigorem carceris ad horam laxauerat, ut tunica circa pedes demissa, frigus noctis ut cuncte temperaret, exemplum præbens infirmis, cum uel molestia corporali, uel iniuria tenetur humana, licere nobis aliquid de nostri propositi rigore laxare. Et quia dictum est. Sint lumbi uestri præcincti, & calceati pedes in præparatione Euangelij pacis, spiritualiter uirtutum, uerbiq; prædicandi resumere iubetur insignia. Venerunt ad portam ferream, quæ dicitur ad ciuitatem.] Augusta imò ferrea erat porta quæ ducit ad Hierosalem cælestem, sed Apostolorum uestigijs nobis est iam facta meabilis, qui sanguine

Bestijs quid notatum.

Septenarij ratio.

Gentium conuersio.

Agabus.

10

20

30

40

50

60

Famis tempus.

Herodes uarij.

Herodes Agrippa Aristobolus.

Iacobi historia.

Quaternario.

Cingulorum usus, Rigor quando laxandus.

porta ferrea sanguine

fanguine proprio ferreum uicerunt ostium. De hoc Arator: Ferrea, quid mirum, si cedunt hostia Petro? Quem Deus æthereæ custodem deputat aulae, Ecclesiæq; suæ faciens retinere cacumen. Inefrum superare iubet.

Et Petrus ad se reuersus.] Id est à contemplationis culmine ad hoc regressus, quod in intellectu communi & prius fuit. Proceffit puella ad audiendum.] Et dominum de tumulti claustris egressum prima mulier discipulis nunciavit, ut ubi abundauit peccatum, superabundaret gratia. Illi autem dicebant: Angelus eius est.] Quod uultusque nostrum habeat Angelum, & in libro Pastoris, & in multis sanctæ scripturæ locis inuenitur. Nā & dominus de paruulis: Angelus, inquit, eorum, semper uidet faciem patris mei. Et Iacob de se loquitur: Angelus qui eruit me de cunctis malis. Et hic discipuli, angelum Apostoli Petri uenire credebant. Descendensq; a Iudæa in Cæsaream.] Quamuis iuxta situm loco ruro Cæsareæ Philippi dicere uideatur, eo quod hæc sicut & Tyrus & Sidon urbs sit Phœnicis, Iosepho tamen exponente discimus hæc in Cæsarea Palæstinæ gesta, quæ quondam Turris Stratonis dicta est, & est in confinio Phœnicis & Palæstinæ, in littore maris magni sita. Postulabant pacem, eo quod quærentur regiones eorum ab illo.] Necessariam habebant uicini regis amicitiam, eo quod illorum regio ualde angusta, & Galilææ Damasci præsa finibus esset. Vnde nec ipsa metropolis eorum Tyrus tantas habebat opes de terra sua, ut totius orbis esse possit emporion, quætas de subnectione nauium. Est autem maxime purpura conchyliorumq; ferax.

Confestim autem percussit eum Angelus Domini.] Consonanter etiam Iosephus: Dum impietatem (inquit) illicitæ adulationis non exhorret, respiciens paulo post imminentem atq; insistentem capiti suo uidet Angelum: eumq; sen sit continuo exitij sui ministrum, quem prius no uerat prouisorum bonorum. Et paulo post: Verum continuo quinq; diebus uentris doloribus cruciatus, uitam uiolenter abruptit.

CAPVT XIII.



Egregate mihi Barnabam & Saulum in opus ad quod assumpsi eos.] Videtur Saulus iuxta ordinem historiæ, tertio decimo post Domini passionem anno, apostolatam cum Barnaba, Pauliq; accepisse uocabulum. Quartodecimo autem anno, iuxta conditum Iacobi, Cephæ, & Ioannis, ad gentium magistrum profectum est. Nec historia Ecclesiastica repugnat, dicens Apostolis fuisse præceptum, ut duodecim annis prædicarent in Iudæa. Prædicabant uerbum dei in synagogis Iudæorum.] Propter ignaros locorum semel annotandum credidi. Vbiunque synagogam Iudæorū uideris, scito in ciuitate gesta quæ dicuntur. Cui nomē erat

Barieu.] Corrupte legitur Bariescum Barieu, Barieu, id est maleficus, siue in malo, legi debeat. credo quia nomen Iesu isdem literis, sed nota superposita scribatur. Non enim cōuenit hominem flagitiosum & magum, filium Iesu, id est saluatoris appellari: quem e contrario Paulus filium diaboli nuncupat. Saulus autem qui & Paulus repletus spiritu sancto.] A Sergio Paulo procōsule, eo quod eum Christi fidei subegerit, Pauli sortitus est nomen. Et sequenti libelli huius de Pauli miraculis agunt. Oportuit enim, ut ipse consummationem Apostolicis actibus daret, quem diu contra stimulos recalcitrantem Dominus elegerat. Ecce manus domini super te, & eris cæcus.] Sciebat Apostolus sui memor exemplis, de tenebris oculorum mentis posse resurgere ad lucē. Nec enim merebatur habere carnis oculos, qui mentis oculos alijs auferre laborabat. Venerunt Antiochiam Pisidiæ.] Duæ Antiochiæ ciuitates sunt, una in Syria cœle, à Seleuco Rege condita, quæ Rebla ante uocabatur, cui Daphnen fontem proximum dicunt, eiusq; illa aquis abundantissimis perfrui, in quaprimum cognominati sunt discipuli Christiani. Altera autē Antiochia de qua nunc dictum est, in prouincia Pisidiæ. Sorte distribuit eis terrarum eorum, quasi post quadringentos & quinquaginta annos.] Dixerat Deus ad Abraham, quia erit semen eius accola in terra aliena annis quadringentis. Et iterum ait, Quia in Isaa uocabitur tibi semen. Ab exortu ergo seminis, usq; ad exitum Israel ex Aegypto, fuerunt (ut Exodus scribit) anni quadringenti quinque. His adde annos quadraginta in deserto, & quinq; in terra Chanaan, quibus actis uidetur terra quiescisse à prælijs, & fors fuisse missa, & inuenies annos quadringentos quinquaginta. Et dedit Deus illis Saul annis quadringenta.] Credo quia liber Regum non aperte quot annis Saul regnauerit, exponit, Apostolum uulgo loquentem hoc quod fama crebrior haberet, dicere uoluisse. Sed quærentes sollicitus ibidem, sicut & Chronicorum libri testatur, inuenimus Samuel & Saul annis quadraginta Israeli præfuisse. Factum est enim inquit, quadringentesimo octogesimo anno egressionis filiorum Israel ex Aegypto, cœpit Salomon edificare templum domino, anno quarto regni sui. Cum uero ad trecentos nonaginta sex annos, quibus iudices præfuerunt, ut eorum liber indicat, quadraginta Dauid & Salomonis quatuor adiciat, restant quadraginta, quorum (ut Iosephus testis est) Samuel uiginti, & Saul alios totidem in regimine transegerunt.

Quoniam hanc Deus adimpleuit filijs uestris, resuscitans Iesum, sicut & in Psalmo secundo scriptum est, Filius meus es tu, ego hodie genui te.] Non est putandum hoc exemplum Psalms ad resurrectionem Christi, cuius proxime meminit, sed ad ipsam eius incarnationem, de qua supra locutus est, pertinere. Nam sequens uersiculus, de resurrectione ma-

Puella proceffit, Angelum quisque suum habet.

Cæsarea Palæstinæ

Tyris.

Purpura Tyria, Angelus Herodem percussit.

Saulus quædo Paulus & Apostolus.

Synagogæ in ciuitatibus.

Paulus unde dicitur,

Cæcitas mentis,

Antiochia duæ.

Daphne, Christiani frum.

Annus 450.

Saulis regnum,

Incarnationis promissio,

nifestissime testatur. Cum enim superius de incarnatione, passione, ac resurrectione illius ageret, uoluit utraque pariter, datis de Psalmo testimonijs astruere. Qui ergo, inquit, æternus es, ante secula filius, nunc in tempore natus apparebis. Quidam codices habent, Sicut in primo Psalmo scriptum est. Quod ita exponitur, primum & secundum Psalmum compositos, qui & a beatitudine incipiat, & in beatitudinem desinat. Quia dabo nobis sancta Dauid fidelia.] Id est quæcunque Dauid pronunti, eadem uobis certissime fidelis sponsor implebo, Christum uidelicet de eius esse stirpe nacturum. Sic enim Esaias noui testamenti mysteria prægustans, ait: Et constituam uobis testamentum æternum, sancta Dauid fidelia. Quod in Hebraica ueritate legitur: Et feriam uobiscum pactum sempiternum, misericordias Dauid fideles. Secuti sunt multi Iudæorum & colentium aduenarum.] Melius legitur, Et colentium deum, sicut in Græco uidimus. Significat autem eos qui natura gentiles erant, sed religione Iudæi, quos Græce profelytos nuncupant. Sic enim præcepit nobis Dominus: Posui te in lumen gentibus.] Quod domino Christo specialiter dictum est, hoc iam sibi dictum arbitratur Apostoli, membra se uidelicet illius esse recolentes, sicut etiam ipse propter eiusdem corporis unionem dixit: Saule Saule, quid me persequeris? At ille excusso puluere pedum in eos, uenerunt Iconium.] Puluis iuxta Euangelij præceptum excutitur de pedibus in testimonium laboris sui, quod illorum ciuitatem ingressi sunt, & prædicatio Apostolica ad illos usque peruenit, siue excutitur puluis, ut nihil ab eis accipiant, nec ad uictum quidem necessarium, qui Euangelium spreuerunt.

Psal. 1. & 2. inuis.

Translatio ex hebraico.

Profelyti.

Pulueris excussio.

Autem, non quoque.

Gentium conuersio.

Discipuli quoque replebantur gaudio & spiritu sancto.] In græco habetur Discipuli autem: ut intelligamus Iudæis fidem persequentibus, discipulos econtrario spiritali gaudio ditatos.

CAPVT XIII.

Adiracundiam concitauerunt animas gentium aduersus fratres.] Quod in græco sequitur, Deus autem pacem fecit: quidam codices Latini minus habent. Et ibi, Erant Euangelizantes, sequitur in græco, Et commota est omnis multitudo in doctrina eorum. Paulus autem & Barnabas morabantur in Lystris.] Et hi quoque uersiculi in quibusdam nostris codicibus non habentur. Et quidam uir Lystris infirmus pedibus sedebat, &c.] Sicut claudus ille quem Petrus & Ioannes ad portam templi curarunt, salutem præfiguratur Iudæorum, ita & hic Lycæonijs eger populum gentium longe à legis templique religione remotum, sed Pauli Apostoli prædicatione collectum. Dextras, inquit, dederunt mihi & Barnabæ societatis, ut nos in gentes, ipsi autem in circumcisionem. Sed & tempora expositioni conueniunt. Nam ille primis fidei temporibus

cum necdum gentibus uerbum crederetur, hic uero Iudæis ob perfidia expulsi, & damnationis puluere respersi, inter noua conuersæ gentilitatis gaudia sanatur. Et uidens quia haberet fidem ut saluus fieret.] Etille Iudaico more pecuniam, iste autem ex fide salutem querit ab Apostolis. Dixit magna uoce: Surge super pedes tuos reatus.] In græco exemplari legitur: Dixit magna uoce. Tibi dico in nomine Domini Iesu Christi, surge super pedes tuos reatus. Hæc de transfiguratione posuimus, ne codicum uarietate stupefactus, quid uerius sit ignores. Dissimiles facti hominibus descenderunt ad nos.] Stultus error gentiliu, qui omne quod supra se uident, deos putant.] Et uocabant Barnabam Iouem.] Ob hoc uidelicet, quia prior eorum esse uideretur. Iouem nanque diuum patrem, atque hominum regem putauerunt. Paulum uero Mercurium, quoniam ipse erat dux uerbi.] Quia Mercurium credebant eloquium linguamque præstare mortalibus. Vnde & Mercurium quasi medio currentem, id est inter aures linguasque latini nuncupabant. Græci autem ἑρμῆν, hoc est interpretem appellabant. Tauros & coronas ante ianuas asserens.] Tauros ad uictimas, coronas uero ut uel faciem templi iuxta ritum gentium ornaret, uel eis quasi dijs immolaturus imponeret. Conscissis tunicis suis exierunt in turbas, & cetera.] Pauentes scindunt uestimenta, quod deorum cultu honorarentur. Hoc enim facere consuetudinis Iudæorum est, quoties aliquid blasphemum & quasi contra Deum audierint. Herodes autem quia non dedit honorem Deo, sed acquieuit immoderato fauori populi, statim ab Angelo percussus est.

10

20

30

40

50

60

Barnabas Iuppiter.

Mercurius.

Scindere tunicas.

Cœcilium apostol.

Petri & Pauli passionis annus.

Petri Romam aduentus.

Pauli conuersionis tempus.

Circumcisio abolita & legis



Atauerunt ut ascenderent Paulus & Barnabas, & quidam alij ex alijs ad Apostolos & presbyteros in Hierusalem, &c.] De hac ascensione sua Paulus ipse scribit ad Galatas. Deinde post annos quatuordecim ascendi Hierosolymam, cum Barnaba, assumpto & Tito, & contuli cum illis Euangelium, quod prædico in Gentibus. Vbi numerus ipse quem posuit, recensendus est annorum. Scimus enim Petrum & Paulum Apostolos anno post passionem Domini trigelimo octauo, id est ultimo Neronis passos fuisse martyrium, & beatum Petrum Romæ uiginti quinque annis Episcopalem sedisse cathedram. Viginti quinque autem & quatuordecim, non triginta octo, sed triginta nouem faciunt. Sequitur ergo ut beatum Petrum eodem quarto decimo post Domini passionem anno, quo eum Hierosolymis alloquitur Paulus, quarto Claudio Cæsaris Romam uenisse credamus. Simulque nisi fallor, ex hac positione beatum Paulum Apostolum, eodem quo Dominus passus est & resurrexit anno, ad fidem uenisse probatur.

Dicentes, quia oportet circumcidere eos.] Hoc errore decepti erant Galatæ, ut circumcisionem &

Salus etiam ueterum Christi fides.

Tabernaculum Dauid.

Sabbati seruatio.

Dissensio sine delicto.

Barnabas & Marcus.

legis ceremonias cum gratia baptismi credere esse miscendas. Fide purificans corda eorum.] Non ergo circumcisione carnis illos mundare opus est, quorum tanta fides corda purificat, ut etiam ante baptismum spiritum sanctum accipere mereantur. Sed per gratiam Domini Iesu Christi credimus saluari, quemadmodum & illi.] Si ergo & illi, id est patres portare iugum legis ueteris non uolentes, per gratiam Domini Iesu Christi saluos se fieri crediderunt, manifestum est, quod hæc gratia esset, quæ antiquos iustos uiuere fecit. Quia iustus ex fide uiuit. Ideo sacramenta esse potuerunt pro temporum diuersitate diuersa, ad unitatem tamen eiusdem fidei concordissime recurrentia. Post hæc reuertar, & edificabo tabernaculum Dauid quod decedit, & cetera.] Tabernaculum Dauid, umbra legis significat, quæ traditionibus Phariseorum corrupta & dilacerata, sed Domino reuertente, id est in carne apparente, a deo spiritali est gratia erecta, ut non tantum Iudæi, sed & cunctæ gentium nationes nomen eius requirant. Et suffocatis & sanguine.] Id est a fundendo sanguine, uel manducando cum sanguine. Hæc quidem de gentili uita ueniētibus, pro ipsis fidei rudimentis & inueterata gentilitatis consuetudine concessa sunt, sed ne putarentur eadem etiam perfectioribus sufficere, uigilanter adiunxit, atque ait: Moses enim a temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus qui eum prædicent in synagogis.] Id est & si præceptorum nunc acerbitate non grauentur a nobis, procedente tamen tempore dum frequentius adlectionem legis Prophetarumque cõuenerint paulatim uitæ instituta & seruandæ inuicem dilectionis iura suscipiēt. Primitiuam enim adhuc Iudaizantem ecclesiam, hæc sabbatis celebrasse percepta est. Visum est enim spiritui sancto & nobis.] Id est placuit spiritui sancto, qui arbiter suæ potestatis existens ubi uult spirat, & ea quæ uult loquitur. Placuit & nobis.] Non nostra sola uoluntate, sed eiusdem spiritus instinctu. Paulus autem & Barnabas demorabantur Antiochie.] His diebus impletum est quod Apostolus Paulus ait: Cũ uenisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restitit. Paulus autem rogabat non debere recipi eum.] Quoniam in ipsa se aciei fronte cõstituens, nimis tepide steterat, merito cum Paulus abiicit, ne illius quasi contagione uires corrumperetur aliorum. Facta est autem dissensio.] Noli hoc delictum putare. Non enim commoueri malum est, sed irrationabiliter, nulloque iusto flagitante negotio commoueri. Et Barnabas assumpto Marcum nauigaret Cyprum.] Propter amatum sibi fratrem, & affinitate coniunctum (leguntur enim fuisse consobrini) Barnabas separatus à Paulo, patriam repetit infulam, & nihilominus Euangelicæ prædicationis iniustum sibi opus exercuit.



CAPVT XVI.

Circumcidit eum propter Iudæos qui erant in illis locis.] Non quod figuras legis, Euangelij ueritate lucete quispiam utilitatis crederet allaturas, sed ne per occasionem gentium Iudæi a fide recederent. Quibus tamen umbra uetus paulatim tollenda erat, sicut & gentibus morum prauitas antiquorum, ut supra dictum est. Istæ enim umbræ legales, quasi à Domino aliquando constitutæ, interdum ab Apostolis sunt illis temporibus ob declinandam Iudæorum perfidia usurpatæ. Gētilis uero institutio, ut uere à satana reperta, nunquam à sanctis est acta. Vetati sunt a spiritu sancto loqui uerbum in Asia, &c. usque Transiens in Macedoniam, adiuua nos.] Vere terribilis dominus in consilijs super filios hominum. Iste se magistrum per omnia sequi promittit, nec permittitur, alter sequi iussus, nec ad parris sepulturam petitas accepit inducias. Inuictus ac repugnans attrahitur Saulus. Cornelio precibus & elemosynis insistenti, uelut remunerationis uice uia salutis ostenditur, & qui nouit corda Deus, beneficij gratia doctorem ab Asia remouit: ne si sanctum canibus detur, error cordis iniqui grauius de contempta prædicatione iudicetur. Rursusque alia curante Apostolo, legatus Macedo, quem angelum gentis illius credimus, micas sibi dominici panis perit offerri. Quæ est prima parte Macedonia ciuitas Colonia.] Colonia est, quæ defectu indigenarum nouis cultoribus adimpletur. Vnde & à cultu agri, colonia dicta est. Puellam quandam habentem spiritum pythonem.] Quid pythonica diuinitas gerat artis, in libro Regū inuenimus, ubi rogante Saule pythonissa uel animam Samuels, uel pro ea potius spiritum immundum euocauit ab inferis. Quod magicæ phantasiæ genus ab Apolline Pythio repertum, atque ab eius cognomine sic dicunt esse uocatum. Sed & Hebræum nomen congruit, qui Pythonos abysso dicunt. Isti homines, serui dei excelsi sunt.] Non uoluntatis ista cõfessio est, quam præmissum sequitur confitendi, sed timore spiritus sancti cogente, uera spiritus mēdax loquitur, non ausus luce presente suas ultra celare tenebras. Peccatori autem dicit Deus. Quare tu enarras iustitias meas? Ne corrumperemur amari Melle doli, si uera canat qui falsa ministrat. Ut Arator ait. Præcipio tibi in nomine Iesu Christi exire ab ea.] Barieum qui fidei impugnator erat, & artis infirmitate, & oculorum amissione cecauit. Hæc uero que peruersa licet mēte, uera tamen loquebatur, arte solūmodo nefaria priuare curauit. Quia enim indignum erat, ut uerbum euangelij spiritus immundus annūciaret, abscedere huc & silere præcepit, quia demonia cū tremore debent dominum cõfiteri, non autem laudare cum gaudio. Et annunciant morem, quem non licet

Circumcisio Timothei.

Iudicia dei abyssus multa.

Angelus Macedonum.

Colonia.

Pythonica ars.

Pythoniæ confessio.

nobis suscipere, neque facere, cum simus Romani.] De fide Iesu Christi dicunt, in cuius nomine Phyt...

CAPVT XVII.



Daperiens et insinuans, quia Christum oportuit pati, et resurgere a mortuis, et quia hic est Christus Iesus.] Vtrunq; pater de scripturis insinuabat, quia...

Nobiliores.

Epicurei. Stoici.

Spermologus.

Ignoto Deo.] Notus in Iudaea Deus, sed non receptus. Ignotus in Achaia Deus, quamuis per multa qualitus. Et ideo qui ignorat, ignorabitur: qui praeuaricatur, damnabitur. Neutri im-

Deus ubi notus et ignotus.

Ordo disputationis Pauli.

CAPVT XVIII.

pars potest esse in toto cuius pars est, ipsum tamen totum non est nisi in illo a quo conditum est. Idem beatus Augustinus alibi: Hoc (inquit) si secundum corpus diceret Apostolus, etiam de isto corporeo mundo posset intelligi. Nam...

Araati uerfus.

Genus dei.

Dionysius.

Ariopagus.

CAPVT XIX.



Suetonius.

Scenofactorij.

Scenae.

Pauli opificium mystice.

Disputabat autem in synagoga per omne sabbatum, suadebatq; Iudeis et Graecis.] Ac deinde quod utriusq; codices habent, adiungitur. Cum uenissent a Macedonia Silas et Timotheus, et caetera. Quisibi toto-

Cenchreae. Tondendi capitis ratio.

Apollo.



Baptisma Ioannis.

Questio de re capti uandis.

60

Et si enim nunc talibus ad remedium sola communicatio corporis & sanguinis Christi, ut quidam dogmatizant, sufficere posset, potuisset & tunc neque opus esset a Christi discipulis baptizari, quos Ioannes aqua baptizauerat, sed tantum sanguinis participatione confirmari. Erant autem omnes uiri fere duodecim, & cetera.]

Iudicia dei abyssus multa.

Duodenarius. Ephesus.

Exorcismi modi.

Septenarius.

Scena.

Verum iudicia Dei abyssus multa. Ecce Asia nuper Apostolorum nec uisitatione digna, nunc & apostolico sacrata numero, & prophetali est munere sublimata. Et notandum quod spiritus sanctus & hic in duodecim discipulos, & supra in centum uiginti, qui est duodenarius numerus decies ductus, aduentus sui signa monstrauerit, illud in Hierusalem, hoc in Epheso, quae est ciuitas Graecorum. Credo ut ostenderet se siue de Iudaeis seu gentibus credat quis, eos tantummodo qui unitati Ecclesiae Catholicae, atque Apostolicae communicent implere. Tentauerunt autem quidam de circumcuentibus Iudaeis exorcistis, inuocare super eos, qui, &c.] Refert Iosephus regem Salomonem excogitasse, suamque gentem docuisse modos exorcismi, id est adiuurationis, quibus immundi spiritus expulsi ab homine ulterius reuerti non sint ausi. Fit autem hoc interdum etiam per reprobos, ob condemnationem eorum qui faciunt, uel ob utilitatem eorum qui uident & audiunt, ut licet homines despiciant signa facientes, tamen Deum honorent, ad cuius inuocationem fiant tanta miracula. Erant autem quidam Sceuae Iudaei principis sacerdotum septem filij, qui hoc faciebant.] Melius iuxta Graecum legitur: Erant autem cuiusdam Sceuae. Quonia ergo ipse Satana transfiguratur se uelut angelum lucis, ministros quoque suos eadem simulatione colorare non timet. Vnde quia septenario numero solet spiritus sancti gratia delignari, in qua figura & Dominus post resurrectionem cum septem discipulis epulatur, & septem fratres ad Cornelium spiritu sancto baptizandum euangelizaturi ueniunt, filij Sceuae quasi spiritus malos expulsi, septenario numero censentur. Qui quia non credendo, sed tentando Christi & Apostolorum nomen inuocant, non a Deo tantum, uerum ab ipsis demonibus subdola fallitatis merito condemnantur. Qui bene filij Sceuae dicuntur, qui interpretatur uulpecula clamans. Hoc animal doli & astutiae sagacissimum, Iudaeos, gentiles, & haereticos Ecclesiae Dei semper invidiantes, & quasi garrula uoce perstreptentes ostendit. De quibus, eiusdem Ecclesiae custodibus imperatur: Capite nobis uulpes pusillas, quae demoliuntur uineas. Iesum noui, & Paulum scio.] De hoc uersu dicit Arator, Cognosce furorem, Gens inimica tuum, daemon regnare fatetur, Quem uenisse negas, atque hoc conuincis ipso, Quo stimulanter uis.

Muli autem ex ijs qui fuerant curiosa sectati, contulerunt

libros, & cetera.] Curiosa dicit, magicæ artis industriam, cuius sectatores merito uos libros incendunt, magno licet precio aestimatos, quando ipsos quibus seruiuerant demones Iesum Christum Dominum & Apostolos eius uident honorare. Inuenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium.] Et debitoribus in Euangelio sub quinquagenario numero denariorum debita laxantur. Credo quia corporis quinq; sensibus subsistentes in hac uita Decalogi precepta transgredimur. Hic autem propter enormitatem magici sceleris, millenarius etiam adiectus est numerus. Aliter, Quinquagenarius saepe numerus refertur ad poenitentiam, remissionemque peccatorum, unde & quinquagesimus poenitentiae Psalmus, & quinquagesimus remissionis est annus. Mittens autem in Macedonia duos ex ministrantibus sibi, & cetera.] Praemisit discipulos ad preparandas elemosinas, quas Hierosolymam erat allaturus, ne cum ipse ueniret tunc collectae fierent. Demetrius enim quidam nomine argentarius, & cetera.] Demetrius iste qui uiam Domini turbare nititur, nomen proprium factis exequitur. Interpretatur enim, nimium persequens. Vnde consequenter templum quae Dianae facit non alio quam argenti metallo aedificat, argento enim in scripturis eloquium, sicut auro sensus indicari solet. Et gentilibus uersuta religionem suam non ulla sensus ratione, sed nudo sermonis nitore sonet astruere.

Non solum autem haec periclitabatur nobis pars in reargutionem uenire, sed & magnae Dianae templum in nihilum reputabitur, & destruetur, &c.] Id est non solum opera nostra uana, nec mercede digna redarguentur, uerum religio quoque nostra dehonoreabitur, si Pauli doctrina praeualuerit idola deos non esse. Et mira gentilibus stultitia, qui illos colere non erubescunt, quos ab homine construi uel destrui posse cognoscunt. Et exclamauerunt dicentes, Magna Diana Ephesiorum.] Quam Demetrius perituram dixit Dianam, illi e contrario magnam esse mirantur. Et impetuerunt uno animo in theatrum.] Theatrum, locus est semicirculari figuram habens, in quo stantes populi ludos scenicos intus inspiciebant. Vnde & a spectaculo Graece theatri nomen accepit. Itaque sicut Arator ait:

Non alio decuit causam meritumque Dianae lasciuos tractare foro, capit area turpis Concili de formis opus.

CAPUT XX.

Profectus est ut iret in Macedonia. Cum autem perambulasset partes illas, & exhortatus eos fuisset multo sermone, uenit ad Graciam.] Gracia est prouincia Achaiae, quam Graeci Ελλάδα uocant. Denique ubi Latini codices Graecos, uel ad distinctionem Iudaeorum, Gentiles habent, ibi Graeci exemplar ελληνες & ελληνιστες scripsit. Ad hanc ergo post, Macedonia uenit

Curiosa. Quinquagenario. Deme. Argenti. Theatr.

20

30

40

50

60



Dominicus.

Allegoria.

Eutychus.

Coenaculorum allegoria.

Resurrectio differens.

uenit Paulus, quia proposuerat ut supra dictum est, transire a Macedonia & Achaia, & ire Hierosolymam. In una autem sabbati cum conuissimus ad frangendum panem, &c.] Id est, die dominico qui est primus a sabbato, cum ad mysteria celebranda congregati essemus. Protraxitque sermone usque in mediam noctem. Erant autem lampades coenaculi in coenaculo.] Possumus hic allegorice dicere, quia coenaculum sit altitudo spiritualium charismatum, nox obscuritas scripturarum, lampadum copia secretiorum, expositio doctorum: Dies dominica, recordatio uel dominica uel nostra resurrectionis. & spiritualis admonere doctorem, ut si quando dulcedine resurrectionis & uitae uenturae gaudis illectos auditores suos ad uirtutum summa prouocauerit, ac prolixius disputando secreta quaelibet scripturarum attigerit, mox eadem propter infirmos auditores lampadae planae expositionis illustret. Sicut Apostolus, cum diceret Abraham duos filios habuisse, unum de ancilla, & unum de libera, mox explanando subiunxit: Haec autem sunt duo testamenta, &c. Sedens autem quidam adolescens nomine Eutychus super fenestram, &c.] Eutychus Hebraice amens, Graece uero fortunatus. Quorum unum ei qui per adolescentiae uoluptatem de uirtutum culmine ceciderit, alterum ei qui per condescensionem praedicatoris ad uirtutum summa redierit, congruit. Eductus somno, cecidit de tertio coenaculo deorsum, &c.] Inter uerba praedicationis occurrit occasio curationis, ut dulcedine miraculi & doctriuae sermo firmeretur, & uigiliarum labor arceatur, & memoria magistri iam discipuli arctius metibus infigatur. Tria uero coenacula, in quorum summo Paulus disputat, fides, spes, & charitas, sunt. Maior autem his charitas. Quam si quis per ignauiam deseruerit, & inter Apostoli uoces dormire non timuerit, iam inter mortuos computabitur. Cum enim in uno offenderit, factus est omnium reus. Ad quem cum descendisset Paulus, incubuit super eum.] Quod descendit, in cubit, complectitur, hoc est quod ipse dicit: Filii mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis. Operosior enim est resurrectio eorum qui per negligentiam, quam qui per infirmitatem peccant. Et haec per Eutychum, illa per Tabitham quam Petrus suscitauit, exprimitur. Et ideo illa in diebus infirmata moritur, hic media nocte cadit & moritur. Illa post mortem lota in coenaculo ponitur, hic tertio coenaculo delapsus deorsum mortuus iugatur. Ille praesente & docente: illa absente magistro. Ad hunc Paulus descendit, ad illam Petrus suscitaturus ascendit. Illa mox uiso Petro resedit, hic nocte media defunctus tandem mane resurgit, & iustitiae sole afflate, rediuitus ad ducitur. Festinabat enim si possibile esset, ut diem Pentecosten faceret Hierosolymis.] Praeceptum quidem legis erat, ut omnes Iudaei ter in anno, id est tem

pore paschae, Pentecosten, & Scenophegiae, Hierosolymis conuenirent, sed Apostolus ruptis seculi nexibus diem quinquagesimae, hoc est remissionis, & spiritus sancti, agere festinat. Vocauit maiores natu ecclesiae.] Pro maioribus natu in Graeco μεγαλοτερος habetur. Nisi quod spiritus sanctus per omnes ciuitates protestatur mihi.] Cum dicit, per ciuitates: aperte ostendit quod ea quae sibi futura erant, non sibi ipsi, sed alijs de se reuelata cognouit. Ex quibus erat propheta Agabus, nec non & illi discipuli qui hunc in Tyro consistentem monebant per spiritum ne ascenderet Hierosolymam. Dicens, quoniam uincula & tribulationes me manent in Hierosolymis.] Ut ubi aliquando persequeretur ecclesiam, ibi nunc pro ecclesiae pace decertet. Nec facio animam meam preciosiorem quam me.] Animam dicit, ipsam uitam in corpore temporalem, quam pro minimo ducit, qui in alia uita gaudium praetolatur aeternum. Quia mundus sum a sanguine omnium uestrum.] Eo se a proximorum sanguine mundum credidit, quo ferientis eorum uitis non pepercit. In quo uos spiritus sanctus posuit episcopos.] Dixerat enim supra presbyteros ephesi Mileti uocatos, quos nunc episcopos, id est superinspectores nominat. Non enim una ciuitas plures episcopos habere potuit, sed eisdem presbyteros, uerere sacerdotes sub nomine episcoporum significat. Coniunctus est enim gradus, & in multis penes similibus. Regere Ecclesiam Dei quam acquisiuit sanguine suo.] Non dubitat sanguinem Dei dicere, propter unionem personae in duabus naturis eiusdem Iesu Christi. Propter quam etiam dictum est: Filius hominis qui est in caelo. Cesset ergo Nestorius filium hominis a filio Dei separare, & duos sibi facere Christos. Et ex uobis ipsi expurgent uiri loquentes peruersa.] De hisdem & Ioannes: Ex uobis, inquit, exierunt, sed non erant ex uobis. Quoniam per triennium nocte & die non cessauit cum lachrymis, monens unumquemque uestrum.] Hoc pulchre & breuiter exponit Arator: Qui canit ecclesiae tria dogmata sapienter adit, Historicum morale sonans, typicumque uolument: Hinc Iudaea uacans, sterilis quae dicitur arbor, Expectata tribus fructum non attulit annis. Omnia ostendi uobis.] Id est non solum doctrianae inter pressuras & lachrymas insistendum, uerum ne quis infirmorum grauetur manibus esse laborandum, hoc est autem quod dictum est, Et quodcumque supererogaueris, ego cum reddero reddam tibi: euangelium uidelicet praedicare, & ex euangelio sumptus non querere. Beatus est magis dare quam accipere.] Non illi qui relictis omnibus secuti sunt Dominum, diuites etiam elemosynarios praeposit, sed illos quam maxime glorificat, qui cunctis quae possident semel renuntiatis, nihilominus laborant operando manibus. Quod bonum est, ut habeant unde tribuant necessitatem patienti.

Hierusalem conueniebant.

Paulus ab alijs de se didicit.

Animam.

Episcopi.

Sanguis Dei.

Dare quam accipere beatius.

60

CAPVT XXI.



Rose dicitur, de ducentibus nos cum uxore...

Tyriorum in Paulum obseruans...

Spiritus sanctus dominus deus,

his. & caetera usque ad finem Psalmi. Nulla enim ciuitas...

Jacobus frater domini.

Sequenti autem die introiit Paulus nobiscum ad Iacobum...

Mortuus est sepultus.

ubi praecipitatus fuerat, sepultus est. Audierunt autem de te...

Pauli criminatio.

conscripta damnari dicas quae per Moysen patribus fuere ministrata...

secutionem concitare molientes, tanquam inimicum legis...

Et scient omnes, quoniae quae de te audierint, falsa sunt.

Sed diceret, Putabunt omnes, praesertim quia in ipsis Hierosolymis...

Quia uidebant nouae gratiae sectatores minus ceremonias legis...

Qui dixit: Graece nostri? Nonne tu es Aegyptius?

Quatuor milia uirorum scariorum. Non est de hoc numero...

Perurbatione animi commotus hoc dixit, sed utique prophetado locutus est...

Dierum septem consummationem...

Aegyptii magi conatus.

Historiae consensus.

Sicarij.

Paulipatria.

praeueniret, & percussor lateret. Et si qui commotus fuisset...

CAPVT XXII.



Morem autem non audierunt eius qui loquebatur mecum...

Concord. historiae.

Vestium scissio.

Summa.

In Domini passione sacerdos solus de throno exiliens uestimenta scindit...

CAPVT XXIII.



Percutiet te Deus paries dealbatae. Non perturbatione animi commotus...

Paries dealbatus.

haec diceret, sequenti responsione manifestat dicens, Nesciebam fratres...

CAPVT XXIII.



Tunc auctor seditionis secta Nazarenorum. Illo quidem tempore...

renorum, quoniam Christum credunt filium dei, natum de Maria uirgine...

Unitatis & mala.

Homo proponit, deus disponit.

Nazarenii.

heresim, id est sectam nuncupant, quasi magis habeat pertinaciam quamlibet sectandi, quam in dustriam recta dignoscendi. *Quidam autem ex Asia Iudei.]* Iunge ad superiora, id est hi sunt qui me inuenerunt in templo. *Biennio autem expleto accipit successorem Felix Porcium Festum.]* Biennium dicitur conuersionis Pauli in Caesarea, non autem praedictus Felicitas. Dicitur enim supra, quod multis annis genti illi fuerit iudex. Praesertim cum historiae narrent secundo Neronis anno missum Romam Apostolum, Claudium uero Caesarem eo tempore quo Agrippam filium Herodis quem angelus Caesarea percussit, Iudaeorum regem constituerit, Felicem quoque totius prouinciae Samaritae & Galilaeae, & regionis quae dicitur trans Iordanem, procuratorem misisse.

CAPVT XXV.

Caesarem cur appellat.




*N*emo potest me illis donare. Caesarem appello. *]* Quod appellat Caesarem, & Romam ire fecit in, ideo facit, ut praedicationi diutius insisteret, cumque multis hinc credentibus atque omnibus coronatus iret ad Christum. *Agrippa rex et Bernice descendunt Caesarem.]*

Agrippa.

Agrippa hic qui cum sorore uenit Caesarem, filius est (ut dixi) Herodis Agrippae, quem ab angelo supra legitur interfecit, qui usque ad subuersionem Hierosolymorum, regnum Iudaeae tenuit, semper Romanis amicus, & ab omni illa Iudaeorum seditione tutissimus.

CAPVT XXVI.




E omnibus quibus accusor a Iudaeis Agrippa rex, aestimo me beatum apud te, cum sis defensor me hodie. *]* Hunc uersum alia editio sic transulit: Aestimo me ipsum beatum apud te, incipiens rationem reddere hodie. Qui a sancto Hieronymo quodam loco cum sita e positione sic positus est. De omnibus quibus accusor a Iudaeis Rex Agrippa, aestimo me beatum, cum apud te sim hodie defendendus, qui praecipue nostri cunctas quae in Iudaeis sunt consuetudines & quaestiones. Legerat enim illud Esaias: Beatus qui in aures loquitur audientis, & nouerat tantum orationis uerba proficere, quantum iudicis prudentia cognouisset. *Et cum occiderentur, detuli sententiam.]* Alia editio dicit: Occidendi eis detuli sententiam, id est qualiter occiderentur, ipse sententiam dedi. *Festus magna uoce dixit: Insanis Paule.]* Insaniae deputabat, quod homo uinculatus loco defendendi accepto, non de calumnia qua premebatur exterius, sed de conscientia qua intus gloriabatur sermonem faceret, atque omnia reuelationis qua de persecutore in Apostolum mutatus erat miracula praecurreret, sed & dispensatione nostri redemptoris ostensa, de resurrectione mortuorum concionantis habitu impetuque differeret. Reuera autem sicut stulta amentia est, qua filius

Insanire cur putatur.

prodigus patrem deserens porcos paruit, ita & spiritalis, id est uera amentia est, de qua Apostolus ait: Siue enim mente excedimus Deo, siue sobrii sumus uobis. & in cuius comparisonem Psalmista canit: Beatus uir cuius est nomen domini spes eius, & non respexit in uanitates & insanas falsas. *Credis Agrippa Rex Prophetis? Scio quia credis.]* Non haec adulando, ut quidam putant, sed uere profatur. Agrippa enim, utpote Iudaeorum ritum & legibus imbutus, credebat uera locutos esse prophetas, sed ad quem eadem ueritas pertingeret, id est dominum Christum, ut perfidus nesciebat. Quamuis in concione quadam cum Iudaeis habita dixisset legatur. Sed de religionis auxilio praesumitis, cum orbem iam Romanum Iesu discipuli repleuerint, aut sine Dei nutu putamus illam crescere religionem.

CAPVT XXVII.



*T*cum multis diebus tarde nauigarem, & uix deuenissemus contra Chium. *]* Melius legitur contra Gnidum, quae est insula contra Asiam. Centurio autem gubernatori & nauclero magis credebat. *]* Naucleros Graece, Latine nauicularius dicitur. *Misise contra ipsam uentus Typhonicus.]* Alia translatio Latine dicit, Ventus tempestiuus. Typhus enim Graece, Latine inflatio dicitur. *Cumque arripa esset nauis, & non posset conari in uentum, & cetera.]* Haec alia translatio manifestius edidit: Et arrepta nauis cum non possent occurrere uento, commodata nauis statibus colligere uela coeperunt. *Tunc transcurrimus insulam quae dicitur Claude, quam occupare non potuerunt, sed scapha missa adiuuare coeperunt nauem praecingentes eam. Trabebant autem & anchoras, timentes ne occurrerent in Syries.]* Ex quo ostenditur quod funibus a medio latere nauis utrinque circa eiusdem anteriora demissis, anchoras his quae traherentur adiunxerunt. Sicut & in nostro, id est in Britanico mari, refrenandae nauis post tergum molaria saxa subigere solent. Haec enim ad retardandum nauis incideret, solo etiam auditu terribiles, quod omnia ad se rapiant. Vnde & Salustius illis nomen a tractu dicit impositum. *Potimus uix obtinere scapham. Qua sublata adiutorijs utebantur.]* Scapha siue catacochos, est nauicula leuis, ex uimine facta, crudoque corio contecta. Dicta autem Graece a contemplando, quod tali nauis uel pirata nauigio terras & littora prospicere soleat. Hanc ergo cum pro adiuuanda naue maiori despoluissent in mare, uix fluctu feruente potuerunt, ne laboreretur, obtinere. *Summo uero sic ferebantur.]* Alia translatio sic ponit: Timentesque ne in Syrtim exciderant, laxantes intenas ita ferebantur. *Alii enim mihi haec nocte angelus Dei.]* Non est ipsum haec dicendo iactabat, sed illos ad fidem prouocabat. Nam & ideo pelagus turbari permissum est, ut & per id quod

Nauclerus.

Typhos.

Syries.

Scapha. Catacochos.

auditus

auditus non est, & per id quod auditus est, spiritalis in Paulo gratia pandereur. *Nisi hi in nauis manserint, uos salui fieri non potestis &c.]* Quia in periculo naufragij magis nauarum scientia qui erant gnari maris, quam militum arma prodesse ualebant, ideo leuiter ferebant scapham quam nauas excidere. *Et cum lux inciperet fieri, rogabat Paulus omnes sumere cibum.]* Pulcherrimus in hoc loco patet allegoriae sensus, cum Paulus eos quos de naufragio saluari promissit, cibum sumere suauit. *Et quia nocte media quatuor anchoris inter undarum impetus regebantur, orta die, terrae sinum conscendit, quia nullus huius seculi tempestatem nisi qui pane uitae pacitur, euadit. Et qui nocte tribulationum praesentium sapientiae, fortitudinis, temperantiae, & iustitiae totis uiribus innititur, mox Domini auxilio coruscate portum salutis quem quaesierit consequitur, ita dumtaxat ut seculi rebus expeditus, flammam solummodo dilectionis qua peccatus calefaciat, quaeratur. *Et leuato artemone, secundum statum aurae tendebant ad litus.]* Artemon est modicum uelum dirigendae potius nauis causa commentatum quam celeritatis. *Et cum incidisset in locum bithalassum, impigerunt nauem.]* Bithalassum bimaritimum dicit, quia Graeci mare *βιθαλασσο* uocant. Significat autem litus in mare protentum, eodemque mari se diuidente hinc inde circumdatum. *Et prora quidem fixa manebat immobilis, puppis uero soluebatur a ui maris, &c.]* Ideo nauis ista perijt, quia non leui cursu fluctibus superlapsa est, sed ipso aequoris fundo uiolenter infixata, partim solo retinetur, partim unda uexante confringitur. Talis est profecto calus animi huius seculo dediti, qui cum mundi desideria calcare neglexerit, quia proram intentionis terrae funditus infigit, totam operum sequentium compagem, curarum fluctibus soluit. Sed huius nauiculae fragmentis qui euasere, terram petunt, quia pereuntium exemplis alij se cauti agunt.*

Allegoria.

Artemon.

Bithalassum.

Allegoria.

CAPVT XXVIII.



*V*m congregasset autem Paulus sarmenorum multitudinem, & imposuisset super ignem. *]* Egressus est de mari Apostolus, ignem propter frigus ascendit, quia corda illorum quos undis tempestatum docendo exemit, amoris ardore calefacit. Sarmenata enim sunt dicta qualibet exhortatione, quae ad accendendam charitatem ualentia ab integritate decerpta, scripturarum quasi frondibus sunt excisa ramorum. *Viperam a calore cum processisset, inuasit manum eius.]* Quia spiritus immundus flamma uirtutum de fidelium corde repulsus, doctoribus ueritatis uenena persecutionum infundere nititur, quod manum sauciet, id est opus doctrinae spiritalis impediatur. *Et ille quidem excutens bestiam in ignem, nihil mali passus est.]* Eodem igni quo suos fouet, bestiam comburit, quia ipsa uirtutibus & san-

cti proficiunt, & impij cum suo auctore inuidendo deficiunt, ut propheta ait, Zelus apprehendit populum inruditum, & nunc ignis aduersarios comedit. *Contigit autem patrem Publij febribus & dysenteria uexatum iacere, &c.]* Cur infirmum infidelem prece saluat, qui Timotheum, Trophimumque fideles infirmos, unum medicinali arte reparat, alterum ex toto relinquit, nisi quia ille foris per miraculum sanandus erat, qui uiuus interius non erat, quod non indigebant qui salubriter intus uiuebant. *Nauigauimus in nauis Alexandrina, quae in insula hyemauerat, cui erat insigne Castrorum.]* Credo primitus in insigne Castrorum esse positum, sed uitio librariorum litteram adiectam: sicut frustra panis, pro frustra, & appropriat pro appropriat, saepe scriptum in antiquissimis exemplaribus inuenimus. In Grego enim pro insigni Castrorum, *παρασήμερον* scriptum est. *Διοσκουρι* autem, gemini Castores, id est, Castor & Pollux Graece uocantur. Testis est urbs Colchorum, quae ab Amphitro & Circo geminorum aurigis facta, ex eorum nomine Dioscoria cognominata est, Quos ob id gentiles in mari deos inuocant, quia in prodigijs nauarum, si solidarum stellae in nauis uel antemnis apparuerint, periculosi: si uero gemine, prosperi cursus sunt nunciae. Quarum aduentum, fugati diram illam, appellatam que Helenam ferunt. In alia translatione pro *παρασήμερον* scriptum uidimus, cui erat signum Iouis filijs. Ferunt enim fabulae Iouem in cygnum transformatum, Leden Thesi conjugem costuprasse, atque inde natam Helenam. Vnde dicitur, hic modularis ales Ledes petiuit amplexus, hanc eandem mutatam in stellam uirgineae, & Castorem ac Pollucem geminos procreasse. *Quia bene spiritus sanctus locutus est per Esaiam Prophetam ad patres uestros, dicens: Vade ad populum istum & dic, Aure audietis, &c.]* Hanc prophetiam quam Apostolus affirmat a spiritu sancto pronunciatam, ipse liber prophetae a Domino dictam esse commemorat. Ex quo liquido ostenditur una & uoluntas & natura domini & spiritus sancti, & in nuncupatione spiritus etiam Domini nomen intelligi. Neque uero Paulus alium habens spiritum sanctum haec de eo scripsit, qui in prophetis ante aduentum domini alius fuit, sed de eo cuius & ipse particeps erat, & omnes qui in fide consummatae uirtutis ferebantur. Vnde & cum articulo eius meminit, quasi solitarium & unum esse contestans, & sicut dicit non simpliciter *πνεῦμα ἅγιον*, id est spiritus sanctus, sed cum additameto articuli *τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον*, hoc est hic spiritus sanctus, & Esaiam Prophetasse commemorat esse articulatam uoce *τὸ ἅγιον τὸ πνεῦμα*. Petrus quoque in eo sermone quo praesentibus persuadebat, Oportuerat, inquit, compleri scripturam quam praelocutus est spiritus sanctus (id est *τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον*) per os David, de Iuda.

Sanandi ratio.

Castrorum insigne.

Dioscoria. Geminorum uocandi ratio.

Iouis filij.

Spiritus sancti coequalis et substantia.

60 Ostendens & ipse eundem spiritum in propheta

tis & in Apostolis operatum. Hæc de beati Dydymi libris excerpta, hunc in nostris opusculis teneant locum. *Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauerunt.* Ne putemus crassitudinem cordis & grauitatem aurium nature esse, non uoluntatis subiungit culpam arbitrij, & dicit, *Et oculos suos compresserunt, ne forte uideant oculis.* Id est ipsi meritis præcedentibus causa fuerunt, ut deus eis oculos clauderet. Vel ad superiora iungendum est, dicente domino ad Prophetam: *Vade ad populum istum, & peccata quibus cæcitate meruerunt. illis impropere, si forte uel sic audire, & ad me cõueri dignentur.* Mansit autem biennio toto in suo conducto. Id est in hospitio quod ipse sibi condixerat, Christum omnibus prædicabat, non solum quidem Iudæis, sed & gentibus, quas illis reprobatis dixerat esse saluandas. *Et docens quæ sunt de Domino Iesu Christo cum omni fiducia sine prohibitione.* Non solum Romæ prædicare prohibitus nõ est, sed necdum Neronis imperio roborato, nec in tanta erumpente scelera, quanta de eo narrat historia, dimissus est ut Euagelijum Christi in occidentis quoque partibus prædicaret, sicut ipse Romanis ait: *Nunc igitur proficiscar in Hierusalem ministrare sanctis.* Et paulopõst: *Hoc ergo cum consummauero, proficiscar per uos in Hispaniam.* Postea enim, id est ultimo Neronis anno, retentus ab eo, martyrio coronatus est. Quod utrumque in secunda ad Timotheum Epistola, quam passurus de uinculis dicit, exponit. In prima, inquit, mea defensione, nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt, Dominus autem mihi assistit, & cõfortauit me, ut per me prædicatio impleretur, & audirent eum omnes gentes, & liberatus sum de ore leonis. Manifestissime propter credulitatem Neronem leonem esse significans. Et in sequentibus: *Et saluauit me, & saluum faciet in regnum suum cæleste, quod scilicet præsens sibi sentiret imminere martyrium.* Vnde in eadem Epistola præmiserat dicens: *Ego enim iam immolor, & tempus meæ resolutionis instat. Bonum certamen certauit, cursum consummaui, fidem seruauit.*

FINIS EXPOSITIONIS VENERABILIS Bedæ presbyteri in Acta Apostolorum.

Incipit expositio cuiusdam sicut eiusdem Bedæ, de nominibus locorum, uel ciuitatum, quæ leguntur in libro Actuum Apostolorum.

DE LITERA A.



ACheldemach, hoc est ager sanguinis, qui hodieq; demonstratur in Heliã ad australem plagam montis Sion, & hæcenus iuxta Iudæorum consiliũ mortuos ignobiles alios terra tegit, alios sub dio putrefacit.

Agyptus, à septentrione mare magnum signumq; Arabicum, ab oriente mare rubrum, à meridie oceanum, ab occasu Libyã habet. Cuius in inferiorem partem Nilus dextera leuaq; diuisus amplexu suo differtinat, Conopico ostio ab Aphrica, ab Asia Pelusiaco centum sexaginta millia passuum interuallo. Quam ob causam, inter insulas quidam Ægyptum retulere, ita se findente Nilo, ut à litera figuram efficiat. Ideoq; multi Græcè literè uocabulo Delta appellauerunt Ægyptum. Mensura ab unitate aluei unde se findit primum in latera ad Canopicum ostium, centum sexaginta millia passuum: ad Pelusiacum, ducenti quinquaginta sex.

Aethiopia regio ab Indo flumine confluentis iuxta Ægyptum, inter Nilum & Oceanum, in meridie, sub ipsa solis uicinitate iacet. Quorum sunt tres populi, Hesperij occidentis, Garamantes Tripolis, Indi orientis.

Alexandria ciuitas Ægypti, quæ quondam No dicebatur, inter Ægyptum, Aphricam, & mare quasi claustrum polita, in qua beati Euagelij & Marci tumultus hodieq; in Ecclesia ueneratur.

Amphilolis ciuitas Macedoniæ. Est & altera eiusdem nominis in Syria.

Antiochia ciuitas Syriæ Cœles, in qua Barnabas & Paulus Apostoli sunt ordinati. Est & alia in Pisidia prouincia Asia, in qua iidem prædicantes Iudæis dixerunt, Vobis oportebat primum loqui uerbum Dei, sed quoniam repulisti illud, & cætera.

Antipatris ciuitas Palestina, nunc dirupta, quam Herodes rex Iudææ ex patris sui nomine uocauerat.

Appij forum, nomen fori Romæ ab Appio quondam consule tractum, à quo & uia Appia cognominata est.

Apollonia ciuitas est Macedoniæ. Est & altera in prouincia Aphricæ, quæ dicitur Pentapolis.

Ariopagus

Ariopagus, Athenarum curia, quæ interpretatur uilla Martis, quod ipse ibi quondam à duodecim dijs iudicatus sit.

Arabia, regio inter signum maris rubri, qui Persicus, & eum qui Arabicus uocatur. Habet gentes multas, Moabitas, Ammonitas, Idumæos, Sarracenos, aliasq; quamplurimas. Arabia autem sacra interpretari dicitur, eo quod sit regio thurifera, odores creans. Hinc eam Græci Eudæmon, nostri beatam uocauerunt.

Asia regio, quæ minor cognominatur, abscq; orientali parte qua ad Cappadociam Syriamq; progreditur, undiq; circumdata est mari. Cuius prouinciæ sunt, Phrygia, Pamphylia, Cilicia, Chaonia, Galatia, & alia multæ. Sed specialiter ubi Ephesus ciuitas est, Asia uocatur.

Alos, ciuitas Asiae maritima, eadem Apollonia dicta.

Athenæ ciuitas in Achaia, philosophi dicta studijs. Quæ cum una sit, plurali numero semper appellari solet. cuius Pireus portus, septem plici quondam muro communitus fuisse describitur.

Attalia, ciuitas Pamphiliæ maritima.

Azotus oppidum in signe Palestinae, quod Hebraice uocatur Esdod, & est una de quinque olim ciuitatibus Allophylorum.

B

Babylon metropolis regni Chaldaeorum, ubi eorum qui ædificare turres lingue diuitæ sunt, à qua & regio circumposita, Babilonia uocatur. Hanc fuisse potētissimam, & campetribus per quadrum sitam, ab angulo usque ad angulũ muri, duodecim millia tenuisse passuum, id est, simul per circuitum sexaginta quatuor millia, refert Herodotus, & multi alij qui Græcas historias conscripserunt. Arx autem, id est, Capitolium illius urbis, est turris, quæ post diluuium ædificata, quatuor millia passuum tenere dicitur. Cuius post ruinam muri tantum si cæles remanuisse, & ob bestias quæ illic abundant captandas, recuperati esse traduntur.

Beroæa, ciuitas in Macedonia, quæ uerbum Domini nobiliter accepit.

Bithynia prouincia Asiae minoris, quæ & quondam Bebrycia, & deinde Mygdonia dicta est. Ipsa est & maior Phrygia, Hiera fluminis à Galatia differtinata, Habet ciuitatem eiusdem nominis.

C

Cæsareæ ciuitates duæ sunt in terra re-promissionis. Vna Cæsarea Palestinae, in liuore maris magni sita, quæ quondam Pyrgos, id est turris Stratonis dicta est, sed ab He-

rode rege Iudææ nobiliter & pulchrius & contra uim maris multo utilius instructa, in honorem Cæsaris Augusti, Cæsarea cognominata est. Cui etiam templum in ea marmore albo construxit. In qua nepos eius Herodes ab angelo percussus, Cornelius Centurio baptizatus, & Agabus propheta zona Pauli ligatus est. Altera uero Cæsarea Philippi, cuius Euagelij scriptura meminit, ad radicem montis Libani, ubi Iordanis fontes sunt, à Philippo Tetrarcha eiusdem regionis facta, & in honorem Tiberij Cæsaris cognominata est. Sed & tertia Cæsarea Cappadociæ metropolis est, cuius Lucas ita meminit, Profectus ab Epheso & descendente Cæsaream, ascendit & salutauit Ecclesiam.

Cappadocia regio in capite Syriæ, id est, ad septentrionem.

Carrha ciuitas Mesopotamiæ, apud Romanos.

Craffi clade, apud nos autem hospitio Abraham patriarchæ, & parentis eius, morte nobilis.

Cenchre, portus Corinthiorum ciuitatis famosissima.

Chaldæorum regio inter Babiloniã & Arabiam, Tigrin & Euphratem.

Chanaan filius Cham obtinuit terram à Sidone usq; ad Gazam, quã Iudæi deinceps possederunt eiectis Chananaeis.

Chius insula ante Bithyniam, cuius nomen Syra lingua masticem designat, eo quod ibi mastix gignitur. Hanc aliqui Chiam appellauerunt, à Chione nymphea.

Cilicia prouincia Asiae, quã Cygnus amnis intersecat, & mons Amanus, cuius meminit Salomon. A Syria Cœle separat.

Cyperus insula in mari Pamphilio, quindecim quondam oppidis insignis, famosaq; diuitijs, & maxime cris, ubi enim prima huius metalli inuentio, & utilitas fuit. Cui in proximum est in finibus Ciliciæ promontorium, & oppidum Veneris.

Cyrene ciuitas in Libya, cuius regio etiã Pentalopolitana uocatur, eo quod quinque urbibus maxime fulgeat, Beronice, Arsinoe, Ptolemaide, Apollonia, ipsaq; Cyrene.

Cnidus, insula contra Asiam.

Coos nobilissima contra Asiam insula, adiacens prouinciæ Atticæ, & est eiusdem nominis oppidum in insula Calamna.

Corinthus, ciuitas Achaiae maritima.

Creta, Græciæ insula centum quondam urbibus nobilis, unde Hecatompolis dicta est.

D

Damascus nobilis urbs Phoenicis, quæ & quondam in omnia Syria tenuit principatum, & nunc Sarracenorum metropolis esse

perhibetur. Vnde & rex eorum Maumas famosam sibi in ea suam genti basilicam dicauit, Christianis in circumitu ciuibus beati Baptistae Ioannis Ecclesiam frequentantibus.

Derbe, ciuitas Lycaoniae prouinciae.

E

Elamitae, principes Persidis, ab Elam filio Sem appellati.
Ephesus Amazonum opus, ciuitas in Asia, ubi requiescit beatus Euangelista Ioannes.

F

Ab F incipientia non sunt:
sed a ph, hęc duo.

Phrygia prouincia Asiae Troadi superiecta, septentrionali sua parte Galatiae contermina, meridiana Lycaoniae & Pisidiae. Mygdoniaeque, ab oriente Cappadociam attingit. Duae sunt autem Phrygiae: quarum maior Smyrniam habet, minor uero Ilium.

Phoenicia, prouincia Syriae cuius partes sunt Samaria & Galilaea, & aliae plurimae regiones.

G

Galilaea duae sunt. Vna Galilaea gentium, quae in finibus Tyrionum in tribu Neptalim. Altera circa Tiberiadem, & stagnum Genezareth in tribu Zabulon.

Galatia, prouincia Asiae a Gallis uocabulum trahens, qui auxilium a Rege Bithyniae euocati, regnum cum eo peracta uictoria diuiserunt. Sicque deinde Graecis admisi, primo Gallograeci, postea Galatae sunt appellati.

Gaza, ciuitas insignis Palaestinae, quae apud ueteres erat terminus Chananaeorum ad meridiem. Sed antiquae Gazae locum, uis fundamentorum uestigia demonstrant. Haec autem quae nunc cernitur in alio loco, pro illa quae corruit aedificata est.

Graecia, prouincia quaedam Achaiae, quae a Graecis scriptoribus Hellas uocata est. In qua Athenarum ciuitas est quondam Antica dicta.

H

Hadrumetus, ciuitas in Byzantio regione Aphricae.

Hadria, seu Adria, nomen maris contra Rauraniam, quod per ostia Padis iuminis intratur, sumpto uocabulo ab Hadria proxima ciuitate, quae eidem mari nomen etiam Hadriatici dedit. Hierusalem metropolis quondam totius Iudaeae, quae nunc ab Julio Hadriano Caesare, quod eam a Tito destructam latiore suo restau-

rauerit, Alia cognominata est. Cuius opera factum est, ut loca sancta, id est dominicae passionis & resurrectionis, sed & inuentionis sanctae Crucis, quondam extra urbem iacentia, nunc eiusdem Urbis muro Septentrionali circumdantur.

I

Iconium, ciuitas celeberrima Lycaoniae, & est altera in Cilicia.

Ioppe, oppidum Palaestinae maritimum, in tribu Dan, ubi hodieque saxa monstrantur in littore, in quibus Andromeda religata, Persei quondam uiri sui fertur liberata fuisse praesidio.

Italia, regio & patria Romanorum, ab Italo Rege uocabulum trahens, quae ab Aphrico & a Borea mari magno cincta, reliqua Alpium obijciibus obstruitur.

Iudaea, aliquando tota terra duodecim tribuum appellatur, aliquando duae tantum tribus, quae quondam Iuda uocabantur, ad distinctionem Galilaeae & Samariae, aliarumque in terra repromissionis regionum. Et notandum apud historicos quod Iudaea ad Palaestinam, Galilaea uero & Samaria ad Phoenicem pertineant.

L

Lasea ciuitas littoraria Cretae insulae, iuxta locum qui uocatur Boni portus, ut ipse Lucas exponit, Pro qua quidam corrumpe Thalassa legunt.

Libyae prouinciae duae sunt. Vna Libya Cyrenaica, de qua dictum est: Et pars Libyae quae est circa Cyrenen. Haec post Aegyptum in parte Aphricae prima est, & mari Libyco cognomen dedit. Postquam Libya Aethiopum usque ad meridianum pertingens Oceanum.

Lycaonia, prouincia Asiae. Est etiam eiusdem nominis ciuitas in Phrygia minore.

Lycia, prouincia Asiae.

Lydda, ciuitas Palaestinae in littore maris maritima sita, quae nunc Diospolis appellatur.

Lystra, ciuitas Lycaoniae.

M

Macedonia, prouincia Graecorum nobilissima, & uirtute Alexandri Magni nobilior facta.

Madian, ciuitas iuxta Armonem & Aroopolim, cuius ruinae tantummodo demonstrantur, ubi Moses apud Ietro socerum suum exulabat.

Medi, a Madai filio Iaphet appellati. Sunt autem inter flumen Indum, & flumen Tigrim regiones istae a monte Caucaso usque ad mare rubrum pertingentes, Aracusia, Parthia, Assyria, Persida, & Media, quas scriptura sacra uniuersas

uersas saepe Mediae nomine uocat.

Mesopotamia regio inter flumina Tigrim, & Euphraten, quae & ipso uocabulo Graece in medio fluminum esse posita monstratur. Huic ad meridiem succedit Babylonia, deinde Chaldaea, nouissime Arabia Eudæmon.

Miletus ciuitas in Asia maritima, decem stadiis ab ostio Maandri amnis secreta, ubi Paulus Ephesiorum maiores alloquitur. Est & insula ignobilis nominis eiusdem, in mari Aegeo uel Ionio.

Mysia, prouincia Asiae, nunc Aolis dicta. Est & altera eiusdem nominis iuxta flumen Danubium. Suntque auctores, transisse ex Europa Mosas, & Brygas, & Thynos, a quibus appellantur in Asia Myfi, Phryges, & Bithyni.

Mitylene, insula contra Asiam, quae a proximo continente abest septem milia quingentos passus.

N

Nazareth, uiculus in Galilaea iuxta montem Tabor, unde & Dominus noster Iesus Christus est Nazareus uocatus. Habetque ecclesiam in loco quo Angelus ad beatam Mariam Euangelizaturus intravit, sed & aliam ubi Dominus est nutritus.

Neapolis, ciuitas Cariae, quae est prouincia Asiae.

O

Oliueti mons, ad orientem Hierosolymae torrente Cedron interfluente. Vbi ultima Domini uestigia humo impressa hodieque monstrantur. Cumque terra eadem quotidie a credentibus hauriatur, nihilominus tamen eadem sancta uestigia pristinum statum continuo recipiunt. Denique cum Ecclesia in cuius medio sunt, rotundo schemate & pulcherrimo opere conderetur, summum tantum cacumen ut perhibent, propter dominici corporis meatum nullo modo contegi & concamerari potuit, sed transiit eius iter ad caelum usque patet apertum.

P

Pamphilia, prouincia est Asiae.
Paphus, ciuitas maritima in Cypro insula, Veneris quondam sacris, carminibusque poetarum famosa, quae frequenti terrae motu lapsa, nunc ruinarum tantum uestigijs, quod olim fuerit ostendit.

Parthi, inter flumen Indum, quod est ab Oriente, & inter flumen Tigrim, quod est ab occidente, sita sunt, ut supra dictum est.

Patara, ciuitas Lyciae prouinciae in Asia.
Perge, ciuitas Pamphiliae prouinciae.

Philippi ciuitas in prima parte Macedoniae.
Pisidia, prouincia Asiae.

Pontus regio multarum gentium iuxta mare Ponticum, quod Asiam & Europam determinat, & propter plurimam ostiorem Danubij infusione dulcius carteris esse cognoscitur.

Ptolemais, ciuitas Iudaeae maritima prope montem Carmelum, quae quondam Acha dicta est. Est altera Ptolemais in Pentapoli prouincia Aphricae, cuius supra memini.

Puteoli ciuitas, colonia Campaniae, eadem dicta Dicarchea.

R

Regium, ciuitas Siciliae maritima, uiginti milibus passuum a promontorio Peloro secreta, cuius nomen Graece interpretatur diruptio: eo quod haec Siciliae pars quondam Bruttio agro Italiae cohaerens, mors interfuso mari sit auulsa, quindecim milia passuum in longitudine freto, in latitudine autem mille quingenta iuxta columnam regiam. In quo freto est scopolus Scylla, ite Charybdis, mare uorticosum, ambo fauista clara.

Rhodus, Cycladum insularum nobilissima, & ab Oriente prima, quondam Ophiusa uocata. In qua urbs eiusdem nominis fuit aereo colosso famosa, septuaginta cubitorum altitudinis. Dicitur autem a poru Asiae uiginti milibus passuum.

Roma, urbs in Italia, totius quondam orbis domina, a conditoris sui Romuli nomine sic uocata. Quam propter eximiam uirtutem, plerique scriptorum quasi sola esse, Urbem appellare malebant.

S

Salamis, ciuitas in Cypro insula, nunc Constantia dicta, quam Traiani principis tempore, Iudaei, interfectis omnibus accolis, deleuerunt.

Salomon, ciuitas maritima Cretae insulae.
Samaria, ciuitas regalis in Israel, in uertice montis Somer posita. Sed & omnis regio quae circa eam fuit, a ciuitate quondam nomen accepit, media inter Iudaeam & Galilaeam iacens. Haec ab Herode Antipatri filio in honore Augusti Caesaris Graeco nomine *σολζαν*, id est Augusta, uocata est.

Samos, insula in mari Aegeo, in qua reperta prius sicilia uasa traduntur. Vnde & uasa Samia, appellata sunt.

Samotheacia, insula in Carpathico sinu.

Saron, quod interpretatur campestris, regio est a Caesarea Palaestinae usque ad oppidum Ioppe pertingens. Et est hodieque locus pascendis gregibus aptus, quae iuxta soli qualitatem

Petro praedicante, fidei continuo fructus ger-

minauit. Sed & inter montem Tabor, & stagnum Tiberiadis, regio Saronis appellatur.

Seleucia ciuitas Syriæ nobilis, in promontorio Syriæ Antiochiæ sita.

Sichem ciuitas Iacob, nunc Neapolis dicta, iuxta sepulcrum Ioseph, quæ à filio Emor regis sui uocabulum sumpsit, iuxta quam Dominus Samaritanæ mulieri ad puteum loquitur, ubi nunc ecclesia fabricata est ex latere montis Garizim.

Sicilia tribus est distincta promontorijs, unum de & à triangula specie Trinacria quodam uocata, mox à Siculo rege Sicilia dicta est. Primum promontorium dicitur Pelorum, & aspectat ad Aquilonem. Cui Messana ciuitas proxima est, & aduersum ex Italia promontorium Cænus duodecim stadiorum interuallo. Secundum dicitur Pachynum, quod respicit ad Euro notum. Tertium appellatur Lilybæum, ciuitatem eiusdem nominis habens, & dirigitur in occasum.

Sidon urbs Phœnicis insignis, olim terminus Chananæorum, ad aquilonem iuxta Libani montis ortum sita, & ipsa artifex uitri.

Sina, mons in regione Madian super Arabiam in deserto, qui alio nomine Oreb appellatur. Unde dicitur, Et fecerunt uitulū in Oreb, cum hoc Moyses in Sina factum scripserit.

Syracusæ metropolis Siciliæ sub promontorio Pachyno.

Syria, quæ Hebraice Aran dicitur, regio est inter flumen Euphratem, & mare magnum, usque ad Ægyptum pertingens. Habet maximas prouincias, Comagenam, Phœniciam, & Palæstinam, absque Sarracenis & Nabathæis, quorum gentes sunt duodecim.

Syrtes, arenosa in mari magno loca, multum terribilia & metuenda, eo quod ad se omnia diripere soleant, & appropinquant uadoso mari hæreant. Hæ autem ad mare Ægyptium uicinæ sunt, & pariter admiscuntur.

Smyrna, ciuitas Lyciæ prouinciæ in Asia, cuius Lucas ita meminit: Et pelagus Ciliciæ & Pamphiliæ nauigantes, uenimus in Smyrnam Lyciæ, pro quo aliqui codices habent, uenimus in Lystrā quæ est Ciliciæ. Porro Hieronymus in libro Hebraicorum nominum Myrrham ponit, & interpretatur amara,

T

Tarsus ciuitas metropolis Ciliciæ prouinciæ, Paulo apostolo gloriosa.

Theatrum, locus ab spectaculo uocabulum mutuans, quod in eo populus desuper, atque spectans ludos scenicos contemplaretur.

Thessalonica ciuitas Macedonia.

Thyathira ciuitas Lydiæ, quæ est prouincia Asia, templo quondam Æsculapij famosa. Cuius ciuis erat illa Lydiæ porphyropolis, id est, purpuræ uenditrix, quæ in Philippis fidem Christi suscepit.

Tyrus metropolis phœnicis in tribu Neptalim, uigesimo prope miliario à Casarea Philippi. Hæc quondam insula fuit præalto mari septingenti passibus diuisa, sed ab Alexandro terræ continens facta est, propter expugnationem multis in breui freto aggeribus comportatis. Cuius maxime nobilitas conchylio atque purpura constat.

Troas ciuitas Asiae maritima, eadem Antigoniam dicta.

Finitus est Tractatus de Nominibus
Locorum, quæ leguntur in
Apostolorum
Actis.

Incipit expositio uenerabilis Bedæ presbyteri super

Epistolas Catholicas.

ET PRIMO,

Super D. Iacobi Hierosolymitani Episcopi Epistolam.

CAPVT I.



IACOBVS Dei & Domini IESU CHRISTI seruus, duodecim tribubus quæ sunt in dispersione, salutem. Dixit de hoc Iacobo Apostolo Paulus, Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui uidebantur columna esse, dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis, ut nos in gentibus, illi autem in circuncisione prædicarent. Quia ergo in circuncisione ordinatus erat Apostolus, curauit eos qui ex circuncisione erant, sicut præsentem colloquendo docere, sic & absentes per epistolam consolari, instruere, increpare, corrigere. Duodecim, inquit, tribubus quæ sunt in dispersione, salutem. Legimus occiso à Iudæis beato Stephano, quia facta est in illa die persecutio magna, in Ecclesia quæ erat Hierosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones Iudææ & Samaritæ, præter Apostolos. His ergo dispersis qui persecutionem passi sunt propter iustitiam, misit Epistolam. Nec solum his, uerum etiam illis qui percepta fide Christi necdum operibus perfecti esse curabant, sicut sequentia epistolæ testantur. Nec non & eis qui etiam fidei exortes durabant, quin & ipsam in credentibus quantum ualere persequi ac perturbare studebant. Qui tamen omnes in dispersione fuerunt uarijs calibus patria profugi, & innumeris caedibus mortibusque perumnis, ubicunque erant ab hostibus pressi, sicut Historia Ecclesiastica sufficienter exponit. Sed & in actibus Apostolorum legimus eos tempore dominicæ passionis longe lateque iam fuisse dispersos, dicente Luca: Erant autem in Hierusalem habitantes Iudæi, uiri religiosi, ex omninatione quæ sub celo est. Quarum etiam nationum plurimæ nominatim exprimuntur, cum subinfertur: Parthi, & Medi, & Elamitæ, & qui habitant Mesopotamiam, & cætera. Itaque iustos hortatur, ne in tentationibus à fide deficient, peccantes castigat, & admonet

ut à peccatis se contineant, & uirtutibus proficiant, ne infructuosi, siue etiam damnabiles, ab his qui fidei sacramenta percepissent, reddantur. Incredulos admonet, ut poenitentiam de nece Saluatoris, cæterisque, quibus implicabantur sceleribus gerant, antequam eos ultio cælestis uel inuisibiliter, uel etiam uisibiliter percellat. Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes uarias incideritis. A perfectioribus inchoat uerbum, ut per ordinem perueniat ad eos quos interfectos uidebat esse corrigendos, atque ad perfectionis culmen erigendos. Et notandum, quod non ait simpliciter Gaudete, uel Gaudium existimate, sed Omne (inquit) gaudium existimate, cum in tentationes uarias incideritis: omni gaudio dignos arbitramini, si uos propter fidem Christi tentationes sustinere contingat. Hæc est gratia, si propter conscientiam Dei sustinet quis patiens iniuste, ut Petrus ait. Et coapostolus eius Paulus: Non sunt condignæ passionibus huius temporis ad superuenturam gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Et Apostoli omnes ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habitusunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Non ergo contristari debemus si tentati, sed si à tentationibus superari fuerimus. Scientes, quod probatio fidei uestræ patientiam operatur. Patientia autem opus perfectum habeat, ut siuis perfecti & integri, in nullo deficientes. Ideo (inquit) aduersus tentamini, ut uirtutem patientiæ discatis, & per hanc ostendere possitis ac probare, quod firmam fidem futuræ retributionis in corde gestatis. Neque huic loco contrarium debet putari, sed potius consonum intelligi, quod Paulus Apostolus ait: Scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem. Patientia enim probationem operatur, quia cuius patientia uinci non potest, ille perfectus esse probatur. Quod hic quoque subsequenter edocetur, cum dicitur: Patientia autem, opus perfectum habet. Et rursum: Probatio fidei uestræ patientiam operatur. Quia illa ratio facit fideles per patientiam exerceri, ut per hanc fides eorum quam sit perfecta probeatur. Si quis autem uestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Omnis quidem sapientia salutaris, à Domino postulanda est, quia sicut uir sapiens ait, Omnis sapientia à Domino Deo est, & cum illo fuit semper. Neque aliquis per liberum arbitrium sine adiutorio gratiæ diuinæ, quamuis Pelagiani multum contendant, intelligere ac sapere ualet. Sed hic specialiter de illa sapientia dici uidetur, qua nos in tentationibus uti necesse est. Si quis (inquit) uestrum non potest intelligere utilitatem tentationum quæ fidelibus probandi causa eueniunt, postulet à Deo tribui sibi sensum, quo dinoscere ualeat, quanta pietate pater castigat filios, quos

quos aeterna hereditate dignos efficere curat. Et consule ait, Qui dat omnibus affluenter, ne quis uidelicet suae conscius fragilitatis accipere se petentem posse diffideret, sed potius quisque recoleret, quia desiderium pauperum exaudivit Dominus. Et sicut idem alibi dicit: Benedixit omnes timentes se Dominus, puillos cum maioribus. Verum quia multi multa petunt a domino, qui tamen accipere non merentur addit, qualiter petere debeant si impetrare desiderant. *Postulet autem in fide nihil haerens.* Id est talem se exhibeat bene uiuendo, ut dignus sit exaudiri dum postulat: Qui enim meminit se Domini non obtemperasse preceptis, merito desperat dominum suus intendere precibus. Scriptum est enim, Qui obturat aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. *Qui enim haesitat, similis est fluctui maris qui a vento mouetur & circumfertur.* Qui mordente se conscientia peccati haesitat de perceptione premiorum caelestium, facile ad impulsum temptationum statum fidei deserit, quia in tranquillitate Deo seruire uidebatur, & ad libitum hostis inuisibilis, quasi ad statum uentis per diuersos uitiorum rapiatur errores. *Vir duplici animo inconstans est in omnibus uis suis.* In omnibus uis, in aduersis & prosperis dicit. Vir autem duplex est animo, qui & ad precandum Dominum genua flectit, & uoces precatorias emittit, & tamen accusante se intus conscientia impetrare posse diffidit. *Vir est duplex animo, qui & hic uult gaudere cum seculo, & illic regnare cum Deo.* Ite uir duplex est animo, qui in bonis quae facit non retributionem interius, sed fauorem exterius querit. Vnde bene per quendam sapientem dicitur: *Vae peccatori terram ingredienti duabus uis.* Duabus quippe uis peccator terram ingreditur, quando & dei est quod opere exhibet, & mundi quod per cogitationem querit. Omnes autem isti inconstantes sunt in omnibus uis suis, quia facillime & aduersis seculi deterrantur, & prosperis irretiuuntur, ut a ueritatis uia diuertant. *Glorietur autem frater humilis in exaltatione sui.* Ideo, inquit, omne gaudium uos exultare oportet cum in tentationes uarias incideritis, quia omnis qui aduersa humiliter pro Domino suffert, sublimia ab illo regni premia percipiet. *Dives autem in humilitate sua.* Subauditur a superiore uersu, gloriatur. Quod per irrisionem quae graece ironia uocatur, dictum esse constat. Ita, inquit, gloriam suam qua diuitijs superbit & pauperes despicit, aut etiam opprimit, intendendam esse meminerit, ut humilitatus in aeternum pereat cum purpurato illo diuite qui Lazarum despexit egentem. *Quo nam sicut flos foeni transibit.* Flos foeni & odoratum delectat, & uisum, sed uelocissima gratia suae uenustatis & suauitatis amittit. Ideo que huic rectissime praesens impiorum felicitas asimilatur, quae diuturna esse nullatenus ualeat.

Excortus est enim sol cum ardore, & arefecit foenum, & flos eius decidit. Ardorem solis, sententiam dicit districti iudicis, qua reproborum decor temporalis in fine consumitur. Florent autem & electi, non autem ut foenum, iustus enim ut palma florebit. Florent iniusti temporaliter, qui tanquam foenum uelociter arefcunt, & quemadmodum holera herbarum cito cadent. Florent iusti tanquam arbores, quia flos eorum, id est spes certissima eorum, fructum expectat perennem. Radix quoque, id est charitas eorum fixa & immobilis permanet. Hinc etenim uir sapiens ait: Ego quasi uitis fructificauit suauitatem odoris. Denique Naboth uir iustus mori maluit, quam uineam patrum suorum in hortum holerum transferre. Vineam quippe patrum, in hortum holerum transmigrare est, fortia uirtutum opera quae ex patrum doctrina percepimus, fragili uitiorum delectamento immutare. Iusti autem animam ponere, quam terrestria pro caelestibus bona eligere malunt. Vnde bene de illis psallitur, quia erunt tanquam lignum quod plantatum est secus decursum aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, & caetera. At quid iniusti? Et decor, inquit, uultus eius deperit. Ita & diues in itineribus suis marcescet. Non omnem diuitem dicit, sed eum qui confidit in incerto diuitiarum. Qui enim fratri humili diuitem e contrario opposuit, ostendit se de illo diuite loqui, qui humilis non est. Nam & Abraham eum esset diues in mundo, pauperem tamen post mortem suo suscepit in sinu, diuitem reliquit in paenis. Sed non ideo diuitem reliquit quia diues erat, quod & ipse fuerat, sed quia misericors & humilis quod ipse fuerat, esse despererat. Et contra mendicium Lazarum recepit, non quia rebus pauper erat quod ipse non fuerat, sed quia humilis & innocens quod ipse fuerat, esse curabat. Talis ergo diues, hoc est superbus & impius, terrena gaudia caelestibus anteponens, in itineribus suis marcescet, hoc est in actibus suis peribit iniquis, quia iter Domini rectum ingredi neglexit. Sed cum ille ut foenum ante ardorem solis decidit iustus e contra, ut arbor fructifera, & eiusdem solis ardorem, id est seueritatem iudicis integre suffert, & in super bonorum operum fructus pro quibus in perpetuum remuneretur, affert. Vnde recte subiungitur. *Beatus uir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam uitae, quam repromisit Deus diligentibus se.* Huic simile est illud in Apocalypsi: *Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam uitae, quam repromisit, inquit, Deus diligentibus se.* Aperte admonens, quia tanto amplius gaudere in tentationibus oportet, quanto certius claret Deum his quos diligit, maius saepe temptationum exercitium probantur in fide perfectum autem probati sint ueraciter esse fideles, hoc est perfecti & integri, in nullo deficientes, iure accipiant

Ardor fo. lis.

Vinea Naboth.

Dives cur damnatus.

accipiant promissam uitae aeternae coronam. *Nemo cum tentatur, dicat quoniam a Deo tentatur.* Hactenus de temptationibus, quas permittente domino exterius probandi gratia per petimur, disputauit: nunc incipit agere de illis, quas interioris instigante diabolo, uel etiam naturae nostrae fragilitate suadente toleramus. Vbi primum illorum destruit errorem, qui sicut bonas cogitationes a Deo nobis constat inspirari, ita etiam malas ipso instigante putant nostram in mente generari. Nemo ergo cum tentatur dicat, quoniam a Deo tentatur, illa uidelicet temptatione qua diues incedens in itineribus suis marcescit. Id est nemo cum rapinam, furtum, falsum testimonium, homicidium, stuprum, uel caetera huiusmodi commiserit, dicat quoniam Deo cogente necesse habuerit haec patrare, ideoque nullatenus horum effectum declinare potuerit. *Deus enim in tentator malorum est.* Subauditur tentamentorum. *Ipse enim neminem tentat.* Euidelicet temptatione quae decipit misericors ut peccent. Duplex est enim genus temptationis. Vnum quod decipit, aliud quod probat. Secundum hoc quod decipit, Deus neminem tentat. Secundum illud quod probat, Deus tentauit Abraham. De quo & propheta postulat: *Proba me domine, & tenta me.* *Uisusque uero tentatur a concupiscentia sua, abstractus & illectus, & caetera.* Abstractus a recto itinere, & illectus in malum. De hoc uersu Hieronymus contra Iovinianum. Sicut in bonis (inquit) operibus perfectior est Deus, non enim uolentis, neque currentis, sed Dei miserentis & adiuuantis est, ut peruenire ad eam ualeamus: sic in malis atque peccatis semina nostra sunt incentiua, perfectio autem diaboli. Cum uiderit nos super fundamentum Christi aedificasse foenum, ligna, & stipulam, supponeat incendium. *Aedificemus aurum, argenteum, lapides preciosos, & tentare non audebit, quamquam & in hoc non sit certa & secura possessio.* sedet quippe leo in insidijs in occultis, ut interficiat innocentes. Et uasa figuli probat fornax, homines autem iustos tentatio tribulationis. *Deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum.* *Peccatum uero cum consummatum fuerit, generat mortem.* Tribus modis temptatio agitur, suggestione, delectatione, consensu. Suggestione hostis, delectatione autem, uel etiam consensu nostrae fragilitatis. Quod si hoste suggerente, delectari aut consentire peccato nolumus, temptatio ipsa nobis ad uictoriam prouenit, qua coronam uitae mereamur accipere. Si uero & hostis suggestione paulatim a recta intentione abstrahimur, & uitio incipimus illi, delectando quidem offendimus, sed necdum lapsum mortis incurrimus. At si delectationem concepti corde facimus, etiam partus prauae sequitur actionis, nobis iam mortis reus uictor hostis absedit. Quod ut asstruamus exemplis, tentatus est Ioseph uer

Tentatio duplex.

Tentatio a tribus.

bis dominae, sed quia concupiscentiam libidinis non habuit, suggestionem tantum, non etiam delectationem uel consensum tentari potuit, ideo uictor euasit. Tentatus est Dauid uisu uxoris alienae, & quia necdum carnis appetitum uicerat, a concupiscentia sua abstractus & illectus est. Atque ubi conceptum scelus perfecit, reatum mortis etiam proprio ore iudicatus incidit, quam tamen poenitendo euasit. Tentatus est Iudas per philargyriam, & quia erat auarus, ab ipsa sua concupiscentia abstractus & illectus, ad interitum consentiendo decidit. Tentatus est Iob multipliciter, sed quia nec possessiones, nec salutem corporis diuino amoris praeposuerat, tentari quidem suggestionem hostis potuit, sed consentire uel saltem delectari peccato nullatenus ualuit. Quod ergo dicitur, peccatum cum consummatum fuerit, generat mortem: respicit e contrario ad hoc quod supra dictum est de eo qui suffert temptationem, quia cum probatus fuerit, accipiet coronam uitae. Sicut enim ille qui tentatus superat, premia uitae mereatur: ita nimirum qui concupiscentijs suis illectus, a temptatione superatur, meritis uinam mortis incurrit. *Nolite itaque errare fratres mei dilectissimi.* Videlicet aestimando, quod tentamenta uitiorum a Deo sumant originem. Quamuis sciamus nonnullos exigentibus meritis praecedentium criminum, in alia rursus scelera iusto districti iudicis corrumpisse permisisse. Vnde est illud Apostoli: *Et sicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant quae non conueniunt, repletos omni iniquitate.* *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum.* Postquam docuit uitia quibus tentamur, non a deo nobis, sed a nobis ipsis in esse, ostendit e contra, quia quicquid boni agimus, hoc Deo donante percipimus. Vnde & cum parrem luminum appellat, quem auctorem nouit spiritualium charismatum. Cui consonat illud Apostoli Pauli: *Quid enim habes quod non accipisti? Apud quem non est transmutatio, nec uicissitudo obumbratio.* Quia in Dei natura mutabilitas non est, neque lumen eius sicut lumen huius mundi aliqua uicissitudinis umbra intercidit, liquet utique quia sola nobis dona lucis, & non etiam tenebras immitit errorum. *Voluntarie enim genuit nos uerbo ueritatis.* Et Dominus in Euangelio: *Non uos me elegistis, sed ego elegi uos.* Et in Osee Propheta: *Diligam eos spon tanee.* Quod ergo dixerat, *Omne datum optimum & omne donum perfectum a Deo descendere, consequenter astruit addendo, quia non nostris meritis, sed suae beneficio uoluntatis, per aquam regenerationis, de filijs tenebrarum nos in filios lucis mutauerit.* *Ut simus imitium aliquod creaturae eius.* Ne in eo quod ait, genuit hoc

hoc nos fieri putaremus quod ipse est, ideo principatum quendam in creatura nobis hac adoptione concessum ostendit. Hos etenim uersiculos quidam ita transtulit: Volens genuit nos uerbo ueritatis, ut simus primitiæ creaturarum eius. Id est ut cæteris quas cernimus creaturis si mus meliores. Primitias namque frugum uel animantium Domino cõsecrare lex præcepit, primitias autem auri & argenti ad opus tabernaculi iussit conferri, id est optima quæque in metallis. Et de antiquo Dei populo dixit Hieremias propheta: Sanctus Israel domino primitiæ frugum eius. Scitis fratres mei dilectissimi.] Notissimum (inquit) uobis est, quia à uobis ipsis habuistis ad ima labi, à Domino autem uos illi strari, non uestra prouisione, sed superna gratia uos præueniente contigit. Sit autem omnis homo uelox ad au. benedum, tardus autem ad loquendum.]

Hinc auditorem moralibus instruit præceptis. Et recte primo admonet aurem quanto citius fieri potest accommodare docti, sero autem os ad docendum aperire, quia stultum est, quemlibet quod ipse non didicerit, alijs uelle prædicare. Qui ergo sapientiam diligit, primo ut supra admonuit, hæc à Deo postulet. Dehinc magistrum ueritatis humilis auditor inquirat. Et inter agendum suam cautissime linguam non solum ab otiosis sermonibus coerceat, uerum & ab ipsa quam nuper didicit ueritate prædicanda contineat. Hinc Salomon de distantia temporum scribens ait: Tempus tardum cedi, & tempus loquendi. Hinc Pythagorici naturalis scientiæ magisterio præditi, auditores suos per quinque nium iubent silere, & sic demum permittit prædicare. Nã uertus est ut ueritas audiatur, quam prædicetur. Quoniam cum auditur, humilitas custoditur: cum autem prædicatur, uix est ut non subrepat cuiuslibet hominum quantulumcunque factantia. Hinc Hieremias bene instituti adolescentis uitam describens, modestiã taciturnitatis inter prima uirtutum studia cõputat. Bonum est uero, inquit, cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Sedebit solitarius & tacebit.

Et tardus ad iram.] Quia maturitas sapientiæ non nisi tranquillã mente percipitur. Scriptum est enim, quia ira in sinu stulti requiescit. Non autem ita uelocitatem iræ uertat, ut huius tarditatem approbet, sed hoc potius admonet, ut & hora perturbationis ac litium, ne nobis ira subrepat caueamus aut si forte subreperit, intra oris septa eius cohibeamus impetum, & exacta hora discernimus liberius eam ad integrum à nostro corde per tempus expurgemus. Vel certe tardos ad iram nos esse præcepit, ut non quaslibet ob causas serenitatem nostri uultus in aueritatem uertamus, sed certa existente ratione. Verbi gratia, si aliter corrigi proximos, maxime qui nobis sunt commissi, non posse cernamus, se ueritatem erga eos uerbi uel etiã iudicij districtioris exhibeamus, manente tamen quantum na-

tura humana patitur statu mentis nostræ sereno. Nam (ut credo) Phinees, Samuel, Helias, & Petrus tardi fuerunt ad iram, & tamen peccantes uel gladio uel uerbo peremerunt. Sed & Moyse cum esset uir mitissimus, exiuit à Pharaone quem incorrigibilem uidit. Iratus nimis, cõminatus est ei pœnã, quã & opera patrauit.

Ira enim uiri iustitiam Dei non operatur.] Facilis est sensus, quia qui iracundiã uitio se incautus subiugat, & si hominibus iustus apparet, in diuino tamen examine nondum perfecte iustus est. Verum altius potest intelligi, quia de Domino dictum est: Tu autem Domine uirtutum cum tranquillitate iudicas. Qualiscunque iudex homo amissa mentis tranquillitate delinquentem iudicat, etiam si iuste iudicat, iustitiam tamen diuini examinis in quam perturbatio cadere nescit, imitari non potest. Propter quod abijcietes omnem immunditiam & abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscepistis insitum uerbum.] Prius & corpus & mētem à uitijs iubet expurgare, ut digni existere possint, qui uerbum salutis percipiãt. Qui enim non declinat prius à malo, non potest facere bonum. Omnem quippe immunditiã & carnis & animæ nuncupat. Malitia autem proprie ad interioris hominis prauitatem respicit. Suscipite (inquit) insitum uerbũ, id est uerbum quod uestris cordibus prædicatio imponimus, uos discendo suscipite. Vel certe ita sentiendũ est, uerbũ quod uobis in die redemptionis insitum est, quãdo uoluntarie genuit uos Deus, iam nunc perfectius suscepit, etiam operibus implendo, quod iam in ministerio tenetis.

Quod potest saluare animas uestras.] Etia si in corpore tentationes patiamini, uel à perfidis morte consumamini. Estote autem factores uerbi, & non auditores tantum. & cætera.] Sic & Paulus de legis cultoribus, Non auditores (inquit) legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Et in Apocalypsi Ioannes cum dixisset, Beatus qui legit & qui audit uerba prophetiæ libri huius: protinus adiunxit. Et seruauit ea quæ in illa scripta sunt. Qui autem perpexerit in lege perfecta libertatis, & permanserit in ea.] Legem perfectæ libertatis, gratiam dicit Euangelij. Nichil enim ad perfectũ adduxit lex. Et alibi, Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum. Et iterum: Vbi enim spiritus Domini, ibi libertas. Et ipse Dominus: Si uos, inquit, filius liberauerit, uere liberi eritis. Non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit.] Non auditu uerbi superuacuo, sed operis executione beatitudo præparatur. Sic & dominus loquens ad discipulos: Si hæc scitis, inquit, beati eritis si feceritis ea. Si quis autem putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius uana est religio.] Monuerat supra uerbum dei non solum audire, sed & facere. Nunc

addit, quia & si quis mandata domini quæ didicit fecerit

Ira mala.

Lex per se est.

cit factis exercere uidetur, si non etiã linguam à detractionibus, mendacijs, blasphemijs, stultiloquijs, ab ipso etiã multiloquio, ceterisque quibus peccare solet, refrenauerit, frustra se de operum iustitia iactat. Sicut Paulus gentilis poetæ sententiam comprobans ait, Corrupti mores bonos colloquia mala. Religio autem munda & immaculata apud deum, & patrem, hæc est.] Pulchre addidit apud Deum & patrem, quia sunt qui hominibus religiosi uidentur, cum à Deo habeantur profani. Vnde & Salomon ait: Est uia que uidetur homini recta, nouissima autem eius deducunt ad mortem. Visitare pupillos & uiduas in tribulatione eorum. & immaculatum se custodire ab hoc seculo.] Quia dixerat factorem operis beatum in facto suo futurum, nunc quæ facta maxime deo placeant dixit, misericordia scilicet & innocentia. Nanque in eo quod pupillos & uiduas in tribulatione eorum uisitare iussit, cuncta quæ erga proximum misericorditer agere debemus, insinuat. Quod quantum ualeat, ipso iudicij tempore pandetur, ubi dicturus est iudex: Quandiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Porro in eo quod immaculatos nos ab hoc seculo custodire præcepit, uniuersa in quibus nos ipsos castos seruare debet, ostendit. In quibus sunt & ea quæ supra obseruare monuerat, ut tardi simus ad loquendum, & tardi ad iram.

Religio apud deũ.

CAPVT II.



fratres mei nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Iesu Christi gloriæ.] Ostendit quod hi quibus scribebat, fide quidem Euangelica imbuti, sed operibus erant uacui. Et quia mandata Domini, elemosynis pauperum docuerat implenda, uidit illos econtra, quod pauperibus erat propter æterna præmia faciendum, diuitibus potius propter terrena accommoda fecisse, ideoque eos prout erant digni redarguit. Et congrue in huius exordio sententiã Dominũ nostrum Iesum Christum gloriæ cognominat: ut meminerimus, quia eius est potius iussis obediendũ, qui cum sit splendor gloriæ, sempiterna gloria remunerat quicquid pro eius amore pauperibus datur, quã que libet hominum dignitas honoranda, de quibus generaliter dictum est, quia omnis caro fœnũ, & omnis gloria eius tanquam flos fœni, &c.

Etenim si introierit in conuentum uestrum uir aureum anulum habens in ueste candida, introierit autem & pauper in sordido habitu, & intendatis in eum qui indutus est ueste præclara, & dixeritis ei, tu sede hic bene: pauperi autem dicatis, iusta illic, aut sede sub scabello pedũ meorum.] In huius expositione sententiã beati Augustini dictis utamur. Si hæc, inquit, distantiam sedendi & standi ad honores Ecclesiasticos referamus, non est putandũ leue esse peccatum in personarũ acceptione habere fidem domini nostri Iesu Christi gloriæ. Quis enim ferat eligi di-

Acceptio personæ in præsidendo.

uitem ad sedem honoris ecclesiæ, contempto paupere instructiore & sanctiore: Si autem de quotidianis confessions loquitur, quis hic peccat (si tamẽ peccat) nisi cum apud semetipsum intus ita iudicat, ut ei tãto melior quanto ditior ille uideatur: Hoc enim uidetur significasse subdendo. Nonne iudicatis apud uosmetipsos, & facti estis iudices cogitationum iniquarum.] Sequitur, Audite fratres mei dilectissimi.] Diligentius inquit animaduertite, quia nõ qui ditiores existunt ad seculum, in diuino examine sunt meliores.

Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & heredes regni quod promisit diligentibus se.] Pauperes uocat humiles, & qui per contemptũ rerum uisibilem, fide autem inuisibiliũ diuitiarum mudo huic despicabiles parent. Tales namque elegit Dominus noster Iesus Christus dicẽdo: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri uestro dare uobis regnũ. Tales elegit cũ parentes sibi pauperes, quorum officio in mundũ ueniens nutrireretur, creauit. Sed hos tamen uerũ regni expectatione præclaros reddidit ac nobiles. Vos autem ex honorastis pauperem.] Propter illum scilicet cui dictum est, Tu ista illic: cum habenti anulum aureum dictum est, Tu sede hic bene. Nonne diuites per potentiam opprimunt uos, & ipsi trahunt uos ad iudicia? Nonne ipsi blasphemant bonum nomen quod inuocatum est super uos? Hic ostendit apertius qui sint diuites, de quorum humiliatio ne ac perditione supra disputaret. Illi enim diuites qui diuitias suas Christo præponunt, prorsusque à fide eius alieni, in super & eos qui credunt potentia opprimunt, trahentes ad iudicia potentiorũ, ac nomen Christi blasphemantes quod est super omne nomen. Quod Apostolorũ temporibus plures gentiliũ & maxime Iudæorum primores fecisse, & in Actibus eorũdem Apostolorum, & in Epistolis Pauli apostoli satis patenter ostenditur. Si tamen legem perfectiis legalem secundum scripturas, Diliges proximum tuum sicut teipsum, benefacitis. Si autem personam accipitis, peccatum operamini, redarguti à lege quasi transgressores.] Vide quem admodum transgressores appellat, qui dicitur diuiti, sede hic: & pauperi, ista illic. Vnde ne putarent cõtemptibile esse peccatum in hac una re legem transgredi, secutus adiunxit, Quicunq; autem totam legem seruauerit, offendet autem in uno, factus est omnium reus. Qui enim dixit, non mœchaberis: dixit etiã, non occides. Quod si non mœchaberis, occides autem, factus es transgressor legis.] Propter illud quod dixerat, Redarguti à lege quasi transgressores. Quæ cum ita sint, consequens uidetur (nisi alio modo intelligendum ostendatur) ut qui dixerit diuiti, sede hic: & pauperi, ista illic: huic ampliorem honorem quã illi deferens, & idololatra, & blasphemus, & adulter, & homicida, & quia longũ est cuncta commemorare, reus omnium criminum iudicandus sit. Offendens quippe in uno, factus est omnium reus. Quærendum est ergo, unde sit omnium reus, si in uno offenderit, qui

Diuites re probi.

totam legem seruauerit. An forte quia plenitudo legis est charitas, qua Deus proximusque diligitur, in quibus preceptis charitatis tota lex pendet, & prophetae, merito sit omnium reus, qui contra illam facit in qua pendent omnia? Nemo autem peccat nisi aduersus eam faciendo. Quia non adulterabis, non homicidium facies, non furaberis, non concupisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc sermone recapitulatur, Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo autem legis, est charitas. Reus itaque sit omnium, faciendo contra eam in qua pendent omnia. Cur ergo non dicuntur paria peccata? An forte quia magis facit contra charitatem qui grauius peccat, minus qui leuius? Tam enim in uno offenderit, reus est omnium, quia contra eam facit, in qua pendent omnia. Sic loqui min, & sic facite, sicut per legem libertatis incipientes iudicari.] Lex libertatis, lex charitatis est, de qua dicitur: Si tamen legem perficitis regalem scripturas. Diliges proximum tuum sicut teipsum, bene facitis. Hoc ergo, inquit, loquendo, hoc faciendo curate, ut proximos diligendo a deo diligere amini, & proximis misericordiam impendendo in diuino iudicio misericordiam capere stentis. Aliter Sicut lex seruitutis est quae data est per Moysen, ita lex libertatis gratia est Euangelij quae per Iesum Christum facta est. Apostolo attestare qui ait: Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus abba pater. Et iterum: Vbi autem spiritus domini, ibi liber. as. Si ergo loquimini, inquit, & sic facite sicut per legem libertatis iudicandi, hoc est enim incipientes iudicari, grauius namque iudicabitur qui legem Moysi, quam qui legem naturalem contemnit, grauius item qui cognita Euangelij gratiam, quam qui Moysaicae legis edicta despicit. Homini enim, cui multum datum est, multum quaeritur ab eo. Et cui commendauerunt multum, plus petent ab eo. Vnde & Apostolus ait: si enim qui per Angelos dictus est, sermo factus est firmus, & omnis praeruaricatio, & inobedientia accipit iustam mercedis retributionem, quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem? Quae cum initium accepisset enarrari per Dominum, ab eis qui audierunt in nos, confirmata est. Et iterum: Irritam quis faciens legem Moysi sine ulla miseracione duobus uel tribus moritur, quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit in quo sanctificatus est, & spiritui gratiae contumeliam fecerit? Vterque autem sensus ad unum finem respicit, ut uidelicet diuinae gratiae iustis operibus respondentem simus inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & Deus in Christo donauit nobis. Iudicium enim sine misericordia fiet

ille, qui non fecit misericordiam.] Sine misericordia iudicabitur ille, qui cum facere posset, non fecit misericordiam antequam iudicaretur. Quod cum de omnibus immisericordibus recte sentiat, constat omnimodis, quia quo maiorem quisque a Domino misericordiam consecutus est, eo iniustius indigenti proximo misericordiam negauit, coque iustius impietatis suae poenas luet. Vnde prouide Dominus admonet: Nolite iudicare ut non iudicemini, nolite condemnare & non condemnabimini. Dimittite, & dimittetur uobis. Date & dabitur uobis. Iudicium ergo sine misericordia fiet ei, qui non fecit misericordiam. Superexaltat autem misericordia iudicium.] Quia quemadmodum damnatus in iudicio dei dolebit, qui non fecit misericordiam, ita qui fecit, remuneratus exultabit & gaudebit. Aliter, Superexaltat misericordia iudicium. Non dictum est, uincit misericordia iudicium. Non enim aduersa est iudicio, sed superexaltatur, quia plures per misericordiam colliguntur, sed qui misericordiam praestiterunt. Beati enim misericordes, quoniam ipsorum miseretur Deus. Item superexaltat misericordia iudicium, id est super ponitur misericordia iudicio. In quo inuentum fuerit opus misericordiae, & si habuerit forte in iudicio quo puniatur, tanquam unda misericordiae, peccati ignis extinguitur. Quid proderit frater mei si fidem quem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Et cetera.] Hinc de misericordiae operibus latius disputat, ut quos uehementer sententia praecedente terruerat, consoletur. quum admonet, quomodo etiam peccata quotidiana, sine quibus hic non uiuitur, quotidianis remediis expiantur. Ne homo, qui quum in uno offenderit, sit omnium reus, in multis offendendo, quia in multis offendimus omnes, magnum aggerem reatus sui minuatim collectum, ad tribunal tanti iudicis peruehat, & eam quam non fecit misericordiam non inueniat, sed potius dimittendo atque dando, mereatur sibi dimitti debita, reddique promissa. Si autem frater aut soror nudi sint, & indigeant uictu quotidiano, dicat autem aliquis ex uobis illis, Ite in pace, calefacimini & saturamini: non dederitis autem eis quae necessaria sunt corpori, quid proderit? Sic & fides si non habeat opera, mortua est in semetipsa, &c.] Manifestum est, quod sicut uerba sola pietatis nudum uel esurientem non recreant, si non & cibus praebatur, ac uestis, ita fides uerbo tenus seruata non saluat. Mortua est enim in semetipsa sine operibus charitatis, quibus reuiuiscat, & animeur. Neque huic sententiae contrarium est, quod Dominus ait: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Subintelligendum nanque ibi est, quod tantummodo uere credit, qui exercet, operando quod credit. Et quia fides & charitas ab inuicem separari nequeunt. Paulo attestante, qui ait, Est fides quae per dilectionem operatur, apertio

Iudicium sine misericordia

Lex libertatis

Crederede deo, deum, & in deum.

Fides sine operibus.

Ioannes Apostolus talem de charitate sententiam, qualem de fide Iacobus profert dicens, Qui habuerit substantiam mundi, & uiderit fratrem suum necesse habere, & clauerit uiscera sua ab eo, quo modo charitas Dei manet in eo? Tu credis quoniam unus est deus, benefacis, & daemones credunt & contremiscunt.] Ne putes quia magnam aliquid facis credendo unum esse deum, hoc enim & daemones faciunt, nec solum deum patrem, sed & filium credunt. Vnde dicit Lucas: Exhibat autem tem daemonia a multis clamantia & dicentia, quia tu es filius dei. Et increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. Nec solum credunt, uerum etiam contremiscunt. Vnde ad illum legio quae hominem obsidebat, supplici uoce proclamat: Quid mecum & tibi Iesu filij dei sumus? Adiuu te per deum, ne me torqueas. Qui ergo deum esse non credit, uel creditum non timent, profecto sunt daemonebus tardiores ac proteruiorebus astimandi. Sed nec deum credere & contremiscere magnum est, si non & in eum credatur, hoc est si non eius in corde amor teneatur. Aliud est enim credere illi, aliud credere illum, aliud credere in illum. Credere illi, est credere uera esse quae loquitur, Credere illum, credere quod ipse sit deus. Credere in illum, est diligere illum. Credere uera esse quae loquitur, multi & mali possunt. Credunt enim esse uera, & nolunt ea facere, quia ad operandum pigri sunt. Credere autem ipsum esse deum, hoc & daemones potuerunt. Credere uero in deum, solum nouere qui diligunt deum, qui non solo nomine sunt Christiani, sed & factis & uita. Quia sine dilectione fides inanis est. Cum dilectione, fides Christiani, sine dilectione fides daemonebus. Qui ergo non uult credere Christum, adhuc nec daemones imitatur. Et si iam credit Christum, sed odit Christum, habet confessionem fidei in timore poenae, non in amore coronae. Nam & illi puniri timebant. Denique beatus Petrus cum dominum confitens diceret, Tu es Christus filius dei uiuit: eadem pene uerba quae & daemones proferre uidetur ex ore, sed illorum confessio quia cum odio prolata est, a Christo merito damnata est, illius quia ex interna dilectione processit, aeterna beatitudine remunerata est. Vis autem scire o homo inanis, quoniam fides sine operibus otiosa est? Quoniam Paulus apostolus praedicans iustificari hominem per fidem sine operibus, non bene intellectus est ab eis qui sic dictum acceperunt, ut putarent, cum semel in Christum credidissent, etiam si male operarentur, & facinorose flagitioseque uiuerent, saluos esse per fidem: locus iste huius epistolae eundem sensum Pauli Apostoli quomodo sit intelligendum exponit. Ideoque magis Abraham exemplo utitur, uacuum esse fidem si non bene operetur, quoniam Abraham exemplo etiam Paulus Apostolus usus est, ut probaret iustificari hominem sine operibus posse. Cum enim ho-

na opera commemorat Abraham, quae eius fidem comitata sunt, satis ostendit Apostolum Paulum non ita per Abraham docere iustificari hominem per fidem sine operibus, ut si quis crediderit non ad eum pertineat bene operari, sed ad hoc potius, ut nemo arbitretur meritis priorum bonorum operum se peruenisse ad donum iustificationis quae est in fide. In hoc se gentibus in Christum credentibus, Iudaei praefere cupiebant, quia dicebant se meritis bonorum operum, quae in lege sunt peruenisse ad Euangelicam gratiam. Ideoque scandalizabantur multi qui ex eis crediderunt, quod incircumcis gentibus Christi gratia traderetur. Vnde Apostolus Paulus dicit, posse hominem sine operibus, scilicet praecedentibus, iustificari per fidem. Nam iustificatus per fidem, quomodo potest nisi iuste operari? Cum ergo dicit Iacobus, Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altare? Eleganter exemplum bonae operationis ab ipso Patriarcha monuit esse discendum, prouocans uidelicet eos qui de Iudaeis crediderunt, ut quasi bonae soboles primi & maximi sui parentis actus sequerentur. Et quoniam eos ne in tentionibus deficerent, & ut fidem suam per opera probarent, aduonebat, eleganter de Patriarcha posuit exemplum, per quod eos in utraque uirtute posset instituere. Quae enim tentatio maior exceptis his quae ad proprii corporis plagas pertinent, accidere potest, quam si quis filium unicum dilectissimumque suum senex cogatur occidere? Quomodo autem tunicas uel elcas suas pro diuino amore pauperibus dare differret, qui filium quem senex acceperat heredem, ad iussione domini statim morti dare non distulit? Ita que congruit huic beati Iacobi sententiae quod Paulus ait: Fide obrulit Abraham Isaac filium suum cum tentaretur, & unigenitum offerebat quem susceperat per repromissionem, ad quem dictum est, quia in Isaac uocabitur tibi semen, arbitrans quia & mortuos suscitare potens est Deus. Si quidem in uno eodemque facto beati Abraham, Iacobus operum eius magnificentiam, Paulus fidei constantiam laudauit. Nec tamen disparem diuersamque Iacobus protulit Paulus sententiam. Sciebant namque ambo, quia Abraham & fide & operibus erat perfectus, & ideo quisque eorum illam magis in eo uirtutem praedicauit, quae supra auditores amplius indigere perspexit. Quia enim Iacobus illis scribebat qui fidem sine operibus otiosam tenebant, opportune illud protulit exemplum in quo illa praecipua fides Abraham, quae & prius scriptura teste laudata est, apparet, quae non otiosa eius in corde torpuisset, sed ad obediendum diuinis imperijs iam probata flagrauit. Quia uero Paulus illos instituerebat, qui sine gratia fidei de suis se extollebant operibus, ostendit quia sine fide impossibile est placere Deo, atque ad redarguendam corrigendamque

Abraham cur exemplum adducit.


eorum temeritatem, collectis omnium Patriar-
 charum exemplis, manifeste edocuit, quia om-
 nes testimonio fidei probati sunt. Vnde &
 specialiter de Abraham intulit quia fide offer-
 ret Isaac, arbitrans (inquit) quia & mortuos
 suscitare potens est Deus. Coniunxit ergo o-
 pus fidei, qui ideo filium mox offerre uoluit, quia
 deum hunc continuo resuscitaturum esse cre-
 debat. Ideo autem hunc post mortem a deo re-
 suscitandum esse credebatur, quia uerum esse cre-
 debat quod audierat, quia in Isaac uocabitur ti-
 bi semen. Quam coniunctionem utriusque uir-
 tutis beatus quoque Iacobus subsequenter ex-
 ponit dicens: Vides quoniam fides cooperaba-
 tur operibus illius, & ex operibus fides seruata
 est, & suppleta est scriptura dicens: Credidit A-
 braham deo, & reputatum est illi ad iustitiam,
 & amicus Dei appellatus est. De hoc testimo-
 nio Paulus ad Romanos firmissime disseruit,
 manifeste docens quia tanta est uirtus fidei, ut
 statim perceptis eius mysterijs iustum de impio
 facere possit hominem, Quia enim Abraham
 tanta & tam feruenti fide credidit Deo, ut prom-
 ptus esset animo ad agenda omnia quae Deus
 iuberet, merito fides eius a Deo qui cor noue-
 rat illius, reputata est ad iustitiam. Et ut nos quo-
 que fide illius qua iustificatus est sciremus, ten-
 tauit eum Deus iubens offerre filium, & ex ope-
 ribus fides consummata est, id est quia esset in
 corde eius perfecta operum executione proba-
 tum est. Hoc quoque tempore si quis nuper ad
 fidem ueniens baptismum acceperit, & propo-
 nens se toto corde Dei seruire praecipis, mox
 de hac luce migrauerit, iustificatus utique per
 fidem sine operibus migrabit, quia tempus ope-
 randi unde fidem probaret, ipso in quem credi-
 dit deo disponente non habuit. At qui perce-
 ptis fidei sacramentis longo superuiuunt tempo-
 re, nec bonis insistere curant operibus, his incul-
 candum est quod beatus Iacobus proposito ex-
 emplo fidei simul & operum Abrahamae, mox sub-
 didit dicens, *Videtur quoniam ex operibus iustifica-
 tur homo, & non ex fide tantum.* Quod ait ex ope-
 ribus, significat ex operibus fidei. Quia perfe-
 cta opera sine fide nullus habere potest, fidem
 uero sine operibus multi, si illis operandi tem-
 pus non adsit. De qualibus dictum est, Raptus
 est ne malitia mutaret intellectum illius, aut fi-
 ctio deciperet animam eius. *Similiter & Raab
 meretrix nonne ex operibus iustificata est, suscipiens nun-
 cios & alia uia eiciens.* Ne se causarentur opera
 tanti patris Abraham imitari non ualere, praeser-
 tim cum nullus eos modo cogere Deo filios
 offerre perimendos, sed hoc potius ipse per scri-
 pturas Deus fieri prohibeat, addit & mulieris
 exemplum, mulieris criminosa, mulieris alieni
 genae, quae tamen per opera misericordiae, per
 officium hospitalitatis, etiam cum periculo ui-
 tae suae Dei famulis exhibitum, iustificari a pec-
 catis meruit, Israelitici populi cuius a scribis, rega-

Raab
exempli.

lis eorum profapiae catalogo annumerari, ipsius
 domini ac saluatoris nostri generationibus que
 a Patriarcharum fonte descendunt inferi, ab ex-
 cidio patriae pereuntis, cuius perfidiam dese-
 ruit, erui. His igitur conuersae ad meliora mu-
 lieris exemplis suadet auditores suos patriae per-
 euntis introitum cauere, & a cuius sceleribus
 credendo recesserant, ab hac etiam fructuosis
 operibus se meminisse secernere, quatenus san-
 ctorum coetibus copulari, & ad redemptoris
 sui mereantur pertingere consortium. Et illos
 ergo hortatur suscipere nuncios Iesu, hoc est
 praedicatores uerbi Euangelij gratanter audire.
 Et cum hos a contribulibus suis repulso, uel
 certe ad mortem quaelitos esse cognouerint,
 ut saepe factum actus eorum edocent, ipsi con-
 tra accepto ab eis consilio salutis suae ad Domi-
 num Iesum eos in pace remittant. Quod hono-
 rabilem quondam uniuersae plebi Iudaeorum,
 & nunc magis honorandum omni Ecclesiae
 Christi, per reuelationem reliquiarum proto-
 martyris Stephani effectum, beati Pauli Apo-
 stoli magistrum Gamalilem in Hierosolymis
 fecisse praefatos Actuum Apostolorum liber in-
 sinuat: quando disponente senatu Iudaeorum,
 Apostolos interficere, ipse sapientiore consilio
 eorum molimina euacuauit, ereptosque de insi-
 dijs eorum Apostolos ad Euangelizandum Ie-
 sum remisit incolumes.

30

CAPVT III.



Olite plures magistri fieri, fratres mei. Multum fuisse studij creditibus
 tempore Apostolorum ut uerbum
 latius propagarent, actus eorum edo-
 cent, ita ut Apollo uir in scripturis
 doctissimus sciens, tantum baptisma Ioannis,
 fiducialiter Christum praedicaret. Qui tamen
 quia sapiens erat, mox ut doctor affuit, facilli-
 me quod minus habuerat adimpleuit, atque ad
 praedicandi officium iam perfectus rediit. Alij
 maiore imperitia discedentes de Iudaea Antio-
 chiam, docebant credentes ex gentibus, quia
 nisi circunciderentur secundum legem Moysi,
 salui esse non possent, nec paruum castis prae-
 datoribus quaestiois laborem contulerunt. Hos
 ergo & huiusmodi doctores beatus Iacobus ab
 officio uerbi remouet, ne impedimentum his
 qui illud rite implere poterant, facerent. *Scien-
 tes quoniam maius iudicium sumitis.* Sicut enim is qui
 bene ministrauerit, gradum bonum sibi acqui-
 rit, ita qui officium docendi sibi indoctus usur-
 pare tentauerit, qui Christum non sincere an-
 nunciat, maius iudicium damnationis meretur
 quam si solus in suo scelere periret. *In multis
 enim offendimus omnes.* Non dixit offenditis, cum
 illos argueret, quos & scientia & operatione
 minus perfectos uidebat, talesque a cathedra
 magisterij deponeret, timens, ne uel per erro-
 rem praedicando paruulos laederent, atque ab
 auditu doctorum praecipiendo eorum aurem
 auerterent,

Praedicare
indoctos
uocat.

Offendi-
mus omnes

auerterent, uel certe ea quae recte praedicarent,
 non rectae actionis sordescerent, ac per hoc
 uiam Euangelicae perfectionis sinistra opinio
 ne fuscarent: sed offendimus inquit, cum sumus
 Christi sic loquitur Apostolus. Et praemisit in
 multis, subiunxit omnes: ut tanto cautius se im-
 perfecti quique in agendo uel loquendo circun-
 spicerent: quanto certius cognoscerent, quia
 nec perfecti quidem boni, & qui spiritus sancti
 gratia duce incedunt, huius uita uiam absque
 offensione peccati alicuius transire nullatenus
 possint, iuxta quod alibi scriptum est: Caeli non
 sunt mundi in conspectu eius. Et sicut Salomon
 ait: Quia non est homo iustus in terra qui faciat
 bonum, & non peccet. *Si quis in uerbo non offen-
 dit, his perfectus est uir.* Quomodo dicit perfectus
 esse uirum qui in uerbo non offendit, cum prae-
 miserit, Quia in multis offendimus omnes: An-
 quia & in multis offendere possunt electi, & ta-
 men perseuerare perfecti. Imò ita intelligendum
 est. Namque diuersae offensionum sunt species.
 Aliter electi, aliter offendunt reprobi, Salomo-
 ne teste, qui ait: Septies enim cadit iustus, & re-
 surgit: impij autem corrunt in malum. Et si es-
 nim iustus per fragilitatem carnis uel ignoran-
 tiam forte offenderit, iustus tamen esse non de-
 sistit. Quia ut quotidiana est huiusmodi & in-
 uitabilis offensio, ita est & quotidiana oratio
 num ac honorum operum medela, quae offenden-
 tem iustum, ne in terram proruat, & nuptialem
 charitatis ac fidei uestem puluere uitiorum sor-
 didet, ocyus eriget. Si quis ergo in uerbo non
 offendit, hic perfectus est uir, illo uidelicet uer-
 bo, cuius offensionem humana uitare potest fra-
 gilitas, ut est uerbum doli, deractionis, maledi-
 ctionis, superbiae, iactantiae, excusationis in pec-
 catis, emulationis, dissensionis, haeresis, menda-
 cii, periurij, sed & otiosa, nec non etiam super-
 fluae locutionis in his quae necessaria uidentur.
 In quo nimirum uerbo quisquis se sine offen-
 sione custodit, hic perfectus est uir. Qui enim
 custodit os suum & linguam suam, custodit ab
 angustijs animam suam. *Potest etiam freno cir-
 cunducere totum corpus.* Pendet hic uersus a supe-
 riori. Si quis, inquit, in uerbo non offendit, hic
 perfectus est uir, & hic potest etiam freno cir-
 cunducere totum corpus. Quod est aperte di-
 cere: Si quis lapsus linguae qui penè inuitabi-
 lis est, cauet, hic consuetudine fixa eiusdem con-
 tinentiae, etiam caetera corporis membra, quae
 facilius castigari possunt, ne a recto itinere di-
 uertant, discit obseruare. *Si autem equis frenos
 in ora mittimus ad consentiendum nobis, & omne corpus il-
 lorum serimus.* Subaudis, quanto amplius de-
 cet ut nobis ipsi frenos continentiae in ora mit-
 tamus ad consentiendum creatori nostro, qua-
 tenus per linguam custodiam operum, quoque
 rectitudinem obtinere quaramus: Quod si, ut
 quidam codices habent, legerimus, Sicut au-
 tem equis frenos in ora mittimus, nihil quaestio

In uerbo
non offen-
dens quo-
modo per-
fectus uir.

nis erit, quia coniungitur ad hoc quod in sequen-
 tibus dicitur, Ita & lingua modicum quidem
 membrum est, & caetera. *Ecce & naues cum ma-
 gnae sint, & a uentis ualidis minentur, circumferuntur a mo-
 dico gubernaculo quo impetus dirigentis uoluerit.* Na-
 ues magnae in mari, mentes sunt hominum in
 hac uita siue bonorum siue malorum. Ventus ua-
 lidi a quibus minantur, ipsi appetitus sunt men-
 tium, quibus naturaliter coguntur aliquid age-
 re, per quod uel ad bonum uel ad malum perue-
 niant finem. Gubernaculum quo huiusmodi
 naues circumferuntur, ubi impetus dirigentis
 uoluerit, ipsa cordis intentio est, qua electi tras-
 gressis huius seculi fluctibus, felicem patriae ce-
 lestis portum attingunt, reprobi autem quasi
 Scylla uel Charybdi necati fluctuosis uita hu-
 ius erroribus, quos deserere nesciebant, inter-
 eunt. Et quia ex abundantia cordis os loquitur,
 recte subiungitur, *Ita & lingua modicum quidem
 membrum est, & magna exaltat.* Magna utique prae-
 mia exaltat, si ea impetus animi dirigentis bene
 gubernauerit, iuxta illud Salomonis: Qui intel-
 ligit, gubernacula possidebit. Sin autem male,
 mala e contrario sibi suisque magna perditionis
 exaltat. Vnde & Salomon: Mors, inquit, & ui-
 ta in manibus linguae. Vitam ergo exaltat, si be-
 ne docet Ecclesiam, Mortem contra, si prae-
 uer agit. Namque hoc caduerus eos dicit, qui & uita
 & scientia destituti docere praesumebant, ideo
 que magis ecclesiam laedebant: quod si legatur
 ut in quibusdam codicibus inuenitur, Et ma-
 gna exaltat: illa nimirum hic exaltatio debet in-
 telligi, de qua in sequentibus, cum per plura lin-
 guae uita enumerasset, adiunxit, *Nunc autem
 exultatis in superbis uestris.* Omnis exultatio
 ralis, maligna est. A qua & mater beati Samue-
 lis nos pia exhortatione compescit, dicens: No-
 lite multiplicare loqui sublimita gloriantes. Ma-
 gna ergo exultat lingua, quae caeterorum sen-
 sus & uerba despiciens, singulariter se esse sa-
 pientem iactat & facundam. *Ecce quantus ignis
 quam magnam sylvam incendit.* Quantus dicitur qua
 modicus. Denique & codices sic habent, *Ecce
 modicus ignis.* Sicut enim a modica scintilla i-
 gnis excrecens magnam saepe sylvam incendit,
 ita incōtinentia linguae suis nutrita leuitatibus
 magnam operum bonorum materiam, multos
 uite spiritualis fructus, ubi attaminauerit perdit,
 sed & innumera plerumque quae optima uide-
 bantur locutionis folia consumit. *Et lingua
 ignis est, uniuersitas iniquitatis.* Ignis est lingua, quia
 uirtutum sylvam male loquendo deuorat. Vnde
 de uir sapiens de insipiente: Et apertio, inquit,
 oris illius inflammatio est. Cui uidelicet ignis
 perditionis contrarius est, ille ignis salutaris,
 qui ligna, foenum, stipulam uitiorum consu-
 mens, secreta cordis illustrat, quo sancti in-
 flammantur doctores, ut & ipsi ardeant aman-
 do, & quasi linguis ignitis accendant alios prae-
 dicando. De quibus bene scriptum est, *Quia*

Naues,

20

30

40

50

60

Lingua
ignis est.

apparuerunt illis dispartitæ linguæ tanquam ignis, sed itaq; supra singulos eorum, & repleti sunt omnes spiritu sancto. Recte autem de lingua in disciplina dicitur, quod ipsa sit uniuersitas iniquitatis, quia cuncta fere facinora per eam aut cõcinnantur, ut latrocinia, stupra: aut patrantur, ut periuria, falsa testimonia: aut defenduntur, cum quilibet impurus excusando scelus quod admisit, simulat ostentando bonum quod non fecit. *Et inflamat rotam natiuitatis nostræ, inflammata à gehenna*] A gehenna dicitur à diabolo & angelis eius, propter quos gehenna facta est, & qui ubicunque uel in aere uolitant, uel in terris aut sub terris uagantur, siue detinentur, suarum secum ferunt semper tormenta flammarum, instar febricitantis, qui & si in lectis eburneis, & si in locis ponatur apricis, feruorem tamē uel frigus insiti tibi languoris euertare non potest. Sic ergo demones & si in templis colantur auratis, & sic per aera discurrant, igne semper ardēt gehennali, & ex ipsa sua pena commoniti, deceptis quoq; hominibus formitem uitiorum, unde & ipsi percant in uidentia suggerunt. Cui contra sancta dei ciuitas noua Hierusalem de cælo à deo descendere dicitur, quia nimirum quicquid cælesti in terris agimus, hoc profecto ut ageremus cælesti munere accepimus. Rotam autē dicit natiuitatis nostræ incessabilem uitæ temporalis procursum, quo à die natiuitatis usque ad mortē uelut semper currente rota curriculi incessanter agimur. Vnde bene Salomon cum diceret, Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, ante quā ueniat dies afflictionis, paulō post addidit: Et confringatur rota super cisternam, & reuertatur puluis in terram suam unde erat. Inflammat ergo lingua rotam natiuitatis nostræ, cum statum omnem nostræ conuersationis prauo loquendo contaminat. Item rotam natiuitatis nostræ dicit, quia merito primæ præuaricationis ab interna stabilitate proiecti, huc atque illuc mente uaga rapramur, & incertis per cuncta discursibus, ubi periculum, ubi salus, ignoramus. Inflammat autem hæc rota nostræ natiuitatis igne linguæ maculatis, cum uitium natiuitatis turbationis ineptis etiam ac noxijs sermonibus accumulatur. *Omnis enim natura bestiarum, & uolucrum, & serpentium, & cæterorum, domantur & domitantur à natura humana.*] Legimus in Plinio immanissimam serpentium aspidem in Aegypto domitam à patrefamilias, & quotidie de caverna sua egressam, ad mensam eius annonam percipere solitam. Legimus item scribente Marcelino Comite, mansuetam tigridem ab India Anaslao principi missam. Vult ergo intelligi, quia lingua prauorum bestijs ferocitate, uolucris leuitate uel exultatione, serpentibus uirulentia præcellat. Sunt enim bestiales qui excuerunt ut gladium linguas suas, sunt uolatiles qui posuerunt in cælum os suum, & quorum

Gehenna.

Rota natiuitatis nostræ.

Aspis domita.

Tigris mansuetia.

os locutum est uanitatem, sunt serpenti- ni, de quibus dictum est, Venenum aspidum sub labijs eorum. *Linguam autem nullus hominum domare potest.*] Duobus modis hæc sententia recte potest intelligi, quia & nullus bonorum doctorum potest domare linguas eorum, qui seipso à stulta uerbolitate cohibere negligunt, & nullus loquentium est qui non aliquando delinquit in lingua sua. Denique de uiro perfecto in articulo maximæ tentationis constituto, ueraciter dictum est, In omnibus his non peccauit Iob labijs suis. Et tamen ipse, se postmodum auditis Dei sermonibus, de ineptia stultæ locutionis reprehendit dicens: Vnum locutus sum, quod utinam non dixissem, & alterum, quibus ultra non addam. *Inquietum malum plena ueneno mortifero, &c.*] Inquietum addit, ob hoc quod dixerat eam domari non posse, cum bestiarum domatur & uolucres. Plenam uero dicit ueneno mortifero, ut exponat indomabilem cur diceret eam, cum & serpentes contet posse domari. De cuius atrocitate ueneni, plura subsequenter adiungit. *Ex ipso ore procedit benedictio, & maledictio. Non oportet fratres mei hæc ita fieri. Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amaram aquam?*] Sicut dulcis & amara aqua non possunt simul una de uena fontis ebullire, sed & si misceantur in uase uel cisterna, dulcis quidem mox amarescit ab amara, amara autem ex admistione dulcis in dulcedinem nescit immutari: ita benedictio & maledictio in uno ore nullatenus possunt conuenire: sed quicumq; sic deum benedicere orando uel uerbum eius prædicando consueuit, ut etiam male dicere homines non omiserit, consistat, quia dulcedinem benedictionis eius amaritudo maledictionis cõsumit. Modicū enim fermentū totam massam corrumpit. Et non est pulchra laudatio in ore peccatoris. Denique si facias fistulam bino ore un de aqua intret, simplici unde exeat, & in hoc amaram aquam, in illo dulcem immittas, absque ulla dubietate ubi ad unum exitus foramē peruenitur, permixta utraque & amara apparebit. Quia nimirum multo facilius dulce in amarū ubi cõmiscetur, quam amarū uertitur in dulce. Quo exemplo colligitur, quia colloquia mala sicut mores bonos, teste Apostolo, sic etiā sermones bonos, corrumpunt. *Nunquid potest, fratres mei, ficus oliuas facere, aut uitis ficus? &c.*] In promptu est, quia sicut arbor nequit amisso naturali fructu alterius arboris ex se ferre fructum, ita maledicus & si quid boni ad tempus loqui uideatur, fructū benedictionis habere nullatenus ualet. At si quis hæc altius uelit discuti, potest in ficu cuius folijs proparentes nostri post agnitionem præuaricationis sua pudenda texerunt, uelamētum excusationis intelligi, quo & ipsi tunc increpationem creatoris à se repellere, & in ipsum creatorem conabatur refundere, & nunc plerique stultorum cor suum declinauit in uerbum malum, ad excu-

Linguam domare nemo potest.

excusandas excusationes in peccatis. Potest in oliuis fructus misericordiae, in uite feruor dilectionis accipi. Ego autem (inquit) sicut oliua fructifera in domo domini, speraui in misericordia dei mei. id est sicut is qui fructum misericordiae facit, misericordiam ipse à domino speraui. Item q; Et poculum, inquit, tuum inebrians quam præclarū est. Quod de charitate Dei constat dictum, quæ diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Non potest ergo ficus oliuas facere, quia quicumq; se in peccatis excusare potius quam accusare nititur, nequaquam opera pietatis quæ pro peccatis sunt in proximos perfecto, sed magis superbo corde largitur. Neque uitis ficus, quia qui diuina dilectione se perfecte inebriat, nullum iam de suis erroribus, nisi seipsum accusat. *Quis sapiens & disciplinatus inter uos ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientiae.*] Quia improbis doctoribus silentium imposuerat, eosq; magisterij gradum tenere uetuerat, quos nec uita perfectionem nec continentiam linguæ habere cernebat: consequenter admonet, ut si quis inter eos sapiens & disciplinatus uel sit uel sibi esse uideatur, magis sapienter ipse ac disciplinate uiuendo eruditionem suam, quam alios docendo demonstrat. Qui enim mansuetor corde & ore sereno bona quæ ualet operatur, euidenter utique dat hominis sapientis indicium. Principium enim sapientiae, timor Domini. Qui uero ad prædicandum uerbum quam ad faciendum procliuior est, plerumque per amorem iactantiae, per studium contentionis, per eloquentiae facilitatem, per inuidiam aliorum docentium, per ignorantiam catholicæ ueritatis, stultitiæ reatum incurrit. Cui bene cõgruit illud Salomonis: Quia ubi sunt uerba plurima, ibi frequenter egestas. Vnde & hic quoq; recte subiungitur, *Quod si zelum amarum habetis, & contentiones sunt in cordibus uestris, nolite gloriari, &c.*] Zelum amarum, dicitur quia est & zelus dulcis, à quo & Simon Apostolus merito perfecti cordis nomen accepit. Quem & Helias habuit, cum ait: Zelo zelatus sum pro Domino deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum fili j Israel. Et Apostolus Paulus: Amulor enim uos, inquit, Dei æmulatione. Est & bona contentio, quam Dominus nos habere præcepit dicens: Contendite intrare per angustam portam. Nolite, inquit, gloriari, & mendaces esse aduersus ueritatem. Quia ueritas ipsa probat non esse gloria dignos eos, qui sapientiae uerba promentes ex ore, zelum amarum & contentionis infructuosæ studium gestant in corde. *Non est ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica.*] Et Paulus dicit, quia animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Notandum autem quod animalis homo siue animalis sapientia, non ab animali, sed ab anima deriuatur, teste Apostolo,

Animi.

Zelus amarus & dulcis.

Animalis ab anima.

quia factus est primus homo Adā in animā uiuentem, nouissimus Adam in spiritum uiuificantē. Sed non prius quod spiritale est, sed quod animale. Quod ab anima deriuatū Græca testatur auctoritas, in qua uidelicet lingua ψυχή anima; ζῷον dicitur animale. Porro animalia quæ uis Latine ab anima uocabulū accepisse uideatur, longe diuersam Græce ac dissimilem habent etymologiam. Namq; ab eo quod uiuant, nomen fortiuntur. Siquidem apud eos ζῷον uita, ζῷον uocantur animalia. Cum ergo Apostolus in epistolis suis sapientissime nominet carnalē hominem, nominet animalē, nominet spiritalem: spiritalem uel ipsum dominū dicit, qui in carne & anima apparēs spiritu sancto plenus extitit, uel omnem electum, qui in carne & anima naturaliter consistens, gratiam quoq; spiritus sancti secundū mensuram donationis Christi, qua illustratur, accepit. Carnalē uero uel animale appellat hominem, qui nil gratiæ spiritualis habens, ea tantummodo quæ naturaliter carnis siue animæ sensibus insita sunt, cogitare uel facere nouit. Merito ergo cõtentiōsa & superba sapientia esse terrena, animalis, & diabolica memoratur: quia dum terrenā gloriam anima querit, dum expers gratiæ spiritualis, remanens sola ea quæ sibi naturaliter post reatum primæ præuaricationis sunt insita, cogitat, iure à maligno delusa spiritu, ad agenda se illa quæ sunt uicina & noxia conuertit. *Vbi enim zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus prauum.*] Quis, inquit, custodia serua cor tuum, quoniam ex ipso uita procedit. Qualis enim cordis est radix, talis in conspectu interni arbitrij est omnis fructus actionis. Et qui nequitias corde lituoris uel contentionis contegit, huius est prauum omne opus, quamlibet rectum hominibus esse uideatur: uidelicet propter inconstantiam mentis huc illucq; fluctuantis, quia se ad unam superni intuitus ancoram figere neglexit. *Quæ autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens.*] Hæc est mansuetudo sapientiae, quam superius habendam esse præcepit, zelo utique amaritudinis & contentionis, stultis aduersa, qua sanctorum prædicatorum uirtus & doctrina uicissim sibi in charitatis atque concordiae pace sociantur. Primum, inquit, pudica est, deinde pacifica. Pudica uidelicet, quia caste intelligit. Pacifica autem, quia per elationem se minime à proximorū societate distungit. Modesta uero, suadibilis, bonis consentiens, quia nimirum sapientis est bonorum sua sioni assensum præbere, quomodo Petrus reudarguenti se paulō concitus annuit, improborum uero doctrinam tota intentione uel docendo uel uiuendo repellere. *Plena misericordia & fructibus bonis.*] Et hæc est bona conuersatio, quæ supra sapientē & disciplinātū ostendere monuit, misericordē uidelicet animo esse, & eius.

Cordis caudicia.

Operibus.

dem misericordiae fructus exterius per pietatis opera monstrare. *Iudicans sine simulatione.* Hac uirtute quantum pudica sapientia proprie utitur, tantum contentiosa prorsus caret & blasphemia. Nam qui se doctiorem ceteris perfectiorem uideri appetit, multum necesse est laboret, ut & proximum quasi imprudentiorem docte possit lacerare, & se nunquam etiam a quibus alienus est bona fecisse uel dixisse simulando praetendat. *Fructus autem iustitiae in pace seminatur facientibus pacem.* Omne quod in hac uita agimus, semen est futurae retributionis. Ipsa autem retributio, fructus est operum praesentium, teste Apostolo qui ait: *Quaecumque enim seminauerit homo, haec & metet.* Et qui seminat in carne, de carne metet corruptionem. Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet uitam aeternam. Et ideo recte dicitur, quia fructus iustitiae in pace seminatur facientibus pacem. Fructus enim iustitiae uita aeterna est, quae operibus iustis retribuitur, quia qui inquirunt pacem, sequuntur eam, ipsa pace cui student quasi optima semente terram sui cordis aspergunt, quo per cotidianum bonae operationis cremetur, ad fructum ualeant uitae peruenire caelestis. De quo alibi scriptum est: *Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent, & caetera usque ad finem Psalmi.* Seminant autem & metent etiam reprobi, quia pro meritis in iudicio recipient. Non tamen fructum, sed corruptionem metere dinoscuntur, quia bonis non fruuntur aeternis. *Fructus quippe a fruendo dicitur, sed pro corruptione in qua uixerat, poenas luunt sempiternas.*

CAPVT IIIII.



Nde bella & lites in uobis? Nonne hinc est? Id est a zelo & contentione, quae supra uetuerat haberi. Vnde & hic latius idem exponendo subiungit dicens, Ex concupiscentijs uestris quae militant in membris uestris, &c. Concupiscentiae autem militant in membris, cum ad ea quae mens improba prae suggerit, manus, uel lingua, uel ceterorum membrorum consensus intemperanter obedit. De quo & in primis huius epistolae partibus ait: *Vnusquisque uero tenatur a concupiscentia sua, abstractus, & illeclus, & caetera.* Possunt autem concupiscentiae & terrestrium bonorum in hoc loco dictae intelligi, Regni uidelicet appetitus, diuitiarum, honorum, dignitatum. Propter haec enim & huiusmodi inuimera, lites frequenter inter malos & bella committuntur. *Litigatis & belligeratis, & non habetis propter quod non postulatis.* Litigatis, inquit, & belligeratis pro temporali scilicet gloria, necque hanc obtinere ualeatis, propter hoc nimirum, quia dominum postulare non curastis, ut ipse uobis salutaria quaeque conferret. Si enim illum pia intentione postulareris, & terrena uobis necessaria ad usum temporalem, & ad fruendum perpetuo superna bona tribueret, *Petitis*

Concupiscentiae.

Postulanda quae sunt.

& non accipitis, eo quod male petatis, &c. Prædixerat eos non postulare, & nunc dicit eos male petere, quia qui male petit, iam in conspectu interni testis nihil petere uidetur. Male autem petit, qui iussa domini contemnens, a domino beneficia superna desiderat. Male petit & ille, qui amisso amore supernorum, infima tantum querit bona percipere, & haec non ad sustentationem humanae fragilitatis, sed ad redundantiam libere uoluptatis. Hoc est enim quod ait, ut in concupiscentijs uestris insumatis. *Adulteri, nescitis quia amicitia huius mundi inimica est dei?* Adulteros recte nuncupat, quos de amore sapientiae caelestis, ad amplexum potius amicitiae mundialis esse deflexos increpat, quos conditore contempto, mammonae magis seruire conebat. Dixerat quidem supra de apertis dei inimicis. Nonne diuites opprimunt uos per potentiam, & ipsi trahunt uos ad iudicia? Nonne ipsi blasphemant bonum nomen quod inuocatum est super uos? Sed ne illos putares solos inimicos esse dei, qui eum aperte blasphemant, qui fidem eius persequuntur in sanctis, & eos iniquo iudicio condemnant, ostendit & eos esse dei inimicos, qui sub fide & confessione nominis Christi, mundi illecebris & amori deseruiunt, qui nomine tenus fideles, rebus terrenis caelestia proponunt. Quod & sequenti uersiculo instatius inculcat subdens,

Quicumque ergo uoluerit amicus esse seculi huius, inimicus dei constituitur. Ergo inimici sunt dei omnes amatores mundi, omnes inquisitores nugarum, omnes qui pertinent ad eos de quibus dicitur, *Quoniam ecce inimici tui domine peribunt.* Intrent ecclesias, non intrant ecclesias, inimici Dei sunt. Ad tempus possunt florere sicut foenum, sed ubi ardor iudicij apparuerit, peribunt, & decor uultus eorum decidet. *An putatis quia inanis scriptura dicit?* Illa uidelicet scriptura, quae a malorum societate fideles coercet, ita per Moysen loquitur: *Non inuisis foedus cum eis, nec cum dijs eorum.* Non habitent in terra tua, ne forte peccare te faciant in me, si serueris dijs eorum, quod tibi certe erit in scandalum. *Et rursum: Non facies opera eorum, sed destrues eos atque confringes statuas eorum.* Ad inuidiam concupiscit spiritus qui habitat in uobis? Interrogatiue per increpationem legendum est, quasi diceret, Nunquid spiritus gratiae quo significati estis in die redemptionis hoc concupiscit, ut inuideatis alterutrum? Non utique bonus spiritus inuidiam uitium in uobis, sed malus operatur. Cui similis est modus locutionis in Psalmo, *Frater non redimit, redimet homo?* Ita enim intelligitur. Si nos Christus non redemit, qui nobis frater fieri dignatus est per humanitatem, nunquid aliquis homo purus non redimere sufficit? *Quidam hanc sententiam ita edisserunt: Ad inuidiam concupiscit spiritus, qui habitat in uobis.* Aduersus inuidiam concupiscit, hoc est inuidiae morbum debellari, atque a uestris

Petere male.

Adulteri qui.

Inimici Dei.

Frater non redimit.

mentibus extirpari desiderat. Alij de spiritu hominis dictum intelligunt, ut sit sensus. Nolite concupiscere, nolite mundi huius amicitijs adhaerere, quia spiritus mentis uestrae dum terrena concupiscit, ad inuidiam utique concupiscit, dum ea quae ipsi acquirere concupiscitis, alios inuidetis habere. *Maiores autem dat gratiam.* Maiorem gratiam Dominus dat quam amicitia mundi, quia haec terrena bona ad tempus, & ea cum dolore amittenda tribuit, illi gaudium largitur aeternum. Qualibus autem haec gratiam largiatur, subsequenter exponit. *Propter quod dicit: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* Fures quidem, periuros, luxuriosos, & alios peccatores, quasi contemptores praecipit, ut suorum punit Deus, sed specialiter superbis resistere dicitur, quia nimirum maiori poena plectuntur, qui confidunt in uirtute sua, qui diuinae potentiae subditi poenitendo negligunt, qui quasi sibi ipsis ad saluandum sufficiant, auxilium supernae gratiae querere detrectant. At contra humilibus dat gratiam, quia qui in suorum plagis uitiorum ueri se medici manibus suppliciter subdunt, merito desideratae sanitatis dona recipiunt. Notandum autem quod hanc sententiam de superbis & humilibus beatus Iacobus de parabolis Salomonis iuxta antiquam translationem, quemadmodum & Petrus, in sua epistola posuit. Pro quo in nostra editione quae de Hebraica ueritate descendit, ita dicitur: *Illusores ipse deludet, & mansuetus dabit gratiam.* Deludet autem Dominus illusores, iuxta hoc quod Paulus loquitur de eis qui illum in nomine patris sui uenientem recipere recusantes, Antichristum in nomine suo uenientem susceperunt sunt. Eo quod dilectionem, inquit, ueritatis non receperunt ut salui fierent, ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio. *Delusit illusores, cum dicentibus Iudaeis: Si Rex Israel est, descendat de cruce & credimus ei, patienter sustinuit, donec mortuus ac sepultus, & eorum insultationes & ipsam mortem cita resurrectione superaret.* Dabit autem mansuetis gratiam, quia eis qui se humiliter sequuntur, & perfectionem boni operis, & beatam perennitatis dona largitur. *Appropinquate deo, & appropinquabit uobis.* Appropinquate domino per humilitatem eius uestigia sectando, & appropinquabit uobis per misericordiam, uos de angustia liberando. Non enim regionibus longe est quisque a deo, sed affectibus. Namque uno commorantes terrae loco, is qui uirtutibus studet, & is qui defluit sordibus uitiorum, longe est a deo, alius proximum habet deum. Vnde & Psalmista dicit: *Prope est dominus omnibus inuocantibus eum in ueritate.* Rursumque: *Longe est a peccatoribus salus.* Illa utique salus cui canimus: *Domini illuminatio mea & salus mea, quem timebo.* Et ipse dominus, cum nos sibi appropinquare suaderet dicens: *Venite ad me omnes qui la-*

Gratia maior quam dat dominus.

Superbis resistit deus, alios punit.

Humilibus dat gratiam.

Delusit illusores.

Longe quo modo quis a deo.

boratis & onerati estis, & ego reficiam uos, continuo quia non hoc pedibus, sed a cibus esset implendum demonstrauit cum subdidit, *Tolite iugum meum super uos, & discite a me, quia mitis sum, & humilis corde.* *Emundate manus peccatores, & purificate corda duplices animo.* Hoc est ueraciter domino nos appropinquare, operis uidelicet munditiae, & cordis simplicitate habere. *Innocens, inquit, manibus & mundo corde, accipiet benedictionem a domino, & misericordiam.* Et hoc est ueraciter Dominum appropinquare nobis, suae nobis dona pietatis simpliciter querentibus dare. Sanctus enim spiritus disciplinae effugiet fictum, & auferet se a cognitionibus quae sunt sine intellectu. *Miseri estote, & luge, & plorate.* *Risus uester in luctum conuertatur, & gaudium in moerorem.* *Humiliamini in conspectu domini, & exaltabit uos.* Nolite, inquit, amare locupletari, & gaudere in hoc seculo, sed memores scelerum quae fecistis, hoc potius procurate, ut per breues uita huius miseras paupertateque ac lamentationem transitoriam ad gaudia caelestis regni sempiterna pertingatis, ut non pro laetitia temporalium opum quas per iniquum laborem acquisistis, perpetuo medicetis, lugeatis, tormenta soluat. *Nolite detrahere alterutrum fratres mei.* Et hoc uitium detractionis ad uenenum linguae mortiferum respicit, de quo ait, *Litigatis & belligeratis.* *Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum, detrahit legem, & iudicat legem.* Detrahit legem qui detrahit fratri, quasi ipsa non recte fecerit quae detractione uenit, dicens per prophetam: *Detrahentem aduersus proximum suum occulte, hinc persequeretur.* Et in Leuitico: *Non eris criminator & susurro in populis.* Potest & ita intelligi: *Qui detrahit fratri legis iussa facientis, detrahit legem, & iudicat legem quae ralia iussa dedit.* *Verbi gratia, lex praecipit dicens: Ne memor eris iniuriae ciuium tuorum.* Qui ergo detrahit fratri, & qui iudicat fratrem quem uidet pro dei amore libere tet iniurias suscipere, detrahit utique legem, & iudicat legem quae nos iniurias obliuisci praecipit. *Tu autem quis es qui iudicas proximum tuum?* Temeritate arguit eius qui proximum delectatur iudicare, nec suae statum fragilitatis ac uitae temporalis incertum perpedere curat. Et quia nonnunquam per imitationem dexterae excelsi, hi qui iudicabant proximum, eius quem iudicabant potestati subduntur, nonnunquam ipso superstitite rapiuntur a mundo: arguit subsequenter & eorum temeritatem qui certitudinem uitae suae nullam habentes, de multorum temporum lucro animam in futurum distendunt. *Na sequitur, Ecce nunc qui dicitis, hodie aut crastino ibimus in illam ciuitatem, & faciemus quidem ibi annum, & mercabimur, & lucrum faciemus: qui ignoratis quid erit in crastinum.* Multifariam in huiusmodi dispositione stultitiam in esse norat, quia uidelicet & de lucri augmento consilium agunt, & se multo tempore uicturos arbitrantur, & ubi annum faciunt super se potestatis autumant, & in his omnibus superni iudicij

Appropinquare deo ueraciter.

Gaudia mundi uitae da.

Detrahitio.

Detrahit re legi.

iudicis examen ad mentem reuocare contem-
nunt. *Quæ enim uita uestra? Vapor est ad medicum
apparens, & deinceps exterminabitur.* Nō ait, quæ
est uita nostra, sed quæ inquit uita uestra? Quia
iusti tunc uerius uiuere incipiunt, cum ad hur-
ius uitæ finem peruenerunt. Inimici autem do-
mini mox cū honorificati & exaltati fuerint,
deficientes ut fumus deficient. Non autem pu-
tandum est, hanc eandem sententiam esse quam
apud sempiternū in libro Sapientie dixisse perhi-
bentur: *Quia ex nihilo nati sumus, & post hæc
erimus tanquam non fuimus.* Quoniam fir-
mus afflatus est in naribus nostris, & sermo scin-
tilæ ad commouendum cor nostrum. Quæ ex-
tinctæ cinis erit corpus, & spiritus diffundetur
tanquam mollis aer. Hæc enim illis ratiocina-
batur, qui nullam uitam, nisi istam esse crede-
bant, dicentes cum Epicuro: Post mortem nihil
est, & mors ipsa nihil est. Illud autem beatus Ia-
cobus intulit, ut doceat, quia uita prauorū bre-
uis est in præfenti, quam tamen in futuro mors
sequitur æterna, iuxta illud beati Iob: Ducunt
in bonis dies suos, & in puncto ad inferna de-
scendunt. *Scienti ergo bonum facere & non facien-
ti, peccatum est illi.* Per totum huius epistolæ tex-
tum beatus Iacobus ostendit, quod hi quibus
scripsit, scientiam boni faciendi habebant, si-
mul & fidem rectam didicerant, ita ut & alijs
se magistros fieri posse præsumerent, nec tamen
operum perfectionem, neque mentis humilita-
tem, neque continentiam adhuc sermonis erant
adepti. Vnde illos modo inter alia increpationis
& exhortationis uerba non minimum ter-
ret in eo, quod scientem bona facere, & non fa-
cientem quæ nouit, maius dicitur habere pec-
catum, quam illum qui ignoranter delinquit.
Tamen si nec ille prorsus a reatu liber esse pos-
sit qui nesciens errauit, cum ipsa boni ignoran-
tia non paruum sit malum. Hinc etenim Domi-
nus ait: Seruus qui cognouit uoluntatem domi-
ni sui, & non fecit secundum uoluntatem eius,
uapulabit multis. Qui autem non cognouit, &
fecit digna, plagis uapulabit paucis.

CAPVT V.

Agite nunc diuites, plorate ululantes in mise-
rijs quæ aduenient uobis. Nunc dum
tempus est acceptabile, dum dies
salutis, futuras inquit poenarū mi-
sericordias flendo & elemosy-
nas faciendo uitate. *Aurum & argentum uestrum
eruginauit, & ærugo eorum in testimonium uobis, & man-
ducabit carnes uestras sicut ignis.* Non solum impio-
s & immisericordes diuites uisibilis gehennæ
ignis in tormentis ex cruciat, sed & ipsa diuitiarum
putrefactarum & inanum memoria, quibus
facillime possent suas redimere nequitijs,
non minus & ante iudicium animas eorum, &
post resurrectionem etiam carnes exurit, dum
sibi metipsis grauius irasci incipiunt, quia sua
scelera elemosynis abluere noluerunt. Deni-

Epicuri di-
ctum.

Scientia
aggrauat
peccatum.

Memoria
diminuat.

que dimitti illi purpurato ærugo pecuniarum
in testimonium nequitiæ, & in augmentum uer-
sa erat poenarum, quando per increpationem
Abrahæ audiuit, Fili recordare, quia recepisti
bona in uita tua, & Lazarus similiter mala. Pos-
sunt etiam nomine carniū ipsæ carnales deli-
ciæ intelligi, quas ærugo pecuniarū sicut ignis
manducat, dum animam luxuriosam & extrin-
secus sæuens flamma cruciat, & non minus
interius pungens suæ tenaciæ dolor accusat.
Quod in hac quoque uita sæpius contingit, ut
nonnulli diuitias quibus male utebantur, amit-
tant, perditisq; facultatibus iam sero incipiant,
quod eas sine fructu habuerint dolore, & tunc
se gemant indigentibus sua non dedisse, cum
ipsi ingruente indigentia cogantur mendicare.

Theauri? uobis iram in nouissimis diebus. Quia
neglecta pauperum nuditate uel esurie, thesau-
ros pecuniæ uobis cōdere gaudebatis, iam uo-
bis ipsis non prouidetes interni iudicis iram cu-
mulate. Quæ etsi nec dum apparuit, in nouis-
simis diebus iam certissima restat, id est ubi tem-
poralium dierum finis affuerit. *Ecce merces o-
perariorum qui messuerunt regiones uestras, quæ fraudata
est a uobis, clamat.* Quanta superbiorum iniqui-
tas, qui cum diuitias sufficientes habeant, non
solum pauperes passim uenientes suscipere, ac
reficere spernunt, sed ipsi quoque mercenarijs
uel famulis suis debitam laboris sui mercedem
reddere nolunt. Quod impietatis uitium, bea-
tus Iob multum se cauere insinuat, cum ait: Si
aduersum me terra mea clamat, & cum ipsa sul-
ci eius descent, si fructus eius comedi absq; pe-
cunia, & animam agricolarum eius affixi, pro
frumento oriatur mihi tribulus, & pro hordeo
spina. *Et clamor ipsorum in aures Domini Sabaoth in-
trouit.* Dominum Sabaoth, id est Dominum
exercituum appellat, ad terrorem eorum qui
pauperes putant nullum habere tutorem. Huic
autem loco cōgruit illud Psalmistæ: Tibi enim
derelictus est pauper, pupillo tu eris adiutor. Et
quod in libro beati Iob scriptum est: Neque e-
nim frustra audiet Deus, & omnipotens singu-
lorum causas intuebitur. *Epulati estis super ter-
ram.* Neglectis gaudijs cælestibus ad quæ per
afflictiones & ieiunia uenire poteratis, epulas
tantum diligitis carnales, quas tanta in futuro
fames sitisq; sequetur, ut ne una quidem aquæ
gutta tunc possit aliunde adquiri, per quam uo-
bis ardens lingua refrigeretur. *Et in luxurijs enu-
tristis corda uestra.* Illi in luxurijs enutriunt cor-
da sua, qui iuxta illum Ecclesiastes sermonem
non prohibent cor, quin omni uoluptate frua-
tur, & oblectet se in his quæ parauerint. Et hæc
ducunt partem suam, si utantur ipsi laboribus
suis, nullam de pauperum nutrimento uel ob-
lectamento curam habentes. *In die occisionis
adduxistis, & occidistis iustum, nec restitit uobis.* Ius-
tum appellat Dominum saluatorem, de quo

10

20

30

40

50

60

Ira iudicis,

Merces de
terris.

Dominus
Sabaoth,

Pauperum
tutor.

Epule car-
nales.

Corda in
luxurijs nu-
trientes.

Iustus
Christus.

diuis

deis loquitur, Quem prophetarum non sunt
persecuti patres uestri, & occiderunt eos qui an-
nunciabant de aduentu iusti? Cuius uos nunc
proditores & homicidæ fuistis. Apparet ergo
quod beatus Iacobus illos diuites alloquitur ex
eo loco quo ait: Agite nunc diuites, plorate ul-
ulantes, qui in necem Domini conturauerant,
& nec dum fidem nominis eius qua saluaren-
tur, acceperant. De quibus & supra loquitur
credentibus: Nonne diuites per potentiam op-
primunt uos, & ipsi trahunt uos ad iudicia?
Nonne ipsi blasphemant bonum nomen, quod
in uocatum est super uos? Et quia duodecim
tribubus quæ sunt in dispersione scribit, ita fi-
deles monet opera fidei facere, ut eos etiã qui
nec dum crediderant, ad fidem dominicam si-
mul & fidei opera suadeat conuerti, & uocans
illis ad memoriam, quia Dei filium occiderint,
& insuper quasi nihil mali perfecissent, luxu-
riæ sese & auaritiæ manciparint, nec tantum
scelus poenitentia & elemosynis emendare
curarint. Quibus proprie conuenit quod ait,
auaritiã carnes eorum instar ignis manduca-
turam, & quia thesaurizauerunt sibi iram in
nouissimis diebus. Hoc enim in eis post occi-
sionem ipsius Iacobi completum esse claruit,
cum Hierosolymorum ciuitas, in d. omnis lu-
dæe prouincia expugnaretur ac deleretur à Ro-
manis, in ultionem uidelicet dominici sangui-
nis, & cæterorum quæ patrarant scelerum.

*Patientes ergo estote fratres usque ad aduentum Domi-
ni.* Postquam superbos & incredulos incre-
pauerat, rursus conuertitur ad eos qui talium
improbitate fuerant oppressi, cohortans eos ad
patientiam, & insinuans quia talium pressura-
rum finis proximas instet, aut ipsis uidelicet ra-
ptis ad Dominum, fructumq; suæ patientiæ re-
cipientibus, aut persecutoribus eorum pote-
state persequendi priuatis. *Ecce agricola expe-
ctat preciosum fructum terræ, patienter ferens donec acci-
piat temporaneum & serotinum, & cætera.* Si ille pro-
terea fructum quem expectat, & temporalem spe-
rat prouenire, tam patienter laborat, quãto ma-
gis uos pro cælestis fructu mercedis, quem per-
petuo possidere ualeatis, omnia nunc aduersa
sustinere debetis? Accipietis etenim uos tem-
poralem fructum, uitam uidelicet animæ post
mortem. Accipietis & serotinum, cum in corrup-
tionem in iudicio. Vel certe temporaneum in
operibus iustitiæ, serotinum in retributione la-
borum, iuxta illud Apostoli: Habebitis fructum
uestrum in sanctificationem, finem uero uitam
æternam. *Nolite ingemiscere fratres, in alterutrum,
ut non iudicemini.* Quasi uos maiora meritis ad-
uersa patiamini, & persecutores uestri cum ma-
xima scelera fecerint, nihil ferre uideantur ad-
uersi. Ut non iudicemini. Iudicio uidelicet dā-
nationis, eo quod iudicem istum quasi inique
iudicantem ut uereturis. *Ecce iudex ante ianuam
assidet.* Qui & uobis præmia patientiæ, &

Tempora-
neum,
Serotini.

Iudex an-
te ianuam.

aduersarijs uestris poenam quam merentur re-
stituet. Ante ianuam autem assidet, quia uel
proximus est ad noscenda omnia quæ geritis,
uel cito ueniet ad retribuendum, & uobis, &
persecutoribus uestris quæ singuli meruistis.

*Exemplū accipite fratres exitus mali, & longanimitatis,
& laboris, & patientiæ, Prophetas qui locuti sunt in no-
mine Domini.* Videte, inquit, quia Prophetæ
qui tam sancti erant, tam immunes à delictis,
ut Deis spiritus per eos sua mysteria loquere-
tur hominibus, exitum malū habuerunt mor-
tem pariendo ab infidelibus, ut Zacharias, Ve-
rias, & Machabæi martyres. Et in nouo Testa-
mento Ioannes, Stephanus, Iacobus Zebedæi,
& alij quam plurimi. Nec tamen huiusmodi
exitu ingemiscere, sed eum potius longani-
miter ferre uolebant. Alij, longos sustinere
labores, sed hos patienter & sine murmuratio-
ne uulere, ut Noe in ædificatione arcæ per cen-
tum annos, Moses in ereptione & ducatu popu-
li per annos quadraginta, Dauid in exilio sine
culpa perpresso, Ioseph in seruitio fratrum frau-
de suscepto. Ad utraque autem firmum & im-
mutabile subiunxit exemplum, dicens: *Suffe-
rentiam Iob audistis, & finem Domini uidistis.* La-
borem, inquit, & patientiam Iob lectione co-
gnouistis, & quia duplicia cuncta, quæ hostis
fraude perdidit, Domino miserante, recepit.
Exitum quoque Domini in cruce quem lon-
ganimiter suscepit, astantes ipsi uidistis, sed &
gloriam resurrectionis & ascensionis eius ad
cælos, Euangelica prædicatione didicistis.

Quia misericors est Dominus & miserator. Ut uel
in præfenti seros a tentationibus liberet, & pro
constantia fidei etiã coram hominibus uiuen-
tes glorificet, uel post mortem in occulto coro-
net, & ne sic quidem ab hominibus memori-
am quam meruere laudis auferat. *Ante omnia
autem fratres mei nolite iurare, neque per cælum, neque per
terram, neque aliud quodcunque iuramentum. Sit autem iuramenti
sermo uester est, est non non.* Quia letiferum lin-
guæ uirus ad integrum in suis auditoribus ex-
haurire desiderat, qui detrahere alterutrum ue-
ruit, qui iudicare proximum interdixit, qui in
aduersitatibus alterutrum ingemiscere prohib-
it, quæ sunt aperta peccata, addit & hoc quod
quibusdam leue uidetur, ut iuris quoque iur-
andi consuetudinem tollat. Nam hoc quoque
illis nequaquam paruipendendum patienter
apparet, qui illam Domini sententiam sollicitè
considerat, qua dicit: *Omne uerbum otiosum
quod locuti fuerint homines, reddet rationem
de eo in die iudicij. Ut non sub iudicio decidatis.*
Ideo, inquit, uos a iurationis culpa compesco,
ne frequenter uera iurando aliquando etiam in
perniciū decidatis, sed eo longius a peccando ui-
tiolletis, quo nec uerum deierare nisi proxima
necessitate uestris. Sed & ille sub iudicio reatus
decidit, qui etsi non quæ peccat, crebris tamē
quam opus uestrum est, deiecit. Quia nimirū ipsa
superflua

Patientia
sanctorū.

Iob dupli-
cia rece-
pit.

Iuramenti
uetatio.

Iurando
cadens.

Quid in ad ueritate faciendum.

Oleum in unctioe uisus.

Infirmas ob peccata.

Confitentia di discretio.

superflue locutionis otiositate delinquit, offenditque iudicem, qui & inutile uerbum & iuramentum omne uerit. *Tristatur aliquis uestrum, oret aequo animo, & psallat.* Qui supra in pressuris adiuuicem fratres ingemiscere prohibuit, nunc quid e contrario gerendum sit ipse demonstrat. Si quid, inquit, alicui uestrum tristitia deprimentis, uel ab alijs hominibus illata forte iniuria ingruerit, uel culpa accidente, uel domestico damno preoccupante, uel alia qualibet ratione uos contristari contigerit, nequaquam illa hora adiuuicem murmuraturi, & de Dei iudicij querelas deponituri conueniatis, sed potius ad Ecclesiam concurrentes flexis genibus dominum orate, ut consolationis sue gratiam mittat, ne uos tristitia seculi quae mortem operatur, absorbeat. Ipsi quoque crebra psalmodiae dulcedine, nociuam inuoluntaria pestem uestro de corde repellite. *Infirmatur quis in uobis, inducat presbyteros Ecclesiae.* Sicur dederat contristato, sic dat consilium & infirmanti, qualiter se a murmurationis stultitia tueatur, iuxtaque modum uulneris, modum punit & medela, tristato praecipiens ut ipse pro se oret & psallat, infirmanti autem uel corpore uel fide mandans, ut qui maiorem sustinuit plagam, plurimorum se adiutorio, & hoc seniorum curare meminerit, neque ad iuniores minusque doctos causam suam imbecillitatis referat, ne forte quid per eos allocutionis aut consilij nocentis accipiat. *Et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, &c.* Hoc & Apostolos fecisse, in Euangelio legimus, & nunc ecclesiae consuetudo tenet, ut infirmi oleo consecrato ungantur a presbyteris, & oratione comitante sanentur. Nec solum presbyteris, sed ut Innocentius papa scribit, etiam omnibus Christianis uti licet eodem oleo in sua aut suorum necessitate ungerendo. Quod tamen oleum, non nisi ab episcopis licet confici. Nam quod ait, Oleo in nomine domini, significat oleum consecratum in nomine Domini. Vel certe quia etiam cum unguent infirmum, nomen Domini super eum inuocare debent. *Et si in peccatis sit, dimittentur ei.* Multi propter peccata in anima facta, infirmitate aut etiam morte plectuntur corporis. Vnde Apostolus Corinthiis, qui corpus Domini percipere in ligne soliti erant, ait: Ideo inter uos multi & infirmi & imbecilles sunt, & dormiunt multi. Si ergo infirmi in peccatis sint, & haec presbyteris ecclesiae confessi fuerint, ac perfecto corde ea relinquere atque emendare satagerint, dimittentur eis. Neque enim sine confessione emendationis, peccata queunt dimitti. Vnde recte subiungitur, *Confitemini ergo alterutrum peccata uestra, & orate pro inuicem ut saluemini.* In hac autem sententia, illa debet esse discretio, ut quotidiana leuiusque peccata, alterutrum coequalibus confiteamur, eorumque quotidiana credamus oratione saluari. Porro grauioris lepre immundi-

tiam iuxta legem sacerdotij pandamus, atque ad eius arbitrium qualiter & quanto tempore iusserit, purificari curemus. *Multum enim ualet deprecatio iusti assidua.* Helias homo erat similis nobis, passibilis, & oratione orauit ut non plueret super terram, & non pluit annos tres & menses sex. Decenti astruit exemplo quantum deprecatio iusti ualet assidua, cum Helias una tantum oratione orando tam longo tempore celos continuerit, terris imbres auerterit, fructus mortalibus negauerit, & rursum ubi uoluit, ubi tempus esse perspexit, ubi longa inediae tabe cor regis superbi & gentis idololatrae ad poenitentiam uidit inflexum, una solummodo oratione orauerit, & fructus atque aquas quas negauerat, terris restituerit. Sic enim sequitur, *Et rursus orauit, & caelum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum.* Semel ergo & prius & postmodum orauit, & hoc unus Helias talia ac tanta impetrauit, quantum igitur ualet frequens plurimorum oratio iustorum. Sed ne trepidaret nostra fragilitas, reputans se tanto prophetae qui curru igneo rapuerit ad caelos, similia facere non posse, consulte beatus Iacobus de eius oratione locutus ita inchoauit: Helias homo erat similis nobis, passibilis. Homo namque erat tamen nulli hominum uirtute secundus, similis nobis origine carnis, passibilis ut nos & mentis fragilitate & carnis. Nam quia carne fragilis esset, apud Sareptanam uiduam uictum quaerendo monstrauit. Quia mente quoque passibilis fuerit, ostendit cum post redditas terris aquas extinctosque prophetas, & sacerdotes idolorum, & unius mulierculae minis exterritus per deserta diffugit. Quanti autem sit meriti apud Dominum pro infirmantibus orare, eosque sua peccata confitentis ad amissam reuocare sollicitatem, subdendo manifestatur: *Fratres mei, si quis ex uobis errauerit a ueritate, & conuerterit quis eum, scire debet quoniam qui conuerterit fecerit peccatorem ab errore uiae suae, saluabit animam eius a morte, &c.* Quia enim in superioribus huius Epistolae partibus lingua nostra a maligna uel otiosa locutione restringitur, opportune in fine, quid maxime loqui debeamus ostenditur. Iubemur itaque orare, & psallere Domino, quoties aliquibus pulsamus aduersis. Item confiteri alterutrum peccata nostra, & orare pro inuicem, ut saluemur, pro sanitate proximorum, non solum temporalis, sed potius aeterna, quantum possumus impedere curam. Si enim magnae mercedis est a morte eripere carnem quandoque morituram, quanti est meriti a morte animam liberare in celesti patria sine fine uicturam. Notandum sane quod quidam codices habent, Saluabit animam suam a morte. Et ex ambiguo Graeco, ita etiam recte interpretari potest. Et reuera qui errantem corrigit, sibi metipso per hoc uitae caelestis gaudia ampliora conquirat. Saluabit, inquit, animam suam a morte, & cooperiet multitudinem peccatorum, Qui peccatorem ab errore

Orationis efficacia.

Orationis merita.

Animam suam eius.

errore conuertit. & eius peccata per hanc conuersionem ab aspectu interni iudicis superpositione uitae melioris abscondit: & sua quoque in quibuscunque offendit errata, ab intuitu eius qui omnia uidet, proximum curando conregit, iuxta illud Psalmistae, Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum recta sunt peccata. Nec obliuiscitur haec hortans beatus Iacobus, quod superius ait: Nolite plures magistri fieri, fratres mei. Ibi nanque imperfectos in propria actione a magistris officio quod per iactantiam quaerebant, lumina uel. Hic uero instructos ex omni parte, quid erga salutem proximorum pro amore fraternitatis agere debeant edocet. Quod enim hic doctor facere perhibetur, hoc alio loco charitas facere memoratur, dicente beato Petro Apostolo, Quia charitas operit multitudinem peccatorum. Nec praetereundum, quod haec errantis conuersio non solum loquendo, sed plerumque etiam bene agendo perficitur. Nam si quis etiam lingua tacere proximis exempla bonae actionis ostendit, eosque ad imitanda quae neglexerat eleemosynae, uel hospitalitatis, uel aliarum opera uirtutum conuertit, officium profecto doctoris exequitur, ac pro eius quem corripuit saluatione fratris, certam a pio iudice mercedem consequitur.

Incipit expositio eiusdem in Epistola primam beati Petri Apostoli.

CAPVT I.

Petrus Apostolus Iesu Christi, electis aduenas dispersionis Ponti, Galatiae, Cappadociae, Asiae, & Bithyniae. Aduenae Latine, Graece dicuntur proselyti. Quo nomine appellabant Iudaei eos qui de gentibus nati in deum credere, & circumcisione accepta, Iudaico more, iuxta dei legem uitam ducere maluerunt. De quorum numero fuisse quidam eorum, qui in die sancto Petre coeptes, quo Apostoli spiritu sanctum in ignis uisione perciperunt, ad praedicationem eorum Christo crediderunt, dicente scriptura, quod Iudei quoque & proselyti adessent. Electos ergo aduenas dicit, qui de gentilitate ad agnitionem ac susceptionem diuinae legis, ac perceptis sacramentis legalibus, ad acceptionem gratiae fidei peruenire meruerunt. Vnde sanctus presbyter Hieronymus de his loquens ait: Quia Petrus post episcopatum Antiochenis Ecclesiae, & praedicationem dispersionis eorum qui de circumcisione crediderunt in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, & Bithynia, secundo Claudij anno, ad

Aduenae, proselyti.

expugnandum Simonem magum Romam pergit. Sed & nos si ueraciter cum propheta, deo dicere possumus, Quonia incolam nos sumus apud te in terra, & peregrini sicut omnes patres nostri: ad nos quoque epistolas beati Petri scriptas credere, & ut nobis missas legere debeamus. Denique in ipsis epistolis quali alibi patriam habentes, non admonet dicens: Charissimi obsecro uos tanquam aduenas & peregrinos, abstinere a carnalibus desiderijs. Quod uero adiungitur dispersionis, significat quia dispersi sint ab Hierosolymis in persecutione quae facta fuerat sub Stephano, uel certe alijs multifarijs persecutionibus sint pro fide uel a Iudaeis uel a gentibus afflicti, a proprijs saepe sedibus uel, ut in actibus Apostolorum legimus. Sed & Paulus ad Galatas: Tanta, inquit, passi estis sine causa, si tamen sine causa. *Dispersionis Ponti, Galatiae, Cappadociae, Asiae, & Bithyniae.* Omnes haec prouinciae sunt Graecorum in Asia. Sed & alia Bithynia est in Europa, de qua illi qui in Asia sunt Bithyni, originem ducere perhibentur. Illa autem quae in Asia est Bithynia, uocatur & maior Phrygia, quae Hieras flumine est a Galatia distincta. *Secundum praescientiam dei patris, in sanctificatione spiritus, in obedientiam & asperionem sanguinis Iesu Christi.* Adhaerent hi uersiculi ad hoc quod praedixerat, Electis aduenas. Electi nanque erant secundum praescientiam dei patris. Vnde & Apostolus ait: Quos praesciuit & praedestinauit conformes fieri imaginis filij sui. Et alibi: Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Electi autem erant ad hoc, ut per donationem spiritus sancti sanctificarentur, emundati ab omnibus peccatis, ut obedire inciperent Domino Iesu Christo, qui per inobedientiam protoplasti perierant, ut asperiti sanguine eius potestatem Satae uitarent, sicut Israel per agni sanguinem Aegyptiorum dominatum declinauit. *Asperio* nem autem dicit more scripturae ueteris, ubi quae sanctificanda erant, sanguine hostiarum solebant aspergi. Caterum ipse dominus dicit manifeste de eo: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. *Gratia & pax multiplicetur.* Ut quod bene coepistis, perfecte compleatis. Bene primo gratiam, postea nominat pacem, quia sine gratia Christi, ad pacem reconciliationis peruenire non possumus, imo nihil pacificum, nisi per gratiam eius habere ualeamus. *Benedictus deus, & pater domini nostri Iesu Christi.* Ita deo patri laudes benedictionis refert ut dominum saluatorem nostrum, & deum demonstrat esse & hominem. Cum enim dicit, Deus & pater domini nostri Iesu Christi, deum quidem dominum Iesu Christi appellat, quia ipsum dominum Christum, hominem factum fuisse meminit. Patrem autem Domini nostri nominat, quia eundem Dominum nostrum, Dei filium semper extitisse non dubitat. *Qui secun-*

Bithynia duplex.

Electi.

Asperio.

Deus & pater Christi.

dum magnam misericordiam suam regeneravit nos in spem
niam, per resurrectionem Christi ex mortuis.] Iure be-
nedicitur a nobis Deus, qui cum nostris meri-
tis generati fuissimus ad mortem, sua nos mise-
ricordia regeneravit ad uitam. Et hoc per resur-
rectionem filij sui, cum intantum nostram dile-
xerit uitam, ut illum pro hac mori disponderet,
atque eadem morte per resurrectione destruc-
ta, spem nobis exemplumq; resurgendi mon-
straret. Mortuus nanque est, ne nos mori time-
remus. Resurrexit ex mortuis, ut & nos per
eum resurrecturos esse speremus. In heredita-
tem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcescibilem.]
Incorruptibilem, inquit, propter uitam
caelestem, quae nec senio, nec morbo, nec mor-
te, nec aliqua macula tangitur. Incontaminata,
quia nullus in eam potest immundus in-
trare. Immarcescibilem, quia nec ipsis beatorum
hominum mentibus ex longo usu caelestis illa
conuersio ualet aliquando uilesceere, quomo-
do praesentis seculi luxus & deliciae solent non
nunquam diutina consuetudine & usu in fasti-
dium uerti. Conseruatam in caelis in uobis.] Con-
seruatam in uobis dicit, pro eo ut diceret, con-
seruatam uobis, id est ad hoc conseruatam nunc,
ut uobis tempore praestituro reddatur in caelis.
Vel certe conseruatam in caelis in uobis, quia
qui dedit credentibus potestatem filios Dei
fieri, ipse dedit eiusdem potestatem heredita-
tem in caelis accipere, perseuerando usque in fi-
nem ut salui sint. Et ideo conseruatam dicit in
illis hereditatem, quorum meritis iuuante do-
mino perueniendum nouit ad illam, quia qui
non seruauerint disciplinam patris, heredita-
tem ab eo non merentur accipere. Qui in uir-
tute Dei custodimini per fidem, in salutem reuelari in tem-
pore nouissimo.] Et Dominus ait in Euangelio,
In domo patris mei mansiones multae sunt. Et
iterum, Non est meum dare uobis, sed quibus
paratum est a patre meo. Paratae ergo sunt se-
des in regno Dei, paratae mansiones in domo
patris, parata salus in caelis, tantum faciat se di-
gnum qui accipere desiderat. Sed quia nemo
suo tantum conamine dignus fieri, suisq; uiri-
bus ad aeternam potest uenire salutem, recte pra-
mittitur, Qui in uirtute Dei custodimini per fi-
dem. Neque enim quisquam suae libertatis po-
tentia custodiri ualet in bonis, sed illius pro om-
nia quaerendum est auxilium, ut perficiamur, a
quo initium bonae actionis accepimus. In quo
exultabitis, modicum nunc si oportet contristari in uarijs ten-
tationibus.] Quod dicit, In quo: significat in eo
quod tempore nouissimo salus parata reuelabi-
tur, ac dignitas dabitur. De quo & Dominus ait:
Iterum autem uidebo uos, & gaudebit cor uest-
rum, & gaudium uestrum nemo tollet a uo-
bis. Modicum nunc si oportet contristari. Opor-
ter, inquit, contristari, quia non nisi per tristi-
tiam seculi labentis & afflictiones, potest ad
gaudium aeterna perueniri. Modicum autem di-

Resurrex-
tionis
Christi
uirus.

Hereditas
caelestis.

Parata sa-
lus.

cit, quia ubi merces aeterna retribuetur, breue
uidebitur ac leue totum fuisse, quod in seculi
tribulationibus graue uidebatur & acerbum.
Ut probatio fidei uestrae multo preciosior sit auro, quod
per ignem probatur.] Et Sapietiae liber passionibus
sanctorum auro quod per ignem examinatur,
comparat, dicens de Domino, Tanquam au-
rum in fornace probauit illos, & quasi holo-
causti hostiam accepit illos. Quia nimirum quos
in camino tribulationis fideles probauerit, hos
in gaudio retributionis quasi placibilem sibi
hostiam assumet. Et bene patientia sanctorum
auro assimilatur, quia sicut in metallis precio-
sius auro aliquid non est, ita haec apud Deum
omni est laude dignissima. Hinc etenim scrip-
tum est: Preciosa in conspectu Domini mors
sanctorum eius. Sicut enim aurum in fornace
clausum ignibus examinatur, prolatum uero
foras cuius sit fulgoris apparebit, ita fidelium
constantia inter infidelium quidem pressuras
contemptibilis uideatur ac stulta: sed ubi tem-
pus retributionis finito certamine tribulatio-
num affuerit, tunc quantae fuerit gloriae, quan-
tum flammis passionum profecerit, eorum uir-
tus ostenditur. Vnde apte subiungitur hic,
Inuenitur in laudem & gloriam & honorem in reue-
latione Iesu Christi.] Inuenitur autem in laudem
probatio fidei, cum laudat eam iudex dicit, Es-
suriui & dedistis mihi manducare, &c. Inueni-
tur in gloriam, cum praemittit eandem glori-
ficans, Venite, benedicti patris mei, possidete
paratum uobis regnum a constitutione mun-
di. Inuenitur in honorem, cum cadentibus im-
pijs in supplicium aeternum, iusti ibunt in ui-
tam aeternam. De quo ipse ait: Si quis mihi mi-
nistrauerit, honorificabit eum pater meus.
Quem cum non uideritis diligitis, in quem nunc quo-
que non uidentes creditis, credentes autem ex altissimi letitia
menarrabili, & glorificata, & cetera.] Et Paulus ait,
Quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec
in cor hominis ascendit, quae praeparauit Deus
diligentibus se. De qua salute exquisierunt atque
scrutati sunt Prophetae, qui de futura in uobis gratia prophe-
tauerunt.] Exquisierunt & scrutati sunt in oc-
culto a Domino, uel ab Angelis, de futura Eu-
angelij gratia, quando, uel quo ordine salus
aeterna mundo adueniret, quod in eorum li-
bris inuenitur. Vnde & unus ex eis pro ma-
gno scientiae salutaris amore, uir desideriorum
appellari ab angelo meruit. Prophetabant au-
tem loquendo palam hominibus, & exponen-
do quae in occulto internae contemplationis i-
psi cognouerant. Scrutantes in quod uel in quale
tempus significaret in eis spiritus Christi, praenuncijs eas
quae in Christo sunt passionibus, & posteriores glorias.]
Has glorias significauit Euangelista, cum ait:
Spiritus nondum enim erat datus quia Iesus non
dum fuerat glorificatus. Duae autem sunt Do-
mini glorificationes, secundum suscepti hominis
formam. Vna, quae resurrexit a mortuis; & alia,
qua

Auro com-
parandi.

Spiritus
Christi.

Christi
gloria.

Glorifica-
tiones Do-
mini.

qua ascendit in caelum ante oculos discipulo-
rum suorum. Restat tertia, & ipsa in conspectu
hominum, cum uenerit in maiestate sua & pa-
tris & sanctorum angelorum ut reddat unicui
que secundum opera sua. Quibus reuelatum est,
quia non sibi metipsis, uobis autem ministrabant ea quae nunc
nunciata sunt uobis.] Inter multa arcana quae re-
uelata sunt prophetis, cum diligenter de futura
salute scrutarentur & exquirerent, etiam hoc
illis reuelatum est, quia non in diebus eorum
eadem salus, sed in uestris potius, qui in fine se-
culorum nascimini, esset aduentura tempori-
bus. Hec ideo dicit, ut admoneat eos curam ge-
rere salutis oblatam, quam tantum peramabant
prophetae & iusti priores, desiderantes illo te-
pore uiuere in mundo, quo ablatis e mundo sta-
tim liceret caelestia regna conscendere. Per
eos qui euangelizauerunt in uos spiritu sancto misso de cae-
lo.] Supra dixerat Prophetas spiritu Christi
praenunciante passionibus eius & posteriores glo-
rias, & nunc eadē dicit Apostolos eis nunciare
spiritu sancto misso de caelo. Vnde patet quia
idē spiritus Christi erat in prophetis prius, qui
postmodum in Apostolis. Idēq; eandē fidem
passionibus Christi & posteriores glorias, utriusq;
populi praedicabant, illic adhuc uenturam, isti-
am uenisse. Ac per hoc unam esse Ecclesiam,
cuius pars esse carnalem domini aduentum pra-
cesserit, pars sit altera secuta. In qua desiderant an-
geli prospicere.] Constat profecto quia tanta eius
qui passus est pro nobis hominis Iesu Christi
posterior gloria successit, ut etiam angelicae in
caelo uirtutes cum sint aeterna felicitate perfe-
ctae, non solum aeternam deitatis magnificen-
tiam, sed & assumptae humanitatis eius clarita-
tem semper aspiciere gaudebat. Verum diligen-
tius intendum, quomodo dicat quod in eum
desiderent angeli prospicere, cum desiderium
dici non soleat eius rei quam habemus, sed quam
uolumus habere, nam nemo desiderat quod ha-
bet. Quomodo ergo in Christum prospicere
desiderant, cuius faciem cernere nunquam ces-
sant, nisi contemplatio diuinae praesentis, ita su-
pernae patriae ciues beatificat, ut ineffabili no-
bis ordine & semper eius uisa gloria satientur,
& semper eius dulcedinem quasi nouam insa-
tiabiliter esuriant. Nam sicut beatus Papa Gre-
gorius delicias cordis & corporis mirifice di-
stinguens ait, corporales deliciae cum non ha-
bentur, graue in se desiderium accendunt, cum
uero habitae eduntur, comedentem, protinus
in fastidium per fatietatem uertunt. At contra
spirituales deliciae cum non habentur, in fastidio
sunt; cum uero habentur, in desiderio sunt: tan-
toq; a comedente amplius esuruntur, quanto &
ab esuriente amplius comeduntur. In illis aper-
tius saturitatem, saturitas fastidium generat, in
istis autem appetitus saturitatem, saturitas appe-
titum parit. Augent enim spirituales deliciae de-
siderium in mente dum satiant, quia quanto ma-

Tempus sa-
lutis opera-
da.

gis earum sapor percipitur, eo amplius cogno-
scitur quod amplius ametur. Potest autem quod
ait: In quem desiderat angeli prospicere, etiam
de spiritu sancto recte intelligi, de quo promi-
serat, Qui euangelizauerunt in uos spiritu san-
cto misso de caelo. Nanque hoc beatus Petrus
ad gratiam referre diuinae pietatis uoluit, quod
eum qui tantae maiestatis est & gloriae, ut semper
eius uisio sicut & ipsius patris & filij (quia ni-
mirum una eademq; est) desideretur ab ange-
lis in caelis, causa salutis humanae ad terras spiri-
tum miserit, atque illustrandis fidelium menti-
bus infuderit. Propter quod succincti lumbos mentis
uestrae, sobrii, perfecti, sperate in eam quae uobis offertur gra-
tiam in reuelatione Iesu Christi.] Quia uobis inquit,
hoc promissum est ut reuelationem Iesu Chri-
sti uideatis post hanc uitam, quam nunc ange-
li uident, quanto maior est gratia uobis promif-
sa, tanto amplius digni esse curate, ut eam perci-
pere ualeatis. Succingit lumbos mentis, qui hanc
& a cogitatione restringit. Et recte dicit spera-
te in eam quae offertur uobis gratiam in reue-
latione Iesu Christi, quia qui succinctis lumbis me-
tis id est mente & corporis castus Domini ad-
uentum expectat, merito quando reuelatur, spe-
rat. Nam qui domino se placere non nouit, me-
rito spe honorum, carnes ne citius adueniat,
metuit. Quasi filij obedientiae, non configurati prio-
ribus ignorantiae uestrae desiderijs.] Recte filios o-
bedientiae uult illos exultare, quos in praefa-
tione in obedientiam & asperionem sangui-
nis Iesu Christi dixerat electos. Sed secundum
eum qui uocauit uos sanctum, ut & ipsi sancti in omni conuer-
satione suis, quoniam scriptum est, Sancti eritis, quoniam
ego sanctus sum.] Huic simile est illud in Euange-
lio: Estote igitur uos perfecti, sicut & pater uester
caelestis perfectus est. Et si patrem uiocatis
eum.] Dicendo in oratione, Pater noster qui
es in caelis. Qui sine acceptione personarum iudicat se-
cundum uniuscuiusq; opus.] Non ut pater carnalis
qui filijs peccantibus indulgentius parcere quam
famulis conseruit. Pater autem Deus tanta iu-
stitiae & pietatis est, ut & seruos humiles atque
obedientes, imò & hostes sibi manum dantes
mutet in adoptionem filiorum, & rursus eos
qui filiorum nomine uidentur honorabiliores,
pro culpa inobedientiae prorsus hereditatis
perpetuae reddat exortes. In timore incolatus ue-
stri tempore conuersamini.] Ne uidelicet per desidi-
am & negligentiam tanto patre existatis indig-
ni, & dum tempore praesentis incolatus secu-
ri sitis, ad promissam patriae beatitudinem per-
uenire non possitis. Scientes quod non corrupti-
bilibus uel auro uel argento redempti estis de uana uestra
conuersatione paterna traditionis, sed precioso sanguine qua
si agni immaculati & incontaminati Christi.] Quanto
maius est precium quo redempti estis a corru-
ptione uitae carnalis, tanto amplius timere de-
betis, ne forte ad corruptelam uitiorum reuer-
tendo animum uestri redemptoris offendatis.

Pater deus
a quibus in-
dicitur.

Renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per uerbum Dei uiui, & permanentis in aeternum. Tale est in Euangelio Ioannis: His qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt. Sicut ergo incorruptibile est precium dominicae passionis quo redempti firmus, ita etiam incorruptibile est sacramentum fontis sacri quo renascimur. Quae ita sibi inuicem connectuntur, ut unum nobis sine altero salutem conferre nequeat. Quia nimirum Dominus ita nos tempore in carnationis suae suo sacro sanguine simul omnes redemit, ut nos quoque nostro tempore uirum per regenerationem baptismi, ad consortium eiusdem regenerationis peruenire debeamus. De qua regeneratione bene dicitur, quia non ex semine corruptibili, sed per uerbum Dei uiui & permanentis in aeternum agatur: ut hinc colligatur, quia sicut ex semine corruptibili caro quae corrumpitur nascitur, sic per aquam uerbo Dei consecratam, uita nobis quae fidem nesciat tribuitur. Quod & apertè propheticè astruit testimonio, subiiciens, Quia omnis caro ut fenum, & omnis gloria eius tanquam flos foeni, & flos decidit, uerbum autem Domini manet in aeternum. Sicut ergo corruptibilis corruptibile caro generat carnem, ita uerbum Domini quod manet in aeternum, aeternam his quos ex aqua recreat in carne simul & anima uitam dat. Huius testimonij sanctus Cyprianus in libro de habitu uirginum ita meminit: Clamat, inquit, Esaiæ Deus, Omnis caro fenum, & omnis claritas eius ut flos foeni. Aruit fenum, & flos decidit, sermo autem Domini manet in aeternum. Neminem Christianum decet, & maxime uirginem non decet claritatè ullam computare carnis & honorem, sed solum appetere sermonem Dei, bona in aeternum mansura complecti. Aut si carne sit gloriandum, tunc plane quando in nominis confessione cruciatur, quando fortior foemina uiris torquentibus inuenitur: quando ignes, aut cruces, aut ferrum, aut bestias patitur, ut coronetur. Illa sunt carnis preciosa monilia, illa corporis ornamenta meliora. Non autem turbet lectorem quod in hac prophetae sententia, ille claritatè, nostra translatio gloriam posuit, neque ex uno Graeco quod est λόγος, utrumque solet Latine transferri.

CAPVT II.



Eponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones, sicut modo genui infantes. Quia renati estis, inquit, nuper, & filij Dei per baptismum facti, tales modo estote per studium bonae conuersationis, quales recenter editi infantes per naturam innoxiae aetatis, ignari uidelicet malitiae & doli, simulare, inuidere, detrahere, alijsque huiusmodi uitijs mancipari omnimodis ignorantibus. Qui sicut lac maternum naturaliter desin-

Verbum domini.

Infantium similes.

derant, ut ad salutem crescere, atque ad panem comedendum peruenire ualeant, ita & uos simplicia fidei rudimenta, primo de Ecclesiae matris uberibus quaerite, hoc est de utriusque testamèti doctoribus, qui diuina eloquia uel scripsere uel etiam uia uobis uoce praedicant, ut bene discendo perueniatis ad refectionem panis uiui qui de caelo descendit, hoc est per sacramenta dominicae incarnationis, quibus renati estis & quibus nutriti, perueniatis ad contemplationem diuinae maiestatis. Rationabile & sine dolo lac concupiscite, ut eo crescat in salutem. Praecepto concupiscendi lac uerbi tangit eos qui ad audiendas lectiones sacras inuiti & fastidiosi adueniunt, ignari illius litis & esuriei de qua dominus ait: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Ideoque tardius ad perfectum salutis cremetum peruenientes, quo possint solido uerbi cibo refici, id est arcana cognoscere diuina, uel maiora facere bona. Si tamen gustatis, quoniam dulcis est dominus. Hoc inquit pacto dimissa atque emendata cordis uestri malitia & spurcitia, uitalem Christi alimoniam concupiscite, si diuinae dulcedinis quanta sit multitudo sapitis. Nam qui nihil de superna suauitate animo gustat, non est mirum si hunc terrestribus illecebris fordida dare non euitat. Bene autem Psalmista gustare admonet quam dulcis sit Dominus, quia sunt nonnulli qui de Deo sentiunt, non quod dulce interius sapiat, sed quod excussum exterius sonet. Qui etsi secreta quaedam intelligendo percipiunt, eorum dulcedinem experiri non possunt. Et si nouerunt quomodo sunt, ignorat ut dixi quomodo sapiunt. Et quoniam in ipso Psalmo de quo hunc uersiculum assumpsit, praemisum est, Accedite ad eum & illuminamini, recte beatus Petrus subdidit, dicens, Ad quem accedentes lapidem uiuum ab hominibus quidem reprobatum, a Deo autem electum & honorificatum. Et hoc de lapide testimonij sumit ex Psalmo, ubi scriptum est, Lapidem quem reprobauerunt aedificantes hic factus est in caput anguli. Quod ne quis ludicro sensu putaret de materiali lapide a propheta cantatum, qui in aedificatione terrae cuiuslibet domus contra hominum dispositionem diuino iudicio imponeretur, consulte addidit uiuum, ad quem accedentes, inquit, lapidem uiuum, ut de Christo dictum significet. Qui recte lapis appellatus est, qui in carne ueniens, aedificationi sanctae Ecclesiae quo hanc confirmaret sese inferere dignatus est. Viuus autem qui dicere potuit, Ego sum uia, ueritas, & uita. Qui ab hominibus reprobatus est, cum dicerent, Non habemus Regem nisi Caesarem. A Deo autem electus, cum ait ipse, Ego autem constitutus sum Rex ab eo, & caetera. Et honorificatus, quando post mortem crucis Deus illum exaltauit, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, & caetera.

Et ipsi tanquam lapides uiui superaedificamini domos spirituales

Gustatum quam suauis dominus.

Lapidem quem rep.

spirituales. Superaedificari illos dicit, quia sine Domino nostro Iesu Christo, lapide scilicet uiuo, nulla spiritalis aedificatio stare potest. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere praeter ipsum, cuius participatione fideles lapides uiui efficiuntur, qui per infidelitatem lapides mortui fuerant, duri scilicet & insensibiles, qui merito dicitur, Auferam a uobis cor lapideum, & dabo uobis cor carneum. Sed tanquam lapides uiui ad spirituale aedificium aptantur, qui per discretionem eruditi doctoris amputatis actibus & cogitationibus superfluis, uelut ictu quadrantum securis. Et sicut ordines lapidum in pariete portantur alij ab alijs, ita portantur fideles quique a praecedentibus in Ecclesia iustis, portant & ipsi sequentes iustos per doctrinam & tolerantiam, usque ad ultimum iustum. Qui cum a prioribus portetur, quem portare debet atque sequentem non habebit. Quia autem omne aedificium portat, & ipse a nemine portatur, Dominus est Christus, unde & lapis preciosus a propheta uocatur in fundamento fundatus. Item uiuos lapides appellat electos, ut conatum insinuet bonae intentionis siue actionis eorum, quo praeuente se ac comitante Dei gratia semper exerceri debeant. Mortui namque, id est materiales lapides, cum parantur aut ponuntur in aedificationibus, nil ipsi laborem operantis iuuare, nil etiam per se nisi cadere possunt, sed quocumque & ubicumque a structore positi fuerint, ita ibidem insensibiliter perdurant, aut elapsi decidunt. Non autem nos beatus Petrus talium lapidum duritiam atque insensibilitatem uult imitari, sed tanquam lapides uiuos fundamento Christi superaedificari, ut uidelicet iuuante nos gratia, sobrie & iuste & pie uiuendo cooperemur, iuxta exemplum eius qui dicebat, Et gratia eius in me uacua non fuit, sed plus omnibus illis laboraui. Viuus namque lapis in aedificatione sanctae Ecclesiae extitit, qui ne gratiam Dei frustrari uideretur accepisse, sedulus laborare contendit. Et ne aliquid eiusdem pie laboris sibi met tribuisse uideretur, uigilanter adiuuauit: Non autem ego, sed gratia Dei mecum. Tanquam ergo lapis uiuus aedificatur a Christo in domo eius, quicumque donante ac iuuante ipso, bonis indefessus insistere curat operibus. At qui per gratiam regenerationis sanctae Ecclesiae incorporatus nihil amplius pro sua salute operari studeat, hic quasi lapis mortuus caelesti prorsus est aedificatione indignus, ideoque abijciendus diuino examine, atque alius qui dignus est loco eius substituentus, iuxta praecipitum Leuitici, in quo leprosi domorum lapides a sacerdote inspicere, si purificari nequeuerint, iam inter immundos computari, ac de ordine mundorum lapidum praecipiantur erui. Superaedificamini, inquit, domos spirituales. Ita illas domos spirituales dicit fieri debere, cum sit una domus

Christi ex electis omnibus angelis & hominibus condita, quomodo cum sit una Ecclesia catholica toto orbe diffusa, saepe pluraliter appellantur ecclesiae propter multifaria scilicet fidelium conuenticula, uarijs tribubus, linguis, & populis discreta. Unde dicit ipse, Ego Iesus misi angelum meum testificari uobis in ecclesijs. Nec praetereundum quod quidam codices habent in singulari, Superaedificamini domus spiritalis: alij, Sursum aedificamini in domum spiritalem. In quo nimirum unitas ipsa totius sanctae ecclesiae apertius commendatur. Cum autem dixisset Superaedificamini domos spirituales, siue domus spiritalis, addidit, Sacerdotium sanctum. Quo manifestissime nos hortatur ut sacerdotium sanctum ipsi existentes superaedificemur super fundamentum Christi. Omnem ergo Ecclesiam sacerdotium sanctum appellat, quod sola domus Aaron in lege nomen officium habuit. Quia nimirum omnes summi sacerdotis membra sumus, cum et oleo letitiae signamur, uniuersis congruit quod subdidit,

Sacerdotium sanctum.

Offerre spirituales hostias acceptabiles Deo per Iesum Christum. Spirituales autem hostias opera nostra, elemosynas, & preces dicit, ad distinctionem carnalium in lege uictimarum. Quod autem in conclusione dicit per Iesum Christum, ad cuncta quae praemisera pertinet, quia per ipsius gratiam & superaedificamur in illo per architectos sapientes, hoc est ministros noui testamenti, & domus spirituales officimur per spiritum eius contra pluuias, uentos, fulmina tentationum muniti. Et sacerdotio sancto participare, & boni aliquid acceptabile Deo gerere, non nisi per ipsum ualemus. Sicut enim palmires non possunt ferre fructum a semet ipsis, nisi permanferint in uite: sic nec uos inquit nisi in me manseritis. Propter quod conuenit scriptura, Ecce pono in Sion lapidem summum angularem, electum, & preciosum. Hoc testimonium de Esaiâ ponit, ad confirmandum hoc quod praemisera. Ad quem accedentes lapidem uiuum, astruens & affirmans dominum saluatorem propter firmitatem suam lapide a prophetis uocari. Et quod addidit, Et omnis qui credit in illum non confundetur. Propter hoc ponit quod dixerat, Et uos tanquam lapides uiui superaedificamini. Pulchre autem conuenit hic prophetae & Apostoli sermo, quo dicitur Accedentes ad lapidem uiuum uel credentes in eo, non confundi: illius Psalms uersiculo, in quo cum dictum esset, Accedite ad eum & illuminamini, continuo subiunctum est, Et uultus uestri non erubescunt. Cui simile est quod Ioannes ait, Et nunc filij manete in eo, ut cum apparuerit habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in aduentu eius. Vobis igitur honor credentibus. Ille nimirum honor, ut non confundamini ab eo in aduentu eius: sed sicut ipse ait, Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus,

Non credentibus autem, lapis quem reprobauerunt edificantes.] Ut sicut illum reprobauerunt cum edificarent aedificatio sua, nolentes eum ponere in fundamento cordis sui, ita & ipsi reprobentur ab eo in aduentu eius, nolente illo tunc eos qui se reprobauerunt in aedificatione accipere domus suae quae est in caelis. Et haec distinctio honoris credentium, non credentium autem reprobatio hucusque pertingit. Hinc item de credentibus inferit, *Hic factus est in caput anguli.* Quia uidelicet sicut lapis angularis duos parietes coniungit, ita Dominus Iudaeorum plebem & gentium in una sibi fidei societate copulauit. Ac mox de infidelibus addit, *Et lapis offensionis & petra scandali.* Hinc & Paulus: Nos inquit, praedicamus Christum crucifixum, Iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam.

Offensio. His qui offendunt uerbo, nec credunt in quod & positi sunt.] Offendunt uerbo eo ipso quod uerbum Dei audire eos contingit. Offendunt animo, dum nolunt credere quod audiunt. Quorum stultitiam exaggerando subiecit, *Nec credunt in quod & positi sunt.* Quia in hoc positi, id est in hoc per naturam facti sunt homines ut credant Deo, & eius uoluntati obtemperent. Salomone attestante cum ait, *Deum time, & mandata eius serua.* hoc est, omnis homo. Id est in hoc naturaliter factus est omnis homo, ut Deum timeat, eiusque mandatis obsecundet. Quidam codices habent, *In quo & positi sunt.* quod intelligitur iuxta hoc, quod Paulus de Deo loquens ait: *In ipso enim uiuimus, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis.* Hoc laudis testimonium quondam antiquo Dei populo per Moysen datum est, quod nunc recte gentibus dat Apostolus Petrus: Quia uidelicet in Christum crediderunt, qui lapis angularis in eam quam in se Israel habuerat salutem petres adunauit. Quos gentes electum uocat propter fidem, ut distinguat ab eis qui lapidem uiuum reprobando facti sunt ipsi reprobi. Regale autem sacerdotium, quia illius corpori sunt uniti, qui rex summus & sacerdos est uerus, regnum suis tribuens ut rex, & ut pontifex eorum peccata sui sanguinis hostia mundans, Regale sacerdotium eos nominat, ut & regnum sperare perpetuum & hostias immaculatae conuersationis, Deo semper offerre meminerint. Gens quoque sancta & populus acquisitionis uocantur, iuxta id quod Apostolus Paulus prophetam sententiam exponens dicit: *Iustus autem meus ex fide uiuuit: quod si subtraxerit se, non placebit animae meae: Nos autem, inquit, non sumus subtractionis in perditionem, sed fidei in acquisitionem animae.* Et in actibus Apostolorum, Vos spiritus sanctus posuit episcopos regere Ecclesiam Domini, quam acquisiuit sanguine suo. Populus ergo acquisitionis facti sumus in sanguine nostri redemptoris, quod erat quondam populus

Gentium gloria.

Regale sacerdotium.

Israel redemptus sanguine agni de Aegypto. Unde & in sequenti quoque uersiculo mystice ueteris recordatus historiae, & hanc etiam nouo dei populo spiritualiter docet implendam, dicens, *Ut uirtutes annuncietis eius, qui de tenebris uos uocauit in admirabile lumen suum.* Sicut enim hi qui de Aegypto seruitute liberati sunt per Moysen, carmen triumphale post transitum maris rubri, & demersum Pharaonis exercitum Domino decantauerunt, ita & nos oportet post acceptam in baptismo remissionem peccatorum dignas beneficium caelestibus rependere gratias. Namque Aegyptii, qui populum Dei affligebant, quia tenebrae uel tribulationes interpretantur, apte per sequentia nos peccata, sed in baptismo deleta significant. Liberatio quoque filiorum Israel, & ad promissam olim patriam perductio, congruit mysterio nostrae redemptionis, per quam ad lucem supernae mansionis illustrante nos, ac ducete, Christi gratia tendimus. Cuius lucem gratiae etiam illa nubis & ignis columna monstrauit, quae eos & in toto itinere illo a tenebris defendit nocturnum, & ad promissas patriae sedes inenarrabili calle perduxit. *Qui aliquando non populus Dei, nunc autem populus Dei. Qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti.* Indicat aperte per hos uersiculos, quia his qui de gentibus ad fidem uenerant, hanc scripsit Epistolam, *Qui quondam alienati a conuersione populi Dei, nunc per gratiam fidei populo sunt eius adunati, & misericordiam quam sperare non nouerant adepti.* Assumit autem eos de Propheta Osee, qui de uocatione gentium praecinens, *Vocabo inquit, non plebem meam, plebem meam, & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam.* Et erit in locubi dictum est eis, *non plebs mea uos, ibi non uocabuntur filij Dei uiui.* *Charissimi, obsecro uos tanquam aduenas & peregrinos, abstinere uos a carnalibus desideriis, quae militant aduersus animam, &c.* Hucusque beatus Petrus generaliter ecclesiam instituit, explicans uel beneficia, quibus nos diuina pietas ad salutem uocare, uel dona quibus aliquando Iudeos, nunc autem nos honorare dignatus est. Hinc diuersas fidelium personas solerter hortatur, ne se tanta sancti spiritus gratia carnaliter uiuendo reddat indignos. Ne qui regali ac sacerdotali uocabulo sunt insigniti, uitiorum malitia subacti a condonate uel promissa olim sibi nobilitatis gloria degenerent. Itaque primo liberos & seruos, deinde mulieres & uiros specialiter alloquitur, ac post interlocutione generalis exhortationis seniores quoque & adulescentes qualiter sese agere debeant, ostendit. Aptè autem liberos docet a carnalibus abstinere de desideriis, quia solet libertas uel remissioris, maiora illecebrarum titillantiu tolerare pericula, quae militant aduersus animam. Quia dum concupiscentijs blandientibus caro eneruiter subiungatur, iam uitiorum exercitus firmiter aduersus animam

Gentium uocatio.

Patriae reprobationum.

Christiana exempla.

Omnis creatura humana.

Regi & ducibus.

Officium iudicis boni.

animam armatur. Quos competenter aduenas uocat & peregrinos, ut eo minus terrenis rebus animam supponant, quo se patriam in caelis habere meminerint. Namque hoc distare in hac uita inter electos & reprobos solet, quod electi peregrini nunc & exules patriam expectant in futuro, tantoque minus in praesenti gaudent delectantur caducis, quanto futura sine fine gaudia se sperant accipere, & in aeternum regnare cum Christo. At uero reprobi hic habent patriam, cuius solum uitae desiderijs norunt inhiare, ideoque post hanc uitam in exilium relegantur perpetuum, ubi cum ceteris carentes uoluptatibus sola in tormentis patiantur aduersa. *Ut in eo quod detrahant de uobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus uos considerantes glorificent deum in die uisitationis.* Plerumque contigit, ut pagani qui fidem Christianorum uti perabant, quia deos suos dereliquissent, postmodum condescendentes castam eorum conseruationem & inuictum in Christo animum, cessarent eis detrahere, magisque deum glorificare, ac laudare inciperent, qui bonitate ac iustitia cultorum suorum bonus esse probaretur & iustus. Glorificent inquit Deum in die uisitationis. Hoc est in tempore retributionis, quanta sit uobis gloria per Deum donanda, iam nunc agnoscant increduli, cum uos instanter inter obstantia pericula illi se qui perspexerint. *Subiecti igitur estote omni humanae creaturae propter deum.* Omni humanae creaturae dicit, omni dignitati hominum, omni personae, omni principatum, cui nos diuina dispositio subdi uoluerit. Hoc est enim quod ait, *Propter Deum: quia non est potestas nisi a Deo.* Et qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Quae creaturae subsequenter exponit adiungens, *Sive regi quasi praecellentis, sive ducibus tanquam ab eo missis.* Ideo regi tantum ac ducibus, non autem & dominis dicit, quia in hoc loco illos specialiter ut praefati sumus, instituit, qui sunt Domini seruorum. Subsequenter uero & seruos quomodo dominis famulentur admonet. Docet ergo fideles famulos uidelicet aeterni regis, etiam mundi potestatibus subdit, ne uel in hoc fidei & religioni Christianae possit detrahi, quod per eam humanae conditionis iura turbentur. Nam & ita potest recte intelligi quod dictum est *Omni humanae creaturae*, ut significetur & fidelibus & incredulis rerum dominis. *Ad uisitationem autem malefactorum, laudem uero bonorum.* Non quod omnes quidem Reges aut duces uel malefactores punire, uel laudare bonos nouerint, sed quae esse debeat actio boni iudicis simpliciter narrat, hoc est ut malefacientes coerceat, bene agentes remuneret. Qui etsi iniuste agit si bonos damnat, nihilominus ad laudem eorum pertinent, quae facit si patienter eius improbitatem tolerant, & patienter eius stultitiae resistant. *Vis inquit non timere potestatem: Bonum fac, & habebis laudem ex illa.* Non dicit

ab illa, sed ex illa, quia etsi potestas humana non laudat, imò si etiam persequitur, si occidit gladio ut Paulum, si crucifigit ut Petrum, habebis ex illa laudem, dum ex eo quod illa malefacit in te iustum & innoxium, tuae uirtutis patientia coronam laudis mereatur. Nam & hoc intendisse beatum Petrum in hac sententia, uerba sequentia docent, quibus dicitur, *Quia sic est uoluntas Dei, ut beneficientes obmutescere faciat imprudentium hominum ignorantiam.* Hec est ergo laus honorum, ad quam duces a rege dicit missos, dum ignorantia ducum imprudentium, boni ad laudem suam perpetuam bene se agendo utuntur. *Quasi liberi, & non quasi uelamen habentes malitiae libertatem.* Quasi liberi bona faciunt, qui quo maiore apud homines libertate utuntur, eo arctius imò liberius diuino famularum subiungantur. Sed & illi quae si liberi bene faciunt, qui exemplo Ioseph Patriarchae, tametsi seruitio deprimuntur hominum, serui esse uitiorum nulla arte compelluntur. At uero libertatem suam in uelamen malitiae uertunt, qui quo minus humani famularum iugo cohibentur, eo latius peccatorum dominio mancipantur, & cum uitijs impune seruiunt, libertatem uocant, nomine hoc suam tegentes culpam. Potest autem iuxta illud Apostoli Pauli generaliter accipi, *Vos in libertatem uocati estis, fratres,* tantum ne libertatem in occasionem carnis detis. Liberi enim recte uocamur, qui per baptismum a peccatorum sumus nexibus absoluti. Qui a daemoniaca seruitute redempti, qui filij Dei effecti, non tanto dono libertatis potioem peccandi facultatem uel licentiam accepimus, quinimo si peccamus, mox libertate perditam, serui efficiuntur peccati. Et quisquis se ad hoc liberatum a Domino putat, uel licentius peccet, talis suam libertatem in uelamen malitiae mutat. Vult autem nos beatus Petrus liberos esse a seruitio culparum, ut serui creatoris nostri boni & fideles permanere possimus, unde subsequenter adiungit, *Sed sicut serui Dei omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum time, Regem honorificate.* Monet ergo congruum cunctis impendere honorem, & iuxta imperium Domini, Caesari, quae Caesaris sunt, & Deo reddere, quae Dei sunt. Et bene inter alia fraternitatem diligere iubet liberos, ut eos quos quae quis sibi temporali conditione subiecti sunt, fratres sibi esse in Christo factos recolant, una cum ipsis patrem inuocantes eum qui sine acceptioe personarum iudicat. *Serui, subditi estote in omni timore dominis uestris, non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis.* Haec est enim gratia, si propter Deum conscientiam sustinet &c.] Discolis, indisciplinatis dicit, nomine ducto a graeco eloquio. Quia graece schola, uocatur locus in quo adulescentes liberalibus studiis operam dare, & audiendis magistris iracare solent: unde schola, iracatio inter-

Liberorum manus.

Discoli.

Schola.

precatur. Denique in Psalmo ubi canimus, Vocate, & uidete quoniam ego sum Deus, pro eo quod nos dicimus uacate, in græco habet *καλεσθητε*. Scholastici græce sunt eruditi, Discholi indocti & agrestes. Sed utriusque uult obedire subditos, explicans apertius quomodo nos supra omni humanæ creaturæ iusserit esse subiectos. Alia translatio, pro discholis, difficiles habet. Et sanctus antistes Fulgentius in opusculis suis sic ponit: Seruientes cum timore non tantum bonis & modestis, sed etiam difficilioribus. Sed si beneficientes & patientes sustinetis, hæc est gratia apud deum. In hoc enim uocati estis. Quia & Christus passus est pro nobis. Notandum quoniam summæ conditione seruorum glorificet, quos bene facientes & absque culpa uapulantes a dominis crudelibus & improbis, imitatores esse dominicæ passionis affirmat. Audis autem quia passus est pro nobis, & gaudes quia pro te mortuus est, attende quod sequitur. Relinquens uobis exemplum ut sequamini uestigia eius. Exemplum tribulationum non deliciarum, cõrumeliarum, flagellorum, dolorum, opprobriorum, spinarum, crucis, uulnerum, mortis. In Psalmo scriptum est: Propter uerba labiorum tuorum ego custodiui uias duras. Propter quæ uerba labiorum dei, nisi quibus promittit uitam æternam.

Seruorum æstimatio.

Quæ peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum. Cum supra ad seruos specialiter fecerit sermonem, nunc generaliter admonet, ut etiam Domini in memoriam reuocent quid pro illis Deus & Dominus sustinerit. Imò totam Ecclesiam instruit quid pro eius liberatione suus auctor pertulerit. Non enim ait peccata uestra, sed etiam se addito, Qui peccata inquit nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, Eratis enim sicut oves errantes. Quomodo & oves dicit & errantes, cum hi qui in errore uitam ducunt, hæc dorum potius quam ouium nomine censeantur, nisi quia nouit dominus quis sint eius, qui & multos diu male conuersantes sustinet, quos tamen in ouium suarum numero saluandos esse præuidet. Sed conuersi estis nunc ad pastorem & uisitatorem animarum uestrarum. Tangit Euangelicam parabolam, ubi pius pastor relictis nonaginta nouem ouibus in deserto, uenit uisitare unam quæ errauerat. Nam quod ibi dictum est, quia hanc inuentam imposuerit in humeros suos gaudens, hoc istic beatus Petrus præmisit dicens: Quia peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum. Quia nimirum ita nos redimere uoluit, ut lignum in quo peccata nostra tolleret, pendens in humeris haberet. Ad pastorem ergo inquit & uisitatorem animarum uestrarum. Pastorem uidelicet, quia passus nobis uitæ donat æternæ, pascua in presentia temporalium præstat gratiarum. Uisitatorem uero animarum uestrarum, quia uisitauit nos oriens ex alto, illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent. Uisitat quotidie ipsam

Oues errantes.

in nobis quam donauit lucem, ne deficiat seruando, imò ut crescat uiuando. Quidam codices ipsum græcum habent. Ad pastorem & Episcopum animarum uestrarum. Episcopus autem, Latine superintendens dicitur. Quia nimirum oculi domini super iustos, & aures eius ad preces eorum, ut ex omnibus tribulationibus eorum liberet eos.

Episcopus.

CAPVT III.



Imiliter & mulieres subdite sint suis uiris, ut & si qui non credunt uerbo, per mulierum conuersationem sine uerbo uerbi fiant, &c. Notandum quod beatus Petrus ea conditione desiderat mulieres bonas & honestas uiris incredulis subdi, ut non solum nihil mali ad imperium eorum faciant, uerum etiam tam casta conuersatione persistant in superabiles, ut ipsi etiam uiris exemplo possint esse castitatis & fidei.

Vxorum fidelium mœnera.

Quarum sit non extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti uestimentorum cultus. Quia sicut Cyprianus ait, sericum & purpuram induere Christum induere non possunt. Auro & margaritis & monilibus adornata, ornamenta cordis ac pectoris perdiderunt. Quod si Petrus (inquit) mulieres quoque admonet coercendas, & ad ecclesiasticam disciplinam religiosa obseruatione moderandas, quæ excusare cultus suos soleant per maritum, quanto id magis obseruare uirginem fas est, cui nulla ornatus compatatur uenia, nec deriuari in alterum possit mendacium culpæ, sed sola ipsa in crimine remaneat.

Vestitus decentia.

Sed qui absconditus est cordis homo in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est in conspectu dei locuples. Castitatem prædicat, & ornatum interioris hominis in incorruptione quieti & modesti spiritus, quodammodo dicens, Quoniam exterior uester homo corruptus est, & beatitudinem integritatis, quæ propriæ uirginum est, habere destitistis, imitamini incorruptionem spiritus per seueram abstinentiam, & quod corpore non potestis, mente præstate. Has enim Christus diuitias, & uos uestræ coniunctionis querit ornatus. Mirum & apud Pythagoram naturalis scientiæ lege dictante hanc sententiã inueniri, uera ornamenta matronarum pudicitiam non uestes esse. Viri similiter habitantes secundum scientiam, quasi infirmiori uasi muliebri impertientes honorem tanquam cohæredibus gratiæ uitæ. Similiter dicit, uiros ad imitationem prouocans, quia iam supra uxoribus præceperat, dicens, Considerent uiri in timore Dei castam uestram conuersationem. Secundum scientiam autem, ut nouerint quid desideret Deus, & tribuant honorem uasculo muliebri. Si abstineamus nos a coitu, honorem tribuimus. Si non abstinemus, perpicuum est honori contrarium esse concubitum. Ut ne impediatur orationes uestræ. Et Paulus ait, Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus ut uacetis orationi.

Ornatus interior.

Virorum in uxores officia.

Oratio impletur re uxoria. Impeditur ergo orationes officio coniugali commemorat, quia quotiescunque uxori debitum reddo, orare non possum. Quod si iuxta alium Apostoli sermonem sine intermissione orandum est, nunquam ergo mihi cõiugio seruandum est, ne ab oratione cui semper insistere iubeor, ulla hora præpediar. In fide autem omnes unanimes compatiens. Quia superius dicitur fas personas, conditiones, & sexus congrua sibi discretionem docebat, iam nunc omnes communiter admonet in fidei dominicæ causa, unum cor & unam habere animam. Quia in hoc uocati estis ut benedictionem hereditate possideatis. Dicente uidelicet iudice, Venite benedicti patris mei, percipite regnum. Potest benedictio hæreditatis & illa intelligi, qua ecclesia in futura uita perpetuo benedicitur. Vnde & nunc spe futurorum gratulabunda dicit, Exultabo te Deus meus rex, & benedicam nomini tuo in seculum & in seculum seculi. Quod ergo quisque in futuro inuenire desiderat, hoc in presenti meditari & agere satagat, & conditorem uidelicet & proximum sincera uoce benedicere, & se ipsum etiam diuina pariter ac fraterna benedictione dignum reddere. Quia oculi domini super iustos, & aures eius ad preces eorum. Vultus autem domini super facientes mala. Quia beatus Petrus malum nos pro malo reddere uenerat, imò maledicentibus benedicere iusserat, recte prophetaico testimonio astruit superna inspectione & bonos semper uideri & malos, quatenus meminimus & nostram patientiam qua toleramus malos, & nostram beneuolentiam qua persecutibus bona optamus, æterno præmio remunerandam, & persecutores nostros si poenitere noluerint digno plectendos esse supplicio: si uero poeniterint, nos quoque pro ipsorum salute quæ deprecabamur, a domino coronam iustitæ congratulationis accepturos. Et quis est qui uobis noceat si boni æmulatores fueritis. De his dicit quæ nobis ab aduersariis per uerba contumeliosa, per damna rerum temporalium, per tormenta corporis accidunt. Hæc enim & huiusmodi omnia cum fidelibus irrogantur, his duntaxat qui boni æmulatores sunt, & hoc secundum scientiam, nequaquam eis nocere possunt, sed palmam magis patientiæ æquanimiter tolerantibus afferunt, & contra illis qui irrogant poenam accumulando æternam plurimum nocent. Siquis autem huiusmodi aduersis uictus deficit, non huic ille qui malum intulit, sed ipse sibi qui hoc patienter ferre recusauit, nocuit. Neque enim domus quam uir sapiens edificauit, ideo non cecidit quia uolentias tempestatum non pertulit, sed quia fundata erat super petram. Nec rursum ea quam stultus stulte fabricauit, ideo cecidit, quia pulsata tempestatibus fuit, sed quia super arenam posita erat. Vtrancumque enim æqualiter aduersitas feriens tentauit, sed uni firmitas fundamenti coronam perseuerantiæ

Benedictio hæreditatis.

Nemo læditur nisi a se.

tribuit, alteram fragilis structuræ stultitia strauit. Non enim perfectum boni æmulatorem casus aliquis uel a diabolo uel ab homini improbo uel generali rerum labentium turbine illatus, lædere potest. Cæterum plurimos constat boni æmulatores læsos esse ab alijs, dum in ueritatis quam diligunt scientiam male instituuntur. Quos enim catholice in deum credere, & recte in ecclesia uiuere cupientes, Arrii uelania, quantos Sabellijs, aliorum uel hæreticorum nequitia nescientes seduxit. Lege librum Ioannis Chrysostomi, quæ scripsit de eo, neminem posse lædi ab alio nisi a semetipso. Sed & si quid patiamini propter iustitiam, beati. Non solum (inquit) nihil uobis nocet, qui bonum facientibus mala irrogat, sed & cum uos propter bonam quæ execratur hostis insequitur, causam uobis maioris beatitudinis præstat cum patientiæ uestræ uires exercet. Iuxta illud Euangelicum, Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Dominus autem Christus sanctificat in cordibus uestris. Quid est Dominum sanctificare in cordibus nostris, nisi sanctitatem eius quam incomprehensibilis gloriæ sit, intimo cordis affectu intueri. Quam in se sperantibus fortitudinem uincendi dare ualeat, cuius inæstimabilis sanctitas fulget. Parati semper ad sanctificationem omni poscenti uos rationem de ea qua in uobis est spe. Duobus modis de spe & fide nostra rationem poscentibus reddere debemus, ut & iustas spei ac fidei nostre causas omnibus intimemus siue fideliter siue infideliter querentibus, & ipsam fidei ac spei nostre professionem illibatam semper teneamus, etiam inter pressuras aduersantium, ostendentes per patientiam quam rationabiliter eam seruandam didicerimus, pro cuius amore nec aduersa pati nec mortem subire formidemus. Cum modestia & timore conscientiam habentes bonam. In ipsa doctrinæ scientia qualitatem docendi monet obseruare, ut uidelicet humilitas, quæ magistra est omnium meritorum uirtutum, & loquendo dicatur, & uiuendo monstretur. Ut in eo quod detrahunt de uobis tanquam de malefactoribus, confundantur qui calumniantur uestram bonam in Christo conuersationem. Ut qui fidem ac spem cælestium quam uidere nequeunt, in uobis irrident, uideant opera uestra bona, & per hæc confundantur quæ aperte esse bona, negare non ualent. Vel certe ita sentendum. Curate beneficientes, ut qui uestræ bonæ conuersationi detrahunt, adueniente tempore retributionis futuræ confundantur, uidentes uos cum Christo coronari, seque autem cum diabolo damnari. Melius est enim beneficientes, si uelit uoluntas dei, pati, quam malefacientes. Hæc sententia, illorum stultitiam eleganter arguit, qui cum pro culpâ arguuntur a fratribus, uel etiam poenis coercentur, patienter omnino tolerant: at quum absque culpa, uel uerborum contumelias, uel damna rerum, uel aduersa

Sanctificatio re Christi.

Ratio de spe & fide duplex.

Quæ uerba arguit, qui cum pro culpâ arguuntur a fratribus, uel etiam poenis coercentur, patienter omnino tolerant: at quum absque culpa, uel uerborum contumelias, uel damna rerum, uel aduersa

aduersa quæque patiuntur à proximis, mox ad iracundiam prorumpunt, & qui hactenus uidebantur innoxij, per impatientiam se & murmuratiōem noxios reddunt. Vt autem flagellorum distantia in disparibus meritis longe dispar appareat, uideamus una eademque cæcitatū mole stia Tobia, Saulum, Elymam fuisse percussos, Sed Tobiam ob hoc, ut uirtus paciētia eius, latius in exemplum cunctis claresceret. Saulum ob hoc, ut de Saulo persecutore in Paulum mutaretur apostolum. Elymā uero, ut dignas suæ perfidiæ poenas luens, ab eorum quoque qui credituri erant demeritatione cessaret. Et mihi si detur optio, malim cum tanto patre diuinis seu humanis subiacerē iustus uerberibus, quam ab iniustitia uerbum uel ad iustitię studia trahi. Rursumque malim à culpīs flagello retrahi, quam pro insanabili pondere peccatorum æternæ ultioni subijci. *Quia & Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis.* Qui ergo iustus patitur, Christum imitatur. Qui in flagellis corrigitur latronem, qui in cruce Christum cognouit, & à cruce paradysum cum Christo intrauit. Qui nec inter flagella desistit à culpis, sinistrum imitatur latronē, qui propter peccata ascendit in crucem, & post crucem ruit in tartarum. Ideo autem Christum semel esse mortuum commemorat, ut nobis quoque in memoriam reuocet, quia temporaneis nostris passionibus merces redditur æterna. *Vt nos offerret Deo mortificatos quidem carne, uiuificatos autem spiritu.* De hac mortificatione carnis & uiuificatione spiritus, quam habent hi qui pro domino per paciētiam laborant, dicit & Apostolus Paulus: Et si exterior homo noster corrumpitur, sed tamen is qui intus est renouatur de die in diem. Offert ergo nos Deo patri Christus, cum per mortificationem carnis pro illo immolari gaudemus, id est uitam nostram laudabilem in conspectu patris ostēdit. Vel certe offert nos deo, cum absolutos carne in æternum nos regnum introducit. Sane hoc quod dicitur, *Uiuificatos autem spiritus: sanctus Athanasius Alexandriæ pontifex, non ad hominis spiritum, qui mortificata carne melius uiuificatur, dicente propheta de domino, Ut uiuificet spiritum humilium, & uiuificet cor contritorum: sed ad gratiam potius refert spiritus sancti, qui mortificatibus carnem suam, uitam tribuit æternam.* Vtitur enim & hoc testimonio contra Arrianos, qui æqualitati sanctæ Trinitatis contradicunt, astruens, quia indiuidua diuinę operationis unitate qua uiuificat pater, uiuificet filius, uiuificet spiritus sanctus. Pater uidelicet & filius, quia scriptum est: Sicut enim pater suscitauit mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat. Spiritus uero sanctus, ut hoc testimonio declaratur, quod dicitur de filio, *Vt nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, uiuificatos autem spiritu.* Ideoque quorum una operatio est, horum dispar

Cæcitate percussus.

Nota.

Iustus qui patitur, Christum imitatur.

Mortificatio carnis.

esse substantia, uel essentia non potest. *In quo & ihs qui in carne conclusi erant, spiritu ueniens predicauit.* Qui nostris temporibus in carne ueniens iter uitæ mundo predicauit, ipse etiam ante diluuium eis qui tunc increduli erant & carnaliter uiuebant, spiritu ueniens predicauit. Ipse enim per spiritum sanctum erat in Noe, ceterisque qui tunc fuere sanctis, & per eorum bonam conuersationem, prauis illius æui hominibus, ut ad meliora conuerterentur predicauit. Conclusos namque in carne dicit, carnalibus desiderijs uehementer aggrauatos. Vnde de illis scriptura ait, *Quia omnis caro corruerat uia suā.* Quod autē dicit in quo, significat in eo quod præmiserat, ut nos offerret deo. Quia & tunc si qui ad prædicationē domini, quam per uitam fidelium prætendebat, credere uoluissent, & ipsos offerre Deo patri gaudebat. Siqui autem detrahebant de bonis tanquam de malefactoribus, hi ueniens diluuiū confundebatur. Nam & de utroque potest intelligi quod ait in quo, id est, & eis qui in carne conclusi erant, spiritu ueniens predicauit: ut per eandem suam prædicationem & credentibus corona laudis, & ihs qui in crudelitate perstitissent, confusio nasceretur. Quidam codices habent, *In quo & ihs qui in carcere erant, spiritu ueniens predicauit.* Quod ad eandem prauorum atque incredulorum intentionem respicit, qui quoniam tenebris obscuratum habent sensum, merito etiam in hac uita in carcere conclusi esse dicuntur. In quo uide licet, carcere interioribus adhuc tenebris, hoc est cæcitate mētis & operibus iniustus grauantur, donec carne solui, in tenebris exteriores & in carcerem proficiantur æternæ damnationis: de quo dominus in Euangelio, *Et iudex (inquit) tradat te ministro, & in carcerem mittaris.* Quamuis etiam sancti in hac uita se in carcere positos, cum gaudium supernæ patriæ sentiunt, merito proclamant, iuxta illud Psalmistę, *Educ de carcere animam meam ad confitendum nomini tuo.* Distat namque multum inter utrumque carcerem. Siquidem reprobi in carceresunt peccatorum & ignorantia. Iusti uero in carcere licet tribulationum positi, luce semper iustitiæ dilatato in deum corde perfuuntur. Quos designauerunt Apostoli Paulus & Silas, cum mediā nocte in intimo carceris honore uincti licet & flagellati, hymnum deo laudis lætissima uoce canebant. Quidam hunc locum ita interpretatus est, quod consolationem illam de qua dicit Apostolis Dominus, *Multi Prophetę & iusti cupierunt uidere quæ uos uidetis & non uiderunt, & audire quæ auditis & non audierunt: de qua & Psalmista, Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes quando consolaberis me: sancti qui escentes in inferno desiderauerunt, quod hæc descendente domino in inferna, etiam his qui in carcere erant & increduli quondā fuerunt in diebus Noe, consolatione*

Conclusi in carne.

Conclusi in carcere.

Conscientia bona ubi sit.


solatio uel exhortatio prædicata fuerit. Et hæc ille dixerit, sed catholica fides habet, quia descēdens ad inferna dominus non incredulos inde, sed fideles solummodo suos educens, ad cælestia secum regna perduxerit, neque exutis corpore animabus, & inferorum carcere scelerum inclusis, sed in hac uita uel per seipsum uel per suorum exempla siue uerba fidelium, quotidie uitam uitæ demonstrat. De quibus bene dicitur, *Qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe cum fabricaretur arca.* Nam & ipsa Dei paciētia prædicatio erat eius; cum Noe ceterum annis arce operibus insistens, quid mundo futurum esset, quotidiana operis executione monstrabat. Vnde Paulus ait: *An ignoras quoniam paciētia dei ad poenitentiam te adducit?* &c. Alia translatio hunc locum ita habet: *Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, ut nos adducat ad Deum, mortificatur corpore, sed uiuus factus in spiritu.* In quo spiritu & eis qui in carcere erant predicauit, qui quondā non crediderat in diebus illis, cum expectaret Dei paciētiam in diebus Noe, &c. *In qua pauci, id est octo animæ saluæ factę sunt per aquam.* Quod & uos nunc similis formæ saluos facit baptisma. Formam baptisimi a similitam dicit arca & aquis diluuii. Et recte omnino, quia & ipsa fabricatio arce de lignis læuigatis constructionem significat Ecclesię, quæ sit de collectione animarum fidelium per architectos uerbi. Et quod pereunte orbe toto, pauci, id est octo animæ saluæ factę sunt per aquam, significat quod ad comparationē pereuntium gentilium, ludæorum, hæreticorum, & falsorum fidelium, multo breuior est numerus electorum. Vnde de angusta porta & arcta uia, quæ ducit ad uitam, dicitur: *Et pauci sunt, qui inueniunt eam.* Et iterum: *Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri uestro dare uobis regnū.* De quo pusillo grege & hic apte subiungitur, *Non carnis depositio sordium, sed conscientia bonæ interrogatio in deum.* Vbi enim est conscientia bona, nisi ubi est & fides non ficta? Docet namque Apostolus Paulus, quia finis præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Quod ergo aqua diluuii non saluauit extra arcam positos, sed occidit: sine dubio præfigurabat omnem hæreticum, licet habentē baptismatis sacramentum, non alijs, sed ipsis aquis ad inferna mergendum, quibus arca subleuatur ad cælum. Ipse quoque octonarius numerus animarum quæ saluæ factę sunt per aquam, significat quia sancta Ecclesia in sacramentum dominicę resurrectionis baptismi lauacrum percipit, ut sicut ipse resurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos expurgati à peccatis per aquam regenerationis in nouitate uitæ ambulemus. Octaua namque die, hoc est post septimam sabbati, dominus à mortuis resurgens, & exemplum nobis futurę resurrectionis, & my-

sterium nouæ conuersationis, qua in terris positi cælestem uitam ageremus, ostendit. Quod etiam ipse Petrus exponendo subiungit, dicens, *Per resurrectionem Iesu Christi, qui est in dextera Dei deglutiens mortem, ut uitæ æternæ hæres efficieremur, & cetera.* Sicut enim ipse resurgens à mortuis ascendit in cælum, & sedet à dextris dei, sic etiam & nobis per baptismi uiam salutis, ac regni cælestis introitum patere signauit. Bene autem ait, *Deglutiens mortem.* Quod enim deglutimus, agimus ut uirtute nostri corporis assumptum nunquam pareat. Et deglutit uit mortem dominus, quam resurgens à mortuis ita funditus consumpsit, ut nihil contra se ultra per attractum alicuius corruptionis ualeat, ac manēre specie uerit corporis, abesse prorsus labes omnis prisca fragilitatis. Quod ipsum & nobis in fine promittitur futurum, dicente Apostolo, cum de nostra resurrectione loqueretur: *Tūc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in uictoria.* Bene absorpta, quia cum & nos uitę æternæ participes fuerimus effecti, ita nimirum uirtus corporis immortalis omne præteritæ corruptionis uitium tollet, quomodo solet flamma ignis immittam sibi aquam guttam ardoris sui consumere uirtute. Profectus *(inquit) in cælum subiecit sibi Angelis & potestatibus & uirtutibus.* Nulli dubium est, quin filio dei semper fuerint Angeli & omnes patrię cælestis uirtutes ac potestates subiectæ, quem cum patre & spiritu sancto unum sine initio Deum laudant, tremunt, adorant. Sed necessario admodum beatus Petrus aestimauit, quod allumpra humanitas, in tantam sit gloriam resurgendo sublimata, ut in comparabili culmine omnium angelicę dignitatis potentia præferatur, luxtra quod & Psalmista cū diceret de ipso patri, *Minuisti eum paulo minus ab angelis. continuo subiecit, Gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum, omnia subiecisti sub pedibus eius.*

Mortē deglutit dominus.

Humanitas Christi exaltatio, Minuisti eum paulo minus &c.

CAPVT IIII.



Christo igitur passo in carne, & uos eadem cogitatione armamini. Postquam exemplum resurrectionis dominicę & ablutionis nostrę quę fit in baptismo, de arca ac diluuii sacramento astruxerat, reuertitur ad hoc quod dicere cœperat, ut imitantes opus redemptoris nostri, inter bona quæ facimus, patienter malorum nequitiam toleremus. Notandum autem, quod distincte loquens ait: *Christo igitur passo in carne.* Quia sicut beatus Ambrosius ait, caro eius est passa, diuinitas autem mortis libera, passioni corpus naturę humanę lege concessit. An uero morti diuinitas potest, cum anima non possit. Nolite, inquit, timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Si ergo anima occidi non potest, quomodo diuinitas potest?

Christus in carne passus.

Quia

Peccatum deserit martyr o- mnis Christi sti.

Quia qui passus est in carne desit a peccatis, ut iam non ho- minum desiderijs, sed uoluntate Dei, quod reliquum est in carne uiuat temporis.] Quisquis sanctorum cor- pus suum ad martyrium persecutorum uiolen- tia subdidit, nulli dubium quin usque ad uitae suae terminum, quantum humanae naturae pos- sibile est, sese a peccatis abstinuerit. Quid enim de peccati perpetracione, quid de carnalibus desiderijs cogitare, quid nisi uoluntatem Dei potuit animo uersare, qui uel ligno affixus, uel lapidum ictibus circumdatus, uel bestiarum mor- sibus subactus, uel ignis flammis superpositus, uel scorpionum flagris perfossus, uel alio quo- libet poenarum genere affectus, hoc tantum mo- do desiderare cogebatur, quando finito certami- ne coronam uitae perciperet. Talium ergo men- tem nos beatus Petrus cupit semper imitari, cum proposito dominice passionis exemplo nos ea- dem cogitatione contra nequitiam prauorum, contraque uitiorum oblectamenta praecipit ar- mari, uolens intelligi, quod etiam nos in pace ecclesiae quiescentes, si habitum patientis indui- mus, facile adiuuante domino lapsus uitamus peccatorum omnium, cum etiam desideria diui- nae uoluntatis subiugamus imperijs. Denique & Psalmista dominum precatur dicens: In si- gno tuo carnes meas, a iudicijs enim tuis timui. Et Apostolus: Qui ergo Christi sunt (in- quit) carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs. Qui ergo timore iudiciorum caelestium, carnales in mente concupiscentias extinguit, iam talis crucifixo ac patienti pro Christo similis, quasi mortuus existens pecca- tis, dei tantum seruitio uiuit. In quo admirantur, non concurrentibus uobis in eandem luxuriae confusione, blasphemantes.] Quia carnem (inquit) uestram crucifixis uitijs & concupiscentijs, eue- nit profecto, ut etsi propter suam perfidiam uos blasphement, utpote segregatos ab eorum con- sortio, in uestra tamen conuersatione semper opera iustitiae & pietatis uideant, quae merito admittuntur, & pro quibus fidem iure laudent ac uenerentur Christianam. Qui reddent ratio- nem ei qui paratus est iudicare uiuos ac mortuos.] Ideo (inquit) minus curate, minus dolete, si benefa- cientes blasphemamini a reprobis, quia & si uos tacueritis, non tamen tacebit, neque com- pescetur Deus iudex utique iustus, qui & illis blasphemiae suae, & patientiae uestrae uobis pre- mia digna restituet. Propter hoc enim & mortuis Euangelizatum est, ut iudicentur quidem secundum homi- nes in carne, uiuant autem secundum Deum in spiritu.] Tanta deo cura, tantus amor, tantum est deli- derium nos mortificare carne, uiuificare autem spiritu, ut his quoque qui maioribus criminibus inuoluti sunt, & inter mortuos iure nomi- nandi, luxurios uidelicet, desiderijs, uinolentis, comestationibus, potationibus, & illicitis ido- lorum cultibus, uerbum fidei Euangelizare praeeperit, quatenus & illi iudicatis, id est spre-

tis & abiectis carnalibus desiderijs spiritaliter uiuant, unaque cum eis quos innocenter uiuen- tes Euangelij gratia inuenit, uitam expectent aeternam. Omnium autem finis appropinquabit.] Ne sibi quisque blandiretur de longinquitate futuri iudicij, in quo uiuos & mortuos dixerat esse iudicandos, consulte admonet, quia etsi in- certus est extremi discriminis aduentus, certum tamen constat omnibus, quod in hac mortalita- ta diu subsistere nequeunt. Estote itaque pruden- tes, & uigilate in orationibus.] Et dominus in Euan- gelio, nos incerti finis intuitu semper orare & uigilare praecipit. At nanque loquens de die iudicij. Vigilate itaque omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere omnia quae uentu- ra sunt, & stare ante filium hominis. Bene au- tem in orationibus uigilare iubemur, ut cum sta- mus ad orationem, nec cogitatio carnalis ho- minis & secularis accedat, nec tunc quicquam animus praeter id solum cogitet quod precatur. Surripit enim frequenter hostis, & subtiliter fal- lens preces nostras a deo uacuat, ut aliud habea- mus in corde & aliud proferamus in uoce: cum intentione sincera deum debeat non sonus uo- cis, sed animae sensus orare. Ante omnia autem mutuam in uobismetipsis charitatem continuam habentes.] Bene addidit continuam, quia semper diligere ualemus, semper autem uigilare in orationi- bus fragilitate carnis obstat nequimus: sem- per his quae subiungit uirtutibus insistere mi- nime ualeamus, id est hospitalitati, doctrinae, administrationi gratiarum, uel communium, uel specialium in proximos, ceterisque huiusmo- di. Quia haec nimirum & per officium corporis, & per tempora opportuna fieri necesse est. Ipsa autem charitas cuius instinctu haec foris agun- tur, quia interiori homini praesidet, semper ibi- dem haberi potest, quamuis in publico non sem- per ostendi possit. Quia charitas cooperit multi- tudinem peccatorum.] In eo maxime, cum ueraciter deo dicitur: Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et quidem cuncta opera bona quae facimus, cul- pas quas fecimus diluere & cooperire certum est: sed hoc ideo specialiter de charitate dicitur, per quam proximis nostris, ea quae nobis debet donamus, quia iustissimum est apud deum, ut iuxta mensuram pietatis qua mensi fuerimus, remetatur nobis. Sicut e contra, terribiliter du- ricordes uir sapiens arguit, dicens: Homo ho- mini seruat iram, & a Deo quaerit medelam. Nec dubitandum, quod in eo quoque qui per charitatem quicquid ualet erga correptionem proximi, admonendo, increpando, castigando operatur, charitas ipsa cooperiat multitudi- nem peccatorum: Iacobo attestante, qui ait: Quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore uiae suae, saluabit animam eius a morte, & operit multitudinem peccatorum. Si quis loquitur quasi sermones Dei.] Timens uidelicet, ne

Finis cuius que suus prope est.

Vigilandum nobis.

Charitas continua.

10

20

30

40

50

60

Per Iesum etc.

Pati ele- Etos non est nouum.


Maledici more pati.

Iudicium Dei duplex.

praeter uoluntatem dei, uel praeter quod in scri- pturis sanctis euidenter praecipitur, uel dicat ali- quid uel imperet, & inueniatur tanquam falsus testis Dei, aut sacrilegus, uel introducens aliquid alienum a doctrina domini, uel certe subrelin- quens & praeteriens aliquid eorum quae Deo placita sunt, cum ipse manifestissime praedica- toribus ueritatis de his quos imbuerint praeci- piat dicens, Docentes eos seruare omnia quae- cunq; mandauimus uobis. Et ea enim quae ipse man- dauit nos alia, & haec non ex parte, sed omnia suis auditoribus obseruanda tradere iubet. Si quis ministrat, tanquam ex uirtute quam administrat Deus.] Tanto humilior impedit quisque proximo om- nino bonum quod potest, quanto certissime no- uit quod a semetipso non potest habere quod impendat. Ut in omnibus honorificetur deus per Ie- sum Christum etc.] Iuxta ipsius Iesu Christi praec- ptum quo ait, Videant uestra bona opera, & glorificent patrem uestrum qui in caelis est. Ho- norificatur ergo deus in actibus nostris, cum om- nino quicquid bene ac secundum uoluntatem eius facimus, non hoc nostris meritis, sed gra- tiae tribuimus. E contra autem mala quae gerimus, nostrae solum malitiae uel ignorantiae de- putamus. Charissimi, nolite mirari in seruire qui ad- tentationem uobis sit.] Quidam codices habent, Nolite peregrinari in seruire. Vtriusque au- tem uerbi sensus in promptu est, quia neque mi- rari fidelis quisque debet quare in hac uita ser- uorem patiat tribulationum, qui certa ratio- ne ideo nunc tribulationibus tentatur, ut cum probatus fuerit, ad futuram uitae coronam per- ciendam dignus habeatur: neque se aliquis ideo peregrinum & extraneum a Christi meni- bris existimare debet, quia praesentis seculi fe- riatur aduersis, cum & domini exitus mortis, & in eius Ecclesia nunquam a protomartyre Abel usque ad ultimum electum in fine seculi nasci- turus est, infidelium persecutio cessauerit. Vnde bene cum dixisset, Nolite mirari in seruire, addidit, Quasi noui aliquid uobis contingat.] Quia ualde est antiquum & frequens, electos dei uitae praesentis aduersa pro aeterna salute tolerare. Nemo autem uestrum patiat tanquam homicida, aut fur, aut maledicus.] Tanquam maledicus enim pa- tiatur qui passionis suae tempore in sui iniuriam persecutoris effrenatur. Quoniam tempus est ut incipiat iudicium a domo dei.] Duo sunt iudicia Dei per scripturas insinuata. Vnum occultum, alte- rum manifestum. Occultum iudicium est poe- na, qua nunc unusquisque hominum aut exer- cetur ad purgationem, aut admonetur ad con- uersionem, aut si contempserit, uocationem & disciplinam Dei, excacatur ad damnationem. Iudicium autem manifestum est, quo uenturus est Dominus iudicare uiuos & mortuos. Nunc autem dicitur esse tempus in quo incipiat iudi- cium de domo domini, id est de ecclesia, quae per exercitium praesentium afflictionum ad fu-

tura gaudia praeparatur. Nanque reprobi tan- to securiores nunc & sine ullo uindictae uerbe re uitam transitoriam ducunt, quanto eis in fu- turo nihil uindicta restat, iuxta illud beati Iob, Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad in- ferna descendunt. Si autem primum a nobis, quis si- nis illorum qui non credunt Dei Euangelio?] Hinc col- ligitur districtus iudex quanta illic feriat distri- ctione quos reprobos, si hic sic cruciat quos a- mat. Si enim flagellantur filij, quid debent spe- rare serui nequissimi? Et si iustus quidem uix sal- uabitur, impius & peccator ubi parebunt?] Nolunt cre- dere Pelagiani quod in uno homine tota est ge- neris humani massa uitiata, & tota damnata. A quo uicio & danatione, sola sanat & liberat gra- tia Christi. Quare enim iustus uix saluabitur? Nunquid liberare iustum labor est Deo? Abs- sit. Sed ut ostendatur quod merito fuerit dam- nata natura, non uult facile de tanto malo nec ipse omnipotens liberare. Propter quod & pec- cata procliuia sunt, & laboriosa iustitia, nisi ama- ribus. Sed charitas quae amantes facit, ex Deo est. Notandum autem, quod hanc sententiam beatus Petrus de Proverbij Salomonis iuxta ueterem duntaxat additionem assumpsit, pro- qua in nostra quae de Hebraicae ueritatis fonte descendit, scriptum est: Si iustus in terra recipit, quanto magis impius & peccator? Quod est a- pte dicere, Si tanta est uitae mortalis fragili- tas, ut ne iusti quidem qui in caelo coronandi sunt, hanc sine tribulatione propter innumeram uiti- atam naturam labem transeant, quanto magis hi qui caelestis sunt gratiae extorres, certum suae perpetuae damnationis exitum expectant?

CAPUT V.



Eniores ergo qui in uobis sunt, obsecro con- senior & testis Christi passionum.] Ideo uidelicet testis, quod praesens illo- patiente astitit, & cuncta ut gere- bantur aspexit. Vel certe quia & ipse propter nomen Christi, carcerem, uincula, ac uerbera passus est, ut in Apostolorum acti- bus legimus. Qui & eius quae in futuro reuelanda est gloriae communicator.] Tunc nimirum cum in monte sancto gloriam uultus eius caelestem cum Iacobo & Ioanne conspexit, siue cum re- surrectionis & ascensionis eius potentiam, cum caeteris qui affuere discipulis uidit. Pascite qui in uobis est gregem dei.] Sicut dominus beato Pe- tro totius gregis eius, hoc est ecclesiae curam ha- bere iussit, ita ipse Petrus sequentibus ecclesiae pastoribus iure mandat, ut eum quisque qui se- cum est, gregem dei sollicita gubernatione tu- tetur. Providentes non coacte sed spontanee secun- dum Deum.] Coacte pascit gregem Dei & pro- uidet illa, qui propter rerum temporalium pe- nuriam non habens unde uiuat, idcirco praedi- cat Euangelium, ut de Euangelio uiuere possit. Spontanee uero & secundum Deum, qui nul-

Pelagianorum error. Iustus quare uix sal- uabitur.

Testis pas- sionum Christi, quomodo Petrus.

Pascendus grex.

Pascendi forma.

lius terrenae rei, sed tantum supernae mercedis intuitu uerbum dei praedicat. Quod utrumque distinguens ab inuicem Apostolus Paulus, Si enim uolens (inquit) hoc ago, mercedem habeo. Si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. Dispensatio quippe ei credita dicitur, qui rei externae curam ad tempus habere praecipitur. Verbi gratia, qui triticum domini sui conseruis in tempore dispersit, iubeatur, huic a similitur qui non spontaneae, sed inuitus Euangeli-

Questus turpis.

zarat. Neque turpis lucri gratia, sed uoluntarie. Turpis lucri gratia prouidet gregi dei, qui propter quaestum & terrena commoda praedicat, cum religionis opera cuncta spontaneae fieri debeant. Luxta illud exemplum constructionis tabernaculi, quod praesentem ecclesiae constructionem praetendit, ubi & omnis multitudo filiorum Israel obtulit mente promptissima atque deuota primitias domino ad faciendum opus tabernaculi, sponte propria cuncta tributes, & ipsi artifices sponte sua obtulerunt se ad faciendum opus. Neque ut dominantes in clericis, sed forma

Forma gratia qui sunt.

mas facti gregi ex animo. Ut uidelicet humilitatem, quam subditos & ad uos & ad inuicem habere desideratis, ipsi prius & actu monstretis, & in animo seruetis ex integro, iuxta illud dominicum: Scitis quia hi qui uidentur principes gentibus, dominantur eis, & principes eorum potestatem habent ipsorum. Non autem ita erit in uobis, sed quicumque uoluerit fieri maior, erit uester minister. Et quicumque uoluerit in uobis primus esse, erit omnium seruus. Quod Paulus imperium diligenter obseruans ait: Non enim nosmetipsos praedicamus, sed Iesum Christum Dominum nostrum, nos autem seruos uestros per Iesum. Similiter adolentes sub

Adolescentulorum officium.

dine estote senioribus. Postquam seniores quomodo praesentem docuit, oportebat ut etiam iuniores ad obediendum paternae eorum prouisioni instrueret. Non autem opus erat eis plura loqui, sed tantum subiectionis dare praecipit. Quia nimirum senioribus preceperat, ut forma facti essent subditis, & sufficiebat iuniores ad maiorum bene agentium exempla respicere, & haec deuote imitari. Sed ne haec audientes praelati putarent solummodo subditis suis, & non etiam sibi debitae humilitatis iura esse seruanda, continuo generaliter admonendo subiecit, Omnes

Humilitas decet omnes.

autem inuicem humilitatem insinuate. Omnes etenim dicit, & seniores & adolentes, qui iubentur humilitatis insinuare uirtutem, & hi uidelicet regendo, & illi obsequendo humiliter. Quod apud ipsum Petrum, & in ipso factum legimus, cum irarante eo Caesarem, Cornelius occurrens pedibus se eius humiliter strauit, & ille humiliter leuauit eum, dicens: Surge, & ego homo sum, sicut & tu. Et quidem Cornelius necdum renatus in Christo, nec dum Ecclesiae erat membrum incorporatus. Omnes ergo humilitatem habere ad alterutrum, uel exemplo do-

cet, uel etiam uerbo insinuat, quia nimirum omnibus superbia uitium quod Angelos de caelo deiecit, nouerat esse cauendum, omnes adiuncta Salomonis sententia terret salubriter ac refouet dicens, Quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Et quae sit eadem gratia quam confert humilibus Deus, consequenter exponit, cum admonendo subiungit, Humiliamini igitur sub potenti manu Dei, ut uos exaltet in tempore uisitationis. Hanc ergo gratiam humilibus tribuit, ut quo magis humiliati fuerint propter ipsum, tempore certaminis: eo gloriosius exalcentur ab ipso, tempore retributionis. Potest autem humiliatio hoc in loco multifarie accipi, hoc est, & ea qua incipiens quisque uiam uirtutum pro ablucendis quae commiserat peccatis salubriter atteritur, & illa quae spontanea mentis deuotione, a perfectioribus Deo, uel proximis in pace exhibetur rerum circumstantium, necnon & ea qua incurstantibus persecutionum turbinationibus inuictus per patientiae uirtutem animus armatur. Omnis autem generi Deo deuotae humilitatis merces succedit illa, ut qui se tempore peregrinationis suae humiliant, tempore uisitationis eius exaltentur. Sobrii estote & uigilate, quia aduersarius uester diabolus, tanquam leo rugiens circumit quaerens quem deuoret. In huius expositione sententiae, non nostra, uerum beati Cypriani dicta ponamus. Circumit (inquit) ille nos singulos, & tanquam hostis clauos oblidens muros explorat, & tentat an sit pars aliqua membrorum minus stabili, & minus fida, cuius aditu ad interiora penetretur. Offert oculis formas illicites, & faciles uoluptates, ut uisu destruat castitatem. Aures per canora musica tentat, ut uis dulcioris auditum soluat, & molliat Christianum uigorem. Linguam conuicio prouocat, manum iniurijs lacessentibus ad petulantiam caedis instigat. Ut fraudatorem faciat, lucra opponit iniusta. Ut animam pecunia capiat, ingerit perniciofa compendia. Honores terrenos promittit, ut caelos adimat. Obtrudit falsa, ut uera subripiat. Et cum latenter non potest fallere, aperte minatur, terrorem turbidae persecutionis intentans, ad debellandos seruos dei inquietus semper, & semper infestus. In pace subdolos, in persecutione uolentus. Quamobrem contra omnes diaboli uel fallaces insidias, uel apertas minas stare debet, instructus animus & armatus: tam paratus semper ad repugnandum, quam est ad impugnandum semper paratus inimicus. Cui resistite fortes in fide, scientes eandem passionem ei quae in mundo est uestra fraternitati fieri. Tanto (inquit) fortiores estote in fide, tanto maiorem habetote fiduciam ad superandas diaboli uersutias, quanto constat, quia non uos soli tentamini, sed ipsa passio quae uos fatigat, ei quoque quae per totum mundum est Ecclesiae Christi, uestra inde licet fraternitati communis est. Et quod a constitutio-

Humilium gratia.

Cypriani.

10

20

30

40

50

60

Obscra.

ne mundi semper passi sunt iusti, pudeat uos solos praeter omnibus sustinere non posse. Per Syluanum uobis fidelem fratrem, ut arbitror, breuiter scripsi, obscraans & contestans hanc esse ueram gratiam Dei. Quod ait obscraans, potest ad superiora referri, quia uidelicet breuiter scripserit, non imperans, sed obscraans eos fortes in fide persistere. Potest & ad sequentia recte copulari, ut intelligatur non solum contestari hanc esse ueram eorum gratiam quam scribendo praedicat, quia nimirum non est in alio aliquo salus, in quo oporteat nos saluos fieri, sed etiam obscraare eos, ut hanc esse ueram suam gratiam faciant, quia imbuti sunt in Christo. Gratia enim Christi eorum sit gratia, qui hanc mundo corde suscipiunt. Nam qui gratiam Dei spernit, non ipsam gratiam minuit, sed hanc suam non esse, id est sibi facit non prodesse. Salutat nos ecclesia quae est in Babylone collecta, & Marcus filius meus. Babylone typice Romam dicit, uidelicet propter confusionem multiplicis idololatriae. In cuius medio sancta Ecclesia iam rudis & perparua fulgebat, iuxta exemplum plebis Israeliticae, quae quondam parua numero & captiuata super flumina Babylonis sedens, absentiam sanctae terrae deflebat, nec canticum Domini in terra aliena cantare ualebat. Et bene beatus Petrus dum suos auditores ad tolerantiam hortatur aduersitatum praesentium, dicit & Ecclesiam quae secum est, in Babylone constitutam, id est in confusione tribulationum. Et tamen coelestem eam esse confirmat, ut ostendat sanctam Dei ciuitatem in hac uita a permixtione & pressura ciuitatis diaboli, quam Babylonia signat, immunum esse non posse. Marcum autem filium suum euangelistam dicit, qui eius in baptismate dicitur filius effectus. Vnde patet, quod prius quam Marcum Alexandriam de Roma ad Euangelizandum mitteret, Epistolam hanc scripsit. Tempore autem Claudij Principis & Petrus & Marcus Romam uenerunt, & ipse Marcus descripto Romae Euangelio suo, Alexandriam missus est. Vnde colligitur, quia Epistolam hanc Petrus dum quaeritur ubi uel quando scripserit, locus erat Roma, tempus Claudij Caesaris. Salutate inuicem in osculo sancto. Osculo sancto, osculo uero, osculo pacifico, osculo columbino, non subdolo, non polluto, quali usus est Iudas ad occidendum Amasam, quali Iudas ad tradendum saluatorem, quali utuntur hi qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem sunt in cordibus eorum. Illi ergo osculo sancto salutem inuicem, qui non diligunt uerbo neque lingua, sed opere & ueritate. Gratia uobis omnibus qui estis in Christo Iesu. A gratia coepit Epistolam, in gratia consummauit, mediam gratia respersit, ut errorem Pelagianum omni locutionis suae parte damnaret. Ecclesia uero Christi non nisi per gratiam eius saluari posse doceret. Et consilium cum diceret, Gratia uobis, addidit, Om-

Babylon Roma.

Marcus filius Petri.

Osculum sanctum.

Gratia omnibus ne cessaria.

20

30

40

50

60

nibus qui estis in Christo Iesu, ut ea quae paucis ecclesiis, id est Ponti, Galatia, Cappadociae, Asiae, & Bithyniae scripsit, cunctis per orbem Christi ecclesiis se scribere designet. Sicut & Ioannes in Apocalypsi, cum septem Asiae Ecclesias singulatim prout competebat admoneret, adiunxit per singula, ita concludens, Qui habet aures audiendi, audiat quid spiritus dicat ecclesiis. Aperte insinuans, quia cuncta quae unicuique liber ecclesiae scripsit, omnibus qui auditum salubrem haberent, & uniuersis fidelium scriberet ecclesiis.

Expositio in secundam Epistolam eiusdem.

CAPVT I.



In nomine Petrus seruus & Apostolus Iesu Christi, iis qui coequalem nobis sortiti sunt fidem. Scriptum est in sequentibus huius Epistolae, Ecce hanc uobis, charissimi mi, secundam scribo Epistolam. Vnde constat, quia hanc eisdem quibus & priorem Epistolam miserat, electis proselytis, dispersionis Ponti, Galatia, Cappadociae, Asiae, & Bithyniae, scripsit Epistolam. Quos coequales sibi cognoscit, non quia circumcissionem ex lege acceperant, quam ipse ut natura Iudaeus habebat, sed quia eadem quam ipse illustrante Christi gratia acceperat, sortiti sunt fidem. Non enim circumcisio legalis, sed sola est fides Euangelica, quae gentium populos antiquae Dei plebi confociet. Verum quia fides eadem sine operibus saluare non potest, iustitia recte subditur. In iustitia dei nostri & saluatoris Iesu Christi. Illis ergo scribit Epistolam, illos salutat Apostolus Petrus, qui coequalem sibi sortiti sunt fidem, & hanc per opera iustitiae exercent. Eius uidelicet iustitiae, quam non humana prudentia repperit, nec legalis institutio docet, sed per Euangelium loquens Dominus & Saluator noster ostendit, cum ait: Nisi abundauerit iustitia uestra plus quam scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum caelorum. Et iterum: Audistis quia dictum est antiquis, non occides. Ego autem dico uobis, & caetera. Gratia uobis & pax adimpleatur in cognitione Dei, & Christi Iesu Domini nostri. In prima Epistola scripsit, Gratia uobis & pax multiplicetur. In hac autem grauius uobis & pax adimpleatur, quia nimirum illam incipientibus, hanc perfectioribus scripsit Epistolam. Multiplicatur enim pax & gratia bene proficientibus in hac uita per fidem, adimplebitur autem peruenientibus in alia uita per speciem. Vnde bene cum diceret, gratia uobis & pax adimpleatur, addidit, In cognitione domini nostri Iesu

Secundam hanc esse probat.

Iustitia Christi. norum.

Gratie multiplicatio & impleto.

Christi. Quia hæc est uita æterna (inquit) ut cognoscât te unum & uerum deum, & quem misisti Iesum Christum. Et iterum: Si uos filius liberauerit, uere liberi eritis, & cognoscetis ueritatem, & ueritas liberabit uos. Quomodo omnia nobis diuinæ uirtutis suæ quæ ad uitam & pietatem donata sunt. Pendet hæc sententia à superioribus, Est enim sensus, gratia uobis & pax adimpleatur in eo, ut dominum nostrum Iesum Christum perfecte cognoscatis. Et hoc quoque per eum cognoscatis, quomodo omnia nobis diuinæ uirtutis suæ donata sunt per eius gratiam, quæ ad uitam obtinendam & pietatem conseruandam sufficiunt. Vnde ait, Quia omnia quæcunque audiui à patre meo nota feci uobis. Et alibi: Et ego claritatē quam dedisti mihi, dedisti. Quod si legatur ut quidam codices habent. Quæ ad uitam & pietatem donata est, hic erit sensus, ut cognoscatis, quomodo Dominus noster omnia nobis diuinæ uirtutis suæ dona iuxta modum capacitatis nostræ præstiterit, quæ uidelicet uirtus ad uitam nobis & pietatem consequendam donata est. Hic etenim modus locutionis scripturis est usitatissimus, & appellatur à grammaticis eclipsis, id est defectus necessariorum dictionis, quale est in Psalmo, Quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque à desertis montibus. Subauditur enim patet uia fugiendi, quoniam Deus ubique iudex est. Per cognitionem eius, qui uocauit nos propria gloria & uirtute. Et hoc à superioribus pēdet, quia per cognitionem domini & saluatoris nostri omnia diuinæ uirtutis eius mysteria quibus saluamur, agnouimus. Qui non propria gloria & uirtute uocauit, quia non Angelum ad saluationem nostram, non archangelum misit, non in nobis aliquid meriti boni pro qua saluamur inuenit, quin potius infirmos & inglorios cernens, sua nos uirtute recuperauit & gloria. Hinc etenim dicit, Non uos me elegistis, sed ego elegi uos. Per quam maxima & preciosa nobis promissa donauit. Et hoc à superioribus pēdet, quia per cognitionem domini & saluatoris nostri omnia diuinæ uirtutis eius mysteria quibus saluamur, agnouimus. Qui non propria gloria & uirtute uocauit, quia non Angelum ad saluationem nostram, non archangelum misit, non in nobis aliquid meriti boni pro qua saluamur inuenit, quin potius infirmos & inglorios cernens, sua nos uirtute recuperauit & gloria. Hinc etenim dicit, Non uos me elegistis, sed ego elegi uos. Per quam maxima & preciosa nobis promissa donauit.

Christi cognitio. Personæ mutatio ratio.

secrantibus. Vnde rectissime quod supra ait, Gratia uobis & pax adimpleatur in agnitione Domini nostri Iesu Christi, quomodo omnia nobis diuinæ uirtutis suæ quæ ad uitam & pietatem donata sunt, potest ita dictum accipi, gratia uobis & pax in eo adimpleatur, ut sic cognoscatis Dominum nostrum Iesum Christum, etiam uos, sicut nobis per illum omnia diuinæ uirtutis suæ promissa uel munera, quæ ad uitam & pietatem ducunt, donata sunt. Ut sicut nos promissa ab illo dona, uel accepimus, uel accipuros nos esse sine ulla dubietate confidimus, ita etiam uos credentes de donis eius non existatis dubij. Fugientes eius quæ in mundo est concupiscentiæ corruptionem. Bene dicit, concupiscentiam mundi habere corruptionem, ideoque fugiendam esse, iuxta eum qui dixit, Quasi à facie colubri fuge peccata, quia est & incorruptibilis concupiscentia, de qua canitur: Concupiuit & defecit anima mea in atria Domini. De qua etiam in libro Sapientiæ per figuram locutionis, quæ græce κλίμαξ, latine gradatio uocatur, pulcherrime refertur. Inquit sapientiæ, uerissima est disciplinæ concupiscentia. Cura ergo disciplinæ dilectio est, & dilectio custodia legum illius est. Custodiatio autem legum, consummatio incorruptionis est. Incorruptio autem facit esse proximum Deo. Concupiscentia itaque sapientiæ deducit ad regnum perpetuum. Vos autem curam omnem inferentes, ministrare in fide uestra uirtutem. Virtutem hoc loco non pro fortitudine ac miraculis, sed pro cōuersatione bona posuit. Quæ fidei recte iungenda est, ne sine operibus otiosa sit & mortua. In quo recte omnem curam subinferri præcepit, quia qui mollis & dissolutus est in opere suo, frater est sua opera destruentis. In uirtute autem scientia. Iuxta illud Esaiæ: Discite bene facere, quærite iudicium. In scientia autem abstinentiam. Ut cum bona facere didicerint, mox à malis abstineant, ne in uacuum scientia cælestium cædat, si se ab illecebris terrestribus quis continere neglexerit. In abstinentia autem patientiam. Abstinentiam necesse est semper, ut patientia comitetur. Ut quicumque à uoluptatibus mundi se continere didicit, eius quoque aduersa quocumque firmo sustineat, à dextris uidelicet & à sinistris per arma iustitiæ munitus. In patientia autem pietatem. Ut erga eos quos patienter tolerat, & pius existat, iuxta illud Apostoli Pauli: Charitas patientis est, benigna est. In pietate autem amorem fraternitatis. Ut non alterius rei intuitu pietatis opera suis quisque aduersariis impendat, nisi fraternæ tantum dilectionis. Hoc uidelicet tota in tentatione procurans, ut quos docendo solum uel redarguendo nequit, ad affectum pietatis orando uel benefaciendo conuertat. In amore autem fraternitatis, charitatem. Charitatem hoc loco appellat specialiter eam, quæ cōditorem

Concupiscentia fugienda.

Virtus.

Abstinentia bona.

Charitas Dei.

diorem diligimus. Quæ proficientibus uirtutum gradibus, merito amoris fraternitatis adiungitur, quia nec Deus sine proximo, nec sine Deo proximus perfecte ualet amari. Et quidē dei amor, excellētiore est amore proximorum: quia illos sicut nos, Deum uero ex toto corde, tota anima, tota uirtute diligere iubemur: sed tamen consuetudine amoris fraterni, oportet nos ad amorem conditoris ascendere. Qui enim non diligit fratrem suum quem uidet, Deum quem non uidet quomodo potest diligere? Hæc enim si uobiscum assint & superent, non uacuos nec sine fructu uos constituent, & cetera. Si superent dixit, si aduersum bella uitiorum potiori uirtute præualuerint. Cui enim non præsto sunt hæc, cæcus est & manu tentans, & cetera. Oculum scientiam, manus operationem designat. Cæcus est autem & manu tentans, qui scientiam rectæ operationis non habens, quicquid sibi rectum uideatur operatur, & lumen ueritatis ignorans quasi manum ad opus quod non uidet extendit, gressus in iter quod non præuidet attollit, ideoque repente miser in ruinam perditionis quam præscire nequibat, incidit. Talis autem est omnis, cui non præsto sunt hæc quæ Petrus loquitur, quia per incrementa uirtutum spiritualium, ad consortium diuinitatis peruenire conueniat. At contra Salomon sapientem monens auditorem: Et palpebræ (inquit) tuæ præcedant gressus tuos. Quod est patenter suggerere, ut in cunctis actibus nostris qui nos finis sequatur, sedula intentione præuidere curamus, quid secundum Dei uoluntatem, quid aliter agatur solerter exploremus. Quapropter fratres magis satagite ut per bona opera certam uestram uocationem & electionem faciatis. Multi sunt uocati, pauci uero electi. Certa est uocatio cunctorum qui ad fidem ueniunt. Qui uero fidei sacramentis quæ ceperunt bona quoque opera perseueranter adiungunt, isti suam uocationem & electionem certam inueniunt faciunt. Sicut e contra, qui post uocationem ad crimina reuertuntur, cum in his ex hac uita migrauerint, certum iam omnibus quia reprobis sunt, reddunt. Hæc enim facientes, non peccabitis aliquando. De maioribus peccatis dicit, quæ quicumque egerit, non habet hæreditatem in regno Christi & Dei, & à quibus omnis quisque prædictis uirtutibus se manciparit, immunis Domino permanet. Alioquin sunt peccata minorum, de quibus scriptum est: Quia non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Sic enim abundanter ministrabitur uobis introitus in æternum regnum Domini nostri Iesu Christi. Hic loco conuenit illud Ezechielis prophætæ, ubi de edificio in monte constituto loquens ait: Et in octo gradibus ascensus eius. Et hic enim beatus Petrus octo uirtutum gradus enumerat, quibus fugientes mundialis concu-

Cæcus & manu tentans.

Vocatio certa.

Peccata uitabilia.

Deorum gentium uana appellatio.

Epistolam hanc esse Petri.

T 3

piscentiæ corruptionem ad habitationem regni cælestis ascendere debemus, fidem scilicet, uirtutem, scientiam, abstinentiam, patientiam, pietatem, amorem fraternitatis, & charitatem. De quibus nimirum gradibus Psalmus dicit: Ascensus in corde eius disposuit. Et cetera usque dum ait, Ambulabunt de uirtute in uirtutem, uidebitur Deus eorum in Sion. Propter quod incipiam uos semper commonere de his, & quidem scientes confirmatos in præsentia ueritate. Quare uult illos semper commonere de bonis operibus, quos habere scientiam dicit, & de præsentia ueritatis esse confirmatos: Nisi forte ob hoc ut scientiam quam norunt operibus exerceant, & ueritatem cuius præsentia confirmati sunt, fixa mente custodiant, nequando per magistros erroris excidant à simplicitate & castitate fidei. De quibus uidelicet magistris in processu Epistolæ plura loquitur. Concinit autem huic sententia beati Ioannis, qua dicit: Non scripsimus uobis quasi ignorantibus ueritatem, sed quasi scientibus eam. Ideo autem scientibus ueritatē scribunt, & cōmonent eos Apostoli, ut quod sciunt, obseruent. Vnde & Ioannes loquēs post pauca subiungit: Vos quod audistis ab initio in uobis permaneat. Iustum autem arbitror quandiu sum in hoc tabernaculo, suscitare uos in commotione. Tabernaculo solemus in itinere, uel in bello uti, & ideo se recte fideles, quandiu sunt in corpore, & peregrinantur à Domino, in tabernaculis esse testantur, in quibus iter huius uitæ peragant, & contra aduersarios ueritatis certamen agant. Certus quod ueiōx est depositio tabernaculi mei. Pulcherrime beatus Petrus obitum suum non mortem, sed depositionem tabernaculi sui dicit, quia nimirum sic est perfectus Dei famulus carnis retinacula exuere, sicut uiatoribus confecto itinere domum propriam pro habitatione tabernaculi adire, sicut positus in expeditione fugato hoste uel prostrato ad patriam redire. Solam nanque sibi domum propriam, solum municipatum, solam patriam norunt in cælis. De qua & Apostolus Paulus: Scimus, inquit, si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem ex deo habemus, domum non manufactam, æternam in cælis. Non enim indoctas fabulas secuti notam fecimus uobis Domini nostri Iesu Christi uirtutem & scientiam, sed speculatores facti illius magnitudinis. Hic paganos simul & hæreticos tangit, quorum primi quicquid eos delectabat, deos appellare non timuerunt: secundi acceptis dei ueri mysterijs de cætero non diuinis scripturis attendere, sed ad suum potius sensum erroneum has male interpretando transferre studuerunt. Et hanc uocem nos audiuimus de cælo allatam, & cetera. Qui dam hanc Epistolam negant à beato Petro Apostolo esse conscriptam. Qui si hunc uersiculum solertius attenderent, & hoc quod sequi-

Commonendi opere.

Tabernaculum.

Obitus Petri.

Deorum gentium uana appellatio.

Epistolam hanc esse Petri.

Vox Petro audita.

Prophetia eius sermo de Christo.

Lucifer bonus.

Prophetia unde.

tur, Cum essemus cum illo in monte sancto, ne quaquam de Epistola huius auctore dubitarent. Costat enim iuxta fidem Evangeliorum, quia praefatam uocem sursum domino in monte clarificato idem Petrus cum Iacobo & Ioanne coapostolis suis audiuit. Et habemus firmiter propheticum sermonem. Illud uidelicet, quo ex persona mediatoris dei & hominum dicitur: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genuite. Si enim quispiam (inquit) nostro testimonio discredendum putauerit, quod in secreto gloriam redemptoris nostri conspeximus diuinam, quod uocem patris ad eum factam audierimus, certe sermone prophético nemo contradicare, nullus de hoc ambigere audebit, quod diuinis scripturis iam olim insertum omnes uerum esse testantur. Cui bene facitis attendentes, quasi lucerna lucet in caliginoso loco, & cetera. Ordo sensus est. Cui attendentes quasi lucerna lucenti in caliginoso loco, bene facitis. In huius etenim seculi nocte tenebrosas tentationibus plena, ubi difficile quisquam inuenitur qui non offendat, quid essemus si lucerna prophetici sermonis non haberemus? Sed nunquid lucerna semper erit necessaria? Non utique. Donec (inquit) dies luceat. Mane enim astabo & conremplabor. Ad lucernam interim nocturnam pertinet quod filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Et in comparatione quidem impiorum, dies sumus, Paulo dicente: Fuiſtis aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino. Sed si comparemur illi uitae in qua futuri sumus, adhuc nox sumus, & lucerna indigemus. Et lucifer oritur in cordibus uestris. Quis est lucifer iste? Si dominum dicas, parum est. Lucifer ipse, clarus noster intellectus est. Ipse enim oritur in cordibus nostris, ipse illustrabitur, ipse manifestabitur. Dilectio erit qualem nunc optamus, & quoniam non est suspiramus, & qualis erit singuli in singulis uidebimus, quomodo nunc facies nostras alterutrum uidemus. Hoc primum intelligentes, quod omnis prophetia scripturae propria interpretatione non fit. Pendet hic uersiculus ex eo quod superius ait: Cui bene facitis attendentes. Qui enim prophetarum uerba attendentes bene utique faciunt, ut per hanc lucem habere possint scientiae, hoc primum intelligere debent: quia nullus prophetarum sanctorum propria sua interpretatione populis dogmata uitae praedicant, sed quae a Domino didicerant, haec suis auditoribus agenda commendabant: quaeque in secreto caelestia arcana perceperat, haec simpliciter uel loquendo uel scribendo dei plebi tradebant: & non sicut gentium diuini, qui quae ipsi de corde suo finxerant, haec turbis deceptorum, quasi diuini oraculi consulta proferebant. Sicut ergo Prophetarum non sua propria, sed dei uerba scribebant, ita & lector eorum non sua propria interpretatione potest uti, ne a sensu ueritatis ex-

orbites, sed hoc omnimodis debet attendere, quomodo sua uerba uoluerit intelligi ipse qui scripsit. Non enim uoluntate humana allata est ali- quando prophetia, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. Sicut enim in potestate prophetantium non erat semper habere spiritum sanctum. Semper futura posse praedicere, sed ipse spiritus eorum corda quando uoluit impleuit, ita etiam potestatis eorum non erat, ut quaecumque uellent docerent, sed quae spiritu illustrati didicerant, ea sola dicebant. Haec ideo dicimus, ne quis ad libitum suum scripturas exponere audeat. Reticule quidam haec beati Petri uerba interpretatus est dicens, quod sicut fistula flatum oris humani ut resonet, accipit: nec sonum tamen ipsa quem ministrat, quia insensibilis naturae est, intelligere ualeat: ita prophetae Dei spiritu inspirati, ea quae idem spiritus uellet ore proferrent, nec tamen ea quae dicerent ipsi mente tenerent, iuxta illud Maronis, Dat sine mente sonum. Quod impudentissimi erroris esse palam claret. Quomodo enim audientibus tam sana uiuendi consilia darent, si insanis similes ipsi quae loquerentur nescirent? Quare uidentes appellatur prophetae? Quia ratione scripti est, Verbum quod uidit Esaias, aut aliquis alius propheta: nisi quia in occulto uisionum caelestium lucidissimo mentis intuitu cognoscebant arcana, quae foras suis auditoribus palam uerbis qualibuscumque efferrent.



Verum uero & pseudoprophetae in populo, sicut & in uobis erunt magistri mendaces, qui inducent sectas perditionis. Quae secta latine, Graece dicitur haereticis, cum quis stulta obstinatione errorem quem semel cepit, semper sectari nullatenus cessat. Quod hereticorum proprium esse quis nesciat? Et cum qui emit eos dominum negant, superducentes sibi celerem perditionem. De hoc emptore & Paulus ait, Empti enim estis precio magno, glorificate & portate deum in corpore uestro, Merito autem sibi celerem perditionem superducunt, qui redemptorem suum negantes, hunc recte confitendo glorificare, & bene faciendo suo in corpore terrene detrectant. Quod omnes faciunt haeretici. Nam & Arius, qui redemptorem nostrum in diuinitate patre minorem dicit: & Photinus qui dicit, Christus homo est, Deus non est: & Manichaeus qui dicit, Christus Deus tantum est homo uerus non est: & Hebion qui dicit, Christus ante Mariam non erat, ex ipsa originem sumpsit: & Apollinaris qui dicit, Christus tantum Deus & caro est, animam rationalem nunquam suscepit: & Pelagius qui dicit, Christus redemptor paruulorum in baptismo non est, quia sine iniquitatibus concepti, & sine delictis a matre sua geniti, nullum prorsus habent peccatum quod sibi debeat

Prophetia a spiritu sancto Scripturae expositio sua cauta.

Haereticorum proprium.

Haeretici.

dimitti,

Viam ueritatis blasphemantes.

Iam olim.

Angeli qui & unde mali.

Iudicandi adhuc etiam angeli. Aerem incolunt diaboli.

Rudentes.

dimitti, ideo Christus non est saluator omnium electorum, & ceteri cum his haeretici Dominum profecto, qui emit eos precio sanguinis sui, negant, quia illum non qualem ueritas ostendit, sed qualem ipsi sibi fingunt praedicant. Et propterea a redemptore alieni facti, nihil certius quam foueam perditionis expectant. Et multi sequentur eorum luxurias, per quos uia ueritatis blasphemabitur, & in auaritia fictis, &c. Via ueritatis per haereticos non solum in eis quos suae haereli eductos associant, sed in eis quoque quos per impurissima sua facta & sacrificia, uel mysteria execranda quae faciunt, in odium Christiani nominis concitant, existimantibus imperitis omnes Christianos huiusmodi flagitijs esse mancipatos. Qualibus dicit scriptura: Per uos nomen meum blasphematur in gentibus. Quibus iudicium iam olim non cessat. Cum iam olim, praeteritum tempus significet, non cessat autem uerbum praesentis temporis sit: non aliud intelligendum uidetur, nisi quia iam olim coepit iudicium perditionis impiorum: quod eos praesentialiter semper excruciat, nullo unquam sine cessabit. Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit, sed eos inferni traditos poenis ad maiores in die iudicij seruat cruciatus: si originale mundum propter scelera diluuium perdens, Noe iustum seruauit: si Sodomorum flagitia puniens, Loth iustitiae cultorem ab iniurijs eruit: constat pro certo quia nouit Dominus pios de tentatione eripere. Si enim, inquit, Deus angelis peccantibus non pepercit, sed eos inferni traditos poenis ad maiores in die iudicij seruat cruciatus: si originale mundum propter scelera diluuium perdens, Noe iustum seruauit: si Sodomorum flagitia puniens, Loth iustitiae cultorem ab iniurijs eruit: constat pro certo quia nouit Dominus pios de tentatione eripere, in quos uero in diem iudicij cruciandos reseruare. Et notandum in eo quod ait, Deum angelis peccantibus non pepercisse, quia ipsi mali angeli non a Deo conditi mali, sed peccando facti sunt mali. Sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos in iudicium reseruari. Hunc uersiculum alia translatione sic habet, Sed carceribus caliginis inferi retrudens, tradidit in iudicio puniendos reseruari. Ostendit ergo adhuc Angelis apostatis ultimi iudicij poenam deberi, de qua Dominus dicit, Ite in ignem aeternum qui paratus est diabolo, & angelis eius, quamuis iam poenaliter hunc infernum, hoc est inferiorem caliginosum aerem, tanquam carcerem acceperint. Quantum enim ad sublimitatem caeli, iam huius aeris spatium dici infernus potest, sicut & quantum ad eiusdem aeris altitudinem, terra quae inferius iacet, infernus intelligi potest & profundus. Rudentes autem inferni appellat ipsam superbiam iactantiam, qua angeli eius spiritus contra conditorem intumuit. Rudentes quippe dicuntur funes, quibus nauis uela suspendunt, ut flante aura portus tranquillitatem relinquat, seseque ambiguis semper ponti fluctibus credant. Quibus conuenienter rudentibus immundorum spirituum

conamina comparantur, qui mox ut flatu superbiam impulsit, se aduersus conditorem erexerunt, ipsis elationis suae conatibus in abyssi profunda sunt rapti. Quidam codices habent, Sed rugientibus inferni detractos in tartarum tradidit. Quod uocem uel supernae elationis, uel eiulatus in poenis significat. Rugiunt namque fere, cum uel famem uel quid aliud patiuntur, propter nimietatem elationis ferre non ualentes, si quid eis aduersitatis occurrerit. Et originali mundo non pepercit. Idem ipse mundus est, in quo nunc humanum genus habitat, quem inhabitauerunt hi qui ante diluuium fuerunt. Sed tamen recte originalis mundus ille, quasi alius dicitur: quia sicut in consequentibus huius Epistolae scriptum continetur, ille tunc mundus aqua inundatus perijt, & caelis uidelicet qui erant prius, id est cum caelis aeris huius turbulentis spatij aquarum accrescentium altitudine consumptis, & terra in alteram faciem excedentibus aquis immutata. Nam etsi montes aliqui atque conualles ab initio facti creduntur, non tamen tanti quanti nunc in orbe cernuntur uniuerso. Quod negari forte potuisset, si non etiam nunc omnibus annis terrarum faciem cerneremus a quarum subuersione mutata. Quod tanto magis tunc factum creditur, quanto maior ac diuturnior aquarum impetus errans obliuiscens alluebat. Sed octauum Noe iustitiae praconem custodiuit, diluuium mundo impiorum inducens. Constat omnibus quia Noe decima ab Adam generatione natus est, sed octauum eum nominat, quia octo homines diluuium euaserunt, e quibus ille unus erat. Idcirco autem octauum numerum facit mentionem, ut occulte insinuet, quia tempus diluuii discrimen significet examinis ultimi, quando damnatis omnibus reprobis, omnes iusti gloriam uitae perpetuis accipient. Sex etenim sunt praesentis saeculi aetates, septima etiam nunc agitur aetas, in illa uita ubi anime sanctorum sabbato felici, id est requie perfruuntur aeterna, octaua est uentura tempore resurrectionis omnium & uniuersalis iudicij. Iustitiae autem praconem Noe cognominat, quia iustitiae opera faciens cunctis intuentibus, qualiter coram Domino uiuendum esset ostendit. Neque enim uerbo quempiam docere reperitur, quippe, cuius nec unus sermo reperitur ad Deum prolatus uel hominem, sed quod maximae uirtutis est, in tota arcae fabrica, in aduentu diluuii, in sequentis aui primordijs, ore quidem silente, sed cordis deuotione promptissima iussis obtemperare caelestibus. Et ciuitates Sodomorum & Gomorreorum in cinerem redigens euerſione damnauit. Quia ciuitates impiorum in cinerem redactas asserit, dupliciter intelligi debet. Quia & primo per incendium eas, cum ad facientibus terris in cinerem redegit, & cum loca incendij postmodum mortui maris undis con-

Originalis mundus.

Noe quomodo octauus.

Octaua aetas.

Sodomae incinerata.

Poma Sodomae.

T 4

nem praeae speciem poena. Nascuntur enim poma pulcherrima, quae & edendi cupiditatem spectantibus generent. Si carpas fathiscunt, ac resoluntur in cinerem, fumumque excitat, quasi adhuc ardeant. Vnde in libro Sapientiae dicitur: Haec iustum a pereuntibus impijs liberavit fugientem descendente igne in Pentapolim. Cuius in testimonium nequitiae fumigabunda constat deserta terra, & in certo tempore fructus habentes arbores, Subauditur, Et ipsae fumigabundae consistat deserta. Et hoc est, quod hic quoque subiungitur, Exemplum eorum qui impie adhuri sunt ponens. Nam & ignis qui Sodomitas semel puniit, ostendit patenter quid impij sint sine fine passuri. Et quod terra eorum fumigabunda constat, quod fructus eius pulcherrimi cinerem habent intus & foetorem, a parte omnibus seculis innuit, quia delectatio carnalis, & si stultorum mentibus ad praesens arrideat, nihil tamen in uisibilibus nisi incendium sibi referuat, nisi ut fumus tormentorum eius in secula seculorum ascendat. Et iustum Loth oppressum a nefandorum iniuria ac luxuriosa conversatione eripuit. Aspectu enim & auditu iustus erat, habitans apud eos qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant. Cruciabatur quidem sanctum uirum iniqua proximorum facta pariter & uerba, quae quotidie cernens nullatenus corrigere ualebat, sed tamen ipse tam circumspicere se gerebat, ut nec uisus eorum flagitijs, nec auditis in aliquo castae suae mentis fuscaret intuitum, sed in defessa intentione coepit suae iustitiae insisteret actibus. Vel certe aspectus & auditus iustus erat, quia nihil in eo praesentes nisi iustitiae & opera cernebant & audiebant eloquia, nihil fama de illo per abfentes, nisi quod ad iustitiam pertineret uulgabat. ad exemplum beati Iob qui ait, Auris audiens beatificabat me, & oculus uidens testimonium reddere mihi. Et notandum quod beatus Petrus in hoc loco dominici magisterij sequitur exemplum. Et ipse enim Dominus in Euangelio de die iudicij loquens, subitaneum uel diluuij uel ignis Sodomitici aduentum ad memoriam deducit, ubi iusti liberati, reprobi autem sint inopinatae perditionis laqueo comprehensi. Sed & alio loco cum discipulorum animos a fastu elationis compescere curaret, angelici casus illis proponit exemplum, Videbam inquitens Satan quasi fulgur de caelo cadentem. Nouit Dominus pios de tentatione eripere, iniquos uero iniqui etiam in diem iudicij cruciandos seruare. Iniquos dicit in diem iudicij cruciandos seruare, non quia eantiam ante diem iudicij soliti corpore poenas luant pro meritis, sed quia grauiora eos in iudicio tormenta expectent corpore recepto, qui nunc in anima sola cruciantur. Vnde & Dominus his quae uerbum Euangelij recipere noluerunt, ciuitatibus exprobrans, ita concludit: Remissus erit terra Sodomorum in die iudicij, quam uobis. Magis autem eos qui post carnem in con-

cupiscentia immunditiae ambulant. Fornicatores dicit, qui pro reatu suae corruptionis maiora in iudicio quam generales iniqui tormenta patientur. Dominationemque contemnunt, audaces, sibi placentes. Superbos dicit & arrogantes, qui & ipsi grauiora generalibus sint supplicia luituri. Sectas non metuunt introducere, blasphemantes. Haereticos dicit, qui blasphemantes fidem uel uitam orthodoxorum, sectas sui nominis, id est hereses inducunt. Qui & ipsi cum prioribus audiunt, quia fortioribus fortior instat cruciatio. Vbi angeli fortitudine & uirtute cum sint maiores non portant aduersum, se execrabile iudicium. Quod ait Vbi, significat, in eo quod dominationem contemnunt, quod audaces, quod sibi placentes sunt, quod haereticos, id est sectas faciunt, quod blasphemant. Haec namque faciendo, Angeli daemonia fieri, ac poenas suae superbiae soluere meruerunt. Neque enim spiritalis eorum natura patiebatur concupiscentiae carnalis obsecratione pollui. Nisi forte cum ad hanc homines illiciunt, pro ea quoque illos sicut & pro caeteris quae hominibus mala agenda persuadent, iudicandos esse significat. Hi uero uelut rationabilia pecora naturaliter, in captionem & in perniciem in his quae ignorant blasphemantes, in corruptione sua peribunt. Sicut irrationabilibus animantibus naturale est, causa pabuli sapius in captionem & perniciem ignoranter incidere ita haeretici comparati iumentis insipientibus, ob appetitum suae corruptionis explendum, incorruptam sanamque catholicam Ecclesiam doctrinam blasphemantes ac uitam, sempiternam sibi perditionis laqueos impia temeritate necunt. Quales extitisse haeticos ipsis Apostolorum temporibus, Simonianos, Menandrianos, Basilidianos, Nicolaitas, Hebionitas, Marcionistas, & Cerdontanos, pluresque alios historia Ecclesiastica refert. De quibus recte cum dixisset, Blasphemantes in corruptione sua peribunt, adiunxit: Percipientes mercedem iniustitiae. Mercedem namque iniustitiae poenam dicit, quam opera iniustitiae merentur. Maxime in eis, qui cum ipsi corruptioni carnis seruiant, nihilominus conversationem eorum qui caste uiuunt blasphemant, cum ipsi uesanis teneantur erroribus, eis qui sanum sapiunt, detrahere non cessant. Voluptatem existimantes diei delicias coinquinationis & maculae. Voluptas & in bono accipitur & in malo. In bono quidem, sicut paradisi uoluptatis dicitur, & sicut in Psalmo canitur, Et torrete uoluptatis tuae potabis eos. In malo autem, ut Salomō ait: Adolescentia enim & uoluptas uana sunt. Sed & indifferenter accipitur, iuxta hoc quod Sara dicebat. Postquam senui & dominus meus uetulus est, uoluptati operam dabo: Voluptas ergo bona, recte diei uocatur, qua sancti quicquid delectantur in domino. Voluptas autem mala nocens est, cum reprobi ad perficienda opera tenebrarum peruerse delectantur. Bene ergo dicit de iniustis, quod uoluptatem existiment

Exemplum ignis ater

Loth iustitia & constantia

Iniqui etiam ante diem iudicij puniuntur

existiment, diei delicias coinquinationis & maculae, quia multi in tantum suo corde peruersi & inuerecundi existunt, ut cum delicijs impurijs uacant, & execrandissimis, has tamen ipsi optimas & quasi lucifluas iudicent. Quidam primum huius uersiculi uerbum, praecedenti uersui iungunt, ita legentes, Percipientes mercedem iniustitiae uoluptatem. Et exponunt iuxta illud Apostoli Pauli: Tradidit illos Deus in desideria cordis eorum in immunditia, ut contumelios afficiant corpora sua in semetipsis. Et paulopost, Turpitudine operantes mercedem quam oportuit erroris sui in semetipsis recipientes. Et sicut non probauerunt deum habere in notitiam, tradidit eos Deus in reprobum sensum, ut faciant quae non conueniunt. Sed nos distinctionem quam in beati Papae Gregorij opusculis inuenimus, sequenda esse putauimus. Pellicies animas instabiles. Pellices appellari solent meretrices sumpto uocabulo a pollutione, uel a pellis suae formositate qua incautos illiciunt. Pelliciant ergo animas instabiles, qui eas male docedo erroneis uariis dogmatum sectis quae constuprantium luxibus subdunt. Secuti uiam Balaam ex Bosor, qui mercedem iniquitatis amauit, correptionem uero habuit suae uesaniae. Subiugale mutum in hominis uoce loquens prohibuit propheta insipientiam. Plerumque haeretici tam stulta dogmata, tam execranda proferunt sacramenta, ut etiam hebetum sensus, & paganorum, & qui ratione diuinae cognitionis omnimodis carent, illorum delectantur insaniam, illorum distorta & Deo contraria itinere sanius sapiens redarguat. Et quod peius, quia frequentius est, nonnumquam multi catholici in tantum mercedem amant iniquitatis, ut etiam docti ab indoctis, a laicis clerici merito lacerentur. Qui tunc comparantur prophetae, qui uerbis a linea contra naturam loquentis corripitur, nec tamen a proposito prauitineris retardatur. Quibus etiam apertissime nomen congruit ciuitatis de qua Balaam uenisse perhibetur. Bosor namque carneus, siue in tribulatione dicitur. Neque alia magis causa luxuriosis existit uerbum ueritatis amore pecuniae uel desideriorum temporalium adultera re, quam quod carnis se concupiscentiae mancipauerunt, indigni nimirum Apostolica laude, quae uere fidelis glorificans ait: Vos autem fratres non estis in carne, sed in spiritu. Vnde & in tribulatione sunt positi, non quidem ea qua pro Domino ipsi patiuntur, sed in illa potius quam animos infirmorum peruersis operum suorum exemplis, ne ad salutem exurgere uel respicere possint, opprimunt. Sed & nomen ipsius Balaam qui uanus populus siue praecipitans eos interpretatur, talibus conuenit. Qui enim agnitam ueritatis uiam sponte ipsi deserunt, quid nisi uanus sunt populus? quid nisi in praecipitium suos mittunt auditores, quibus non salutaria quae corrigant, sed quae illos delectent, er-

Heretici

Demonia

Pellices

Haeretico-rum insania

Merces iniustitiae

Voluptas

Voluptas diei

ronea praedicant? De quibus bene subditur, Hi sunt fontes sine aqua, & nebulae turbidibus exagitatae, quibus caligo tenebrarum referuatur. Superbia enim uanitatis loquentes pelliciant in desiderijs carnis luxuriae, eos qui paululum effugiunt, qui in errore conuersantur, libertatem illis promittentes, cum ipsi sint corruptionis. Hos Hieronymus uersiculos sanctus Hieronymus in libro contra Iouinianum ponens ita explanat: Nonne tibi uideretur pinxisse Apostolus nouam imperitiae factionem? Aperiunt enim quasi fontes scientiam, quia quem non habent doctrinarum promittunt imbrem, uelut nubes prophetiae ad quas perueniat ueritas Dei, & turbidibus exagitantur daemonum atque uitiorum. Loquuntur grandia, & totus eorum sermo superbia est. Immundus est autem omnis qui exaltat cor suum, ut qui paululum refugerint a peccatis, ad suum reuertantur errorem, & studeant luxuriae ciborum carnisque delicijs. Quis enim non libenter audiat, Manducemus & bibamus, & in aeternum regnabimus? Sapientes & prudentes, praeuos uocant eos qui dulces sunt in sermone. Contigit enim eis illud ueri prouerbij, canis reuersus ad uomitum suum, & sus lota in uolutabro luti. Verum hoc esse proterbium dicit, quia de prouerbijs Salomonis testimonium assumit, quod ibi cum expositione positum est: Sicut canis, inquit, qui reuertitur ad uomitum suum, ita stultus qui iterat uitam suam. Et addidit de sus, Et sus lota in uolutabro luti. Canis ergo cum uomit, profecto cibum qui peccatus deprimebat proijcit. Sed cum ad uomitum reuertitur, unde leuigatus fuerat, eo rursus oneratur. Et qui ad uolutabro luti, Canis reuersus ad uomitum, Sus in uolutabro luti. Sus uero in uolutabro luti dum lauat, sordidior redit. Et qui ad uomitum plangit, nec tamen desistendo impetrare potuit, uentiam contemnit, & quasi in luto aqua semetipsum uoluit, quia dum flexibus suis uirginitatem subtrahit, ante Dei oculos sordidas ipsas etiam lachrymas facit.

CAPVT III. Anc ecce uobis charissimi, secundam scribo Epistolam, in quibus excito uestram in commotione sinceram mentem. In quibus, in epistolis dicit, siue in eis ad quos Epistolas scribit. Venient in nouissimis diebus in deceptione, illusores. Illudentes, uidelicet fidei, & spei Christianorum, quod tempus sibi resurrectionis futurum frustra promittant. Iuxta proprias concupiscentias ambulantes, dicentes: Vbi est promissio, aut aduentus eius? Apostolus Paulus scribens ad Thessalonicenses, Rogo, inquit, uos per aduentum Domini nostri Iesu Christi, & nostrae congregationis in ipsum, ut non cito moueamini a uestro sensu, ne que



In quibus

Illusores

que

que terreamini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam tanquam per nos missam, quasi instet dies Domini. Reprehendit ergo beatus Petrus, & illusores nuncupat eos, qui aduentum domini & promissa tardare asseuerant: coercet Paulus eos, qui diem domini instare autumant. Vnde conitatur omnibus qui diligunt aduentum eius, mentem in hac opinione temperantius cohibendam, ut neque uicinum, neque citius aduenturum eundem diem Domini, neque rursus tardius aduentare suspicemur, sed hoc solum seduli procuremus, ut siue ocyus siue sero ueniens, paratos nos possit inuenire dum uenerit. Latet enim eos hoc uolentes, quod caeli erant prius, & terra, de aqua, & per aquam consistens Dei uerbo. Terra de aqua constitit, qua in principio creaturarum dixit deus, Congregentur aquae in congregatione una, & appareat arida: Et factum est sic. Eadem per aquam constitit Dei uerbo, quia diuina dispensatio uenis aquarum tota in irinsecus plena est, sicut corpus animantium uenis sanguinis reddere conspicimus, ne uidelicet ariditate deficeret, si aquarum irrigatio cessaret. Denique uidemus aetatis feruore terras absumpto humore flaccescere, & mox in puluere quem proijcit uentus esse conuersas. Alia editio habet, Caeli erant olim de aqua & per aquam constituti. Significat autem aerem istum humidum & turbidum. Hunc etenim scriptura caelum, & aliquando celos appellare consuevit. Vnde scriptum est, Miluus in caelo cognouit tempus suum. Per quae ille tunc mundus aqua inundatus perijt. Per quae, per caelos & terram dicit, quae prius nominauerat. Per haec enim perdit, mundus qui in his constitit perijt. Nam superiores mundi partes diluuium minime tangebant. Perijt ergo terra, quia submersa & cooperta aquis non solum tanto tempore insitum sibi fructificandi statum perdidit, sed etiam sicut supra docuimus, dissimilem plerisque in locis ab ea quam primo acceperat faciem recepit. Perierunt & caeli secundum quantitatem & spatia aeris huius. Excreuit enim aqua, ut sanctus Augustinus ait, & totam istam capacitatem ubi aues uolitant occupauit. Aerei utique caeli perierunt propinqui terris, secundum quod dicuntur aues caeli. Sunt autem (inquit) & caeli caelorum superiores in firmamento, sed utrum & ipsi perituri sint igni, an hi soli qui etiam diluuium perierunt, disceptatio est aliquando scrupulosior inter doctos.

Aduentus Domini, mature expectandus.

Terra de aqua.

Mundus per quae perijt.

Caeli qui peribunt.

10
20
30
40
50
60
Caeli autem qui nunc sunt & terra eodem uerbo repositi sunt igni reseruari in die iudicii & perditionis impiorum hominum. Patet ergo sententia beati Petri, quia illam terram & illos caelos qui diluuium perierunt, & post diluuium repositi sunt, igni ultimo perdendos asseuerat. Vnum uero hoc non lateat uos charissimi, quia unus dies apud Dominum sicut mille anni, & mille anni sicut dies unus. Quidam hanc sententiam ita intelligendam putant, quasi dies iudicii tantam habeat longitudinem, quantum mille annorum spatium, non considerantes quia non ait simpliciter, erit unus dies sicut mille anni, sed Vnus inquit dies apud Dominum, sicut mille anni. Quia nimirum in cognitione diuinae uirtutis, & praeterita, & futura, & praesentia equaliter constant. Et quae longa nobis & quae breuia uidentur temporum curricula, aequalis utique sunt spatij apud conditorem temporum, iuxta illud Psalmistae, Quoniam mille anni ante oculos tuos, sicut dies hesternae praeteriit, & sicut custodia in nocte, quae pro nihilo habentur anni eorum. Sicut enim constat quia Psalmista mille annos non diei futuro iudicii, sed diei hesterni qui praeteriit, ante oculos conditoris adaequat, imo omnes annos nostros, id est seculi huius omne tempus custodiae noctis unius, quae est quarta pars noctis, assimilat, ita beatus Petrus quasi unum quenque diem seculi praesentis, mille annos unicuique diei apud Dominum aequiparat, id est eiusdem mensurae asseuerat. Quia uidelicet omnia, & parua, & magna aequaliter ipse conspicit. Et quidem Petrus in hoc de die iudicii uellet tantum intelligi, quod uere tunc esset longitudinis quantae sunt mille anni nostri, poterat utique apertius suam indicare sententiam, neque opus esset addere, apud Dominum: quia ille dies ultimus si tantae esset longitudinis, etiam hominibus cunctis ubi aduenisset appareret. Ideo autem haec Apostolus commemorat, ut conuincat eos quos dicitere praemiserat, ubi est promissio aut aduentus eius: ostendens Dominum nequaquam oblitum suae promissionis aut aduentus, ad iudicandum uiuos & mortuos. Sed cum ita unum quenque diem seculi nostri aeterna sua memoria complectatur, ut annorum mille circuitus: ita mille annos ut unius diei spatium sine labore circumspectat, manifeste intelligendum, quod ipsorum quoque dierum & annorum omnium finem certissime nouerit, quando aduentus ipsius claritas reuelanda, quando promissa sint sanctis, praemia reddenda. Vnde & recte subiungitur, Non tardat Dominus promissionem suam, sicut quidam existimant, sed patienter agit propter nos, nolens alios quos perire, sed omnes ad penitentiam reuertii. Qui ergo omnia nouit tempora nouissima & antiqua non tardat promissionem suam, sed haec utique in tempore quod ante omnia tempora futura praedestinauit ostendit. Ideoque adhuc differt, ut electorum prius summa, quam cum patre ante secula decreuit, adimpleatur. Vnde & in Apocalypsi animae martyrum qui diem iudicii & resurrectionis ocyus aduere sitiebant, audierunt, ut requiescerent tempus adhuc modicum, donec impleretur conseruorum & fratrum eorum numerus. Qui autem praefatam beati Petri sententiam ita intelligunt, quasi diceret diem iudicii tantae longitudinis futuram, quantae mille sunt anni: hoc ad causam referunt, quod necesse sit eos qui cum peccatis

Dies unus anni mille.

Dilationis aduentus causa.

peccatis aliquibus de corpore exeunt, & tamen ad electorum sortem praedestinati sunt, tanto tempore per ignem purgari, & sic demum remissis omnibus peccatis ad uitam uenire. Sed hi non uident, quantae sit impudentiae credere, quod tantus perfectorum & iustorum coetus receptis in ictu oculi corporibus beatis & immortalibus, per mille annorum spatia debeant in aere uel in terra finem expectare iudicii, & tunc demum preparatis ad integrum socijs diu exoptatam audire sententiam, Venite benedicti patris mei, percipite regnum. Adueniet autem dies Domini ut fur, in quo caeli magno impetu transierint.

Caeli transierint.

Elementa.

Caeli inuolantur.

10
20
30
40
50
60
Illos proculdubio caelos dicit qui in diluuium transierunt, hoc est aerem hunc terrae proximum, qui igni perdendus est tantum (ut recte creditur) spatij tenente, quantum aqua diluuii tenebat. Alioquin si quis caelos superiores ubi sol & luna & astra sunt posita, transiuros asseuerat, quo modo uult illam Domini sententiam intelligere qua dicitur, Tunc sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellae cadent de caelo: Si enim locus siderum transierit, id est caelum, qua ratione potest dici in eadem die Domini, & sidera uel obscurari, uel cadere, & ipsorum siderum locum quo fixa tenentur, igne absumere transisse? Elementa uero calore soluentur. Quatuor sunt elementa, quibus mundus iste constitit: ignis, aer, aqua, & terra. Quae cuncta ignis ille maximus absumet. Nec tamen cuncta intantum consumet, ut funditus non sint, sed duo intantum consumet, duo uero in meliorem restituet faciem. Vnde in sequentibus dicitur, Nouos uero caelos, & nouam terram. Non dixit alios caelos, & aliam terram, sed ueteres & antiquos in melius commutandos. iuxta hoc quod David ait, Initio terram tu fundasti Domine, & opera manuum tuarum sunt caeli. Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnia sicut uestimentum ueterascent, & sicut opertorium mutabis ea, & mutabuntur. Quae ergo peribunt, ueterascent, & mutabuntur: constat pro certo, quia consumpta per ignem, mox abeunte igne gratiorem resumet speciem. Praeteriit enim figura huius mundi, non substantia. Sicut & carnis nostrae non substantia perit, sed figura immutabitur, quando quod seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. De igne autem & aqua nil tale legimus, quin potius habemus in Apocalypsi. Et mare iam non est. Habemus in prophetis, Et lux lucernae non lucebit tibi amplius. Et promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia habitabit. Iustitia habitat in futuro seculo, quia tunc cuique fidelium pro modo sui certaminis reddetur corona iustitiae, quod in hac uita nequaquam fieri potest, iuxta illud Salomonis: Vidi sub sole in loco iudicii impietatem, & in loco iustitiae iniquitatem. Et dixi in corde meo, Iustum & impium iudicabit deus, & tempus omnium tunc erit. Et iterum, Vidi, inquit, calumnias

Iustitia in futuro seculo.

10
20
30
40
50
60
quae sub sole geruntur, & lachrymas innocentium, & consolatorem neminem, nec posse resistere eorum uiolentiae cunctorum auxilio destitutos, & laudauit magis mortuos quam uiuentes. Ideo namque magis mortuos innocentes quam uiuentes laudauit, quia illi adhuc in ceramine positi, ista autem perpetuae beatitudinis sunt mercede donati. Ideo autem sub sole calumnias se uidisse querebatur, quia supra solem nouerat iudicem esse iustum, qui an altis habitaret, & humilia respicit, supra solem mansiones in quibus iusti debita iustitiae suae praemia percipiunt. Potest hoc quod ait, In quibus iustitia habitaret, etiam iuxta illud Psalmistae intelligi. Hee porta Domini, iusti intrabunt per eam. Et in Apocalypsi, de ciuitate superna Ioannes: Nec intrabit in eam, inquit, aliquid coinquinatum & faciens abominationem & mendacium, nisi qui scripti sunt in libro uitae agni. Propter quod clarissimi haec expectantes satisfagite immaculati & inuolati inueniri ei in pace. Haec sunt uigiliae sanctae, de quibus Dominus ait, Beati serui illi quos cum uenerit Dominus, inuenient uigilantes. Vigilat namque qui se a sordibus uitiorum immunem custodit, qui quantum in se est, cum omnibus hominibus pacem habet, qui in seipso pace felicissima utens, omnes carnis illecebras spiritus regimini subdit. Et bene cum diceret, Satisfagite immaculati & inuolati inueniri, addidit etiam, id est Domino, quia ille solum perfecte mundus est. Vnde in laude bonorum coniugum dicitur, Erant autem iusti ambo ante Deum. Bene ante deum, quia humana saepe iudicia fallunt. Et domini nostri longanimitatem salutem arbitramini. Nolite putare quod tardet promissionem domini, sed intelligite quod ideo longanimitate expectat, ut plures saluentur. Sicut & charissimus frater noster Paulus, secundum datam sibi sapientiam scripsit uobis. Paulum illis scripsisse commemorat, quia & si Paulus ad quaedam specialiter scripsit Ecclesias, omnibus tamen generaliter, quae per orbem sunt, quaeque unam catholicam faciunt, scripsisse probatur Ecclesijs. Et notandum quod hic Petrus, Pauli sapientiam laudat: ipse autem Paulus de se dicit, Ego enim sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus uocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei. Ecce se Paulus praesca suae infidelitatis memor humiliat, & aliorum Apostolorum innocentiam praefert. Ecce primus Apostolorum, quasi oblitus sui prioratus, & datarum sibi clauium regni, datam Paulo sapientiam miratur. Quia nimirum moris est electorum, ut aliorum magis quam suas mirentur uirtutes, per quas se ad profectum excitent. Itemque notandum, quod Paulus in epistolis suis dicit: Cum autem uenisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat. Reprehendit ergo Paulus in Epistolis suis Petrum, & tamen ipse Petrus eadem Epistolas relegens, laude dignas iudicauit. Quia

Vigiliae sanctae.

Aduentus domini cur differatur.

Pauli commendatio. Paulus enim scripsit, scripsit.

Petri in certa commendatio.

Quia nimirum hoc ipsum quod se in illis meri-
to reprehensum inuenit, non quasi iniuria as-
pernanter, sed gratulanter quasi officium deu-
tionis accepit. Tales esse adinucem non quili-
bet mortalium, sed illi soli norunt, qui didice-
runt à domino mites esse & humiles corde, qui
sciunt honore inuicem praeuenire. In quibus
sunt quaedam difficulta intellectu, quae indocti & instabiles
deprauant, sicut & ceteras scripturas.] Omnes scri-
pturas haeretici deprauant. Nullus est enim uel
noui uel ueteris testamētī liber, in quo nō mul-
ta peruerse intellexerint. Sed & ipsas saepe scri-
pturas à suo statu peruerterunt, uel demendo,
uel addendo, uel mutando quaecumque illorum
perfidia distulset. Sicut constat Arrianos de e-
uangelio erasisse quod saluator ait, Quia deus
spiritus est, quia nolebant credere quod spiri-
tus sanctus Deus esset omnipotens. Quos res-
cte indoctos uocat & instabiles, quia neclumē
scientiae, nec stabilitatem habent mentis, qua
inter doctos donec erudiantur permaneāt. V-
nicum nanque indoctis remedium est, humili
stabilitate doctorum uerbis auditum praebere.
Quam stabilitatis gratiam, quia haeretici non
habent, uento superbiae quasi palea leuis, etiam
de Ecclesia tolluntur. De quibus bene subdi-
tur, Ad suam ipsorum perditionem.] Quia qui scri-
pturas sanctas deprauare, qui fidē catholicam
turbare ac pervertere conantur, non aliud in
hoc quam se ipsos cōdemnant. Ecclesia autem
Christi discussis errorum tenebris, uera sua lu-
cefruitur. Vnde bene in fine Apocalypsis, que
clausula & quasi signaculum est totius diuinā
scripturae, dicitur: Si quis apposerit ad haec, ap-
ponet deus super illum plagas scriptas in libro
istō. & si quis diminuerit de uerbis libri huius
prophetiae, auferet deus partem eius de libro
uitae, & de ciuitate sancta, & de his quae scripta
sunt in libro isto. Difficilia autem intellectu in
epistolis Pauli, quae ab indoctis & instabilibus
dicit esse deprauata, illa sunt maxime in quibus
de gratia Dei loquitur, quae iustificet impios,

hoc est ex impijs faciat iustos. Dicit enim ipse,
Vbi abundauit peccatum, superabundauit &
gratia. Quod illi nō intelligentes putabāt eum
dicere, faciamus mala ut ueniāt bona. Absit au-
tem ut Paulus suos auditores ad promerenda
bona doceat facere mala, cuius omnis intentio
est à malis coercere, & ad bona agenda quos-
cunque potest aduocare. Sed cum dicit, Vbi a-
bundauit peccatum, superabundauit & gratia:
donum gratiae per hoc uehementius commen-
dat, quae & magna solet conuersis, & minora
dimittere peccata. Et quanto quis maiora ante
conuersionem peccata commisit, tanto maio-
rem gratiae donantis indulgentiam conuersus
accepit. Loquitur ergo hoc Apostolus, de his
quae iam commisimus peccatis, ne quis despe-
ratione ueniam pro magnitudine facinorum pe-
reat, non autem ut inimici interpretabantur,
suadebat plura facere peccata, ut potiora per
haec reciperent bona. Vnde & beatus Petrus
recte admonendo subiungit, Vos igitur fratres,
praescientes custodite ne insipientium errore iraduēti, exci-
datis à propria infirmitate.] Praescientes, quia insi-
pientes multifarios introducent errores, quidā
iudicium futurum negantes, quidam eloquia
diuina falsantes, quidam male interpretantes,
quidam frenaluxuriae laxantes, alij alijs atque
alijs deceptionum fraudibus miserorum corda
dementantes, custodite, ne qua seducentium
astutia à fidei uestrae firmitate decidatis. Cre-
scite uero in gratia & in cognitione Domini nostri & salua-
toris Iesu Christi.] Iuxta illud Psalmistae, Ambu-
labunt de uirtute in uirtutem, uidebitur deus
deorum in Sion. Ipsi gloria & nunc & in diem ae-
ternitatis.] Gloria semper saluatori Deo & do-
mino nostro, & nunc cum inter cotidianas ad-
uersitatum pressuras adhuc in carne positi pe-
regrinamur ab illo, & maxime tūc cum diu de-
sideratus cunctis gētibus adueniens, praesentia
nos suae uisionis fuerit illustrare dignatus, Quā
quia inierim suspirantes, merito seduli cātamus,
Melior est dies una in atrijs tuis, super milia,

EXPLICITA EST VENERABI-
lis Bedae presbyteri expositio in
secundam Epistolam beati
Petri Apostoli.

Haeretico-
rum peruer-
sitas.

Arrianorum
uesania.

Depraua-
ta in Pauli
Epistolis.

10

20

30

40

Errores
insipientium.

Incipiunt expositio-
nes eiusdem in omnes epistolas beati
Ioannis Apostoli.

IN PRIMAM EPISTO-
LAM.

CAPUT I.



Ioannes cur
epistolas
scripserit.

Cerin-
thus &
Marchion.

Videre.
Perspicere.

Quod fuit ab initio, quod audiuius, quod
uidimus oculis nostris.] Hanc Epi-
stolam beatus Apostolus Ioan-
nes de fidei & charitatis perfe-
ctione conscripsit, laudans de-
uotionem eorum qui in unita-
te Ecclesiae perseuerabant: porro illorum im-
pietatem coarguens, qui Ecclesiae pacem uer-
sano dogmate turbabant: Cerinthi maxime
& Marcionis, qui Christum ante Mariam non
fuisse contendebant. Propter quos etiam euan-
gelium suum scripsit, ibi quidem & suis & ipsi-
us Domini uerbis consubstantiali patri filii-
um affirmans: hic autem quae à Domino dicit,
proprijs sermonibus depromens, & haeretico-
rum stultitiam Apostolica auctoritate refellēs.
Vnde mox in capite Epistolae diuinitatem si-
mul & humanitatem ueram eiusdem dei & do-
mini nostri Iesu Christi designat dicens, Quod
fuit ab initio, quod audiuius Fuit enim ab ini-
tio filius Dei, sed eundem filium Dei in homi-
ne apparentem audierunt, & oculis uiderunt
discipuli. Quod ipsum in Euangelio laus ex-
plicauit. Nā quod hic ait, Quod fuit ab initio,
hoc est quod in Euangelio dicit, In principio
erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, &
deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud
deum. Et quod hic subdidit, Quod audiuius,
quod uidimus oculis nostris: hoc est quod ibi
latius subdidit: Et uerbum caro factum est, & habita-
uit in nobis, & uidimus gloriam eius, gloriam
quasi unigeniti à patre. Erne parum dicere ui-
deretur in eo quod ait, Quod uidimus: ad
iūxit, Quod perspeximus, & manus nostrae contrectaue-
runt de uerbo uita.] Non solum quippe corpora-
libus oculis sicut ceteri Dominum uiderunt,
sed & perspexerunt, cuius diuinam quoque uir-
tutem spiritalibus oculis cernebant. Maxime
illi qui eum in monte clarificatum uiderunt, &
quibus unus erat ipse Ioannes. Quod autem ait,
Et manus nostrae contrectauerunt de uerbo ui-
tae. Manichaeorum uincit infantiam, qui Domi-
num ueram assumpsisse carnem negāt. Quam
Apostoli ueram esse dubitare non poterant, ut
poterant ueritatem non solum uidendo, sed
& tangendo probarent. Maxime Ioannes ipse,
qui in sinu eius in coena recumbere solitus, tan-
to licentius eius membra, quanto uicinius tan-
gebat. Sed & post resurrectionem eius à mor-
60

tuis, manus eorum tractauerunt de uerbo uita,
cum ueram eum recepisse carnem, quāuis iam
incorruptibilem absque ulla dubietate cogno-
uerunt audientes ab illo ipso, Palpate & uide-
te, quia spiritus carnem & ossa non habet, si-
cut me uideris habere. Bene autem dicitur, Et
manus nostrae contrectauerunt de uerbo uitae.
quia cum ueritatem resuscitatae carnis eius, à
mortuis etiam manibus contrectando proba-
rent, certius eum uerbum uitae, hoc est Deum
uerum esse cognouerunt. Vnde & Thomas
qui specialius eum palpate iussus est, mox ubi
palpauit carnem, Deum confessus est dicens, Vita mani-
Dominus meus & deus meus. Et uita manifesta
ta est, & uidimus & testamur.] Illam uitam dicit
quae in Euangelio loquitur, Ego sum resurre-
ctio & uita. Quae manifestata est diuinis in car-
ne declarata miraculis, uideruntque discipuli
praesentes quod posteris indubia ueritate testa-
rentur, quando signa faciens, sicut idem Ioan-
nes scribit, manifestauit gloriam suam, & cre-
diderunt in eum discipuli eius. Et quia Ioan-
nes Apostolus uitam se manifestatam uidisse
cum suis coapostolis testatur, confundatur cum
suis sequacibus Apelles haereticus, qui ean-
dem uitam, id est Dominum saluatorem, non
Deum in ueritate, sed hominem in phantasia
mundo apparuisse contendit. Et annunciamus
uobis uitam aeternam quae erat apud patrem, & appa-
ruit nobis.] Erat apud patrem in diuinitate a-
terna, apparuit ex tempore mundo in huma-
nitate. Quod uidimus & audiuius, annunciamus uo-
bis, ut & ut uos societatem habeatis nobiscum, & societas no-
stra sit cum patre & filio eius Iesu Christo.] Manifeste
ostendit beatus Ioannes, quicumque socie-
tatem cum Deo habere desiderant, primo Eccle-
siae societati debent adunari, illamque fidem ad-
discere, eiusque sacramentis imbui, quam disci-
puli ab ipsa in carne degente ueritate percepe-
runt. Nec in aliquo minus ad Deum pertinent,
qui per Apostolorum doctrinam credunt, quā
illi qui per ipsum praedicantem in mundo Do-
minum credebant, nisi in quantum eos uel fidei
operum qualitas discernit. Vnde etiam de hac
societate sanctorum quam habent in patre &
filio, ipse filius patri supplicās ait, Pater sancte
serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, ut
sint unum sicut & nos. Et paulo post, Non pro
his autem rogo tantum, sed pro his qui credituri
sunt per uerbum eorum in me, ut omnes
unum sint sicut tu pater in me, & ego in te, ut
& ipsi in nobis unum sint. Et haec scribimus uo-
bis, ut gaudium uestrum sit plenum.] Gaudium do-
ctorum sit plenum, cum multos praedicando
ad sanctae Ecclesiae societatem, atque ad eius
per quem Ecclesia roboratur & crescit, Dei
patris & filij eius Iesu Christi societatem perdu-
cunt. Vnde etiam Paulus his quos ad fidem in-
stituebat, ait: Implete gaudium meum, ut idem
sapiatis, eandem charitatem habentes, unani-
60

Vita mani-
festa.

Apelles.

Ecclesiae so-
cietati, deo
sociari uo-
lentes.

Gaudium
doctorum
plenum.

mes, id ipsum sapientes. Et hæc est annunciatio quam audiimus ab eo, & annunciamus vobis, quoniam deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ. Hac sententia beatus Ioannes & diuinæ puritatis excellentiam monstrat, quam nos quoque imitari iubemur dicente ipso, Sancti estote, quoniam ego sanctus sum Dominus Deus uester: & Manichæorum dogma conuincit insanum, qui Dei naturam à principe in sanum bello uictam, & se uiciatam dicebant. Si dixerimus quoniam societate habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur, & non facimus ueritatem. Tenebras, peccata, hereses, & odia nominat. Nequaquam ergo sola fidei confessio sufficit ad salutem, cui bonorum operum attestatio deest. Sed nec operum rectitudo, sine fidei & dilectionis simplicitate prodest. Quicumque enim ulla ex parte tenebris obsidetur, societatem ad eum in quo nihil iniquitatum incurrit, habere non ualet. Quæ enim societas luci ad tenebras? Si autem in luce ambulamus, sicut & ipse est in luce, societatem habemus adiuuicem. Notanda distinctio uerborum, quia Deum esse in luce dicit, nos autem in luce ambulare debere. Ambulant enim iusti in luce, cum uirtutum operibus seruientes ad meliora proficiunt. Diuina autem sanctitas cui dicitur, Tu autem idem ipse es, recte in luce esse memoratur, quia plena bonitas semper existens, ubi proficere ualeat, non inuenit. Dicitur quippe fidelibus, Ut filij lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate & iustitia & ueritate. Deus autem sine aliquo profectu semper bonus, iustus, uerusque existit. Si ergo in luce ambulamus, sicut & ipse est in luce, societatem habemus adiuuicem. Quia uidelicet manifestum dat iudicium quod in uia lucis ambulando proficimus, si fraternæ societatis, cum qua pariter ad lucem ueram perueniamus, copula gaudemus. Sed & si lucis opera facere comprobamur, si in uoluntate mutua dilectionis iura tenere uidemur, nec sic tamen putare debemus nostro nos profectu aut industria à peccatis ad integrum posse mundari. Nam sequitur, Et sanguis Iesu Christi filij eius emundat nos ab omni peccato. Sacramentum nanque dominicæ passionis, & præterita nobis omnia in baptismo pariter peccata laxauit, & quicquid quotidiana fragilitate post baptismum commissimus, eiusdem nostrum redemptoris nobis gratia dimittit. Maxime cum inter opera lucis, quæ facimus, humiliter quotidie nostros illi errores confitemur, cum sanguinis illius sacramenta percipimus, cum dimittentes debitoribus nostris, nostra nobis debita dimitti precamur, cum memores passionis illius libenter aduersa quæque toleramus. Miræ autem cum de Domino loqueretur, ait, Et sanguis Iesu filij eius. Filius quippe dei in diuinitatis natura sanguinem habere non potuit. Sed quia idem filius Dei, etiam filius hominis factus est, recte propter unitatem

Dei puritas.

Tenebra.

Esse in luce & ambulare in luce.

Passionis sacramentum.

personæ eius, filij Dei sanguinem appellat, ut uerum eum corpus assumpsisse, uerum pronobis sanguinem fuisse demonstraret: refellatque hæreticos, qui uel ueram carnem à filio Dei assumptam fuisse, uel Dominum Iesum in carne quam assumpsit, ueraciter esse passum denegant. Cui simile est quod Paulus ait: Vos spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam adquisiuit sanguine suo. Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis non est. Contra hæresim Pelagij hæc sententia ualet, quæ & paruulos omnes sine peccato nasci, & electos in hac uita tantum proficere posse dicebat, ut sine peccato existant. Nam & cum Propheta dicat, Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea: sine culpa in mundo esse non possumus, qui in mundum cum culpa uenimus. Sed sanguis Iesu Christi filij Dei mundat nos ab omni peccato, ut nos ideo sub iure hostis nostri debita nostra non teneant, quia pro nobis mediator dei & hominum, homo Christus Iesus gratuito reddidit quod non debebat. Qui enim pro nobis mortem carnis indebitam reddidit, nos à debita animæ morte liberauit. Si confitemur peccata nostra, fidelis est & iustus ut remittat nobis peccata nostra & cetera. Quia sine peccato in hac uita esse non possumus, prima salutis spes est confessio, ne quisquam se iustum putet, & ante oculos Dei erigat ceruicem. Deinde dilectio, quia charitas operit multitudinem peccatorum, quam propterea in sequentibus huius Epistolæ multiplici nobis laude commendat. Pulchre autem utrumque simul insinuat, quod & rogare pro peccatis debeamus, & Imperemus Dei indulgentiam cum rogamus. Ideo & fidelē dicit Deum ad remittenda peccata, fidem pollicitationis suæ reseruantem, quia qui orare nos pro peccatis nostris & debitis docuit, paternam misericordiam promissit, & ueniam sequituram. Iustum quoque cum assueuerat, quia uera confessio iuste dimittit. Ut remittat nobis, inquit, peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. Remittit in hac uita electis peccata quotidiana & leuia, sine quibus in terris uiuere nequeunt, emundat post solutionem carnis ab omni iniquitate, introducens illos in eam uitam, in qua nec uelint ultra peccare, nec ualent. Remittit nunc maiora tentamenta orantibus, ne uiuantur: remittit minima, ne lædantur: mundat tunc omnibus, ne aliqua prorsus beatis in regno perpetuo iniquitas adsit. Si dixerimus quoniam non peccauimus, mendacem facimus eum, & uerbum eius non est in nobis. Ipse nanque per hominem suo spiritu plenum dicebat, Non est iustus in terra qui faciat bonum, & non peccet. Sed & per semetipsum nos immunes à delictis esse non posse docuit, quos ita orare præcepit, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus

Pelagium arguit.

Confessio nis bona.

Nemo sine peccato.

dimittimus debitoribus nostris. Nemo ergo docente Pelagio, liberum se à peccatis ac debitis uiuere posse credat, cum uiderit Apostolos docente Domino, pro suis orare delictis. Sed & alibi scriptum est, Septies in die cadit iustus & resurgit. Impossibile nanque est quoniam libet sanctorum non aliquando in minimis peccatis quæ per sermonem, per cogitationem, per ignorantiam, per oblivionem, per necessitatem, per uoluntatem, per surreptionem committuntur, lapsum incurrere, nec tamen iusti esse desistunt, quia citius à reatu Domino opitulante resurgunt.

CAPVT II.



oli mei hæc scribo uobis, ut non peccetis. Non est sibi ipsi contrarius, qui supra nos sine peccato uiuere non posse perhibebat, nunc autem ideo scribere se nobis dicit, ne peccemus. Sed ibi nos necessarie prouidenter atque salubriter nostræ fragilitatis admonuit, ne quis sibi quasi innocens placeat, & se de meritis extollendo plus pereat, hic consequenter hortatur, ut si omni culpa carere nequimus, de mus tamen operam quantum ualeamus, ne nos ipsi fragilitatem nostræ conditionis negligenter agendo uiuamus, sed cõtra omnia uitia strenue uigilanterque dimicemus, maxime maiora & apertiora, quæ Domino iuuante facilius superare uel cauere ualeamus, ut iuxta quod Paulus ait, tentatio nos non apprehendat nisi humana, hoc est ea sola, quam humana infirmitas ad integrum declinare non potest.

Cauendum à peccatis, quamquam nemo ab omnibus cauere.

Ioannis modestia.

Sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum. Vide ipse Ioannes quantum seruet humilitatem quam docet, certe uir iustus erat & magnus, qui de pectore Domini mysteriorum secreta bibebat. Non tamen dixit, aduocatum me habetis apud patrem: sed aduocatum, inquit, habemus. Et habemus dixit, non habetis. Maluit se ponere in numero peccatorum, ut haberet aduocatum Christum, quam ponere se pro Christo aduocatum, & inueniri inter dannandos superbos. Nec tamen dicendum, quia episcopi uel præpositi non petant pro populo. Orat enim Apostolus pro plebe, orat plebs pro Apostolo, qui dicit: Orantes simul & pro nobis & pro uobis, ut Deus aperiat nobis ostium uerbi. Et pro Petro orabat Ecclesia cum esset in uinculis Petrus, & exaudita est, quomodo & Petrus pro Ecclesia, quia omnia proinueniem membra orant. Caput pro omnibus interpellat, de quo scriptum est, Qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Unigenito enim filio pro homine interpellare est, apud coeternum patrem seipsum hominem demonstrare. Eius pro humana natura rogasse est, eandem naturam in diuinitatis suæ cellitudine suscepisse. Interpellat ergo pro nobis Do-

minus, non uoce, sed miseratione, quia quod damnare in electis noluit, suscipiendo serua uit. Et bene cum diceret, aduocatum nos apud patrem habere Iesum Christum, addidit iustum. Iustus nanque aduocatus, iniustas causas non suscipit. Qui tunc iustus nos defendet in iudicio, si nunc nosmetipsos & cognoscimus, & accusamus iniustos. Cur enim iustus non sit qui contra suam iniustitiam iam per lachrymas sauit? Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Qui per humanitatem interpellat pro nobis apud patrem, idem per diuinitatem propitiatur nobis cum patre. Non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Non pro illis solum propitiatio est dominus, quibus tunc in carne uiuentibus scribebat Ioannes, sed etiam pro omni Ecclesia, quæ per totam mundi latitudinem diffusa est, primo nimirum electo usque ad ultimum, qui in fine mundi nasciturus est porrecta. Quibus uerbis Donatistarum schisma reprobatur, qui in Aphricæ solum finibus Ecclesiam Christi esse dicebant inclusam. Pro totius ergo mundi peccatis, interpellat Dominus: quia per totum mundum est Ecclesia, quam suo sanguine comparauit. Neque huic uerbo repugnat, quod in sequentibus dicit, Et mundus totus in maligno positus est, quia & per totum mundum sunt qui maligno, id est antiquo hosti famulantur. Et in hoc scimus, quoniam cognouimus eum, si mandata eius obseruamus. Quæ mandata dicat, in sequentibus aperit, id est, charitatem.

Christus mediator uniuersalis.

Deum quis nouit.

Qui dicit se nosse eum, & mandata eius non custodit, mendax est, & in eo ueritas non est. Christus ueritas appellatur, Ego sum (inquit) uia, ueritas & uita. Frustrâ ergo nobis in eo applaudimus, cuius mandata non facimus. Nec grande putemus unum Deum nosse, cum & demones credant, & contremiscant. Quid sit autem ueraciter nosse Deum, subsequenter ostendit, dicens: Qui autem seruat uerbum, uere in hoc charitas Dei perfecta est. Ille itaque uere Deum nouit, qui eius mandata seruando, charitatem se eius habere comprobatur. Hoc est enim Deum nosse, quod amare. Nam quisquis eum non amat, profecto ostendit, quia quam sit amabilis non nouit. Et quam sit suauis Dominus & dulcis, gustare ac uidere non didicit, qui eius conspectibus placere continua intentione non satagit. In hoc scimus, quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in ipso manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Id est, per dilectionem nimiam etiam pro inimicis orare, sicut & ipse egit, dicens, Pater ignosce illis. Sed & prospera mundi cuncta, fortî animo contemnere, libenter irrisiones & opprobria tolerare, sicut & ipse dixit: Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Charissimi, non mandatum nouum scri-

Mādatum uetus & nouum. Mandatum uetus est uerbum quod audistis. Iterum mandatum nouum scribo uobis. Eadem charitas & mandatum uetus est, quia ab initio commendata, & mandatum nouum, quia tenebris electis desiderium nouae lucis infundit. Vnde recte subditur, Quod est uerum & in ipso, & in uobis, quoniam tenebrae transferunt, lumen uerum iam lucet. Ecce inde nouum, quia tenebrae ad ueterem hominem, lux uero ad nouum hominem pertinet. Denique dicit Apostolus Paulus, Exiite uos ueterem hominem, & induite nouum. Et iterum, Fuitis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino. Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit, in tenebris est usque adhuc. Dominus praecipit diligere inimicos. Qui ergo dicit se esse Christianum, & fratrem odit, in peccatis est usque adhuc. Et bene addidit usque adhuc, quia nimirum omnes homines in tenebris nascuntur uitiorum, in tenebris manent omnes, donec gratia baptismi per Christum illuminentur. Sed & is qui cum odio fratris accedit ad fontem uitae quo renascatur, & ad potum sanguinis preciosi quo redimatur, & si se illuminatum a Domino aestimat, in tenebris est usque adhuc, neque ulla ratione peccatorum umbras exuere potuit, qui uiscera charitatis induere non curauit. Hinc est enim quod Simon nuper baptismatis unda perfusus, ab eo qui clauis caeli habuit, audiuit: Non est tibi pars neque fors in sermone isto: in felle enim amaritudinis & obligatione iniquitatis uideo te esse. Quia uidelicet collegio fratris nitatis neglecto, donum spiritus, quo unitas Ecclesiae consecratur, pecunia emere ac priuatim cupiebat habere. Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, & scandalum in eo non est. Id est, offensio. Qui enim diligit fratrem suum, tolerat omnia propter unitatem unitatis. Pax enim multa diligentibus nomen tuum, id est charitatem, & non est illis scandalum. Et Paulus dicit. Sufferentes inuicem in charitate, studentes seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est: & in tenebris ambulat, & nescit quod eat, quoniam tenebrae obcauerunt oculos eius. Itenim nescius in gehennam, ignarus & caecus praecipitatur in poenam, recedens scilicet a Christi lumine mouentis & dicentis, Ego sum lumen mundi. Qui me secutus fuerit, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitae. Scribo uobis filio li, quoniam emittuntur uobis peccata propter nomen eius. Omnes suos auditores, quos ipse in Christo praecesserat, filiorum nomine glorificat, quia uidelicet renati ex aqua & spiritu remissionem acceperant peccatorum. Et ne dubites, fideles quosque patrum praecedentium filios recte posse nominari, audi Prophetam de Ecclesia canentem. Omnis gloria eius filiae regis ab in-

tus. Itemque ad eandem, Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Scribo uobis patres, quoniam cognouistis eum qui ab initio est. Patres non aetate, sed sapientia maiores, ac maturos appellat. Senectus enim uenerabilis est, non diuturna neque annorum numero computata. Cani sunt autem sensus hominis, & aetas senectutis uita immaculata. Patrum namque est antiqua meminisse, ac nosse: & haec minoribus pandere. Vnde scriptum est, Interroga patres tuos, & annuntiabunt tibi. Et ideo recte patres appellat eos, qui eum qui ab initio est, id est Dominum Iesum Christum, una cum patre & spiritu sancto nosse, & suis auditoribus fideliter praedicare didicerunt. Scribo uobis adolescentes, quoniam uicistis malignum. Adolescentiae tempus propter incentiua carnis lubricum est, sed propter robur aetatis certaminini habile. Vnde adolescentibus Ioannes illis scribit, qui tentamenta uoluptatum carnalium uerbi Dei amore uicerunt. Scribit & eis, qui maiore perfectione illatis, propter uerbum Dei persecutionibus cunctas maligni hostis machinas fortiter contempserunt. Scribo uobis infantes, quoniam cognouistis patrem. Infantes dicit humiles spiritu, qui quo magis humiliari sub potenti manu Dei consentiunt, eo sublimius aeternitatis eius arcana cognoscunt, sicut de talibus dicit eidem patri filius. Abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Scribo uobis patres, quoniam cognouistis eum, qui ab initio est. Commendat hoc & repetit, Memnitate uos patres esse. Si obliuiscimini eum, qui ab initio est, perditis paternitatem. Scribo uobis iuuenes, quia fortes estis, & uerbum Dei in uobis manet, & uicistis malignum. Etiam atque etiam considerate quia iuuenes estis, pugnae ut uincatis, uincite ut coronemini. Humiles estote, ne in pugna cadatis. Nolite diligere mundum, neque ea quae in mundo sunt. Omnibus haec generaliter Ecclesiae filijs scribit, & his uidelicet, qui patres sunt per maturitatem prudentiae ac doctrinae, & illis qui infantes per deuotionem humilitatis, & eis qui adolescentes uel iuuenes propter deuicta tentationum certamina. Omnibus his pariter mandat, ut utantur quidem mundo ad necessitatem, sed non diligant ad desideria superflua, sicut & Paulus ait, Et carnis curam ne feceritis in desiderijs. Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo. Nemo sibi mentiatur. Vnum cor duos tam sibi aduersarios amores non capit. Vnde & Dominus ait: Nemo potest duobus dominis seruire. Et iterum: Non potestis Deo seruire & mammonae. Sicut enim charitas patris fons est omnium & origo uirtutum, ita dilectio mundi, cunctorum est radix ac fomes uitiorum. Vnde sequitur, Quoniam omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum

Mādatum uetus & nouum.

Oidium.

Scandalum.

Tenebrae obcauerunt oculos eius.

Filio li. Ioannis.

Patres Ioannis.

Adolescentia.

Infantes.

Iuuenes.

Cor unum duorum conuentionum, amor non capit.

oculorum & superbia uita. Omne quod est in mundo, dicit omnes qui mente inhabitant mundum, qui amore incolunt mundum. Sicut caelum inhabitant, qui conuersione habent in caelis, quorum cor sursum est, quamuis carne ambulent in terra. Omne ergo quod in mundo est, id est, omnes mundi dilectores non habent, nisi concupiscentiam carnis, & concupiscentiam oculorum, & superbiam uitae. His quippe uitiorum genera comprehendit. Concupiscentia namque carnis est, omne quod ad uoluptatem & delicias corporis pertinet. In quibus maxima sunt, cibis, potus, & concubitus. De quibus Salomon ait, Sanguis uigae durae sunt filiae dicentes, Affer, affer. Concupiscentia oculorum, est omnis curiositas, quae fit in discordantibus nefarijs, in contemplandis spectaculis turpibus uel superuacuis, in acquirendis rebus temporalibus, in dignoscendis etiam carpentibus uicij proximatorum. Superbia uita est, quum se quis iactat in honoribus. Per haec tria tantum, cupiditas humana tentatur. Per haec Adam tentatus est & uictus. Per concupiscentiam scilicet carnis, cum hostis cibum ligni uetum ostendit, eumque ad comedendum suauit. Per concupiscentiam oculorum, quum diceret: Scientes bonum & malum, & aperientur oculi uestri. Per superbiam uita, cum diceret, Eritis sicut dii. Per haec tentatus est Christus, & uicit. Per concupiscentiam carnis, id est cibum, ubi suggeritur, Dic ut lapides isti panes fiant. Per concupiscentiam oculorum, id est curiositatem, ubi de pinna templi admonetur, ut se deorsum mittat, tentandae gratia, utrum ab Angelis suscipiatur. Per superbiam uita, id est inanem iactantiam, ubi in monte constituto, ostenduntur omnia regna terrae huius, & promittuntur, si adorauerit. Quae non est ex patre, sed ex mundo est. Non est pugna uitiorum nobis ex Deo patre & conditore naturaliter inserta, sed ex mundi huius amore, quem creatori praetulimus, nobis accidisse probatur. Fecit enim Deus homines rectos, & ipsi se miscuerunt in finitibus quaestionibus, ut Salomon testatur. Vnde & Iacobus ait: Nemo cum tentatur, dicat, quoniam a Deo tentatur. Deus enim intentator malorum est. Ipse enim nemine tentat. Vnusquisque uero tentatur, a concupiscentia sua abstractus, & illectus. Et mundus transit, & concupiscentia eius. Qui autem facit uoluntatem Dei, manet in aeternum. Mundus transibit, quum in die iudicij per ignem in meliorem mutabitur figuram, ut sit caelum nouum & terra noua. Transibit, & concupiscentia eius, quia tempus patrandae luxuriae, uel alicuius peccati, ultra non erit. In illa enim die peribunt omnes cogitationes eorum. Ille utique quibus erga mundi huius desideria intendebant, qui autem fecerit uoluntatem Domini

Vitiorum genera.

Concupiscentia carnis.

Concupiscentia oculorum.

Superbia uita.

Vitiorum pugna non est ex deo.

Mundus transibit.

ni, nequaquam eius cogitationes mundo transeunte pereunt, sed quia caelestia & aeterna desiderabat, immutabiles in perpetuo manent, quia praemia superna quae concupierat consequetur. Vnde & Dominus de foemina deuota, imo de una quaque anima quae uoluntatem suam perfecte sequuta fuerit, ait: Maria optimam partem elegit, quae non auferetur ab ea. Qui ergo in aeternum manere incocussus quietusque concupiscit, ea quae transire nesciunt amplectatur, eius qui aeternus est, dei uoluntatem sequatur. Filio mei, nouissima hora est. Nouissimam horam, nouissimum seculi tempus, quod nunc agitur dicit, iuxta illam Domini parabolam, ubi operarios in uineam a prima hora, a tertia, a sexta, a nona & ab undecima, narrat esse conductos. A prima namque hora uineam Domini excolebant, qui a primordio seculi uel docendo, uel recte uiuendo, sui creatoris uoluntati seruebant. Ab hora tertia, qui a temporibus Noe. Ab hora sexta, qui a temporibus Abraham. Ab hora nona, qui a temporibus legis datae. Ab hora undecima, qui a temporibus dominicae incarnationis usque ad finem seculi, caelestibus famulantur imperijs. In qua uidelicet hora, & aduentus in carne Saluatoris futurus, & secutura pestis Antichristi, qui praecognia salutis impugnet, prophetarum praesagio signata est. Vnde sequitur, Et sicut audistis, quia Antichristus uenit, nunc Antichristi multi facti sunt. Antichristos dicit haereticos. Sed & illi qui fidem catholicam quam continentur, peruersis actibus destruant, Antichristi, id est, Christo contrarij, iure uocantur. Qui omnes maximo illi Antichristo in finem seculi uenturo, quasi suo capiti testimonium reddunt. Vnde & Paulus de illo ait, quia mysterium iam operatur iniquitatis. Vnde scimus, quia nouissima hora est. Vnde & Quia Antichristi multi facti sunt. Potest autem & sic intelligi, quod ait, iam tunc nouissimam fuisse horam, quia persecutio illius temporis, quae ab haereticis ingerebatur, magnam similitudinem habuerit ultimae illius persecutionis, quae imminente die iudicij uentura est. Quamuis haec linguistantum uesanis Ecclesiam uexauerit, illa etiam gladius sit uexatura ferocibus. Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Plangendum uidebatur ut damnum, cum audiremus, Ex nobis exierunt: sed mox consolatio subinfertur, quum subditur, Sed non erant ex nobis. Constat enim, non posse exire foras, nisi Antichristos, eos autem qui non sunt Christo contrarij, foras exire nullo modo posse. Qui enim non est Christo contrarius, in corpore ipsius haeret. Sed sunt qui intus sic sunt in corpore Domini, quandoquidem adhuc curatur corpus ipsius, & sanitas perfecta non erit nisi in resurrectione mortuorum. Sic sunt in corpore Christi, quomodo humores mali,

Hora nouissima.

Antichristi multi.

Quando euomitur, tunc releuatur corpus. Sic & mali quando exeunt, tunc Ecclesia releuatur. Ex nobis exierunt, inquit, sed nolite tristes esse, non erant ex nobis. Vnde probas? Nam si uisus sent ex nobis, permansissent utique nobiscum. Hinc ergo uidendum, quia multi qui non sunt ex nobis, accipiunt nobiscum sacramenta Christi. Sed tentatio probat, quia non sunt ex nobis, quia quum illis tentatio uenerit, uelut occasio ne uenti uolant foras, quia grana non erant. Omnes autem tunc uolabunt, quum area dominica coeperit uentilari in die iudicii. Si qui sane exierunt peccato, sed poenitendo redeunt, hi non Antichristi, sed in Christo esse probantur, si illos finis uite presentis in Ecclesia manentes inuenierit. Sed ut manifeste fiat, quoniam non sunt omnes ex nobis. Ideo permittente Domino quidam & ante ultimum excusationem exeunt de Ecclesia, ostendentes se non fuisse Ecclesie membra, nec pertinuisse ad corpus Christi, ut per hoc manifeste clarescat, quia non sunt omnes ex nobis, qui nobiscum intus positi sacramenta Christi percipiunt, sed soli qui digna eisdem sacramentis opera in unitate Ecclesie Christi faciunt. Sed et uos unctionem habetis a sancto, et uobis omnia. Vnctio spiritalis, ipse spiritus sanctus est, cuius sacramentum est in unctione uisibili. Hanc unctionem Christi dicit habere omnes, qui habent cognoscere bonos & malos: nec opus esse, ut doceantur, quos ipsa unctio docet. Et bene quum de haereticis loqueretur, repente ad suos auditores conuersus, dicit unctionem eos habere a sancto, ut ostendat eis e contrario quod haeretici & omnes Antichristi, gratia spiritalis munere sint priuati, nec pertineant ad Dominum, qui sanctus uocari a Prophetis consuevit, quin potius inter ministros Satanae, qui sanctitatis nihil habent, perditionis locum teneant. Non scripsi uobis quasi ignorantes ueritatem, sed quasi scientibus eam. Non sitis enim ueritatem fidei, & inde edocti per unctionem spiritus, nec opus habetis doceri, nisi ut persistatis in eo quod coepistis. Et quoniam omne mendacium ex ueritate non est. Hic uersus pendet a superiori. Et est sensus. Non scripsimus uobis quasi ignorantibus ueritatem, sed quasi scientibus eam: & hoc quoque scientibus, quoniam omne mendacium ex ueritate non est. Ecce autem temoniti sumus, quomodo cognoscamus Antichristum. Christus dicit, Ego sum ueritas. Omne autem mendacium non est ex ueritate. Omnes ergo qui mentuntur, non sunt ex Christo. Non dicit quoddam mendacium ex ueritate. Nemo se decipiat, nemo se illudat. Omne mendacium non est ex ueritate. Quis est mendax, nisi his qui negat quoniam Iesus non est Christus. Prædixerat omne mendacium ex ueritate non esse, sed quia multa sunt genera mendaciorum, non parum inter se disparia, nunc quasi singu-

Ex Apostolis qui sint.

Vnctio spiritalis.

Antichristi scilicet cognatio.

Mendax.

Christi negatio mendacium pestimum.

lare ponit mendacium negationis Christi, quia nimirum hoc tam nefandum & execrabile mendacium est, ut in eius comparatione cetera aut parua uideantur, aut nulla. Iuxta quod peccanti Hierusalem dictum est, Iustificata est Sodoma ex te. Propria autem Iudaeorum est haec negatio, ut dicant quoniam Iesus non est Christus. Sed & haeretici qui male credunt de Christo, negant Iesum esse Christum, quia de Christo non recte sentiunt: neque eum talem confitentur, qualem diuina ueritas docet, sed qualem ipsorum uanitas fingit. Mali quoque catholici qui Christi mandatis obtemperare contemunt, Iesum esse Christum denegant, cui non ut Christo Dei filio debitum timoris uel dilectionis seruitium impendunt, sed uelut homini nullius potentiae ad libitum contradicere non timent. Ideo et omnes hi mendaces & Antichristi, id est, Christo contraui probantur existeret, attestante Apostolo, quia confitentur, se nosse Deum, factis autem negant. Hic est Antichristus qui negat patrem & filium. Hac sententia cum haereticos, tum maxime percussit Iudaeos, qui negantes Iesum esse Christum filium Dei, nihilo minus Deum patrem se habere dicebant, ostendens eos frustra Deum patrem confiteri, qui filium negant. Hinc & ipse Dominus eos execrans ait, Si Deus pater uester esset, diligeretis utique me. Ego enim a Deo processi, & ueni. Omnis qui negat filium, nec patrem habet. Qui confitetur filium, & patrem habet. Confessionem hic cordis, uocis & operis inquiri, qualem querebat Paulus, cum ait, Et nemo potest dicere dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Quod est aperte dicere, Nemo potest nisi donante gratia spiritu sancti, perfecta professione & actione Christo domino famulari. Vos quod audistis ab initio, in uobis permaneat. Si in uobis permanserit quod ab initio audistis, & uos in filio & patre manebitis. Illam, inquit, fidem, illa dogmata toto corde sectamini, quae a primis Ecclesiae nascens temporibus Apostolorum uoce percepistis. Ipsa sunt enim sola, quae uos diuinae gratiae participes reddant, Et si quis uobis dixerit, Ecce hic est Christus, ecce illic, ne credideritis. Exurgent enim pseudo prophetae, ut dominus praedixit. Et uos, inquit, in filio & patre manebitis. Filium primo ponens, quia sicut ipse filius dicit, nemo uenit ad patrem nisi per filium: nullus diuinae celsitudinis gloriam uidebit, nisi qui per sacramenta humanitatis, quam filius suscepit: renatus est. Vel certe ideo primo filium, & sic patrem nominauit: ne dicant Arriani, filium minorem patre propterea credendum, quia nunquam ante patrem nominatus inueniatur. Et haec est repromissio, quam ipse pollicitus est nobis, uitam aeternam. Quali quærentes mercedem, & dices, Ecce me, quod ab initio audiui, custodio, obtemporo: pericula, labores, tædationes, pro ista permutatione

Christi negantes dei filium, haeretici, catholici mali.

Iudei traduntur.

Confessio triplex.

Filium cum patre nominans.

Arriani.

mansione sustineo. Quo fructu, qua mercede? Quid mihi postea dabitur? Et haec est, inquit, repromissio quam pollicitus est nobis uita aeternam. Memoria promissae mercedis, perseuerantem te faciat in opere. Haec scripsi uobis de his qui seducunt uos. Seductores quos nominat, non solum haeretici sunt intelligendi, qui peruersa doctrina quarunt auertere a fide, sed & hi qui per illecebras uel aduersa seculi a promissione uitae aeternae mentes in firmorum male mulcendo, siue terrendo, detrahunt. Et uos unctionem quam accepistis ab eo, maneat in uobis. Et non necesse habetis, ut aliquis doceat uos. Hoc, inquit, domino adiuuante procurate, ut spiritus sancti gratiam, quam in baptismo consecuti estis, integram uestro in corde & corpore seruetis, iuxta illud Apostoli Pauli, Spiritum nolite extinguere. Sic que sit, ut docere interius uos spiritus, minus indigeatis extrinsecus hominum institutione docti. Potest unctio de qua loquitur, ipsa dei charitas intelligi, quae diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Quae citissime ad obseruanda dei mandata, cor quod implet, inflammat. Sed sicut unctio eius docet uos de omnibus. Merito addidit de omnibus, quomodo in Euangelio dominus de eodem spiritu loquens discipulis ait, Ipse uos docet omnia. Quia nisi idem spiritus cordi adit audientis, otiosus est sermo doctoris. Nemo ergo docenti homini tribuat, quod ex ore docentis intelligit. Quia nisi intus sit qui doceat, doctoris lingua exterius in uacui laborat. Nec tamen doctor cessare debet, quin quod ualeat faciat, iuxta id quod Paulus ait, Ego plantauit, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit. Et uerum est, & non est mendacium. Solertius crebra iteratione inculcat, uera esse quae praedicat, & ab omni falsitatis sordem mundissimam, ut eos qui aliter praedicare praesumpserint, coerceat, & nos quoque sedulus admonet, non aliter uitam in ueritate posse perpetuam, nisi illam sequamur fidei & operis castitatem, quae per Apostolos primitiuae Ecclesiae data est, atque in eadem sequenda & custodienda usque ad finem uite huius permaneamus. Cui simile est illud Apostoli Pauli, Nemo uos seducat inanibus uerbis. Propter haec enim uenit ira dei in filios diffidentiae. Quod uero in alia translatione dicitur, Et uerax est, & non est mendax: ad priorem uersum respicit quo dicitur, Sed sicut unctio eius docet nos de omnibus, significans quia uerax est eadem unctio, id est ipse spiritus qui docet homines, mentiri non potest. Et sicut docuit uos, manete in eo. Doctrinis uariis & peregrinis nolite abduci. Ea fide, eo ritu quo ipse docuit, in illo manete. Qui enim perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. Et nunc filii manete in eo, ut cum apparuerit habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in aduentu eius. Qui inter persecutiones in fidelium, inter irrationes carnalium proximo-

Seductores bonorum.

Gratia spiritus sancti integre seruanda.

Spiritus sanctus docet omnia.


Uita aeterna quibus inueniatur.

Fiducia quibus habenda.

rum permanet in Domino, fiduciam habet in aduentu eius, sciens quia patientia pauperum non peribit in finem. At quicumque erubescit uel percussit se maxillam, praebere & alteram, uel conuictum a proximo illatum patienter sustinere, uel alia huiusmodi quae dominus iussit obseruare, uel certe in tempore persecutionis publice Christianum se profiteri metuit: iste nimirum fiduciam in aduentu Domini habere non potest, quia fiduciam professionis eius in hac uita seruare neglexit. Quin potius confundi detur ab eo in aduentu eius. Hinc naque dicit, Qui me erubuerit, & meos sermones, hunc filius hominis erubescet, cum uenerit in maiestate sua & patris & sanctorum Angelorum. Si scitis quoniam iustus est, scitote quoniam omnis qui facit iustitiam, ex ipso natus est. Iustitia nostra modo ex fide est. Iustitia perfecta non est nisi in angelis, & uix in Angelis, si Deo comparentur. Tamen si qua perfecta iustitia est animarum & spirituum quos Deus creauit, in Angelis est sanctis, iustis, & bonis, nullo lapsu auersis, nulla superbia cadentibus, sed manentibus semper in contemplatione uerbi Dei, & nihil aliud dulce habentibus nisi a quo creati sunt, in ipsis perfecta iustitia est. In nobis autem ex fide coepit esse secundum spiritum. Vnde dicit Psalmista, Incipite domino in confessione. Incipite, inquit. Initium iustitiae nostrae, est confessio peccatorum. Coepisti non defendere peccatum tuum, iam in choasti iustitiam Perficietur autem in te, quando te nihil aliud facere delectabit. Quando absorbebitur mors in uictoria, quando nulla concupiscentia titillabit, quando non erit lucta cum carne & sanguine, quando erit corona uictoriae, & triumphus de inimico, tunc erit perfecta iustitia. Ergo si scitis, quoniam iustus est, ait, scitote quoniam omnis qui facit iustitiam, ex ipso natus est. Ex Deo, ex Christo, Et quia dixit, ex ipso natus est, hortatur nos iam ergo quod ex illo nati sumus, ut perfecti simus. Audi denique sequentia.

Iustitia nostra.

CAPUT III.



Idete qualem charitatem dedit nobis pater, ut filij Dei nominemur, & simus. Magna est gratia conditoris nostri, quae nobis donauit, ut eum amare & nouerimus & possimus: & ita amare, ut patrem filij, cum & hoc magnum esset, si sic illum amare possemus quomodo fideles serui dominos, quomodo dominos deuoti amant mercenarij. Qualiter autem filij dei effici debeamus, idem Ioannes in Euangelio testatur. In propria (inquiens) uenit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, ijs qui credunt in nomine eius. Confuncto ergo utroque testimonio, constat, quia per fidem & dilectionem filij dei efficiuntur. Sed & Pelagij & Arrii dogma

Gratia Dei erga nos.

Filij Dei quomodo efficiuntur.

Pelagij error.

per hanc condemnatur Pelagij quidem (qui dicere ausus est, homines sine gratia dei posse saluari) condemnatur haresis in eo quod dicitur, a deo nobis charitatē uel potestatem dari, qua adoptionem filiorū accipiāmus. Porro Arrius qui dicebat minorem patre ac dissimilem esse filium, repellitur in eo quod idem Ioannes & hic dicit, patrem nobis dare charitatem qua filij Dei nominemur & simus, & in Euangelio, per dominum saluatorem ait potestatem dari credentibus filios dei fieri. Constat enim unius substantiæ, & eiusdem eos esse potentiae, qui equaliter hominibus, atq; indifferēter, celestia dona tribuit. Propter hoc mundus non nouit nos, quia non nouit eum.] Mundum hoc loco, mundi amatores appellat. Et hoc est quod idem in iudicio uisa sanctorum gloria quorum fidem despexerunt, dicent intra se gementes & poenitentiam agentes. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij. Nos insensati, uitam illorum aestimabamus insaniā, & finem illorum sine honore. Quomodo computati sunt inter filios dei, & inter sanctos fors illorum est? Charissimi nunc filij dei sumus, & nondum apparuit quid erimus.] Et Paulus ait: Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cū Christo in Deo. Mortuus fidelis est extinctione ueteris uitæ quæ erat in peccatis, & uitam habens nouā in Christo per fidem, cuius altitudo necdum uisibiliter nobis apparuit. Scimus quoniam enim apparuerit, similes ei erimus.] Et hoc quoque Paulus alijs explicat uerbis. Cum Christus (inquiens) apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cum ipso in gloria. Similes (inquit) ei erimus, quia cum immutabiles & æternæ diuinitatis contemplatione perfruemur, nos quoque immortales erimus. Et similes quidem erimus, quia beati, & tamen creatori similes non erimus, quia creatura sumus. Quis enim similis erit Deo inter filios dei? Quanquam possit hoc etiam de immortalitate corporis dictum uideri. Et in hoc quippe similes erimus Deo, sed tantummodo filio, qui solus in Trinitate corpus suscepit, in quo mortuus resurrexit, atque id ad superna prouexit. Quoniam uidebimus eum sicuti est.] Esse Dei, est æternum hūc atque incommutabilem permanere. Vnde ad Moysen dicit, Ego sum qui sum. Et dices filijs Israel, Qui est, misit me ad uos. Videbimus ergo eum sicuti est, quando hunc in ipsa deitatis suæ substantia contēplabimur, quod in hac uita nulli prorsus electorum conceditur: cum etiam ipse legislator, dominum quem in angelica specie contēplari solebat, obsecrans dicens, Domine ostende mihi teipsum ut uideam te: ab eodem domino audierit, Nemo uidebit faciem meam & uiuet. Cui tamen pro merito magnæ sanctitatis ait, Ostendam omne bonum tibi. Hinc & Paulus ait, Nunc uidebimus per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Vnde

Mundus.

Dei esse. Ego sum qui sum.

quod responsum est Moysi uerum est, quod nemo potest faciem Dei uidere & uiuere, id est nemo potest eum in hac uita uiuens, uidere sicuti est. Nam multi uiderunt, sed quod uoluntas Dei elegit, non quod natura formauit. Et illud quod Ioannes ait, sic recte intelligitur. Dilectissimi, filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Non sicut eum homines uiderunt, quando uoluit, in specie qua uoluit, non in natura qua in semetipso etiam cum uideretur latuit: sed sicut est, quod ab eo a Moysē petebatur, cum ei diceretur, Ostende mihi teipsum, ab eo qui cum eo facie ad faciem loquebatur. Non quia Dei plenitudinem quisquam non solum oculis corporis, sed uel ipsa mente aliquando comprehendit. Aliud est enim uidere, aliud est totum uidendo comprehendere. Quando quidem id uidetur, quod præsens ut cūque sentitur, totum autem comprehenditur, uidendo quod ita uidetur: ut nihil eius lateat uidentem, aut cuius fines circumspici possunt, sicut te nihil lateat presentis uoluntatis tuæ. Circumspicere autem potes fines antilitui, Exempli gratia duo posui, quorum alterum ad mentis obtutum, alterum ad corporales oculos pertinet. Visus enim ad utrunque referendus est, id est & ad oculos & ad mentem. Et omnis qui habet spem hanc in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est.] Multi se dicunt spem habere uitæ cælestis in Christo, sed hanc confessionem negligenter uiuendo euacuant. Manifestum autem de se iudicium spei supernæ exhibet, qui bonis operam dare actibus studet, certus quia non aliter ad similitudinem Dei quis in futuro perueniet, nisi Dei sanctitatem in presenti se sanctificando, id est, abnegando impietatem, & secularia desideria, sobrie autem & iuste & pie uiuendo imitetur. Sic autem diuinæ sanctitatis munditiam pro nostræ capacitatis mensura iubemur imitari, sicut diuinæ similitudinis gloriam pro nostra, id est creaturæ mensura sperare præcipimur. Neque autem Pelagianum dogma iuuare credendum est, quod dicitur de homine, Sanctificat se: quasi aliquis sine diuino auxilio per liberum arbitrium possit se sanctificare. Sed qui habet spem in domino, sanctificat se quantum potest ipse nitendo, & eius per omnia gratiam flagitando, qui ait, Sine me, nihil potestis facere: eiq; dicendo, Adiutor meus esto, ne derelinquas me. Omnis qui facit peccatū, & iniquitatē facit.] Nemo dicat, aliud est peccatū, aliud iniquitas. Nemo dicat, ego peccator sum, sed iniquus non sum. Omnis enim qui facit peccatum, & iniquitatē facit, quia peccatum est iniquitas. Virtus huius sententiæ facilius in lingua græcorum, qua edita est Epistola, comprehenditur. Siquidem apud eos iniquitas aroqia uocatur, quod significat quasi contra legem

Deum totum comprehendit nemo.

Spei uera iudicium.

Peccatum est iniquitas.

legem uel sine lege factum. Siquidē lex græce νόμος appellatur. Cum ergo dicit Ioannes quia omnis qui facit peccatum & iniquitatem facit, hoc est aroqia, & peccatum est iniquitas, manifeste insinuat, quia omne quicquid peccatum, contra legem dei facimus, iuxta illa Psalmistæ, Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ. Omnes enim qui peccant, præuaricationis rei sunt, hoc est non solum illi qui data sibi scriptæ legis scita contemnunt, sed & illi qui innocentiam legis naturalis quam in protoplasto omnes accepimus, siue in firmitate, siue negligentia, siue etiam ignorantia corrumpunt. Sed & Latinū nomen eidem rationi congruit, quod iniquitas quasi æquitati aduersa nuncupatur, quicquid facit peccatum, & iniquitatem facit, & peccatum est iniquitas. Quia quicumque peccat, contrarius nimirum æquitati diuinæ legis peccando existit. Verum, ne nos qui peccatis & iniquitatibus ad purum carere nequimus, prorsus de salute desperemus, uideamus quod sequitur de domino. Et scitis quoniam ille apparuit ut peccata tolleret, & peccatum in eo non est. Hoc & Ioannes baptista testimonium perhibens Domino ait, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Ideo autem peccata tollere potuit Dominus, quia peccatum in eo non est, Tot & tanti homines in mundum uenere perfecti, sed eorum nullus peccata tollere potuit in mundo. Non ergo gloriatur Pelagius, nō se Iulianus eius sectator extollat, audies quia omnis qui habet spem in domino, sanctificat se. Nemo enim tollit peccata, quæ nec lex quamuis sancta & iusta & bona potuit auferre, nisi ille in quo peccatum non est. Tollit autem, & dimittendo quæ facta sunt, & adiuuando ne fiant, & perducendo ad uitam ubi fieri omnino non possunt. Omnis qui in eo manet, non peccat.] In quantum in eo manet, in tantum non peccat. Et omnis qui peccat, non uidit eum, nec cognouit eum.] Visionem dicit & cognitionem fidei, qua iusti etiam in hac uita deum uidere delectantur, donec ad ipsam speciem apertæ uisionis eius in futuro perueniant, de qua supra dicitur, Quoniam uidebimus eum sicuti est. Omnis ergo qui peccat, non uidit eum, nec cognouit eum. Si enim gustasset & uidisset quæ suauis est Dominus, nequaquam se peccando a uidenda eius gloria segregaret. Et in quantum iusti memoriam abundantis suauitatis eius eructant, & iniustitia eius exaltant, in tantum se a peccatis abstinendo iustitiæ eius incommutabili & incomparabili concordare satagunt. Filii, nemo uos seducat. Qui facit iniquitatem, iustus est, sicut & ille iustus est.] Et supra, Sanctificat se inquit, sicut & ille sanctus est. Non quod nostra iustitia uel sanctitas diuinæ par esse ualeat, cum scriptum sit, Non est sanctus ut est Dominus, sed sicut multum interest inter faciem hominis & ima-

Peccatum tollere potuit Christus.

Visio, quæ est cognitio.

Iustitia hominis ad iustitiam dei.

ginem de speculo, quia imago est in imitatione, corpus in ueritate, & tamen sicut hic oculi, sic & ibi: sicut hic aures, ita sunt & ibi: dispar est res, sed sicut ad similitudinem refertur, ita & nos habemus quidem imaginem dei, sed non illam quam habet filius æqualis patri. Nam & nos pro modo nostro, si non sicut ille essemus, ex nulla parte similes diceremur. Ergo sanctificat nos sicut & ipse sanctus est. Sed ille sanctus æternitate, nos sancti fide, iusti sumus, sicut & ille iustus est. Sed ille ipsa incommutabili perpetuitate, nos iusti credendo in quem non uideamus, ut aliquando uideamus. Qui facit peccatum, ex diabolo est.] Non carnis originem dicens do ex diabolo, sicut Manichæus impiissime de cunctis credit hominibus, sed imitationem uel suggestionem peccandi ab illo sumendo, quo modo & nos filij Abraham sumus facit imitationem fidem Abraham. E contra Iudæi non filij Abraham deserendo fidem Abraham, facti sunt filij diaboli, dicente ad eos Domino, Vos ex parte diabolo estis. Quoniam ab initio diabolus peccat.] Cum præmitteret ab initio, subiunxit uerbum presentis temporis, peccat. Quia ex quo ab initio cœpit diabolus peccare, nunquā desistit, nec presentium scilicet poenarum enormitate nec futurarum metu coercitus. Vnde ex illo iure esse dicitur, quisquis a peccando se reuocare negligit. Ab initio autē diabolus peccat, illo utique quo ipse factus est, quo etiam creaturarum cœpit origo cunctarum. Neque enim dubitandum est inter primas creaturas Angelos esse conditos sed cæteris ad laudem creatoris gloriæ suæ conditoris referentibus, ille qui primus est conditus, mox ut altitudinem suæ claritatis aspexit, contra conditorem cum suis sequacibus superbus intumuit, perq; eandem superbiam ab initio peccans, de archangelo in diabolū est uersus. In hoc apparuit filius dei, ut dissoluat opera diaboli.] Omnes peccatores ex diabolo nati sunt in quāto peccatores. Adam a Deo factus est, sed quādo consensit diabolo, ex diabolo natus est, & tales omnes genuit qualis erat. Natiuitas illa deiecit ad mortem, natiuitas secunda, id est baptisimī, erexit ad uitam. Natiuitas illa trahit secum peccatū, natiuitas secunda liberat a peccato. Ideo enim uenit Christus homo, ut solueret peccata hominum. De qua solutione recte subditur, Omnis qui natus est ex Deo peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare quoniam ex Deo natus.] Non mortale uel autē hæc de omni peccato dicit, si enim dixerimus quoniam peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, sed de uiolatione charitatis, quam qui semen dei, id est uerbum dei quo renatus est in se habet, committere non potest. Hoc enim sequendo manifestat dicens, In hoc manifesti sunt filij dei & filij diaboli. Omnis qui non est iustus non est ex deo, & qui non diligit fratrem suum.] Dilectio ergo sola discernit inter filios dei & filios diaboli. Qui

Diaboli qui ex quo modo sunt filij.

Peccat ab initio.

Nati ex diabolo.

Peccatum net, & non potest peccare quoniam ex Deo natus.] Non mortale uel autē hæc de omni peccato dicit, si enim dixerimus quoniam peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, sed de uiolatione charitatis, quam qui semen dei, id est uerbum dei quo renatus est in se habet, committere non potest. Hoc enim sequendo manifestat dicens, In hoc manifesti sunt filij dei & filij diaboli. Omnis qui non est iustus non est ex deo, & qui non diligit fratrem suum.] Dilectio ergo sola discernit inter filios dei & filios diaboli. Qui

Dilectio filios dei.

habent charitatem, nati sunt ex deo. Qui non habent, non sunt nati ex deo. Quicquid uis habe, hoc solum non habeas, nihil tibi prodest. Alia si non habeas, hoc habe, & implesti legem. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Et plenitudo legis est charitas. Quoniam haec est annuntiatio quam audistis ab initio, ut diligatis alter-

Cain ex maligno.

utrum.] Dicere Domino, hoc est praeceptum meum ut diligatis inuicem. Non sicut Cain qui ex maligno erat, & occidit fratrem suum. Et propter quid occidit eum? Quoniam opera eius maligna erant, fratris autem eius iusta.] Exponit quomodo ex maligno erat Cain, quia uidelicet & ipse maligna habebat opera. Ergo ubi est inuidia, amor fraternus esse non potest, sed peccatum maligni, id est, diaboli, est in pectore tali, quia & diabolus hominem inuidendo eiecit. Opera ergo iusta Abel, non dicit nisi charitatem. Opera mala Cain, non dicit nisi odium fraternum. Parum est quia odit fratrem suum, & inuidet operibus bonis. Hinc itaque discernuntur homines. Nemo attendat linguas sed facta. Cor si non benefaciat pro fratribus suis, ostendit quid in se habeat. Tentationibus probantur homines. Nolite mirari fratres, si odit uos mundus.] Mundum, dilectores mundi dicit. Nec mirandum quod qui amant mundum, fratrem a mundi amore separatum, & caelestibus tantum desiderijs intentum amare non possunt. Abominatio est enim peccatori religio, ut scriptura testatur. Nos scimus quia quoniam trans-

Mundus.

lati sumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres.] Nemo se de uirtutibus falso extoliat, nemo suarum uirtutum paupertatem ultra modum metuat, apertum dat iudicium, quia quicumque fraterna dilectione plenus est, ad forte electorum pertinet, quia portionem habere in terra uiuentium meruit. Qui non diligit, manet in morte.] Morem animae dicit. Anima enim quae peccauerit ipsa morietur. Vita quippe carnis anima, uita animae Deus est. Mors corporis amittere spiritum, mors est animae amittere Deum. Unde constat, quod in anima mortui omnes in hanc lucem nascimur, trahentes ex Adam originale peccatum, sed Christi gratia fidelibus regenerando agitur, ut in anima uiuere possint. Verum baptismatis & fidei mysterium illis solum modo prodest, illos de morte attrahit ad uitam, qui sincera mente diligunt fratres. Atque ideo notandum quod non ait, qui non diligit uenturus est in mortem: quasi de poena perpetua loqueretur, quae restat peccatoribus in futurum, sed qui non diligit, inquit, manet in morte. In illa utique morte, de qua etiam in hac uita si fratres perfecte amare, exurgere possent. Hinc etenim dicitur in Apocalypsi: Beatus & sanctus qui habet spem in resurrectione prima. In his secunda mors non habet potestatem. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est.] Si contemnebat quisquam odium fraternum, nunquid & homicidium in corde suo contempturnus est?

Dilectio fortielectorum addicit.

Mors animae.

Non mouet manus ad occidendum hominem, homicida iam tenetur a Deo. Viuit ille, & iste iam interfectus iudicatur. Et scitis quia omnis homicida non habet uitam aeternam in se manentem.] Et si hic per fidem inter sanctos uiuere cernitur, non habet in se perpetuo uitam manentem. Nam ubi retributionis tempus aduenerit, cum Cain qui ex maligno erat, damnabitur etiam qui hoc homicidij genere tenetur, ut discordet & dissideat, & pacem cum fratribus non habeat. Notandum enim quod non ait absolute, homicida non habet uitam in se manentem, sed omnis inquit homicida, scilicet non solum ille qui ferro, uerum & ille qui odio fratrem insequitur. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere.] Qualis perfecta charitas esse debet in nobis, dominicae passionis exemplo dicimus. Maiorem namque hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Unde & Paulus ait: Commendat autem Deus charitatem suam in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro impijs mortuus est. Hanc beatus Petrus habere monebatur, cum Domino dicente, Petre amas me, pasce oues meas: respondit se amare, statimque audiuit, Cum autem tenueris, extende manus tuas, & alius te cinget, & ducet quod tu non uis. Hoc autem dixit (ait Euangelista) significans qua morte clarificaturus esset Deum. Cui enim amorem consenti suas oues commendaret, eum in testimonium perfecti amoris animam suam pro eisdem ouibus ponere docebat. Ille inquit pro nobis animam suam posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Sed dicit forte aliquis: Et quomodo possum habere istam charitatem? Noli cito desperare, forte nata est sed nondum perfecta est. Nutriam ne effocetur. Et unde, inquis, noui natam in me charitatem esse quam nutriam? Audi sequentia, Qui habuerit substantiam mundi, & uiderit fratrem suum necesse habere, & clausit uiscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Ecce unde incipit charitas. Si nondum es idoneus mori pro fratre, iam idoneus esto dare de tuis facultatibus fratri. Si enim fratri molestiam patienti non compatieris, non utique patris ex quo ambo regenerati estis, charitas manet in te. Filioli mei, non diligamus uerbo, neque lingua, sed opere & ueritate.] Opere uidelicet, ut cum frater aut soror nudi sunt, & indigent uictu quotidiano, demus eis quae necessaria sunt corpori. Similiter cum spiritualibus donis eos egero conspicimus, praestemus eorum necessitati quae possumus. Veritate autem, ut eadem beneficia eis simplici intentione largiamur, & non propter laudem humanam, non per instantiam, non in iniuriam aliorum qui maioribus praediti substantijs nil tale fecerunt. Quaecumque enim mens huiusmodi nequitijs inficitur, in hac puritas

Homicida qui odit.

10

20

30

40

50

60

Charitatis perfectae, exempli.

Charitatis inceptio.

Opere diligere.

puritas ueritatis habitare non ualet, tamen si opus dilectionis proximis impendere uideretur. In hoc cognouimus quoniam ex ueritate sumus.] Id est, cum opera pietatis in ueritate facimus, patet quo ex ueritate sumus, quae deus est: utpote qui eius perfectionem pro modo nostro imitemur. Et in conspectu eius suademus corda nostra.] Haec sententia pendet a superioribus. Quia cum opere & ueritate proximis diligimus, manifeste cognoscimus, quoniam in conspectu summae ueritatis suademus corda nostra. Omnes enim homines cum aliquid facere disponunt, ad idem factum meditando corda sua se conuertere suadent. Sed qui mala cogitant, haec a deo si ualerent occultare uellent, ipso attestante qui ait, Omnis enim qui male agit, odit lucem. Et non uenit ad lucem, ut non arguantur opera eius. Qui uero bona operari meditantur, hi facillime suis cordibus persuadent, ut conspectu se patefieri desiderent, quod summae diuinitatis perfectionis indicium esse solet, cum sua opera quisque uel cogitata a Deo gaudet uideri. Unde ipse subsequenter dicit, Qui autem facit ueritatem, uenit ad lucem ut manifestetur eius opera, quia in deo uera facta. Per ueram ergo dilectionem cognoscimus, quoniam ex ueritate sumus, & quoniam in conspectu eiusdem ueritatis suademus corda nostra, hoc est tales cogitationes corda nostra habere suademus quae diuinitis sint dignae conspectibus. Quoniam si reprehenderit nos cor nostrum, maior est Deus corde nostro, & nouit omnia. Si ipsa conscientia accusauerit nos intus, quia non eo animo bona nostra facimus quo facienda sunt, quomodo eius scientiam latere possumus, cui canitur, Ecce tu domine cognouisti omnia, & quia tenebrae non obscurabuntur abs te, & nox sicut dies illuminabitur. Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum.] Si uerum nobis responderit quia diligimus, & germana in nobis dilectio est, & non ficta, sed sincera, salutem fraternam quaerens, nullum emolumentum expectans a fratre nisi salutem ipsius: item si cor nostrum non reprehenderit nos, uidelicet cum in oratione dicimus, Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: fiduciam habemus ad Deum non in conspectu hominum, sed ubi ipse Deus uidet in corde. Et quicquid petierimus accipiemus ab eo, quoniam mandata eius custodimus, & ea quae sunt placita coram eo facimus.] Magna haec & desiderabilis fidelibus data promissio. Si quis uero rati uacors & absurdus est, ut promissis non delectetur caelestibus, saltem pertimescat quod e contrario sapientia terribiliter intonat dicens, Qui auertit aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Neque huic beati Ioannis sententiae contrarium uideri oportet, quod Paulus ter dominum rogauit, ut discederet ab eo Angelus Satanae, nec impetrare potuit, sed dictum est illi

Veritas quomodo in nobis noscatur, & nos ex ueritate.

Cordis & conscientiae accusatio.

Dilectio uera & germana.

Promissio dei non uilipendenda.

li, Sufficit tibi gratia mea. Nam uirtus in infirmitate perficitur. Et si enim non semper ad uoluntatem accipimus orantes, tamen mercedem deuotionis ad salutem accipimus, sicut idem Paulus Dominum rogans, non quod quaerebat, sed quod utile habebat accepit. At contra saepe reprobi exaudiuntur ad uoluntatem, non ad salutem. Unde & eorum caput diabolus, ut beatum Iob tentaret exauditus est ad uoluntatem, sed ad suam damnationem. Ideo enim concessus est iste tentandus, ut eo probato ille esset cruciandus. Cum ergo dixisset Ioannes, quia quodcumque petierimus accipiemus ab eo, quoniam mandata eius custodimus, quasi quaereres quae mandata, continuo subdidit, Et hoc est mandatum eius ut credamus in nomine filij eius Iesu Christi, & diligamus alterutrum, sicut dedit mandatum nobis.] Singulari numero mandatum praemisit, & duo subsequenter adiungit mandata, fidem scilicet & dilectionem, quia nimirum haec ab inuicem separari nequeunt. Neque enim sine fide Christi, recte nos alterutrum diligere, neque uere in nomine Iesu Christi sine fraterna dilectione possumus credere. Et diligamus, inquit, alterutrum, sicut dedit mandatum nobis. Id est puro amore, non sicut latrones, uel quorumlibet aliarum patratore scelerum, qui se utique alterutrum sed non caste diligunt. Sed enim dedit mandatum nobis, cum ait, Hoc est praeceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. Quid est enim, sicut dilexi uos: nisi ad hoc amare ad quod amauit uos, uidelicet ut ad caelestia regna pertingatis: Et qua mercede haec mandata fidei & dilectionis seruantur? Sequitur, Et qui seruat mandata eius, in illo manet, & ipse in eo.] Sit ergo tibi domus Deus, & esto domus Dei, imane in deo, & maneat in te deus. Manet in te deus ut te contineat, manes in Deo ne cadas. Serua mandata eius, tene charitatem. Noli te diuellere a fide illius, ut glorieris in praesentia ipsius, & securus manebis in eo, modo per fidem, tunc per speciem. Manebit & ipse perennis in te, iuxta quod ei Psalmista decantat, In aeternum exultabunt, & habitabis in eis. Et in hoc scimus, quoniam manet in nobis, de spiritu quem dedit nobis.] Primis temporibus cadebat spiritus sanctus super credentes, & loquebantur linguas, quas non didicerant. Nunc autem quia exterioribus signis sancta Ecclesia non indiget, quicumque credens in nomine Iesu Christi frater nam habuerit charitatem, spiritui sancto in se manenti testimonium perhibet. Hoc enim agit spiritus sanctus in homine, ut sit in illo charitas. Quia charitas (inquit Paulus) diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Verum, quia multi charitatem non habentes, & unitatem Ecclesiae peruerso dogmate scindunt, nihilominus spiritum sanctum in se esse contendunt, reue subditur.

Mandatum domini in fide & dilectione.

Domus dei simus.

Spiritus sanctus quomodo olim & quomodo nunc descendat.

Charitatis bona.

60

CAPVT IIII.



Spiritum probans.

Confessio integra.

Iesum soluens.

Nestorij errores.

Charissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex deo sint, quoniam multi pseudoprophetae exierunt in mundum. Et quis est qui probat spiritus, uel unde possunt probari, docet in Euangelio Dominus, ubi talia uentura praedicebat, qualia Ioannes iam suo tempore uenisse probat. Attendite, inquit, a fallis prophetis qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, in uisceribus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis uvas, aut de tribulis ficus? Hi sunt ergo fructus a quibus spiritus maligni qui in pseudoprophetais loquuntur ualent disci, spinarum uidelicet schismatum, & horridi haeresum tribuli, quibus eos qui sibi incaute appropiant, fidem laerando contaminant. Sicut e contrario fructus bonorum, charitas scilicet, gaudium, pax in spiritu sancto per fragrantiam uarum, sicorumque dulcedinem, apte figurantur. In hoc cognoscitur spiritus dei. Omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne uenisse, ex Deo est. Confessio hoc loco non solum catholicae fidei, sed & operationis bonae quae fit per charitatem, intelligitur. Alioquin nonnulli haeretici confitentur, multi schismatici, multi falli catholici Iesum Christum in carne uenisse, sed confessionem suam factis negant, non habendo charitatem. Charitas quippe dei filium adduxit ad carnem. Et ideo quisquis non habet charitatem, negat illum in carne uenisse, talisque spiritum ex deo non habere conuincitur. Ipse autem est spiritus Dei, qui dicit Iesum Christum in carne uenisse, qui dicit non lingua, sed factis, non sonando, sed amando. Et omnis spiritus qui soluit Iesum, ex deo non est. Ille soluit Iesum qui uel diuinitatem eius, uel animam, uel carnem negat, quae eum ueraciter habere fides catholica docet. Soluit & ille Iesum, qui mandata & uerba Iesu uel peruerso uidentur, uel peruersus interpretando corrumpit. Sed & ille qui unitatem sanctae Ecclesiae quam Iesus uenit colligere turbat, Iesum quantum in se est soluere nititur. Nec mirum si tales ex deo non sunt, qui dei opera uel uerba uel sacramenta rescindunt. In tantum nanque ex Deo non sunt, ut quidam eorum qui prauo dogmate separare uolebant ab hominis dispensatione diuinitatem Christi, huc quoque uersiculum quo dicitur, Et omnis spiritus qui soluit Iesum ex deo non est: ex hac Epistola eraserint, ne scilicet per auctoritatem beati Ioannis conuinceretur error eorum. Denique Nestorius nescire se prodidit hanc authenticis exemplaribus inditam fuisse sententiam, atque ideo soluere non timuit Iesum, ac se per hoc deo reddere extraneum, dicens beatam Mariam uirginem non dei, sed hominis tantum exstitisse genitricem, ut aliam personam hominis, aliam faceret deitatis: neque unum Christum in uerbo Dei & carne atque anima credens, sed

separatim alterum filium Dei, alterum hominis praedicans. Et hic est Antichristus de quo audistis quoniam uenit, & nunc iam in mundo est. Venit imminente die iudicii nato in mundo homine illo caeteris amplius nefando, filio iniquitatis, Et nunc iam in mundo est, habitans in mentibus eorum, qui Christo uel professione, uel opere sine remedio praenitendo repugnant. Vos ex deo estis filii, & uicistis eum. Vicistis Antichristum confitendo Iesum Christum in carne uenisse, id est charitatem habendo, quam docuit Iesus Christus ueniens in carne, quam & ipse in Euangelio commendat dicens: Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Quomodo enim poterat filius Dei animam suam ponere pro nobis, nisi carne indueretur, ubi mori posset? Quisquis ergo uiolat charitatem, quodlibet dicat lingua, uita ipsius negat Christum in carne uenisse, & ipse est Antichristus. Et uicistis eum inquit, Sed unde uicerunt? Nunquid liberi uirtute arbitrij? Non utique. Taceat Pelagius, dicat ipse Ioannes, Quoniam maior est qui in uobis est, quam qui in hoc mundo. Docet itaque eos seruare humilitatem, ne uictoriam suis uiribus tribuant, & arrogantia superbiae uincantur. Docet inter aduersa fiduciam spemque semper habere uincendi, memoria retinentes, quia maior est Dominus ad protegendum, quam diabolus ad impugnandum. Ipsi de mundo sunt, ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit. Antichristi id est heretici, & si nomen Christi inuocant, si signo Christi se notant, ipsi tamen de mundo sunt, id est de illorum numero qui mundaena sapiunt, qui infirma quaerunt, qui caelestia ignorat. Et ideo ipsi de mundo loquuntur, mundanae uidelicet sapientiae ratione Christianae fidei aduersantes, dicendo non posse fieri ut filius Dei sit patri coaeternus, ut uirgo intacta pariat, ut caro de puluere resurgat immortalis, ut homo de terra editus mansionem percipiat in caelis, ut recens natus paruulus reatu primi hominis teneatur astrictus, nisi aqua baptismi renatus in Christo saluatur. Et mundus eos audit. Quia spiritualium corda ad mundanos carnales que sensus reuocare a fidei simplicitate non ualent. Sed & catholici quicumque audientes illam domini sententiam, Diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderunt uos, & orate pro persequentibus & calumniantibus uos. Et iterum, Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & uobis pater uester caelestis delicta uestra. Si autem non dimiseritis hominibus, nec pater uester dimittet uobis peccata uestra. Dicunt se nullatenus suas iniurias posse dimittere inultas: hi nimirum de mundo esse, & ideo de mundo loqui conuincuntur. Et quia charitatis uiscera non habent, frustra fidei intemerata mysteria seruant. Sed nec Antichristi nomine possunt carere, qui Christi mandatis probantur aduersari.

Antichristi aduentus.

Antichristum uincit, & Christum uere confitentem.

Gratia maior arbitrio.

De mundo qui sunt.

Sermones mundanorum.

De mundo qui sunt.

Ex Deo qui sunt.

Spirituum discretio.

Charitatis commutatio.

Litator.

uersari. Nosex Deo sumus. Qui nouit deum, audit nos. Qui non est ex Deo, non audit nos. Carnalis enim homo non percipit ea quae sunt spiritus dei. Stultitia enim est illi. Qui ergo non uult audire praedicatores charitatis, profecto iste deum non nosse, neque ex Deo esse cognoscitur, quia charitatem quam erga homines Deus exercuit, imitari negligit. In hoc cognoscimus spiritum ueritatis, & spiritum erroris. In hoc nimirum, quia qui audit nos, spiritum ueritatis habet, qui nos non audit, spiritum habet erroris. Et haec est discretio spirituum, de qua supra monuit dicens, Probate spiritus si ex deo sint. Sed uideamus quid moniturus est, in quo illum audire debeamus. Charissimi diligamus inuicem, quia charitas ex deo est. Multum commendauit charitatem, quam dixit ex deo esse, Plus diciturus est, intente audiamus. Et omnis qui diligit, ex Deo natus est, & cognoscit deum. Qui non diligit, non nouit Deum, quia Deus charitas est. Quid amplius dici potuit? Deus charitas est. Facere ergo contra charitatem, facere contra Deum est. Nemo dicat, in homine peccato, quando non diligo fratrem meum: & facile est peccatum in hominem, si in Deum solum non peccem. Quomodo non peccas in Deum, quando in charitatem peccas? Deus charitas est. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium suum unigenitum misit Deus in mundum ut uiuamus per eum. Quomodo ipse Dominus ait, Maior est hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Et ibi probata est dilectio Christi in nos, quia mortuus est pro nobis. Dilectio patris inde probata est in nobis, quia filium suum unicum misit mori pro nobis. Sic & Paulus Apostolus ait, Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo nobis omnia donauit? In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos. Non illum dileximus prius. Nam ad hoc dilexit nos, ut diligamus eum. Gratia quippe hominem praenit ut diligit deum, qua dilectione operetur bona. Vnde Psalmista: Deus meus, inquit, misericordia eius praenit me. Et misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Et hoc est maximum in nos diuinae charitatis indicium, quia cum necdum ipsi pro peccatis nostris eum petere nossemus, misit ille filium suum ad nos, qui nobis in se credentibus ultro ueniam daret, nosque ad paternae gloriae societatem uocaret. In quibusdam codicibus hic uersiculus ita legitur, Et misit filium suum litatorem pro peccatis nostris. Litator autem, sacrificator est. Sacrificauit enim filius Dei pro peccatis nostris non hostias pecudum, sed seipsum offerendo. Vnde bene Paulus admonens ait, Estote ergo imitatores Dei sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis. Cui sententiae contrenit hoc quod hic quoque Ioannes exhortando subiunxit, dicens: Charissimi, si Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere. Quod autem sequitur, Deum nemo uidit unquam. Maiori disputatione indiget, cum Dominus & hominibus mundo corde Deum uidendum promittat, & de sanctis dicat, quod Angeli eorum semper in caelis uideant faciem patris. Hanc autem sententiam & ibi in Euangelio suo ponit idem Ioannes, ubi etiam quomodo Deus uideri possit, consequenter adiungit dicens, Unigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Quod beatus pater Ambrosius ita exposuit: Et ideo Deum nemo uidit unquam, quia eam quae in deo habitat plenitudinem diuinitatis, nemo conspexit, nemo mente aut oculis comprehendit. Vidit enim, ad utrunque referendum est. Denique cum additur, Unigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit: mentium magis quam oculorum uisio declaratur. Species enim uidetur, uirtus uero narratur. Illa oculis, haec mente comprehenditur. Item beatus Augustinus in libro de uidentur deo, de eadem disputans quaestione, Proinde (inquit) narrante unigenito, qui est in sinu patris narratione ineffabili, creatura rationalis, munda & sancta, impletur dei uisione ineffabili quam tum consequemur, cum dentur ista uisibilia corporis sensibus nota, deum eo modo uisus est, non sicut ista natura uidetur, sed uoluntate uisus est specie qua uoluit apparere, latente natura, atque in se incommutabiliter permanente. Eo autem modo quo uidetur sicuti est, nunc fortasse uidetur a quibusdam angelis suis sanctis. A nobis autem tunc ita uidebitur, cum eis facti fuerimus aequales. Et post aliquanta exponens sententiam sancti Ambrosii Deum, inquit, nemo uidit unquam, uel in hac uita sicut ipse est, uel etiam in Angelorum uirtute. sicut uisibilia ista quae corporali uisione certantur, quia unigenitus filius qui est in sinu patris ipse enarrauit. Vnde non ad oculorum corporalium, sed ad mentium uisionem dictum est pertinere quod narrat. Item post multa. Ad eam uero uisionem (inquit) qua uidebimus deum si cuti est, mundana corda commouit. Quia enim corpora, consuetudine loquendi uisibilia nominantur, propterea deus inuisibilis dicitur, ne corpus esse credatur. Non quia munda corda suae substantiae contemplatione fraudabit, cum hac magna & summa merces deum colentibus & diligentibus promittatur, dicente ipso Domino quando corporalibus oculis uisibiliter apparebat, & inuisibilem se contuendum mundis cordibus promittebat. Qui diligit me, diligitur a patre meo, & ego diligam eum, & ostendam me ipsum illi. Haec quippe natura eius aequaliter cum patre inuisibilis, sicut aequaliter

uerari. Nosex Deo sumus. Qui nouit deum, audit nos. Qui non est ex Deo, non audit nos. Carnalis enim homo non percipit ea quae sunt spiritus dei. Stultitia enim est illi. Qui ergo non uult audire praedicatores charitatis, profecto iste deum non nosse, neque ex Deo esse cognoscitur, quia charitatem quam erga homines Deus exercuit, imitari negligit. In hoc cognoscimus spiritum ueritatis, & spiritum erroris. In hoc nimirum, quia qui audit nos, spiritum ueritatis habet, qui nos non audit, spiritum habet erroris. Et haec est discretio spirituum, de qua supra monuit dicens, Probate spiritus si ex deo sint. Sed uideamus quid moniturus est, in quo illum audire debeamus. Charissimi diligamus inuicem, quia charitas ex deo est. Multum commendauit charitatem, quam dixit ex deo esse, Plus diciturus est, intente audiamus. Et omnis qui diligit, ex Deo natus est, & cognoscit deum. Qui non diligit, non nouit Deum, quia Deus charitas est. Quid amplius dici potuit? Deus charitas est. Facere ergo contra charitatem, facere contra Deum est. Nemo dicat, in homine peccato, quando non diligo fratrem meum: & facile est peccatum in hominem, si in Deum solum non peccem. Quomodo non peccas in Deum, quando in charitatem peccas? Deus charitas est. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium suum unigenitum misit Deus in mundum ut uiuamus per eum. Quomodo ipse Dominus ait, Maior est hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Et ibi probata est dilectio Christi in nos, quia mortuus est pro nobis. Dilectio patris inde probata est in nobis, quia filium suum unicum misit mori pro nobis. Sic & Paulus Apostolus ait, Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo nobis omnia donauit? In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos. Non illum dileximus prius. Nam ad hoc dilexit nos, ut diligamus eum. Gratia quippe hominem praenit ut diligit deum, qua dilectione operetur bona. Vnde Psalmista: Deus meus, inquit, misericordia eius praenit me. Et misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Et hoc est maximum in nos diuinae charitatis indicium, quia cum necdum ipsi pro peccatis nostris eum petere nossemus, misit ille filium suum ad nos, qui nobis in se credentibus ultro ueniam daret, nosque ad paternae gloriae societatem uocaret. In quibusdam codicibus hic uersiculus ita legitur, Et misit filium suum litatorem pro peccatis nostris. Litator autem, sacrificator est. Sacrificauit enim filius Dei pro peccatis nostris non hostias pecudum, sed seipsum offerendo. Vnde bene Paulus admonens ait, Estote ergo imitatores Dei sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis. Cui sententiae contrenit hoc quod hic quoque Ioannes exhortando subiunxit, dicens: Charissimi, si Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere. Quod autem sequitur, Deum nemo uidit unquam. Maiori disputatione indiget, cum Dominus & hominibus mundo corde Deum uidendum promittat, & de sanctis dicat, quod Angeli eorum semper in caelis uideant faciem patris. Hanc autem sententiam & ibi in Euangelio suo ponit idem Ioannes, ubi etiam quomodo Deus uideri possit, consequenter adiungit dicens, Unigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Quod beatus pater Ambrosius ita exposuit: Et ideo Deum nemo uidit unquam, quia eam quae in deo habitat plenitudinem diuinitatis, nemo conspexit, nemo mente aut oculis comprehendit. Vidit enim, ad utrunque referendum est. Denique cum additur, Unigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit: mentium magis quam oculorum uisio declaratur. Species enim uidetur, uirtus uero narratur. Illa oculis, haec mente comprehenditur. Item beatus Augustinus in libro de uidentur deo, de eadem disputans quaestione, Proinde (inquit) narrante unigenito, qui est in sinu patris narratione ineffabili, creatura rationalis, munda & sancta, impletur dei uisione ineffabili quam tum consequemur, cum dentur ista uisibilia corporis sensibus nota, deum eo modo uisus est, non sicut ista natura uidetur, sed uoluntate uisus est specie qua uoluit apparere, latente natura, atque in se incommutabiliter permanente. Eo autem modo quo uidetur sicuti est, nunc fortasse uidetur a quibusdam angelis suis sanctis. A nobis autem tunc ita uidebitur, cum eis facti fuerimus aequales. Et post aliquanta exponens sententiam sancti Ambrosii Deum, inquit, nemo uidit unquam, uel in hac uita sicut ipse est, uel etiam in Angelorum uirtute. sicut uisibilia ista quae corporali uisione certantur, quia unigenitus filius qui est in sinu patris ipse enarrauit. Vnde non ad oculorum corporalium, sed ad mentium uisionem dictum est pertinere quod narrat. Item post multa. Ad eam uero uisionem (inquit) qua uidebimus deum si cuti est, mundana corda commouit. Quia enim corpora, consuetudine loquendi uisibilia nominantur, propterea deus inuisibilis dicitur, ne corpus esse credatur. Non quia munda corda suae substantiae contemplatione fraudabit, cum hac magna & summa merces deum colentibus & diligentibus promittatur, dicente ipso Domino quando corporalibus oculis uisibiliter apparebat, & inuisibilem se contuendum mundis cordibus promittebat. Qui diligit me, diligitur a patre meo, & ego diligam eum, & ostendam me ipsum illi. Haec quippe natura eius aequaliter cum patre inuisibilis, sicut aequaliter

Deum nemo uidit unquam.

Visibilia.

incorruptibilis est. Quae continuatim Aposto-
lus posuit dicens. Regi autem seculorum inuisi-
bili, incorruptibili: diuinam substantiam qua
potuit hominibus praedicatione commendat.
Deus ergo res est inuisibilis, neque oculo sed
mente quaerendus est. Sed quemadmodum si
solem istum uidere uellemus, oculum corporis
purgaremus, unde lux uideri potest: ita uolentes
uidere deum, oculum cordis quo Deus uideri
potest, purgemus. Beati enim mundo corde,
quoniam ipsi Deum uidebunt. Verum quia haec
uisio in futuro speratur, quid agendum nobis
est, dum adhuc constituti in corpore peregrina-
mur a domino? quo solatio utendum ubi diui-
na uisione necdum licet perfrui? Si diligamus
inuicem, Deus in nobis manet. Sed nemo putet hanc
dilectionem, in qua Deus manet, abiecta & de-
sidiola quadam mansuetudine, imo non man-
suetudine, sed remissione & negligentia seruari.
Non est ista charitas, sed languor: seruetur ha-
ritas ad emendandum, ad corrigendum. Si sunt
boni mores, delectentur mali, emendentur, cor-
rigantur. Si ergo diligamus inuicem sincera &
disciplinabili charitate, Deus in nobis manet,
operibus quidem ipsius charitatis manifestatus,
quamuis nondum uisibiliter appareat. Et cha-
ritas eius in nobis perfecta est. Quarendum autem
quomodo dicat perfectionem diuinam charita-
tis in mutua dilectione consistere, cum Domi-
nus in Euangelio pronunciet non esse magnum
si diligamus eos qui nos diligunt, nisi ad inimi-
cos etiam de quibus hic penitus tacere uidetur,
eadem dilectio pertingat. Nisi forte ipsos quo-
que inimicos fraterni amoris intuitu diligere
debeamus, uidelicet ut non semper inimici re-
maneant, sed resipiscant a diaboli laqueis, no-
bisque germano foedere socientur. Si diligamus,
inquit, inuicem Deus in uobis manet, & chari-
tas eius in nobis perfecta est. Incipe diligere,
perficietis. Coepisti diligere, coepit Deus in te
habitare, ut perfectius habitando factat te per-
fectum. In hoc cognoscimus quoniam in eo manemus,
& ipse in nobis, quoniam de spiritu sancto suo dedit nobis.
Hoc ipsum quia de spiritu suo dedit tibi, unde
cognoscis? Interroga uiscera tua. Si plena sunt
charitate, habes spiritum Dei, Paulo attestante
quia ait: Quia charitas Dei diffusa est in cordi-
bus nostris, per spiritum sanctum qui datus est
nobis. Et nos uidimus & testificamur, quoniam pater
misit filium suum saluatorem mundi. Nemo de salu-
te desperet, quia & si magni sunt morbi scele-
rum qui deprimunt, omnipotens medicus uenit
qui saluet. Tamen meminerit quisque, quia
idem filius Dei qui uenit mitis ut saluaret, uen-
turus est districtus ut iudicet. Quisquis confes-
sus fuerit quoniam Iesus est filius Dei, Deus in eo manet, &
ipse in Deo. Perfectam cordis confessionem pos-
sit fraude corrumpi, nec persequentium paga-
norum tormentis conuassari, nec carnalium

Charitas uera.

Charitas uera quomodo consistat in dilectione mutua.

Spiritus sancti datus quomodo noscatur.

Confessio perfecta.

fratrum exemplis, nec propriae fragilitatis seg-
nitiā titubare. Sunt etenim qui etiam uerbis ne-
gant Iesum esse filium Dei, quales multi fuisse
produntur, eo ipso tempore quo haec scribe-
bat Ioannes. Sunt item qui confitentur uerbis,
& factis negant. Vnde bene qui nunc ait, Qui-
cunque confessus fuerit, quoniam Iesus est fi-
lius dei, Deus in eo manet & ipse in Deo, ipse
paulo superius dixit, Si diligamus inuicem, De-
us in nobis manet, insinuans profecto quia quis-
quis dilectionem in fratres habet, ille uere Ie-
sum Dei filium esse testatur. Et nos cognouimus
& credidimus charitati, quam habet deus in nobis. Co-
gnouimus quoniam Iesus est filius Dei, & quia
pater misit eum saluatorem mundi. Et credidimus
charitati quam habet Deus in nobis, quia uide-
licet cum haberet filium unicum, noluit illum
esse unum, sed ut fratres haberet, adopravit illi
qui cum illo possiderent uitam aeternam.
Deus charitas est. Iam dixit illud superius, ec-
ce iterum dicit, Amplius tibi non potuit chari-
tas commendari, quam ut diceretur Deus. For-
te munus Dei contempturus eras, nunquid &
& Deum contemnis? Et qui manet in charitate,
in Deo manet & Deus in eo. Vicissim in se habi-
tant qui continet & qui continetur. Habitas in
Deo, sed ut continearis: habitat in te Deus, sed
ut contineat ne cadas, quia sic de ipsa charita-
te Apostolus ait, Charitas nunquam cadit. Quo-
modo cadit quem continet Deus? In hoc per-
fecta est charitas nobiscum, ut fiduciam habeamus in die
iudicii. Dicit, quomodo se probet unusquis-
que quantum in illo profecerit? Quisquis fi-
duciam habet in die iudicii, perfecta est in il-
lo charitas. Quid est habere fiduciam in die iu-
dicii? Non timere, ne ueniat dies iudicii. Cum
enim quis primo poenitentem se de male actis
conuerterit, incipit timere diem iudicii, ne ui-
delicet apparente iusto iudice, ipse damnetur
iniustus. Processu uero bonae conuersationis
animatus, disceat non timere quod timebat, sed
potius optare ut ueniat ille desideratus cunctis
gentibus, sperans se cum sanctis merito bonae
actionis esse coronandum. Vnde autem fidu-
ciam in die iudicii habere possumus, plenius
subdendo manifestat. Quia sicut ille est, & nos
sumus in hoc mundo. Nunquid uero potest esse
homo sicut deus? Sed meminisse oportet quod
& supra dictum est, quia non semper ad aequa-
litatem dicitur Sicut, sed dicitur ad quandam
similitudinem. Quando enim dicit, sicut au-
res habeo, ita habet & imago, nunquid om-
nino sic? Sed tamen dicit, sicut. Si ergo facti su-
mus ad imaginem dei, quare non sicut Deus su-
mus? non ad aequalitatem, sed pro modo nostro.
Inde ergo nobis datur fiducia in die iudicii,
quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo:
imitando uidelicet perfectionem dilectionis
in mundo, cuius ille exemplum nobis quotidie
praebet de caelo. De qua saluator in Euangelio,
Diligite,

Charitas Dei in nos.

Fiducia habenda.

Sicut deus & nos.

Diligite, inquit, inimicos uestros, & orate pro
persequentibus & calumniantibus uos, ut sitis
sicut pater uestri qui in caelis est, qui solent suum
oriri facit super bonos & malos, & pluit super
iustos & iniustos. Timor non est in charitate. In
tali uidelicet charitate quae ad imitationem di-
uinae bonitatis etiam inimicis bene facere & hos
diligere nouit. Sed perfecta charitas foras mittit ti-
morem. Illud scilicet timorem, de quo dicitur,
Initium sapientiae timor domini. Quo timet quis-
que incipiens opera iustitiae, ne ueniat distri-
ctus iudex, & se minus castigatum inueniens
damnet. Hinc timorem illa charitas pellit foras,
quae pro merito iustitiae fiduciam habet in die
iudicii. Sed & praesentium aduersitatum ti-
morem, perfecta charitas eicit ex animo.
Quam habere querebat, qui Domino suppli-
cans aiebat: A timore inimici eripe animam me-
am. Quam habebat qui dixit, Quis nos separa-
bit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia,
an persecutio, an fames, an nuditas, an pericu-
lum, an gladius, & caetera. Quia timor poenam ha-
bet. Torquet cor conscientia peccatorum,
quod nondum facta est iustificatio. Ideo in Psal-
mo de ipsa perfectione iustitiae, Conuertisti (in-
quit) planctum meum in gaudium mihi, con-
scidisti saccum meum, & praecinxisti me laetitia
ut cantem tibi gloria mea, & non compungar.
Id est, non sit quod stimulet conscientiam meam.
Stimulat timor, sed noli timere. Intra chari-
tatem, quae sanat quod uulnerat timor. Qui au-
tem timet, non est perfectus in charitate. Quia nimi-
rum timor poenam habet, quomodo sectio me-
dici poenam habet: quamuis sicut sectione me-
dici salus optata, ita timorem charitas desidera-
ta subsequatur. Nec putari debet his beati Ioan-
nis sermonibus esse contrarium quod Psal-
mista dicit, Timor Domini sanctus permanet in
seculum seculi. Duo nanque sunt timores. Va-
nus quo timeant homines Deum, ne mitentur
in gehennam. Ipse est timor ille qui introducit
charitatem, sed sic uenit ut exeat. Si enim ad-
huc propter poenas times Deum, nondum amas
quem sic times. Non bona desideras, sed mala
caues. Sed ex eo quod mala caues, corrigis te, &
incipis bona desiderare. Cum bona desiderare
coeperis, erit in te timor sanctus, ille scilicet ne
ipsa bona amittas, ne mittaris in gehennam. Sed
ne te deferat praesentia Domini quem ample-
cteris, quo in aeternum frui desideras. Nos er-
go diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos. Di-
ligamus, quia prior dilexit nos. Nam unde dili-
geremus, nisi ipse prius dilexisset nos? Hinc e-
nim ipse in Euangelio dicit, Non uos me elegi-
stis, sed ego elegi uos. Ita autem perfecti erimus
in charitate, si quemadmodum nullius alterius
nisi salutis nostrae gratia prior nos ille dilexit,
ita eum nos quoque nullius rei nisi amoris di-
lexerimus obtentu. Verum quia sunt qui uer-
bo tenus deum diligunt, consulte subiungitur,

Timor non est in charitate.

Si quis dixerit quoniam diligo deum, & fratrem suum de-
rit, mendax est. Vnde probas quia mendax est?
Audi. Qui enim non diligit fratrem suum quem uidet,
quomodo potest diligere? Qui diligit fratrem suum,
diliget deum. Necessesse est ut diligat deum, ut di-
ligat ipsam dilectionem. Deus enim dilectio est.
Et ne quis dicere auderet, & quid obstat dilige-
re deum, etiam si non diligo fratrem? recte sub-
ditur, Et hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit
deum, diligit & fratrem suum. Quomodo enim di-
ligis eum, cuius odisti mandatum? Quis est
qui dicat, diligo imperatorem, sed odi leges eius?
Non ita uerus Dei amator, sed uide inquit, quia
mandata tua dilexi domine. Et ideo confiden-
ter adiungit, In tua misericordia uiuifica me.

CAPUT V.



Quis qui credit quoniam Iesus est Chris-
tus, ex deo natus est. Quis est qui
credit quoniam Iesus est Christus?
Qui sic uiuit quomodo praecipit
Christus. Nemo hereticorum, ne
Iesus est Christus. Nam & demones credunt &
contremiscunt, & confitebantur, sicut in Euan-
gelio legimus, & sciebant ipsum esse Christum;
Sed quia dilectionem & opera ueritatis non ha-
bent, ex deo non sunt. Et omnis qui diligit eum qui
genuit, diligit & eum qui natus est ex eo. Mira ante
praedicationis beatus Ioannes ad dilectionem
proximi nos accendere curauit, primo comme-
morans quia omnis qui perfecte credit, ex deo
sit natus: deinde insinuans quam iustum sit ut
qui deum diligit, diligit & eum qui ex deo na-
tus est. Si quis enim tantae tarditatis est ut homi-
nem quia homo est, quia secum eandem in ter-
ra peregrinationem tolerat, amare neglexerit:
admonendus est, ut saltem ob id illum amet, quia
ex deo natus est, quia particeps secum diuiniae
gratiae factus est, quia eadem secum uitae caele-
stis praemia expectat. Quae quidem exhortatio
specialiter ad illos pertinet, qui non solum huma-
nae consortio naturae, sed & fidei professio-
ne fratres sunt nobis effecti. Verum quia non-
nulli sunt qui proximos diligunt, sed propter
consanguinitatem, uel propter aliquod com-
modum temporale, recte sanctus Euangelista qui
sit uerus proximi amor subdendo manifestat,
In hoc cognoscimus quoniam diligimus natos dei, cum de-
um diligamus, & mandata eius faciamus. Ille ergo so-
lus recte proximum diligere & probatur, qui
& conditoris amore flagrare cognoscitur. & ne-
quis seipsum de conditoris amore falleret, uer-
bo tenus se amare profitendo, bene cum dixis-
set, In hoc cognoscimus, quoniam diligimus
natos Dei, cum Deum diligamus, addidit, &
mandata eius faciamus. Haec enim est Charitas
Dei, ut mandata eius custodiamus. Hoc & ipse Do-
minus dicit: Siquis diligit me, sermonem meum
seruabit. Probatio ergo dilectionis, exhibitio

Credet Iesus esse Christum.

Dilectioe nis proximi insinuat.

Diligat uere quis proximum.

est operis. Vere enim diligimus, si ad mandata eius a nostris nos uoluntatibus coarctamus. Nam qui adhuc per illicita desideria defluit, profecto Deum non amat, quia ei in sua uoluntate contradicit. *Et mandata eius grauiora non sunt.* Et ipse Dominus dicit: iugum meum suauis est, & onus meum leue. Neque his uel domini uel beati Ioannis uerbis debet uideri aduersum, quod & ipse Dominus alibi dicit, quia angusta porta & arcta uia est quae ducit ad uitam. Et propheta ad eum: Propter uerba, inquit, labiorum tuorum ego custodiui uias duras. Et Apostolus: Quia per multas tribulationes oportet nos introire in regnum dei. Quae enim natura sua dura sunt & aspera, spes caelestium praemiorum & amor Christi facit esse leuia. Durum nanque est persecutiones pati propter iustitiam, sed & hoc facit suauis, quod ipsorum qui sic patiuntur est regnum caelorum. Vnde bene subditur, *Quoniam omne quod natum est ex deo, uincit mundum.* Ideo nanque mandata diuina non sunt grauiora, quia omnes qui uera deuotione his mancipantur, & aduersa mundi huius & blandimenta pariter contemnant, ipsam quoque mortem uelut in greffum patriae caelestis amantes. Et ne quis sua uirtute mundi uel luxuriam uel labores se posse superare confideret, consulte subiungit,

Mundum uincere.

Fides uincens mundum.

Et haec est uictoria quae uincit mundum, fides nostra. Illa nimirum fides, quae per dilectionem operatur. Illa fides, quae eius humiliter auxilium flagitamus, qui ait, In mundo pressuras habebitis, sed confidite, ego uici mundum. *Quis est qui uincit mundum, nisi qui credit quoniam Iesus est filius dei?* Vincit mundum, qui Iesum filium Dei esse credens, digna eidem fidei opera iungit. Sed nunquid sola diuinitatis eius fides & confessio ualeat ad salutem sufficere? Vide sequentia. *Hic est qui uenit per aquam & sanguinem, Iesus Christus.* Qui ergo erat aeternus Dei filius, factus est homo in tempore, ut qui nos per diuinitatis suae potentiam creauerat, per humanitatis suae infirmitatem recrearet. Qui uenit per aquam & sanguinem, Aquam uidelicet lauacri, & sanguinem suae passionis. Non solum baptizari propter nostram ablutionem dignatus est, ut nobis baptismi sacramentum consecraret ac traderet, uerum etiam sanguinem suum dedit pro nobis, sua nos passione redimens, cuius sacramentis semper refecti nutrimur ad salutem. *Et spiritus est qui testificatur, quoniam Christus est ueritas.*

Spiritus de baptismo testis.

Baptizato in Iordane Domino descendit spiritus sanctus in specie columbae super eum, testimonium illi perhibens, quia ueritas est, hoc est uerus dei filius, uerus mediator dei & hominum, uerus humani generis redemptor ac reconciliator, uere ipse mundus ab omni contagione peccati, uere sufficiens tollere peccata mundi. Quod etiam ipse Baptista uiso eiusdem spiritus aduentu intelligens, ait: Qui me misit baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem ui-

deris spiritum descendentem & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego uidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei. Quia ergo spiritus Iesum Christum esse ueritatem testatur, ipse se ueritatem cognominat, Baptista illum ueritatem praedicat, filius tonitruum ueritatem euangelizat, taceant blasphemii, qui hunc phantasma esse dogmatizant; pereat de terra memoria eorum, qui eum uel Deum uel hominem esse uerum dene-gant. *Quoniam tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis.* Spiritus dedit testimonium, quoniam Iesus est ueritas, quando super baptizatum descendit. Si enim uerus Dei filius non esset, nequaquam in eum tanta manifestatione spiritus sanctus ueniret. Aqua etiam & sanguis dederunt testimonium, quoniam Iesus est ueritas, quando de latere eius in cruce mortui manarunt. Quod nullatenus fieri posset, si ueram carnis naturam non haberet. Sed & hoc quod ante passionem cum oraret factus est sudor eius sicut guttae sanguinis decurrerent in terram, ueritati carnis assumptae testimonium dant. Nec reticendum quod in hoc quoque sanguis & aqua testimonium illi dederunt, quod de latere mortui uiuaciter effluerunt, quod erat contra naturam corporum mortuorum, atque ob id mysterijs aptum, & testimonio ueritatis fuit congruum, uidelicet insinuans quia & ipsum domini corpus melius post mortem esse uicturum resuscitatum in gloria, & ipsa mors illius nobis uitam donaret. Hoc quoque quod sudor eius instar guttae sanguinis decurrebat in terram, testimonium perhibebat illi sacro mysterio quod ecclesiam toto orbe suo sanguine lauaret. Tres sunt ergo qui testimonium perhibent ueritati.

Et tres (inquit) unum sunt. Individua nanque haec manent, nihilque eorum a sui connexione se iungitur, quia nec sine uera credenda est humanitate diuinitas, nec sine uera diuinitate humanitas. Sed & in nobis haec unum sunt, non natura eiusdem substantiae, sed eiusdem operatione mysterij. Nam sicut beatus Ambrosius ait, Spiritus manentem renouat, aqua proficit ad lauacrum, sanguis spectat ad precium. Spiritus enim nos per adoptionem Dei filios fecit, sacri fontis unda nos abluuit, sanguis Domini nos redemit. Alterum ergo inuisibile, alterum uisibile testimonium sacramento consequitur spiritali. Si testimonium hominis accipimus, testimonium Dei maius est, quoniam hoc est testimonium dei quod maius est, quia testificatus est de filio suo. Magnum est testimonium hominis quod perhibet de filio Dei, dicens: Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis. Et ex persona ipsius filij: Dominus dixit ad me, filius meus es tu. Itemque ex persona patris loquentis de filio. Ipse inuocabit me, pater meus es tu, Deus meus & susceptor salutis meae. Pater meus, quia ego filius dei. Deus meus

quia ego homo. Susceptor salutis meae, quia ego

Tres de Christo testimonium perhibentes.

Tres unum sunt.

Testimonium hominis de Christo Deo.

ego passurus & a morte saluandus sum. Et ego (inquit) primogenitum ponam illum excelsum praeregibus terrae. Magnum hoc testimonium uerum & omni acceptione dignum hoc testimonium hominis de filio Dei, sed multo maius est testimonium dei, qui testificatus est ipse de filio suo, cum de caelo illum alloquens ait, Tu es filius meus dilectus, in te complacuit mihi. Magnum est testimonium praecursoris, quod de Dei filio perhibens ait, Ego baptizo uos aqua, ille uero baptizabit uos spiritu sancto. Maius est testimonium patris, quo spiritum sanctum in eum quo semper erat plenus etiam uisibiliter misit.

Testimonium Dei de eodem.

Credere in filium Dei.

Mendacem facientes deum patrem.

Uita aeterna quomodo datur nobis.

Qui credit in filium dei, habet testimonium dei in se. Qui ita credit in filium dei, ut exerceat operando quod credit, habet testimonium dei in se. Illud utique quia ipse quoque in filiorum dei numero iure computetur, ipso unico filio Dei suis fidelibus pollicente. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus. Quod si testimonium dei habere merueris, si deum testem tuae fidei intemeratae possideris, quid te hominum in famia, quod etiam persecutio laedit? Si enim Deus pro nobis, quis contra nos? Qui non credit filio, mendacem facit eum, quoniam non credit in testimonium quod testificatus est deus de filio suo. Frustra Iudaei, frustra haeretici patrem se credere & uenerari putant, quando Christum contemnant, & ei credere renuntiant. Qui enim non honorificat filium, non honorificat patrem, qui misit illum. Qui non credunt filio qui ait, Ego & pater unum sumus: & interrogante Caipha, ac dicente, Tu Christus filius dei benedicti? Respondit: Ego sum. Sed eum uel non esse Christum, uel non esse filium dei, uel non esse similem patri contendunt: mendacem profecto faciunt patrem, quia non credunt in testimonio quod testificatus est de filio suo. In illo uidelicet quod & supra meminimus: Tu es filius meus dilectus, in te complacuit mihi. Sed & in illo quod ei imminente hora passionis perhibuit, dum orante illo ac dicente: Pater, saluifica me ex hac hora, sed propter ea ueni in hanc horam. Pater clarifica nomen tuum: respondit etiam turba audiente de caelo: Et clarificauit, & iterum clarificabo. uerum se deum patrem esse significans in caelis illius, qui ut uerus homo mortem passurus erat in terra.

Et hoc est testimonium, quoniam uitam aeternam dedit nobis deus. Dedit, inquit, uitam aeternam nobis. Et ipse qui loquitur, adhuc uitam temporalem & morti obnoxiam agebat in carne. Sed ita dedit nobis uitam aeternam, sicut dedit nobis potestatem filios dei fieri credentibus in nomine eius. Vt enim scias datam tibi esse a Deo potestatem habere uitam aeternam, audi prophetam: Quis est homo qui uult uitam, & cupit uidere dies bonos? Cohibe linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum, & cetera usque ad finem Psalmi. Dedit ergo nobis uitam aeternam, sed adhuc in terra peregrinans.

tibus in spe, quam daturus est in caelis ad se peruenientibus in te. *Et haec uita in filio est.* In fide scilicet & confessione nominis eius, in perceptione sacramentorum eius, in obseruatione mandatorum eius. Hinc & ipse ait: Nemo uenit ad patrem nisi per me. Et Petrus de illo: Neque enim nomen est aliud sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri.

Qui habet filium, habet uitam. Qui non habet filium dei, uitam non habet. Ne parum dicere uideretur uitam esse in filio, addidit ipsum filium esse uitam. Quod idem quoque filius patrem glorificans, ostendit ubi ait: Sicut enim habet pater uitam in semetipso, sic dedit & filio uitam habere in semetipso. Qualiter autem eadem uita quae filio est & patri communis, etiam credentes illustret, idem filius alibi ad patrem orans insinuat. Sicut dedisti ei potestatem, inquit, omnis carnis, ut omne quod dedisti ei det eis uitam aeternam. Haec est autem uita aeterna, ut cognoscant te solum uerum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Haec scripsit uobis, ut sciatis quoniam uitam habetis aeternam, qui creditis in nomine filij dei. Vt sciatis, inquit, ut certi sitis futurae uestrae beatitudinis, qui creditis in Christo, ut non seducamini per fraudem eorum, qui Iesum esse Dei filium negant, & ideo nihil eis profuturum asseuerant qui in nomine eius crediderunt. Et mira haereticorum uersantia, qui totiens per totam hanc Epistolam appellato Dei filio, ipsi contra, non filium, sed creaturam dei, Christum esse confirment. Quod nusquam profus legunt, nisi dum humanitatis eius mentio celebratur. *Et haec est fiducia quam habemus ad eum, quia quodcumque petierimus secundum uoluntatem eius, audit nos.* Magnam nobis fiduciam praebet sperandi a Domino bona caelestia, quod & in hac uita quicquid salubriter eum petierimus, impetramus. iuxta quod etiam ipse in Euangelio credentibus promittit. Dico uobis, inquit, omnia quaecumque orantes petitis, credite quia accipietis, & euentient uobis. Notandum autem quod ita orantes exaudimur a Domino, si ea quae ipse iussit petimus. Dicit autem ipse: Primum quaerite regnum Dei, & iustitiam eius. Vnde bene & Ioannes cum dixisset, Quodcumque petierimus exaudit nos: interposuit, secundum uoluntatem eius. Ergo super his tantum plenam nos & indubitabilem iussit exauditionis habere fiduciam, quae non nostris commodis, nec solatijs temporalibus, sed domini congruant uoluntati. Quod etiam in oratione dominica inferere praecipitur, Fiat uoluntas tua: scilicet non nostra. Si enim & illud Apostoli recorde mur. Quoniam quid oremus secundum quod oportet, nescimus, intelligimus nos non nunquam saluti nostrae contraria postulare, & commodissime nobis ab eo qui utilitatem nostram rectius quam nos inuenerit, ea quae poscimus

Filius est uita.

Haereticorum uersantia.

Fiducia nostra de Christo.

Exaudiendi a domino.

denegari. Quod ipsi quoque magistro genitum accidisse non dubium est. Et scimus quoniam audit nos quicquid petierimus. Scimus quoniam habemus petitiones quas postulamus ab eo.] Multipliciter eadem quae praemisera inculcat, ut nos ad orandum uiuacius excitet. Sed manet obiectio quam po-

Eorundem non inanis repetitio. Petere secundum uoluntatem petamus nostrri conditoris.

Peccata non ad mortem.

Confitemur dum. Grauiorum remissio presbyteros.

Peccatum ad mortem an sit remissibile.

Alexandri peccatum.

ternitatem oppugnando peccauerat. Pro his autem qui non abruperant amorem, sed timore succubuerant, orat ut eis ignoscatur. Sicut enim dicitur: Alexander aeternus multa mala mihi ostendit, reddat illi Dominus secundum opera eius. Quem & tu deuota, ualde enim restitit nostris sermonibus. Deinde subiungit pro quibus orat, ita dicens: In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt, non illis imputetur. Potest autem peccatum ad mortem, peccatum usque ad mortem accipi. Pro quo rogare quempiam uetat, quia scilicet peccatum quod in hac uita non corrigitur, eius uenia frustra post mortem postulatur. Verum si sequentia diligenter inspicimus, magis superior sensus huius lectionis tenori congruere uidetur. Nam subditur, Omnis iniquitas peccatum est, & est peccatum ad mortem, & cetera.] Tanta est (inquit) diuersitas peccatorum, ut omne quod ab aequitatis ratione discrepat, inter peccata numeretur, quamuis minima peccata iustis suae iustitiae meritum nequaquam auferre, uel minuere possint, illa duntaxat sine quibus hanc uitam nullatenus transigere ualent, & item quaedam peccata tantum ab omni iustitiae sorte discordant: tanta iniquitate patrentur, ut absque ulla contradictione factorem suum, nisi corrigantur, aeternam mergant in poenam. De quibus scriptum est: Anima quae peccauerit, ipsa morietur. Qua beati Ioannis sententia manifeste repudiatur inepta Stoicorum disputatio, qui dicere ausi sunt contra omnem generis humani sensum, & affirmare, quod omnia peccata sint paria, dicentes nihil distare utrum hominem quis furatus sit, an bouem, an gallinam: quia non animal crimen, sed animus fecerit. Quos Iouinianus sequutus est hereticus, astruens nullam nuptiarum & uirginitatis esse distantiam, non abstinentes in aliquo retributionis priuilegio, simpliciter epulantibus esse praefereandos. Omne itaque quod inique committitur uel cogitatur, ad peccatum referendum est. Sed sunt peccata quaedam ad mortem, de quibus dicit Apostolus, Quoniam qui talia agunt, regnum dei non consequentur. Scimus quoniam omnis qui natus est ex deo, non peccat.] Peccatum uidelicet ad mortem. Quod & de omni crimine capitali, & de illo specialiter potest intelligi quo uiolatur fraternitas, sicut & supra exposuimus. Sed & peccatum ad mortem, peccatum usque ad reponera mortis protractum diximus recte posse intelligi. quo omnis qui natus est ex deo non peccat. Denique David rex mortale crimen admisit. Quis enim nesciat adulterium & homicidium mortem mereri perpetuam? Sed tamen David quia ex deo natus est, quia ad filiorum Dei pertinebat societate, non peccauit usque ad mortem, quia sui reatus ueniam mox poenitendo promeruit. Sed generatio dei conseruat eum, & malignus non tangit

Peccatum usque ad mortem.

Peccati generalis acceptio.

Stoicorum de paritate peccatorum error.

Iouiniani haeresis.

Natus ex deo non peccat mortali.

Usque ad mortem qui peccat.

Gratia Dei.

Mundus in maligno totus positus.

Pelagii error.

Christus uenit, ut cognoscamus uerum Deum.

tangit eum.] Gratia Christi qua renati sunt fideles, conseruat eos qui secundum propositum uocati sunt sancti, ne peccatum ad mortem committant: & si in quibuslibet pro humanae conditionis fragilitate deliquerint, ne ab hoste maligno possint tangi, defendit. Item dicendum tamen diuinos in generatione dei permanere, quandiu non peccauerimus: imo qui in generatione dei perseuerat, peccare non possunt, neque a maligno contingi. Quae enim commutatio lucis ad tenebras, Christi ad Belial? Quomodo (inquit) dies & nox misceri nequeunt, sic iustitia & iniquitas, peccatum & bona opera, Christus & Antichristus, malignus & generatio Dei. Scimus quoniam ex Deo sumus, & mundus totus in maligno positus est.] Nos ex Deo sumus eius gratia & baptismo regenerati per fidem, & ut in fide perduremus seruari. Mundi uero amatores maligno sunt hosti subiecti, uel nunquam regenerationis unda ab eius soluti dominio, uel post gratiam regenerationis denuo peccando ad eius dominium redacti. Nec solum mundi amatores, sed & illi qui recens editi nec dum dinoscuntiam boni habent ac mali, propter praeparationis primae ad regnum maligni pertinent hostis, nisi per gratiam benigni conditoris eruantur de potestate tenebrarum, & transferantur in regnum filij charitatis ipsius. Vnde non ait simpliciter, Mundum in maligno positum: sed cum additamento. Et mundus (inquit) totus in maligno positus est. Na sicut beatus Ambrosius ait, Omnes homines sub peccato nascuntur, quorum ipse ortus in uitio est. Et frustratur Pelagius affirmare quod paruuli recens editi non opus habeant gratia baptismatis renasci, quia tam mundi nascuntur ab omni sorte peccati, quam fuit mundus in paradiso conditus Adam, nullam scilicet ex illo trahentes originalis culpa maculam, in nullo existentes rei donec propria sponte peccare incipiant. Sed nos omnes Antichristorum uenenis, quae per totam hanc Epistolam ille qui de pectore domini fonte uitae potatus est, danat, & de Ecclesia expellit, audiamus in clausula uerbum bonum salutis quod nobis eructat. Attendamus opera summi regis quae dicit, Sequitur, Et scimus, quoniam filius Dei uenit, & dedit nobis sensum ut cognoscamus uerum Deum, & scimus in uero filio eius.] Quid enim apertius his uerbis? quid dulcius? quid aduersus omnes hereses fortius potuit dici? Christus est uerus dei filius. Pater Christi Iesu domini nostri uerus est Deus. Venit filius Dei sempiternus temporaliter in mundum, qui erat in mundo, & per quem factus est mundus. Neque aliam ob causam uenit nisi nostrae salutis, hoc est, ut daret nobis sensum cognoscere uerum Deum. Nemo enim sine diuina cognitione ad uitam uenire, nemo deum cognoscere nisi ipso docente poterat: sicut & ipse dicit, Es nemo nouit filium nisi pater, neque pater

treum quis nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Subauditur, Et patrem & filium. Vtrumque enim filius reuelat, qui in carne uisibilis apparet, diuinitatis arcana per Euangelium suum modo patefacere dignatus est. Hic est uerus Deus, & uita aeterna.] Verum deum dixerat esse filium, uerum Deum hunc esse multoties repetit. Hunc dicit esse uitam aeternam. Non utique ita sicut nobis uita promittitur aeterna, quae sic ex tempore nos suscipiat, ut nunquam nobis finem bene uiuendi reponat: sed filius uita sine initio temporis semper manens, si ne termino semper mansura. Filiioli, custodite uos a simulacris.] Qui uerum deum cognouistis, in quo uita habetis aeternam; custodite uos a doctrinis haereticorum, quae perpetuum ducunt ad mortem: quia more illorum qui simulacra pro Deo faciunt, gloriam incorruptibilis Dei prauis dogmatibus in similitudine corruptibilium rerum immutant. Custodite uos a phylargyria, quae est simulacrorum seruitus. Obseruate, ne quas mundi illecebras, conditoris amoris praepositionis. Nam & hoc inter simulacra reputabitur, quatenus solius ueritatis curam studiumque habentes, in huius uisione mereamini sine fine laetari. Mundus enim transit, & concupiscentia eius. Qui autem fecerit uoluntatem Domini, manet in aeternum.

Verus deus Christus.

Simulacra uitanda. Phylargyria.

Incipit expositio eius, in secundam Epistolam eiusdem.



Enior, electae domine & natis eius, quos ego diligo in ueritate.] Quidam putant hanc & sequentem Epistolam non esse Ioannis Apostoli, sed cuiusdam presbyteri Ioannis: cuius sepulcrum usque hodie monstratur in Epheso. Cuius etiam Papias auditor Apostolorum, & in Hierapoli Episcopus, in opusculis suis saepe meminit. Sed nunc generalis Ecclesiae consensus habet, quod has quoque Epistolas Ioannes Apostolus scripserit, quia reuera multa uerborum & fidei similitudinem cum prima eius Epistola ostendunt, & simili zelo detestantur haereticos. Seniores autem se dicit Ioannes, uel quia iam prouectus erat aetate quando has scripsit epistolas, uel quia nomen senioris, id est presbyteri etiam pontifici, propter maturitatem sapientiae & grauitatis congruit. Vnde & Petrus ait: Seniores ergo qui in uobis sunt obsecro conuenior & testis passionum Christi. Senior, inquit, electae domine & natis eius, quos ego diligo in ueritate, id est, uero amore diligo, illo uidelicet qui secundum deum est. Vel certe quos ideo diligo, quia perseuerantes in ueritate considero.

Epistola haec cuius.

Ioannes presbyter.

Papias.

Senior.

Conuenior Petrus.

Et non ego solus, sed & omnes qui cognouerunt ueritatem. Quia contra haereticos scribere incipit, qui a fidei ueritate exciderunt, recte omnium qui ueritatem cognouerunt unam dilectionem in spiritu sancto esse commemorat, ut unanimitate simul & multitudine catholicorum terreat eos qui ab eorum societate se cum pauci essent, segregarunt. Reuera enim omnes per orbem catholici, unam ueritatis regulam sequuntur: non autem omnes haeretici & infideles unanimo errori consentiunt: uerum non minus semet alterutrum, quam ipsam ueritatis uiam impugnant. Propter ueritatem quae permanet in uobis, & in uobiscum erit in aeternum. Non aliam, inquit, ob causam te uosque diligimus, nisi propter ueritatem fidei, quae in nobis semper inexpugnabilis perdurat, quia uidelicet eandem etiam uos inuincibiliter custodire compertimus. Sit uobiscum gratia, misericordia, pax a Deo patre, & a Christo Iesu filio patris in ueritate & charitate. Quoniam negabant illius temporis haeretici, Marcion scilicet & Cerinthus, uerum esse filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum, & ei a natiuitate humana principium dabant: recte Ioannes eum ad confutandos blasphemos, filium Dei patris esse commemorat. Gratiam quoque & misericordiam & pacem ab illo sicut & a Deo patre fidelibus esse dandam testatur, ut eum aequale & coaeternum patri demonstraret, eius dona eadem quae patris esse designat, sicut & ipse Dominus de sua & patris consubstantialitate loquens, ait: Quaecumque enim pater fecerit, haec & filius facit similiter. Et nunc rogo te domina, non tanquam mandatum nouum scribens tibi, sed quod habuimus ab initio, ut diligamus alterutrum. Arguit hoc uerbo haereticos, qui noua dogmata relicta his quae ab Apostolis audierant, inducere tentabant, ac per hoc fraternae charitatis foedera dissipabant. Dicit ergo, se nequaquam nouum mandatum scribere, sed hoc solum hortari, ut antiqua fides in omnibus, & charitas illibata permaneat.

Catholico rum fides una, haereticorum multiplex.

Marcion, Cerinthas.

Christus aequalis patri.

Haeretici multi.

Iudaei.

tem in doctrina eius, filium & patrem dicit habere, ut ostendat patrem & filium unum esse Deum uerum, & coarguat eos mendacii, qui filium uel non esse Deum, uel posteriorem aut minorem patre asseuerant. Si quis uenit ad uos, & hanc doctrinam non asserit, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis. Quis enim dicit illi, Aue, communicat operibus eius malignis. Haec Ioannes de schismaticis siue haeticis detestandis, quae uerbis docuit, etiam factis exercuit. Narrat enim de illo auditor eius sanctissimus & martyr fortissimus Polycarpus Smyrnaeorum antistes, quod tempore quodam apud Ephesum balneas lauari gratia fuisset ingressus, & uidisset ibi Cerinthum, exiliret continuo, & discederet non lotus, dicens: Fugiamus hinc, ne & balnea ipsa corruant, in quibus Cerinthus lauat se, ueritatis inimicus. Idem etiam Polycarpus Marcioni aliquando cum occurrisset, dicenti sibi: Agnosce nos. respondit: Agnosco, agnosco primogenitum Satanae. Tanta tunc Apostolis atque eorum discipulis in religione cautela utebatur, ut ne uerbi quidem communionem cum aliquo eorum qui a ueritate deuiauerunt habere paterentur. sicut & Paulus dicit: Hereticum hominem post primam & secundam correptionem deuota, sciens quia peruersus est huiusmodi & peccat, cum sit a semetipso damnatus. Saluant te filij sororis tuae electae. Sicut aduersarijs ueritatis aue dicere prohibet, ita e contrario electos ex persona electorum salutatur, ut & infideles testentur ab omnibus bonis, si forte uel sic corrigi uelint, & fidelium semper ad inuicem pax augeat & charitas.

tem in doctrina eius, filium & patrem dicit habere, ut ostendat patrem & filium unum esse Deum uerum, & coarguat eos mendacii, qui filium uel non esse Deum, uel posteriorem aut minorem patre asseuerant. Si quis uenit ad uos, & hanc doctrinam non asserit, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis. Quis enim dicit illi, Aue, communicat operibus eius malignis. Haec Ioannes de schismaticis siue haeticis detestandis, quae uerbis docuit, etiam factis exercuit. Narrat enim de illo auditor eius sanctissimus & martyr fortissimus Polycarpus Smyrnaeorum antistes, quod tempore quodam apud Ephesum balneas lauari gratia fuisset ingressus, & uidisset ibi Cerinthum, exiliret continuo, & discederet non lotus, dicens: Fugiamus hinc, ne & balnea ipsa corruant, in quibus Cerinthus lauat se, ueritatis inimicus. Idem etiam Polycarpus Marcioni aliquando cum occurrisset, dicenti sibi: Agnosce nos. respondit: Agnosco, agnosco primogenitum Satanae. Tanta tunc Apostolis atque eorum discipulis in religione cautela utebatur, ut ne uerbi quidem communionem cum aliquo eorum qui a ueritate deuiauerunt habere paterentur. sicut & Paulus dicit: Hereticum hominem post primam & secundam correptionem deuota, sciens quia peruersus est huiusmodi & peccat, cum sit a semetipso damnatus. Saluant te filij sororis tuae electae. Sicut aduersarijs ueritatis aue dicere prohibet, ita e contrario electos ex persona electorum salutatur, ut & infideles testentur ab omnibus bonis, si forte uel sic corrigi uelint, & fidelium semper ad inuicem pax augeat & charitas.

tem in doctrina eius, filium & patrem dicit habere, ut ostendat patrem & filium unum esse Deum uerum, & coarguat eos mendacii, qui filium uel non esse Deum, uel posteriorem aut minorem patre asseuerant. Si quis uenit ad uos, & hanc doctrinam non asserit, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis. Quis enim dicit illi, Aue, communicat operibus eius malignis. Haec Ioannes de schismaticis siue haeticis detestandis, quae uerbis docuit, etiam factis exercuit. Narrat enim de illo auditor eius sanctissimus & martyr fortissimus Polycarpus Smyrnaeorum antistes, quod tempore quodam apud Ephesum balneas lauari gratia fuisset ingressus, & uidisset ibi Cerinthum, exiliret continuo, & discederet non lotus, dicens: Fugiamus hinc, ne & balnea ipsa corruant, in quibus Cerinthus lauat se, ueritatis inimicus. Idem etiam Polycarpus Marcioni aliquando cum occurrisset, dicenti sibi: Agnosce nos. respondit: Agnosco, agnosco primogenitum Satanae. Tanta tunc Apostolis atque eorum discipulis in religione cautela utebatur, ut ne uerbi quidem communionem cum aliquo eorum qui a ueritate deuiauerunt habere paterentur. sicut & Paulus dicit: Hereticum hominem post primam & secundam correptionem deuota, sciens quia peruersus est huiusmodi & peccat, cum sit a semetipso damnatus. Saluant te filij sororis tuae electae. Sicut aduersarijs ueritatis aue dicere prohibet, ita e contrario electos ex persona electorum salutatur, ut & infideles testentur ab omnibus bonis, si forte uel sic corrigi uelint, & fidelium semper ad inuicem pax augeat & charitas.

tem in doctrina eius, filium & patrem dicit habere, ut ostendat patrem & filium unum esse Deum uerum, & coarguat eos mendacii, qui filium uel non esse Deum, uel posteriorem aut minorem patre asseuerant. Si quis uenit ad uos, & hanc doctrinam non asserit, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis. Quis enim dicit illi, Aue, communicat operibus eius malignis. Haec Ioannes de schismaticis siue haeticis detestandis, quae uerbis docuit, etiam factis exercuit. Narrat enim de illo auditor eius sanctissimus & martyr fortissimus Polycarpus Smyrnaeorum antistes, quod tempore quodam apud Ephesum balneas lauari gratia fuisset ingressus, & uidisset ibi Cerinthum, exiliret continuo, & discederet non lotus, dicens: Fugiamus hinc, ne & balnea ipsa corruant, in quibus Cerinthus lauat se, ueritatis inimicus. Idem etiam Polycarpus Marcioni aliquando cum occurrisset, dicenti sibi: Agnosce nos. respondit: Agnosco, agnosco primogenitum Satanae. Tanta tunc Apostolis atque eorum discipulis in religione cautela utebatur, ut ne uerbi quidem communionem cum aliquo eorum qui a ueritate deuiauerunt habere paterentur. sicut & Paulus dicit: Hereticum hominem post primam & secundam correptionem deuota, sciens quia peruersus est huiusmodi & peccat, cum sit a semetipso damnatus. Saluant te filij sororis tuae electae. Sicut aduersarijs ueritatis aue dicere prohibet, ita e contrario electos ex persona electorum salutatur, ut & infideles testentur ab omnibus bonis, si forte uel sic corrigi uelint, & fidelium semper ad inuicem pax augeat & charitas.

tem in doctrina eius, filium & patrem dicit habere, ut ostendat patrem & filium unum esse Deum uerum, & coarguat eos mendacii, qui filium uel non esse Deum, uel posteriorem aut minorem patre asseuerant. Si quis uenit ad uos, & hanc doctrinam non asserit, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis. Quis enim dicit illi, Aue, communicat operibus eius malignis. Haec Ioannes de schismaticis siue haeticis detestandis, quae uerbis docuit, etiam factis exercuit. Narrat enim de illo auditor eius sanctissimus & martyr fortissimus Polycarpus Smyrnaeorum antistes, quod tempore quodam apud Ephesum balneas lauari gratia fuisset ingressus, & uidisset ibi Cerinthum, exiliret continuo, & discederet non lotus, dicens: Fugiamus hinc, ne & balnea ipsa corruant, in quibus Cerinthus lauat se, ueritatis inimicus. Idem etiam Polycarpus Marcioni aliquando cum occurrisset, dicenti sibi: Agnosce nos. respondit: Agnosco, agnosco primogenitum Satanae. Tanta tunc Apostolis atque eorum discipulis in religione cautela utebatur, ut ne uerbi quidem communionem cum aliquo eorum qui a ueritate deuiauerunt habere paterentur. sicut & Paulus dicit: Hereticum hominem post primam & secundam correptionem deuota, sciens quia peruersus est huiusmodi & peccat, cum sit a semetipso damnatus. Saluant te filij sororis tuae electae. Sicut aduersarijs ueritatis aue dicere prohibet, ita e contrario electos ex persona electorum salutatur, ut & infideles testentur ab omnibus bonis, si forte uel sic corrigi uelint, & fidelium semper ad inuicem pax augeat & charitas.

Incipit in tertiam eius Epistolam, explanatio eiusdem.

Enior Gaius charissimo, quem ego diligo in ueritate. Qui uel qualis fuerit iste Gaius, in processu Epistolae monstratur. Quia uidelicet & fidem Christi quam perceperat, bonis accumulabat actibus, & si ipse ad praedicandum uerbum minime sufficiebat, eos tamen qui praedicatione carent de facultatibus suis, sustentare gaudebat. Hunc autem esse Gaium arbitramur, cuius in Epistola ad Romanos Paulus meminit, dicens: Salutat uos Gaius hospes meus & Ecclesiae totius. Quia enim hospes & qui suscipit & suscipitur appellari consuevit, erat hospes uniuersae Ecclesiae, quia omnes qui ad se ueniebant, & praedicatores uidelicet & auditores uerbi, benigne suscipiebat: sicut & huius Epistolae sequentia manifeste declarant. Unde & Ioannes



Enior Gaius charissimo, quem ego diligo in ueritate. Qui uel qualis fuerit iste Gaius, in processu Epistolae monstratur. Quia uidelicet & fidem Christi quam perceperat, bonis accumulabat actibus, & si ipse ad praedicandum uerbum minime sufficiebat, eos tamen qui praedicatione carent de facultatibus suis, sustentare gaudebat. Hunc autem esse Gaium arbitramur, cuius in Epistola ad Romanos Paulus meminit, dicens: Salutat uos Gaius hospes meus & Ecclesiae totius. Quia enim hospes & qui suscipit & suscipitur appellari consuevit, erat hospes uniuersae Ecclesiae, quia omnes qui ad se ueniebant, & praedicatores uidelicet & auditores uerbi, benigne suscipiebat: sicut & huius Epistolae sequentia manifeste declarant. Unde & Ioannes

Filius & pater deus unus.

Aue no dicendū haeretico, Polycarpus de Ioanne.

Electi ab electis saluandi.

Hospes.

& Ioannes eum in ueritate diligit, hoc est, non temporalium gratia commodorum, sed solo perennium honorum quae eum diligere uidet inuitu. Fuisse autem Gaius Corinthi uidetur: ex eo quod Paulus in illa moratus ciuitate, epistolam scripsit ad Romanos, quos & ex eius nomine salutatur. Sed & in Epistola ad Corinthios, Gaius quasi ciuis Corinthi meminit, dicens, Gratias ago Deo meo, quod neminem uestrum baptizauit, nisi Crispum & Gaium: ne quis dicat quod in nomine meo baptizati estis. Charissime, de omnibus orationem facio, prospere te ingredi & ualere, sicut prospere agit anima tua. Hoc inquit a Domino crebris exopto precibus, ut quod bene agis, bene perficias. Et sicut nunc anima tua, id est, interna mentis intentio prospere agit, id est, proficit in elemosynarum operibus abundantibus, & benignitate animi dapnulis, & pecuniarum facultate quas indigentibus largiris, ita semper uirtutibus plenam Domino adiuuante uitam ducere possis. Maiorem horum non habeo gratiam, quam ut audiam filios meos in ueritate ambulare. Id est ut eos quos praedicando uel baptizando filios Deo genui, cognoscam ueritatem & recte fidei & bonae operationis obseruantes. Charissime, fideliter facis quicquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos. Fideliter facis, dicit pro eo ut diceret, sicut uere es fidelis ita facis, ostendens ex operibus fidem tuam. Pro nomine enim profecti sunt, nihil accipientes a gentibus. Cum dicit pro nomine, subaudiendum est domini Iesu Christi. Sic enim loquebantur antiqui, Duabus autem ex causis pro nomine domini sunt profecti, aut ad praedicandum uidelicet nomen eius propria sponte uenientes, aut propter nominis sancti fidem & confessionem a ciuibus siue a contribulibus suis patria expulsi. Nos ergo debemus suscipere huiusmodi, ut cooperatores simus ueritatis. Iungit se beatus Ioannes, quia omnia dimiserat propter Christum, personae fidelium diuitum: quatenus eos ita alacriores reddat ad miserendum pauperibus & peregrinis. nec diseredendum est illi ueraciter dicere potuisse, quod Paulum dixisse legitur. Ipsi scitis quoniam ad ea quae mihi opus erat & his qui mecum sunt, ministrauerunt manus istae. Omnia ostendi uobis, quia sic laborantes, oportet suscipere infirmos, ac meminisse uerbi Domini, sicut dixit,

Filius Ioannis.

Pronominis.

Cooperatores ueritatis.

Beatius est magis dare quam accipere. Cooperatores autem eos dicit ueritatis, quia qui spiritalia dona habentibus, temporalia subsidia tribuit, in ipsis donis spiritalibus cooperatores existit. Nam cum pauci sint qui spiritalia dona perciperunt, & multi qui rebus temporalibus abundant: per hoc se diuites uirtutibus pauperum inserunt, dum eisdem sanctis pauperibus de suis diuitiis impatiuntur. Hinc etenim dominus ait, Qui recipit prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet. Et qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Scripsisse forsitan Ecclesiae, sed is qui amat primatum gerere in eis, Diotrepes, non recipit nos. Diotrepes ut uidetur, erat haeresarcha temporis illius aliquis superbus & insolens, malens noua docendo primatum sibi usurpare scientiae, quam antiquis sanctae Ecclesiae, quae Ioannes praedicabat, humiliter auscultare mandatis. Unde Diotrepes speciosus, insulsius, siue decor insans interpretatur, ut perfidiam cordis etiam nomine signet. Propter hoc, si uenero, commonebo eius opera. Id est, in omnium nouitiam manifestius arguendo producam. Iuxta illud Apostoli Pauli: Quid uultis, in uirga ueniam ad uos? Quae facit, uerbis malignis garriens in nos. Notandum quod linguas detrahentium, sicut nostro uitio non debemus excitare, ne ipsi pereant: ita per suam malitiam excitatas debemus equanimiter tolerare, ut nobis meritum crescat: aliquando autem etiam compefcere, ne dum de nobis mala disseminant, eorum qui audire nos ad bona poterant, corda innocentium corrumpant. Hinc est quod Ioannes detrahoris sui linguam redarguit: ne suam praedicationem non audirent qui audire poterant, & in praesens moribus remanerent. Charissime, noli imitari malum, sed quod bonum est. Quod bonum illum imitari uelit, subdendo aperit, dicens, Demetrio testimonium redditur ab omnibus. Quia uidelicet ipse susciperet infirmos, & egentes pro ueritate sustentaret. Hunc ergo Gaius imitandum proponit, ut similiter omnium laude possit & ipse dignus existere. Pax tibi. Saluant te amici, saluta amicos per nomen. Amicis gratiam pacis mandat, & salutis, ut per haec Diotrepem ceterosque ueritatis inimicos, a salute & pace uestra monstrat extraneos.

Diotrepes.

Linguas detrahentium toleremus.

Saluandi qui sunt.

Finis trium Epistolarum diui Ioannis.

Incipit expositio ue

nerabilis Bedæ presbyteri, in Epistolam Iudæ Apostoli.



Iudas Iesu Christi seruus, frater autem Iacobi, ijs qui sunt in Deo patre dilectis & Iesu Christi conseruatis & uocatis, misericordia, &c.] Iudas Apostolus, quem in Euangelio Mattheus & Marcus Thaddæum

Iudas Thaddæus.

Salus una.

Iudicium impij.

Gratia domini nostri Iesu Christi.

Dominus Iesus Christus solus.

appellant, scribit contra eisdem fidei corruptores, quos & Petrus & Ioannes in suis dñant Epistolis. Charissimi, omnem sollicitudinem sciens scribendi uobis de communi uestra salute. De communi eorum salute dicit, de illa salute, quæ ipsi & illis erat communis. Omnium namque electorum una & communis est salus, fides & dilectio Christi. Deprecans supercertari semel tradita sanctis fidei. Deprecans non aliam fidem discere quam eam quæ semel tradita est uobis ab Apostolis, sed pro hac certari semper usque ad mortem. Subintroierunt enim quidam homines, qui olim prescripti sunt in hoc iudicium impij. In hoc iudicium dicit, in hanc damnationem, quam impij faciendo merentur. Vnde Dominus dicit, Et procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem uitæ: qui uero mala egerunt, in resurrectione iudicij, id est damnationis. Domini nostri gratiam transferentes in luxuriam. Domini nostri gratia molliuit duritiam legis, quia cum illa diceret, si quis hæc uel illa fecerit, lapidibus obruatur: si quis hæc uel illa fecerit, flammis comburatur: Dominus laxata distractione legis, dedit per Euangelij gratiam licentiam purgandi scelera commissa per penitentiam & elemosynæ fructus. Sed hanc eius gratiam transferunt in luxuriam, qui nunc tanto licetius ac liberius peccant, quanto minus se uident statim asperitate legis de admisis facinoribus examinari.

Et solum dominatorem & Dominum nostrum Iesum Christum negantes. Solus dominator est Dominus noster Iesus Christus cum patre & spiritu sancto, sicut solus dominator est pater cum filio, & spiritu sancto: sicut & solus dominator est spiritus sanctus cum patre & filio. Sola dominatrix est tota ipsa Trinitas pater & filius & spiritus sanctus. Quamcumque enim in eadem sancta & indiuidua Trinitate personam nomines, solus Deus est. Et cum totam simul trinitatem nominas, solum uerum Deum nominas. Vnde recte intelligendum, quia quicumque hæretici patrem Christi uerum Deum bonum & iustum esse denegant: solum dominatorem & Dominum nostrum negant. Quicumque Iesum Christum uerum esse filium Dei negant, & hi utique solum dominatorem & dominum

nostrum negant. Quicumque spiritus sancti potentie derogant, etiam hi solius dominatoris & Domini nostri maiestati contradicunt. Quia nimirum idem pater & filius & spiritus sanctus, solus dominator & Dominus noster est.

Commonere autem uos uolo, scientes semel omnia. Omnia uidelicet arcana fidei scientes, & non opus habentes recentia quasi sanctiora a nouis audire magistris. Quoniam Iesus populum de terra Aegypti saluans secundo eos qui non crediderunt per Iesum non filium Naue, sed Dominum nostrum dicit, ostendens primum quia non ipse a partu sanctæ uirginis, ut hæretici affirmant, principium habuit, sed iuxta mysterium sui nominis ad saluationem credentium Deus æternus exiit. Deinde insinuans quod ita credentes saluat propitius, ut etiam iustus damnet incredulos. Ita enim clamante ad se de afflictione Aegypti primo saluauit humiles, ut secundo murmurantes contra se in eremo prosterneret superbos. Quod ideo inculcat, ut etiam nunc meminerimus illum sic per aquas baptisami, quod rubrum mare signabat, saluare credentes, ut etiam post baptismum humilem in nobis requiratur uitam atque a uitiorum sordibus secretam, qualem merito eremi secreta conuertio designabat. Quam profecto uitam, si quis uel a fide deuiando uel male agendo uiolauerit, quasi reuersus corde in Aegyptum non a promissam regni patriam perueniret, sed inter impios meretur interire. Aliter. Secundo eos qui non crediderunt perdidit, quia iustus iudex non nullos culpæ exigentibus, & nunc & postmodum percutit. Solos quippe poena a supplicio liberat, quos immutat. Nam quos præsentia mala non corrigunt, ad sequentia perducunt.

Angelos uero qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magis Dei uinculis æternis sub caligine seruauit. Et in hac sententia, sicut in præcedente, primo reminiscendum, quod Iesus Dominus noster præuaricatores angelos puniuit. Qui enim homo in fine seculorum de uirgine natus, Iesu nomen angelo dictante accepit, ipse ante omnia seculi natus ex patre deus, omnem creaturam cum patre ut uoluit, disposuit, & a principio superbientes angelos, ita sub caligine aeris huius damnauit, ut eosdem in die iudicij grauius reseruet ad poenas. Et ideo iure sunt damnandi qui Christum Iesum non Deum uerum, sed hominem fuisse tantum, & de utroque sexu progenitum contendunt. Deinde inferendum, quod qui angelis peccantibus non peperit: nec hominibus parceret superbientibus: sed & hos quoque cum suum principatum non seruauerint, illum uidelicet quo per gratiam adoptionis filij Dei effecti sunt, sed dereliquerint suum domicilium, id est Ecclesiæ unitatem, in qua Deo renati sunt, uel certe sedes regni celestis, quas accepturi erant, si fidem seruarent: & ante

Iesu Christi æternitas.

Iesus angelos puniuit.

ante iudicium grauius, & grauius in iudicio uniuersali damnabit. Sicut Sodoma & Gomorra & finitima ciuitates simili modo exornate, & cetera. Quia dederat exemplum damnationis in eos qui solum dominatorem & Dominum nostrum Iesum Christum negant, commemorato interituro, uel populi murmurantis & infidelis in deserto, uel erigentium se contra auctorem nequam angelorum: iam dat exemplum poenæ illorum, qui Domini nostri Iesu Christi gratiam transferunt in luxuriam, commemorans incendium Sodomorum.

Gratia in luxuriam transferentiu poenæ.

Sodomitas.

Zach. 3.

Angelus Satanæ increpans.

Mosi corpus.

Blasphemia cauenda nobis.

Via Cain.

Error Balaam.

Contradictio Core.

Similiter & hanc carnem quidem maculant, dominationem autem spernunt, maiestatem autem blasphemant. Subaudiendum est, & hi damnandi sunt sicut Sodomitas, qui carnem maculauerunt: sicut populus non credens, qui maiestatem diuine potentie blasphemabat, sicut angeli qui dominationem sui creatoris spernebant. Cum Michael archangelus cum diabolo disputans altercatur de corpore Mosi, non est ausus iudicium inferre blasphemie: sed dixit, Imperet tibi Dominus. De quibus scripturis Iudas testimonium hoc assumpserit, non facile patet. Sed tamen sciendum, quia simile his aliquid in Zacharia propheta reperimus. Ipse enim dicit: Quia ostendit mihi dominus Iesum sacerdotem magnum stantem coram angelo Domini, & Satan stabat a dextris eius ut aduersaretur ei. Et dixit dominus ad Satan: Increpet dominus in te, & increpet dominus in te, qui es legit Hierusalem. Sed hoc in loco facillime intelligitur: quod Iesus sacerdos desiderabat populum Israel de captiuitate Babylonie liberari, atque ad patriam terram redire. Resistebat autem illi Satanas, nolens dei populum liberari, sed magis hostibus & gentibus mancipari: ideoque illum angelus qui populi adiutor erat, increpabat, atque ab iniuria eiusdem populi remouebat. Sed quando de Mosi corpore contentionem cum diabolo Michael habuerit, incertum habemus. Attamen non desunt, qui dicant eundem Dei populum Mosi corpus appellatum, eo quod ipse Moses illius populi portio fuerit: ideoque Iudas quod de populo factum legerat, recte de Mosi corpore factum dicere possit. Sed ubicunque & quandoque hæc altercatio facta angeli cum diabolo fuerit, diligenter intuendum: quia si Michael archangelus diabolo sibi aduersanti blasphemiam dicere noluit, sed modo sto illum sermone coercuit, quanto magis hominibus omnis blasphemia cauenda est: & maxime, ne maiestatem creatoris uerbo indisciplinato offendant. Ve illis qui in uia Cain abierunt & errore Balaam mercede effusi sunt: & contradictione Core perierunt. Via Cain abeunt, qui propter inuidiam, meliorem nomen sibi doctorum quo honorificentur assument. Et errore Balaam effusi sunt, qui pro amore terrestris commodorum, ueritatem quam ipsi norunt, impugnant. Contradictione Core, qui uiuus

ad inferna descendit, intereunt: quicumque appetitu indebiti primatus sese ab unitate sanctæ Ecclesiæ fecernunt, scientesque & prauidentes quantum mali gerant, ad scelerum tamen tartara descendunt. Et quidem Cain de fraticidio cogitantem Dominus corripuit, sed eum inuidia saluari non sinit. Balaam autem aduersus Dei populum iter agentem Dominus uertit, sed amor pecuniæ, ne obtemperaret, obstitit. Core superbientem Moses Domino in se loquente lenire curauit: sed eum elatio qua feruebat, insanabilem reddidit. Sic profecto, sic faciunt hæretici: qui ad increpationem sanctæ Ecclesiæ emendari despicunt: quin potius fratres gladio malæ doctrinæ, sicut Cain interficere: malo consilio decipere, sicut Balaam: contra doctores catholicos erigere, sicut Core, ad suam ipsorum perditionem contendunt. Hi sunt in epulis suis maculæ, conuiuantes sine timore. Maculatus est, qui peccat: macula est ipsum scelus, quod operatorem suum contaminat. Et ideo hæreticos quos arguit, maculas appellat: quia non solum in commensationibus & ebrietatibus suis siue carnalibus seu spiritalibus pereunt ipsi, sed & alios perdunt & inquinant. Nubes sine aqua, quæ a uentis circumferuntur. Nubes sunt sancti prædicatores, qui conuersationem habentes in celestis, miraculis coruscant, & pluuem sermonibus. De quibus Deo dicitur: Et ueritas tua usque ad nubes. Sed nubes sunt sine aqua hæretici, qui posterunt in caelum os suum per uerba superbiæ: sed aqua sapientiæ, audientium corda non irrigant. Qui a uentis circumferuntur, quasi ad suggestionem spirituum inuisibilium, in diuersos uitiorum raptantur errores. Arbores autumnales, infructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ. Mortua est arbor, quæ non facit fructum bonum. Quæ uero etiam mali operis fructum protulit, bis mortua arbor appellatur. Et si ille qui boni operis fructum ferre noluit, pro sua sterilitate dicitur excidentus, & in ignem mittendus: quid putas illum mereri poenarum, qui uel peruersè agendo, uel alios peruertendo pessimos fructus attulit? Nec mirum, si infructuosæ & bis mortuæ dicantur esse arbores, quæ eradicatæ esse probantur. De sanctis enim dicitur: In charitate radieati, & fundati. Qui uero a charitatis soliditate se eradicare non timent: merito si quid boni fructus habere uidentur, admittunt. Merito tales autumnalibus arboribus comparantur, ut desperata eorum salus ostendatur. Autumni enim tempore non solum poma nulla nasci: sed etiam ea quæ nata erant, matura solent decidere. Cui uidelicet temporis assimilantur hi, qui & fructus fidei ferre ipsi negligunt, & ea quæ fideles quoslibet facere bona conspiciunt, extirpare atque in caduca student negotia conuertere. Fluctus feri maris despumantes suas confusiones. Fluctus

Hæretici.

Macula.

Nubes prædicatores.

Nubes sine aqua.

Arbor mortua.

Autumnales arbores.

Fluctus

Fluctus feri maris, sunt peruersi doctores: qui & in semetipsis in quieti semper, tumidi, tenebrosi & amari sunt, & pacem Ecclesie quasi stabilitatem firmitatemque obicium semper impugnant non cessant. Sed tales recte dicuntur despumantes suas confusiones: quia instar tumentium undarum, quanto altius se superbientes attollunt, tanto amplius confusi, quasi in spumas leuissimas dissoluuntur & pereunt. Sidera errantia, quibus procella tenebrarum in æternum seruata est. **Sidera errantia** quæ sunt septem, nunquam in eodem loco ubi pridie fuerant, ortum uel occasum faciunt: sed modo ad infima zonæ brumalis descendunt: modo ad alta zonæ solstitialis ascendunt: modo mediam zonæ æquinoctialis lineam repetunt. Sic nimium, sic sunt hæretici, qui lucem ueritatis promittentes nunquam in eodem statu docendi perdurant: sed modo sic, modo sic, doctrinam suam informantes, ipsi utique quam sit contemnenda lucis ostentatio quam pollicentur, insnuant. Et quidem inter planetas, id est errantia sidera, nouissima sunt, luna, lucifer, qui & uesper. Quæ non nunquam in bono accipiuntur, quum sol Dominus, luna Ecclesia est, lucifer Ioannes baptista, qui dominum in carne nasciturum nascendo, & testimonium lucis ei præbendo præcessit. Sed & in malo legimus solem, dicente Domino de seminibus iactis in petrosa. Sole autem orto statim auerunt. Quod exponens ipse subiungit, Persecutione autem orta propter uerbum continuo scandalizantur. Solis ergo ardor, feruorem persecutionis indicat. Lunam in malo legimus, sicut ut luna mutatur. Lucifer in malo, Quomodo cecidisti de caelo lucifer? Quod non solum de primo diaboli casu: sed de membris quoque eius quæ per hæresim de Ecclesia ruunt, intelligi potest. Vesperum in malo. Et uesperum super filios terræ consurgere facis. Quia & Antichristus, & ministri eius, quauis se transfigurent uelut angelos lucis: non tamen diuinæ luci testimonium perhibent, sicut lucifer solis: sed magis opera tenebrarum suis se quacibus ostendunt: instar stellæ, quæ Vesper dicitur: quæ in occidente uespertina apparatus sequitur noctis præcurator existit. Sidera, inquit, errantia, quibus procella tenebrarum in æternum seruata est. Recte enim in tenebras tormentorum mittentur æternas: qui in Ecclesiam Dei sub nomine lucis tenebras inducebant errorum. Merito procella percillantur suppliciorum: qui in similitudinem tempestatum marinatum, pacem fidelium turbabant. **Prophe-taxit autem de his septimus ab Adam, Enoch dicens, Ecce uenit Dominus in sanctis milibus suis facere iudicium contra omnes.** Non contra omnes eos homines dicit, sed contra omnes impios, neminem illorum relinquens impunitum. De quibus subditur, **Et arguere omnes impios.** Septimum sane ab Adam dicit esse Enoch, qui hæc prophetauit, **60**

ut confirmet exemplo quod superius ait, Quia iam olim præscripti fuerant in tale iudicium impii homines, qui suo tempore subintroierunt ad subvertendam fidem piorum. **Et arguere, inquit, omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum quibus impie egerunt, & de omnibus duris uerbis quæ locuti sunt contra eum omnes impii.** Vera quidem est hæc sententia, quia Dominus in iudicio ueniens impios, non solum de operibus, uerum etiam de uerbis arguet, & iudicabit iniquos, attamen sciendum quia liber Enoch de quo illa assumptis, inter apocryphas scripturas ab Ecclesia deputatur, non quia dicta tanti patriarchæ abijci ullatenus possint, aut falsa debeant aestimari, sed quia liber ille qui sub nomine eius fertur, non uere ab illo scriptus, sed sub titulo nominis eius ab alio quodam editus uidetur. Si enim uere eius esset, non esset fidei sane contrarius. Nunc autem quia multa incredibilia continentur in quibus illud est de gigantibus, quod non habuerint homines patres, sed angelos, merito doctis claret non esse uiri ueracis scripta quæ mendacio fordent. Vnde & hæc eadem Iudæ Epistola quia de apocrypho libro testimonium habet, primis temporibus a peris que reijciebatur. Tamen auctoritate iam & uetustate & usu meruit, ut inter sanctas scripturas computetur: maxime quia tale testimonium de apocrypho Iudas assumptis: quod non apocryphum ac dubium: sed uere lucis lucida esset ueritate conspicuum. **Hi sunt murmuratores, querulosi, secundum desideria sua ambulantes.** Tanto amplius quis que murmurat, & queritur de presentibus Ecclesie laboribus, quanto minus in se desideria carnis extinxit. At contra sanctus Daniel & ceteri cælestium desideriorum uiri, quantum obnixæ superna sola desiderant, tantum contemptius transitoria cuncta quæ uidentur aduersa, despiciunt. **Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes.** Ideo semetipsos reprobis segregant a sorte iustorum: ideo sunt animales, id est proprias animæ suæ concupiscentias sequentes, quoniam spiritum unitatis quo Ecclesia congregatur, quo spiritalis efficitur, habere non meruerunt. Ideo diffuunt: quia coagulum non habent charitatis. Vos autem charissimi super aedificantes uosmetipsos sanctissimæ uestæ fidei, in spiritu sancto orantes, uos ipsos in dilectione Dei seruate. In spiritu sancto oramus, quando inspiratione diuina compuncti supernum petimus auxilium, ad percipienda bona quæ ex nobis ipsis habere nequimus. Ita ergo nos admonet beatus Iudas super aedificare nosmetipsos super fundamentum sanctæ fidei, ita nos ad domus Dei, quæ est Ecclesia lapides uiuos adiungere, ita nos in dilectione Dei seruare præcepit: ut nunquam de nostris uiribus præsumamus: sed in diuinæ uocationis adiutorium speremus: ne quis iuxta dogma Pelagij a seipso saluari posse pronunciet, sed omnes spiritus sancti in nos petaror.

Fluctus feri maris.

Sidera errantia.

Lucifer. Vesper.

Liber Enoch.

Iudæ Epistola olim reiecta.

Segregantes se ipsos.

Orate in spiritu sancto.

Pelagij error.

Incipit Prologus eiusdem uenerabilis Bedæ presbyteri, in Explanationem Apocalypsis, quæ est reuelatio beati Ioannis Apostoli.

Dilectissimo fratri Eusebio, Beda salutem.



Apocalypsis sancti Ioannis, in qua bella & incendia intestina Ecclesie sue Deus, uerbis figurisque reuelare dignatus est, seipsum mihi (frater Eusebi) uidetur esse diuisa periochis.

mus aduentum, quo inspirati ardētius orare ualeamus, ne forte cum his qui spiritum non habent, ideoque animales perseverant, a sanctæ Ecclesie societate segregemur. **Et hos quidem arguite iudicatos, illos uero saluate de igne rapientes. Alijs autem miseremini in timore.** Quod ait in timore, ad cuncta alia quæ proposuerat iungendum est. Quia & apostatas quisquis arguit ac damnabiles ostendit, in timore debet agere, ne forte sibi suisque quos diligit, aliquid tale contingat. Et qui de incendio uitiorum alterum castigans eripit, considerare se debet, ne & ipse tēteret. Et qui poenitenti miseretur proximo, etiam illum necesse est hoc circumspecte agere, ne forte plus iusto uel seuerus existat uel pius. **Odiennes, & eam quæ carnalis est, maculatam tunicam.** Carnalem tunicam corpus nostrum dicit. Non autem corpus nostrum odisse debemus, sed maculatam hoc omnimodis debemus odisse, & quantum ualeamus agere, ut hoc immaculatum reddamus, ut de carnali, spiritali mereatur effici. Quod quia non nostri arbitrij potestate, sed Dei gratia perficiendum est, recte subiungitur: **Ei autem qui potens est, conseruare uos sine peccato, & constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos in exultatione.** Bene hic dicit, in exultatione nos constituendos ante conspectum gloriæ Dei, quos superius admonēbat, in timore Deo seruire. Quia quanto magis trepidi de actibus nostris in præsentia fuerimus, tanto amplius in futuro de percepta mercede lætabimur. **Soli Deo saluatori nostro per Iesum Christum Dominum nostrum gloria & magnificentia, imperium, & potestas ante omnia secula, & nunc & in omnia secula seculorum.** Hac clausula & patri & filio coæqualē & coæternam, per omnia & ante omnia secula gloriam refert, ac regnum. Et eorum quoque qui minorem aut posteriorem patrem filium credunt, coarguit errorem: cum dicit, Deo patri gloriam, magnificentiam, imperium, & postestatem esse per Iesum Christum dominum nostrum. Et hoc non ab initio temporis alicuius, sed ante omne seculum, & nunc & in omnia secula seculorum. Amen.

In timore mali arguendi.

Carnalis tunica.

In exultatione boni Domino presentandi.

EXPLICIT EST EXPOSITIO uenerabilis Bedæ presbyteri, in septem Epistolas Catholicas.

In quarum prima, post præfationem copiosam, ad roborandam fidem fragilium, ac Domini passionem, & posteriores glorias enumeratas, similem filio hominis Ecclesia cernit indutum: qui commemoratis his quæ specialiter in septem Asia gesta uel gerenda sint Ecclesijs, generales totius Ecclesie luctas describit & palmas. Vbi sexto loco consulto subiiciendos Ecclesie Iudæos, & tentationē orbis uniuersi futuram, seque promissit cito esse uenturum: septimo autem, tepidam ponit Laodiceam. Filius enim hominis ueniens, putas inuenit fidem in terra? In secunda autem periocha, descriptis in sede Dei quatuor animalibus, & uiginti quatuor senioribus, agnum uidet apertis septem libri signati sigillis, conflictus & triumphos Ecclesie referare futuros. Vbi iuxta consuetudinem libri istius, usque ad sextum numerum ordinem custodit: & prætermisso septimo recapitulat, ac duas narrationes, quasi ordinē secutus, septimo concludit. Sed & ipsa recapitulatio, pro locis intelligenda est. Aliquando enim ab origine passionis, aliquando a medio tempore, aliquando de sola ipsa nouissima pressura, aut nō multo ante dicturus recapitulat. Illud tamen fixum seruat, ut à sexto recapitulet. Tertia uero periocha, sub specie septem angelorum tuba canentium, uarios Ecclesie describit euentus. Quarta, sub figura mulieris parturientis, & draconis eam persequentis, eiusdem Ecclesie labores & uictorias aperit: & utriusque militiæ præmia digna rependit. Vbi septem quoque angelorum dicta commemorantur, & facta: & ipsi non pariter, ut supra. Hunc enim mystica solertia numerum pene ubique seruat, cum & moris sit eiusdem Ioannis, in Euangelijs quoque & Epistolis, nihil tepide & breuiter dicere. Quinta autem periocha per septem angelos, septem plagis nouissimis terram perfudit.

Apocalypsis diuisa septem periochis.

Prima.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta. Sexta, damnationem meretricis magnæ, id est impiæ ciuitatis.

Septima. Septima, ornatum uxoris agni, sanctæ uidelicet Hierusalem de cælo à Deo descendente ostendit.

Regule septem Tychonij. Septem quoque regulas Tychonij, uiri in-
ptem Tychonij. ter suos eruditissimi, quibus ad intelligendas
Prima. scripturas studiosi plurimum adiuuantur, breui-
ter commemorandas putauit. Harum prima de
Domino & eius corpore est: quando à capite
ad corpus, uel à corpore transitur ad caput, &
tamen ab una eademque persona non receditur.
Vna enim persona loquitur dicens, Sicut spon-
so imposuit mihi mitram, & sicut sponsam or-
nauit me ornamento: & tamen quid horum ca-
piti, quid corpori, id est, quid Christo, quid Ec-
clesiæ conueniat, utique intelligendum est.

Secunda. Secunda est de corpore Domini bipertito,
uel potius de Domini corpore uero atque simu-
lato, ut sancto Augustino magis appellari pla-
cuit. Dicit enim Ecclesia, Fusca sum & speciosa
sum: sed utrunque se esse dixit, propter commu-
nionem sacramentorum, & propter tempora-
neam commixtionem intra una retia piscium
honorum & malorum. Tabernacula quippe Ce-
dar ad Ismaelem pertinent, quia non erit hæres
cum filio liberæ.

Tertia. Tertia est de promissis & lege, quæ alio mo-
do, de spiritu & litera, uel de gratia & mandato
potest appellari. Hæc sancto Augustino magna
quæstio magis quam regula quæ soluendis est
quæstionibus adhibenda, uidetur. Ipsa est enim
quam non intelligentes Pelagiani, uel condi-
derunt suam hæresim, uel auerunt.

Quarta. Quarta est de specie & genere. Species enim
pars est. Genus autem totum, cuius ea pars est.
Sicut una quæque ciuitas, pars est totius provin-
ciæ, & una quæque provincia, pars est totius orbis.
Vnde & in notitiâ uulgi uerba ista uene-
runt ut etiam idiotæ intelligant, quid speciali-
ter, quid generaliter in quocumque præcepto
imperiali sit constitutum. Fit hoc etiam de ho-
minibus, sicut ea quæ de Salomone dicuntur,
excedunt eius modum, & potius ad Christum &
Ecclesiam, cuius ille pars est, relata clarescunt.
Nec species semper exceditur. Sæpe enim talia
dicuntur, quæ uel ei quoque, uel ei fortasse tan-
tummodo apertissime congruant. Sed cum ab
specie transitur ad genus, quasi adhuc de specie
loquente scriptura, ibi uigilare debet lectoris
intentio.

Quinta. Quintam ponit regulam, quam de tempori-
bus nuncupat. Potest autem (ut mihi uidetur)
etiam de numeris appellari. Hanc tropo synec-
doche uel legitimis numeris uigere dicit. Tropo
synecdoche est aut à parte totum, aut à to-
to partem. Quo locutionis modo etiam illa de
resurrectione Christi soluitur quæstio, pars enim
nouissima diei quo passus est, nisi pro tota die
accipiat, id est, adiuncta etiam nocte præte-

rita: & nox in cuius parte ultima resurrexit, ni-
si totus dies accipiat, adiuncto scilicet illuce-
scente die dominico, non possunt esse tres dies
& tres noctes, quibus se in corde terræ prædi-
xit futurum. Legitimos autem numeros dicit:
quos eminentius diuina scriptura commen-
dat, sicut septenarium, uel denarium, uel duode-
narium, quibus plerumque uel uniuersitas tem-
poris, uel rei alicuius perfectio designatur. Si-
cut Septies in die laudem dixi tibi, nihil est ali-
ud, quam semper laus eius in ore meo. Tan-
tundem autem ualent, & cum multiplicantur
siue per denarium: sicut septuaginta & septin-
genti: unde possunt & septuaginta anni Hiere-
miæ pro uniuerso tempore spiritualiter accipi,
quo est apud alienos Ecclesia, siue per seipso,
sicut decem per decem, ceterum: sicut duodecim
per duodecim, centum quadraginta quatuor:
quo numero significatur uniuersitas sancto-
rum in Apocalypsi.

Sexta. Sextam regulam Tychonius recapitulatio-
nem uocat. Sic enim dicitur in scripturis quæ-
dam, quasi sequantur in ordine temporis, uel re-
rum continuatione narrentur: cum ad priora,
quæ prætermissa sunt, latenter narratio reuo-
cetur. Sicut in Genesi quod dicitur: Isti filij Noe
in tribubus & linguis suis. Ab his diuisæ sunt
in linguas gentium super terram. Et statim, Erat au-
tem omnis terra labij unius & sermonum eorundem.
Ita dictum uidetur, tanquam eo iam
tempore quo dispersi fuerunt, una fuerit omni-
bus lingua, cum potius recapitulando latenter
adiungeret, qualiter sint linguæ diuisæ.

Septima. Septima eiusdem regula est, de diabolo &
eius corpore. Aliquando enim in diabolum di-
citur, quod non in ipso, sed in eius corpore pos-
sit agnosci, sicut Dominus beato Iob, eiusdem
hostis fraudes & uires exponens, inter alia di-
xit, Nunquid ad te preces multiplicabit, aut lo-
quetur tibi mollia? Non enim ipse diabolus
legitur usquam poenitentiam acturus: sed cor-
pus ipsius quod damnatum in fine diciturum
sit: Domine, Domine, aperi nobis. Has ergo
regulas non in Apocalypsi tantum, id est,
in reuelatione sancti Iohannis Apostoli, quam
idem Tychonius, & uiuaciter intellexit, &
ueridice fati que Catholica differuit, præter-
ea duntaxat loca, in quibus suæ partis, id est,
Donatistarum schisma defendere nifus, per-
secutiones, quas ipsi à religioso Valentiniano
principe uidelicet, ut hæretici pertulerunt, Ec-
clesiis eorum & plebibus, domibusque & ipso-
sensionibus sub catholicorum manum contra-
ditis, sacerdotibus exilio reuulsis, deslet, &
martyria uocans, has in eadem gloriatur Apo-
calypsi fuisse prædictas: uerum in omni quoque
scriptura canonica, & præcipue prophetica, eas-
dem uigere regulas, quisque uigilanter intende-
rit, inueniet. Cuius quidem auctoris & nos in
hoc opere sensum secuti, nonnulla quæ extrin-
secus

secus posuit, breuiandi causa omisimus: plura
uero quæ illi utpote uiro ingenioso, & qui, sicut
de eo dictum est, ueluti rosa in spinis efflo-
ruit aperta, nec quæsitum digna uidebatur: quan-
tum uel magistrorum traditione, uel memoria
lectionis, uel etiam capti nostri sensus attinge-
re potuimus, superadijcere curauimus. Nã &
hoc in præceptis habemus, ut percepta talenta
cum uisuris referamus ad Dominum. Cumque
opus memoratum in tres libellos releuandæ men-
tis gratia findi placuisset: nescio quo enim mo-
do, ut beatus Augustinus ait, ita libri termino
reficitur lectoris intentio, sicut labor uiatoris
hospitio. Nihilominus tamē ut facilius quæren-

tibus inuentio redderetur, eadem capitulorum
intemerata series, iuxta quod in ipso libello
quondam præpositis breuibus distinxerã, per
omnia uidebatur esse seruanda. Nostræ liqui-
dem, id est Anglorum gentis, inertia consule-
ndum ratus: quæ & non dudum, id est temporibus
beati Gregorij Papæ, semen accepit fidei, &
idem quantum ad lectionem tepidè fati exco-
luit, non solum dilucidare sensus, uerum sen-
tentias quoque stringere disposui. Nam & a-
perta magis breuitas, quam disputatio proluxa
memoriæ solet infigi. Opto in Christo ualeas
dilectissime frater, Bedæque tui semper memore
esse digneris.

Explicitus est Prologus.

Epigramma Bedæ de beato Ioanne, & eius Apocalypsi.

EXul ab humano dum pellitur orbe Iohannes
Et uetitus Coici est cernere regna soli,
Intrat ouans cæli Domino dilectus in aulam
Regis, & altithroni gaudet adesse choris.
Hic ubi subiectum sacra lumina uertit in orbem,
Currere fluctuagagas cernit utique rates,
Et Babel ac Solymam mixtis conflagere castris:
Hinc atque hinc uicibus tela fugamque capi.
Sed mitem sequitur miles qui candidus agnum,
Cum duce percipiat regna beata poli.
Squameus est anguis, per tartara cæca maniplos
Submergit flammis, peste, fameque suos.
Huius quæ facies studium ue, ordo ue duelli,
Ars quæ, quæ ue phalanx, palma uel arma forent,
Pandere dum cuperem, ueterum fata lata peragrans
Excerpti campis germina pauca sacris,
Copia ne potior generet fastidia mensis,
Conuiuam aut tenuem tanta parare uetet.
Nostra tuis ergo sapiant si ferula labris,
Regnanti laudes da super astra Deo.
Sin aliàs, animos tamen amplexatus amicos,
Quæ cano corripiens, pumice frange rogo.

Incipit liber primus

uenerabilis Bedae presbyteri, super Apocalypsin.

CAPVT I.



Apocalypsis Iesu Christi, quam de dit illi Deus palam facere seruis suis. Fun data per Apostolos Ecclesia, quali uel cursu dilatada, uel sine perficienda esset, ad roboranda contra mundi aduersa fidei praedicatorum oportuit reuelari. Cuius reuelationem mysterij Ioannes, more suo, filij gloriam ad patrem referens, Iesum Christum a Deo percepisse testatur. Quae oportet fieri cito. Id est, quae in praesenti tempore sunt Ecclesiae uentura. Et significauit. Myisticis eandem Apocalypsin dicitis innexuit, ne cunctis manifesta uideretur. Mittens per angelum suum. Angelus enim Ioanni in figura Christi uisus est. sicut in sequentibus manifestius apparebit. Seruo suo Ioanni. Ut per Ioannem, qui singularis priui legio castitatis, haec praeter ceteris cernere promeruit, eadem omnibus suis palam faceret seruis.

Apocalypsis occultata.

Ioannes auctor operis.

Septem Ecclesiae.

Sacerdotij expers nemo.

uit, nemo sanctorum est qui spiritaliter sacerdotij officio careat: cum sit membrum aeterni sacerdotis. Ecce uenit cum nubibus, & uidebit eum omnis oculus. Qui iudicandus primo uenit occultus, tunc iudicaturus ueniet manifestus. Haec idcirco commemorat: ut ad tolerantiam passionum confirmet Ecclesiam, nunc ab hostibus oppressam, tunc cum Christo regnaturam. Et qui eum pugnauerunt, et plangēt se super eum omnes tribus terrae. In eadem illum forma uidentes iudicem potentem, in qua uelut minimum iudicauerunt, sera semetipsos poenitentia lamentabunt. Etiam amen. Quod nouit certissime Deo reuelante futurum, interponens Amen, firmat sine dubitatione uenturum. Ego sum a & ω, initium & finis, dicit Dominus Deus. Initium, quem nullus praecedat: finis, cui nullus in regno succedit. Qui est, & qui erat, & qui uenturus est omnipotens. Hoc idem dixerat de patre. Deus enim pater & uenit & uenturus est in filio. Ego Ioannes frater uester & particeps in tribulatione, & regno, & patientia. Personam, locum, tempus, causamque uisionis innuat. Quam se etiam in spiritu uidisse testatur, ne a carnali phantasmate putaretur illusus.

10

20

30

40

50

60

Fuit in insula quae appellatur Patmos, propter uerbum Dei, & testimonium Iesu Christi. Historia nota est, Ioannem a Domitiano Caesare propter Euangelium in hanc insulam relegatum, cui tunc congrue secreta datum est caeli penetrare, cum certa terrarum spatia negabatur excedere. Fui in spiritu in dominica die. Congruum quoque spirituali uisioni tempus indicat. Solet enim scriptura terminos causarum, sicut saepe loci, uel corporis, uel aeterni, sic etiam temporis exprimere statutos. Abraham quippe angeli meridie, Sodomam uespere uisitant, Adam post meridiem ad uocem Domini deambulantis expauit. Et Salomon nocte, sapientiam non seruaturus accepit. Et audiuit post me uocem magnam tanquam tubae dicentis, quod uides scribe in libro. Voce prius admonetur, ut ad uisionem conuertat intuitum. Et mitte septem ecclesijs quae sunt in Asia. Non in his tantum locis fuit tunc Christi Ecclesia, sed in septenario numero omnis plenitudo consistit. Asia quae interpretatur eleuatio, superbiam mundi altitudinem, in quo peregrinatur Ecclesia, designat: & ut diuini mysterij mos est, in specie genus conuenit. Nam & Apostolus Paulus septem scribit Ecclesijs: non tamen eisdem quibus & Ioannes. Et licet ista septem loca figura sint totius Ecclesiae septiformis, tamen gestra sunt in his specialiter quae increpat aut laudat. Et conuersus uidi septem candelabra aurea. Pulchre hic forma describitur Ecclesiae, lumen amoris diuini in pectoris casti fulgore praefertis. Iuxta hoc quod Dominus ait: Sint lumbi uestri praecincti, & lucernae ardentes. Cuius interiorius exteriorisque perfectionem per duas septenarij numeri partes designat: dum in ea singuli quatuor corporis qualitatibus consistentes,

Amen. A & ω.

Temporis expressio.

Nocturnatio.

Septem ecclesiae Asia.

Candelabra.

Similis filio hominis.

Poderis.

Mamillae. Zona aurea.

Candor.

Oculi domini.

Pedes. Orichalcum.

Libanus.

Vox.

Dextera.

Gladius anceps.

Facies.

tes. Dominum Deum suum ex toto corde, tota anima, totaque uirtute diligunt. Et in medio septem candelabrorum similem filium hominis. Similem filio hominis dicit: cum morte deuicta ascendisset in caelum. Et si enim noueramus Christum secundum carnem, sed iam nunc non nouimus. Bene autem, in medio. Omnes enim, inquit, qui in circuitu eius sunt, offerent munera. Vestiumpodere. Poderis, quae Latine tunica talaris dicitur, & est uestis sacerdotalis Christi sacerdotium ostendi, quo se pro nobis in altaris crucis obtulit hostiam patri. Et praecinctum ad mamillas zona aurea. Mamillas, duo testamenta hic dicit, quibus sibi connexum sanctorum corpus imbuat. Zona enim aurea, chorus sanctorum est, concordia charitate Domino adherens, & testamenta complectens, seruantes (ut inquit Apostolus) unanimitatem spiritus in uinculo pacis. Caput autem eius & capilli, erant candidi tanquam lana alba, & tanquam nix. Antiquitas & immortalitas maiestatis in capite candor ostenditur, cui praecipui, qui que uelut capilli adherentes, propter oues ad dexteram futuras, instar lanae, & propter dealbatorum innumeraibilem turbam, & electorum e caelo datorum, instar niuis effulgent. Et oculi eius uelut flamma ignis. Oculi Domini, praedicatorum sunt, igne spirituali, & fidelibus lumen, & incredulis praebentes incendium. Et pedes eius similes orichalco sicut in camino ardenti. Pedes ignitos, nouissimi temporis Ecclesiam dicit, quae uehementibus est examinanda, & probanda pressuris. Orichalcum quippe, est aes multo igne & medicamine perductum ad aureum colorem. Alia translatio, quae dicit similes Orichalco Libani, significat in Iudaea, cuius Libanus mons est, Ecclesiam esse persequendam, praecipue nouissime. Nam & templum saepe Libani nomen accepit, cui dicitur, Aperi Libani portas tuas, & comedat ignis cedros tuas. Et uox illius tanquam aquarum multarum. Vox confessionis & praedicationis & laudis, non in Iudaea tantum sed in multis populis resonat. Et habebat in dextera sua stellas septem. In dextera Christi, est spiritualis Ecclesia. Astipit, inquit, regina a dextris tuis in uestitu deaurato. Cui astanti ad dexteram dicit: Venite benedicti patris mei, percipite Regnum. Et de ore eius, gladius ex utraque parte acutus exibat. Qui de uisibilibus & inuisibilibus iudicans, postquam occiderit habet potestatem mittere in gehennam ignis. Et facies eius, sicut sol lucet in uirtute sua. Qualis in monte discipulis, talis post iudicium Dominus omnibus sanctis apparebit. Impij enim in iudicio uidebunt, in quem pupugerunt. Totus autem hic filij hominis habitus, etiam Ecclesiae conuenit: cum qua una natura ipse factus est Christus,


honorem illi sacerdotalem, & iudiciariam tribuens potestatem, & ut fulgeat, sicut Sol in regno patris sui. Et cum uidissem eum, cecidi ad pedes eius. Tanquam homo ad spiritalem trepidat uisionem, sed Domini clementia timor pellitur humanus. Et posuit dexteram super me, dicens: Nolite timere, ego sum primus & nouissimus. Primus, quia omnia per ipsum facta sunt. Nouissimus, quia in ipso restaurantur omnia. Et habeo clauis mortis & inferni. Non solum inquit, mortem resurrectione deuicti: sed & eiusdem mortis habeo dominium. Quod etiam Ecclesiae spiritum sanctum insufflando tribuit. Quorum, inquit, dimiseritis peccata, dimittuntur eis, & cetera. Scribe ergo quae uidisti, & quae sunt quae oportet fieri post haec. Quae solus uidisti cunctis manifesta uarios, scilicet Ecclesiae labores, & malos in ea cum bonis, usque in finem seculi commiscendos. Septem stellae Angeli sunt septem Ecclesiarum. Id est, rectores Ecclesiarum. Sacerdos enim, ut Malachias ait, Angelus Domini exercituum est.

Primus. Nouissimus.

Clauis mortis.

Septem stellae.

CAPVT II.



I Angelo Ephesi ecclesiae scribe. Huius Ecclesiae iuxta nominis qualitatē, partē increpat, & partē laudat. Ephesus enim & lapsus magnus & uoluntas mea in ea, interpretari dicitur. Haec dicit, qui tenet septem stellas in dextera sua. Id est, uos in manu sua habet, suaque potestate regit & continet. Qui ambulat in medio septem candelabrorum aurorum. Qui in medio uestri digrediens corda singulorum, & renes inuestigat. Scio opera tua, & laborem tuum, & patientiam tuam, & cetera. Video te, inquit, opera bona solerter agentem, & iniurias malorum intolerabiles & quantum tolerantem: qui pseudoapostolorum uerba factaque diligenter examinans, nullatenus eis cedere uoluisti. Sed habeo aduersum te, quod charitatem tuam primam reliquisti. Memor esto itaque unde excideris, & age poenitentiam, prima, & cetera. In quibusdam quidem coeptis deseruisti amorem, quem nisi recuperauerint, lucis eos promissa munere priuabo. In quibusdam uero prauorum exemplo, idololatriam scilicet & fornicationem odisti. Haec enim sunt facta Nicolaitarum, sicut in sequentibus aperitur. Qui habet aurem audiendi, audiat quid spiritus dicat Ecclesijs. Quae singulis scribit, uniuersis se dicere demonstrat Ecclesijs. Non enim Ephesiorum Ecclesia sola, si eam non poeniteret, de loco suo mouendo erat, aut Pergamus tantum sedes est Sataanae, & non ubique. Sic & cetera singularum, omni communia sunt Ecclesiae. Vincenti dabo edere de ligno uitae quod est in paradiso. Lignum uitae Christus est, cuius in caelesti paradiso uisio.

Ephesus.

ne, & in presentī Ecclesie corpore, sancte re-
ficiuntur animae.

Smyrna. **E**t Angelo Smyrnae Ecclesie scribe.] Huic Ecce-
siae de toleranda persecutione suggerit: cui
& nomen congruit. Smyrna enim myrrha dicitur:
quae mortificationem carnis designat.

Pauperes spiritu. **H**aec dicit, primus & nouissimus, qui fuit mortuus &
uiuuit.] Qui & omnia creauit, & omnia mori-
endo restaurauit. Aptra praefatio patientiam
suasuro. Scio tribulationem tuam & paupertatem,
sed diues es.] Beati enim pauperes spiritu, quo-
niam ipsorum est regnum caelorum. Quod pul-
chre fortunatus breui uersu exposuit dicens,
Iudaei qui. Pauper in angusto regnat habendo Deum.

Dies decem. **Q**ui se dicunt Iudaeos esse & non sunt.] Confitentur
se nosse Deum, factis autem negant. Iudaeus
enim religionis est nomen. Vnde & Aposto-
lus: Qui in abscondito (inquit) Iudaeus est, &
circumcisio cordis in spiritu non litera. Ecce
missus est ex uobis diabolus in carcerem, ut tentemini.]
Vniuersali Ecclesiae haec dicta conueniunt, ad
uersus quam diabolus inextricabiles semper
inimicitias exercet. Et habebitis tribulationem die-
bus decem.] Totum tempus significat, in quo
Decalogi sunt necessaria mandata. Quandiū
enim lucē uerbi diuini sequeris, carcerem ne-
cesse est aduersantis inimici patiari. Quidam
decem gentium persecutiones à Nerone Cae-
sare usque ad Diocletianum significatas intel-
ligunt. Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi co-
ronam uitae.] Quo decem dies pertingant, o-
stendit, qui usque ad mortem fidem seruare su-
adet. **Mors secunda.** **Q**ui uicerit, non laedetur à morte secunda.]
Qui fideliter permanserit usque ad mortem
carnis, mortem animae non timebit aeternam.

Pergamus. **E**t Angelo Pergami Ecclesie scribe.] Pergamus
interpretatur diuidens cornua eorum, qui
iudicando distinxit inter uirtutem fidelium, &
Nicolaitarum perfidiam, ut cornua peccatorum
confingerentur, & exaltarentur cornua iusti.

Antipas. **H**aec dicit, qui habet rompream utraque parte acutam.]
Iudiciariam potestatem congrue praemisit, qui
erat iustorum praemia, & poenam redditurus
errantibus. Scio ubi habitas, ubi sedes est satanae, & te-
nes nomen meum, & non negasti fidem meam.] Appro-
bo quidem patientiam tuam, quae inter repro-
bos qui thronus sunt diaboli, commemorata, me
non nomine tantum, quo Christiana diceris,
sed fide colis integra etiam in tempore persecu-
tionis cruentae: sed improbo quod seducto-
res etiā in te cerno, doctores. Et in diebus illis Anti-
pas testis meus fidelis, qui occisus est apud nos.] Quidam
martyrē Pergamo passum, alij Dominū Chri-
stum intelligunt, qui ab incredulis etiam nunc
quantum in ipsis est, occiditur. **Edere & fornicari.**]
Haec duo sunt principalia, quibus carna-
les quisque militant, quorum Deus uenter est,
& gloria in confusione ipsorum. Sed & omne
opus malum idololatria est, & fornicatio spiri-

10 talis. Ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum.]
Nicolaitae sunt dicti à Nicolao diacono: quem
refert Clemens de zelo pulcherrimae coniugis
inrepatum: respondisse, ut quicumque uellet,
eam acciperet uxorem. & ob hoc infideles do-
cuisse, quod Apostoli cunctis promiscua com-
muniāq; foeminarum consortia permitterent.
Dicuntur autē Nicolaitae quaedam etiam fabu-
losa & penē gentilia de mundi praedicasse prin-
cipio, nec ab eis quae immolantur cibos suos se-
parasse. Vincenti dabo manna absconditum.] Qui
carnis illecebram, hypocrisis licet suadentibus,
contempserit, iure dulcedine panis inuisibilis,
qui de caelo descendit, saturabitur. Et dabo illi
calculus candidum.] Id est, corpus nūc baptismo
candidatum, tūc incorruptionis gloria reful-
gens. Et in calculo nomen nouum scriptum.] Vt filij
Dei nominemur & simus. Quod nemo scit, nisi
qui accipit.] Quia qui dicit se nosse Deum, &
mandata eius non custodit, mendax est. Non
enim gustat hypocrita quā suauis est dominus.

Thyatira. **E**t Angelo Thyatirae Ecclesie scribe.] Thyatira
transfertur in hostiam. Sancti autem exhibent
corpora sua hostiam uiuentem. Hec dicit
filij Dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis.
Qui sunt oculi flammey, inferius aperit dicens,
Ego sum scrutans renes & corda: & dabo uni-
cuique uestrum secundum opera uestra. Et pe-
des eius similes orichalco.] Et hoc exponit quod hu-
ius Ecclesiae nouissima sint opera plura priori-
bus. Sed habeo aduersus te, quia permittis mulierem Ies-
sabel, quae se dicit prophetem, docere.] In tuo quidem
opere & fide laudabilis es, sed in hoc uituperabi-
lis, quia pseudo Apostolorum synagogam,
quae se Christianam fingit, non digna inuectio-
ne redarguis. Nomen Iezabel, quod fluxum
sanguinis sonat, conuenit haereticis. Et speciali-
ter fuisse conijcitur, mulier in supradicta Ecce-
sia docens memorata facinora, quae figura ef-
fer totius Iezabel per orbem, cui etiam manife-
stam comminatur ultionem. Et seducere seruos
meos, fornicari, & manducare de idolothytis.] Vtique
sub Christi nomine fornicationem & idolola-
triam spiritalē docebat. Nam quomodo aperte
idolorum culturam doceret, quae in Ecclesia
prophetam se dicebat. Ecce mitto eam in lectum.]
Iusto Dei iudicio agitur, ut in lecto poenae ia-
ceat aeternae: quae miseris in lecto libidinis stra-
uit. Et filios eius in mortem.] Filios hic posteri-
tatem & opera mulieris nominat: quibus mor-
tem non momentaneam corporis, sed animae,
minatur aeternam. Et scient omnes Ecclesiae, quia
ego sum scrutans renes & corda.] In renibus, dele-
ctationes: in corde, cogitationes significat.]
Et dabo unicuique uestrum secundum opera uestra.]
Opera ergo nostra, & dicta, possunt esse nota
hominibus: sed quo animae fiant & quō per il-
la peruenire cupiamus, solus ille nouit qui per-
spicit quid quisque cogitet, quid quēque de-
lectet.

Calculus candidus.
Nomen nouum,
Thyatira,
Oculus flammey
mei,
Orichalco similis ped.
Iezabel,
Lectus gehennae.
Filij eius,
Renes & corda.

lectet. Quia autem consequentia fornicatio-
nem & idololatriam, quae crimini sunt mani-
festa, puniens, occultorum dicitur cognitor, ni-
si quia haec in minimis etiam possunt appellari
delictis: Perdes, inquit, omnes qui fornicantur
abste. Et idem qui haec audit Apostolus Ioan-
nes, cum de falsis fratribus disputaret, ita con-
cludit: Filioli, inquit, custodite uos à simula-
cris. Vobis autem dico & ceteris qui Thyatirae estis.]
Sicut impijs poenitentiam suadet, & poenam mi-
natur: sic ad patientiam pios praemijs hortatur
aeternis. Qui non cognouerunt altitudines satanae.
Nullo utique consensu probauerunt.] Sic & qui ope-
rantur iniquitatem, non cognoscunt Deum, li-
cet ipsum praedicent. Hoc modo & Deus licet
omnes nouerit, nō cognouit operarios iniqui-
tatis. Non mittam super uos aliud pondus: tamen quod
habetis tenete donec ueniam.] Non patiar uos ten-
tari supra id quod potestis sustinere. Aliter At-
tēdite, inquit, à falsis prophetis. Non enim ego
uobis nouam mitto doctrinam: sed quam ac-
cepistis, seruate in finem. Qui enim uicerit falsa,
& mea iussa custodierit, digna mercede donabitur, & dabo
illi potestatem super gentes.] In Christo habet ec-
clesia hanc potestatem tanquam corpus in ca-
pite. In quo secundum Apostolum nobis Deus
omnia donauit. Et reget illas in uirga ferrea: & tā-
quam uas figuli confringentur.] Inflexibili iustitia
regis mites: ut fructum plus adferant. Destruit
uero contumaces: ut uel in aeternum pereant,
uel conterantur in eis cupiditatis terrenae: &
ueteris hominis lutulēta negotia, quicquid de
peccatore limo cōtractum atque inolitum est.
Et dabo illi stellam matutinam.] Christus est stel-
la matutina: qui nocte seculi transacta lucem
uitae sanctis promittit & pandit aeternam.

Saradis. **E**t Angelo Ecclesie Sardis scribe.] Hūc
Angelum, id est sacerdotem mi-
nus solertem in malis corrigendis
arguit. Quosdam tamen in
albis ambulantes habere collau-
dat: quibus nomen Sardis lapidis utique pre-
ciosi congruit. Scio opera tua, quia nomen habes
quod uiuas, & mortuus es.] Tibi quidem uiuus es
se uideris, sed si non in prauorum correctio-
ne uigilaueris, iam inter mortuos computabe-
ris. Non enim inuenio opera tua plena coram deo meo.]
Plena coram deo nō sunt opera rectoris, si non
& ceteros excitare contenderit: quamuis ho-
minibus innoxius esse uideatur. Veniam ad te
tanquam sur.] Sicut in Euangelica parabola, sic
& hic exemplo furis cauendi, uigilare prae-
monet. Sed habes pauca nomina in Sardis: qui non inquina-
uerunt uestimenta sua.] Non dixit paucos, sed pau-
ca nomina. Proprias enim oues uocat nomina
tim: qui Moisen nouit ex nomine, & suorum
nomina scribit in caelo sanctorum. Qui uice-
rit, sic uestietur uestimētis albis.] Omnes ad illorum

Cognosce-
re.
Stella ma-
tutina.
Saradis,
Opera ple-
na,
Nomina
pauca.



CAPVT III.

10 prouocat habitum: qui holocaustam baptismi
inuolatam seruauerunt.

Philadelphi. **E**t Angelo Philadelphi Ecclesie scribe.] Philadel-
phia, dilectio fraternitatis interpretatur: cui
ianua regni aperitur: & à Domino diligēter pro-
mittitur. Hec dicit sanctus & uerus, qui habet clauē Da-
uid.] Id est regiam potestatem, quia siue ex Da-
uid stirpe natus, siue quā prophetia Dauid,
Christi est dispensatione patefacta. Qui aperit &
nemo claudit, claudit, & nemo aperit.] Legis diuinae
secreta solius, Christi potestate panduntur fi-
delibus, clauduntur infidelibus. Ecce dedi co-
ram te ostium apertum, quod nemo potest claudere.] Ia-
nuā scientiae caelestis, quam Ecclesiae suae Chris-
tus aperuit, nullus unquam uia aut nīsu preclu-
ditur. Quia modicam habes uirtutem & seruaisti uer-
bum meum.] Causam ostēdit, quod ideo hęc do-
na promereatur ecclesia: quia non in suis uiri-
bus, sed in Regis Christi gratia confidit, lausq;
est protegētis dei & deuotionis ecclesie, quod
modicę fidei aperiat ostiū uin cendi: & quod
modica uirtus fidei roboretur. Ecce dabo de syna-
goga satanae: qui dicunt se Iudaeos esse & non sunt.] Hoc
omni Ecclesiae tunc promittit: quia non Phila-
delphia tantum crediderunt ex synagoga Iu-
daeorum, sicut in Actibus Apostolorum inue-
nimus. Quoniam seruaisti uerbum patientiae meae, &
ego te seruabo ab hora tētionis quae uentura est.] Quo-
niam exemplum meum seruaisti in aduersis to-
lerandis, & ego te uicissim ab imminētibus ser-
uabo pressuris: non quidē ut non tenteris, sed
ut non uincaris aduersis. Et licet ecclesia sem-
per exerceatur aduersis: potest tamen hic hora
tentationis & humilitatio Iudaeorum sub tem-
pore Antichristi significari, ut sicut in sequen-
tibus in sexto saepius ordine: sic & hic in sexto
Angelo nouissima persecutio designetur. In
qua quidē Iudaeorum mali decipiendi & dece-
pturi, alij autē Heliae magni prophetae monitis
legem spiritaliter intellectu, & ecclesiae mem-
bris incorporati, creduntur hostē fortiter esse
uicturi. Ecce uenio cito. Tene quod habes: ut nemo
accipiat coronam tuam.] Ne tolerādo lassescas. Cū
tō enim auxiliabor, ne forte te deficiente, alius
tibi decretam accipiat mercedem. Sic sancto-
rum numerum qui apud Deum fixus est, im-
possibile est zizaniorum crescentium perfidia
breuiari. Si enim corona alteri tradatur amissa,
non uacat locus eius qui quod tenebat amisit.
Qui uicerit, faciam illum columnam in templo dei mei:
& foras non egredietur amplius.] Qui aduersa pro-
pter me deuicerit, gloriosus in templo ecclesiae
nullam aduersitatis timebit ultra iacturam. Hęc
columnae, id est sancti uiri nunc sustinendo ec-
clesiam muniunt, tunc eminendo decorant, si-
cut illae duae in foribus templi Salomonis.
Et scribam super eum nomen Dei mei.] Quia ui-
delicet per adoptionem filij dei dicimur. Et
nomen ciuitatis dei mei, nouae Hierusalem.] Vnitati
ecclesiae sociabitur, quae gratia caelesti in nouā

Clauis
Dauid.
Christi po-
testas,
Ostium
scientiae,
Persecutio
sub anti-
christo.
Columnae
ecclesiae.

CAPVT IIII.

uitam generata est. Et nomen meum nouum.] Hoc est nomen Christianu: non quod nouum sit istud filio dei, qui hanc habuit claritatem an tequam mundus fieret, sed nouum filio hominis qui fuit mortuus & resurrexit, & sedet ad dexteram Dei.

Laodicia. Tangelo Laodiciae ecclesiae scribe.] Laodicia dicitur tribus amabilis domini, siue fuerunt in uomitu. Brant enim ibi & quibus diceret, In cipiã te euomere ex ore meo. Et quibus item, Ego quos amo, arguo & castigo. Ex græco autem populus iustus interpretatur. Hæc dicit Amen testis fidelis & uerus qui est principia creaturæ dei.] Amen, uere siue fideliter interpretatur. Christus ergo, qui est in diuinitatis essentia ueritas, per incarnationis mysterium principium creaturæ dei factum se esse cõmemorat, ut per hæc ad tolerantiam passionum conformet ecclesiam. Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus, & cetera.] Nec in fide feruidus es, nec in totum infidelis. Quod si adhuc infidelis esses, adhuc tibi spes conuertendi maneret. nunc uero quia uoluntatem domini quam cognouisti, non facis, de uisceribus ecclesiae meæ proiciaris. Quis dicit quod diues sum, & locupletatus, & nullus ego, & cetera.] Sola fide contentus, iustitiam tibi frustra diuitias usurpas, sed si uere diues esse desideras, feruorem charitatis pressurarum flamma probatum, derelictis omnibus eme, atque oculos mentis non stibio fallacis iactantia, sed diuinæ sciẽtiæ perunge collyrio. Collyrio oculos inungere, est executione boni operis intelligentiam scripturæ sanctæ promereri. Ego quos amo arguo, & castigo.] Ne refugas pati aduersa, hoc cum hoc speciale sit indicium amari à domino. Aemulare ergo, & penitentiam age.] Ostendit fuisse illic qui amulãdi sequendiq; fuissent. Ecce sto ad ostium & pulso, & cetera.] Ostium quidem cordis tui exhortationis dextera pulso, quam si libenter receperis, me in habitatore & coharede dignus habebis.

Amen. Christus. Qui uicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo.] Confessorem participem dicit potestatis & iudicij. Qui confedere, inquit, nos fecit in caelestibus in Christo. Sicut & ego uici, & sedi cum patre meo in throno eius.] Vincēs Dominus in throno cum patre sedet, quia post passionis certamina, post palmam resurrectionis clarius se omnibus quod potestati patris esset æqualis, in dicitur. Nota in singulis ecclesiis primo dominum suam indicare potentiam, dehinc opera ecclesiae uel laudanda uel uituperanda, intermixta semper admonitione, retexere. Postremo, mercedem quæ & in presenti & in futuro potest intelligi, utriusque parti repondere debitam. Cum uero adiungit, Qui habet aures audiãt, aures proculdubio cordis ad mandatorum obedientiam intelligere conuenit.

Diuies uere. Sola fide contentus, iustitiam tibi frustra diuitias usurpas, sed si uere diues esse desideras, feruorem charitatis pressurarum flamma probatum, derelictis omnibus eme, atque oculos mentis non stibio fallacis iactantia, sed diuinæ sciẽtiæ perunge collyrio. Collyrio oculos inungere, est executione boni operis intelligentiam scripturæ sanctæ promereri.

Collyrio perungere oculos. Nota in singulis ecclesiis primo dominum suam indicare potentiam, dehinc opera ecclesiae uel laudanda uel uituperanda, intermixta semper admonitione, retexere. Postremo, mercedem quæ & in presenti & in futuro potest intelligi, utriusque parti repondere debitam.

Confessor Christi. Nota in singulis ecclesiis primo dominum suam indicare potentiam, dehinc opera ecclesiae uel laudanda uel uituperanda, intermixta semper admonitione, retexere. Postremo, mercedem quæ & in presenti & in futuro potest intelligi, utriusque parti repondere debitam.



ostium apertum in celo.] Descriptis ecclesiae operibus, quæ & qualis futura esset, recapitulat à Christi natiuitate, eadem aliter diciturus. Totum enim tempus Ecclesiae uarijs in hoc libro figuris repetit. Ecce, inquit, ostium apertum in celo. Conuenienter ostium caeleste ascensurus aspicit, cui celsa mysteria pandi promittuntur. Vel quia ostiũ Christus est, qui illum crediderit natum & passum, conscendit caelum, id est ecclesie altitudinem, & uidet futura spiritalis effectus sicut dicit. Et statim sui in spiritu. Et uox prima quam audiui.] Similis utique prioris uoci, quæ dixerat, Quod uides, scribe in libro. Et ecce sedes posita erat in celo, & supra sedem sedens.] Ecclesiam dominus inhabitat. Gregorius papa, solũ dei in uisione Micheæ, angelicas potestates interpretatur. Quarũ mentibus altius præsidens, inferius cõstita disponit. Et qui sedebat, similis erat aspectui lapidis ispidis, & sardinis.] Ispidis color, aquam, sardis ignem significat. Quibus duobus iudicij nouimus celebrari. Sicut enim, inquit, in diebus Noe, ita erit & aduentus filij hominis. Et iris in circumitu sedis, similis uisioni smaragdinae.] Iris qui fit sole nubes irradiat, & post diluuiũ primo propitiationis iudicio factus est, intercessit sanctoꝝ quos Dominus illustrat, ecclesiam muniri designat. Qui bene smaragdo lapidi nimirã uiriditatis comparatur, quo enim hæreditatem immarcescibilem sibi perfectiori expectant, eo protinus etiã ceteros, orando protegent. Et in circumitu sedis sedilia uiginti quatuor, & super thronos uiginti quatuor seniores sedentes.] Ecclesiam quam propter societatem fidei in una sede uiderat, eandem per geminum testamẽtum de patriarchis & Apostolis generatã, in uiginti quatuor sedilibus cernit. Sedentẽ autem propter iudiciaria eius in Christo dignitatem. Sedebũt enim & iudicabunt uniuersa mẽbra, sed in uno & per unũ caput. Nam quomodo poterunt sancti in iudicio sedere. stantes ad dexterã iudicis? Possunt etiã uiginti quatuor seniores in illis intelligi, qui perfectionẽ operis, quæ senario numero commendatur, clara Euãgelij prædicatione cõsummant. Nam quater seni, uiginti quatuor faciunt. Circum amictos uestimentis albis, & in capitibus eorum coronas aureas.] Id est bonis operibus indutos, perenni mẽtis memoria gaudia superna quærentes. Sæpe enim capitis nomine, mens solet intelligi. Et de throno procedunt fulgura & uoces & tonitrua.] Hoc est quod Marcus ait: Illi autem profecti prædicauerunt ubique, Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis. Et septem lam pedes ardentes ante thronum, qui sunt septem spiritus Dei.] Vnum spiritum dicit septiformem, uetus enim est spiritus, Septiformitas autem, perfectio

Ostium.

Solum domini.

Ispidis. Sardis.

Iris.

Sedilia uiginti quatuor.

Seniores uiginti quatuor.

Capit.

60

Spiritus septiformis.

Vitrum. Crystallum.

Animalia quatuor. Matthæus Leo &c.

Lucas uirtus.

Marcus homo.

Ioannes aquila.

Senarius.

Ala senæ.

Oculi inuis & foris.

Oculi ante & retro.

fectio est & plenitudo. Commemorato uero spiritu sancto, conuenienter unda baptismi sequitur, in qua idem spiritus percipi creditur. Et in conspectu sedis, tanquam mare uitreum, simile crystallo.] Propter fidem ueri baptismi refertur ad uitrum, in qua non aliud uidetur exterius, quàm quod gestat interius. Crystallo quoque, quod de aqua in glaciem & lapidẽ preciosum efficitur, baptismi gratia figuratur. Et in medio sedis & in circumitu sedis quatuor animalia plena oculis ante & retro.] Cunctas throni dei, id est ecclesiae partes, lumẽ Euãgelij de præteritorum futurorumq; scientia replet. Et animalia primũ simile leoni & cetera.] Hęc animalia multifarie interpretantur. Beatus autem Augustinus iuxta ordinem libri istius Matthæum in leone dicit intelligi, qui regie dignitatis in Christo sapiam narrat, qui & uicit leo de tribu Iuda. Catulus enim leonis Iuda. Et in quo ut rex à rege timetur, à Magis adoratur. Vbi etiã rex cum ferus rationem ponit, Rex nuptias filio facit, & ad ultimum rex segregat oues ab hœdis. Lucam in uitulo, qui hostia magna fuit in lege. Eius enim non solum principia circa templum & sacrificia diuersantur, sed & ita cõcluditur, Et erant semper in templo laudantes & benedicentes deum. Facies uero hominis Marcus significat, qui nihil de regali uel de sacerdotali domini potentia locutus, tantum hominis Christi gesta simpliciter narrat. Aquila autem, Ioannes est, qui natiuitatẽ uerbi uel ut ortum solem perspicaciter aspectat. Animalia autem, nunc Euangelistas, nunc totam significat ecclesiam. Cuius fortitudo in leone, uirtutis in aquila uolante monstratur. Singula eorum habent alas senas.] Perfectione suã doctrinæ ecclesiam ad alta subleuatur. Senarius enim numerus ideo perfectus dicitur, quia primus suis partibus impletur. Vnum quippe, quod est sexta senarij pars, & duo, quod est tertia, & tria quod est dimidium, eundem senarium faciunt. Aliter, Ala senæ quatuor animalium, quæ sunt uiginti quatuor, totidem ueteris instrumenti libros insinuatur, quibus Euangelistarum & fuscitur auctoritas, & ueritas comprobatur. Et circumitu & intus plena sunt oculis, sancta ecclesia & corã deo & coram hominibus se uigilanter attendit.] Cuius inferiores oculos aspexerat Psalmista, cum dicit, Omnis gloria eius filice regum ab intus. Ex teriores uero cum continuo subdit, In fimbrijs aureis circumamicta uarietate. Aliter, siue literam attendas, siue allegoriam quæras, lucẽ semper in Euangelio reperies. Alia trãslatio sic habet: Plena oculis ante se & retro. Quia lux Euãgelij & ænigmata legis irradiat, & nouæ gratiæ mundo fulgorem infundit. Et requiem non habebat die ac nocte dicentia: Sanctus, sanctus, sanctus, dominus deus omnipotens.] Sancta animalia cuncto tempore seculi unam dominationem deitatis,

omnipotentiam & æternitatem sanctæ trinitatis affirmant, manente intellectualis creaturæ perpetua in caelestibus laude. Prociabant uiginti quatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant.] Animalibus personantibus laudem, id est Euangelistis prædicantibus Christi dispensationẽ, omnis ecclesia quæ in præpositis constat & populis (hoc enim geminatus duodenarius numerus significat) statim cadens in faciem, adorat uiuentem in secula seculorum. Et mittebant coronas suas ante thronum.] Duo uidelicet assignantes quicquid uirtute, quicquid habebant dignitatis. Quippe qui ex nihilo cuncta creauerit.

Animalia quatuor. Matthæus Leo &c.

Lucas uirtus.

Marcus homo.

Ioannes aquila.

Senarius.

Ala senæ.

Oculi inuis & foris.

Oculi ante & retro.

60

omnipotentiam & æternitatem sanctæ trinitatis affirmant, manente intellectualis creaturæ perpetua in caelestibus laude. Prociabant uiginti quatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant.] Animalibus personantibus laudem, id est Euangelistis prædicantibus Christi dispensationẽ, omnis ecclesia quæ in præpositis constat & populis (hoc enim geminatus duodenarius numerus significat) statim cadens in faciem, adorat uiuentem in secula seculorum. Et mittebant coronas suas ante thronum.] Duo uidelicet assignantes quicquid uirtute, quicquid habebant dignitatis. Quippe qui ex nihilo cuncta creauerit.

Animalia quatuor. Matthæus Leo &c.

Lucas uirtus.

Marcus homo.

Ioannes aquila.

Senarius.

Ala senæ.


Oculi inuis & foris.

Oculi ante & retro.

60

60

60



Tuidi in dextera sedentis super thronum, librum scriptum intus & foris.] Hæc uisio mysteria nobis sanctæ scripturæ per incarnationem domini patefacta demonstrat. Cuius unitas concors uetus Testamentum quasi exterius, & Nouum continet interius. Signatum sigillis septem.] Id est, uel omni latente mysteriorum plenitudine reatum, uel spiritus septiformis dispositione conscriptum. Et audiui Angelum fortem prædicantem uoce magna: Quis est dignus aperire librum? Prædicationem legis insinuat. Multi enim prophetae & iusti cupierunt uidere quæ Apostoli uiderunt. Et de hac salute, ut Petrus ait, exquisierunt atq; scrutati sunt prophetae. Hic est liber, qui in Etia & scienti literas & nescienti irreferabilis est. Cuius tamen etiã illic ita prædicatur apertio. In die illa audient surdi, uerba libri. De quo & Iezechiel: Et uidi, inquit, & ecce manu missa ad me, in qua erat liber inuolutus, & expandit illum coram me, qui erat scriptus intus & foris. Vbi & hoc quod Ioannes tacuit, quid uidelicet in libro scriptum esset, adiunxit, dicens: Et scriptæ in eo erant lamætationes & carmen & uerba. Cuncta enim series ueteris & noui Testamenti, penitentiam pro peccatis agendum, regnum caeleste querendum, & sctus infernales præmonet esse fugiendos. Et nemo poterat in celo, neque in terra, neque subius terram aperire librum, neque respicere illum.] Neque angelus, neque ullus iustorum etiã carnis uinculo absolutus, mysteria diuinæ legis reuelare uel inuestigare poterunt, neque respicere illum, id est contemplari splendorem gratiæ Noui testamenti. Sicut filij Israel in faciem latoris Veteris testamenti, nouum continentis non poterant aspiciere. Et ego flebam multum.] Communem humani generis miseriam agnoscens doluit. Et unus de senioribus dixit mihi, Ne fleueris. Ecce uicit leo de tribu Iuda.] Flere prohibetur, quia iam tunc impletum erat in Christi passione, quod dicitur latebat mysterium, cum illo tradente spiritum, uelum tẽpli scissum est. Cui dicitur: Catulus leonis Iuda, ad prædam filij mi ascēdit, &c. Sequitur

Libet

Sigilla octo.

Flere cur uetatur.

Sequitur, & describit quomodo & ubi uicerit leo de tribu Iuda.

Agnus & Leo domini.

Et uidi in medio throni, & quatuor animalium, & seniorum, & agnum stantem tanquam occisum. Idem Dominus qui agnus est innocenter moriendo, leo quoque factus est, mortem fortiter euincendo. Tychonius, agnum ecclesiam dicit, que in Christo accepit omnem potestatem. Habentem cornua septem & oculos septem. Spiritus in Christo septiformis, propter eminentiam potestatis: cornibus, propter illuminationem gratia comparatur oculis. Et uenit & accepit de dextera sedentis in throno librum. Librum de dextera Dei, dispensationem ipsam incarnationis a patre & a seipso, secundum id quod Deus est, disposita accepisse filius hominis dicitur, quia uterque cum spiritu sancto in throno habitat. Christus enim qui in humanitate agnus, ipse in deitate de xtera patris est. Et cum aperuisset librum, quatuor animalia & uiginti quatuor seniores ceciderunt coram agno, habentes singuli citharas & phialas aureas. Cum passione sua Dominus utriusque Testamenti preconia in se comprobaret impleri, ecclesia gratias referens, ipsa quoque se passionibus offert, ut iuxta Apostolum impleat ea que desunt passionum Christi in carne sua. Citharis enim ubi ligno chorda tenduntur, corpora mori parata: phialis uero, corda latitudine charitatis patula designantur.

Citharae, Phialae.

Et cantabant canticum nouum dicentes, Dignus es domine accipere librum, & aperire signacula eius. Sacramenta noui testamenti, que in Christo sunt completa, celebrant: illam ipsam eius dispensationem laudibus prosequentes, quam soli fatentur Christo competere. Et redemisti nos Deo in sanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo & natione. Hic amplius declaratur animalia & seniores ecclesiam esse, que Christi est sanguine redempta, & congregata de gentibus. Ostendit etiam in quo caelo sint, dicendo, Et regnabunt super terram. Et uidi & audiui uocem Angelorum multorum in circuitu throni & animalium & seniorum. Et erat numerus eorum milia milium. Innumera milia populorum ad ecclesiam confluentium, deum laudant. Cui data est omnis potestas in caelo & in terra. Si enim filij Dei dicti sunt iusti, cur non & Angeli? Licet & caelestis quoque militia redemptioni nostrae congratulando possit ista concinere. Sicut & sanctus Papa Gregorius exposuit, subiungens: Vox nanque Angelorum est in laude conditoris, ipsa admiratio in tantae contemplationis. Et quatuor animalia dicebant, Amen, Et uiginti quatuor seniores ceciderunt in facies suas, & adorauerunt uiuentem in secula seculorum. Populis in ecclesia Domini laudes resonantibus, doctores idem confirmant, & exempli gratia, dominum simul adorant.

CAPVT VI.



Uidi quod aperuisset agnus unum de sigillis. Cum signa primo soluantur, deinde liber aperietur, certa ratione praeposterauit usitatum ordinem. Dominus enim patiens & resurgens, sine se esse legis edocuit. Ascendens autem in caelum, spiritu sancto misso, secretioris arcani munere firmavit ecclesiam. Tunc ergo librum aperuit, & nunc eius signacula soluit. In primo igitur sigillo, decus Ecclesiae primitiuae. In sequentibus tribus, triforme contra eam bellum. In quinto, gloriam sub hoc bello triumphantium. In sexto, illa quae uentura sunt tempore Antichristi, & paululum superioribus recapitulatis. In septimo, cernit initium quietis aeternae. Et audiui unum de quatuor animalibus dicens, Veni & uide. Nos quoque gloriam ecclesiae cernere magnis Euangelij uocibus admonemur. Et ecce equus albus, & qui sedebat super eum habebat arcum, & data est ei corona, & exiit uincens ut uinceret. Ecclesiae, quae super niuem gratia dealbata est, Dominus praesidet, & spiritalis doctrinae contra impios arma ferens, uictor in suis coronam percipit. De quo dicitur, Accepit dona in hominibus, in quibus etiam caelo praesidens, a Saulo persequebatur. Et cum aperuisset sigillum secundum, audiui secundum animal, dicens, Veni & uide. Contrarium quoque equitatum solenter attendere iubetur, ut sicut de prosperis Ecclesiae gaudium, sic de aduersis cautelam ex praesentia sumat. Et exiit alius equus rufus. Contra uictorem uincentemque Ecclesiam exiit equus rufus, id est, populus sinister, ex seffore suo diabolo sanguinolentus. Quamuis legerimus apud Zachariam, equum domini rufum: sed ille suo sanguine rufus, hic alieno. Et qui sedebat super eum, datum est ei ut sumeret pacem de terra. Scilicet suam, Ecclesia uero aeternam pacem, quam sibi Christus reliquit, accepit. Et datus est illi gladius magnus. Siue in eos quos prauaricatores fidei, siue quos martyres facit. De quo ad beatum Iob dicitur, Qui fecit eum, applicauit gladium eius, id est uel ne tantum sanctos tenet quantum impius uelit, uel quod suae rabiei in seipsum uindicta redeat. Et ecce equus niger, & qui sedebat super eum habebat stateram in manu sua, & audiui tanquam uocem in medio quatuor animalium. Equus niger, falsorum caterua est firmitrum, qui stateram rectae professionis habent, sed socios laedunt per opera tenebrarum. Dum enim in medio animalium dicitur ne laeseris, ostenditur illic esse qui laedit. De hoc praecurrente equo dicit Apostolus, Foris pugnae, intus timores. Bilibris tritici denario uno, & tres bilibres hordei denario uno, & uinum & oleum ne laeseris. Caue, inquit, ne exemplo pessimo fratrem tuum scandalizates propter quem Christus mortuus est, & sacri sanguinis chrismatibus portat insignia. Quia siue perfecti metatis, siue

Finis legis Christus.

Sigilla octo.

Ecclesiae candor.

Equus rufus.

Equus niger.

Bilibris.

Equus pallidus, mors & infernus.

Arrii uesania.

Ara aurea.

Animarum clamor.

Stolas abbe.

Cauda dilatatio.

tis, siue etiam minimi, quibus in Ecclesia fide tamen sanctae Trinitatis imbuti, omnes eodem perfecto precio sanguinis dominici sunt redempti. Nec immerito bilibri & non simplicilibra fidei uel operis perfectio exprimitur, quae utraque in radice geminae consistit charitatis. Et ecce equus pallidus, & qui sedebat de super, nomen illi mors, & infernus sequebatur eum. Haeretici qui se catholicos palliat, morte inhabitatrice digni, perditorum post se rapiunt exercitum. Diabolus enim & ministri eius, metonymicos mors & infernus dicti sunt, eo quod multis causa mortis & infernorum sint. Potest & simpliciter accipi, quod hic spiritaliter mortuos, sibi poena sequatur aeterna. Et data est illi potestas super quatuor partes terrae. Ecce Arrii uesania de Alexandria nascens, ad Gallicum usque peruenit oceanum, non fame tantum uerberi dei, sed & gladio corporali bestialiter pios insequens. Alia editio quartam partem transtrahit, quia tres equi mali diabolo rectore fidentes, contra quartum Ecclesiae calcitrant equitatum. Et cum aperuisset quintum sigillum, uidi, uocis altare animas intersectorum propter uerbum Dei. Quia Ecclesiam dixerat in praesenti multipliciter afflictam, dicit & gloriam animarum post corporum poenam. Vidi, inquit, eas sub altare, id est in secretario laudis aeternae. Ara enim aurea & interius posita, & prope dominici corporis arcam, non ut exterior carnei & sanguinem, sed sola offert Domino thymiamata laudis. Et qui nunc exhibent corpora sua hostiam uiuentem, tunc diruptis carnis uinculis, illi sacrificant hostiam laudis. Potest autem & per hyperbaton esse, ut non sub ara uiderit, sed sub ara occisos, id est sub testificatione nominis Christi, sicut de Machabaeis dictum est, Sub testamento dei ceciderunt. Et clamabant uoce magna dicentes. Magnus animarum clamor, magnum est desiderium eorum quae Dominum facere uelle nouerunt. Nec enim fas est, eas credere contra Dei nutum quicquam cupere, cum earum desideria ex eius pendeant uoluntate. Vique quo domine sanctus & uerus non iudicas & uindicas sanguinem nostrum de ijs qui habitant in terra. Non haec odio inimicorum, pro quibus in hoc seculo rogauerunt, orant, sed amore aequitatis, quia ipsi iudici ut prope positi concordant, idem iudicij quo peccati regnum destruat, & resurrectionem extintorum corporum aduenire praecatur. Nam & nos in praesenti, cum pro inimicis orare iubeamur, dicimus tamen Domino orantes, Adueniat regnum tuum: Et data sunt illis singula stola alba. Singulas modestas habent animae sanctorum de sua beata immortalitate gaudentes. Resurgentibus autem corporibus iuxta Esaiam, in terra sua duplicia possidebunt. Et dictum est illis ut requiescerent tempus adhuc modicum, donec impleantur conserui eorum & fratres eorum. Non desiderium resur-

rectionis abnuitur, sed ex colligendorum fratrum augmento differtur. Nam & ipsa animarum latitudo potest stolis albis figurari, cum domino reuelante didicerint, & impios in fine damnandos, & usque ad finem seculi multos suo numero per martyrium esse sociandos: atque interna charitate perfusi, maluerint hac consolatione contenti, pro supplendo fratrum numero haecenus sua gaudia differri.

Sigillum sextum.

Et uidi cum aperuisset sigillum sextum, & terra motus factus est magnus. Sexto sigillo patefacto nouissima persecutio nuntiatur, & sicut Domino sexta feria crucifixio, mundum tenebris & pauore concuti. Et sol factus est niger tanquam saccus. Tanquam Christi uel operum potentia, uel doctrina temporaliter obscurata, uel a defensione sit uelata, cum ministri Antichristi in seruos Christi grassari sumuntur. Et luna tota facta est sicut sanguis. Ecclesia solito amplius pro Christo sanguinem fundet. Tota autem dixit, quia in toto orbe erit nouissimus terrae motus, antea uero sicut scriptum est, per loca. Et stelle ceciderunt super terram, sicut ficus mittit grossos suos, cum a uento magno mouetur. Qui caelestes in ecclesia specie tenebris fulgent, uento nouissimae persecutionis impulsu, terreni fuisse probabuntur. Quorum bene opera grossis, immaturis uidelicet & inutilibus & caducis fici fructibus comparantur. Et caelum recessit sicut liber inuolutus. Sicut liber inuolutus mysteria quidem intus, sed foris non apparentia continet, sic & tunc ecclesia suis tantum cognita, persecutionum discrete uitans recedet, ut ab extraneis abscondita non uideatur. Et omnis mons & insula de locis suis mota sunt. Diuersa pro qualitate officiorum uel uirium memorans Ecclesiae membra, nullum ab hoc turbine praedicat alienum, sed motus dissimilis, in bonis scilicet fugiendo praecauens, in malis uero cedens sequendo. Et reges terrae & principes & tribuni. Reges, potentes homines accipimus. Ex omni enim gradu & conditione uult intelligi. Caeterum, qui tunc reges praeter unum persecutorem absconderunt se in speluncis & in petris montium, & dicunt montibus & petris, cadite super nos. Cum infirmiores qui tunc praecellorum in ecclesia roborari exemplis, consilijs muniti, pro regi monitis, & precibus quaerunt, obumbrari, quasi ipsos super se montes per affectum compassionis cadere deprecantur. Montes enim excelsi ceruis, petra refugium erinacis. Et abscondite nos a facie sedentis super thronum & ab ira agni. Ut nos scilicet non reprobos, sed in fide stabiles uenturus inueniat, peccatis nostris sanctorum intercessu & Dei miseratione contactis. Et quis poterit stare? Ille utique qui nunc uigilare, in fide stare, uiriliter agere procurauerit. Quod si hunc terrae motum iuxta litteram, ad ipsum diem iudicij referas, non

Grossis ficum similes.

Liber inuolutus.

Reges.

50

60

non est mirum si reges terreni & principes, sanctorum tunc montium pauidi refugia quaerant. Sicut in diuite purpurato & paupere Lazaro iam factum legimus.

CAPVT VII.

Regna quatuor.



Post haec uidi quatuor Angelos stare super quatuor angulos terrae. Id est, quatuor regna principalia, Assyriorum scilicet & Persarum, Graecorumque, & Romanorum. Sicut enim in superioribus sigillis post multiformes ecclesiae conflictus, triumphantium gaudia uidit animarum, sic etiam nunc regnum Antichristi quae uictoria sequatur praecedentium mundi regnorum, quae Christi Ecclesiae iuri iam cesserunt, probaturus est exemplis. Graues enim causa, grandioribus necesse est confirmetur argumentis. Tenentes quatuor uentos terrae, ne flaret uentus super terram, neque super mare, neque in ullam arborem. Suo quodammodo potentatu omnia praefocantes, nullum pro libitu sui iuris respirare sinent. In terris, diuersitas prouinciarum: in mari, insularum in arboribus, diuersa hominum qualitas & conditio designatur. Aliter. Qui sunt Angeli quatuor, idem quatuor intelligendi sunt uenti, iuxta Danielis prophetiam dicentis, Ecce quatuor uenti caeli pugnabunt in mari magno, & quatuor bestiae ascendeant de mari.

Angelus Christus.

Vox domini.

Christi imperium.

Crux.

Nomen domini Tetragrammaton.

Centum quatuordecim milia.

Et uidi alterum Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum dei uiuui. Dominus in carne natus, qui magni consilij Angelus est, paterne sci licet uoluntatis nuncius, uisitauit nos oriens ex alto, uexillum crucis, quo suorum fratres signaret, afferens. Et clamauit uoce magna quatuor angelis. Magna domini uox est, praedicatio sublimis: Poenitentiam agite, appropinquauit enim regnum caelorum. Nolite nocere terrae & mari, neque arboribus. Ex quo dominus passus est, non hostis solum aduersarij, sed & mundani principatus contritum est imperium, sicut & oculis cernimus, & in statua, quam lapis de monte comminuit, legimus. Quo ad usque signemus seruos dei nostri in frontibus eorum. Ad hoc enim gentium contractum est imperium, ut signo fidei, cui resisterat, facies sanctorum libere notaretur. Nam & ipsa crucis figura dilatatum, ubique domini significat regnum, sicut uetus dictum comprobatur. Respice distinctis quadratum partibus orbem, ut regnum fidei cuncta tenere probes. Neque enim frustra in fronte pontificis, nomen domini tetragrammaton scribatur, nisi quia hoc est signum in fronte fidelium, de quo in Psalmo pro torcularibus canitur: Domine Dominus noster quam admirabile est nomen tuum in uniuersa terra, & caetera: usque dum ait, Ut destruas inimicum & defensorum. Et audiui numerum signatorum, centum quadraginta quatuor milia signati ex omni tribu filiorum Israel. Hoc nume-

ro finito, innumerabilis significatur totius ecclesiae multitudo, quae de Patriarchis, uel profapia carnis, uel fidei, est imitatione progenita. Si enim, inquit, uos Christi, ergo Abraham semen estis. Ad augmentum autem perfectionis pertinet & ipsa duodecim duodecies multiplicari, & ad summam millenarium perfici, qui est denarius numerus quadratus solidus, significans ecclesiae stabilem uitam. Propterea quippe duodecim numero saepe figuratur, quia per orbem quadratum in fide consistit sanctae Trinitatis. Ter enim quaterni, decus dipondius. Denique & Apostoli eandem mundo fidem praedicaturi, duodecim sunt electi, numero scilicet mysterium operis sui figurantes. Ex tribu Iuda duodecim milia signati, ex tribu Ruben duodecim milia signati, ex tribu Gad duodecim milia signati, ex tribu Aser duodecim milia signati, ex tribu Neptalim duodecim milia signati, ex tribu Manasse duodecim milia signati, ex tribu Simeon duodecim milia signati, ex tribu Leui, duodecim milia signati, ex tribu Issachar duodecim milia signati, ex tribu Zabulon duodecim milia signati, ex tribu Ioseph duodecim milia signati, ex tribu Benjamin duodecim milia signati. Conuenienter & a Iuda inchoat, ex qua tribu ortus est Dominus noster: & Dan praetermisit, ex quo dicitur Antichristus esse nasciturus, sicut scriptum est: Fiat Dan coluber in uia, castes in semita, mordens ungulas equi, ut cadat ascensor eius. Quia non ordinem terrenae generationis, sed iuxta interpretationem nominum uirtutes ecclesiae decreuit exponere, quae a confessione & laude praesentis, ad dexteram uitae festinet aeternae. Hoc enim nomen Iudae, qui primus, & Benjamin qui ultimus ponitur, sonant. Primus ergo Iudas, qui confessio siue laudatio interpretatur, ponitur: quia ante initia confessionis, culmen bonorum operum nullus apprehendit. Et nisi per confessionem renunciemus actibus malis, non informamur rectis. Secundus, Ruben, qui interpretatur uidens filium. In filijs opera designari, Psalmista testatur, qui in beati uiri benedictionibus inter caetera dicit, Filij tui sicut nouella oliuarum. Et infra, Ut uideas filios filiorum tuorum. Non enim qui timet dominum, nisi genuerit filios, nepotesque susceperit, beatus esse non potest, cum uirgines fideles potior merces expectet, sed in filijs opera, in filijs uero filiorum fructus operum, id est mercedem designat aeternam. Post Iudam ergo Ruben, id est post exordia diuinae confessionis & laudis, perfectio sequitur actionis. Sed quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei, post Ruben sequitur Gad, qui tentatio uel accinctus interpretatur. Post inchoationem enim boni operis, maioribus necesse est hominem tentationibus probari, atque ad bella grauiora fucingi, ut fidei illius fortitudo comprobetur. Dicente Salomone: Fili, accedens ad sexuitutem dei, sta in iustitia & timore, & praepara animam

Iudae tribus prima, Dan praetermissa.

Confessionis laus, Ruben.

Gad.

Aser.

Neptalim, Manasses.

Simeon.

Leui.

Issachar.

Zabulon.

Ioseph.

tuam ad tetationem. Itemque Psalmista, Praecini xisti me, inquit, uirtute ad bellum. Et quoniam beatificamus eos qui sustinuerit sufferentiam, ideo post Gad Aser, id est, beatus ponitur, congruo satis ordine. Beatus enim qui suffert tetationem, qui cum probatus fuerit, accipiet coronam uitae. Quia uero huius beatitudinis fida promissione securi non angustantur, sed spe gaudentes, in tribulatione patientes, cum Psalmographo decantant, In tribulatione dilatasti me, & item: Viam mandatorum tuorum cucurri, dum dilatares cor meum, & cum matre beati Samuelis, exultantes aiunt: Dilatatum est os meum super inimicos meos, quia letata sum in salutari tuo. Propterea Neptalim succedit, quod est latitudo. Sed & ipsum Manasses sequitur, qui interpretatur oblitus, uel necessitas. Cuius nominis mysterio mouemur, ut tetationum praesentium angoribus edocti, ea uero quae retro sunt, obliuiscens: sic in ea quae ante sunt, secundum Apostolum extendamur, ut carnis curam non in desiderijs, sed sola necessitate humanae conditionis astricti faciamus. De qua Psalmista, meliora suspirans orabat: De necessitatibus meis eripe me. Huic supponitur Simeon, id est, audiuisti tristitia, uel nomen habitaculi. Ut huius etiam qualitate uocabuli cui dentis inculcaret, & quid hic habedum, & quid sit salubriter expectandum. Illis enim habitaculi caelestis gaudium dabitur, quorum hic animus fructuosa poenitentia contristatur. Quibus & dicitur, Tristitia uestra uertetur in gaudium. Proinde Leui subnectitur, id est additus. In quo intelligimus siue eos qui temporalibus aeterna mercantur, sicut Salomon dicit: Redemptio animae uiri, propriae diuitie, seu illos qui dei sequendo consilium, percipiunt in hoc seculo centuplicia cum tribulationibus, in futuro autem seculo uitam aeternam. His & quod scriptum est conuenit: Qui addit scientiam, addit laborem. Nam & beato Iob ad hoc tribulationum acerbitas addebatur, ut probato praemiorum merces amplior redderetur. Vnde non immerito Issachar, ei ordine recto succedit, qui interpretatur merces. Quia sicut docet Apostolus, non sunt condignae passionis huius temporis ad futuram gloriam quae reuelabitur in nobis. Fructuosius quippe pugnatur, ubi merces certa speratur. Hoc autem in habitaculo fortitudinis Deus operatur & perficitur, quod dicitur Zabulon, quando uirtus in infirmitate perficitur, ut corpus quod ab inimicis putatur infirmum, & per cuius materiam animae quoque inferrentur interitum, Deo confortate experitur inuictum, augmento succedente felicitatis. Quod uocabulum, Ioseph indicat, gratiarum uidelicet addenda dona designans. Siue de talentorum dupla redditione usuras commoedi spiritualis intelligas, siue in his quae uotiuu fidelium religione redemptori deo redduntur, ac-

Beniamin.

cipias. Atque ut hos omnes quos & ordo & interpretatio nominum his significatiue positos indicat, in futuro iudicio ad dexteram Christi regis aeterni futuros intelligas. Benjamin, ut praedixi, postremo loco supponitur, id est filius dexterae: tanquam ipse sit finis ordinis, cum non uisissima inimica morte destructa, felicitas haereditatis aeternae donabitur electis, siue unusquisque fidelium filius dexterae iure dicatur, seu omnis Ecclesiae coetus, de qua canitur, Assitit regina a dextris tuis in uestitu deaurato, circumdata uarietate. Ex singulis ergo tribubus duodecim sunt milia signati, quia in quibuscumque singuli fidelium uirtutibus profecerint, antiquorum necesse est patrum semper fide roborentur, atque informantur exemplis. Duodecim enim numero propter Apostolorum uel patriarcharum summam, saepe doctorum, saepe totius Ecclesiae formam delignari certissimum est. Siue enim confessione qui tanquam in Iuda laudabiles, siue in Ruben operum prole praecleari, siue in Gad tetationum exercitio fortes, siue in Aser cerraminum uictoria felices, siue in Neptalim largis misericordiae operibus dilatati, siue in Manasse posteriorum oblitus, siue in Simeon quasi tristes adhuc in conuale lachrymarum, semper autem gaudentes nomine habitaculi in caelestem suspirantes Hierusalem: siue in Leui, qui in promissionibus uitae praesentis & futurae congaudeant, additis bonis temporalibus aeterno bono fundati: siue in Issachar futurae mercedis contemplatione firmati, siue in Zabulon, qui pro Christo suas animas ponant: siue in Ioseph, qui & augmento spiritualis substantiae studeant, & super Dei praeccepta aliquid amplius uel in uirginitate uel ex facultatibus suarum offerant quantitate: siue in Benjamin, qui felicitatis aeternae dexteram indefessis uotis expectent, in sua quocumque professione congruit patrum praecedentium regula quasi duodecim numero signari, atque ex singularum meritis personarum perfectissimam Ecclesiae pulchritudinem, quasi centum quadraginta quatuor millium summam colligi. Post haec uidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat. Finita recapitulatione, quam exempli causa interposuerat, regreditur ad ordinem, gloriam praedicans eorum qui nequitiam uicturifunt ultimae persecutionis. Et quod sequitur, Ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, stantes ante thronum, & in conspectu agni. Potest & sic intelligi, quod enumeratis tribubus Israel, quibus Euangelium primo praedicatum est, saluationem quoque uelit commemorare gentium. Amisti stolis albis, & palmas in manibus eorum. Stolis, baptismum: palmas triumphantium crucis insinuat, & quod seculum in Christo uicerint. Licet claritatem quoque, quae per spiritum sanctum datur, stolis significent. Et clamabant uoce magna dicentes: Salus Deo nostro, qui sedet

Stole, Palmae.

super thronū, & agno.] Magna uoce, hoc est grā di deuotione & indefinēti laude profitentur in throno, id est in ecclesia patrem filiumq; regnare, spiritu sancto nihilominus conregnante. Sic enim dictum est, Sedēti super thronum & agno: sicut in Euangelio dicitur, Et cognoscant te uerum & unum deum, & quem misisti Iesum Christum. Subauditur, unum & uerum deum cognoscant. Et omnes Angeli stabant in circuitu throni & seniorum & animalium.] In omnibus Angelis turbæ multæ personas exposuit dominum adorantes. Omnes, inquit, qui in circuitu eius sunt, offerent munera. Et ceciderunt in conspectu throni in facies suas, & adorauerunt deum.] Neque turbam, neq; animalia, uel seniores hoc loco commemorat adorasse, sed solos Angelos. Ipsi enim sunt turba, ipsi animalia & seniores. Quamuis & de ipsi angelicis spiritus intelligi possit, de quibus in gentium salute cōgaudentibus dicitur, Lætamini gentes simul cum populo eius, & adorant eum omnes Angeli Dei.

Angeli,

Benedictio & claritas & sapientia & gratiarū actio & honor & uirtus & fortitudo Deo nostro.] Septenariā ecclesia uirtutum laudē offert Domino, quant se in singulis membris ab eo percepisse fatetur. Et unus de senioribus dixit mihi: Hi qui amici sunt stolis albis, qui sunt? & unde uenerunt.] Ad hoc interrogat, ut doceat. Et dixit mihi: Hi sunt qui uenerunt ex magna tribulatione.] Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei. Quis autem nesciat tribulationem Antichristi cæteris futuram esse maiorem? Et lauerunt stolas suas in sanguine agni.] Non de solis martyribus dicit, Illi enim sanguine proprio lauātur. Ecclesiam autem totam sanguis Iesu filij Dei mundat ab omni delicto, ideo sunt ante thronum Dei. Illi enim digni habentur illic in dei consistere ministerio, qui hic inter aduersa fideles nominis eius cōfessores existunt. Et seruiunt ei die ac nocte in templo eius.] More nostro loquens, aternitatem significat. Et qui sedet in throno habitabit super illos.] Thronus dei, sancti sunt, super quos & in quibus in secula habitat deus. Non esuriēt neque sitient amplius.] Hoc est quod Dominus ipse promisit: Ego sum, inquit, panis uitæ qui uenit ad me non esuriet, & qui credit in me, non sitiet unquam. Beati enim qui esuriūt & sitiunt iusticiam, quoniam ipsi saturabūtur. Neque cadet super illos sol, neque ullus aestus.] Transiuimus, inquit, per ignem & aquam, & induxisti nos in refrigerium. Quoniam agnus, qui in medio throni est, reget illos.] Agnum in medio throno librum dixerat accepisse, docens ecclesiam unum esse patri & filio thronū, in qua per fidem inhabitat unus, tota Trinitas, Deus. Et deducet eos ad uitæ fontes aquarum.] Ad confortium utriusque sanctorum, qui fontes sunt doctrinæ cælestis. Potest & ipsa dei uisio significari, in quo sunt thesauri sapientiæ & scientiæ ab-

Antichristi tribulatio,

Thronus Dei,

Agnus in medio throni,

Fontes uitæ,

conditi. Iuxta quod Dauid ait: Sicut ceruus, desiderat anima mea ad te Deus. Et absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.] Immortalium adepta plenitudine gaudiorum, omnis mœror penitus obliuioni mandabitur. Beati enim qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Postest autem uisio huius turbæ stolatæ de præsentia etiam tempore intelligi, ubi spe salui facti sumus, & quod non uidemus sperantes, per patientiam expectamus.

10



CAPVT VIII. T cum aperuisset sigillum septimum, factum est silentium in celo quasi media hora.] Post interitum Antichristi requies aliquantula futura creditur in Ecclesia, de qua Daniel ita prædixit: Beatus qui expectat & peruenit ad dies mille trecentos triginta quinque. Quod beatus Hieronymus sic exponit: Beatus, inquit, qui interfecto antichristo supra mille ducetos nonaginta dies, id est tres semis annos, dies quadraginta quinque præstolatur, quibus est Dominus atque saluator in sua maiestate uenturus. Quare autem post interfectionem Antichristi quadragessimū quintum dierum silentium sit, diuinæ scientiæ est. Nisi forte dicamus, dilatio regni sanctorum, paciētiæ probatio est. Nota quod in sexto sigillo, maximas Ecclesiæ pressuras: in septimo, requiem cernit: quia Dominus sexta feria crucifixus, in sabbato quiescit, tempus resurrectionis expectans. Hucusq; de apertione libri clausi, & sex sigillorum. Nunc uero recapitulat ab origine, eadem aliter dicturus.

Antichristi interfectio qui es,

40



T uidi septem angelos stantes in conspectu dei, & datae sunt illis septem tubæ.] Ecclesia septenario sæpe numero commendata, prædicationis officio mancipatur. Cuius prima tuba, cōmunem impiorum in igne & grandine designat interitum. Secūda, propulsum de ecclesia diabolum, mare seculi ardentius incendit. Tertia, hæreticos ecclesia decedentes, sanctæ scripturæ flumina corrumpentes. Quarta, falsorum fratrum, in siderū obscuracione, defectum. Quinta, maiorem hæreticorum infestationem, tempus Antichristi præcurrētium. Sexta, apertum Antichristi & suorum contra Ecclesiam bellum, & recapitulacione ab aduētū domini, interfectam eiusdem aduersarij destructionem. Septima, diem iudicij, quo mercedem Dominus suis redditurus, & exterminaturus est eos qui corrupuerunt terram. Et alius angelus uenit.] Nō dixit, postea uenit, sed angelos tubas accepisse proponens, redit, exponere qualiter acceperint.

60

Liber secundus.

Thuribulum aureū etc.

Præces sanctorum,

Plenitudo Christi,

Tonitruum uocis, fulgur,

Tuba,

Tychonius,

in gen...

perint. Quoniam & si ante aduentum domini prædicabat Ecclesia, sed non ubique, donec eius esset cōfirmata spiritu. Et stetit ante altare habens thuribulum aureum.] In conspectu scilicet apparuit ecclesiæ, factus ipse thuribulum, ex quo deus odorem suauitatis accepit, & propitius factus est mūdo. Alia editio habet, Super aram, quod super altare crucis thuribulum aureum, id est corpus suum immaculatum & spiritu sancto conceptum obtulerit patri pro nobis. Et data sunt illi incensa multa, ut daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum Dei.] De orationibus sanctorū obtulit incensa. Ipsi enim delegauit ecclesia præces suas dicens, Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Accepisse de orationibus sanctorū, idem dicitur & obtulisse, quia per ipsum, omnium possunt preces ad Deum suauiter peruenire. Et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum, de manu Angeli coram deo.] Christo domino se hostiam suauitatis offerente compunctio cordis sanctorum acceptabilis facta est. Quæ ab igne nascens intimo, sicut fumus solet excitare lachrymas. Et accepit Angelus thuribulum, & impleuit illud de igne altaris.] Bene thuribulum igne impletum inducit. Nō enim ad mensura dat Deus spiritum. Quod proprie de Christi nouimus adimpletum, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.

Et misit in terram.] Sic & dominus in Euangelio: Ignem, inquit, ueni mittere in terram. Et facta sunt tonitrua & uoces & fulgura & terræ motus.] Tonitruo comminationis supernæ, & uoce exhortationis, & fulgure miraculorum terræ motus, quibusdam insequentibus, quibusdam uero sequentibus: his dicentibus bonus est, illis autem non, sed seducit turbas. Et septem angeli, qui habebant septem tubas, paruauerunt se ut tuba canerent.] Ecclesia septiformi spiritu inflāmata, se ad prædicandum fiducialiter præparauit, gloriā seculi tubis celestibus quasi muro Hiericho deiecit. Nam & illa septem dierum circumitio, totum Ecclesiæ tempus insinuat. Et primus angelus tuba cecinit.] Recte prædicatio plagarum, tubæ, quæ signum belli est, comparatur. Exalta enim, inquit, sicut tuba uocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum. Et alibi, Tuba sit in gutture tuo, quasi aquila super domum domini, id est grandi uoce prædica Nabuchodonosor ad destructionem templi uenturum.

Et facta est grandis & ignis mixta sanguine, & missum est in terram.] Poenam gehennæ sanguinolentis operibus deberi, prædicatorū uoce refertur dicentium: Ad calorem nimium, transibunt ab aquis niuium. Porest etiam nomine sanguinis, ipsa mors animæ spiritalis intelligi. Hunc uerbum Tychonius sic exponit: Facta est ira Dei, quæ haberet in se multorum necem. Et tertia pars terræ combusta est, & tertia pars arborum combusta est.] Vita bonorum in doctoribus consistit

& auditoribus. Beatus enim qui legit (inquit) & qui audit uerba prophetiæ. Tertia uero pars malorum hoc utroque caret. Terra enim bona fructum proferēs in patientia, benedictionem accipit a Domino. Mala autem spinas & tribulos generat, cuius consummatio in combustionem. Sic & arborem fructiferam agricola parte excolit, sterilem uero excidens, igni pabulum præbet. Et omne fœnum uiride combustum est.]

10

Omnis caro fœnum, quæ nunc luxus mollitiæ saginata, sole iudicij feruente, florem decoris amittit, & ut Dominus ait, hodie in agro est, & cras in clibanum mittitur. Tychonius de tertia parte sic in hoc loco inquit. Tertiam hostes interstinos dicit. Cæterum quicquid præter ecclesiam est, tertia pars dicta est, & ecclesia tertia, quæ contra geminum malum pugnet. Et tanquā mons magnus igni ardens, missus est in mare, & facta est tertia pars maris sanguis.] Crescente religione Christiana, diabolus superbia tumidus, & igne sui furoris ardēs, in mare seculi missus est, dicente domino: Si monti huic dixeritis tollere, & iacta te in mare, fiet. Non quod ante ibi non fuerit, sed quod de ecclesia proiectus, amplius in suos insanire cœperit, fastu prudentiæ carnalis, mortem illis insligens spiritalem. Sapere enim secundum carnem, mors est. Non autem Apostolos caro & sanguis docuit, sed pater qui est in cælis. In illo enim mari nauem fidei regebant, quod plantis domini se calcabiles præbuit. Et mortua est tertia pars eorum, quæ habebant animas in mari.] Quæ habent animas, dixit, ut ostenderet uiuos spiritaliter mortuos. Si autem apostolus de uidua deliciosa, uiuēs, inquit, mortua est. Et tertia pars nauium interijt.] Alia editio dicendo, Et tertiam partem nauium corrupuerunt, significat quod tertia quæ mortua est, aliam tertiam, id est succedentem sibi occiderit noxia traditione, & inutilis imitatione doctrinæ. Et cecidit de celo stella magna, ardēs tanquam facula, & cecidit in tertiam partem fluminum, & in fontes aquarum, & nomen stelle dicitur Absinthium.]

Fœnum combustum, Tychonius,

Diabolus in mare missus.

Hæretici, quos Iudas Apostolus sidera seditionis appellat, de culmine cadentes ecclesiæ, flamma suæ nequitie fontes diuinarum conantur inficere scripturarum. Quarum non sensus tantum, sed & uerba sapientis infalsare non timent. Absinthij nomine digni, cuius immixtio modica, magnam solet amaricare dulcedinem. Et multi homines mortui sunt de aquis.] Multi enim (ut ait Apostolus) sequuntur eorum luxurias, per quos uia ueritatis blasphematur. tamen populo Dei, Moysē docente, omnis aquarum unda potabilis est. Et percussa est tertia pars solis, & tertia pars lune, & tertia pars stellarum, ita ut obscuraretur tertia pars eorum.] Ecclesiæ decus instar sideris relucētis, per falsos fratres sæpe obscuratur, qui uel in prosperis uel in aduersis seculi, minuseam fulgere sua defectio-

Hæretici,

Absinthium,

ne faciunt. Et diei non lucret pars tertia, & noctis

similiter.] Alia editio sic habet, Et diei tertia pars apparet, & noctis similiter. Id est ad hoc percussa est ut apparet tertia pars diei & tertia noctis, quæ Christi & quæ diaboli. Ad hoc, inquam, percussa est, id est suis uoluntatibus tradita, ut redundantibus & insolescentibus peccatis, in suo tempore reuelaretur. Et uidi & audiui uocem unius aquilæ uolantis per medium cæli, dicentis uoce magna, Vah, uah, uah habitantibus in terra.] Huius aquilæ uox per eximiorum in ecclesia quod tidie peruolat ora doctorum, cum nequitiam hæreticorum, Antichristi scelerum, diemque iudicij, amatoribus terræ prædicant grauius affuturum, dicentes, In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines se ipsos amâtes, & infra, Homines corrupti mente, reprobî circa fidem, & alibi, Tunc reuelabitur ille iniquus qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, Et item, Dies domini sicut sur in nocte, ita ueniet. Cum enim dixerint, pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus.

Aquile uox.

De cæteris uocibus trium angelorum.] Nô quod Angelorum tubæ plagas inferant mundo, sed uenientes uel uenturas suo quique tempore prædicent.

CAPVT IX.

Hæreticorum flamma.



T uidi stellam de cælo cecidisse in terram, & data est illi clauis putei abyssi.] Flamma hæreticorum, de qua paucis memorauerat, quo fomite adoleuerit exponit, antiquus quippe hostis, quem dominus uidit quasi fulgur de cælo cadentem, blasphemus dogmate corda suorum aperuit, eosque quasi fumum alta petere, iniquitatem in excelsum loqui perducit. Et ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magna, & obscuratus est sol, & aer de fumo putei.] Præ-nuncia magnæ fornacis, id est nouissimæ persecutionis, hæretica feruet infansia, non imbecilliores tantum, quia æris instar, terræ quodam modo cælitque confinia tangunt, sed excelsorum quoque lumen obscurare laborans, non tamen extinguere ualens. In errorem enim inducentur, si fieri potest, etiam electi. Et de fumo exierunt locustæ in terram.] Sicut sancti corpus sunt Christi, & membra de membro, sic & membra carnis draconis coherentia sibi alia nascuntur ex alijs, fumusque hæreticæ cæcitatibus ore ledentem prauorum generat superbiam. Qui uento elationis excussus, terrena tamen non deserunt. Nam & fumus de quo gignuntur, alta licet appetens, in seipso semper deficit. Et data est illi potestas sicut habet potestatem scorpiones terræ.] Aduersarijs potestatibus hæreticis comparantur, in facie uelut innocui, sed in posterioribus uenena seruantes. Et præceptum est illis ne laederent fenem terræ neque omne uiride.] Ostendit locustas homines esse, quæ non ad fœnum, sed ad

Fumo similes.

Scorpis similes.

Fœnum.

homines mittuntur. Fœnum enim hoc loco simpliciter accipimus. Nisi tantum homines qui non habent signum dei in frontibus suis.] Signum dei in frontibus suis illi habere dicuntur, a quibus ut oportet habetur. Quorum supra numerum angelus qui ab ortu solis signum Dei uiui attulit, inuolabilem fixumque recessit. Illo enim hic locutionis genere uti uoluit, quo dicitur, Nemo dicit dominum Iesum nisi in spiritu sancto, id est perfecte & uere. Et datum est illis ne occiderent eos, sed ut cruciarentur mensibus quinque.] Quamlibet hæretici seculari potestate sulti temporaliter in bonos grassari permittantur, animam tamen, ut Dominus ait, occidere non possunt. Tempus quippe seculi quinque mensibus, propter quinque partitum sensum quo in hac uita utimur, significat. Quod uero alia translatio sex menses continet, eidem sensui propter sex aetates seculi congruit. Et cruciatus eorum ut cruciatus scorpis cum percussit hominem.] Sicut scorpis a posterioribus uenena diffundit, sic impietas malorum a posterioribus nocet, cum anterioribus, id est æternis bonis temporalia quæ retro sunt, præferri minis blandimentisue compellit. Hunc scorpionem contra Euangelij parabolam, generatio uiperarum suæ soboli tradit. Et in diebus illis queret homines mortem, & non inuenient eam.] Miseram uitam cito morte finire malentes. Sicut beatus Cyprianus sub Deciana contigisse tempestate conquestus. Volentibus, inquit, mori, non permittebatur occidi.

Signum Dei.

Quinque menses.

Scorpis.

Mori cupientes.

Et similitudines locustarum similes equis paratis in prælium.] Id est similes nouissimis persecutoribus. In nouissimo enim bello, quod descripturus est in sequente Angelo, equos dicit pugnare. Vel simpliciter sicut equi non propria ratione, sed impetu præsentis aguntur in prælium, ita mali doctores dæmonico acti spiritu Ecclesiæ impugnant. Et super capita earum tanquam coronas aureas.] Seniores uiginti quatuor, qui sunt ecclesia, coronas aureas habent. Isti autem similes auro falsos sibi fingentes de uictoria stultitiam triumphos. Et facies earum sicut facies hominum, & habebant capillos sicut capillos mulierum, & dentes earum sicut leonum erant, & habebant loricas sicut loricas ferreas.] In facie humana simulatione rationis. In capillis mulierum, fluxos & effœminatos mores. In dentibus leonum, qui & laniare & naturalem famamque doctrinæ malæ, in ferreis uero loricas, obdurata contra ueritatem, præcordia notat. Qui habentes formam pietatis, uirtutem autem eius abnegantes, ueniunt in uestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Et uox aliarum earum sicut uox currum equorum multorum currum in bellum.] Expauescendum magis quam exponendum est, quod tantum huic exercitui uires accrescunt. Primo fumus ascendit. Deinde locustas effert, quæ & prius scorpionibus, & mox equis, leonibusque comparantur. Quorum

Equis similes.

Indumentorum ratio.

Persecutiones extremæ magnitudinis.

60

Scorpis similes.

Angelus malorum.

Vah tria.

Angelus sextus.

Antichristi persecutio.

Euphrates.

Angeli qui soluti sunt.


Soluti quid facient.

Bis myria des myriadum.

rum & uirtus sufficeret, si non etiam loricate uentrent. Nunc uero uolatiles, & curribus dicuntur similes esse bellantibus. Et habebant caudas similes scorpionum, & aculei erant in caudis earum.] Sicut scorpis palpando incedit, sed cauda ferit, ita fraudulenta pernicietas malorum blanda, & innoxia in facie uidetur, sed dum occulte perimit, quasi latenter mortem trahit. Potestas earum nocere hominibus mensibus sex.] Hæc uitam rursus insinuat, ubi potest ualere mendacium uel ad capiendum inuitiles, uel ad cruciandum temporaliter spirituales. Et habebant super se regem angelum abyssi.] Deus summe bonus licet occultis, iustis tamen iudicij congruum talibus Angelum præesse permittit. Vah unum abijt, & ecce ueniunt adhuc duo uah.] Quomonia tria uah uentura prædixerat, horum nunc unum in hæretica fraude iam uenisse, duo autem restare memorat, quæ in tempore Antichristi, & in die iudicij sunt futura peruersis. Et sextus Angelus tuba cecinit, & audiuit uocem unam ex cornibus altaris aurei quod est ante oculos dei, dicentem sexto angelo.] Sextus angelus prædicatores nouissimi certaminis exprimit, qui monente Euangelio, fraudes detegunt Antichristi. Cornua quippe altaris aurei, & angelia sunt ecclesiæ præminentia. Solue quatuor Angelos qui alligati sunt in flumine magno Euphrate.] Quantu hostis antiquus cum satellitibus suis in fine mundi iit ecclesiam persecutus, indicat, qui a tempore dominice passionis in corde reclusus impiorum, ne hanc quantum uelit, noceat, diuina potentia refrenatur. Euphrates enim, qui fluuius est Babylonie, mundani regni potentiam & persecutorum indicat undas. Iste est mons magnus, quem igne ardente in mare missum prædixerat. Et soluti sunt quatuor angeli.] More prophetiæ, quæ nobis uentura delignat, ipse facta uidet in spiritu. Quatuor uero dixit Angelos, eo quod in quatuor mundi partibus illa persecutio sit futura. Hi sunt enim quos superius uidit in quatuor angulis terræ stantes, & propter cõsignandos dei seruos a terræ marisque lisione prohibitos. Qui parati erant in horam, & diem, & mensem, & annum, ut occiderent tertiam partem hominum.] Maligni spiritus, qui singulis horarum & temporum momentis humanam esuriunt mortem, tunc ad exercendam ecclesiam opportune per dendam liberius scire permittuntur. Quid autem putas soluti facient, qui tantum nunc nocent ligati? Et numerus equestri exercitus uices millies dena millia.] Hinc numerus dupliciter dolose peruersi designat exercitus. Quod alia translatione, quæ dicit bis myriades myriadum, facilius sentiri potest, hunc autem numerum Euangelica quoque parabola opponit regi habenti decem millia, tanquam malorum duplicitas simplici fidei Christi resistat, cui milia milium ministrant, & decies milies centena milia assistunt. Et ita uidi equos in uisione, & qui sede-

bant super eos habebant loricas igneas & hiacynthinas, & sulphureas, & capita eorum erant tanquam capita leonum.] Spiritus maligni quorum cordibus præ-spiruum sident, coru sunt pœnis amici. Legimus enim malignos, & furum tormentorum eorum in secula seculorum ascendere. Nota quod in plaga locustarum non se dixit equites, sed equos tantum uidisse. Hic enim magnitudo persecutionum apertam contrariæ uirtutis ostendit presentiam. Denique hic capita leonum, illic uero facies quidem humana, sed dentes tantu sunt bestiales. Quia sepe hæretici aliquid humanitatis ostentant, ministri uero nouissimæ tempestatis, quod dicitis & signis suadent, hoc etiam pœnis extorquent. Et de ore ipsorum procedit ignis & fumus & sulphur.] Ostendit quod pro firmo hiacynthum dixerat. Non autem perspicue ista exeunt de ore ipsorum, sed noxia præ-dicatione, pœnam sibi suisque generant auditoribus. Producam enim, inquit, ignem de medio tui, qui comedat te. Potestas enim equorum in ore, & in caudis eorum.] Id est in sermone & officio. Propheta enim docens mendacium, ipse est cauda. Quia partem quodam modo cæcam & immundam lingue blandientis uolubilitate contegit, dicens impio, bonus es. Nam & caudæ eorum similes serpentibus, habentes capita & in his nocent.] Falsi doctores antiqui serpentis, qui hominem decepti, sumies principum patrocinio sulti, amplius nocent quam si solo sermone suaderent. Sedit, inquit, in insidijs cum diuitibus. Et cæteri homines qui non sunt occisi in his plagis, neque poenitentiam egerunt de operibus manuum suarum, & cætera.] Quia falsos Christianos & hæreticos descripsit, nunc ut corpus omne diaboli circum scribat, gentiliu quoque commemorat errorem, quibus nihil prodeit his plagis non occidi, cum constet eos in gentili tunc quoque perdurare malitia. Neque enim in illa persecutione cogitur gentiles supradictis consentire, sed in sua incredulitate morientur. Et non egerunt poenitentiam ab homicidijs suis, neque a ueneficijs suis.] Impiæ religioni improbos etiam mores adiungunt. Descripta Antichristi scelerum, ad ostendendam eiusdem ruinam more suo exordium natiuitatis Christi & gloriam recapitulat ecclesiæ.

CAPVT X.



T uidi alium Angelum fortem descendentem de cælo, amictum nube.] Dominus magni consilij Angelus descendit de cælo, nube carnis amictus. Sicut & Esaias ait: Ecce dominus ascendit super nubem leuem, & ingreditur Ægyptum, & iris in capite eius. Circa bonos propitiationis promissio perseverans. Et facies eius erat ut sol, & pedes eius tanquam columnæ ignis.] Facie Domini clarescente, id est eius notitia per resurrectionis gloriam manifestata, pe-

Christi aduentus primus.

des illius super montes Euangelizaturi & annunciaturi pacem, igne sunt spiritus sancti illustrati, & instar columnæ firmati. Iacobus enim & Cephas & Ioannes, columnæ uidebantur ecclesiæ esse. Et habebat in manusua libellum apertum. Hic est liber supra memoratus, quem diutino regmine clausum, domini tandem gratia referauit, ut iuxta prophetam, surdi etiam uerba libri audirent. Et merito facies eius ut sol, quia librum iam gestat apertum. Et posuit pedem suum dexterum super mare, sinistrum autem super terram. Prædicatio fidei Christianæ terra marisq; propagatur. Sed allegorice, fortiora membra in maioribus periculis, altera in competentibus sistuntur. Non enim patitur nos Deus tentari super id quod possumus. Et cum clamasset, locuta sunt septem tonitrua uoces suas. Domino fortiter prædicante, ecclesia quoque septiformi gratia plena, suas ad prædicandum uoces cleuat. Leo enim rugiet, quis non timebit? Dominus Deus locutus est, quis non prophetrabit? Septem quippe tonitrua idem sunt quod septem tubæ, de quibus sermo est. Et cum locuta sunt septem tonitrua, ego scripturus eram. Superius enim audiuit, Quod uides, scribe in libro. Signa quæ locuta sunt septem tonitrua, & noli ea scribere. Mysteria fidei Christianæ nec passim cum cæcis ostenta, ne uilescant, nec probis claudere, ne in totum lateant. Propter quod inferius audiuit, Ne signaueris uerba prophetiæ huius. Quod utrunque apud Daniele uno uersiculo comprehenditur, cui per angelum dicitur, Signa libri & claudere sermonem usque ad tempus statutum. Et angelus quem uidi stantem supra mare, & supra terram, leuauit manum suam ad cælum, & intrauit per uiuentem in secula seculorum. Angelus per uiuentem in secula iurat, dum Christus in nomine patris ueniens, incommutabili sua dictaueritate confirmat, Cælum inquitens & terra transibunt, uerba autem mea non transibunt. Qui credit cælum & ea que in illo sunt, & terram & ea que in ea sunt, & mare & ea que in eo sunt. Qui mari terræq; consistens, cælo palmam tendit, congrue per cæli, terræ, marisq; creatorem iurat. Quia tempus amplius non erit. Erit utique, ut Psalmus ait, tempus impiorum in æternum, sed mutabilis secularium temporum uarietas in nouissima tuba cessabit. Cadet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & hæreditas eorum in æternum erit. Consummabitur mysterium Dei, sicut Euangelizauit per seruos suos prophetas. Mysterium quod nunc Euangelizatur, tunc consummabitur, quando ibunt impij in supplicium æternum, iusti autem in uitam æternam. Et uox quam audiui de cælo iterum loquentem mecum & dicentem. Vade & accipe librum apertum de manu angeli. Domino futuri temporis mysteria pandente, ac dicente, Appropinquauit enim regnum cælorum, ecclesia quoque monetur eundem prædicandi percipere librum. Quamuis & eidem

Ioanni possint hæc dicta congruere post exitum ad prædicandum reuersuro. Et abij ad angelum, dicens ei ut daret mihi librum. Accedat ad Dominum qui uelit docendi percipere sacramenta. Et dixit mihi, Accipe librum, & deuora illum. Id est insere tuis uisceribus, & describe in latitudine cordis tui. Et faciet amaricari uentrem tuum, sed in ore tuo erit dulce tanquam mel. Et accipi librum de manu angeli, & deuorauit. Et erat in ore meo tanquam mel dulce: & cum deuorarem. Cum perceperis, oblectaberis diuini eloquij dulcedine, sed amaritudinē senties, cum prædicare & operari cøperis quod intellexeris. Vel certe iuxta Iezechielem intelligendum, qui cum librum se deuorasse diceret, adiecit, Et abijt amarus in indignatione spiritus mei. Et dixit mihi, oportet te iterum prophetare populis & gentibus. Quid liber comestus, & amaritudinē mixta dulcedo significaret, exprimit, quod uidelicet ereptus exilio, gentibus esset Euangelium prædicaturus, amore quidem dulce, sed tolerandis persecutionibus amarum.

CAPUT XI.

Cælum, datus est mihi calamus similis uirgæ. In calamo, ministeriū scribendi Euangelij percepi, qui non inanitate superuacuos, sed similis est uirgæ æquitatis, uirgæ regni Dei. Regnū enim Christi describit æternum. Surge & metra templum dei, & altare. Surge dixit, nō quia hæc Ioannes sedibundus audiebat, sed quia hoc uerbo excitantur corda singulorum Euangelicam scripturam, ad usq; metiri. Ibi enim quantum singuli proficiant, quantumq; regulæ diuine concordent, inueniunt. Et adorantes in eo. Quia non omnes qui uidentur, in eo adorant, sicut qui cōfessus fuerit in me. Patrem denique iubet non recenseri dicens, Atrium autem quod est extra templum, eijce foras, & ne metiaris illud, quoniam datum est gentibus. Hi quoniam mine tenus ecclesiæ iunguntur, & nec altaris nec sanctis sanctorum appropriant, a regula Euangelij proiecti gentibus sociantur. Omnis enim gloria eius, filiæ regum abintus. Et ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus. Non solū de ecclesia pelluntur, sed & eandem ecclesiā socij gentilibus tribus semis annis impugnant. Non quod illo tātum hanc, id est Antichristi tempore conculcent, sed quod omnem malorum corpus illo quasi ad propriū caput pertineat, in quibus nūc iam ministeriū operatur iniquitatis. Et dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta. Ne scelerum prauorum terret audientem, ecclesiam quoque duobus ex populis unitā, gratia commemorat illustrandam esse uirtutum. Quæ & ipsa caput suum, Christum uidelicet in carne docentem semper intuens, tribus semis annis prophetatura narratur. Menses enim trium semis annorū, id est tricies quadrageni & bini,

Tonitrua septem.

Fidei mysteria quibus reuelanda.

Angelus intrans.

Calamui.

Surge.

Daniel pro 60. scribit 90. Baccis induti.

Oliua dua.

Claudi cælum.

bini, mille ducentos sexaginta dies efficiunt. Daniel autem scribit dies mille ducentos nonaginta temporis eiusdem, quo ponenda sit a-bominatio in desolationem. Saccis amicti. Id est, in hexomologesi cōstituti. Sicut propheta: Ego autem, ait, dum mihi molesti essent, induerebam me cilicio. Hi sunt due oliuæ, & duo candelabra in conspectu Domini terræ stantes. Ecclesia duorum testamentorum lumine radiata, domini semper iusis assistit. Nā & propheta Zacharias, unum candelabrum uidit septiforme, & has duas oliuas, id est testamenta in fundere, oleum candelabro. Hæc est Ecclesia cum oleo suo indeficiente, quod eam facit in lumine orbis ardere. Et si quis eos uoluerit nocere, ignis exiet de ore illorum, & deuorabit inimicos eorum. Si quis Ecclesiam lædit, eiusdem læsionis recipiente iudicio igne consumitur condemnatus. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. Vnde & Chaldaica flamma quæ pueris Dei ingerebatur, ipsos ministros impietatis absumpsit. Siue in bono precibus oris Ecclesiæ igne spiritaliter consumitur in melius commutandus. Carbones, inquit, ignis congeres super caput eius. Hi habent potestatem claudendi cælum, ne pluuias diebus prophetæ ipsorum. Data est Ecclesiæ in Christo omnis potestas in cælo & in terra, clauibus ei ligandi atque soluendi dimissis. Sed & spiritaliter cælum clauditur, ne imbrē pluuiæ super terram sterilem de Ecclesia benedictio descendat. Sicut Dominus de patre uineque suæ. Nubibus, inquit, mandabo, ne pluuias super eam, imbrem. Et potestatem habent super aquas, conuertendi eas in sanguinem. Non solū aquas suspendunt, sed etiam quæ descenderant inuitiles faciunt, quod est uertere aquas in sanguinem. Bonus enim Christi odor de Ecclesia fragans, alijs odor mortis in mortem, alijs odor est uitæ in uitam. Et cum finierint testimonium suum, bestia que ascendit de abyssu faciet aduersus eos bellum. Apperte ostendit omnia hæc ante nouissimā persecutionem fieri, dicendo quum finierint testimonium suum. Vtique illud quod perhibent usque ad reuelationem bestię, quæ cordibus emeritura est impiorum. Non quod tunc eodē testimonio non nitantur hosti fortiter resistendo, sed quod tunc Ecclesia, uirtutum gratia destituenta credatur, aduersario palam signis mendacijs coruscante. Nam faciem eius præcedet ægestas, ut Dominus ait. Et uincet eos, & occidet illos. Vincet in eis qui succubuerint, occidet in eis qui pro Christi nomine laudabili patientia fuerint interempti. Aut si spiritaliter uincet & occidet, partem testium accipiamus. Sicut in Euangelio Dominus dicit, Tradent uos in pressuram, & occident uos, quod Lucas Euangelista pro parte dictū in sinuat dicens, Occident ex uobis. Et iacebunt corpora eorum in plateis ciuitatis magnæ. Si me, inquit, persecuti sunt, & uos persequentur. Non est ergo mirum, si

ciuitas impiorum, quæ Dominum crucifigere non timuit, seruos quoque ipsius ludibrio habeat etiam occisos. Qualia sæpe facta historia Ecclesiastica refert. Quæ uocatur spiritaliter Sodomia, &c. Id est, muta & tenebrosa, nec lumē utique fidei, nec confessionis habens uocē. Corde enim creditur ad iustitiā, ore autē confessio fit ad salutem. Hæc prouincia in signū pœnæ spiritalis uisibiliter his plagis, id est, igne deuorante, & aqua in sanguinem uersa, percussæ sunt. Et uidebunt de populis, & tribubus, & linguis, & gentibus corpora eorum. Non dixit, uidebunt populi & tribus, sed multi de populis, qui alijs credentibus, sanctos palam irrident. Et corpora eorum non sicut in monumentis. Votum eorum dixit & impugnationem. Nō quod ualeant facere, ne sit ecclesia in memoriā. Sicut, Nec uos in tratis, nec alios sinitis intrare, cum intrent illis impugnantibus. Facient autem perspicuē de uiuorum occisorumq; corporibus, quia nec uiuos sicut sacra celebrando in memoriā colligunt, nec occisos in memoriā recitari, nec eorum corpora in memoriā Dei testium sepeliri. Et habitantes in terram, gaudebunt super eos. Quoties affliguntur iusti, exultant iniusti, & epulantur, sicut dum superbit impius, incenditur pauper. Quoniam hi duo propheta cruciauerunt eos. Propter plagas quibus propter testamenta Dei humanum genus urgetur, etiam uisus ipse iustorū grauat iniustos. Sicut ipsi dicunt, Gratis est nobis etiam ad uidendum. Et post tres dies & dimidium spiritus uitæ a Deo intrauit in eos. Et steterunt super pedes suos. Hucusque angelus futurum narrat, & inducit factum, quod futurum audit, regno Antichristi perditos sanctos resurrexisse in gloriam. Et timor magnus cecidit super eos qui uiderunt eos. De omnibus uisus dixit, quia & iusti superstites pertimescēt in resurrectione dormientium. Et ascenderunt in cælum in nubibus. Hoc est quod Apostolus dixit, Rapiemur in nubibus obuiam Domino in aera. Et uiderunt illos inimici eorum. Hic separauit iniustos ab his quos in commune dixerat timuisse. Et illa hora factus est terræ motus magnus, & decima pars ciuitatis cecidit, & occisa sunt in terræ motu, hominum septem milia. Incumbente terrore iudicij, omnis diaboli ciuitas super arenam condita cum omnibus ædificatoribus suis corruet. Et denarius enim & septenarius numerus est perfectus. Quod si non esset, a parte totum intelligendum erat. Et ceteri in timorem sunt missi. Quis hominum gloriabitur castum se habere cor, cum uirtutes cælorum commouebuntur? Et dederunt gloriam Deo cæli. Isti sunt super petram ædificati, qui alijs terræ motu ruentibus, de stabilitate sua, recta Dominum confessione clarificant. Lætabitur enim iustus, cum uiderit uindictam impiorum. Quidam duos prophetas Enoch & Heliam interpretatur, qui tribus semis annis prædicantes, contra mox seculuram An-

Propheta duo. Enoch. Helias.

ti christi per fidiam fidelium corda confirmant, illisq; occisis tantundem temporis saeculiam eiusdem grafsaturam, & redinstaurato demum certamine, a sanctis, qui latebrarum praesidio uelut mortui credebantur, esse superanda: qui pro unius compage corporis idem prophetae resurgere dicantur, aciusq; illis uilis, qui iam mortui putabantur, exaggerata persecutione multos eorum qui uel septenario uel denario numero digni credebantur, esse castros. dicitur te Daniele, Confirmabit pactum multus hebdomada una, & in dimidio hebdomadis deficiet hostia, & sacrificium, & in templo erit abominatio desolationis. Et in subsequentibus, Et posita fuerit abominatio in desolatione, dies mille ducentos nonaginta. Qui numerus circa trium annorum & sex mensium curricula diuersatur. Denique Helias igni quondam perdidit aduersarios. & tres semis annos laetas imbres continuit. tandemq; pseudoprophetae interfecit, per sacrificium quod oblatum fuerat, conuertit israel ad dominum. Va secundum abije, & ecce uae tertium ueniet cito. Hoc uae secundum non ad recapitulationem, sed ad pugnam equorum, quod tuba sexti angeli commotum est, pertinet. Praedixerat enim aquila. tria uae de trium uoce uentura tubarum. Sed ibi non dixit, ne statim tertium sequi putaretur, quod ad septimum angelum & ad finem pertinet.

Vae secundum.

Septima tuba.

Septimus angelus tuba cecinit, & factae sunt uoces magna in caelo dicentes, Factum est regnum huius mundi domini nostri & christi eius. Sex tubae priores seculi praesentis aetatibus comparatae, uarios bellorum Ecclesiae denunciauere concursus Septima uero sabbati aeterni nuncia, uictoria tantum & imperium ueri regis indicat. Et uiginti quatuor seniores adorauerunt Deum dicentes, Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens. Ecce, inquit, uae tertium ueniet in uoce septimi angeli. Et cum cecinisset, non nisi Ecclesiam dixit laudantem Deum & gratias agentem. Unde intelligimus, bonorum retributionem non esse nisi uae malorum. Quies, & quies, qui accepisti uirtutem tuam magnam, & regnasti, & iratus sunt gentes, & aduenit hora tua. Tu quidem rebellantibus licet impijs, a seculo regnasti, sed eorum nunc furor te iudice pressus peribit. Dominus enim regnauit, irascantur populi. Et tunc mortuorum iudicari, & redere mercedem seruis tuis, ropheis, & timentibus nomen tuum, pusillis & magnis, & exterminandi eos qui corrumperant terram. Ordini congruit Euangelicae lectionis, primo quidem omnes gentes ante iudicem congregandas, deinde dexteros in regno patris per multas mansiones collocandos, impios uero extra terminos regni pulsos, flammis maledictionis esse torrendos.

Vae tertium.

Et exterminandi eos qui corrumperunt terram. Hoc est uae nouissimum. Haec enim de septem angelis tuba canentibus, nunc recapitulata natiuitate Domini, eadem aliter ac latius dicturus.

Et apertum est templum Dei in caelo, & uisa est arca testamenti eius in templo eius. Templum Domini quondam in terra positum, arcam testamenti sub uelamine mystico clausam tegebat: nunc autem in Ecclesia, quae est templum Dei uerum, cuius conuersatio in caelis est, uelo templi ueteris & medio pariete maceriae Domini sanguine discisso, arca incarnationis eius toto iam patitur orbi. Quasi enim manna caelestis in auro mundo, diuinitas est in corpore sancto. Et facta sunt fulgura & uoces & terra motus & grando magna. Haec omnia uirtutes sunt coruscationis, & praedicationis, & bellorum Ecclesiae. Haec diuersa facta & in descriptione praedicationis septem angelorum ab aduentu domini, cum stetit super arcam, sed generaliter ab origine in finem. Deinde descriptis per partes, quemadmodum facta sunt ita & nunc, ut templum Dei in caelo apertum sit, & pugnae secuta, dicens.



Signum magnum apparuit in caelo. Quod nunc quoque apparet in Ecclesia, Deum ex homine fieri. Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius. Ecclesia Christi lumine cincta, gloriam calcit temporalem: oritur, inquit, in diebus eius iustitia, & abundantia pacis. donec extollatur uel interficiatur luna. Id est abundantia pacis in tantum crescit, donec omnem mutabilitatem mortalitatis absumet, cum nouissima inimica destruetur mors. Siue quia eadem Ecclesia partim in caelo, sole Christo fruitur, partim in corpore peregrinatur a Domino. Potest hic intelligi quod ait, Laua eius sub capite meo, & dextera eius amplexabitur me. In capite eius corona stellarum duodecim. Duodenario Apostolorum numero caput ornatur Ecclesiae, siue Christum intelligas, siue ipsum primordium eiusdem Ecclesiae natiuitatis, capitis nomine designatum. Posuisti, inquit, in capite eius coronam de lapide preciosissimo. Et in utero habens, & clamat parturiens. Ecclesia spiritaliter & quos parit etiam, genitos parturire non desinit. Sicut ipsa dicit, Filioli mei quos iterum parturio donec formetur Christus in uobis. Et cruciatur ut pariat, sic dominus in euangelio. Mulier, inquit, cum parit, tristitiam habet, quia uenit hora eius: cum autem peperit puerum, iam non meminit pressurae propter gaudium. Quod ipse discipulis exponens adiunxit, & uos igitur nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem uidebo uos, & gaudebit cor uestrum. Et ecce draco magnus rufus, habens capita septem, & cornua decem. Diabolus scititia exuentus contra Ecclesiam potentia terreni regni armatur. In septem enim capitibus omnes reges suos, & in decem cornibus omne regnum dicit. Et cauda eius trahat tertiam partem stellarum caeli, & misit eas in terram. Vires & malitiam hostis indicat, quem Ecclesia Domino iuuante deuincit,

Mulier amicta sole.

Draco dimidiatus.

Cauda.

Tychonius.

Masculus.

Temporis ratio.

Michael.

Angeli Satanae.

deuincit, qui innumeram partem angelorum, uel hominum dolo fallente quasi cauda deicecit. Cauda enim est pars caeca, pars immunda, sicut uelamine contagens immunda ne appareant. Tychonius more suo tertiam partem itellarum quae cecidit, falsos fratres interpretatur, quod altera tertia Ecclesia sit, & hostes forinseci tertia. Et draco stetit ante mulierem, ut cum peperisset, filium eius deuoraret. Insidiatur Ecclesiae diabolus, fidem Christi contendens in cordibus extinguere credentium, ut quem illa docendo genuit, ipse quasi occidat doctum. Cuius in Herode doli figura ostensa est, qui hostes intestini Dominum ut perimat, adorare se uelle simulat. Et peperit puerum masculum. Semper Ecclesia dracone licet aduersante, Christum parit. Masculum autem dixit uictorem diaboli qui feminam uicerat. Nam quis filius nisi masculus, qui rectoris est omnes gentes in uirga ferrea, in inflexibili iustitia regit bonos, confringit malos. Quod in superioribus etiam Ecclesiae promittitur. Dabo ei potestatem super gentes, & reget eas in uirga ferrea. Nam & Ecclesia cotidie gignit Ecclesiam, mundum in Christo regentem. Et raptus est filius eius ad Deum, & ad thronum eius. Ideo Christum spiritaliter in auditorum mente nascentem apprehendere non potest impietas, quia idem cum patre regnat in caelis, qui nos quoque resuscitauit, & confedere fecit in caelestibus in Christo. Et mulier fugit in solitudinem. Ecclesia sub spe uiuens aeternorum peregrinatione praesentis eremi gaudet, accepta potestate calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem uirtutem draconis rufi, instar Israeliticae plebis, quae pane caelesti pasta in eremo, uisu aenei serpentis, serpentes uicit ignitos. Vbi habet locum paratum a Deo. Esto mihi, inquit, in Deum protectorem, & in locum refugij, ut saluum me facias. Et ibi pascant illam diebus mille ducentis sexaginta. Isto dieborum numero qui tres semis annos facit, omnia Christianitatis tempora complectitur, quia Christus cuius haec corpus est, natum in carne temporis praedicauerit. Et factum est praedium magnum in caelo. Michael & angeli eius praebantur cum dracone. Caelum Ecclesiam significat, in qua Michael cum angelis suis contra diabolum dicit pugnare, quia secundum Dei uoluntatem pro peregrinante Ecclesia orando, & adiutoria ministrando confligit. Quae & Daniel in nouissima grauissimaq; pressura in auxilium dicit Ecclesiae uenturum, unde ab eo putat Antichristum esse perimendum. Ita uero angeli eius esse dicuntur, quemadmodum & angeli nostri, ut dominus ait. Angeli eorum semper uident faciem patris mei, eorum scilicet quorum ciues sunt. Et draco pugnat, & angeli eius. Angeli Satanae non illi tantum qui ei natura sunt & uoluntate similes, sed & homines eorum laqueis irre-

titi, sunt intelligendi. Et non ualuerunt. Scilicet toto tempore. Neque locus inuentus est eorum amplius in caelo. Id est, in hominibus sanctis, per eiectionem eius caelum iam factis, qui credentes semel expulsus eum amplius non recipiunt. Et proiectus est draco ille magnus in terram. Antiquus hostis de spiritalibus expulsus, arctius terrenos includit. Hoc est de caelo praecipitari, & in terram mitti, Cui dicitur, Terram comedes cunctis diebus. In qua terra sanctorum pedibus conteritur, sicut scriptum est, Super aspidem & basiliscum ambulabis. Nunc facta est salus & uirtus & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius. Euidenter ostenditur, in quo caelo ista fiat. In Ecclesia namque factam nouimus uictoria Christi salutem. Pro qua dicit, Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Non quam semper ipse habuit, sed quam in Ecclesia ex tempore quo ipse uoluit, tanquam caput in membris habere cepit. Qui proiectus est accusator fratrum nostrorum. Congratulantur angeli saluti fratrum suorum, id est ciuium futurum, nunc autem peregrinorum. Qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri ac nocte. Quos & prosperis male uti, & in aduersis non habere patientiam sugillat. Et non dilexerunt animas suas usque ad mortem. Merito animas pro Christo contemunt, qui per sanguinem Christi tantum uicerunt aduersarium. Propterea latamini caeli, & qui habitatis in eis. Hic habitatores caeli, & angelos, & homines sanctos oportet intelligi. & utrisq; conuenit in domino gratulari, cum & homines angelis sociantur, & angeli humanae in Christo substantiae famulantur. Vae terrae & mari quia descendit diabolus ad uos, habens iram magnam. Sicut gaudium redemptis, sic pereuntibus praedium docuit expectandum. Magnumq; uae illis imminet, quos nequissimus hostis possidet iratus. Et postquam uidit draco quod proiectus est in terram, persecutus est mulierem. Inextricabili astu diabolus Ecclesiam impugnans, quanto plus despicitur, tanto magis persequitur. Et datae sunt mulieri duae aquilae magnae, ut uolaret in solitudine. Ecclesia duobus falsa testamentis, tumultuosa seculi uenena cauens, mentis affectu quotidie solitudinem quieti & modesti spiritus petit, ita gaudendo canens, Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Nec dissonat quod ibi columbae quaerit, hic uero aquile percipit alas. Sicut enim illa propter donum spiritus sancti, sic & has propter celsum uolatum, aciem que sublimem, quam mundo corde Deum cernit, Ecclesia figurata est, cuius renouabitur ut aquilae iuuentus. Vbi alitur per tempus & tempora, & dimidium temporis. Totum tempus Ecclesiae, designat dierum numero superius comprehensum. Tempus enim annum significat, tempora duos, dimidium temporis sex menses. Et misit serpens ore suo aquam sicut flumen post mulierem, ut eam faceret trahi a flumine.

Caeli incoele.

Columba, Aquila.

Tempus, Tempora, Dimidium temporis.

Terra, ca-
ro domini.

fluminae. Impetum persecutorum aqua significat.] Vnde dicitur, Forsitan uelut aqua absorbuissent nos. Ecclesia ergo non solum uerbo Dei subleuata, sed & ui persecutionum propulsa, festinat euolare de mundo. Et aperuit terrasuum, & absorbit flumen.] Terra haec sancta, domini caro est, qua suscepta deglutiens mortem temporaliter sibi praeualentem, nos quoque deglutire docuit. Potest & Ecclesia intelligi, cuius monitis & precibus oris inimici cauentur insidiae. Et iratus est draco in mulierem, & abiit facere praelium cum reliquis de semine eius.] Videns non posse continuari persecutiones quod ore sanctae terrae auertantur, magis se armavit mysterio facinoris insistere, quo possit iugiter insidiari. Qui custodiunt mandata Dei, & habent testimonium Iesu.] Mandata dei in fide Iesu Christi custodire, hoc est pugnare cum dracone, & ipsum prouocare in praelium. Et gratias Deo, qui facti draconis euacuauit inceptus. Ecce enim, Dominum in carne natum extinguere molitus, eius resurrectione frustratur. Post Apostolis fiduciam docendi refringere laborans, quasi mulierem, id est, totam Ecclesiam de rebus humanis auferre satagebat. Sed & hoc frustra nisus passim nunc singulas fidelium impugnat aetates. Vnde & sequitur, Et stetit super arenam maris.] Id est, super multitudinem populi, quem proicit uentus a facie terrae. Illius sine dubio, qui hostis machinas aborberet solet, idem hostis insidias & bella excitaturus insistit.

CAPVT XIII.



Bestia,

Tuidi de mari bestia ascendente.] Varias habet bestia pro ratione locorum intelligentias. Hic ergo corpus diaboli de populo nascentis impiorum significat. Hoc etenim mare quod supra abyssus intelligitur. Vnde & draco rex dicitur omnium quae in aquis sunt, & cuius in mari secundum David consistuntur capita. Habentem capita septem & cornua decem, & super cornua eius decem diademata.] Ostendit id esse septem capita quod decem cornua. Dixerat enim draconem septem diademata super septem capita gestare: nunc dicit bestiam decem diademata super decem habere cornua. Septem namque & decem, idem est sicuti Septupla accipiet in isto seculo. Et alius Euangelista, centupla. Et super capita eius nomina blasphemiae.] Reges enim suos deos appellant, tam mortuos, & uelut in caelum atque inter deos translatos, quam etiam in terris augustos, quod est nomen (ut uolunt) deitatis. Alio autem loco totam ipsam bestiam plenam dicit nominibus blasphemiae. Et bestia quam uidi, similis erat pardo, & pedes eius sicut ursi, & os eius sicut os leonis.] Pardo, propter uarietatem gentium, Urso, propter malitiam & uasaniam. Leonis, propter uirtute corporis & linguae superbiam

Diui, &
Augusti.

Pardo, ur-
so, leoni si-
milis, be-
stia.

similatur. Legimus in Daniele, Regnum Chaldaeorum leanae, Perfarum urso, Macedonum pardo comparatum. Et dedit illi draco uirtutem suam.] Sic Apostolus de diaboli corpore loquens: Cuius est, inquit, aduentus secundum operationem satanae in omni uirtute, signis, & prodigijs mendacij his qui pereunt. Et uidi unum de capiibus eius quasi occisum in mortem, & plaga mortis eius curata est.] Antichristus ad capita regni terreni pertinens, imitatione ueri capitis nostri se quasi occisum resurrexisse, & pro Christo qui hoc uere perfecit, se suscipiendum audet exhibere. Cuius commenti dicitur in Simone Mago precessisse fallacia. Et admirata est uniuersa terra post eam.] Genus ponit pro specie, dicens adorari bestiam, cum ipsum caput simulatum sub nomine capitis uere occisi & uiuentis, terreni sint homines adoraturi. Et adorauerunt draconem qui dedit potestatem bestiae.] Illi dicit adorare se deum qui dedit potestatem Christo. Et adorauerunt bestiam dicentes, Quis similis bestiae.] Ipsi dicunt, Quis similis Christo? Aut quis illum potest uincere? Et datum est ei os, loquens magna & blasphemias.] Qui extollitur, inquit, super omne quod dicitur deus, aut quod colitur. Et data est illi potestas facere menses quadraginta duos, & aperuit os suum in blasphemiam ad Deum.] Ante enim tres semis annos non aperto ore blasphematur, sed in mysterio facinoris, quod facta discessione, & reuelato homine peccati nudabitur. Tunc enim dicit, Ego sum Christus: nunc uero, Ecce hic Christus, & ecce illic, Ad Deum autem significat aduersus Deum. Blasphemare nomen eius, & tabernaculum eius.] Dignitatem sibi nominis Dei impie usurpans, Ecclesiam quoque suam nominare praesumat. Et datum est illi bellum facere cum sanctis, & uincere eos: & data est illi potestas in omnem tribum & populum, &c.] A toto partem. Quae uinci potest, cum uiolentia temporis, si fieri potest, etiam electi quatiantur. Ut condemnentur iudaei, qui non credentes ueritati, susceperunt mendacium. Et adorauerunt eam omnes qui habitant terram.] Omnes dixit, sed habitantes terram. Recedentes enim, inquit, a te, in terra scribentur. Quorum non sunt scripta nomina in libro uitae agni.] Iustum est eos qui mortis auctori seruiunt, in libro uitae non scribi, & qui simulatoria nece bestiae deluduntur, agni, qui abstulit peccata mundi carere consortio. Agni, inquit, Qui occisus est ab origine mundi.] Agni, ut Petrus ait, immaculati, praecogniti quidem ante constitutionem mundi, manifestati autem nouissimis temporibus. Alia enim editio, agni signatum ab origine mundi trahit. Potest & per hyperbaton intelligi, quod sanctorum ab initio nomina sint in libro uitae conscripta. Si quis habet aurem audiendi, audiat.] Quoties scriptura hoc dictum interponit, intentum praecurritate rei quaerit auditorem. Ne enim momentanum diaboli regnum magni pendetur, cogitationibus humanis occurrit dicens, Qui

Antichri-
stus.

Ad Deum,

Terra ha-
bitantes.

Agnus oc-
cisus ab ori-
gine mundi.

Qui aurem
habet.

Occidi gla-
dio.

Antichri-
sti fraus.
Occisum di-
cit, quia ta-
le se simu-
labat.

Ignis si-
gnum.

Signa men-
daci, quae
re dicatur.
Diboli po-
testas.

Qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem uadet, id est dibolus & bestia, qui suis nunc retribus gentes captiuare uidentur, ipse erit cum suis cito captiuus. Qui gladio occiderit, oportet eum gladio occidi.] Qui Ecclesiam nunc uel carnali uel etiam spiritali morte persequitur, hunc dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustrationem aduentus sui. Hic est patientia & fides sanctorum.] Promiserat occidi homicidam, sed quia nemo coronatur, nisi qui legitime certauerit, nunc animis opus esse dicit, nunc peccatore firmo. Descripta generaliter bestia primo in hypocrisi, deinde aperto ore blasphemate, describit eandem in solis praepositis, similiter in hypocrisi, deinde reuelatam. Et uidi aliam bestiam ascendente de terra.] Aliam dixit de officio. Alias una est. Quod est autem mare, hoc teste Daniele est terra. Cui quatuor bestias ascendere de mari cernenti, per angelum dicitur. Haec quatuor bestiae magna, quatuor regna confluent de terra. Et habebat cornua duo similia agni, & loquebatur ut draco.] Agni cornua praefert, quo draconis uenena latenter inserat. Quia per hypocrisin sanctitatis, eam quam in se ueraciter habuit Dominus, singularem sibi inesse & sapientiam mentitur & uitam. De hac bestia Dominus: Attendite, inquit, a pseudoprophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Et omnem potestatem prioris bestiae faciebat.] Discipuli miseri magistrum sequuntur in omnibus. Et fecit terram, & inhabitantes in ea, adorare bestiam primam.] Vim seductionis ostendit, & corpus sibi mancipasse, & animam que habitat in ipso. Cuius curata est plaga mortis.] Id est, que se simulauit mortem referendo uicisse. Hanc enim scriptura non occisum sed uelut occisum dixerat, si eut de iudaeis dicitur est. Ipsi autem non intrauerunt in praetorium, ne contaminarentur. Non enim affirmavit Euangelista potuisse inquinatissimos intrare, si praetorium intrassent: aut iudaei tantorum scelerum conscij uere inquinati timuerunt: sed quid simulassent quasi affirmans retulit. Et fecit signa magna: ita ut etiam ignem faceret de caelo descendere in terram.] Miraculum ignis, quasi maximum ceteris praetulit, ut quia dominus Christus discipulis spiritu sancto in igne ueniente, uirtutum dedit gratiam, ipse quoque suos quasi simili charismate, astu fallente decipiat. Et seducit habitantes terram, propter signa quae data sunt illi facere.] Aduentus enim eius erit sicut dictum est, secundum operationem Satanae in omni uirtute, & signis, & prodigijs mendacij. Quae fallet ambigi utrum propterea dicta sint signa & prodigia mendacij: quoniam mortales sensus per phantasmata decepturus est: ut quod non facit, facere uideatur: an quia illa ipsa etiam si erunt uera prodigia, ad medicandum pertrahent credituros non ea potuisse, nisi diuinitus fieri, uirtutem diaboli nescientes, qui non phantasti

eo; sed uero igni & turbine tantam familiam sancti lob, cum tantis gregibus assumpsit. Siue autem hoc, siue illo modo signa mendacij dicantur, hoc est, sine dubio, in quo illa tentatio tunc etiam maio apparebit, quando pius martyr & corpus tormentis subijcit, & tamen ante eius oculos miracula tortor facit. Dicens habitantibus in terra, ut faciant imaginem bestiae quae habet plagam gladij & uixit.] Id est, esse eius similes, & sic ei facere imaginem, ut alia editio dicit, Sicut habet plagam de gladio & uixit. Id est, ea falsitate se dicant commoruos, & consurtesisse Antichristo, quasi ille & Deum mediatorem inter se suosque constituat, non enim sicut Dominus noster Iesus Christus habet alterum, inter quem suosque mediator sit. Et datum est illi, ut daret spiritum imagini bestiae.] Id est, ipsi populo qui hanc falsitatem impleuerit, bestiae se fabre constituto: uero imaginem, spiritum ueritatis se dare simulabit. Et ut loquatur imago bestiae.] Non tantum uulgus miserum simulato per ignem spiritum deludet, uerum etiam docedis alijs efficiet idoneum. Et faciet, ut quicumque non adorauerint imaginem bestiae, occidantur.] Non illam imaginem quam se dicunt fieri, sed illam cui similem populum faciunt. Facit ergo ut imago bestiae adoret imaginem bestiae, id est ut populus adoret diaboli institutionem. Et faciet omnes pusillos & magnos, & diuites & pauperes.] Non omnes sine exceptione quasi & gentiles, sed qui ad hoc mysterium pertinent. Habere characterem in dextera manu, aut in frontibus.] Character est mysterium iniquitatis: quod hypocrisis sub nomine Christi in opere & professione accipiunt. Et ne quis possit emere, aut uendere.] In hac uendendi & mercandi mentione docuit, quod sicut in bono symbolum Ecclesia tradidit profuturum nostrae salutis, ita illi in malo tali se definitione coarctent: nec mercandi aut uendendi licentia detur, sicut mercatores qui una nauis portantur, uniusformi signo tenentur. Nisi qui habet characterem nominis bestiae, aut numerum nominis eius.] Id est, qui communicat fraudi illius. Character enim, id est nota, & nomen bestiae, & nomen hominis est, ne eum putemus iuxta quorundam opinionem, uel diabolus esse uel daemone: sed unum de hominibus, in quo totus Satanas habitaturus est corporaliter. Est enim homo peccati, filius perditionis. Hic sapientia est qui habet intellectum, computet numerum bestiae. Numerus enim hominis est, & numerus eius sexcenti sexaginta sex.] Hic numerus apud Graecos in nomine Titanis, id est gigantis, dicitur inueniri, hoc modo. T. enim, CCC. E. v. I. x. T. CCC. A. I. N. L. Et sibi nomen Antichristus, quasi omnibus potentia antecellat, usurpatum reputat, ipsum se esse iactans, de quo scriptum est: Exultauit ut gigas ad currendam uiam, a summo caelo egressio eius, &c. Ponit autem Primum & aliud nomen, eundem numerum complectens

Chara-
cter be-
stiae.

Antichri-
stus homo
non diabo-
lus.

Titanis.

AVRUS cōplectens. A. I. N. L. T. CCC. E. V. M. XL. O. LXX. z. CC. quod significat honori contrariū. Sed & uerbū A. I. P. C. N. L. O. LXX. Y. CCC. M. XL. E. V. id est nego. Per quæ & personę qualitas & operis Antichristi insinuetur asperitas. Sed operosa expositione indiget, quomodo se tantus appetitor laudis, tali uelit caractere norari. Aliter senarium numerum quo mūdus factus est perfectionem operis significare quis nesciat? Qui siue simplex, siue per decem, centum uel multiplicatus, eiusdem perfectionis, sexagesimum, centesimumque fructum demonstrat. Erat autem pondus auri quod afferebatur Salomoni per singulos annos sexcentorum sexaginta sex millia talētorum. Quod ergo uero regi iure munus & debetur & soluitur, hoc etiā libi seductor ille tyrannus exigere præsumet.

CAPVT XIII.



I uidi, & ecce agnus stabat super montem Sion. Id est Dominus Iesus Christus, ecclesię suę certaminum fasce defudanti, exemplo uirtutis & protectionis munimi me præstabat. O tēso enim corpore, quod draconis & uirtute confusum, & notatum est cauterio, ne corpus agni bestię timeres succubuis se furori, ostendit ecclesiam solito fulgore numeroq; gaudentem. Notaq; bestiam in arena maris, agnum in monte Sion consistere.

Centum merus hic finitus pro infinito debet intelligi, & secreti significatione mysterij, uirginali apertus examini, quod deum ex toto corde, tota anima, totaq; mente diligēs, corporis quoq; quod ex quatuor qualitatibus sublitit, illi est integritate sacratum. Ter enim terni nouem, & quater quaterni sedecim. Sedecies autem nouenti centum quadragintaquatuor adimplent. Ut cum de his qui in arctioris uitę constituti merito in monte Sion cum agno uidētur, tam perfecta multitudo cernatur, de cæteris ecclesię membris non dubitetur. **Habentia nomen eius** & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. I. Ostendit quæ sit imitatio notę in fronte corporis bestię, dum Deum & Christum dicit scriptos in frontibus ecclesię. **Et audiui uocem de celo, tanquam uocem aquarum multarum.** Magna uox sanctorum, magna est deuotio charitatis, quam se de celo audisse refert, cum eos qui uocem ediderunt, in Sion monte stare prædiceret. Ut ostendat se montē Sion non aliud dixisse quàm ecclesiam: quæ ad deuin cenda grauamina presurarum, sublimi contemplationis erecta gaudio, regis sui certamina laude simul & imitatione concelebrat. Hoc est enim ueraciter agnoscanti psallere. **Et uox quam audiui sicut citharædo rum citharizantium in citharis.** Cum citharistę dei omnes sancti sint, qui carnem suam crucifigentes cum uitij & concupiscentijs, laudant eum in Psalterio & cithara, quanto amplius il-

li qui angelicę priuilegio castitatis totos se domino faciunt holocaustum, singulariter abnegantes semetipsos, & tollentes crucem suam sequuntur agnum quocunq; uadit. **Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem.** Vetus erat canticū, Beatus qui sedem in Sion & domesticos in Hierusalē habet. Nouum uero est, Læta re sterilis quæ non parit. Et itē, Dabo, inquit, eunuchis, dicit dominus in domo mea & in muris meis locum & nomen melius à filijs & filiabus. **Et nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadragintaquatuor milia, qui empti sunt de terra.** Singulariter canticum agno cantare est, cum eo in perpetuum præcunctis fidelibus etiā decernis incorruptione gaudere. Quod tamē electi ceteri canticum audire possunt, licet dicerēne queūt, quia per charitatem quidē de illorum celsitudine læti sunt, quamuis ad eorum præmia non assurgunt. **Virgines enim sunt, hi sequuntur agnum quocunq; abierit.** Hęc pulchre beatus Augustinus uirgines admonēdo exposuit. **Pergite, inquit, sancti dei pueri & puellę, mares ac foeminae, celibes & innuptę, pergitē perfecterant in finem. Laudate dominum dulcius, quę cogitatis uberius. Sperate felicius, cui seruitis instantius. Amate ardentius, cui placetis attentius. Lumbis accinctis & lucernis ardentibus expectate dominum, quādo ueniat à nuptijs. Vos afferetis ad nuptias agni canticum nouum, quod cantabitis in citharis uestris; utique tale; quale nemo poterit dicere nisi uos. Sic enim uos uidit in Apocalypsi quidam præcæteris dilectus agno, qui discumbere super pectus eius solitus erat, ipse uos uidit duodecies duodena milia sanctorum citharædorū illibatae uirginitatis in corpore, inuolatae ueritatis in corde. Sequimini agnum: quia & agni caro utique uirgo. Sequimini eum uirginitate cordis & carnis quocūque ierit. Quid est enim sequi, nisi imitari? quia Christus pro nobis passus est, uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia. **Hi empti sunt ex omnibus primitiis deo & agno.** De illo sancto & immaculato ecclesię grege quasi sanctiores purioresq; hostię pro uoluntatis suę meritis à spiritu sancto eligētur: quos Apostolus de eis præceptū Domini non habens, obsecrat ut exhibeant corpora sua hostiam uiuam, sanctam, Deo placentem. **Et in ore ipsorum non est inuentum mendacium.** Nō solius pudicitię merito, diuino comitatu uirgines copulantur: nisi & ab omni cōtagione peccati immaculatę gesserint uitam. Hanc uisionem Tychonius non de uirginibus specialiter, sed de tota generaliter interpretatur ecclesia, quā despondit Apostolus uniuerso uirginē castam exhibere Christo, ita cōcludens: Nō dixit, Nō fuit in ore eorum mēdaciū: sed. Nō est inuentum Sicut Apostolus dicit: Et hæc quidē fuitis, sed abluti estis. Et iniquitas iniusti non nocet ei, quæ die conuersus fuerit ab iniquitate sua,**

Canticum uetus & nouum.

Virginum prerogatiua.

Augustinus ad uirgines.

Virginitas integra.

Tychonius.

sua, & poterit esse uirgo, & dolus in ore eius non inueniri. Virgines enim castos dicit & pudicos. **Et uidi alterum angelum uolantem per medium celum, habentem euangelium æternum.** Quoniam Ecclesię peregrinantis in seculo ancipitem uariamq; cum dracone pugnam descripsit, restat utriq; militię dignam rependere mercedem: & quæ uel malos pœnæ, uel præmia bonos sequantur, ostendere. **Prædicator ergo per mediam discurrens Ecclesiam, Euangelium regni portat æterni.** **Ut euangelizaret sedentibus super terram.** Conuenit eos qui cælesti attolluntur uolatu, terrenas quoque mētes de sede suis torporis prædicando leuare. **Et super omnem gentem, & tribum, & linguam.** Prædicabitur, inquit, hoc Euangelium in toto orbe, & tunc ueniet consummatio. **Time Deum, & date illi honorem: quia uenit hora iudicij eius.** Tanto magis, inquit, salutē uestrę prospicite, quanto uos citior expectat retributio, quę in æternū mutari nō potest, dominū mundi factorem, & non temporalem bestię tyrannidē formidantes. **Cecidit, cecidit Babylon illa magna.** Ciuitatem diaboli ruinofam iam cecidisse dicit. Siue more scripturę, quæ solet præteritum ponere, quod nouit uenitabiliter adimplendum. Siue quod superbitūc à domino deiecti, quādo à diabolo sunt inflati, sicut Psalmista inquit, **Deiecit eos dum alleuarentur. Quæ à uino iræ fornicationis suę potauit omnes gentes.** Ciuitas impiorum ex omnibus congregata gentibus, ipsa gentes, id est sua membra uino debriat erroris. Domini uero ciuitas uineam Sorech exercēs non uult inebriari uino in quo est luxuria: ne promisso uitæ priuatur denario. **Si quis adorauerit bestiam & imaginem eius.** Id est diabolū, & caput uetuli occisum. **Et acceperit characterem in fronte sua, aut in manu sua.** In fronte aut in manu dicens, significat diaboli quosdā professione nefanda, quosdam uero tantum operatione notari. **Et hic bibet de uino iræ Dei, quod mixtum est mero in calice iræ ipsius.** Dum dicit, hic bibet, ostendit esse & alium qui biberit, ne separet eum qui licet gentibus uisibiliter non miscetur, eandem tamen sub Christi nomine adorat bestiam. Iuste autē qui calicem iræ fornicationis propinant, calice Domini sternuntur, non ut iuxta Hieremiam malitiam cordis euomant mundandi, sed ut damna ti pereant æterna morte soporandi. **Et cruciabitur igni & sulphure, in conspectu angelorum sanctorum.** Pœnam malorum sancti cum Domino regnantes semper uidere possunt, ut hinc maiores exproxi suo gratias agentes, misericordias Domini in æternum cantent. Non enim eos iusto iudici concordantes, uisā prauorum tormento consistant: sicut nec diuitem in flammis sepultum uisā Lazari requies refrigerare ualebat. **Nec habent requiem die ac nocte qui adorauerunt bestiam, & imaginem eius.** Leonem dicunt homini prostrato parcere, sed hæc bestia leone fe-

Prædicator.

Babylon cecidit.

Vinum duplex.

Calix iræ.

Beati, uident damna.

Leonis mætu.

rocior, quo magis adoratur, eo maiores irrogat pœnas. **Et si quis acceperit characterem nominis eius.** Bestiam sanctus Augustinus impiam ciuitatē: imaginē uero eius, simulationē auis, id est, fallaci imagine Christianos, characterem autem notam criminis interpretatur, quæ adorari, & subijci ei, & consentiri dicit. **Hic patientia sanctorum est.** Licet bestia sæuerit: non tamen sanctorum passio contristet temporalis, quæ æterna beatitudine remuneranda est, cum e contrario persecutores suos temporaliter superbientes, æternas cum bestia uiderint luere pœnas. **Et audiui uocem de celo dicentem, Scribe.** Pulchra iam prædicatorum concordia. Ecce enim Domini hic regnum uenit, ille ciuitatem diaboli cecidisse: iste flammis impiorum, alius beatorum prædicat requiem, qui stram uocem & de celo emittit, & digna memoria æterna literis mādari præcipit. **Gaudent enim iusti, quia nomina eorum scripta sunt in celo: delentur uero impij de libro uiuentium.** **Beati mortui qui in Domino moriuntur.** Gratias tibi ago Iesu, qui beatificas eos in celo, qui in te moriuntur in terra. **Quāto magis illos qui & in tua & pro tua fide felices ponunt animas? A modo iam dicit spiritus: ut requiescant à laboribus suis, opera enim illorum sequuntur illos.** Sicut impios dixerat perpetuo requiem non habere, sic e contrario fideles priscis adiutos operibus a modo iam, id est, à tempore mortis requiescere docet. **Cū enim dederit dilectis suis somnum, hæc est hæreditas Domini.** Propter frigus autem piger arare noluit, mendicabit ergo æstate, & non dabitur ei. **Et uidi, & ecce nubem candidam, & super nubem sedentem similem filio hominis.** Hætenus præconum uoce præmissa, nunc personam reitrat ipsius demonstrare iudicis. **Qui ad iudicium ueniēs, gloriam diuinitatis nube carnis obumbrat ut uideant impij quem compunxerunt.** **Habentem in capite suo coronam auream.** Qualis sit hæc corona, superius in mulieris habitu descripsit. Et in capite eius corona stellarum duodecim. **Quamuis & uictoriam possit significare regnātis.** **Et in manu sua falcem acutā.** Iudicia lem scilicet diri mendicantem sententiā, quæ nullatenus euitatur. Intra ipsam quippe sumus, quolibet fugere conemur. In falce enim quicquid includitur, intus cadit. **Et aliter angelus exiit de templo clamans uoce magna, ad sedentem super nubē.** **Angeli, quos terrę mēsores in Euangelio legimus, & qui omnes sunt in ministeriū missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis, singula pensantes Ecclesię merita, cotidie Domino renarrant. Mitte falcem tuam & mete, quia uenit hora ut metatur, quoniam aruit messis terrę.** Ecce inquit abundante iniquitate, refrigit charitas multorum, & aestu malorum incumbente, messis mundi penē iam uirere cessauit. Ne ergo grana iam matura decidant, propter electos breuiat dies, & zizania quidē in paleasq; flammis, fructu.

Bestia, secundum Augustinum.

Beati, cætera.

Falx in manu dei.

Angelorum ministeria.

Christus messor & uindemiator,

Angelorum ministeria,

Maturitas,

Torcular,

Lacus irae,

Tychonia,

Et uero caelestem horreis reconde felicibus. Et alius angelus exiit de templo quod est in caelo habens & ipse falcem acutam.] Si Christus uisus est in nube candida messor: quis est uindemiator, nisi idem propter geminum Ecclesiae fructum eleganter repetitus? Quia qui seminauit bonum semen in agro suo, ipse quoque uineam in loco uberi plantauit: sed utraque cultura, custodum in curia degenerauit. Et alius angelus exiit de altari, qui habet potestatem supra ignem, & clamauit uoce magna.] Duplex est, ut Hieronymus ait, angelorum officium. Aliorum qui praemia iustis tribuant: aliorum qui singulis praesint cruciati bus. Sicut dicitur, Qui facit angelos suos spiritus, & caetera. Possunt duo angeli, qui aridam messem, & maturam praedicant uineam, Ecclesiae preces intelligi: quae magna uoce, id est magno quotidie desiderio regnum Domini aduenire precatur dicens, *Mitte falcem tuam acutam, & uindemia uinea terrae.*] Sicut messis, sic & uindemia partim terrena, partim caelestis est. Vtriusque autem maturitas, finem indicat seculi. *Quoniam matura sunt uinea eius.*] Id est, consummata sunt peccata. Quamuis & bonorum quoque perfectio maturitas dici possit. Nam ut sanctus Papa Gregorius ait, quamlibet mundi finis ex ipso suo ordine pendeat: peruersiores tamen quosque inueniens, quia digna ruinis illius opprimantur, innotescit. *Et misit angelus falcem suam in terram, & uindemiauit uineam terrae.*] Qui habet falcem messoriam, ipse habet & uindemiatoriam. Vnum est enim iudicium & uno tempore fiet. Sed in messe & uindemia, initium ostendit, & finem eiusdem praesurae. *Et misit in lacum irae Dei magnum, & calcatus est lacus extra ciuitatem.*] Si ad malos tantum messis haec, & de uindemia pertinet, torcular poenam significat. Si autem & ad bonos, calcatio torcularis & tribula area inutilia conterit, utilia probat. Sicut ait Apostolus, preciosa metalla igne probari, lignum uero fornem stipulamque consumi. Quod utrunque extra caelestem Hierusalem agitur. Lacus autem irae eo loquendi genere nominatur quo dicitur, In die mala liberauit eum Dominus. *Et exiit sanguis de lacu usque ad frenos equorum.*] Exiit ultio usque ad rectores populorum. Usque enim ad diabolum & eius angelos nouissimo certamine exiit ultio sanguinis sanctorum effusi. Sicut scriptum est, In sanguine peccasti, & sanguis te persequitur. Dicitur est supra de equis. *Per stadia mille sexcenta.*] Id est, per omnes quatuor mundi partes. Quaternitas enim est cum quaterna, sicut in quatuor facibus quadriformibus & totis. Quater enim quatuor, neni, mille sexcenti. Tychonia messorum & uindemiatorum Ecclesiam interpretatur, post persecutionum flammam clarescentem, & potestatem ligandi, soluendique tenentem. Angelus de templo uel altari iubentis imperium dicens Domini, non perspicua uoce, sed suggestione spiritus sancti, qui operatur in suo corpore, docens iam tempus esse malorum anathemandorum, habens potestatem super ignem: utique illum qui exiit ex ore testium, & comedit inimicos eorum. Hucusque de conspectu Ecclesiae & utriusque maturo sine ceteraminis.

stione spiritus sancti, qui operatur in suo corpore, docens iam tempus esse malorum anathemandorum, habens potestatem super ignem: utique illum qui exiit ex ore testium, & comedit inimicos eorum. Hucusque de conspectu Ecclesiae & utriusque maturo sine ceteraminis.

Liber tertius.

CAPVT XV.



I uidi aliud signum in caelo magnum & mirabile.] Instaurato rursus ordine, easdem plagas persecutionis nouissimae narraturus, intentum fieri uoluit auditorem dicendo, Signum magnum & mirabile. *Angelos septem.*] Id est, ecclesiam septiformi gratiam plenam. *Habentes plagas septem nouissimas.*] Quoniam in illis consummata est ira Dei, uouissimas dixit: quia semper ira Dei populum percutit contumacem septem plagis, id est perfecte. sicut frequenter in Leuitico, Et percussit, inquit, uos septem plagis. Quae nouissimae futurae sunt, cum Ecclesia de medio eius exierit. *Et uidi tanquam mare uitreum mixtum igni.*] Fontem uidelicet baptismi perlucidum, igne sancti spiritus consecratum. Vel etiam quod ad ignis pertinet qualitatem, martyrio rubricatum. *Et eos qui uicerunt bestiam & imaginem eius stantes supra mare uitreum.*] Qui fraudes uincunt bestiae, consequenter igneo baptismo superstare uidentur, studentes iuxta Apostolum, superceterari semel traditae sanctis fidei. *Habentes citharas Dei, & cantantes canticum Mosi serui Dei & canticum agni.*] Id est, corda laudantium deo dicata gerentes, & utriusque testamenti ueritate canora. Vel carnem ligno passionis extentam. Vbi non tantum sonus uocis, sed etiam boni operis significatur effectus. *Magna & mirabilia opera tua Domine deus omnipotens, iustus & uerax & uia tua rex excelsorum, & reliqua.*] Hoc carmen in utroque reperi testimonio, ubi dominus & uerax & misericors, a cunctis canitur seculis iudex adorandus. Repetit quod proposuerat dicens, *Et post haec uidi, & ecce apertum est templum tabernaculi testimonij in caelo.*] Cunctis carmini uisio. Ut enim Dominus a cunctis possit genibus adorari, templum illud secreto rum dei, unius quondam urbis moenibus inclusum toto iam spiritualiter coepit orbi referari.

Et exierunt septem angeli, habentes septem plagas de templo.] Hoc est, quod Marcus ait. Illi autem profecti praedicauerunt ubique. *Vestiti lapide mundo candido.*] Quotquot (ait Apostolus) in Christo baptizati estis, Christum induistis. Ipse est enim summus lapis angularis electus. Vel si numerum singularem pro plurali positum intelligas, uaria uirtutum ornamenta significat. Alia translatio lineamen candidum habet, mortificationem

Phialae.

Fumus.



I uidi uocem magnam de templo dicentem septem angelis: *Ite & effundite sepiem phialas irae dei in terram.*] Data est potestas ecclesiae, iudicium irrogare damnandis, & absolutio-nem misericorditer dare conuersis. Et omnibus quidem angelis in terram fundere mandatum est: sed huiusmodi terreni homines pro uarietate peccatorum, uaria quoque uocabula sortiuntur, ut si cut praedicationis & uindictae, sic etiam noxae plenitudo, septenatio numero censeretur. *Et abijt primus, & effudit phialam suam in terram.*] Duplici modo praedicatores, phialas irae dei effundunt: dum poenas impiorum uel eisdem impijs irrogant spiritualiter iudicando, ut Petrus Simonius Pecunia, inquit, tua tecum sit in perditione: uel sanctae Ecclesiae manifestant praedicando, ut idem dixit, Quibus iudicium iam olim non cessat, & perditio eorum non dormitat. Potest

Phialas effundendi duplex modus.

tificationem carnis doctoribus indicens: iuxta illud, Castigo corpus meum & seruituti subijcio, ne forte alijs praedicans, ipse reprobus inueniar. *Et praecincti circa pectora zonas aureas.*] Qui praedicare fortia uelit, non solum mortificet corpus, sed & pectus auro sapientiae stringat. Vel certe zonas aureas pectora stringere, est cunctos mutabilium cogitationum motus per solius iam amoris uincula restringere. *Et uenit ex quatuor animalibus de dit septem angelis septem phialas aureas plenas iracundiae dei uiuentis.*] Ite sunt phialae quas cum odoribus ferunt animalia & seniores, qui sunt Ecclesia, qui & septem angeli. Eadem quippe phialae, & suauitatem supplicationum & iram suppliciorum continere dicuntur: cum a sanctis pro regni Dei aduentu funduntur: quando iudicia dei non tam occulta sicut abyssi, sed aperta ut phialae, iustis latura salutem, impijs uero praedicuntur inferre perniciem, sicut Apostolus ait: Quia Christi bonus odor sumus deo in his qui salui sunt, & in his qui pereunt. *Et impletum est templum fumo a maiestate dei & de uirtute eius.*] Praedicatorum gentibus ecclesiae, prius ipsa charitatis igne calefens, fumum pietatis confessionis emittit, gratias deo super inenarrabili dono eius agens. *Et nemo poterat introire in templum donec consummarentur septem plagae septem angelorum.*] Nemo potest ecclesiae membris incorporari, nisi qui mysteria fidei audiens discit a praedicatoribus, quia Iesus constitutus est a deo iudex uiuorum & mortuorum. Quod si fumum abdita iudiciorum Dei interpretaris arcana, mortalibus haec impenetrabilia manent & clausa, donec finitis praesentis seculi plagis, adueniat dominus: qui & illuminet abscondita tenebrarum, & manifestet quantum uel utilitatis ad probanda ecclesiae fidem, uel iustitiae ad excandos iudaeos qui charitate ueritatis non receperunt, ut salui fierent, aduentus conferat Antichristi.

CAPVT XVI.

& tertius modus intelligi, quo quisque peccator audita praedicatione ueritatis, grauiori contradictionis uulnere corrumpitur. De quo Dominus: Si non uenisset inquit, & locutus eis fuisset, peccatum non haberent. *Et factum est uulnus iuum, &c.*] Qui domino derelicto diabolum uenerantur, eiusdem impietatis uulnere pessimo spiritualiter interibunt. *Et secundus effudit phialam suam in mare: & factus est sanguis tanquam mortui: & omnis anima uiuens, mortua est in mari.*] Qui non solum charactere notantur Antichristi, sed & seruatorum Christi, stabilitatem undis amarae persecutionis in se statunt, spiritualiam ultione, quam sanguinem uocat, puniuntur: & qui se uiuere iactabant, mortis probantur auctori seruisse. *Et tertius effudit phialam suam super flumina & super fontes aquarum, & factus est sanguis.*] Et hi quocumque ut suum uirus incautis infundant, dulcia se propinare fingunt, digna plagae perennis ultione plebsentur. *Et audiui angelum aquarum dicentem: Iustus es, qui es, & qui eras sanctus, quia haec iudicasti.*] In angelo aquarum, omnes angelos populorum dicit, interiora affectus diuinis laudibus concrepit, quod uindicans sanguinem seruorum suorum homicidas morte potauerit. *Et audiui alterum ab altari dicentem: Etiam domine deus omnipotens, uera & iusta iudicia tua.*] Quod sunt angeli, hoc est & altare deo gratias agens, id est, interior affectus sanctorum uel angelorum uel hominum, qui docendo populis praesunt. *Et quartus effudit phialam suam in solem, & datum est illi aestu afficere homines & igni.*] Persecutores ecclesiae qui solis instar ardentis, semen uerbi dei arefacere moluntur, sicut cremandi sunt ardore gehennae. Vel si solem, splendorem sapientium interpretaris, non angelo solem perfundenti, sed eidem soli datum est aestu afficere homines & igni: quia dum sapientes uiri cruciati uicti, male agendi errore tanguntur, illorum exemplo persuasi, infirmi quique temporalibus desiderijs inardescunt. Quae uis & aestus, ut diximus, possit intelligi, quod diaboli corpus de stabilitate sanctorum ireme diaboliter cruciatur, & ad blasphemandum incitatur. De quo propheta: Zelus, inquit, apprehendit populum in eruditum: & nunc ignis aduersarios comedit. Et nunc utique excepto, scilicet ultimi illius igne iudicij. *Et aestuauerunt homines aestu magno.*] In praesentiarum quidem, quantum permittitur, clarificat suos diabolus. Quae claritatem & legitima spiritus sanctus plagas definiuit & dolores. Nam & supra legimus, exercitium diaboli occidisse homines igne, fumo, & sulphure. Non quod perspicue occiderit, sed his poenis consentientes destinauerit. *Et quintus effudit phialam suam, &c.*] Sedes bestiae, id est regnum eius, tanquam iudiciaria potestas, huiusmodi plagis, id est, terrenae felicitatis falsa contenebratur laetitia, & lucis efficitur aliena, ut Psalmus: Deiecisti, inquit, eos dum alleuarentur. Non enim dixit, postquam eleuati sunt. *Et com-*

20

30

40

50

60

Aquarum Angelus.

Sol.

Aestu.

Sedes bestiae.

Linguas comedentes.

manducaverunt linguas suas pro dolore. Sicut iustus labores fructuum suorum manducabit, ita impius quoque dignis blasphemiarum suarum poenis expostus quasi lingua sua saturatur. Sibi ergo non ceabant blasphemantes ex ira dei, qua transpuncti gaudia existimabant. Et blasphemaverunt Deum caeli pro doloribus et uulneribus suis. Non ad ipsorum duritiam retulit: sed ad iustam indignationem Dei, qui tale genus plagae dedit, in quo non recordentur. Nam quis corporaliter afflictus, non sentiat manum Dei sicut Antiochus? Blasphemaverunt enim dixit, non aperte, sed in peccatis luxuriantes. Et sextus angelus effudit phialam suam in flumen illud magnum Euphratem, et siccauit aqua eius: ut pararetur uia regibus ab ortu solis. Per eunte populo, Babylonis affluentia, in quo nihil uitium, nihil uiride, quod igni aptum non sit, remanebit. Hoc est quod supra dixit, Aruit mens terrae. Sancti reges obuiam soli iustitiae, properant. Aliter. Sicut dum superbit impius, incenditur pauper, ita pestilente flagellato sapiens astutior fiet. Solito autem more praetermissio, septimo angelo recapitulat ab origine breuiter.

Spiritus immundi. Linguas.

Ranas.

Et uidi de ore draconis, et de ore bestiae, et de ore pseudo prophetae exire spiritus tres immundos in modum ranarum. Spiritus diaboli, et Antichristi, et praepolitorum corporis eius, qui pro numero partium unius corporis trifarius dicitur, ranis similatur, ansmantibus scilicet loco, uisu, molestoque stepitu horrentibus. Quae quum aquarum incola uideantur, in sordibus tamen et caeno uoluntantur. Hypocritae quippe aquam uitae suis promittentes, in fordibus quas credentes in aqua deponunt, mortui delitescunt. Sic Pharaon, qui cum populum perderet in baptisma, post eum introire ausus est, ibidem necatus est. Sunt enim spiritus demoniorum facientes signa. Ita namque sicut etiam per magos Pharaonis credendi sunt signa facturi. Nec immerito eorum meminit facta mentione ranarum, nisi ministros Sathanae, tunc quoque similia praedicant signa facturos. Usque ad signum enim ranarum, suis magi incantationibus ualere permisi sunt. Et procedent ad reges totius terrae congregare illos in praedium ad diem magnum Dei omnipotentis. Sicut sancti reges sunt, quibus Euphrate siccato, uia panditur orientis, ita etiam prauis reges terrae dicuntur, qui non ex toto orbe ad unum locum congregati, sed suo quoque gens in loco sanctos impugnet. Diem autem Domini magnum, totum tempus dicitur a Domini passione. Potest et dies accipi iudicij: quum exercitus diaboli per totum tempus uitae praesentis congregatus, Domino regi proferendus occurreret. Ecce uenio sicut fur. Alia est etiam consequentia habet, Ad diem magnum dei omnipotentis. Ecce uenit ut fur. Beatus qui uigilat, et custodit uestimenta sua, ne nudus ambulet, et uideant turpitudinem eius. Beati quorum tecta sunt peccata, qui turpitudinem uitae reprehensibilis ante iustorum oculos in iudicio subse-

Dies domini magnus.

Furis modo ueniet.

quentis boni operis tegmine uelant. Et in euangelio Dominus in exemplo furis cauendi, seruos uigilare praecipit. Et congregabit illos in locum, qui uocatur Hebraice Hermagedon. Hunc locum alibi exponit, dicens, Congregauit illos in praedium, et circumierunt castra sanctorum, et ciuitatem dilectam, id est, Ecclesiam. Potest et e contrario locus impiorum diabolus intelligi, qui in homine perditio tumore usurpatae deitatis inflato, priores, id est, quondam a domino interdictas, recuperare se gaudebit insidias. Hermagedon enim conuersio in priora, siue mons globosus interpretatur. Et septimus effudit phialam suam in aerem, et exiit uox magna de templo a throno, dicens, Factum est. Sicut supra sanguis ultionis usque ad frenos equorum, immundos uidelicet spiritus exiit: sic et hic cum eadem potestate aereas nouissima perfunderet ultio, factum esse, id est, finis adesse narratur, quando (ut Apostolus ait) nouissima inimica destruetur mors. Haecenus sub plagatum nomine persecutio nouissima describitur, quas Tychonius omnes a contrario uult intelligi. Plaga est, inquit, insanabilis, et ita magna accipere potestatem peccandi maxime in sanctos, nec corripi adhuc maiore ira Dei. Prouentus enim beatitudinis, malorum mors est. Sicut e contrario, tormentum et humiliatio, Ecclesiae claritas est. Nam ipso tempore, illaesus erit omnis populus impius ab omni plaga corporis, quasi qui accepit totam sauiendi potestatem. Nec opus erit tunc adimplentione peccatorum, et ira consummatione aliquem malorum flagellari, et a furore compesci. Recapitulat ab eadem persecutione, ruina describens impiae ciuitatis.

20

30

50

Et facta sunt fulgura et uoces, et tonitrua, et terrae motus factus est magnus, qualis non fuit, ex quo homines fuerunt. Cum in fine seculi talis fuerit tribulatio, qualis non fuit ab initio, signa pariter maxima clarebunt. Sed utrum a parte bonorum, an a parte malorum, an ex utraque parte sibi alitri fecus cocant, non hic satis elucet. Sicut Mosi et magis factum est Pharaonis.

Et facta est ciuitas magna in tres partes. Triforme bellum impia ciuitas infert Ecclesiae Christi. Quam gentiles et Iudaei aperto certamine, haeretici subdola defectione, falsi fratres prauis infestant exemplis. Quod et supra in tribus equis malis, roseo, nigro, et pallido figuratum est. Et ciuitates gentium ceciderunt. Id est, omne robur fiduciae gentium. Locunditas enim impiorum, ruina est magna, et gaudium iniqui perditio. Et Babylon magna in memoriam uenit ante Deum, dare ei calicem uini indignationis irae eius. Tunc Babylon cadit, aut iram Dei bibit, quum potestatem accipit aduersus Hierusalem, praecipue nouissimam. Propterea ipsam dixit cecidisse terrae motu quem facit ecclesiae. Quod si ad diem iudicij referas, ibi im-

Tycho-nius.

Babylon cadit.

Grando ta-lento simi-li.

Peccatoru- diuersitas.

pius in memoria Deo ueniet, qui nunc dicit in corde suo, Oblitus est Deus. Et omnis insula fugit, et montes non sunt inuenti. Ecclesia, quae propter stabilitatis eminentiam, in insulis comparatur ac montibus, a persecutorum se cautam fluctibus abscondit. Et grando magna sicut talentum descendit de caelo in homines: Grando, irae Dei talento similitur, quae et pondere grauis et aequa iudicio, pro diuersitate culparum, singulis infligatur. Et omnes plagae Aegypti figurae fuerunt plagarum spiritualium. Et blasphemauerunt homines Deum propter plagam grandinis. Quia autem peccata causa sunt peccati, alia poena peccati, alia utrunque. Sicut Esaias, Ecce tu (iustus) iratus es, et peccauimus. Hic blasphema re Deum propter grandinem, et peccatorum agnoscitur, et poena peccati.



Eni, ostendam tibi damnationem meretricis magnae, quae sedet super aquas multas. Perditorum multitudo, quae relicto creatore, demonibus se prostrauit constuprandam, in fluctibus discordium populorum sedere memoratur. E contrario autem multitudinis credentium erat cor unum et anima una. Quos despondit Apostolus uni uiro uirginem castam exhibere Christo. Cum qua fornicati sunt reges terrae, et inebriati sunt qui inhabitant terram, de uino prostitutionis eius. Uniuersitas partibus praeminet, Reges enim et inhabitantes terrae sunt singuli terrena superbeperentes: quos illecebra seculi, uiciorum libidine constuprat, et insaniam mentis debriat. Et abstulit me in desertum in spiritu. Desertum ponit diuinitatis absentiam, cuius praesentia, paradisi est. Et uidi mulierem sedentem super bestiam coccineam, plenam uocibus blasphemiae. Diabolus impietate cruentus, blasphemus, inflatus, corruptelae prauorum fastu praesumptionis extollit. Habentem capita septem, et cornua decem. Id est, habentem reges mundi et regna, quorum et Domino gloriam in monte monstrauit. Et septenario enim saepe et denario numero, ut supra diximus, uniuersitas indicatur. Et mulier erat circumdata purpura et coccino. In purpura, fucus simulati regiminis. In coccino, cruentus habitus impietatis demonstratur. Et inaurata auro et lapide precioso et margaritis. Id est omnibus illecebris simularata ueritatis. Quid sit denique intra hanc pulchritudinem, exponit dicens, Habens poculum aureum in manu sua plenum abominationum. Aureum poculum plenum immunditiarum hypocritis est, quia foris quidem parent hominibus quasi iusti, intus autem pleni sunt omni spurcicia. Quod enim uirus in auro, hoc est, bestia sub habitu meretricis laes. Et in fronte eius nomen scriptum mysterium, Babylon magna mater fornicationum et abominationum terrae. Haec quidem corruptela statim in ipsa facie nutritrix ostenditur esse ui-

Desertum.

Purpura. Coccini.

Hypocri-sis.

tiorum, sed quia prudenti tantum ratione discernitur, maxime preciose ornata, mysticum hoc esse nomen indicatur. Et uidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum, et de sanguine martyrum Iesu. Unum est corpus aduersum intus ac foris: quod licet uideatur loco separatum, in communitate tamen unitate spiritus operatur. Sic pronepotes prauorum sensu Zachariam lapidasse accusantur, quum ipsi non fecerint. Et miratus sum, cum uiderem illam, admiratione magna. Et dixit mihi angelus: Quare miraris? Ego dicam tibi sacramentum mulieris et bestiae quae portat eam, quae habet capita septem et cornua decem. Bestia quam uidisti, fuit, et non est: et ascensura est de abyssu, et in interitum ibit. Id est, diabolus quondam in mundo principabatur, qui Domino crucifixo eiectus est foras: in fine autem mundi, de carceris sui laxatur ergastulo, spiritu oris Domini peribit in aeternum. Tychonius bestiam ad omne corpus diaboli refert, quod decedentium et succedentium sibi generationum pro cursu suppleatur. Maxime, quia mulierem, quam super aquas multas, id est, populos sedentem ostendere promiserat, super bestiam ostendit sedentem. Septem capita, septem montes sunt super quos mulier sedet, et reges septem sunt. Capita, inquit, bestiae, reges mundi sunt, ob tumorem superbiae montibus adaequari praecellit. In quibus lasciuia requiescit impietas, ut et ui premant, et fraude decipiant. Quinque ceciderunt, unus est, et alius nondum uenit. Cum in septenario numero plenitudinem mundani descripsisset imperij, cuius ultima pars, id est, Antichristi nondum uenerat regnum, consequenter quinque reges praeterijisse, sextum adesse, septimum uenturum esse testatur. Et quum uenerit, oportet eum breui tempore manere. Quia et superbos nos et infirmos Dominus conspiciat, dies quos singulariter malos intulit, misericorditer breuitatos dicit. Profecto ut et superbiam terrae, de aduersitate temporis, et infirmitatem resoueat, de breuitate. Et bestia quae erat et non est, et ipsa octaua est, et de septem est, et in interitum uadit. Antichristus qui in fine seculi regnaturus est, propter eiusdem quidem corporis impiorum, cui caput est, unitatem, ad regnorum mundi pertinet numerum: sed propter singularem nequitiae potentiam, sui etiam loci proprii continetur ordine. Et decem cornua quae uidisti, decem reges sunt qui regnum nondum acceperunt. Nondum regna mundi in persequendo Ecclesiam, suam plenepotentiam demonstrarunt: quae licet nunc quoque plurimis dominantur, actio tamen erit gloriationis insane potentia, quum etiam signis decerperint plurimos. Quidam, persecutione nouissima propinquante, decem reges futuros, qui orbem inter se diuidant, iuxta Danielis quoque prophetiam, interpretantur, qui de bestia quarta dixerit, Et habebat

Zacharie lapidatio.

Tycho-nius.

Antichristi stus.

CAPVT XVIII.

Vndecim.

cornua decem: & ecce cornu aliud paruulum ortum est de medio eorum: & tria de cornibus primis euulsa sunt a facie eius. Et Antichristu de Babylone natum, Aegypti regem & Aphri- cae & Aethiopiae superaturum, quibus interfe- ctis, etiam septē alij reges uictori colla submit- tant. Alij autem ad prauaricationē significan- dam, in undenario numero positum dicunt an- tichristum. Vndecim enim denariae perfectio- nis transgressionem designant. Sed potestatem tanquam reges una hora accipient post bestiam. Tanquam reges dixit: quia uelut in somnis regnāt, qui Christi regno aduersantur. Hi unum consi- lium habent, & uirtutem & potestatem suam bestiae tra- dent. Id est pari consensu tota intentione dia- bolo militant, hoc est enim post bestiam acci- pere regnum, diabolum imitando, Christo ad- uersari. Hi cum agno pugnabunt, & agnus uincet il- los. Ne scruitiam hostis antiqui, humana tim- meret infirmitas septicipitem describit bestiam secularis regni cornibus armatam, Christo triū- phante deuinci. Quem in suis triumphare de- sinans adiecit. Et qui cum illo sunt uocati electi, & si- deles. Præmissi bene electi, multi enim sunt uocati, pauci uero electi. Et decem cornua quae uidiisti, hi odient fornicariam. Gloria mundi, quam nunc lasciuo complectuntur amore, máximo tunc incipient odio detestari, cum se agno uin- cente uiderint in fine damnandos. Potest & ali- ter intelligi, siue quod inter superbos semper iurgia sint: siue quod omnis qui diligit iniqui- tatem, odit animam suam. Et desolatam facient il- lam & nudam. Ipsi enim per iram dei desertum faciunt mundum, dnm ei dediti sunt, & iniuste utuntur. Et carnes eius manducabunt, & ipsam igne concremabunt. Luxibus eam solitis destitutam, gehennae ignibus comburent. Deus enim de- dit in corda eorum, ut facerent quod illi placitum est. De- us, inquit, iudex iustus fortis, & cui iustitia sem- per placita est, talia permisit impijs pro poena peccati prioris operari: pro quibus merito finē torius imponeret orbis: sicut in Sodomis & di- luuio factū Euangelia testantur. Ut dent regnum suū bestiae donec consummentur uerba dei. Id est diabo- lo pareant, donec cōsummentur scripturae, qui- bus Deus dixit quantum regnum terram con- summare. sicut in Daniele legimus, Quartum erit regnum super terram, quod illis omnibus regnis praeualebit. Et uniuersam terram deuorabit, & euertet, & delebit. Et mulier quam uidi- sti est ciuitas magna quae habet regnum super reges terrae. Sic & infra sponfam agni cōtemplari iustus, uidi- dit ciuitatem sanctam descendentem de caelo. Quam cum describeret, Et reges (inquit) terre afferēt gloriam suam in illam. Duae sunt enim in mundo ciuitates: una de abyssu, altera de cae- lestibus oriens. Vnde & eandem impietatem, quam sub habitu meretricis nudata atq; com- busta descriperat, nunc deserta ciuitatis com- parat ruinas.

Et post haec uidi alium angelum descendentem de caelo, habentem potestatem magnam: & terra illumina- ta est a gloria eius. Angelus hic fortis & illumi- nans terram, & ipse Dominus incarnatus, & ec- clesiae doctores possunt intelligi: qui caelesti lu- mine praediti, caelum mundi praedicant, dicen- tes, Appropinquauit regnum caelorum. Cecidit cecidit Babylon magna, & facta est habitatio demo- niorum, & custodia omnis spiritus immundi. Ne time- as (inquit) o Hierusalem terranae potentiam ci- uitatis, quae eo ipso spiritaliter cadit, quo tibi ne- fandorum praeualet infestatione ciuium. Esai- as quoque describit, Babylonem monstros in- habitandam immundis. Nulla est enim nisi dia- boli ciuitas quae omnē animam capiat immun- dam, in qua omnis immunditia per orbem com- moratur. Et mercatores terrae de uirtute deliciarum eius, diuites facti sunt. Diuites peccatis dicit eos, qui pro abundantia temporali suas infelici mer- catu animas commutant. Nam nimietas luxu- riae, pauperes potius quam diuites facit. Exi- te de illa populus meus, & ne participes sis delictorum eius. Sic & Esaias: Exite de medio eorum, & immundum ne tetigeritis. Mundamini qui fer- tis uasa domini. Prænunciata Babylonis ruina, inducit discessionem, quae est Babylonis ruina. Cum enim discesserit Loth a Sodomis, fundi- tus tollentur. Reddite illi sicut ipsa reddidit uobis. De ecclesia enim exeit in mundū plaga uisibilis & inuisibilis. Et duplitate duplicia secundum ope- ra eius. Ut quae teporalibus fruebatur delicijs, tormentis crucietur aeternis. Quia in corde suo di- cit, Sedeo regina, & uidua non sum, & luctum non uide- bo. Ideo in una die uenient plaga eius. Quia praesen- tibus delectata luxurijs ultionē noluit praeca- uere futuram, ideo in breui tempore & spiri- tali & carnali clade punietur. Econtrario au- tem ciues caelestis patriae, qui proponunt Hie- rusalem in principio laetitiae suae, nolunt in ter- ra aliena canticum Domini resonare, id est, in praesenti percipere gaudium, futuro seculo debitum. Et stebunt & plangent se super illam re- ges terrae, qui cum illa fornicati sunt. Hic fletus re- gum, & mercatorum & nautarum Babyloniae, dupliciter intelligi potest, uel cum in die iudicij, tota mundi gloria pereunte, impijs so- la praeteritae uitae praesentia remanserit, dicen- tibus, Quid nobis profuit superbiae aut quid diuitiarum iactantia contulit nobis? Transie- runt haec omnia, tanquam umbra. Vel cum in praesenti, rerum affluentia cessante, & con- tritione gentium diuersarum instante, prauo- rum uoluntatibus adimplendis circumfluens, carnalium deliciarum ablata fuerit occasio.

Cum uiderint fumum incendij eius. Id est, in- dicitium perditionis: quoniam fumus ignem praet. Quid enim est aliud grassatio ista mun- di & cōtritio, quam fumus instantis gehennae? Longe stantes propter timorem tormentorum eius.

Ciuitas immunda

Fletus iniquorum.

Longe

Ciuitas duae.

Longe stantes non corpore, sed animo, dum unusquisque sibi timet, quod alterum per ca- lumnias & potētiam pati uidet. Dicentes, ue, ue ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis, quoniam una hora uenit iudicium tuum. Spiritus dicit nomē ci- uitatis, uerum illi mundum plangunt exiguo admodum tepore poena interceptum, omnēq; industriam labefactatam cessare. Et negociato- res terrae stebunt & lugebunt super illam, quoniam merces eorum nemo emet amplius. Cunctas mundi pom- pas, & ea quae uel sensibus corporis suauita, uel externis sunt uisibus accommoda, deficere lugēt. Species enim metallorū ad uisum, odoramen- ta ad olfactum, unguenta ad tactum, uinum, triticum, & oleum ad gustum pertinent. Lumen torum porro & mancipiorum uocabulo cate- ra humanitatis auxilia perire queruntur: dupli- ci genere ut dixi, quod deficient ista mādo mo- riente, uel quod miseri superstitēs eorum interi- tum qui mundi gaudia morte reliquerunt, qua- si suae ciuitatis ruinas deplorent. Qui & ideo metu poenae similis, longe stare dicuntur. Qui diuites facti sunt, ab ea longe stabunt. Vbi cū- que dicit spiritus ditatos ab ea, delictorum diui- tias significat. Inferius enim ubi iniustorū uox est dicētium, Vae, uae, ciuitas illa magna in qua ditati sunt omnes qui habent naues in mari, re- rum diuitiae intelliguntur. Putant enim suae fa- ctionis solertia se esse ditatos. Quae amicta erat bysso & purpura & cocco. Nunquid ciuitas ami- citur bysso aut purpura, & non homines? Ipsi itaque se plangunt, dum supradictis expoliantur. Et omnis gubernator, & nautae longe steterunt ui- dentes locum incendij eius. Nunquid omnes mare nauigantes adesse poterunt, ut uideant incen- dium ciuitatis? Sed omnes seculi cultores & o- perarios dicit timere sibi, uidentes spei suae rui- nam. Dicentes, Quae est similis ciuitati huic magna? Id est non posse mundum in integrum restitui. Et miserunt puluerem super capita sua. Id est prin- cipum futuram faciem exprobrantes: a quibus seducti peribant: uel cordis sui, quod est princi- pale hominis, sera poenitentia uersantiam accu- santes. Quoniam una hora desolata est. Nota singulas lugentium personas non solum iactu- ram diuitiarum, sed & repentinam improuisa- que deslere ruinae seculi fallentis. Exulta super eam caelum, & sancti Apostoli & Prophetae. Sic & do- minus in Euangelio ruinae mundi praedicens addidit, Cum uideritis haec fieri, respicite & le- uate capita uestra, id est, exhilarate corda. Quo- niam iudicauit deus iudicium uestrum de illa. Hoc est illud quod iudicij animae sanctorū magno cla- more querebāt. Vsq; quo domine Deus san- ctus & uerus nō iudicas & uindicas sanguinē nostrū? Et sustulit unus Angelus fortis lapidem quasi molarem magnum: & misit in mare, dicens, Hoc impetu mit- tetur Babylon. Sive (ut alia dicit editio) sic impetu deiecit- tur Babylon magna ciuitas. Ciuitas seculi pro pec- catorum pōdere & errore, instabili molae com-

paratur. In circuitu enim impij ambulant. Que iure fluctibus ultionis absorbetur: quia ciues Hierusalem fluctibus oppressit infidelitatis: cum super flumina Babylonis sedētes, caelestis Sion absentiam flerent. Ait enim Dominus, aucto- res scandali tali poena plectendos. Et Ecclesia quidem lapidi simularur, sed stabili & firmo, qui tempestatum spernat incurfus. Potest mo- la etiam pro contritione poenarum intelligi. Nam & beatus Ignatius fertur dixisse passu- rus, Frumentum Dei sum, bestiarum dentibus molar, ut panis mundus efficiat. Vox atharce- dorū, & muscorū, & tibia cantentū, & tuba non audietur. De illis quinque sensibus sonum distri- lerat: quem nunc inter alia de mundo dicit au- ferri. Ac si diceret, Quod uisu pulchrum, auditi- tu canorum, tactu planum, odoratu suauē, gur- stu delectabile de seculo transiturum est. Et omnis artifex omnis artis non inuenietur in te amplius, & omnis artifex, omnisq; ars non inuenitur in te amplius, & uox mole non audietur in te amplius, & lux lucerne non lu- cebit. Omnia, inquit, quae ad usum uel iocū ditatem humanae uitae pertinent, tolluntur ab impijs. Et adiecit causam, dicens, Quoniam mer- catores tui erant principes terrae. Id est, quoniam in uita tua percepisti bona. Et in ea sanguis prophe- tarum & sanctorum inuentus est, & omnium qui interfecit sunt in terra. Nunquid eadem ciuitas occidit Apostolos, quae & prophetas, aut omnes san- ctos? Sed haec est ciuitas, quam Cain fratris sui sanguine fundauit: & uocauit nomine filij sui Enoch, id est posteritatis suae omnis. Nam sep- tem generationes descriptae sunt Cain. In eius ciuitatis aedificium funditur omnis sanguis ius- tus a sanguine Abel iusti usque ad sanguinem Zachariae, id est populi & sacerdotis.

Mola.

Ignatius.

Sonus.

CAPVT XIX.

Post haec audiuī quasi uocem magnam tu- barum multarum in caelo dicentium, Alle- luia. Laus & gloria & uirtus deo no- stro. Hec nunc ex parte dicit ec- clesia: tunc autem perfecte cum discessio facta fuerit, & cum apertius uindica- ta. Quae corruptit terram in prostitutione sua, & uin- dicauit sanguinem seruorum suorum de manu eius. Duo meretricis facta commemorat, quae se uide- licet malis corrupit, & bonos persecuta sit: quibus duobus cuncta reor prauorum crimi- na comprehendit. Et iterum dixerunt Alleluia. Ecclesia Dominum super iudicis eius indeli- nenti affectu collaudat. Alleluia enim dicitur, Laudate Dominum. Denique Psalmi, qui prin- cipium habent Laudate Dominum, apud He- braeos ab Alleluia incipiunt. Et fumus eius as- cendit in secula seculorum. Ascendit dixit. non as- cendet. Semper autem in perditionē uadit Ba- bylon, & iam crematur in parte, sicut Hiera- salem transit in paradysum, Domino manifestan- te in paupere & dituite. Et uiginti quatuor seniores occiderunt, & quatuor animalia adorauerunt Deum.

Alleluia.

A 4

Amen & Alleluia.

Non labiorum tantum officio, sed summa dulcedine deuotionis ecclesia Deum ueneratur. Dicentes Amen Alleluia.] Hæc uerba cum interpretari queat (nam in fidem siue ueritatem & laudem Domini (ut dixi) transferuntur) propter reuerentiam tamen sanctitatis primæ illis lingue seruat auctoritas. Nam & Alleluia dominicis diebus, totoq; quinquagesimo tēpo re propter spem resurrectionis, quæ in Domini est laude futura, continue canit ecclesia. Et uox de throno exiit, dicens, Laudem dicit Deo nostro omnes serui eius: qui timetis eum pusilli & magni.] Cum hoc imperat faciendum, & memorat factum, approbatam seruorum laudem indicat electorum. Pusilli (inquit) & magni, quia paruitas nō nocet ingenij, cuius cor & lingua domini laude repleta est. Et audiui quasi uocem tubæ magnæ, & quasi uocem aquarum multarum, & sicut uocem tonitruorum magnorum dicentium, Alleluia, quoniam regnauit dominus Deus noster omnipotens.] Magna uox canētium, magna cordis est deuotio: quæ multiplici reperit laudis & ruinam impiorū, & gloriam Domini suorumq; concelebrat æternam. Et demus gloriam ei, quia uenerunt nuptiæ agni.] Nuptiæ sunt agni, cum ecclesia domino in thalamo regni cœlestis sociabitur. Et uxor eius præparauit se.] Operibus iustitiæ semper insistendo spiritali se conuiuio & perenni regno dignam exhibuit. Potest & iuxta Euāgelij parabolam accipi, quæ uirgines narrat ueniente sponso surgentes, suas ornare lampadas, id est iura secum opera numerare, pro quibus æternam percipere beatitudinem expectant. Et datum est illi, ut cooperiat se bysso splendente candido.] Datum est illi factis suis indui, Quo contra, impij, qui iuxta Elaiam telas araneæ texunt, non operentur operibus suis. Opera enim eorum, opera inutilia. Et dicit mihi Scribe, Beati qui ad cœnam nuptiarum agni uocati sunt.] Non ad prandium, sed ad cœnam uocatos narrat, quia nimirum in fine diei conuiuium, cœna est. Qui ergo finito præsentis uitæ tempore, ad refectionem supernæ contemplationis ueniunt, profecto ad cœnam agni uocantur. Hæc uerba uera dei sunt.] Id est ueraciter euenient quæ futura prædixi. Vide ne feceris. Conferuus tuus sum, & fratrum tuorum.] Supra dixerat, Ego sum primus & nouissimus. Ostendit ergo Angelum missum esse in figuram domini & ecclesie. Nam & in fine dicit, Ego Iesus missi Angelum meum testificari uobis hæc in ecclesiis. Habentium testimonium Iesu.] Postquæ dominus Iesus hominem assumptum super cælos eleuauit, Angelus ab homine timuit adorari, super se uidelicet adorans hominem Deum, quod ante incarnationem domini ab hominibus factum, & nequaquam ab angelis prohibitus esse legitur. Testimonium Iesu est spiritus prophetie.] Quicquid enim spiritus prophetie dixit, testimonium est Iesu, qui habet testimonium à lege & prophetis. Ne me ergo (inquit)

Nuptiæ agni.

Cœna agni.

Testimonium Iesu.

pro Deo adores, cum illius ego uirtutibus testimonium perhibere uenerim. Hactenus de ruina Babylonis, abhinc de gloria Hierusalem futura. Et uidi cælum apertum, & ecce equus albus, & qui se debat super eum uocabatur fidelis & uerax.] Dominus qui est uia, ueritas, & uita, & cui per Prophetam dicitur: Quoniam fecisti mirabilia, cogitationes antiquas, fideles, amen, ad debellandas aereas potestates candidi corporis, id est immaculati conscendit sedem. Et in iustitia iudicabit & pugnat.] Iudicat ut rex seculorū. Pugnat, quia in suis membris semper compassus dimicauit. Oculi autem eius sicut flamma ignis.] Oculi dei aliquando præcepta dicit, aliquando spiritum. Lucerna (inquit) pedibus meis uerbum tuum domine, Et de spiritu, Ignem ueni mittere in terram. Et in capite eius diademata multa.] In quo faciemus uirtutem, in ipso multitudo sanctorum, coronatū dicitur habere decorem. Habens nomen scriptum quod nemo nouit nisi ipse.] Nisi ipse ait, quia in illo est omnis ecclesia. Verbi enim Dei perfecta cognitio illis manifestatur, qui corpus Christi & membra esse meruerunt. Eodem modo & Dominus ait, Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit, filius hominis qui est in cælo. Et uestitus erat ueste aspersa sanguine.] Vestis Christi pro locis intelligi debet. Hic ergo uidetur ipsum opus indicare passionis: ut in equo albo, natiuitas incorrupta: in ueste sanguinolenta, mors innoxia designetur. Et uocabatur nomen eius uerbum dei. Quia idem qui homo passurus ad tempus apparuit, in principio Deus apud Deum erat. Verbum enim dicitur, quia nihil in substantia nature eius uisibile uel corporeum est, uel quia per eum omnia condidit pater. Cuius ad integrum notitia nature sibi tantū, ut superius ait, & patri cognita est. Pax enim Dei exuperat omnē sensum, id est ea pax qua deus ipse sibi pacatus est, omnē creaturæ, siue humanæ, siue etiā angelicæ transcendit intellectum. Sapientia enim eius non est numerus. Nam quod dicitur, Et cui uoluerit filius reuelare, id est filium & patrem nouit, ad modum creaturæ respicit. Et exercitus qui sunt in cælo, sequebantur eum in equis albis.] Id est ecclesia in corporibus candidis imitabatur eum: quæ propter agonem certaminis sui, iure nomen accipit exercitus. Vestitus bysso albo mundo.] Quod ipse superius exposuit iustificationes esse sanctorū, iuxta quod Psalmista ait, Sacerdotes tui induantur iustitia. Et de ore ipsius procedit gladius acutus.] Sic & Elaias: Et posuit, inquit, os meum quasi gladium acutum. Et Apostolus, Et gladius spiritus quod est uerbum dei. Et ipse calcet torcular uini furoris & iræ dei omnipotentis.] Calcet enim nunc quoque, donec extra ciuitatem calcet. Et habet in uestimento & in femore suo scriptum, Rex regum & dominus dominantium.] Hoc est nomen quod nemo su-

10

20

30

40

50

60

Oculi domini.

Vestis Christi.

Verbum Dei.

Pax dei.

Aues.

Antichristi & diaboli supplicia.

Hereticorum mala.

Aues.

Tychonius.



CAPVT XX.

I uidi angelum descendentem de cælo, habentem clauē abyssi, & catenam magnam in manu sua.] Recapitulans ab origine, plenius exponit quomodo supra dixerit, Bestia quam uidisti, fuit, & non est, & ascensura est de abyssu, & in interitum ibit. Dominus ergo paterna præditus potestate descendit in carnem cum principe mundi bella gesturus, atque illo ligato, uasa eius erepturus. Et apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est diabolus & satanas.] Diabolus, deorsum fluens interpretatur. Græce autem dicitur criminator. Satan aduersarius siue præuaricator. Draco ergo, propter nocēdi malitiam: Serpens, propter fallendi astutiam. Diabolus, propter status sui casum: Satan propter obstinationem Domino aduersandi nominatur. Et ligauit eum per annos mille.] Id est eius potestatem a seducendis hominibus qui liberandi fuerant, cohibens refrenauit. Quam si totam uel fraudem de permitteretur exercere, in tam longo tempore plurimos infirmorum deciperet. Mille annos, dixit partem, id est reliquias mille annorum sexti diei, in quo natus est Dominus & passus. Et misit eum in abyssum.] In corda utique populi persecutoris. Nō quia ibi diabolus antea non erat, sed quia exclusus à credentibus amplius cepit impios possidere, qui nō solum alienantur à Deo uerum etiam gratius odiunt seruientes Deo. Quod & dominus uisibiliter ostenditur, cum eum de hominibus in porcos excluderet. Et clausit, & signauit super illum ne seducat amplius gentes.] Interdixit, & uelut signaculo regali præclusit, ne seducat gentes, sed quæ in uitam destinatæ sunt, quas antea seducebat, ne deo reconciliarentur. Post hæc oportet cum solui modico tempore] Tunc soluetur, ut sanctus Augustinus ait, quando & breue tēpus erit. (Nam tribus semis annis, legitur toris suis suorumq; uiribus seuiturus, & tales erūt cum quibus beligerandum est, ut uinci tanto eius impetu insidijq; non possint. Si autem nunquam solueretur, minus appareret eius maligna potentia, minus sanctæ ciuitatis fidelissima patientia probaretur, minus denique prospiceretur quam magno malo eius tam beneuolus fuerit omnipotens deus. Et uidi sedes, & sederunt super eas, & iudicium datum est illis.] Quid in istis mille annis quibus diabolus ligatus est, agatur, indicat. Ecclesia enim, quæ se debet in Christo super duodecim thronos ad iudicandum, iam sedet iudicans, quæ à suo rege meruit, uiridit. Quæcunque ligaueris super terram, erunt ligatæ & in cælo. Et animas decollatorum propter testimonium Iesu, & propter uerbum dei.] Subauditur quod post hic dicturus est, Regnauerūt cum Christo mille annis. Regnat itaque ecclesia cum Christo in uiuis & mortuis. Propterea enim, sicut dicit Apostolus, mortuus est Christus ut & uiuo-

Diabolus.

Satan.

Draco.

Serpens.

Solutio diaboli cur fiat.

Antichristi & diaboli supplicia.

Martyres.

Bb

Resurre-
ctio pri-
ma.

Sacerdotes
omnes quo-
modo.

Mille
anni.

hora, anni
multi.

Gog &
Magog.

rum & mortuorum dominetur. Sed ideo max-
imum tantum animas commemoravit, quia ip-
si precipue regnant post mortem, quibusque ad
mortem pro ueritate certauerunt. Quod uero
sequitur, *Et qui non adorauerunt bestiam, neque ima-
ginem eius, & uixerunt & regnauerunt cum Christo mille
annis.* Simul de uiuis & mortuis debemus
accipere, qui siue adhuc in ista mortali carne ui-
uentes, siue defuncti regnant cum Christo, iam
nunc modo quodam tempore huic congruo,
per totum hoc interuallum quod numero mil-
le significatur annorum. *Ceteri mortuorum non
uixerunt donec consummentur mille anni.* Quicumque
toto isto tempore quo agitur prima resurrectio,
id est animarum, non audierunt uocem filij
Dei, & ad uitam de morte transferunt, profecto
in secunda resurrectione quae carnis est, in secun-
dam mortem, id est aeterna tormeta cum ipsa car-
ne transibunt. *Hae est (inquit) resurrectio prima.*
Vtique quia resurgimus per baptismum, sicut
Apostolus dicit, *Si cõsurrexistis cum Christo,*
quae sursum sunt quaerite. Sicut enim prima
mors in hac uita est per peccata, cum anima quae
peccauerit ipsa morietur, ita & prima resurre-
ctio in hac uita est per remissionem peccato-
rum. *Beatus & sanctus qui habet partem in resurre-
ctione prima.* Id est qui seruauerit quod renatus
est. *Sederunt sancti Dei & Christi.* Alia editio
habet, *Sacerdotes Dei & Christi.* Non autem
de solis episcopis & presbyteris dictum est, qui
proprie uocantur in ecclesia sacerdotes, sed si-
cut omnes Christi dicimur propter mysticum
christiana, sic omnes sacerdotes, quoniam mem-
bra sumus unius sacerdotis. De quibus Apo-
stolus Petrus, *Plebs, inquit, sancta, regale sacer-
dotium. Et regnabunt cum Christo mille annis.* Re-
tulit spiritus cum haec scriberet, regnaturam ec-
clesiam mille annos, id est usque ad finem mun-
di, unde posset dubitari. De perpetuo enim re-
gno manifestum est. *Et cum consummati fuerint mil-
le anni, soluetur Satanas de carcere suo.* Consumma-
tos dixit a toto partem, nam sic soluetur ut su-
per sint anni tres & menses sex nouissimi certa-
minis. Sed praeter hunc tropum recte dicitur fi-
nitum tempus. Non enim computandae sunt
tam exiguae reliquiae, cum septingenti & quot
Deus uoluerit anni, hora ab Apollolo appella-
ti sint. *Et exibit & seducet gentes quae sunt super qua-
tuor angulos terrae. Gog, & Magog, & congregabit eos in
praelium.* Ad hoc tunc seducet, ut in hoc pra-
elium congreget. Nam & antea modis quibus
poterat, per mala multa & uaria seducebat. Exi-
bit enim dictum est, in apertam persecutionem
de latebris erumpet odiorum. Porro Gog &
Magog, uel a parte totum significant, uel iuxta
interpretationem nominum, quae tectum &
de tecto dicuntur, occultos & apertos indicant
hostes. Et tectum enim ipsi sunt, quia in eis nunc
clauditur & regitur inimicus: & de tecto ipsi
erunt, quando in apertum erupturi sunt odium. Et

ascenderunt super latitudinem terrae, & circumierunt ca-
stra sanctorum & ciuitatem dilectam. Non utique
ad unum locum uenisse, uel uenturi esse signi-
ficati sunt, quasi uno aliquo loco coarctanda
sit dilecta ciuitas, id est ecclesia. Quam potius
nomine latitudinis terrae in omnibus tunc gen-
tibus persequendam, & nec militiam suam des-
sertura, uocabulo maluit intinere castrorum.
Et descendit ignis a Deo de caelo, & deuorauit eos. Non
extremum putandum est id esse supplicium,
sed ignis potius in uidentia quo cruciabitur, ad
ueritas de firmitate sanctorum. Firmamentum
est enim caelum. Hic est ignis qui exiit ex ore
testium dei, & deuorabit inimicos eorum. Nam
in nouissimo die non super eos pluet igne, sed
congregatos ante se & iudicatos mittet in igne
aeternum, de quo & hic subditur, *Et diabolus qui
seducebat eos, missus est in stagnum ignis & sulphuris, ubi
est bestia & pseudopropheta cruciabitur.* Id est diabolus
ultimo iudicio in ignem mittetur eternum, ubi
& omnes quos permisit, id est maxima pars im-
pia ciuitatis. Bestia quippe pro locis accipien-
da est, nunc diabolus, nunc Antichristus, nunc
ipsa ciuitas impia. Potest autem ignis nomine
de caelo descendens, etiam repentinus impio-
rum interitus designari, cum Dominus adue-
niens interficiet Antichristum spiritu oris sui.
Exponit latius quomodo iudicabit Christo dia-
bolus cum suis sit missus in ignem. *Et uidi thro-
num magnum candidum, & sedentem super eum, a cuius aspe-
ctu fugit terra & caelum.* Eum se dixit in throno
uidisse sedentem, a cuius aspectu fugit terra &
caelum. Peracto quippe iudicio esse designant
caelum & terra, cum incipit esse caelum nouum
& terra noua, mutatione felicitate rerum non om-
nimodo interitu earum. Praeterit enim figu-
ra huius mundi, non dixit & substantia. Eadem
nanque in melius commutanda esse creditur.
*Et uidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu
throni.* Cum enim sederit filius hominis in se-
de maiestatis suae, tunc congregabuntur ante
eum omnes gentes. *Et libri aperti sunt, & alius
liber apertus qui est uita.* Alia editio habet, *Qui
est uita uniuscuiusque.* Libros ergo apertos te-
stamenta dei dicit. Secundum enim utrumque
testamentum iudicabitur mundus. Liberum ui-
te uniuscuiusque memoriam dicit gestorum no-
strorum, non quod liberum habeat commemo-
ratorium, occultorum cognitorem. *Et iudicati sunt
mortui ex his quae scriptae sunt in libris secundum opera ip-
sorum.* Id est ex testamentis iudicati sunt se-
cundum quod ex eis fecerunt, aut non fecerunt.
Possunt etiam libri, facta iustorum intelligi, quo-
rum dum ex comparatione reprobi damnantur,
quasi in expansione librorum legunt bonum
quod agere ipsi noluerunt. *Et dedit mare
mortuos suos qui in eo erant, & mors & infernus dederunt
mortuos suos.* Hoc proculdubio prius factum est,
quam essent mortui iudicati. Ideo recapitula-
uit quod intermiserat, & exequitur ordinem di-
cens,

Castra.

Ignis.

Bestia.

Mundus
non interi-
ribit.

Libri uitae.

Libri.

Bona ani-
ma.

Tychonius.

Liber ui-
tae.

Calorum
mutatio.

Mare an de
sinit.

cens. Et iudicatum est de singulis secundum opera ipso-
rum. Significat autem corpora de terra, &
animas de uis locis esse congregandas. Bonas
enim mortis nomine, quae tantummodo solu-
tionem carnis, non autem & poenam perpetuam
sunt. Malas autem inferni uocabulo designat.
Potest & ad literam accipi, corpora omnia etiam
quae fluctus absorbit, uel belua deuora-
uit, esse resurrectura. Quod Tychonius sic ex-
ponit: Gentes quashic inueniet uitas, ipsi sunt
mortui maris. Et mors & infernus dederunt
mortuos suos, ipsae sunt gentes sepultae. Cum
autem dixisset, Et iudicati sunt singuli secun-
dum opera, breuiter subiicit quomodo & mors
& infernus missi sunt in stagnum ignis. Diabo-
lum dicit & suos, quem supra in equo pallido
sedentem infernus sequebatur. Repetit enim
quod euidentius praecipiendo iam dixerat.
Et diabolus qui seducebat eos, missus est in sta-
gnum ignis & sulphuris. Quod uero ibi obse-
rius adiuxerat, quod & bestia & pseudoprophe-
ta, hic apertius edisserit. *Et qui non est inuentus in
libro uitae scriptus.* Id est qui non est iudicatus
a deo uiuus. Vnde mihi rectius dicere uideatur,
qui supra libros apertos, conscientias singulo-
rum & opera patefacta interpretatur. Liberum
autem uitae, praescientiam dei (quae falli non po-
test) de illis quibus aeterna dabitur uita, in quo
sunt scripti, id est ante praecogniti. Finito iudicio
quo malos uidit damnandos, restat ut etiam de
bonis dicat.

CAPVT XXI.



Iudici caelum nouum & terram nouam,
Primum enim caelum, & prima terra
abijt. Isto fiet ordine, quod su-
perius praecipiendo iam dixit,
uidisse se super thronum seden-
tem, cuius a facie fugit caelum & terra, iudica-
tis uidelicet impijs. Tunc figura huius mundi
supernorum ignium conflagratione praeteri-
bit, ut caelo & terra in melius commutatis, incor-
ruptioni & immortalitati sanctorum corporum
congrua utriusque commutationis qualitas con-
ueniat. Quod aut ait, *Et mare iam non est.* V-
trum maximo illo ardore sicceat, an & ipsum
in melius uertatur, non facile dixerim. Caelum
quippe nouum & terram nouam, non autem
& mare nouum futurum legimus. Nisi forte ut
affolet prophetica locutio proprijs uerbis tras-
lata miscere, turbulentiam huius seculi uitae que
tunc cessabit, maris nomine figurauit. *Et ciui-
tatem sanctam Hierusalem nouam uidi descendentem de ca-
elo a deo.* De caelo descendere ista ciuitas dicitur,
quoniam caelestis est gratia, qua Deus eam
fecit. Compositam sicut sponsam & ornatam
uiro suo. Est enim altera Hierusalem, quae non
uiro suo ornata, sed adultero. *Ecce tabernacu-
lum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis.* Ipse
Deus erit electis aeternae beatitudinis praemium,
quod ab eo possessi possidebunt in aeternum.

Et absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum. Tanta illius ciuitatis & tam celsa de dei nune-
re claritas apparebit, ut nulla remaneant uestigia
ueteritatis. Quando quidem & corpora cele-
stis incorruptio sublimabit, & mentes aeterni re-
gis pascet intuitus. *Et mors ultra non erit, neque lu-
ctus, neque clamor, neque dolor erit ultra quia prima abie-
runt.* Praedixerat enim mortem in stagnum
ignis missam. Nam etiam sic eadem potest sen-
tentia intelligi, ut sancta ciuitate nouissima iu-
dicio glorificata, dolor, luctus, & mortalitas tan-
tum in gehenna remaneant. *Et dixit mihi, scri-
be, quia haec uerba fidelissima sunt, & uera.* Et dixit mi-
hi, factum est. Haec credi oportet, non exponi,
praesertim quia sic dicit factum esse de praeterito,
ut dubitare quemquam non sinat de futuro.
Ego sum Alpha & omega, initium & finis. Sicut in
initio libri hoc se esse restatus est, ita hoc tertio
oportuit repeti, ut neque ante cum Deus, sicut
Esaias dicit, nec post eum credatur alius. Et quia
de fine mundi sermo est, potest ipse seculi con-
summator, qui creator dictus intelligi. *Ego si-
nienti dabo de fonte aquae uitae gratis.* De hoc fonte
irrorat nunc credentes in uita, quem uincenti-
bus ubertim hauriendum praebet in patria. V-
trunq; aut gratis. Gratia enim Dei, uita aeterna
Christo Iesu Domino nostro. Et de plenitudi-
ne eius omnes accepimus gratiam pro gratia.
Timidis autem, & incredulis, & execratis &c. Blan-
dis semper, ad cautelam insinuandam, austeram
permiscet. Sic & Psalmus centesimus quadra-
gesimus quartus cum gratiam miserationum Do-
mini, abundanter intimaret, repete districtum
eius iudicium infert dicens, Custodit Dominus
omnes diligentes se, & omnes peccatores dis-
perdet. Timidos autem coniungit incredulis,
quia ille timet experire periculum certaminis,
qui dubitat de praemio uincens. *Et omnibus
mendacibus pars erit in stagno ardenti.* Ostendit mul-
ta esse genera mendacium, sed periculosissimum, &
maxime detestandum est quo in religionem
peccatur, de quo supra. Dicunt, inquit, se lu-
deos esse & non sunt, sed mentiuntur, sunt enim
synagoga Satanae. *Et uenit unus de septem angelis
habentibus phialas plenas septem plagis nouissimis.* Pre-
dicatores istem qui plagam septenariam, id est
uniuersalem irrogant impijs, ecclesiae quoque fu-
tura gaudia pandunt. *Veni, ostendam tibi spon-
sam uxorem agni.* Sponsam & uxorem dicit ec-
clesiam, quae immaculata permanens, spiritus
sacri semper Deo filios generat. Vel quod nunc
Deo desponsata, tunc ad immortales est perdu-
cenda nuptias. *Et sustulit me in spiritu in montem
magnum & altum, & ostendit mihi ciuitatem sanctam Hieru-
salem.* Post ruinam Babylonis ciuitas san-
cta, quae sponsa est agni, supra montem posita
uidetur. Lapis enim praecifus de monte sine ma-
nibus comminuit simulacrum gloriae mundanae,
& creuit in montem magnum, orbemque im-
pleuit uniuersum. *Descendentem de caelo a deo,*

Ultra.

Mendacium
periculosissimum.

Sponsa
agni.

habentem claritatem Dei.] Tunc enim amplius decora uidebitur, quando per spiritum quo eius sponsus creditur conceptus & genitus, imaginem plene meruit portare caelestem. **Lumen eius simile lapidi precioso.]** Lapis preciosus Christus est, qui ait, Claritatem quam dedisti mihi, dedi eis. **Tāquam lapidi iaspidi, sicut crystallum.]** Iaspidi, pro cādore uirtutū: crytallo, pro interna mētis puritate & fide non ficta. **Et habebat murum magnum & altum.]** Id est inexpugnabilem fidei, spei, charitatisq; firmitatē. **Potest & ipse Dominus ecclesiā undiq; protegens, murus magnus intelligi, de quo & Esaias ait, Pone tur in ea murus & antemurale, id est Domini protectio & intercessio sanctorū, qui iter faciunt ei docendo ad corda credentium. Habens portas duodecim.]** Hæ portæ Apostoli sunt, qui suo uel scripto uel opere cunctis primordially gentibus ecclesiæ pandebant introitum. **Et in portis angulos duodecim.]** Doctores scilicet Apostolorum uestigia fidei & uerbi mysterio sequentes. **Et nomina scripta, quæ sunt nomina duodecim filiorum Israel.]** Memoriam ueterum patrum significat prædicatorum cordibus inlita. **Vnde & pontifex tabernaculū ingressurus, memoriale patrū in rationali peccatoris ferre iubetur. Ab oriente portæ tres, ab aquilone portæ tres, ab Austro portæ tres, ab occasu portæ tres.]** Hac tam solerti reor descriptione portarum, duodenarij numeri uoluit indicare mysterium, quo idcirco uel summa apostolorum, uel ecclesiæ sit figurata perfectio, quia per eam orbi quadrato sanctæ Trinitatis erat fides intamanda. **Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim nomina duodecim Apostolorum & agni.]** Quod sunt portæ, hoc fundamenta: quod ciuitas, hoc murus. **Possunt autem & patriarchæ fundamentorum uocabulo designari, qui nomina in se Apostolorum, id est figuram tenuerunt. Per illos enim fundamenta hæc ciuitas, quam uis per Apostolos, quasi per portas latius sit credituris aperta nationibus. Et notandum, fundamenta cum pluraliter dicantur, doctores uel uirtutes ecclesiæ: cum uero singulariter, ipsum significare dominum, qui est fundamentum fundamentorum. Et qui loquebatur mecum, habebat mensuram arundineam auream.]** Christus qui est sapiētia dei, attingens à fine usque ad finem fortiter, & disponens omnia sua uiter, sanctam metitur ciuitatem. **Quia omnia in numero, & mensura, & pondere constituēs, unicuique fidelium spiritualium distribuit dona gratiarum. Possunt & Ecclesiæ doctores corpore fragiles, mente caelestes intelligi, qui merita solerter examinent singulorum. Et ciuitas in quadro posita est.]** Idcirco ciuitas in quadro posita, & ex omni parte æquali dicitur dimensione locata, quia nulla sinitur in æqualitate notari. **Perfectum enim secundum Apostolum esse, id est sapere, pacem habere, uere est in soliditate quadra subsistere. Et mensus est ciuitatem per**

stadia duodecim.] Id est ecclesiam fide factisq; cōspexit, uel donauit esse perfectam. **Quatuor enim principium perfectio uirtutum fide sanctæ Trinitatis sublimata, quasi numero denario dignitatem componit ecclesiæ. Longitudo & latitudo & altitudo eius æqualia sunt.]** Hæc est illa soliditas ueritatis inuictæ, qua ecclesia longitudine fidei, latitudine charitatis, altitudine spei subnixæ, circumferri non sinitur omni uento doctrinæ, quarum si unam minus habuerit, perfecta ecclesiæ stabilitas non erit. **Et mensus est muros eius centum quadraginta quatuor cubitorum.]** Hæc summa quadraturam duodenarij numeri continet (Duodecies enim duodeni, centum quadraginta quatuor sunt) significans & ipsa stabilem ciuitatis sanctæ perfectionem. **Mensura hominis quæ est angeli.]** Ex hominibus enim conquisita constat ecclesia, & Christi promissionibus sublimata æqualitatem sperat angelorum. **Quærum autem ad literam, significat sibi angelum in hominis apparuisse figura. Erat structura muri ex lapide iaspide.]** Hoc est quod Petrus Apostolus hortatur. **Et uos tanquam lapides uiui super ædificamini domos spirituales. Ipsa uero ciuitas aurum mundum simile uitro mundo.]** Ecclesia auro figuratur, quæ in candelabris aureis & phialis propter sapientia cultum saepe compta describitur. **Vitrum autem ad fidem ueri retulit, quia quod foris uidetur, hoc est & intus, & nihil simulatum est & non perspicuum in sanctis ecclesiæ. Potest & ad illud tempus referri, quo sibi inuicē cogitationes in alterutrum perspicaciter declarantur. Fundamenta muri ciuitatis omni lapide precioso ornata.]** Variorum nominibus lapidum, uel species uirtutum, uel ordo, uel diuersitas indicatur, quibus tota Hierusalē caelestis extruitur. **Difficile enim est singulos cunctis florere uirtutibus. Deniq; Esaias, cum eiusdem ciuitatis ornatum describeret, dicens, Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris, & reliqua. statim quasi exponens subiicit, Vniuersos filios tuos doctos à Domino. Fundamentum primum iaspis.]** Iaspidium multa sunt genera. **Alius enim uiridis coloris, & tinctus quasi floribus apparet. Alius smaragdi habens similitudinem, sed crassus coloris, quo omnia phantasmata fugari autu mant. Alius niue & spuma mari notum fluctuum, quasi mixto colore obrutilans. Per iaspidē ergo, fidei uiror immarcescibilis indicatur, quæ dominicæ passionis sacramento per undā baptismatis imbuatur, atque ad omnes spiritualium gratiarum flores proficientibus meritis instruitur. Hanc enim qui habuerit, uanos timores fugat, monēte beato Petro Apostolo. Aduersarius uester diabolus tanquam leo rugiens circumit, quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. Et potest cum sponsa dicere, Dilectus meus candidus & rubicundus. Vnde merito ex hoc lapide & hic structura muri, & apud**

Lapis preciosus Christi.

Murus magnus.

Portæ.

Fundamenta.

Christus.

Quadra ciuitas.

Ecclesiæ mensura.

10

20

30

40

50

60

Centū quadraginta quatuor.

Mensura hominis quæ angeli.

Aurum.

Vitrum.

Lapidum diuersitas.

Iaspidium genera.

Sapphirus.] Huius lapidis colorem pariter & sacramentum Moses exposuit, cum dei habitum describens diceret, Sub pedibus eius quasi opus lapidis Sapphiri, & quasi celum cum serenum est. **lezechiel quoque dicit quod locus in quo thronus Dei sit, Sapphiri habeat similitudinem, & gloria Domini in hoc colore consistat, qui portat imaginem supercaelestis, ut qui talis est, cum Apostolo possit dicere, Nostra autem conuersatio in caelis est. Qui radijs percussus solis, ardētē ex se emittit fulgorem. Quia caelestibus semper intētus sanctorum animus, diuini luminis quotidie radijs innouatus, compunctior quodammodo atque ardentior æterna perquirat, alijsq; inquirenda suadet. Nam quod in mari rubro reperiri dicitur, significat per Domini passionem & sacri baptismatis uacrum mentes mortalium ad prælumenda caelestia sublimiter erigi. Tertium Chalcedonius.] Chalcedonius quasi ignis lucernæ pallenti specie renitet, & habet fulgorem sub dio, non in domo. Quo demonstrantur hi qui caelesti desiderio subnixi, hominibus tamē latent, & quasi in abscondito, ieiunium, elemosynas, precesq; suas agunt. Sed cum uel doctrinæ, uel alij sanctorum uilibus in seruituti ad publicum procedere iubentur, mox quid fulgoris intus gesserint, ostendunt. Nam quod sculpturis resistere, radijs autem solis icū, uel digitorum attritu si excandeat, paleas ad se rapere dicitur, talibus merito congruit qui à nullo suam fortitudinem uincit permittentes, ipsi potius fragilliores quousque in sui luminis, ardorisq; iura coniungunt. De quorum uno dicitur, Ille erat lucerna ardens & lucens. Ardens uidelicet amore, lucens sermone. Lumen enim uirtutum suarum internæ charitatis oleo, ne deficiat, semper refouent. Et quod apud Nasamonas, quæ est Æthiopiæ prouincia, nascitur, indicat eos sub ardenti ferore dilectionis, fama tamen obfcura quasi nigranti cute sordere. Quartum Smaragdus.] Smaragdus nimia uiriditatis est, adeo ut herbas uirentes, frondesq; & gemmas superet omnes, inficiens circa se uiriditate percussum acrē, qui merito & uiridi proficit oleo quamuis natura imbuatur. Cuius genera plurima, sed nobiliores Scythici. Secundum locum tenent Baetiani, Tertium Ægyptij. Significat autem animas fide semper uirentes, quæ quo magis aduersitate seculi, quam frigora Scythiæ designant, tentantur, eo amplius hereditatem immarcescibilem & æternam conseruatam in caelis & mente concipere sperando, & in proximis satagunt spargere prædicando. Quæ etiam calice dominicæ passionis, & internæ pinguedine charitatis, quæ per spiritum sanctum datur, ad contemptum mundi proficiunt. Hæc quoque eiusdem lapidis patria tellus, pulcher-**

Sapphirus.

Chalcedonius.

Nasamonas.

50

60

rima ratione congruit. Tellus locuples, sed inhabitabilis. Nam cum auro & gemmis affluat, gryphes tenent uniuersa, alites ferocissimi, uel potius feræ uolantes. Sunt enim quadrupedes, & corpore quidē leonibus, capite uero & alis aquilis similes. Arimaspi cum his dimicant, qui uno oculo in fronte media feruntur insignes, ut accipiant hos lapides, mira cupiditate & feris rapientibus, & Arimaspi custodientibus. Hanc enim terram, uirtutum thesauris abundantem, adierat Psalmista cum dicebat, Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine, id est à mundi illecebris animos elongando subtraxi. In hac cōtrarias sibi bestias offenderat, cum imprecās ait, Mura efficiantur labia dolosa, quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem in superbia, & contemptu. In hac quoque gazas desiderabiles inuenire se manifestat, cum admiratione delectabili secutus adiungeret, dicens, Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abscondisti timentibus te, & cætera usque ad finem Psalmi. Contra huiusmodi alites semen diuini uerbi nobis præripere anhelantes, qui que sanctorum inuigilant simplici per caeleste desiderium intentione, quasi uno oculo admirādi, ut gemmā fidei, cæterarumq; uirtutum inuestigare & effodere queant. Quo enim quæque uirtus cellior est, eo pauciores habet cultores, gratioremq; ab immundis spiritibus persecutionē tolerat, qui uelut gryphes horrendi meritorum deiectione terrestres, sed superbe mentis altitudine uolucres, diuitias spirituales non sibi ad usum possidere, sed hominibus auferre indefesso labore decertant. Et quia tanta fidei sublimitas per Euangelium mundo innotuit, apte propter quatuor Euangelij libros, quarto loco Smaragdus ponitur. Quintum Sardonyx.] Hic ex Onyche candorem, ex Sardio ruborē trahens, ab utroque nomen Sardonychis accepit. Sunt autem genera eius plurima. Alius enim terræ rubræ similitudinem tenet. Alius, quasi per humanum unguem sanguis niteat, bicolor apparet. Alius tribus coloribus, subterius nigro, medio candido, superius minio consistit. Cui comparatur homines, corporis passione rubicundi, spiritus puritate candidi, sed mentis sibi met humilitate despecti, cum Apostolo protestantes. Et si exterior homo noster corrumpitur, sed tamen interior renouatur de die in diem. Et iterum, Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Item que Psalmista. Quamquam in imagine dei ambulet homo, id est de uirtute mentis, tamen uane conturbabitur, id est de infirmitate carnis. Quæ quoniam & passio in corporis infirmitate uersatur. Qui enim occidunt corpus, animam non possunt occidere: & humilitas de eiusdem corporis fragilitate descendit, cum dicitur, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Recte Sardonyx quin-

Gryphes.

Arimaspi

Sardonyx.

Sardius.

Chrysolithus.

Berillus.

Aqua.

Topazius.

Chryso-
prafus.

to fundamēto inseritur. Nam corpus nostrum
quāque sensibus subsistere certum est. *Sex-
tum Sardius.* Sardius, qui ex integro sanguinei
coloris est, martyriū gloriā significat, de qua
dicitur, Preciosa in cōspectu domini mors san-
ctorum eius. Merito sexto loco positus, cū Do-
minus noster & sexta ætate seculi incarnatus,
& sexta feria sit pro totius mundi salute cruci-
fixus. *Septimum Chrysolithus.* Chrysolithus
lapis quasi aurum fulget, scintillas habens ar-
dentes. Cuius specie figuratur hi qui intellectu
supernæ ueræq; sapientiæ fulgentes, uerba ex-
hortationis in proximos, uel etiam uirtutum si-
gna, quasi scintillas ignis, effundunt. Quorum
ut Aator ait,
Mentibus instat amor, sermonibus æstuat ar-
dor. Quod quia solo spiritalis gratiæ munere
geritur, decētissime septimo fundamēto Chry-
solithus inest. Septiformi enim sæpe numero
solet spiritus sancti gratia figurari, de quo su-
pra dicitur, Et a septem spiritibus qui in cōspe-
ctu throni eius sunt. Cui sensui consonat etiam
hoc, quod eiusdem lapidis genus quoddam ce-
rulei uiridisq; coloris inuenitur. Unde & a-
pud Hebræos, a marini coloris similitudine
Tharīs appellatur. Viror quippe ad integritate
fidei, quæ initium sapientiæ dicitur, Aqua
uero tropice ad spiritum sanctum pertinet, do-
mino attestante qui ait, Qui credit in me, sicut
dicit scriptura, flumina de uentre eius fluēt a-
quæ uiuæ. Hoc autem dicebat de spiritu, quem
accepturi erant credentes in eum. *Octauum*
Berillus. Berillus est quasi consideres aquam
solis fulgore percussam, rubicundum ac deco-
rum reddere colorem. Sed non fulget, nisi in
sexangulam formam politendo figuretur. Re-
percussus enim angulorum spīdor illius acui-
tur. Significat autē homines ingenio quidem
sagaces, sed amplius supernæ gratiæ lumine
refulgentes. Nam quod aqua, sensus altitudi-
nem designat. Salomon testis est qui ait, Aqua
profunda uerba ex ore uiri. Sed non est perfe-
cti fulgoris uel humana, uel etiam diuina sapi-
entia, nisi operum quoq; & consummatio sub-
nectatur. Nam scenario sæpe numero perfectio
designatur actionis, maxime cū in hoc nume-
ro mundi huius sit opus cōsummatum. Quod
que tenētis manum adurere dicitur, proculdu-
bio patet, quia quisquis sancto uiro coniungitur,
eius nimirum bonæ conuersationis igne
recreatur. *Nonum Topazius.* Topazius lapis
quantum in uentione rarus, tantum mercium
quantitate preciosus est. Qui duos habere fer-
tur colores, unū auri purissimi, & alterum ethe-
rea claritate relucentem. Pinguedo rosea, uere
cundaq; puritas, uicinus lapide Chryso-
prafus cum solis splendore percuitur, omnium gem-
marū superans preciosissimas claritates, in as-
pectū suum singulariter prouocans oculorum

cupidissimam uoluptatē. Quem si polire uelis,
obscuras, si naturæ propriæ relinquant, irradiat.
Hic regibus ipsis fertur esse mirabilis, ut inter
diuitias suas nihil se simile possidere cognos-
cant. Cuius pulcherrima naturæ qualitas, con-
templatiuæ uitæ decori dignissime compara-
tur. Hanc enim reges sancti, quorum cor est
in manu Dei, cunctis bonorum operum diui-
tijs, uniuersisq; uirtutum gemmis merito præ-
ferunt, in eam maxime puræ suæ mentis intui-
tum, aciemq; dirigentes, tanto ardentius cæle-
stis uitæ dulcedinē animo complectētes, quan-
to frequentius supernæ gratiæ fuerint splendo-
re percussī. Habent ergo sancti uiri aureum
colorem ex internæ flammae charitatis, habent
& æthereum ex supernæ contemplatione dul-
cedinis. Qui sæpe præsentis seculi turbine, ue-
lut attritu limæ uilescit. Nō enim facile potest
animus uno eodemq; momento terrenis labo-
ribus, ærumnis, curisq; & doloribus angī, & il-
la cælestis uitæ gaudia, tranquillæ mentis sta-
tu delectatus intueri, quin potius ingemiscen-
do proclamat. Turbatus est, inquit, præ ira
oculus meus, inueteraui inter omnes inimicos
meos. Quod uero in insula Thebaide, quæ To-
pazion appellatur, unde & ipse nomen acce-
pit, inueniri dicitur, dupliciter intelligendum
est, quia & ille præcipue, id est Ægyptiorum re-
giones, monachorum gregibus abundent, &
quicumq; soli iustitiæ uicinus habitauerit, æthe-
rei nimirum luminis fulgore coloretur. Et pul-
chre sicut in octauo ordine actiue uitæ perfe-
ctio, sic in nono, speculatiuæ suauitatis gemma
ponitur. Siue quia nouem ordines angelorum
quorum uitam imitatur, in scriptura sancta re-
periantur: siue quia a perfectiæ beatitudinis de-
nario uno tantū, ut ita dicam, gradu mortis ab-
est. Cui summo desiderio propheta suspirans
aiebat, Ideo dilexi mandata tua super aurum &
Topazion, id est super omnē probatæ actionis
claritatem, superq; omnē, quæ in hoc seculo fie-
ri potest, contemplatiui gaudij sublimitatem,
dulcissimo mandatorū tuorum delectabat a-
more. Quorū primum, & maximum est, Dilige
dominū deum tuū ex toto corde, toto ani-
ma, tota uirtute, quod nō nisi in illo cælestis re-
gni culmine, ad integrū perfici posse certissimū
est. *Decimum Chryso-
prafus.* Chryso-
prafus est
uiridis aureq;
commixturæ,
quoddam etiā
purpureum iubar
trahens, aureis
interuenientibus
guttis. Nascitur
autē in India.
Qui significat
eos qui uiriditate
æternæ patriæ,
perfectæ charita-
tis fulgore promerētes,
eam etiam cæteris
purpurea martyrii
sui luce patefaciūt.
Qui, quādo
in eo quod præsentē
uitam despiciūt,
eternam gloriā
preferunt, domini
in carne apparētis
exempla sequūtur,
iam uelut in India,
id est prope
solis ortum, meritorū
suorum fulgorem ostē-
dunt. Et quia uelut
sol in regno patris
fulgere, regiq; suo
cui nunc compatiuntur,
tunc con-
gnare

Topazius.

Topazion.

Chryso-
prafus.

Hyacin-
thus.

Ameti-
stus.

Epilogus.

gnare desiderantes expectāt, iure in decimo lo-
co sunt positi. Per denarium enim quo domini
cæuineæ cultores remunerātur, æterni Regis
percipiēda imago figuratur, ubi quod in nono
gradu non poterat, perfecta dilectione dei &
proximi per omnia decalogus implebitur. *Vn-
decimum hyacinthus.* Hyacinthus in æthiopia re-
peritur, cæruleū colorem habens, optimus qui
nec rarus est, nec densitate obtusus, sed ex utro-
que temperamento lucet, & purificatum suauiter
floreem trahit. Hic autem non rutilat equali-
ter, sed cū facie cæli mutatur. Sereno enim per-
spicuis atq; gratus est, nubilo coram oculis e-
uanescit atq; marcescit. Indicat autem animas
cælesti semper intentioni deditas, atque angelicæ
quodammodo, quātum mortalibus fas est,
conuersationi propinquates. Quibus omni cu-
stodia discretionis, cor seruare præcipitur, ne
uel nimia sensus subtilitate callentes, altiora se
quarere & fortiora se scrutari audeant. Gloria
enim domini celare uerbū, id est caute de Deo
uel homine Christo philosophari: uel rursus
desidia torpente ad infirma fidei initia atq; ele-
menta exordiū sermonum dei relabatur. Quin
potius uia regiā gradientes, a dexteris & a sini-
stris per arma iustitiæ tutati procedant, aptaq;
temporis obseruantia cum cælo faciem mutan-
tes, suis in spectatoribus dicant, Siue enim me-
re excedimus deo, siue sobrii sumus uobis. Qua
si hyacinthus nubilo circūdatus, loquitur, Nō
angustiamini in nobis, angustiamini autē in uis-
ceribus uestris. Et iterum, Nihil enim iudicauī
me scire inter uos, nisi Christum Iesum, & hunc
crucifixum. Et quasi in serena luce uisus ait, Sa-
pientiam autem loquimur inter perfectos.

Duodecimum Amethystus. Amethystus, purpu-
reus est permixto uioleaceo colore, & quasi ro-
sa nitore, quādamq; leniter flammulas sun-
dens, sed & quiddam in purpura illius non ex-
toto igneum, sed quasi uinum rubens apparet.
Purpureus ergo decor, cælestis regni habitum,
roseus uero atq; uioleaceus, humilē sanctorum
uerecundiam preciosamq; morem designat.
Quorum uidelicet mens principaliter in sum-
mis erigitur, etiā cum exterius perpeti abiecta
cernuntur, dominici semper inter aduersa me-
mores promissi. Nolite timere pusillus grex,
quia cōplacuit patri uestro dare uobis regnū.
Quiq; flammā charitatis non ad se tantum in-
uicem, sed ad ipsos etiam persecutores spargē-
tes, positis genibus implorant. Domine ne sta-
tuas illis hoc peccatū. Atq; inter calicem passio-
nis bibendum, illius potius uini quod lactificat
cor hominis iugi recordatione debriatur, quod
dominus se nouū cum discipulis suis in regno
patris bibiturum esse promissit. In iaspide ergo
fidei uiriditas. In sapphiro, spei cælestis altitu-
do. In chalcedonio flamma charitatis internæ
figuratur. In smargado autem eiusdem fidei for-
tis inter aduersa confessio. In sardonio uero, san-

ctorum inter uirtutes humilitas. In sardio reue-
rendus martyrum cruor exprimitur. In chryso-
litho uero spiritalis inter miracula prædicatio.
In berillo, prædicantium perfecta operatio. In
topazio, eorundem ardens cōtemplatio mon-
stratur. Porro in chryso-
praso, beatorum marty-
rum opus pariter & præmiū. In hyacintho,
doctorū cælestis ad alta subleuatio, & propter
infirmos, humilis ad humana descēso. In ame-
thisto, cælestis semper regni in humilitū animo
memoria designatur. Singuliq; lapides precio-
si, singulis sunt fundamentis deputati. Quia li-
cet omnes perfecti, quibus ciuitas Dei nostri
in monte sancto eius ornatur atq; fundatur, spi-
ritalis gratiæ sint luce fulgentes: alij tamē per
spiritum datur sermo sapientiæ, alij sermo scien-
tiæ, alij gratia sanitatum, alij genera linguarū, al-
teri fides in eodem spū, &c. Cuius artifex & cō-
ditor deus, qui est fundamentum fundamentorum,
& pro nobis etiam pōtifex fieri dignatus
est, ut proprii sanguinis hostia eiusdem mœnia
ciuitatis ablueret pariter atque dedicaet, om-
nia quæcunque habet pater, propria possidet.
Unde in pectore summi pontificis iude lapides
& ipsi patriarcharū nominibus inscripti iube-
bantur imponi, ut pulcherrimo mysterio pan-
detur, omnia spiritalia chrisinata quæ singuli
quique sanctorū uirū & ex parte percipie-
bant, in mediatore dei & hominū homine Iesu
Christo pariter & perfecte fuisse cōpleta. Hæc
de lapidibus preciosis copiosius fortassis quām
commaticum interpretandi genus dicebat, ui-
deor exposuisse. Necesse enim erat eorū natu-
ras patriamq; diligenter exponere, deinde sa-
cramentū inuestigare solertius, sed & ordinē,
numerosq; profecti. Quātum uero ad ipsam
rei profunditatē pertinet, uideor mihi perpau-
ca, & hæc breuiter, stricimq; dixisse. Lecto-
remq; supplex obsecro, ut si recto ne tramite
uiderit in celsis, agat deo gratias. Sin uero se-
cus quām uolebā, euenisse deprehēderit, erro-
ri meo ueniā mecum a domino deprecetur. Sed
hæc hæc tenus, uideamus & reliqua. *Et duode-
cim porta.* *duodecim margarite sunt per singulas.* Om-
nis gloria capitis refertur ad corpus. Et sicut lux
uera, quæ illuminat omnem hominem, sanctis
donauit lumen esse mundi, sic & ipse, cum sit
margarita singularis, quam negotiator sapiens
uēditis omnibus emat, suos nihilominus marga-
ritarū fulgori cōparat. *Et platea ciuitatis aurū mun-
dum, tāquam uitrum pellucidum.* Iisdem metallis pla-
teas cōponit, quibus ciuitatem iam dixerat ad-
ornatā. Multi enim sunt etiam uitæ latioris &
inferioris, summis in ecclesia cuncti uirtutibus,
& puritate mētis & radio fulgent operis. *Et
templum non uidit in ea. Dominus enim deus omnipotens,
templum illius est & agnus.* Quamuis, inquit, lapi-
dibus ciuitatem dixerim extructam, nō in ædi-
ficio tamē materiali significauī requiē esse san-
ctorū, quorū ipse Deus unica domus & lux &

Margari-
ta portæ
duodecim.

Platea.

requies est. Et ciuitas non eget sole neque luna ut luceant in ea. Quia non lumine aut elementis mundi regitur ecclesia, sed Christo aeterno sole deducitur per mundi tenebras. Nam claritas Dei illuminabit eam. Ipso enim lumine fruemur in patria, quo nunc regimur gradientes in uia. Eodem informati inter bona malaque discernimus, quo tunc beatificati, sola quae bona sunt cernemus. Et ambulabunt gentes per lumen eius. Significat quod idem ipse agnus nunc sit peregrinatus uia, qui tunc ciuibus uita. Et reges terrae afferent gloriam suam et honorem in illam. Reges hic spirituales dicit, qui cunctas uirtutum suarum diuitias, ecclesiae conferant laudibus. Et portae eius non claudentur per diem, nox enim non erit illis. Lumen agni perpetuum, imo ipsum promissum sempiterno in illa ciuitate, sublato noctis tempore memorat futurum. Quod autem portae non claudentur, plenissime securitatis indicium est. Non enim ibi iam dicitur, Vigilate et orate ne intretis in tentationem: sed potius, Vacate et uidete, quoniam ego sum deus. Et afferent gloriam et honorem gentium in eam. Eo quod ex omnibus gentibus sit congreganda. Nec intrabit in eam aliquid coinquinatum, et faciens abominationem et mendacium. Illius temporis describit ecclesiam, quando iam malis de medio segregatis, soli cum Christo boni regnabunt. Sed et nunc omnis immundus et mendax non est in ecclesia, nec uidet lumen ciuitatis dei qui eam odit, quia tenebrae excacauerunt oculos eius.

CAPVT XXII.

Et ostendit mihi fluium aquae uitae splendentem tanquam crystallum procedentem de sede dei et agni. In fluiuo uiae ciuitatis medio meante, non adhuc celebratio indicitur baptismi, sed fructus iam illius reuelatur sacramenti. Modo enim ecclesia seminat in spiritu, ut tunc de spiritu metat uitam aeternam. Et ex utraque parte fluminis lignum uitae. Lignum uiae circa fontem uiae cernitur. Quod siue gloriam sanctae crucis, siue dominum Christum interpretaris, iam et ante baptismum reuelatur in ueteri testamento, et nunc baptismatis clarescente mysterio, caelesti fructu sanctos imbuit. Nec enim aliud nomen est sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos soluos fieri. Idem quippe lignum, quod Ioannes in aurea Hierusalem, Moyses in paradiso florere descripsit, Salomon dixit lignum uiae esse amplectentibus eam. Hunc fluium puto Iordanem figurasse, ultra quem Moyses populis monita salutis, et intra quem terram repromissionis Iesus aperuit. Afferet fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum. In duodecim mensibus omne tempus insinuat uiae, scilicet illius ubi dicitur, Et annuiti non deficiet. Et iterum, Erat mensis ex mense, et sabbatum ex sabbato. Vbi praefens Domini uultus, aeterna sanitas, aeternus uiae cibus est. Potest et simpliciter intelligi, quod per doctrinam duodecim

Via et uita.

Reges.

Securitas in caelo.

Lignum uiae.

Iordanis.

Apostolorum, crux Christi fructificet. Et folia ligni ad sanitatem gentium. Si fructus merces beatitudinis immortalitatis accipitur, recte folia perpetuus intelligitur cantus, quod in sanitatem cadat felici iam sorte canentibus. Ibi enim gentium curatio uera, redemptio plena, felicitas sempiterna. Et uidebunt faciem eius. Praemium fidei nobis uisio dei seruat, quod summum esse bonum Philippus intelligens ait, Domine ostende nobis patrem, et sufficit nobis. Sollicite enim fuerat commendandum hoc sanctos uisuros et habituros specie, quod credunt uiuentes ex fide. Et nomen eius in frontibus eorum. Confessio nominis sancti nunc inter hostes seruata, tunc uictores in patria glorificat. Et nox ultra non erit, et non egebunt lumine lucernae, neque lumine solis, quoniam dominus deus illuminabit illos. Non ibi fragilitas corporum, uel quiete noctis, uel ignis eget lumine, quando erit Deus omnia in omnibus, qui est lux uera, et requies aeterna sanctorum. Quae si ad allegoriam uerba referas, non ibi prophetarum exhortatio, non legis est praedicatio necessaria, quae nunc lucerna dicitur esse in obscuro loco, quoniam in Dei contemplatione rebus expletis tenetur perfecta promissio. Et dixit mihi, Haec uerba fidelissima et uera sunt. Non de Ioannis diffidentia dubitabat, sed ueram uisionem omni ecclesiae, in qua et paruulos futuros nouerat, commendabat. Et Dominus deus spirituum prophetarum misit angelum suum. Ne dubites inquit de persona monentis. Deus enim ipse qui spiritus prophetarum caelesti soler imbuiere uisione, haec me tibi misit praemonstrare futura. Ostendere seruis tuis quae oportet fieri cito. Docuit se, ut dixi, omnium generaliter utilia prospexisse. Beatus qui seruat uerba prophetiae libri huius, et ego Ioannes qui audiui et uidi haec. Subauditur beatus sum. Sic enim beatus Dionysius Alexandrinus antistes hos uersiculos conuertit, dum quibusdam haeresibus ex huius libelli occasione surgentibus et errorem redargueret, et eiusdem prophetiae sensum ab omni nubilo carnalis intelligentiae purgatum ad aeterna et caelestia promissa transferret. Cecidi ut adorem ante pedes angeli qui mihi haec ostendebat. Aut semel factum iterauit, quod cohibitus non est ausus repetere, aut magno uisionum stupore percussus, adorare se uoluisse iterum confiteri. Conseruus tuus sum, et fratrum tuorum prophetarum. Nota quotiens et Ioannem prophetam, et hunc librum prophetiae nominet, nam multa huic cum prophetis concordia, nec in sensibus tantum, sed et in uerbis. Quot enim hic Esaias, quot Zachariae, aliorumque prophetarum uerba inuenies? Ne signaueris uerba prophetiae libri huius, tempus enim prope est. Futuro propinquante iudicio manifestari oportuit diuina praecipua, iudicia, atque promissa, quorum obseruatione praemium mites acquirant, neglectis poenam contumaces incurant. Qui nocet, noceat adhuc, et qui

Moses duodecim.

Lumen caeleste.

Dionysius Alexandrinus.

Propheta Ioannes.

qui in sordibus est, sordescat adhuc. Occulta hic Dei iudicia, sed iusta demonstrat, quibus mali homines in peius proficere permittuntur, id est, peruenire ad summam nequitiam, ut possit iustum inuenire iudicium. Huic illud simile est, Aut facite arborem bonam et fructum eius bonum, aut facite arborem malam et fructum eius malum. Ego sum Alpha et omega, primus et nouissimus. In alpha uerbi diuinitatem, et in omega susceptam humanitatem designat. Principium sine termino, quod crebra in hoc libro repetitione firmatur: siue propter unitatis Christi diuinitatem, et humanitatem saepe insinuadam: siue ut unitas naturae tota trinitas intimitur, quae per prophetam dicit, Ante me non est formatus Deus, et post me non erit. Ut sit potestas eorum in ligno uitae. Dignum praemium stolis candidis, id est uiae immaculae promittit, uidelicet ut domini aspectu, qui est uita aeterna, potiat. Beati enim mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Et per portas intrent in ciuitatem. Qui domini seruant mandata dicentis, Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur, et ingredietur, et egredietur, et pasca inueniet: illa utique pasca quae et hic promittuntur, id est ligni uitae, hi proculdubio per portas intrent in ecclesiam. Porras scilicet iustitiae, quas sibi Psalmista postulat aperiri. Qui autem aliunde tentat ascendere, ille fur est et latro, de quibus et hic subditur, Foris autem canes et uenefici et impudici, et cetera. Cuncta enim rabies improborum et nunc intrinsecus ecclesiam tentat, sed cum intrauerit paterfamilias, et sanctis secum ad nuptias intrantibus, clausit ostium, tunc incipient foris stare et pulsare ostium. Ego sum radix, et genus Dauid. Geminam hic personam suam naturam expressit, quod idem factor sit Dauid secundum diuinitatem, qui factus est ex semine Dauid secundum carnem. Quam Dominus quae stionem Iudaeis in Euangelio proponit, quomo

Alpha et omega.

Foris canes.

do uidelicet Christus filius sit Dauid, cum cum Dauid in spiritu suum dominum uocet. Stet la splendida et matutina. Qui post noctem passionis unius apparento lumine resurrectionis et uitae uerbis et exemplo seculis ostendit. De quo ad beatum Iob dicitur, Nunquid producis luciferum in tempore suo? Et sponsus et sponsa dicit ueni. Caput et corpus ecclesiae, singula membra cohortantur ad fidem. Et qui audit, dicat ueni. Quisquis internum in mente fidei uel charitatis lumen percepit, ad hoc et alios conuocet. Qui uult, accipiat eam uita gratis. Sic liberum conuenitur arbitrium dicendo, Qui uult accipiat, ut confestim gratia praedicetur in eo quod sequitur, Aquam uitae gratis. Nullis utique meritis praecedentibus. Et ipsum enim uel se, Dei donum est. Si quis apposuerit ad haec, apponet deus super illum plagas scriptas in libro isto. Haec propter in falsatores dixit, non propter eos qui simpliciter quod sentiunt, dicunt in nullo propheta mutilata. Dicit qui testimonium perhibet istorum. Etiam, uenio cito. Idem Christus testimonium perhibet, qui se Ecclesiae uenturum annunciat. Cui more Cantici canticorum ecclesiae deuote respondet, Amen, ueni domine Iesu Christe. Quae quotidie clamat orans, Adueniat regnum tuum. Et in Psalmo, Psallam et intelligam in uia immaculata, quando uenies ad me. Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus uobis, Amen. Pelagiani, Eant Pelagiani, et sua uirtute fidentes, domini se gratia priuent. Apostolo autem Paulo praedictum quarente ac dicente, Quis me liberabit de corpore mortis huius? Respondeat Ioannes nominis sui memor, et dicat, Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. Et ne sibi Donatistae de singulari dei munere blandiantur, audiant quod cum gratiam Dei quasi uale ultimum commendaret, adiecit, Cum omnibus uobis, Amen.

Explicata est Explanatio Venerabilis Bedae presbyteri super Apocalypsin Ioannis Apostoli, atque ita in Euangelia, Acta et Epistolas canonicas, quae ab ipso in illas scripta inuenimus.

✠ Explicato tandem tanto
tamq̄ periculoso labore, suppliciter obnixeq̄ depre-
cor, ut si qui nostrum hoc Opusculum lectione uel
transcriptione dignum duxerint, Auctorem quoq̄
operis, Domino commendare meminerint: ut qui
non solum mihi, sed & illis laborauerim. Illorum ui-
cissim, qui meo sudore fruuntur, uotis precibusq̄
remunerer: ligniq̄ uitæ, cuius eos aliquatenus
odore, fama q̄ aspersi, suis meritis faciant
uisu fructuq̄ potiri.
Amen.